Universidad de Chile
Biblioteca

Juan Crisostomo

OPERA

I

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

TOMVS

PRIMVS OMNIVM OPERVM DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, quatenus in hunc diem latio donata noſcuntur, cùm ad collationem Latinorum codicum, tum ad Græcorũ exemplarium fidem innumeris penè locis natiuæ integritati reſtitutorum, vix vlli æſtimandis laboribus virorum linguæ vtriuſque inſigniter callentiũ: in quibus quid hac poſtrema editione ſit præſtitum, ex epiſtola ad lectorem deprehendere licebit. Ea in quinque digeſſimus tomos, quorum catalogum ſequens pagina complectitur.

PARISIIS,

Apud Carolam Guillard viduam Claudij Cheuallonij, & Gulielmum Desboys, ſub Sole aureo, in via diui Iacobi.

1556.

Cum priuilegio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRIMVS ea complectitur, quæ ad explicationem faciunt veteris testamenti.

SECVNDVS habet quæ pertinent ad elucidationem Matthæi, Marci, & Lucæ.

TERTIVS enarrationes continet in Ioannem, in acta Apostolorum, & alia aliquot.

QVARTVS omnes Pauli epistolas aureo Chrysostomi ore explicat.

QVINTVS συμμικτος est, quòd miscellaneam contineat argumentorum varietatem.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, au Preuost de Paris Bailly de Rouen Seneschal de Lyon Grenoble Thoulouse Bordeaulx dijon Poictou Berry Chãpaigne Iuge danion & du Maine & a tous nos aultres Iusticiers presidiaulx & officiers ou a leurs lieutenans, & a chascun deulx sicomme a luy appartiẽdra salut. Receue auons l'humble supplication de nostre bien amee Charlotte Guillad vefue de feu Claude Cheuallon en son viuant marchant Libraire & Imprimeur iuré en L'uniuersite de Paris, contenant comme ladicte suppliante a mis grand peine trauail & labeur auec grandz fraiz & mises pour faire veoir visiter Imprimer colliger assembler & faire assembler & rediger par ordre les oeuures sainct Iean Chrysostome sur les vieulx exemplaires Grecz, extraictz de nostre Librairie & bibliotheque: Lequel liure ladicte suppliante veult faire mettre en lumiere de son impression. Mais craignant que aultres Libraires ou Imprimeurs & aussi collecteurs & correcteurs voulsissent entreprandre sur son labeur qui seroit a son grand preiudice deshonneur & dommage & du tout estre fruistree des mises peines vacations & despens qui luy conuiẽdra faire & qu'elle a ia faictz tãt a l'impression correction que aultres grands fraiz qui par elle serõt faictz: si par nous ne luy estoit sur ce pourueu de nostre grace, humblement requerant icelle. POVRCE est il que nous ces choses considerees desirans de tout nostre pouuoir la congnoissance des bonnes letres estre manifestees a nos subiectz pour a pareil exemple imiter & ensuyure les choses vertueuses, & fuir les mauluaises, inclinant liberallement a la supplication de ladicte vefue Cheuallon, ne voulant le merite de son labeur luy estre tollu ne le recouuremẽt de ses fraiz & mises luy estre empeschẽ. Pour ces causes auons de nostre grace special a ladicte vefue Cheuallon ou ceulx qui auront charge pour elle, donne priuilege, conge, licence, & permission, d'imprimer, ou faire Imprimer, de telz carracteres que bõ luy semblera, & mettre en vente ledict liure, cy dessus mentioné, auec inhibitions & deffences a tous Libraires & Imprimeurs & tous aultres a qui il appartiendra, de non imprimer, ne faire imprimer, vendre, ne faire vendre, distribuer, ne faire distribuer, tirer, ne faire tirer, aulcune chose dudit liure, que ladicte suppliante aura imprime, ou faict imprimer, quelque part quil aye este imprime, sinon de ceulx que ladicte suppliante aura faict imprimer, sans le vouloir & consentement dicelle, dedans le temps, & terme de six ans consecutifz, finis, & accomplis, commenceans au iour & date que ledict liure sera acheue d'imprimer Sans qu'il soit loisible a aultres libraires, & imprimeurs, & aultres personnes, quelz quilz soient, pour quelque impression: soit grande ou petite forme, que ladicte suppliante fera faire, les puisse imprimer ou faire imprimer que lesdictz six ans ne soient expirez finiz & accompliz. Et ce sur peine de confiscation desdictz liures & d'amende arbitraire, & de tous despens dommages & interestz enuers la partie. Et vous mandons a chacun de vous sur ce requis & ainsi quil appartiendra que de noz present priuilege conge & permission, & de tout le contenu en iceluy, vous faictes souffrez & laissez ladicte suppliante & tous ceulx qui auront charge pour elle iouyr & vser plainement & paisiblement, sans leur faire ou donner empeschement au contraire, lequel si faict mys ou donne leur estoit, reparez & remettez, ou faictes reparer, & remettre incontinent & sans delay, & a ce faire souffrir, & obeir contraignez ou faictes contraindre tous ceulx quil appartiẽdra & qui pour ce seront a cõtraindre, realment & de faict, par toutes voyes deues & raisonnables: Car tel est nostre plaisir, nonobstant oppositions, ou appellations, & quelconques lettres impetrees, ou a impetrer, a ce contraires. Et oultre mandons, & commandons, au premier de noz Huissiers, ou sergens Royaulx, sur ce requis, qu'a la requeste de ladicte vefue Cheuallon, ilz facent les inhibitions, & deffenses, que dessus, a tous libraires, imprimeurs, & a tous aultres quil appartiendra de ne contreuenir a ce dict nostre priuilege sur les peines dessusdictes, auquel de ce faire auons donné & donnons pouoir auctorité & cõmission par ces presentes. Donné a Paris le dixneufiesme iour de May. Lan de grace mil cinq cens cinquantesix, & de nostre regne le dixiesme.

PAR LE CONSEIL.

Ainsi signé Decourlay.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO CARDINALI D. Odoni Castilioniæo Philippus Montanus. S. P.

VNICVIQVE *noſtrum data eſt gratia, vt inquit Apoſtolus, ſecundum* Ad Eph. 4.
menſuram donationis Chriſti, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. quo loco D. Paulus varia dona hominibus data eſſe ſignificat, ſed omnia ad communem eccleſiæ vtilitatem. Nouit enim tua prudentia, Cardinalis reuerendiſſime, membra ſin- 1. Corin. 12. d
gula, quæ quidem viua fuerint, aliorum curam gerere, &, vt Paulinis verbis vtar, pro inuicem ſolicita eſſe: quod etiam palam in quibuſuis euenire videmus corporibus, ſi modo ſano ſint illa cerebro. Nam pes infimum licet membrum, ſi fortè per imprudentiam in ſaxum impegerit, aut ſpinam calcando alius infixerit, protinus totum corpus eò quoad eius fieri poteſt inclinatur, caput etiam demittitur, oculi diligenter circunſpiciunt, manus ipſum complectuntur, digiti ſolicitè hærentem ſpinæ partem eximunt, nec ingrato id ipſi exhibent officij: ſed viciſsim, ſi capiti aut reliquo corpori periculum immineat, confeſtim pedes totum inde corpus ſubmouent, & periculo liberant, adeò norunt ſingula, viua quidem membra, in commune conſulere. Qua Paulina ſimilitudine, admodum concinnè monemur, vt & nos corpus vniuerſum, publicam dico vtilitatem, pro ſua quiſque viri promouere ſtudeamus. Quod vt naturæ conſentaneū externæ etiam philoſophiæ periti & prudentes viri nouerunt. Vnde & præclarum illud Platonis & Ciceronis. Non nobis ſolum nati ſumus, ortūſque noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici. Atque placet ſtoicis, quæ in terris gignuntur ad vſum hominum omnia creari, homines autem hominum cauſa eſſe generatos, vt ipſi inter ſe alij aliis prodeſſe poſsint. Hinc & prouerbia illa, Homo homini deus: & contrà, Homo homini lupus. Hinc & celebris Pliniana illa ſententia, Deus eſt mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via, hac proceres iere Romani. Sed omiſsis externis ad conditorem ſimul & iudicem noſtrum veniamus, qui in talentorum parabola non ſolum quid proferamus, verumetiam quantum pro ratione accepti nos ipſi opere ac ſtudij adhibeamus ſpectari docuit: & cordatos omnes vt de proximis, pro ſuis quique viribus, bene mereri ſtudeant, vehementer inſtigauit. qui cum variè ſua bona prout cuique expedire nouerat, huic quinque talenta, illi duo, alij vnum diſtribuiſſet: ei qui duobus talentis bene vſus fuerat, & in proximi vtilitatem expenderat, idem largitus eſt præmium quod illi dederat qui alia quinque ſuperlucratus fuerat. vterque enim audiuit, Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. non dubium quin & idipſum fuerat auditurus qui vnum talentum acceperat, ſi ſuo functus officio ad domini voluntatem proximi rebus conſuluiſſet, nec illo in terram defoſſo inertiæ ſe tradidiſſet. Veruntamen quia diſsimili fuit ſtudio, diſsimile quoque accepit præmium, & pro ſuauiſsimis illis verbis, Euge ſerue bone & fidelis, audiuit, ſerue male & piger: & paulò pòſt, Inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Horrendum certe iudicium, attamen multò grauius illis expectandum relinquitur: qui non vnicum talentum, ſed multa, nec (vt ille) in terram defoſſa integra conſeruant, eáque illæſa domino reddunt: ſed illa planè decoquunt, & perditè contra domini voluntatem expendunt. Quæ vtinam omnes vt decet expendant atque in primis eccleſiæ præfecti. In his enim diſpenſandis proculdubio ſumma noſtræ fœlicitatis aut infœlicitatis verſatur, ne videlicet à beatorum conſortio & angelorū cœtu atque à benigniſsimi & clementiſsimi conditoris noſtri conſpectu per inertiam noſtram excludamur, & in cacodæmonum contubernia & latronum ac impuriſsimorum hominum, & quouis ſcelere cōtaminatorum horrenda ſupplicia reiiciamur: illicque cum fletu & ſtridore dentium in perpetuum, quod deus auertat, concludamur. Quæ quidem apud me ante annos complures ſedulò expendens, Ampliſsime ac reuerendiſsime Card. cœpi mecum ſolicitus exquirere, qua in re tandem qualecunque domini benignitate mihi commiſsum talentum, ad ipſius gloriam & proximi vtilitatem pro meo modulo exponerem. Quumque inter alia perpenderem ſtudioſorum ingenia librorum multitudine veluti obrui, & nouorum, quos plerique nunc temerè effundunt, curioſitate à veteſtioribus & melioribus auocari, magna perbreuis noſtri temporis iactura, illos exiſtimaui melius de republica mereri, qui antiquorū ſana doctrina & pietate ſingulari commendatorum virorum libros in publicum reuocant, & librariorum aut typographorum negligentia viciatos & mutilatos emendant ac reſtituunt: aut interpretum etiam imperitia & incuria obſcuratos ſumma cum diligentia illuſtrant, quàm qui temerè libros neſcio quos ſubinde euulgant. Hoc itaque cōſilio ductus, quum ante annos duodecim in poſtrema ſcilicet viduæ Cheualloniæ editione bonam partem commentariorum Chryſoſtomi in D. Pauli epiſtolas pro noſtra mediocritate ac temporis ratione ad exemplar græcum re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognouissemus, & postea in Theophylacti commentariis in euangelia & omnes D.Pauli epistolas idem feciſſemus : ecce nunc multo maior, ni fallor, quàm vnquam antea mihi offertur occasio sancta theologorum tuuandi studia: Gulielmus officinæ viduæ illius præfectus, nouam omnium Chryſostomi operum editionem aggressurus: cum magna diligẽtia & sumptu non mediocri vndique optima quæque exemplaria quoad fieri potuit tum Græca tum Latina collegisset, vt & auctior & emẽdatior quàm hactenus vsquam latinis auribus hic iam prodiret, ad id meam quoque requirit operam. ac primum quatuor peruetustos D.Chryſostomi in euangeliũ Matthæi codices græcos offert, duos quidem tomos sed bis diuersa manu descriptos, & primum vires meas tanto oneri impares causantem vrget: & cùm alium id temporis ad hoc negocium habere se negaret, mihi tandem istius modi studiorum auido, facile persuadet. Cæterum ad horum fidem quàm multa aut deprauata restituerimus, aut nondum versa addiderimus, id copiosius ex epistola ad candidũ lectorem cognoscere licebit. Matthæo igitur sedulò pro nostris viribus absoluto, similes in Ioannem profert græcos codices. ego ne veluti laborem recusans cum seruo pigro talentum domini defodiente reprehendi possem, hos quoque suscepi, & quod in Matthæo σὺν Θεῷ feceram, hic quoque præstiti. quibus peractis alia duo magna eiusdẽ in Geneſim obtrudit volumina græca, eaq; vetustissima: quibus adiutus hic quoque quamplurima restituimus. Et cum nõnihil adhuc supereſſet temporis, cõmentarios in D.Pauli epistolas denuo ad exemplar græcum Veronæ excussum in manus resumpsimus : & quod in priori editione non satis licuerat, nunc supplere admisi sumus. Hos igitur nostros qualescunque labores in quatuor illis voluminibus, Matthæi, Ioannis, Geneseos & Pauli insumptos cum in publicum emittere statuissem, vt ad maiorem istud fieret studiosorum vtilitatem, operæprecium visum est, virum aliquem eximium assumere cuius gratia & auctoritate sacrarum literarum studiosis hi nostri sudores cõmendarentur. Dum hæc meditarer, commodè accidit, vt quum D.Helinum mihi quondam chariſsimum discipulum, nunc vero celebrem Pariſiensem Senatorem, fortè inuiserem, ibi audire cõtingeret quàm sublimis illa tua celsitudo huic Senatori ipsiúsque propinquis impensè faueret, cui sanè familiæ ante annos viginti ita fui coniunctus, vt huius pater piæ memoriæ Senator & ipse quondam celeberrimus mihi pro singulari sua humanitate subinde se veluti benigniſsimum patrem exhiberet. proinde cum illi familiæ benefit, mihi benefactum reputo, & huic præsertim mihi quondam multis nominibus chariſsimo discipulo: qui vel à pueris præclaræ semper indolis mihi visus est & optimæ spei, quam adhuc non fefellit, nec fallet, opinor, vnquam. sed etiam vt spero, superis bene fauentibus, vincet. Huius itaque Senatoris impulsu, qui vt tuam celsitudinem mirum in modum extollebat, ita & humanitatem mirifice prædicabat, quæ sublimitatem illam pulchrè temperaret, ac studiosis imprimis affabilem redderet, non sum veritus singulari illa tua humanitate fretus hos nostros qualescũque conatus triennij fere labores amplitudini tuæ dedicare, Card. ampliſsime, vt ea potiſsimum ratione maiori cum gratia & vtilitate ad studiosorum manus perueniant: quorum commodis noster hic potiſsimum sudauit labor. Porro R.T.D. quantum in Republica Christiana valeat, quoniam pluribus iam excellentiam tuam retinere non ausim, consultius videtur prorsus silere, quam paucis attingere. Nam si pluribus id tentarem, vererer ne, qui publicis commodis me studere profitear, alia ratione eximiam illam sublimitatem excellentémque tuam prudentiam Reipublicæ vtilitati inuigilantem meis scriptis diutius retinendo in publica pecarem commoda. Adhæc etiam metuerem, ne adulationis aut ambitionis gratia, quas pestes odi cane peius & angue, nonnullis id facere viderer. Adulationem quidem vel à puericia vehementer sum auersatus, ne mortalibus videlicet plus æquo ad elationem pronis superbiæ atque ita ruinæ ansam præberem: Ambitionem vero, quod haud sim nescius quantum impendeat periculi iis etiam qui ad ministerium aliquod publicum & aliorum præfecturam legitime tanquam Aaron vocantur, & veluti reluctantes & inuiti eò pertrahuntur, nisi diligenter super grege sibi commisso aduigilent tanquam rationem pro omnium suæ fidei commissorum animabus reddituri. Itaque si qui vocati & reluctantes publicum munus subeunt, tali tamen versentur in discrimine, illinc facile est colligere in quantum se coniiciant periculum qui vltro illud ambiunt, vt interim de impudentibus istis sileam qui minime capaces eò tamen perfricta fronte veluti ad prædam opimam accurrunt, magis videlicet hominum more reputantes quantum illic sit lucri & honoris, quam reuera quantum illinc emergat periculi & oneris. Sed de his plura in præfatione ad Theophylactum. Quæ & huiusmodi alia meliora pro sua prudentia vtinam bene considerent qui ministeriorum ecclesiasticorum distributionem susceperunt, & quæ quibus conferant etiam atque etiam expendant, & iuxta D.Pauli consilium, nemini manus citò imponant, ne illorum peccatis communicent. Sed quorsum me denuo transuersum capit ecclesiæ restituendæ zelus? Equidem satis admirari nequeo, cùm à ministrorum probitate & prudenti doctrina flagrantique charitate ecclesiæ salus potiſsimum pendeat, in eóque Christiani orbis cardo versetur, Cardinalis ampliſsime, à pleriſque tamen ea in re tam paruus, ne dicam prauus, habeatur delectus. Sed quid faciam? certe quod dominus monet, cum messis quidẽ multa sit, operarij verò pauci, dominum messis præcabor, vt bonos operarios in messem suam mittere dignetur, quod vtinam & faciant omnes

qui

qui ecclesiæ gubernaculo admouentur, & in orbis cardines assumuntur, quemadmodum R. T. D. deo propicio facturam spero. Nec interim sat scio, politicas functiones, quæ ad Reipublicæ salutem proximum locum obtinent, pro vigilanti tua prudentia intermittes, quum apud Christianissimum regem ipsiusque summum militiæ præfectum (stabuli comitem vocant) auunculum tuum de Republica vt res ipsa declarat, quam optime meritum gratia & auctoritate plurimũ valeas. His quoque veluti ad gratiæ cumulũ accedunt domini Admiraldi germani tui fratris præclara de regno gallico vel de toto potius orbe Christiano benemerita: qui præter cætera, hisce proximis diebus singulari sua prudentia viam pulcherrimã, impetratis induciis ad pacem tantopere bonis omnibus expetitam strauit & munuit, ac superis fauentibus orbi Christiano tumultuanti ac summas inter procellas periclitanti veluti summus & admirabilis nauclerus securitatem, vel vt melius dicam, tanquam sydus aliquod propicium sedata tempestate, tranquillitatem reduxit: domito videlicet aut confecto monstro illo horrendo (bellum dico) quod mortales ita commouerat & in feras immanes prope dixerim mutauerat, vt suæ naturæ propemodum obliti & efferati in mutuum ruerent exitium (hominum quippe est, opinor, ratione vti ac ratiocinari, & si quid exoriatur dissidij, æqua illud ratione componere: haud beluarum more mutuo sese conficere, vnde & qui bellum à belua dictum putant minime aberrare videntur.) Hac itaque induciarum tranquillitate potiti, Christiani orbis moderatores: inter quos non sane postremas obtinetis, rationem aliquam, fauente pacis & vnionis spiritu, reperient qua præcipuos orbis Christiani principes concilient, & ita coniungant: vt posthac beneficiis, quod Christianos maxime decet, potius certent, usque, alter alterum, superare contendant, atque ita vnanimes Reipub. vtilitati consulant: cui, vt dixi, promouendæ plurimum conducit, si publicis functionibus viri præficiantur idonei ad quas, quoniam dominus Helinus, cuius supra memini, veluti natus videretur & maxime accommodus: tuo in primis suasu, vt audio, ad amplissimum Senatorum ordinem assumptus est. Idque, ni fallor, iure optimo: vt qui pulcherrimè in Reipub. vtilitate promouenda piissimi patris verus hæres & successor censeri possit. Illi enim demum parentum laude ac meritis gaudere debent, qui præclaras parentum virtutes imitantur. Porro huius parens & ipse piæ memoriæ senator in regiis ac regni totius negociis tum hic in senatu, tum foris apud Vngariæ reginam Imperatorémque ipsum legatione fungens, quanta cum fide prudentiáque versatus sit, melius nouit tua celsitudo, necnon & auunculi tui, in iis qui Reipublicæ student agnoscendis summa excellentia, apud quam nimirum non paucis aliquot diebus, sed annis compluribus illius satis innotuerunt benemerita. Quo sit vt hic noster Helinus multis nominibus vobis & Reipublicæ commendatissimus esse debeat. Sed hæc vt dixi, melius nosti, finem itaque faciam, & deum optimum maximum precabor, vt excellentem tuam amplitudinem & singularem prudentiam Reipub. commodis quam diutissime seruet incolumem. Quod si me quoque, non dicam illi quondam meo discipulo adiunxeris, etsi charitate ei sim coniunctissimus, sed quia nunc Senator factus est clarissimus, longo saltem post ipsum interuallo inter clientulos tuos adscribere non graueris, dabo operam ne illius vnquam facilitatis R. T. D. pœnitere possit. Bene valeat R. T. D. Lutetiæ è musæo nostro Tornacen. XII. Aprilis 1556.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CANDIDO LECTORI PHIL. MONTANVS ARMENTE-rienſis, de recognitionis vtilitate ac neceſsitate.

Vum ſumma & caput veræ religionis in dei veri cognitione ipſiuſque ac proximi dilectione conſtituatur, Candide lector, qui verbis aut ſcriptis, quoad homini licet, nobis exponunt ſummam illius potentiã, admirabilẽque ſapientiam atque bonitatem inexhauſtam, traduntq; quo modo colendus is ſit, & ſuper omnia diligendus, proximus autẽ ipſius cauſa non aliter quàm nos ipſi diligendus: hi re vera de repub. quàmoptimè mereri videntur. Inter quos etiam præcipuos ſemper à piis & doctis hominibus diuus Io. Chryſoſtomus numeratus eſt: idq; meritò, vt qui ob diuinam illam & auream eloquentiam Chryſoſtomi, hoc eſt, oris aurei cognomine donatus ſit. Verum poſteaquam temporis longinquitate atque iniuria partim multa ſubinde in alios atque alios codices tranſcriptione nec ea ſatis accurrata, partim interpretũ negligentia permultum de auri illius fulgentis ſplendore detractum fuerat. Nec ſolum rubiginis aliquid quibuſdam in locis inductum, ſed pleraque paſſim in ipſius libris loca fuerant corroſa & deleta, aut etiam abrupta & mutila, ea nunc primum quidem in Matthæum duos codices græcos eoſque vetuſtiſſimos è regia bibliotheca nacti, pro noſtra virili reſtituere ſumus conati: quos quidem conatus pro animi tui candore boni, vt ſpero, conſules, candide lector. In tanta enim huius ætatis librorum multitudine tantaq; humanæ vitæ brevitate melius de ſtudioſis mereri videntur, qui doctos illos iuxta ac pios auctores reſtituunt, & ſalebras quæ lectorẽ offendebãt auferunt, quàm qui nouos neſcio quos libellos idemtidem effundunt: quorum lectione occupati plerique nonitatis auidi, à grauioribus illis ac ſolidioribus ſcriptis retardantur, aut etiam prorſus auertũtur: adeò inſulſa & præpoſtera ſunt quorundam ſtudia: qui veris vana, & ſeriis ridicula quædam præponunt. Sed illis emiſsis ad inſtitutum noſtrum veniamus. Et quoniam plerique ſolent ſyllẽdidis in ſpeciem titulis emptoribus imponere, vt prudentiores intelligãt in hac cõmentariorum Chryſoſtomi in Matthæum recognitione ſibi fucum non fieri, quod in Theophylacto fecimus, id quoque iam facere operæprecium eſſe duximus: vt loca quædam indicemus, ex quibus de recognitionis huius vtilitate atque etiã neceſsitate quid ſentiendum ſit coniicere liceat. Sed priuſquam ad ea veniamus, præmonendus es lector nõ omnia ad prædictos codices græcos immutata eſſe, ne quid videlicet temere. Fieri enim potuit, vt quibuſdam in locis, interpretis græcus codex aliter habuerit & fortaſſe melius quàm noſtri nunc habeant. Itaque cùm ſenſus à noſtris codicibus græcis diuerſus occurreret, qui tamen tolerari poſſet, eum è medio non ſuſtulimus: ſed huiuſmodi notis †] incluſimus. vbi præſertim plures erant diſſidentes dictiones: nam vbi vnicæ dictionis erat diuerſitas, prior hæc nota † ſufficere viſa eſt, ac diuerſam noſtrorum codicum græcorum lectionem illius loco, quæ dictis notis eſt incluſa, ſubſtituendam margini adſcripſimus: lectori iudicium permittentes, vt vtram velit lectionem aſſumat. Atque ita fiet, vt hæc editio duarum inſtar eſſe poterit. De locis illis loquor qui ſerui poſſe viderentur. nam quàm plurima alia manifeſtè corrupta prorſus ſuſtulimus, ne lectorem fruſtra remoraremur. Quod verò in noſtris manuſcriptis græcis codicibus non habetur talibus notis [ ] intercipitur. Et vt minor eſſet Latinorum codicum varietas veteris interpretis verſionem, quoad licuit, retinuimus: quam tamen in decem circiter priora Matthæi capita in poſtrema Baſilienſium editione ſubinde mutauit Sebaſtianus Gelderbec: meritò quidem quibuſdam in locis in quibus & nos illum ſumus ſecuti. Miror autem cur in aliis nulla vrgente cauſa iſtud fecerit: ne dicam quòd quædam malè mutauerit. Vt homilia prima, ibi, vnde ſimul omnia arguta fuiſſent mendacij. cùm longe aliud dicat Chryſoſtomus. nempe, propterea & cõmuniter multa dixerunt &c. Erroris cauſam fuiſſe ſuſpicor, quòd ipſe πάντα legerit, vt etiam habebat alter noſtrorum codicum, quum legendum ſit πολλά, vt in altero ſcriptum erat. quæ etiam lectio conſentit cum priore. Auiani verſione, quam hoc loco malè inuertit Sebaſtianus. columna item. 13. ibi. Hoc receptum fuiſſet, contraria eſt ſententia. Item homi. 4. col. 46. ibi. Ita etiam eum qui gloriam deſideret, contrariam rurſum ſententiam reddiderat. Homil. item. 7. ibi. Adhuc ſtella committatur, manifeſtus eſt error. quum poſtea dicat non iam ſtellam ſed angelum &c. Item col. 76. ibi, adducit habitum huius mundi. cùm dicẽdum fuerit, præterit figura. Item col. 79. integram ſententiam omiſit. Item col. 88. ibi. Ante hoc verò erant oraculo moniti, contraria eſt ſententia. & paulo ante, pro, cùm eò veniſſent, legendum eſt, cùm illinc rediſſent. Item homil. 12. pleraq; erant omiſſa & non pauca corrupta. homil. vero. 13 plurima erant præpoſtere poſita ac temere permixta: ita vt nullo modo vera Chryſoſtomi ſententia colligi inde potuerit. quæ nos adiuti duobus prædictis græcis codicibus ſuo ordini repoſuimus. Ac miror ſanè correctorẽ baſilienſem id non animaduertiſſe, cùm in ea tam multa eſſent partim corrupta partim tranſpoſita: non de literis aut dictionibus aliquot loquor, ſed de quàm plurimis verſibus: quod facilè deprehendet qui hanc editionem cum prioribus, cum poſtrema etiam Baſilienſium editione conferre volet. Item homil. 17. ibi, oſtendens nequaquam veteribus contrarium habentibus &c. pugnantia dicere videtur. Item in homil. 30. etiam ſi parua ſit, multa tamen erant deprauata, vt vbi agit de leni & moderata correctione peccatorit, locum Pauli. 2. ad Time. 2. adeò deprauatè produxerat, vt vix quiſquam eum agnoſcere potuiſſet. & in homil. 32. multa erant etiam deprauata, & contrariam nonnunquam præ ſe ferentia ſententiam. Homil. verò 34. vbi de Iob loquitur, & locus adfertur ex libri Iob. 31. capite ad hunc modum. Si recondidi aurum tanquam puluerem, interpres excuſari poteſt cùm idem locus in græcis etiam corruptus fuerit. Nam pro, ἐις χοῦν, legi debet, ἐν χωὶ. habetur enim apud ſeptuaginta interpretes, quos græci ſequuntur, ἐι ἔταξα χρυσον ἐν ἰσχυῖ μου. id eſt, ſi conſtitui aurũ robur meum: quæ ſententia pulchrè cum ſequentibus conuenit. Scribæ itaque græco potius is lapſus eſt adſcribendus. Quæ autem adhuc produximus, ea potiſſimum ſunt quæ in recognitione Sebaſtiani deprauata etiam habebantur. ne quis poſteriorẽ hãc recognitionem in prædictis homiliis ſuperuacuam eſſe putet. Malam autem apud Latinos homiliarum diſtinctionem nõ mutauimus, quam aut interpres aut typographus fecit in homilia. 19. in cuius fere medio ad principiũ orationis Dominicæ vigeſimam notauit homiliam, quum portio ſit homiliæ præcedẽtis: homiliã ſcilicet vnam in duas malè diuidens. Eum tamen errorem apud Latinos in homiliarum numero iam receptũ non mutauimus, quòd in ſequẽtibus omnibus homiliis vnus detrahendus fuiſſet numerus. Nam quæ apud Latinos eſt xxi. apud græcos eſt xx. & ſic de aliis ſequẽtibus. Qui ergo Chryſoſtomi locum ex his homiliis ab aliis auctoribus citatum hîc requiſiuiſſet, fruſtra id feciſſet, quum in præcedente ſcriptum eſſet quod quæreret. ſtudioſorum itaque commoditati conſulentes numerum non mutauimus: ſed eo in loco ad marginem, malam ibi eſſe diuiſionem notauimus. Ab homilia autem. 35. vix quicquã emendauerat Sebaſtianus, quòd fortaſſe iam tum græco deſtitueretur codice. In ſequentibus porro homiliis plura ſunt in hac editione emẽdata, quàm quæ hîc notari poſſint. Si quis tamẽ noſtris verbis diffidat, videat ſi lubet xxxvij. & xliij. homil. in qua plurima inuerſa erant, & ſic tranſpoſita, vt ſententia non cohæreret: in qua etiam verſus græci codicis pluſquam quinquaginta fuerant prætermiſſi. In homilia liij. ſimili negligentia multum textus vna cum ſua gloſſa omiſſum erat, præter ea quæ in eadem fuerant corrupta. In ſequenti quoque homilia multa vt in aliis fuerant deprauata, & quædam paſſim omiſſa, ſine quibus conſtare omnino non poterat Chryſoſtomi ſententia. ſed nonnunquam etiam contrarium dicere ac ſibi repugnare videbatur. Pleraſque autem clauſulas aut verſus etiam aliquot ſæpiuſcule præteritos deprehendi: quum in fine aut initio clauſulæ aut verſus bis eadem dictio poneretur. Dum ſcriba videlicet vel typographus aut fortaſſe

tasse interpres ipse non satis attentus, à priore ad secundam transiluerit. Quòd vero ad finem libri plurima desiderarentur, totum videlicet Matthæi caput vltimum cum portione penultimi capitis, homiliæ scilicet duæ integræ cum portione præcedentis, mutilo codici potius quàm interpreti adscribendum videtur: quindecim enim græci codicis folia nondum, quod quidem sciam, in latinam linguam versa fuerunt. quæ res imperfectum nobis egregium hoc opus relinquebat, quod nunc fide quàm potuimus optima complenimus. Possem & alia multa proferre: vt quòd initio xviij. capitis Iacobum & Ioannē fratres ambos primogenitos dicit, reclamante sensu communi. qui tamē error in postrema etiam Basilienſi editione habetur. Item quòd ſpecialis posuerit, pro, ſpiritualis. & tempus fugitur, pro, templum fingitur, siue formatur: & liquidus, pro, liuidus: & legi satisfaciat, pro, legem cessare faciat: & susceptum, pro, suspectum: & Satanam, pro, semina: censentur, pro, cessemus: non vult, pro nullum: nullam, pro, multā. & paulopost, nullam, pro, nonnullam siue aliquam. & temporum, pro, ipsorum. viciorum, pro, iudiciorum. corpus, pro, opus. iuxta, pro, mixta. cui certe, pro, cur terræ. volo, pro, nolo. Huic præcipi, pro, hinc percipi. & anne, pro, annui, sine interrogatione: nā græce est ἐνιαυσιαῖος: & omnia, pro, anima. coronam, pro, carnem. negligat, pro, vigilet. & cum autem expiasse, pro, cùm Iudam expirasse. sed quia istud fortasse minus est credibile, vide homiliam 87. vbi græce habetur. τὸν ἰησοῦν ἀποπνευσάντα, & paulopost molliores pro meliores βελτίους. in cuius etiam initio habebatur, volebant, pro, voluebant, ἔδρεφον. & ibidem de maledictis, pro, de Amalechitis. & certas, pro, tertias. Sed ne innumera persequens molestus sim lectori, paucos versus legat qui volet sub finē homiliæ septuagesimæquartæ: vbi non dico interpretis, sed scribæ potius aut typographi vt & in precedentibus, quàm plurima corrupta fuisse deprehendet, vt quòd posuerit, decore, pro, dedecore. absit, pro, adsit. quidem, pro, quidd. am. ibi, pro, tibi. stultum, pro vultum. sanitas, pro, suauitas. magno vt vides sententiæ incommodo & sensu plerunque contrario. Nec id tantum in editione Parisiensi, verumetiam in Basiliensi eaq; postrema. vt interim sileam de aliis mendis, quæ eadem in columna eiusdem homiliæ 74. extrema habebantur, quæ non ita facilè typographo imputari possint. Id dico, vt si quis grauetur totum opus aut homilias hasce aliquot conferre, hos saltem paucos versus conferat: vt vel inde colligat quantum commodi ex reliqua tanti operis emendatione consequi valeant sacrarum literarum studiosi, quorum iuuare studia, atque per illos publicam vtilitatem sedulo certè pro nostra mediocritate conati sumus. Atque id sanè affirmare ausim, nullam omnino esse homiliam in qua non sint multa emendata. Sed vereor ne pluribus quàm deceat ista fuerim persecutus in his potissimum quæ typographo imputari debent: & quæ attentus lector suo marte facilè, vt videtur, emendauisset. Ideoque mihi fortè quis obiiciet temere istiusmodi pleraque fuisse producta. Sed quid dicet cùm videat ista in tam multos codices irrepsisse, tamq; pertinaciter hæsisse, vt in postrema etiam Basiliensium editione manifestissima hæc, & correcta, vt videtur, facillima errata, relicta tamen fuerint? in qua Sigismundus vir certe doctissimus profitetur se laborem haud vulgarem impendisse. Verum cuiuscunque tandē incuria plurimæ istiusmodi mendæ fuerint inuectæ: nulli dubium, quin lectores plerosque turbare, aut etiam prorsus à sanctissimi huius viri scriptis alienare possent. cui malo regijs illis codicibus adiuti occurrere studuimus. Et quod hic in commentarijs istis in Matthæum diximus, idem in Ioannem, Genesim & Paulum dictum putato, Candide lector, ne eadem sæpius sint repetenda. Nam etiam si nunc ad clepsidram mihi dicendum non sit, ad chartæ tamen mensuram scribendum est. tres enim tantum huic epistolæ sunt relictæ paginæ reliquas igitur paucis sunt perstringendæ. Et quod ad Commentarios in Ioannem attinet, confer si lubet homiliam secundam aut quartam, in huius statim initio turpem, ni fallor, interpretis lapsum deprehendes: vbi contra illos agens qui spiritum sanctū creatum esse dicebant, ait. ἄλλως δὲ εὑρήσομεν καὶ ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ &c. hoc est. Alioqui iuxta hanc rationem inuenietis &c. vbi prius habebatur. Præterea in hoc euangelio inuenimus &c. quæ illi loco non conueniunt, vt nec quæ paulopost addit ibi, verum & hæc omnino esse nata &c. cùm dicendum sit. Verum ipse homo omnino vita est &c. Aduersariorū enim absurda confutat dicta. Hic in eadem quarta homilia quædam fuisse omissa reperies, & non pauca corrupta & inuersa. sed prolixius ista persequi non licet. Quædam etiam mutauimus perspicuitatis gratia. vt quod homilia vigesima septima dicit. vt cum vita malicię studeāt, pro, quoad viuant: nos pro his dictionibus, cum vita, posuimus, ad extremam vsque respirationem. nam græcè est ἕως ἀναπνοάς. eadem ratione margini nonnunquam clariorem sententiam adiecimus, vt cum dicit Christum in lotione pedum omnia per se fecisse, nec cuiquam aliquid præcepisse: sic ponit. nemine inſſo omnia fecit: nos in margine posuimus cum nota diuersæ lectionis ⌈ nemini quicquam imperans ⌋ è regione harum dictionum ⌈ nemine inſſo ⌋ explicantes potius quàm versionem illam damnātes. Quædā etiam corrupta aliter restituimus quàm suspicamur interpretem rectè posuisse, vt vbi habebatur. Qui præsentibus rebus & magnis inhiat, is vilis est & abiecti animi. nam pro, & magnis, suspicor interpretem scripsisse, vt magnis: nos vero, tanquam magnis substituimus: ne denuo locus facile deprauaretur. Sæpissime enim deprehendimus, &, pro, vt, aut contra positum esse. facile quidem lapsu, sed magno, vt hic vides sententiæ incommodo. Homilia vero xxvij. quædā detraximus, addita, quæ sententiæ multum efficiebant. vt cùm dicit, in solennitatibus in ciuitatem veniebat Ioannes, vt in &c. Ioannes, in græcis non habetur, nec de Ioanne baptista intelligi possunt quæ ibi dicuntur, cùm ipse nulla signa faceret vt habetur Ioan. x. sed de Christo dicūtur. de suo igitur male addiderat illic complura de Ioanne. quæ tamen etiam habentur in postrema Basiliensium editione. item in eadem cùm declarare vult discipulorum Christi & Ioannis differentiam, perobscurè id exponebat. Quod autē paulopost plusquam viginti versus fuerint omissi, haud scio typographi ne culpa istud contigerit an interpretis. constat tamen malè fuisse omissos: quod & in homilia. 32. factum est. homilia item. 33. ob quædam omissa, tota corrupta fuerat sententia, ita vt repugnantia illic miscerentur & coniungerentur. In homilia vero. 44. nihil ausi sumus immutare quòd ea in nostris græcis codicibus vetustissimis deesset, in fine videlicet tomi primi aut in principio secundi. in huiusmodi enim voluminibus priores & posteriores partes, nisi firmum habeant tegumentum, plurimis sunt obnoxiæ periculis. Ex Basiliensi illa postrema editione, quam vbique cum nostra contuli prius quam quicquam ad græcorum fidem emendarem, nonnulla huc assumpsimus: & quædam margini cum diuersæ lectionis nota ⌈ adiecimus, ad eius finem addendo particulam, ger. vt lector intelligat illud non è græcis nostris codicibus, sed germanicis desumptum: si quando ad rem pertinere videretur. Nam quæ malè addere videbatur, reiecimus, vt quod reciprocum, se, addiderit homil. lxv. Sed ista latius vt dixi explicare non licet. vt nec quod eadem homilia contraria habeatur sententia, cum dicit, hoc autem cognouerunt, pro, hoc autem non cognouerunt. negationem addendam facile attentus lector cognoscet, nunc certe cùm eam in græcis haberi nouerit. Si quis plura in Ioannem requirat, quamuis multa passim occurrant, conferat si lubet, homiliam. 23. & 33. vbi contraria prius habebatur sententia. vt & homilia. 37. pro, vel contradicere cogebantur, legendum est: nihil contradicere poterant. videt', Candide lector, fœdo lapsu plurima viciata fuisse? Sed ad Genesim properandum est. in qua similiter ad vetustissima duo volumina græca quàm multa restituerimus, quoniam paucis reliqua perstringere cogor, vide homi. 16. vbi præter alia multa emendata truncatum prius homiliæ finem restitutum cōperies, vbi columna tota fuerat prætermissa ob vocis, opinor, repetitæ affinitatem. Hoc autem librarij ne aut typographi, an interpretis negligentiæ tribuendum sit aliorum esto iudicium. Quod verò ad voluminis initium aut finem nonnunquam aliquot desint folia, id codicum vetustati adscribendum videtur. quod in Matthæo prius contigisse arbitror, ac nobis nunc quoque in secundo in Genesim tomo euenisset, si vnicum exemplar habuissemus. In homilia. 35. præter non pauca depranata, multa etiam deerant, quæ nunc restituimus: quo in loco postrema etiam germanica editio codicem græcum ibi mutilum fuisse testatur. Hoc autem, vti nec præcedentia, non ideo dico, vt Basiliensi typographo noceam, absit. sed vt studiosis prosim: & veritatis patrocinium sumens auctoris tam celebris integritati consulam, quo & ipsi Basilienses si denuo hos excudant commentarios, istis, nisi meliora contingant, nobiscum fruantur. Equidem vehementer miror cur ipsi editionem nostram in Paulum anni. 1543. non sint secuti in commentariis præ-

sertim ad Galatas & in secundam ad Corin. ab Erasmo ipso emendatis, vt tunc etiam fueram testatus. Cùm enim Veronæ excusus esset in omnes D. Pauli epistolas Chrysostomus græcus, & ad illum contulissem prædictos commentarios, in eisque nō pauca loca notassem quæ emendanda viderentur, ea ad Erasmum misi, nolui enim eo vivo & inconsulto in illis quicquam immutare aut addere: admonuiq; hîc nouam adornari editionem. Is paulopost mihi rescripsit & quæ immutanda indicaret remisit. quæ etiamnum, si quis forte diffidat, apud me ipsius manu descripta conservo. Ea tamen Basilienses fortè non legerunt, nec Erasmum sua ad Veronense exemplar recognouisse animaduerterunt, sed videant, quæso, septimam saltem homiliam in secundam ad Cor. & in penultima columna versus 17. in suis codicibus deesse comperient. vt interim de aliis quàm plurimis mendis sileam, quas hic proferre non licet. Vereor enim ne loci angustia quædam etiam ex suprascriptis detrahenda sint. si tamen quid liceat, legat homiliam quintam ad Ephesios, vbi in dogmatibus sitam, male distinxit, & dictionem, sitam contra Chrysostomi interpretationem, de suo addidit. Item pag. 1067. quædam omisit & nonnulla malè vertit. Item homi. 6. 2. ad Tim. eadem Basil. editio textum à glossa non separando, & negationem, non, ante, patientem, addendo totam corrupit sententiam. & ibidem pro, in vicio, posuit, in initio. Item abiecti, pro, assecti. & huiusmodi alia infinita reperies si hanc cum prioribus editionibus conferre lubet. Quæ autem margini præfixa stella * ad loci maiorem explicationem addamus, ipse suo loco melius nosces optime lector. Vbi nonnunquam rationem diuersæ lectionis additam cernes. vt nono capite ad Hebræos, vbi vulgata editio habet, quæ dicitur sancta, Eras. verò, quàm vocant, sancta. nos autem in margine posuimus, quod dicitur sancta, per relatiuum neutrum: vt referat antecedens tabernaculum. & græca addidimus vt ἥτις referat σκηνὴν, quod. s. tabernaculum: quæ interpretatio illi loco aptior videtur ad mentem certè Chrysostomi. De hoc enim tabernaculo paulopost loquens, ait. Tabernaculum enim constructum fuit primum quod dicebatur sancta, in quo erat candelabrum & mensa &c. eodem modo & N. Lyranus eum locum intelligendum censet, vir in explicando sacræ scripturæ sensu primario & literali, vt vocant, diligens ac minime contemnendus. vtcunque in dictionum græcarum interpretatione aut etymologia nonnunquam fallatur. Hoc quidem pluribus egi ne quis tum contra vulgatam tum contra Erasmi versionem temere aliam me ibi annotasse clamet: frequenter etiam addimus quid legisse videatur interpres, & quid nos legamus aut legēdum putemus. Largiatur deus opt. max. cuius ope freti istud qualecunque munus aggressi sumus, vt hæc recognitio in ipsius cedat gloriam, & reipub. vtilitatem. huius autē vtilitatis quamcunque inde percipies Candide lector, gratias velim vt in primis habeas Christianissimi regis liberalitati, qui magno ac verè regio sumptu vndecunque potuit optimos quosque libros conquirendos atque in suam, quam ad bellæ aquæ fontem instruxit amplissimam habet bibliothecam, comportandos curauerit: ex qua græci illi codices fuerunt deprompti. Bene vale & nostros conatus, si lubet, boni consule. ἀρκεῖ γὰρ ἐν μεγάλοις κἂν τὸ θέλημα μόνον. Lutetiæ. xiiij. apr. 1556. ex musco nostro tornacensi.

Huic eiusdem Chrysostomi suprà præcedentem editionem accessit in psalmos enarratio. Adde, in aliquot Esaiæ capita: nunc primum è græco in latinum traducta, Godefrido Tilmanno interprete.

Præterea sub finem huius qui. quædam in Timothei & Titi epistolam, inuenies annotata.

VITA DIVI

VITA D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, EX historiæ, quam Tripartitã vocant, libro decimo, magna ex parte concinnata: nonnullis adiectis ex dialogo Palladu episcopi Helenopolitani, qui fuerat Chrysostomi discipulus, & Theodori Romanæ ecclesiæ diaconi, per Des. Erasmum Roterodamum.

IOANNES Chrysostomus, patria Antiochenus, patrẽ habuit Secundum, inter eos qui in Syria militari dignitate præcellebant, cùm primis illustrem: matrem Anthusam, iuxta nomen suum omni virtutũ genere florentem, vtrunq; nobilẽ lautaq; fortuna. Puer nondũ sacro lauacro regeneratus, audiuit ingeniosum, sed insigniter impium Libanium sophistam. Sic enim tum rhetores appellabãtur. Iam annum ingressus decimumoctauũ aliisq; liberalibus disciplinis strenuam nauauit operam, ætatis lubricum assiduis laboribus coërcens. Philosophiæ doctorem habuit Andragathium, iam tum Aegyptiorũ opes ad dominici templi structuram comparans, vt teneris statim annis eloquentiam cum sapientia coniungeret. Verùm postea quàm ante capitis canos, mentis caniciem induisset, maturè ad diuinarũ literarum cognitionem studiumq; pietatis animũ applicuit. Tam insignẽ adolescentis indolem variis indiciis emicantem animaduertens Meletius Antiochenæ ecclesię antistes, eum ad se accitum inter familiares habuit, quem quum ferme triennio Christianæ fidei dogmatibus satis imbuisset, aqua regenerante tinxit, moxq; lectorem ordinauit. At iuuenis haudquaquã tutum ratus in ciuitate celebri publicis functionibus implicari, in montes vicinos secessit, atque illic seni cuidam Syro adhæsit, vt ex eius contubernio cõtinentiam vitæq; austeritatẽ disceret. Mansit autem apud hunc annos quatuor, diuinarum literarum vigilanti studio iuuenilis ætatis stimulos æstusq; domans ac reprimens, ab hoc gradu tendit ad perfectiora, abdit se in remotiora deserti, ibiq; speluncæ inclusus bienniũ ferè peregit solus, noctes diesq; versans in meditatione sacrorũ voluminum, eaq; ediscens. Verùm dum hìc humi cubat, saxo insidet, ieiuniis ac peruigiliis vtitur, carnis quidem rebellionẽ prorsus edomuit, sed corporis valetudinem vehementer offendit. Ea res illum compulit, vt velut è graui tempestate ad ecclesiæ portum redire cogeretur, hæc omnia moderante prouidentia numinis ad publicam hominũ vtilitatem. Reuersus itaque à Meletio diaconus ordinatus, per quinquennium sacris ministrat altaribus. In qua functione quum ita se gessisset, vt & vitæ cõtinentia & egregia doctrina cunctis esset perspecta atq; explorata, à Flauiano episcopo presbyter consecratur, præ singulari animi modestia tanti muneris dignitatem pro viribus detrectãs: in hoc munere summa cum omnium laude summaq; ecclesiæ vtilitate versatus est annis duodecim, nondum episcopus episcopi vices agens, gregem domini cum morum integritate, sermonibus ac libris ad pietatẽ erudiendo. Sed vt is aliquantisper intermissis, ad rudimenta illius recurram: iuuenis studiorũ sodali vsus est Basilio Magno, quod ipse testatur in libris quos scripsit de sacerdotio: hoc est, de munere functioneq; episcoporũ. Nam id temporis soli episcopi sacerdotes dicebãtur, presbyteri recitabãt atq; enarrabant scripturã canonicam, cæterisq; sublimioribus functionibus episcopũ adiuuabãt. Destinatus erat causis forensibus, verùm ille perpendẽs hoc vitæ institutum nõ solùm esse turbulentũ, multisq; molestiis obnoxium, verùm etiam inquinatum viciis, parumq; conueniens animo philosophico, ad pietatis professionem sese conuertit, Euagrij exemplo potissimũ prouocatus, qui & ipse post prophanas disciplinas, quietũ ac solitarium vitæ genus elegerat. Mox igitur Chrysostomus posito fastu mũdi, atq; ipsa etiam vestitus ac morũ simplicitate, mentis propositum prę se ferens, assiduus erat in euoluendis sacris voluminibus, nõ ignarus ex hisce fontibus petendã esse veram sapientiã. Et ne sibi tantũ magister esset, frequens erat in tẽplis sacras audiens cõciones, à quibus nõ arcebantur nõdum in Christo renati. Porrò quemadmodum ipse tractus erat exemplo Euagrij, ita suo suasu ad idem institutũ pertraxit Theodorũ ac Maximum, quos apud Libaniũ habuerat condiscipulos: Quorum vterq; pòst vocatus est ad episcopi munus, Theodorus apud Mopsuestienses, Maximus apud Seleuciã Isauriæ. Simul interim se tradiderãt literis sacris erudiendos Diodoro atq; Carterio, qui id tẽporis sacris monasteriis præsidebant. Nam in his solis tum docebãtur sacræ literæ, ac iuuentus ad pietatẽ instituebatur. Siquidẽ scholæ multis pòst seculis inuentæ sunt: monasteria verò, ni fallor, ea ætate dicebantur episcoporũ ædes, in quas se recipiebant à popularibus feriati negociis. Sed Diodorus pòst Tarsensis episcopus factus, etiam libris editis inclaruit. Interea Ioannes versabatur cum suo Basilio, paribus animis quietam vitam meditãte. Verùm Christus nõ passus est illas lucernas diu latêre sub modio. Nã Basilius à Meletio creatus est diaconus, deinde Cæsareã Cappadociæ pertractus, coactus est episcopi sarcinam suscipere. Ab huiusmodi tyrociniis olim nõ irruebant, sed pertrahebãtur absoluti doctrina, vitaq; viri ad ecclesiarũ gubernacula: Ioannẽ verò Meletius Antiochiæ episcopus, vt antè dictum est, lectorem instituit. Miror autẽ quur quod Palladius refert à Meletio factum, Socrates in historia, quam Tripartitam vocant, dicat à Zenone factum: nisi fortè quemadmodũ Ioannes ob eloquij suauitatem dictus est Chrysostomus, ita Meletius ob insignem vitæ continentiam dictus est Zeno: aut nisi Zeno præcessit Meletium: quanquam & alibi in narrando magna varietas est. Palladius ita refert quasi ab vno Meletio Ioannes fuerit lector, diaconus & presbyter ordinatus: quum ecclesiastica historia, cui magis fido, narret eum à Flauiano creatum diaconum: ab Euagrio, qui Paulino successit, ordinatum presbyterum. Verùm vtrunq; hoc habet, Ioannes iam lector in delegato munere egregium sui specimen dedit, edito libro aduersus Iudæos, quem nos Latinum fecimus: paulò pòst à Meletio creatus est diaconus, in quo gradu scripsit opus de sacerdotio, multosq; psalmos enarrauit. Posteaquã autem Meletius Constantinopoli decessisset è vita, Ioannes Chrysostomus ita recessit à Meletianis, Meletij cuiusdam Aegyptiæ ciuitatis episcopi ab ecclesia sua depulsi, peruersum dogma sequẽtibus, vt tamen nec Paulino, qui Flauiano successerat, cõmunicaret. Erat enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter hos cõtentiosa quæstio de Ario & Origene: itaq; neutri se parti admiscens triennũ quietam egit vitam. Paulino succesſit Euagrius, à quo prouectus est Ioãnes ad presbyterij dignitatem: quam ita gessit, vt Nectario defuncto, imperiali iussione Constantinopolim accitus sit, ac multorum episcoporum quos eò imperatoris authoritas euocarat, authoritate coactus fuit eius ecclesiæ gubernacula susc ipere: prouinciam sanè perdifficilem multis nominibus, ob Thracię gentis barbariẽ, ob ciuitatẽ opibus, luxuq; diffluẽtem, ob plebem, Arianorum & Origenistarũ dogmatibus infectã. Nec minima malorũ pars erat illic aula Cęsarea, plurimam, vt solet malorũ lernam secum trahens, præsertim quũ adhuc pro ratione temporũ principis familia, ex Paganis, Iudæis, hæreticis, & orthodoxis esset permixta. Ea rerum difficultas egregium quempiã & impigrum ducẽ requirebat. Porrò quanta vigilantia docuerit, quanto studio pugnarit aduersus hæreticos, scripta viri declararunt, de quibus mox suo loco plura dicemus. Sed interim mirabitur aliquis quî factũ sit, vt episcopus tam rara doctrina, tam mirabili eloquentia, tam sanctis moribus bis depulsus sit ab ecclesia, ac demũ in exilio mori coactus. Zelus domus dei quam amabat, conciliabat apud multos inuidiã integerrimo præsuli. Nam prętersectarum dissidia, clerici & episcopi ad mundanos mores degenerarant, vnde factus est talis populus qualis sacerdos. Ergo dum ille pro suo officio libera lingua iuxta propheticũ sermonem euellit, destruit, disperdit, dissipat, ædificat & plantat: barbaricæ gentis odium in se cõuertit. Nec enim vnius tantum ciuitatis curam gerebat, sed latissimè sese proferebat ignea Chrysostomi charitas, per vniuersam Thraciam, quæ sex prętecturis erat diuisa, totamq; Asiam, quæ ab vndecim præsidibus regebatur: hoc agens, vt sacerdotes iuxta ecclesiasticas cõstitutiones viuerent, ni facerent, ab ecclesiis arcerentur, indignum esse prædicans eos apostolorum dignitatem vsurpare, qui vitam illorũ nollent imitari. Idem molitus est per regionẽ Ponticam, quę & ipsa ab vndecim iudicibus gubernabatur. Nam hæreticorũ tyrannis & ambitio viciarat omnes earum regionum ecclesias. Quin vbi cognouisset in Phœnice nondum extinctam idololatriam, delegauit eò monachos spectatæ probitatis, imperialibus etiam edictis armatos, qui pecuniis datis cõducerent operas demoliendis Paganorum templis. Eam pecuniam Ioannes nõ acceperat ex ærario publico, sed à piis fœminis, vltro in rem sanctã conferentibus. Nec his contentus, vbi sensit cohortem Celticam, hoc est Germanicam, quæ sub imperatore merebat, Arianorum dogmatibus corruptam, Celticæ linguæ presbyteros, diaconos ac lectores aliquos creauit, eisq; vnam dedit ecclesiam. Hac arte plurimos eius gentis pellexit ad ecclesiasticam doctrinam. Vbi verò cognouit & apud Scythas esse qui sitirent euãgelicam doctrinam, quum ipsi non esset integrum eò proficisci selegit viros apostolico zelo feruentes, qui nationem efferam Christi iugo submitterẽt: quod & euẽnit. Rursus vbi resciuit in vicis aliquot adhuc spirare pestem Marcionis, scripsit eius loci pastoribus, vt ex Cæsaris edicto, qui Marcionis dogmata sequebãtur, aut resipiscerent, aut in exilium ire iuberentur. Nónne hunc meritò dixeris alterum Paulum, tanta solicitudine prospicientem omnibus ecclesiis: Sed quò plures ille lucrifaciebat Christo, hoc vehementius in illum exarsit inuidia diaboli, qui per organa sua moliebatur, vt ab opere sanctissimo depelleretur. Primus in illum impetus ab ipsius clericis exortus est, adeò vetus est, quod hodie quoque fit, vt collegis male conueniat cum episcopo. Quidam hoc næuo conãtur illius obscurare gloriam, quòd æquo rigidior fuerit ac præfractior, non solùm aduersus clericos & plebeios, verùm etiã aduersus magnates & ipsam adeò Augustam. Donec enim tantùm clericis suis habebatur exosus, populi fauore facilè tutus erat. Sed excelsa fulmen ab arce venit: ac populus vndarum in morem, quocunq; spirat aura principum, eò voluitur. Immodicæ seueritatis exempla hæc fere cõmemorant. Eutropius eunuchus præfectus Cæsaris, cõsulari dignitate, studẽs suppliciũ sumere de quibusdam qui ad templa cõfugerant, persuasit imperatori, vt lex conderetur, vetans ne quis in periculo capitis ad templa cõfugeret: & si qui eò cõfugissent, liceret extrahere. Lata lex recidit in caput illius qui procurauerat, iuxta vetus Græcorum prouerbium, Malum cõsilium consultori pessimũ. Euẽnit enim vt ipse offenso imperatore, ad tẽplum cõfugeret. Is quum se præ nimio metu sub altare cõdidisset, Chrysostom° è suggesto vnde solet apud populũ verba facere, multa iurgiosè dixit in Eutropium. Ea homilia prodita, non parũ inuidiæ cõflauit episcopo, quòd hominem in calamitate cõstitutum non solùm nõ subleuarit, verùm etiã oratione seuera grauarit. Extractus igitur ab imperatore Eutropius, capite plexus est: nomen eius è numero consulum erasum. Ita cuius fœlicitas erat inuidiosa apud populum, eius calamitas cõflauit odium episcopo. Nã quòd Gaïnæ conatibus fortiter obstitit, fœliciter cessit. Is genere Celta, ingenio barbarus ac ferox, religione Arianus, tyrannidis affectator, magister militum, tanta potentia, vt ipsi etiã principi ob regni affectati suspicionẽ esset formidabilis, petiit ab imperatore vt Arianis intra ciuitatẽ daret vnam ecclesiam: Pollicitus est imperator se volũtati illius morem gesturũ. Interim acciuit ad se Ioannem Chrysostomũ, petens vt Gaïnæ postulationi cõcederet, ne magis irritatus pergeret affectare tyrãnidem. Ibi præsul solita libertate, Noli, inquit, imperator sanctũ dare canibus. Non enim potero dei gloriam celebrantes eiicere, & blasphemis tradere ecclesiam. Nec est cp metuas hunc barbarũ, quin potiùs ambos nos accersi iube: tu tacitus audies quæ dicẽtur, ego sic os occludam homini, vt posthac non ausurus sit petere, quæ dare nefas est. Imperator delectatus hac præsulis fiducia, iussit ambos vocari. Quumq; Gaïnas proposuisset suam postulationẽ, episcopus respondit: Non licet, ô Gaïna, imperatori Christianã sectanti pietatem quicquã persuadere moliri, quod pugnet cũ præceptis dei. Gaïnas respõdit esse par, vt ipse quoq; haberet orãdi locum. Ad hoc præsul, Vbiuis tibi patet domus dei, neque quisquã te vetat orare. Tum Gaïnas, Adsum, inquit, diuersæ religionis, itaque cum meis peculiare tẽplum habere cupio, nec æquum est hanc meam postulationem cõtemni, qui tantum laborum pro Romano imperio susceperim. Ad hęc præsul, Premia, inquit, quę cepisti longè superãt tuos labores, tribunus militũ factus es, cõsulari clauo ornatus. Confer qui pridẽ fueris, & qui nunc sis. Confer pristinã inopiam tuam, cũ opibus quas nunc possides: cogita quo cultu transieris Histrum, & quibus nũc vtaris vestibus, nec sis ingratus ei qui tibi tantũ habuit honoris. His dictis episcopus Gaïnæ os obturauit. Ille tamẽ nõ desiit moliri quod moliebatur, quũq; dolus parũ succederet, cœpit apertè tyrannidẽ exercere, per totam Thraciã populans ac vastans omnia: quumq; barbaricã feritatẽ expauescerent omnes, Ioanni

Esa.24.a Osee.4.b Hiere.1.b

Ex Cyrensi episcopo libro.5.c.28.

c.29.libri.5

c.30. Idem Theodoritus. σκυθικὸν ἔθνος. Scythicam turbam non Celticam.

c.31.

Idẽ Theodo.c.32.5.

21.atth.7.a

nes, Ioāni periculosæ legationis onus impoſuêre. Is nec veteris cōtentionis memor, nec hominis immanitate deterritus profectus eſt. Ibi quiddā accidit vix credibile. Gainas admiratus epiſcopi fortitudinem, nullum omnino periculum pro pietate recuſantis, occurrit illi longo itinere, ac pręſulis dextram oculis ſuis admouit, quin & filios ſuos iuſſit ſacra illius genua oſculari. Tantum valuit etiam apud impium barbarum Chriſtianæ fortitudinis admiratio. Apud clericos exaſperauit odium epiſcopi Serapio diaconus, qui præſentibus clericis (velut omniū nomine loquens) clara voce dixit, Nunquam epiſcope poteris hos corrigere, niſi vno baculo percuſſeris vniuerſos: ſed maximè grauabat illum Eudoxiæ Auguſtæ odium. Nam & hæc Ariana fuit, & Arianis ad nocturnos hymnos prębebat cruces argenteas, ac cereos argenteos, cum quibus totam noctem obambulabant per vrbem, canētes ſui dogmatis hymnos, ac velut exprobrantes orthodoxis erroré, qui tres crederent eſſe naturâ vnum. Ea pompa diluculo exibant ciuitatem ad ſuam eccleſiam: nam intra mœnia, vt dictum eſt, illis habere non licuit. Horū cantiones, quoniam videbantur celebriores, ne ſeducerent infirmos, Ioannes item auxit hymnos: ſed res in cruentam exiit pugnam, in qua Briſon eunuchus Auguſtę, præfectus hymnis exercendis, lapide ictus eſt in fronte, extinctis etiam vtrinq; nonnullis. Hac occaſione vetuit Imp. ne pòſt Ariani intra vrbē publicè canerent hymnos. Acceſſit oleum camino. Seueriano Gabalenſi epiſcopo, viro docto, & ad populares conciones accommodato, fauebat Auguſta: ei Ioānes in Aſiam proficiſcens, cōmendauit eccleſiam ſuam. At Seuerianus magis ſe ſtuduit commendare multitudini, quàm Ioanni, cui in ſinu malè volebat, vtcunq; coram blandus. Reuerſo ex Aſia Ioanne, euēnit vt prætereunti Seueriano Serapio data opera non aſſurgeret, veluti non agnoſcens pro epiſcopo. Ille hac exacerbatus contumelia, Si, inquit, Serapio mortuus fuerit clericus, Chriſtus non eſt factus homo. Hanc vocem quum ceu blaſphemam ad Ioannem detuliſſet Serapio, eius authoritate ciuitate pulſus eſt. Sed Auguſta Seuerianum Chalcedone reuocauit, quem tamen Ioannes non prius recepit in gratiam, quàm poſt multorum contemptas preces Auguſta in templo apoſtolorum, Theodoſium filium epiſcopi genibus imponens, diu ſupplex obteſtationibus extorſit, vt Seueriano reconciliaretur. Ac reuocatus ab exilio Chryſoſtomus, ſuæq; redditus eccleſiæ, nihilo mitior eſt factus erga peccantes. Eudoxiæ Auguſtæ ſtatua argentea chlamyde amicta in columna Porphyretica poſita erat, haud procul ab eccleſia Sophia. Ad eam publici ludi ſolent exerceri. Hoc epiſcopus ad eccleſiæ contumeliam pertinere ratus, ſolita libertate increpauit proceres, qui talia fieri iuberent. Hoc Auguſta ſic interpretans, quaſi in ipſius odium fieret, irritata procurabat, vt denuò aduerſus Ioannē ſynodus cōgregaretur. Id ſentiens epiſcopus homiliam ſupra modum liberam in eccleſia pronunciabat, cuius initium eſt: Rurſus Herodias inſanit, rurſus turbatur, denuò ſaltat, denuò caput Ioannis in diſco cōcupiſcit accipere. Fuerūt qui & illud optimo prælſuli vicio verterint, quòd quum inter epiſcopi virtutes Paulus recēſeat hoſpitalitatem, ipſe ſolitus ſit ſolus cibum capere, nec inuitatus ibat, nec rogabat alios, ne cum clericis quidem ſuis menſam habēs cōmunem, quum id ſummæ laudis eſſe rear: ſiue hoc tribuebat corpuſculi valetudini, quæ ſæpenumero etiam firmior periclitatur in

c.33.

Heb.13.a

cōuiuiis. At eam vir pius in eremo immodica vitæ auſteritate vehementer attenuarat: ſiue modeſtiæ fuit, qui ſingularem ciborum abſtinentiam noluerit apud alios oſtentare: ſiue temporis lucrum hac ratione captabat, vir tot diſtractus curis, tot diſtētus negociis, ſuper hæc totus intētus meditationi ſcripturarum, vt ſæpe cibum differret in noctem. Quis enim neſcit quantum temporis nobis pereat in frequētibus conuiuiis: In quibus vt à delicijs non corrumparis, vt ſobrietatis ac pudicitiæ theſaurum ſerues illæſum: multos tamen offendis, quibus tua parſimonia videtur aliis exprobrare crapulam, tuumq; bonum perperam interpretātur, quod pietatis eſt, hypocriſi tribuentes. Certè diutius accumbendum, apparatus lautior ob conuiuas apponēdus, interdum & audiendæ fabulæ, nec gratæ, nec dignæ piis auribus. Quantam temporis portionem nos perdimus, qui ferè tres horas deſidemus in prandio, totidem in cœna, quum reficiēdo corpuſculo ſufficiat horæ dimidium. Ne commemorē interim quòd barbari lauticiarum oſtentatores, pro hoſte habēt ſi quis non deguſtet appoſitas delicias, ſi quis calicem porrectum recuſet, ſi quis vocanti excuſet, quum apud alios egerit conuiuiū. Nec iſta eſt hoſpitalitas quam commendat Apoſtolus, vel aſsidere diuitum, vel adhibere diuites lautis mēſis: ſed aduenas & egenos humaniter excipere hoſpitalitas eſt epiſcopo digna, quam ipſam tamē per alios rectius exercet quemadmodum Apoſtoli prædicando verbo dei toti intenti, menſarum curam delegerūt diaconis. Quanto verò ſtudio proſpexerit egentibus, ſcripta hominis vbique clamant. Quin & clericos habuit, eius gentis moribus corruptos, qui tam ſobrium vitæ modū non tuliſſent. Ob has cauſas maluit ſolus capere cibū. Verūm interim epiſcopo ſoli accumbēti, adſtat diaconus recitans aliquid ē ſacris voluminibus: quo conuiuio quid eſſe poteſt lautius, quum ſimul & animus & corpus reficitur? Ego ſic exiſtimo, meram eſſe calumniam, quod de illius ſænitia præfractiſq; moribus iactatum eſt. Nam hominis ſcripta præ ſe ferunt admirandā quandam humanitatem ac manſuetudinem, quum ille & in reprehendendis vicijs ſit admodum moderatus, magiſq; videatur eblandari religionis amorem, quam exigere. Quod ſi quando ſeuerius ſe geſſit, dubitādum non eſt, quin illi cōſtiterit ſui conſilij ratio. Minatur & Paulus interdum virgam: ac rebelles Euangelio tradit Satanæ. Nec ſtatim vituperādum eſt, quod à re laudata diuerſum eſt. Sunt varij ingeniorum habitus, nec omnibus omnia congruunt. Dubitari iure poſsit, vtrum plus contulerit reip. Romanæ Catonis ſeueritas, an Lælij mitis, vt ait Flaccus, ſapientia. Auguſtini ciuilitas multum profuit Eccleſiæ dei, nec minus tamen vtilis fuit Hieronymi auſteritas, vterque diuerſis virtutibus deo fuit gratiſsimus. Vitauit, inquiunt, turbam raroq; conſpectus eſt in populo, ſed aſsiduus fuit in Eccleſia. At nec ſingulos, inquiunt, aut paucos ad colloquium admittebat, nimirum & vnus & pauci interdum turba ſunt. Sed quo ille non alacriter ibat, ſi quando pietatis negocium agebatur? Quid ille non faciebat, vt diſsidia aut non orirentur, aut citra grauem tumultum componerentur? In magnis ac manifeſtis criminibus fecit quod fecit Ioannes Baptiſta erga Herodem, quod Chriſtus erga phariſæos, quod Paulus erga Elymam, Hermogenem & Phigellum. Non igitur mirum quòd has procelias pertulerit Chryſoſtomus, quas omnes ipſe nondum epiſcopus proſpexit omnibus epiſcopis ſyncerè Chriſti negocium agentibus imminere. Illud

Attende literatā conuiuio.

Candor Erasmi in Chryſoſtomum.

mirum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mirum,quòd per viros laudatos vir laudatissimus dignitate priuatus sit,& in exilium actus.Ego Theophilum Alexandrinum episcopum hominem egregiè doctum existimo, cæterùm ingenio vafro, & ad compescendos illorum temporum tumultus fortalsis accommodum.De sanctimonia nihil habeo comperti.Certè in historia tripartita multa de illo narrantur,de studio congerendæ pecuniæ,de vafricie qua elusit monachos Anthropomorphitas,rursus de impia versutia,qua decepit monachos Aegypti, de studio vindictæ, de violentia,aliisq; huius generis,quę non competunt nisi in malum virum. Nam epistolas illas Theophili ad Hieronymum, Hieronymi ad Theophilum confictas esse non dubito, quum ob breuitatem qua non solet vti Hieronymus, tum ob characterē in vtrisque similem, quum Theophilus vtique si scripsit, Græcè scripserit. Quòd si vera sunt, vt sunt verisimilia, quæ de illo in dialogo narrat Palladius, deq; Theophilo, ac cæteris partes illius sequētibus, nostrorum temporum episcopi præ illis sancti sunt. Epiphanius Cypri episcopus, quum adhuc ageret eremitam ob vitæ austeritatem, multum honesti nominis meruisse legitur:Iam vt miracula recipiamus,de eo qui se mortuū simulauit, paulo; pòst verè mortuus repertus est: quod ad Epiphanium attinet,nullū erat miraculum, sed erat vindicta dei in irrisorem,miraculum erat futurum si mortuum reuocasset in vitam.Et potuit esse σύμπωμα,cuiusmodi permulta accidunt in vita mortali, hoc non minus mirabilia.Itidē quod narrāt de auro coniecto in ædes œconomi,tale quiddam esse potuit, quale fecisse legitur diuus Nicolaus. Sed ad illius monimentum pellebantur,vt fertur, dæmones. Id magis arguit fidem viuorum,quàm merita defunctorum, vt nequid hîc tribuamus impiorum spirituū præstigiis, vtq; demus esse vera quæ memorantur. Nam monachorum genus, & simplex hominum vulgus hoc genus fabulis solet impensius indulgere. Neque hæc eò dixerim, vt Epiphanium opinione sanctitatis spoliem:sed arbitror hominis in eremo educati simplicitati imposuisse Theophili calliditatem,vt Epiphanius persuasus nō alio animo persequutus sit Chrysostomū,quàm Paulus initiò persequutus est Christianos. Postremò vt cētum miracula de Epiphanio proferantur, plus apud me ponderis habet animus ille Chrysostomi,in tot illius monumētis tam viuidè spirās pietatem erga deum, charitatem erga proximum,mirabile quoddam studiū erga Christi sponsam ecclesiam. Denique inter sanctos quoque deus permittit interdum humanos quosdam affectus incidere,ne pro diis habeātur.Etenim si inter Paulum & Barnabam tam acris incidit concertatio,vt alter ab altero discederet: quid mirum si talis error incidit inter Epiphanium & Chrysostomum? Et fieri potest, vt simili astu Theophilus imposuerit Hieronymo,abusus simultate, quæ illi fuit cum Ioanne episcopo Hierosolymitano, à cuius communione abstinebat Hieronymus, quòd haberetur Arianæ factionis. Theophilus Dioscorū monachum,opinione sanctitatis celebrem, fecerat episcopum Hermopoli:duos illius fratres apud se detinuit, committens illis œconomiam ecclesiæ. Hi offensi opibus studioq; congerendi auri, quod deprehenderunt in præsule, Aegypti monasteria repetunt. Theophilus odoratus suam vitam illis displicuisse, simul odisse cœpit & Dioscorum episcopum. Ardebat Theophilus cupiditate vindicandi: verùm quoniam hos omnes ob vitæ sanctimoniam suspiciebat populus ac monachorum cohortes, censuit rem astu tractandam,& iuxta prouerbium,vulpinam pellē assuendam, „ si leonina non assequeretur.Id ætatis quidam sub Ori- „ genis titulo hæresim Arianā instaurare conantes,(nam Arius damnatus erat, Origenes non erat,)multum inuidiæ conflauerant Origenico nomini. Porrò qui sequebantur Origenem,asseuerabant deū incorporeum esse, ac monachos secus sentientes contumelioso nomine appellabant Anthropomorphitas.Hinc acris inter eruditos & indoctos monachos contentio. Porrò Dioscorus hac in parte sequebatur Origenem, Epiphanius quem appāret parum fuisse literatum, cum turba simplicium monachorum sentiebat, vnde Theopilus quem in prioribus epistolis Hæresiarcham appellauerat, post aduersus Chrysostomum incitatum appellauit sanctissimum. Hinc homo vafer Theophilus ansam arripuit,quum ipse frequēter esset professus deum esse incorporeum, tamen monachos aliquot simplices minusq; literis diuinis exercitatos misit in Aegyptum, qui spargerent deum esse corporeum, & iuxta diuinas scripturas, hominum more oculos,faciem,os, manus & pedes habere:recedendum esse à Dioscoro & fratribus eius,qui sequentes blasphemum Origenis dogma, negarēt deum habere membra humana.Ea res tantam seditionem excitauit in Aegypto, vt Theophilus cum armatorum cohorte Nitriā profectus sit, oppressurus Dioscorum & fratres illius. Ita factum est vt Dioscorus comitatus duobus fratribus,& aliquo numero monachorum venerit Constantinopolim: In his erat Isidorus,quem Theophilus prius amicum ob huiusmodi causam cœpit habere exosum. Erat quidam Petrus Alexandrinæ ecclesiæ archipresbyter,hunc quum ob priuatas causas Theophilus haberet exosum, submouere tētauit ab ecclesia,crimen prætexens, quòd mulierem Manichæam ad communionem recepisset, nondum abiurata hæresi. Id quum Petrus diceret esse factū iussu Theophili episcopi,isq; inficiaretur, Isidorum citauit testem. Is Roma reuersus, testimonium dixit pro Petro. Quare magis exasperatus Theophilus vtrūque depulit ab ecclesia. Hanc ob causam Isidorus & Dioscorus cum aliis eremitis, vt dixi, Constantinopolim profecti sunt, vt imperatori & Ioanni Chrysostomo quid accidisset,referrent. Eos Chrysostomus honorificè quidem excepit, communicare tamen cū illis noluit,nisi tota causa cognita.At mēdax rumor ad Theophilum detulerat, Ioannem cum illis communicasse, hoc animo vt illis aduersus Theophilum ferret suppetias.Moxq; accensus ira, cogitabat de vlciscendo, non solùm Isidorum ac Dioscorum,verùm etiam Ioannem Chrysostomum,quem cogitabat ab episcopi dignitate depellere.Nec mirum,quandoquidem inuitus illū ordinarat. Id quò magis succederet, dissimulauit quid agitaret animo, scripsitq; epistolas ad singlarum ciuitatum præsules, de damnandis libris Origenis, hoc fuco sibi cōcilians Epiphanium Cypri episcopum, qui cùm antè ipsi fuerat simultas ob dogma diuersum. Simulauit igitur se pœnitere prioris sententiæ,& in eam opinionem pedibus discessisse,cui fauebat Epiphanius: coq; hortatus est hominem,curaret Cypri celebrādam synodum,cuius authoritate libri Origenis damnarentur.Epiphanius pro sua simplicitate nō sentiens Theophili dolum, nec ab episcopo sene tantum expectans versutiæ, coacta synodo vetuit legi libros Origenis, simulq; scripsit Ioanni Chrysostomo, vt idem faceret Constantinopoli, quod ipse fecisset in Cypro.Interim

Plutarchus tribuit Isandro.

Erasm. monachomastix.

& ipse

& ipse Theophilus,posteaquàm videret succesisse conatum, conuocatis episcopis damnauit libros Origenis. Nec Chrysostomo quidem oboluit quid vafer ille senex his proœmiis moliretur, aut si quid suspicabatur,pro conscientiæ suæ synceritate negligebat,intentus ecclesiasticæ doctrinæ. Cæterùm vbi iam præ se ferret Theophilus quid ageret, quicunque ex clericis aut proceribus aulicis malè volebant Chrysostomo,Theophilo veluti signifero semet adiunxerunt, atque occasionem nacti moliebantur, vt aduersus Ioannem episcopum synodus coiret. Quibus autem de causis clericos ac proceres aliquot, ipsam etiam Augustam haberet intensam,antè dictum est.Paucis pòst diebus Epiphanius à Theophilo persuasus venit Constantinopolim,episcoporum decretum secum adferens, quo non ipse quidem Origenes,sed illius libri dãnabantur.Nec legitimo more res gesta est ab Epiphanio, sed ex Theophili præscripto magis, quàm ex ecclesiastica disciplina.Nam quum Ioannes offerret hospitiũ cæteraq; necessaria,ille recusauit,in suo sese diuersorio continens. Egressus vrbem in basilica sancti Ioannis, quæ abest ab vrbe septem passuum milibus,celebrauit illic collectã, quasi Ioanniscommunionem euitans: ibidem ordinato diacono,reuersus est in ciuitatem. Ibi conuocatis episcopis recitabat Origenicorum librorum damnationem,cui subscribebant nonnulli Epiphanij reueriti authoritatem.Plurimi tamen reclamarunt, præcipuè verò Theotimus Scythiæ episcopus.At Ioannes quem faciunt tam rigidum,nõ quidem offensus est, quòd Epiphanius in aliena ecclesia celebrasset ordinationẽ:tantùm inuitabat vt cũ cæteris episcopis vteretur suo hospitio. Ille verò negabat se vel ipsius vsurum hospitio, vel cum eo oraturum,nisi Dioscorum & illi adhærentes vrbe pelleret, atque ipse quoq; damnatis Origenis libris subscriberet. Ad id Ioannes tergiuersabatur, negãs esse quicquam temerè agendum ante catholicam cognitionẽ.Erat enim Origenes ob admirabilẽ scripturarum peritiam doctis omnibus gratiosus, quem & ipse Athanasius aliquot locis honorificè citat,distinguens sermonem disputantis, à sermone decernentis. *Attende.* Atq; adeò Theophilus post damnatos Origenis libros compertus est illis legendis incumbere. Quin & diuus Hieronymus Origenis ingenio vehementer delectatus videtur,donec mutato nomine Arriani redderent illum inuidiosum.Proinde videbatur iniquum eius libros qui vixerat ante ducentos annos, nec vlla hactenus synodo fuerant damnati,nunc infrequenti cõcilio condemnare. Ergo quum Chrysostomus detrectaret illico dãnationi subscribere,callidi quidam Epiphaniũ animo simplici præditum huc instigant. Quum in ecclesia apostolorum esset celebranda collecta, efficiunt vt Epiphanius procedat coram vniuerso populo,& recitata Origenis dãnatione, inter Origenistas pronunciauit Dioscorum cum suis comitibus:simul & Ioannis nomen perstrinxit,velut Origenistarum patroni.Hæc cùm Chrysostomo essent renunciata, quum postridie rursus Epiphanius venisset ad ecclesiam,misit ad illum Serapionem,qui illi præsulis verbis hæc diceret: Cõtra regulas ecclesiasticas multa gessisti Epiphani, Primum quòd in ecclesia quæ tui iuris nõ est, peregeris ordinationẽ:deinde,quòd iniussu meo in ea sacra celebrasti: adhæc, quòd inuitatus ad hospitium & communionẽ recusasti,nunc rursus fidis tibi, Caue ne turbato populo periculum in tuũ recidat caput. Hac oratione territus Epiphanius secesserit, nec tamẽ peruenit in Cyprum, sed in naui mortuus est. Iam sperari poterat tranquillitas,verum Chrysostomus vbi resciuit quicquid egisset Epiphanius instinctu Augustæ fecisse,concionẽ habuit apud populum dentatam in vituperationem omnium fœminarum. Id Augusta interpretans in odium sui factum, imperatorem instigauit in episcopum, dicens eam contumeliam vxori factam magis in ipsum recidere.Ad hanc fabulæ partem accessit Theophilus, hoc agens cum Seueriano, vt quàm primùm aduersus Chrysostomum synodus fieret. Coiere permulti præsules à Theophilo prouocati,& in his episcopi quos Ioannes in Asia ob manifesta crimina,legitimè ab officio semouerat. Breuiter, quotquot Ioanni variis de causis malè volebãt.Chalcedone primùm cõuenere,vbi Cyrinus eius loci præsul multa inimicè in Ioannẽ Chrysostomum effudit,at nõ impunè. Nam Maruthas Mesopotamiæ episcopus Cyrini pedem calcauit imprudens,quamobrẽ non licuit illi Constantinopolim traiicere,sed latiùs serpente malo coactus est pedem amputare,ac paucis pòst diebus vita defunctus est. Theophilus autem quum venisset Constãtinopolim, noluit ingredi ecclesiam, sed in Placidiana, quæ erat domus Augustæ,versabatur,vt agnoscas aulicam esse synodũ, non ecclesiasticam.Hîc non iam de libris Origenis,sed de criminibus agebatur, quibus Ioannem opprimerẽt. Quæ fuerint crimina, partim ex Palladio, partim ex Chrysostomi epistolis colligitur. Vnum erat, quòd Origenistis communicasset. Alterum quòd sedecim in Asia episcopos præter ius depositisset:quum sex tantùm submouerit,eósque legitimè,nec nisi coactus, quorum præcipuus fuit Antonius Valentinopoleos episcopus. Tertium quòd non esset purus à consortio mulierum. Palladius affirmat omnia fuisse falsa, vno excepto, nempe quòd instituerat,vt qui accessissent ad mensam Dominicam, mox aut aquã aut pastillos sumerẽt, ne quid sacramentorum exercerent. In suburbano Chalcedonensi, quod Ruffini dicitur, vbi est basilica in Petri & Pauli honorem extructa,congregati episcopi, citarunt Chrysostomum ad crimina responsurum. Iusserunt simul adesse Serapionem & Tigriũ eunuchum presbyterum,& Paulum lectorẽ, quasi & hi criminibus essent obnoxij.At Ioãnes videns à palàm inimicis congregatam synodum, appellauit ad synodum frequentem & generalem. Illi contempta appellatione quater illũ citarunt:qui quum non cõparêret,in absentem pronunciarunt, iam non aliud crimen intendentes, nisi quòd citatus nõ paruerit.Supererat exequutio, vt ab ecclesia extraheretur.Id populus nõ sinebat: sed vrgebat iussio principis.Hoc vbi resciuit Ioannes, ne seditionis præberet causam, clam populo, se tradidit deportandum tertio à damnatione die. Amicos qui flentes aderant consolatus est,petitq; vt sibi darent paululum temporis ad quietem. Iumentum illius stabat ad portam qua putabatur exiturus,vt eò confluueret populus, ipse clàm per aliam portam euasit. Exulabat autem apud ostium Ponti,quod vocatur Hieron. Sed interim populus odio, vt fit, verso in misericordiam, desiderio præsulis murmurabat aduersus imperatorem & consilium episcoporum:sed præcipuè contra Theophilũ, cuius odiũ in Chrysostomum priuatum hoc argumento omnibus patefactũ est, quòd illo depulso protinus cũ Dioscoro eiusq; fratribus redijt in gratiã. Cæterum quum incruduisset populi tumult⁹, adeò vt multitudo circũ regiã vociferaretur, Augusta metuens exorauit imperatorẽ vt Ioannem reuocaret.Ad id missus Bresson eunuchus.

Criminum catalogus per calũniã intentatorũ Chrysostomo.

Idẽ Theod. c.34.

Addunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Addunt quidam nocturno terræmotu territos Constantinopolitanos, per multos legatos solicitasse Ioannē vt reuerteretur, ac precibus suis pericula depelleret. Passus est vir sanctus espugnari animū suū, & rediit ad dignitatē nolens, ad benemerendū volens, oblitus ingratæ multitudinis. Occursum est incredibili frequentia venientis: ingressus vrbē, frustra detrectans adactus est improbis populi precibus vt in cathedra præsulis sedens, populo orationē pacis impenderet, & concionē haberet apud multitudinē. Existimabāt enim quòd per inuidiā contra regulas ecclesiasticas actū esset, actū non esse. Iam videbatur esse tranquillitas. Sed diabolus alias atq; alias causas suppeditabat. Serapionē Ioannes constituerat Heracleæ Thracensis episcopum, quē simul cum Ioanne damnarat Theophilus. Hinc rursus odium incanduit. Accessit quod ante narrauimus, de ludis iuxta Augustæ statuam agi vetitis, qua occasione mulieris odium recruduit. Coit igitur denuò synodus, in qua aderant Leontius Ancyræ Galatiæ, Ammonius Laodiciæ, Bresson Thraciæ Philippēsis, Acacius Beroëæ Syriæ episcopus, aliiq; nonnulli. Subornantur accusatores veteres, Ioanne flagitante vt accusatio legitimè institueretur. Quorum minis quum nihil moueretur Chrysostomus, episcopi nihil aliud intendebant, nisi quod per concilium abdicatus à munere, nihilo secius consedisset in cathedra. Quumq; respondisset Ioānes, quod post eam damnationē sexagintaquinque episcopi ipsi communicātes declarassent irritam esse depositionem, illi reclamarunt. Plures, inquiunt, Ioānes, te deposuerunt. Adhæc Ioānes docuit eam regulā, vt numero æstimaretur decretum, Arrianorum esse, nō orthodoxorum. Nam Ariani Antiochiæ cōgregati regulā eam studio prodiderant, quo damnarēt Athanasium: Quæ si valeret, oportet, inquit, & Athanasium pro damnato haberi, quòd à pluribus damnatus sit, quàm probatus. Sed episcopi non recepta hac satisfactione cōdemnarunt Chrysostomum. Negocio fauebat imperator, dubium non est quin Augusta ad aurem obganniēte. Sub natalem enim Christi, non venit ex more ad templū, sed Ioanni denunciauit se non communicaturum illi donec criminibus esset purgatus, idq; prius quā synodus in eum pronūciasset. Sub Paschæ verò festum, quo tempore iam pronunciatū erat, rursus denunciauit ei Imperator, se non posse venire ad illius ecclesiam, qui duobus conciliis esset condēnatus. Hoc accepto nūcio & Ioannes ne quid tumultus oriretur, ab ecclesia abstinuit, cui qui fauebāt in thermis Constātinianis Pascha celebrarūt. Quod exemplū secuti complures episcopi, presbyteri, clerici, diuersis in locis collectas celebrarūt, qui post dicti sunt Ioānitæ. Ioannes autē vitans omnes tumultus occasiones per duos menses nusquā processit in publicum, donec imperator iuberet illū duci in exilium. Quo die ducebatur, quidem Ioānitarum incenderunt ecclesiam: quod incendiū vento delatum etiā senatus basilicam corripuit. Palladius refert flammam ex ipsa cathedra in qua sedere cōsueuit Ioānes, erupisse. Is casus quoniam authore Ioanne putabatur accidisse, effecit vt in lōginquius ac durius exilium relegaretur. Hac de causa Optatus vrbis præfectus homo paganus, in Christianos nactus occasionem, plurimos Ioannitarum variis tormentorum generibus lacerauit. Intempestiuus itaq; fauor læsit Chrysostomum, vt durius ac longinquius exilium sortiretur, in pusillum ac desertū Armeniæ oppidulum nomine Cucuson, deportatus. Quo ex loco scripsit Cyriaco episcopo exuli exul. Ibi vixit annū vnum, plurimos interim sua vita linguaq; ad euangelicam philosophiam pertrahēs, & quoniam eam regionē premebat valida fames, miro studio subleuauit egenos. Hinc acrior exarsit inuidiæ flāma. Itaq; Cucuso Arabissum deportatus est, hoc studio agentibus qui eum deportabant, vt itineris incommodis extingueretur homo tenui corpusculo. Verùm ille spiritu infracto, & illic plurimos ad Christi fidem conuertit. Quid enim aliud potuit lucerna, spiritus igni accēsa, quàm ardere & lucere? Ea res miré discruciauit, Seueriani & Porphyrij, neq; non aliorum aliquot è Syria episcoporum animos, dum perspiciūt viri gloriam afflictionibus inclarescere, Antiochenā ecclesiam in Armeniam demigrasse, ac rursus rerum in Armenia gestarum gloriam Antiochiæ prædicari. Quò se verterēt inuidia dirupti? Impetrant rescriptum atrocius, vt in desertum angustumq; locum deportaretur, vnde non liceret prodire, Pityuntem vocant, vbi fines sunt Ponti regionis, imperiiq; Romani, regio crudelissimis barbaris finitima. Milites præfecti prætorij, qui illum deducebant, non dissimulabant sibi promissa præmia magnifica, si Ioannes in itinere moreretur. Itáque mensibus tribus per imbres, per æstus sine vlla refrigeratione corpusculi durissimum iter pertulit. Neque enim Comanæ remoratus est, sed per eam perrexit ad templum quoddam, quod milibus plus minus quinq; à Comana aberat. Ibi nocte Martyr Basiliscus, qui Comanæ ciuitatis episcosus cum Luciano Antiochiæ presbytero sub Maximiano coronatus fuerat, Ioanni apparuit dicens: Confide frater Ioannes, cras enim simul erimus. Ferūt eum priùs & eius tēpli presbytero apparuisse ac dixisse, præpara Ioanni fratri locum, venturus est enim. At vir pius nihil addubitans de oraculo, spirituq; exhilaratus non aliter quàm accepto læto nuncio, postridie rogat milites, vt illic commorarentur vsque ad horam quintam. Qui metuentes ne refocillatus vires reciperet, ad iter perurgebant. Verùm quum iam stadia fermè triginta peregissent, conspicientes Ioannem iam febribus concuti, ad templum vnde discesserant, redierunt. Hîc protinus velut episcopum acturus cādidis sese induit, vsque ad pedes, reliquum amictum in eos qui aderant, distribuit. Mox sumptis ecclesiæ sacramentis, & extrema oratione gratiis deo actis, seipsum consignans expirauit. *Moritur Chrysost.* Quanquam autem in extrema barbarie vitam finiit, tamen mors eius preciosa fuit in conspectu domini. Tāta enim multitudo virginum, monachorum & aliorum vitæ testimonio insignium, è Syria, Cilicia, Ponto, Armenia, cò confluxit, vt plerique crederent ex condicto cōuenisse. Crpusculum honorificè iuxta Basiliscum in eadem ecclesia conditū est, ac martyri iunctus est martyr. Quur enim verear illū appellare martyrem, qui tot iniuriis, tot contumeliis, tot afflictionibus, nec ad impatientiam perpelli, nec à propaganda Christiana pietate depelli potuit? Non percussus est securi, sed calumniis omni securi acutioribus non semel ictus est. Hoc præmij vir optimus pro tam præclaris in ecclesiam meritis retulit, per episcopos orthodoxos, & sub Imperatore Christiano. At dominus non passus est famulum suum diutius inter barbaros viuere, sed citò illum ad cœleste brabium euocauit. Tametsi secūdam ad Innocentium epistolam scripsit anno exilij tertio. Nam & nos, inquit, tertium iam annum in exilio versamur, expositi pestilentiæ, fami, bello, continuis incursionibus, solitudini inenarrabili, quotidianæ morti, & Isauricis gladiis. Hanc calamitatem vir sanctissimus forti

Universidad de Deusto Biblioteca

forti alacriq; tulit animo,quod liquet ex his quę scripsit Cyriaco:Ego,inquit,cùm ciuitate eiicerer in exiliũ, nihil horum molestè ferebam, sed intra me dicebam: *Psal.13.a* Si regina vult me exulem,agat in exilium:Domini est terra & plenitudo eius:& si vult secare,secet,&c. Tantùm doluit hac occasione turbari tranquillitatem & concordiam ecclesiarum. Nam Ioannitę qui dicebantur,dum Arsatio, quem Augusta in Ioānis locum subrogarat,cōmunicare nolunt,variis afflictionum generibus vexati sunt, adeò vt nōnulli presbyteri in carceribus ac tormētis mortui sint,multi pręclari ciues,graueśq; matronæ Cōstantinopolim reliquerint. Ad hos scripsit epistolam cōsolatoriam. Chrysostomi verò celebris fama,& facti indignitas effecere,vt per Orientis pariter & Occidentis ecclesias negocij rumor protinus dimanarit. Hinc & inter episcopos graue dissidium. *Theod. sub finem.c.* 34. Siquidem Europæ & Illyrici præsules refugerunt illorum cōmunionem, qui Ioannis damnationi cōsenserant:nec Occidentales ecclesiæ, Aegyptiorum, Orientalium, Bosphorēsium, atque Thracensium cōmunionem admiserunt,priusquàm egregij doctoris nomen, qui iam decesserat, in episcoporum catalogū reponeretur. Atqui hoc erat palàm rescindere,quod aduersus Ioannē fuerat actum. Arsatium verò qui ejecto Ioanni substitutus est, ne alloquio quidem dignati sunt, cùm ętate maior esset annis octoginta, vir alioqui moderatus. Porrò qui successit huic Atticus,cùm crebrò missis legatis flagitaret pacem,non priùs receperūt, quàm in tabulis inter episcopos scriberet nomen Ioānis. Quanquam in successoris nomine,scribarum, vt opinor,errore variant codices. Nam Chrysostomus in epistola ad Cyriacum significat Nectarium sibi successisse. Sic enim loquitur: Audiui enim & ego de deliro illo Nectario,quē regina in throno collocauit,quòd afflixerit fratres & virgines nolentes ipsi communicare,quodq; complures illorum propter me in carcere mortui sint. Incertum autem an scriba quispiam ex Arsatio fecerit Nectariū: nam in senē magis cōpetit deliri cōuicium: an quoniam procul aberat, rumor falsum nomen detulerit ad Chrysostomū. Quin & inter Orientales ecclesias erant plurimi, qui iudicium illud pro irrito habebant, sed satius iudicabant inultam sinere vnius innocētis iniuriam,quàm scindere tot ecclesiarū cōcordiam. Chrysostomus exul scriptis ad Innocentiū Romæ episcopū literis,per Demetrium,Pansophū,Pappū, & Eugenium implorauit illius sedis auxilium, non ad priuati doloris vltionem, sed ad coërcendā eiusmodi licentiam,quæ semel recepta videbatur vniuersas subuersura ecclesias. Verùm ille præter misericordiā nihil attulit opis, nisi quòd Chrysostomi damnationē non approbauit, nisi res per legitimam synodum ageretur. Postea verò & Alexander Antiochię episcopus, vir ob multa præclara dei dona vehemēter laudatus, Ioannis Chrysostomi nomen retulit in præsulum catalogum. Tandē & huius reliquiæ Cōstantinopolim Imperatoris iussu deportatæ sunt, miroq; totius populi gaudio ac celebritate exceptę,existimātis eam ciuitatē incomparabili thesauro locupletatā. At nos preciosiorem tenemus thesaurum,illius sanctissimæ mentis viuas reliquias,in eius monumentis possidentes ac fruentes. De quibus nunc pauca mihi dicēda sunt,vt quod polliciti sumus,absoluamus. In aliis ecclesię doctoribus alias diuini spiritꝰ dotes admiramur,hic sic miscuit vtile dulci,vt nemo fœlicius. Sed inter varia spiritus dona,præcipuè in illo eminet τὸ διδακτικὸν, quod potissimum in *ἀγνώμων Ioannis Chrysost.*

episcopo requirit beatus Paulus apostolus. Quis enim docet euidentius? Quis hæreticos refellit acrius? Quis in mores declamat,vel frequentius,vel liberius? At cōtrà,quis id facit popularius? Tanta charitatis suauitate cōdulcat etiā illa,quæ natura sunt amara. Quosdā vix ferimus adulantes, hunc & obiurgātem possis amare. Iam quanta vbique cura prouidentiaq; pauperū,quàm solicita ad humanitatis officia cohortatio, quàm diligens monachorum commēdatio, quos tum mundus, opinor,habebat optimos. Omitto quòd vix alius plura scripsit,nec in his vllum est argumentū quod non tractet ea quæ sunt Christianæ pietatis, cùm Augustinus noster,qui cum hoc polygraphiâ fortasis certare possit,tantum operæ dederit grāmaticæ,dialecticæ,musicæ,ac prophanæ philosophiæ quęstionibus. Harum disciplinarum cum Chrysostomus fuerit exactè doctus: Oratoriam enim puer,vt dictum est, sub Libanio rhetore,philosophiam didicit sub Andragathio:nullā tamen vsquam præbet ostentationis speciem,sed omnes humanas disciplinas cogit seruire Christianæ pietati, sic admiscens quasi vinū generosum aqua modica diluas. Nusquam enim est aquæ vel color, vel sapor, sed tamen sentis vinum esse suauius. Cumq; tantus esset, tum eruditione,tū eloquentia:tamen incredibili quodam iuuandi studio,quicquid ferè scripsit, accommodauit auribus populi, eoq; ad huius captum demisit orationis habitum, quasi præceptor cum puero discipulo balbutiat. Quòd si cuncta dixit apud populum,quæ hoc modo figuraq; scripta sunt,vtrum magis admirari debeam, nescio, illum ne qui tam assiduo cōcionandi labori sufficerit, an populum qui tam auidus fuerit discendi,quæ sunt pietatis. Adhęc dubium videri potest, an inter dicendum excipi passus sit voces suas,quod in Augustini scriptis aliquot perspicuū est: aut quoniam hoc probabile non est,vtrū scripserit dicturus: an post dictionē,quæ dixerat,in literas redegerit. Nā de scripto non dixisse,liquet ex ipsius homiliis,in quibus multa respondent iis,quæ casus fortuitus, aut tempus præter expectationem dabat,velut solito frequentior alacriorq; populi conuentus,indecora plebis acclamatio, aliúdve simile. Fortasse quædam scripsit, tanquam populo recitanda,qualia sunt Isocratis pleraq;. Nec enim est verisimile lectori (nihil enim aliud erat cùm scriberet aduersus ludæos) fuisse ius apud concionem loquēdi,nisi fortè tali lectori permissum est, vt extra ordinem sua scripta recitaret populo. Iam nihil est tam reconditum in diuinis literis,quod ille tractando non reddiderit theatricum, vt ita loquar, ac populare. Sic eruit quæ sunt abstrusa, sic ostentat, sic ingerit oculis, dicas esse quempiam,qui singularis artificij tabula spectatores remoretur: quā quò diutius ac propiùs inspicias, hòc magis aperit sese subinde noui quippiā,quod oculos fefellerat,& animaduersum recreat. Tali reuera tabulæ similis est diuina scriptura, quam incomparabilis artifex spiritus ille cœlesti penicillo nobis depinxit, vt in huius contemplatione iugiter versantes, & huius mundi tædia fallamus, & semper aliquid nouæ voluptatis percipiamus ex cognitione rerum æternarum. Atqui commonstrator idoneus huius tabulæ non possit esse, nisi qui sit ipse præclarus artifex, & insigniter oculatus. Velut hic noster Lazarū ac diuitem producit in theatrum:sit enim hoc exēpli causa propositum. Quis alius perspexisset, quæ ille ibi cōmonstrat? Cumq; iam spectator credens nihil superesse parat abitum, ille reuocat, heus inquiens, superest aliud cùm primis

Universidad de Deusto
Biblioteca

primis annotatu dignũ:deinde rursus aliud ex alio cõmõstrat,nec te patitur à tabula discedere,tandẽ adhuc auidũ & inhiãtem dimittit. Metaphoris & collationibus,quoniã plurimum conducũt,& ad lucem,& ad iucunditatẽ orationis,frequenter vtitur,in quibus inueniẽdis quidem mirus est, sed multò mirabilior artifex in tractandis. Tractantur autẽ ex circunstantiis,à pari, maiore & minore. Hic mirũ quos gradus inuenit, vel deprimẽdi,vel exaggerandi. Addit subinde stimulos, nunc collaudãs illorum docilitatem, nunc obiurgans segnitiem,nunc pollicẽs se digna cognitu prolaturũ,si cõspiciat attẽtos & auidos,nunc aliis atq; aliis nominibus cõmendãs argumentũ,quod tractaturus est. Nonnunquã repetẽs quæ pridie dixerat,nec rarò faciẽs idẽ in eadẽ concione. Dedit hoc vir eloquentissimus multitudinis ingenio,rudi pariter atq; obliuioso, quæ nec intelligit,nisi dilucidè crassèq; tradas,nec meminit nisi subinde repetitũ infigas. Hoc admonui,ne quis loquacitatis nomine damnet,quod charitas,,quę nihil aliud quærit quàm ędificare, dedit auditorum imbecillitati.
1.Thess.2.b Sic & Paulus apud Thessalonicenses,ad illorũ ruditatem submisit sese,factus vt paruulus in medio eorũ,tãquam si nutrix foueat filios suos. Nec sententias argutas,nec epiphonemata captat vsquam,quibus solet excitari cõcionis acclamatio, quod dictionis genus placuit Hieronymo & Ambrosio: nec iocos admiscet in quibus frequens est, interim & immodicus Tertullianus,frequẽtior Hieronymus, sed perpetua quadã orationis iucunditate facilitateq; detinet auditorẽ,pietate delectãs verius quàm facetia. Ecclesiasticus orator facilè reperiet, quo deliniat auditorem, si perfecerit, vt norit ametq; populus quod discit. Affatim est in ipsis arcanis literis quodvoluptate demulceat pios animos, etiamsi nihil illecebrarum ex poëtarum aut mimorum salibus accersatur. Si qui docet ardet,facilè accendet:si vehementer gaudet iis quæ docet, facilè transfundet eundẽ affectum in animos auditorũ. Hoc pectus, hoc os aureum foro prophano destinatũ Christus ad euangelij prędonium interuertit. Vtinã tales oratores nunc haberet vbiq; Christianus orbis. Ab his enim præcipuè pẽdet totius Reipublicæ disciplina. Ideo tam nihil penè tenemus de dogmatibus euangelicæ philosophiæ, ideo sic frigemus ad ea quæ sunt charitatis, ideo tam dubiè credimus,quę debebant esse certissima,quia rarò populus audit cõcionatores euãgelicos,rariùs idoneos. Et tamen hodie commodior est conditio dicentium,quàm olim fuit. Tum enim paganitatis reliquiæ, gladiatorũ paria,concursus equorum,athletæ,pugiles, aliaq; theatri certamina, plebẽ auocabant à concione sacra,nec episcopis vllum aliud ius erat,quàm linguæ. Ad hæc in ipsis cõcionibus cogebantur quiddã è theatro pati,sibilos,applausus,acclamationes, gesticulationes frequenter indecoras,quibus vel corrumpi,vel interpellari poterat dicentis impetus. Et tamen Chrysostomus quotidie loquens populo, frequẽs habebat auditorium. Quis enim non mallet talem virum audire de rebus diuinis tanta suauitate differentẽ, quàm spectare gladiatores,aut equos currentes,aut ludere aleã? Nunc sublata sunt auocaméta publica,populus humilis & quietus magna religione præbet aures, nihil obstrepẽs,etiã si quid absurdi proferatur è suggesto:& tamen concionatorum idoneorũ mira est raritas, cùm episcoporũ, sacerdotum ac monachorũ tanta sit vbiq; copia. Hac in parte præcipuè vigilare oportuit principum & episcoporum prouidentiam, vt parentur idonei pastores,qui bona fide dispensent populo euangelicæ doctrinæ dimensum. Hoc officio multò citius demereantur deum,quàm extruẽdis monasteriis,aut instituẽdis canonicorum collegiis. Erat omni decorum & opum genere florentissima Constantinopolis: verùm Arcadius Imperator nõ existimabat suam ciuitatem & imperij summi sedem sat splendidam,nisi & insignẽ haberet euangelij præconem,eoq; Ioannẽ Chrysostomum ad sacerdotij functionem,vnde Nectarius decesserat,Cõstantinopolim euocauit antiochia. Vtinam Arcadij exemplũ æmularentur omnes principes, vtinam ad Chrysostomi formã sacerdotes quàm plurimi contenderent. Id si fieret,nec tot bellis,nec tot opinionũ dissidiis concuteretur orbis, ac longiùs abessemus omnes,& à Iudaismo simul & à paganismo: sed regnaret in nobis Christus, & sub illius vexillis fœlici tranquillitate frueremur. Deniq; latiùs sese proferrent Christianæ ditionis pomœria. Vereor enim ne nostri mores partim in causa sint, quò minus Turcæ, Mahumetani,Saraceni,Moschobitæ,Græci, & si quæ sunt aliæ nationes, vel semichristianæ, vel schismaticæ, sese adiũgãt ouili Christi, quò minus Iudęi resipiscãt à sua cæcitate,qua tot iam seculis detinentur,quos equidem demirabor,si tam dilucidæ Chrysostomi rationes,si tã vrgentia scripturarum testimonia,nõ saltem huc adigant,vt pudeat pigeatq; tam diutinæ calamitatis. Apostolo Paulo hoc debet infœlix hominum genus,quod adhuc supersit, quod extat seminariũ, vnde possit restitui. Is enim ad Romanos. XI. spẽ bonã nobis fecit, fore vt aliquando resipiscentes agnoscant nobiscũ verum Messiam,& fiat vnus pastor,& vnũ ouile. In hanc *Ioan.10.c* spẽ seruantur à nobis. Nolo enim,inquit,vos ignorare *Roma.11.c* fratres,mysteriũ hoc,vt ne sitis apud vosmetipsos elati animo,quòd excæcatio ex parte Israëli accidit, donec plenitudo gentiũ aduenerit,& sic totus Israël saluus erit,sicut scriptũ est: Aduenict ex Sion, qui liberet, & a- *Esaiæ.59.b* uertat impietates à Iacob. Ac mox, quẽadmodũ enim & vos quòdã increduli fuistis deo,nũc autẽ misericordiã estis cõsecuti per incredulitatẽ illorũ:sic & isti nũc increduli facti sunt,ex eo quòd vos misericordiã estis adepti,vt & ipsi misericordiã cõsequantur. Rursus in eodẽ capite docet Iudaicæ gentis ruinã nõ esse desperabilẽ. Nũ ideo,inquit,impegerunt,vt cõciderent? Ab- *Roma.11.b* sit. Sed per lapsum illorum salus cõtigit gẽtibus,in hoc vt eos ad æmulandũ prouocaret. Quòd si lapsus illorũ diuitiæ sunt mũdi,& diminutio illorũ diuitiæ gentiũ, quantò magis plenitudo illorũ? Vobis enim dico gẽtibus,quatenus ego quidẽ sum Apostolus Gentiũ, mini- *Ibidem.* sterium meũ illustro,si quo modo ad æmulãdũ prouocẽ carnẽ meã,vt saluos reddã nõnullos ex illis. Si Iudæis à Christo deficientibus nos recepti sumus, vt illos vicissim ad æmulationẽ prouocemus, conandum est,vt in omni vita nostra resplẽdeat veritas,puritas, & synceritas euangelica. Glorificemus & nos euangeliũ nostrũ. Id quidẽ in primis est episcoporũ ac sacerdotum, *Malachię.3* qui dicuntur angeli domini,ex quorũ ore populus requirit legem dei sui:omnis tamen Christianus pro sua quisq; portione glorificare potest euãgeliũ,si spretis iis quæ sunt super terram,conuersationẽ habeat in cœlis. Sic enim futurum est, vt Turcæ simul & Iudæi viden- *Matth.5.b* tes opera nostra bona,glorificent patrem nostrum qui in cœlis est, cupiantq; in tale consortium ascribi. Ad Chrysostomum redeo,in cuius libris oportet assiduos esse, qui suscipiunt curam ecclesiarum. Operum illius certum indicem non habemus: saltẽ hoc beneficij nobis im-

bis impendisset Ecclesiastica historia. Apud Suidam, haud scio quis non indoctus, primam laudem tribuit operi de sacerdotio, quòd non alibi stylo sit vsus grandiore, nec magis elaborato, proximam commentariis in Ioannem, Matthæũ, Marcum, & Lucam, quos libros vtinam haberemus omneis. In catalogo scriptorũ Ecclesiasticorum hæc tantum de illo Hieronymus: Ioannes Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, Eusebij Emiseni, Diodoríque sectator, multa cõponere dicitur, de quibus περὶ ἱερωσύνης tantùm legi. Diuus Augustinus sex librorum contra Iulianum, primo respondet loco cuidam per Iulianum citato, ex Homilia de baptizatis, cuius initium est: Benedictus deus, qui fecit mirabilia solus: & ipse citat ibidem testimonium eius ex commentariis illius in Epistolam ad Romanos. Porrò cùm nullum nomen apud Græcos fuerit vnquam plausibilius quàm Chrysostomi, mirum est non plures libellos, illius prodisse nomine. De opere in Matthæum imperfecto, suo loco ponemus nostrum iudicium, quod extra controuersiam est, Ariani cuiuspiam esse, licet eruditi. Commentarium in Epistolam ad Hebræos, tametsi lectu non indignum, titulus ipse verecundè significabat non esse Chrysostomi, indicans post mortem illius editum. De commentariis in Acta Apostolorum, dèque commentariis in secundam ad Corinthios Epistolam iudicent me doctiores, ego prorsus in eis Chrysostomi phrasin pectúsque desidero. Nec enim vt Chrysostomus videaris, satis est, subinde repetere, ἐρᾷς σῶς, τί ἐστι τοῦτο, ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, σκόπει δὲ ὅτι ὡς, quibus tropis ille interdum vel excitat oscitantem auditorem, vel adiuuat tardum. Etiam in illis maximè popularibus vis quædam est & spiritus Chrysostomi: eam simij non possunt exprimere. Nec satis est post enarratam scripturæ partem in locos communes excurrere. Hoc pari facilitate facere difficillimum est. Dimittam lectorem, si prius illud admonuero, ne quis offendatur imprudens. Loca quæ citantur è sacris voluminibus, in his duntaxat quæ nos vertimus, reddidimus iuxta Græcã lectionem, quam in codice comperi. Græcorum autem lectio, non videtur esse tantùm Septuaginta, sed ex Áquilæ quoque Symmachi ac Theodotionis editione temperata. Cæterum quo minus Latinam editionem suppoſuerim, illud obstitit, quòd aliquoties sententiæ tenor non quadrat ad nostram lectionem. Id frequenter accidit in nouo Testamento, sed in vetere multò crebrior & insignior est lectionis varietas. Et consentiunt in citando Græci doctores, Gregorius Nazianzenus, Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Theophylactus, Cyrillus, aliíque quorũ eruditissimis lucubrationibus vehemẽter illustratur Christiana philosophia: vt vel ob hanc tantam vtilitatem operæpreciũ fuerit, noui Testamenti libros iuxta Græcorum lectionem tradi Latinis auribus: quod à me pridem, magno reclamantium strepitu, sed ingenti studiosorum fructu factum est. Idem vt ab aliis curaretur in veteris Testamenti voluminibus, maior etiam inuitauit necessitas. His verò qui nobis Cyrillum, Chrysostomum, ac Theophylactum verterunt Latinè, quoniã vulgatam Latinorum versionem supponere maluerũt, sæpe ridiculum quiddam accidit, vt aliud sonet vox contextus, aliud cithara commentarij. Quòd si stultè faciat, qui nunc Cypriani, Tertulliani, Ambrosij, & Augustini lectionem, velit ad nostrã translationem corrigere, reclamantibus illorum commẽtariis, multò minus id fieri conueniebat in vertẽdis Græcis, apud quos Hieronymi translatio nunquã fuit recepta. Habes longam ac molestam præfationis farraginem, ornatissime præsul, verum hoc tædij facile discutiet Chrysostomi suauiloquentia, à qua te non remorabor diutius. Dominus R. amplitudinem tuam semper sospitet ac tueatur. Datum apud Friburgum Brisgoiæ Nonis Augusti. Anno M. D XXX.

VITA BEATI IOANNIS CHRYSOSTOMI EX SVIDAE COLLECTANEIS INTERPRETE QVIdem incerto, sed per Godefridum Tilmannum Cartusianum ad Græcorum exemplarium fidem restituta germanæ lectioni.

Ἰωάννης Ἀντιοχεὺς ὁ ἐπικληθεὶς Χρυσόστομος. πρεσβύτερος μὲν ἐν πρώτοις Ἀντιοχείας, εὐσεβείᾳ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα φιλοσοφίᾳ καὶ διαλόγοις ἀκόλουθος. Οὗτος πολλὰ συγγράψαι λέγεται, ἀφ' ὧν, οἱ περὶ ἱερωσύνης ὑπερβάλλουσι λόγοι, καὶ πνεύματι καὶ τῇ φράσει, καὶ τῇ λειότητι, καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων. τούτοις ἐφάμιλλοι, καὶ οἱ εἰς τοὺς ψαλμοὺς τοῦ Δαβὶδ λόγοι. καὶ ἡ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου σημασία, καὶ τὰ εἰς τὸν Ματθαῖον, καὶ Μάρκον καὶ Λουκᾶν ὑπομνήματα. τὰ δὲ λοιπὰ αὐτοῦ συγγράμματα, κρείττονα ἀριθμοῦ τυγχάνει, ἅπαξαπλῶς ἐν ἅπασιν ὠφελεῖν καὶ χρισιανικὴν ὑπομνημάτισεν ὡς ἄλλος οὐδείς. τὰς τοῦ μαρτύρων δὲ πανηγύρεις ἐπανύξησε εἰ τις ὠφελιάζειν ἀνεμποδίσως, καὶ τιὼ γλῶσσαν αὐτοῦ καταρρεῖν, ὑπὲρ τὰς νεφέλας καταρράκτας. Οὐδεὶς οὕτω τῶν ἀπ' αἰῶνος τοιούτῳ λόγῳ ὑπόρησεν εὐροίᾳ, ἣν μόνος αὐτὸς ἐπλήσησε, καὶ μόνος ἀκωλύτως τὴν χρυσῆν καὶ θεῖον ἐκληρονόμησεν ὄνομα.

IOannes Antiochenus cognomento dictus Chrysostomus, presbyter quidé inter primos Antiochię, Eusebij autem Emeseni philosophi Diodoríque sectator fuit. Hic multa cõscripsisse dicitur, è quibus dialogi, De sacerdotio inscripti mirè excellunt, tũ sublimitate & ipsa phrasi, tum lenitudine dictionis ac vocũ venustate. His proximè cõcertant, qui in psalmos Dauidicos sunt, sermones: necnon insignis eiusdem in Euangelium Ioannis expositio, sed & quæ in Matthæum, Marcum & Lucam reliquit commentaria. Porrò reliquæ eius commentationes numerum excedũt prorsus, vt qui vniuersam scripturam Iudaicam pariter & Christianam simili commentandi genere sic illustrauit, vt alius nemo. Quódque ex tempore, nullo negocio retentus eruditeret omneis, linguámque haberet admirabili fluore orationis exundantem ipsis etiã abruptis Nili fluctibus fœcundiorem: nõ mediocris hinc illi accreuit suorum de se testiũ celebritas nominis. Neque enim alius aliquis à seculo tantam dicendi nactus est facultatem, quãta hic & solus abundè locupletatus est. adeoq; solus hic citra inuidiæ rubiginem incorrupteq; aureum immò diuinũ sortitus est nomẽ.

Quæ

τῶν δὲ συγγραμμάτων αὐτοῦ καταλέγειν τὸν ἀριθμὸν, οὐκ ἀνθρώπου, θεοῦ δὲ μᾶλλον ἡγοῦμαι τὰ πάντα γινώσκοντος. Οὗτος ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, ἀσκητὴς ἦν ἄκρος, καὶ πολυάγρυπνος, καὶ φιλήσυχος λίαν. Καὶ διὰ ξηλοῦν σωφροσύνης εὐπορήσιάσας, καὶ ἀκριβολογούμενος. θυμῷ δὲ μᾶλλον, ἢ αἰδοῖ ἐχαρίζετο. Καὶ ἐλευθεροστομίᾳ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμέτρως ἐκέχρητο. καὶ εἰ μὲν τοῦ διδάσκειν, πολὺς ἦν πρὸς ὠφέλειαν, εἰ δὲ τοῖς σωτυχίαις, ἀλαζονικός τις, καὶ ὑπερόπτης ἐνομίζετο τοῖς αὐτῷ ἀγνοοῦσι. Διὸ καὶ ὑπὸ τῶν ἐπισκοπὴν προβληθεὶς, μείζονι ὀφρύϊ κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐκέχρητο, πρὸς διορθωσιν ἑκάστου καὶ σωτηρίαν καὶ τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους μεταλλάττων. Οὐ τοίνυν εἰμή τις εἴη κόλαξ, τοῦτον ἀλαζόνα νομιστέον εἶναι, οὐδὲ ἄνπαλιν εἰ κόλαξ εἴη ἀγεννὴς, τοῦτον μετριόφρονα λεκτέον. ἀλλὰ τὸν εἰ τῇ πρωτικῇ τάξει τῇ ἐλευθέροις πρεπούσῃ ἑαυτὸν φυλάττοντα, μεγαλόψυχον μὲν εἶναι πρωτικῇ οὐχ ὑποβρήφανον. ἀνδρεῖον, οὐ θρασύν. ἐπιεικῆ, οὐ διαλλοτρεπῆ. μέτριόφρονα, ἀταπεινοφροσύνῃ ὑποκρινόμενον. ἐλευθέριον, οὐκ ἀνδραποδώδη. ὡς καὶ αὐτὸς λέγει. διὰ τοῦτο ποικίλον, εἶναι δεῖ τὸν ποιμένα καὶ διδάσκαλον. ποικίλον δὲ λέγω, οὐχ ὕπουλον, οὐ δὲ κόλακα καὶ ὑβριστὴν. ἀλλὰ πολλῆς ἐλευθερίας καὶ παῤῥησίας ἀνάμεσον, εἰδότα καὶ συγχωρεῖναι χρησίμως, ὅταν ἀπαιτῇ τοῦτο ἡ τῶν πραγμάτων ὑπόθεσις, καὶ χρησὸν εἶναι ὁμοῦ καὶ αὐστηρόν. οὐ γὰρ ἑνὶ τρόπῳ χρῆσθαι τοῖς ἀρχομένοις ἅπασι δεῖ. ἐπεὶ μὴ δὲ ἰατρῶν πᾶσιν ἑνὶ φαρμάκῳ πᾶσι τοῖς κάμνουσι προσφέρεσθαι καλόν. μὴ δὲ κυβερνήτην μίαν ὁδὸν ἰέναι πρὸς τὰ πνεύματα μάχης. Ἐννόησον οὖν ὁποῖον τινα εἶναι χρὴ, τὸν μέλλοντα πρὸς χειμῶνα τοσοῦτον ἀντέξειν, καὶ τοιαύτῃ ζάλῃ καὶ τοσαῦτα κύματα, πρὸς τὸ γενέσθαι τοῖς πᾶσι πάντα, ἵνα πάντας κερδήσῃ. καὶ δὴ σεμνὸν εἶναι δεῖ τὸν τοιοῦτον, καὶ ἄτυφον, καὶ φοβερὸν, καὶ προσηνῆ, καὶ ἀρχοντικὸν, καὶ κοινωνικὸν, καὶ ἀδίκαστον, καὶ θρασυτικὸν, καὶ ταπεινὸν, καὶ ἀδιάλλακτον, καὶ φαιδρὸν, καὶ ἡμερον. ἵνα ταῦτα εὐκόλως διώηται μάχεσθαι. οὐκοῦν δεῖ μὲν ἐναργέστερον καὶ ἐχέφρονα. Φεύγειν τὸ κολακεύειν καὶ κολακεύεσθαι. μήτε ἀλαζονικὸν εἶναι, μήτε κόλακα, ἀλλ' ἀμφοτέρων τῶν κακῶν τούτων κολάζειν τὴν ἀμετρίαν. καὶ ἐλεύθερον εἶναι, μήτε εἰς ἀυθάδειαν ἀποκλίνοντα, μήτε εἰς διαλλοπρέπειαν καταπίπτοντα. πρὸς μὲν γὰρ χρηστὸς ταπεινὸν ὑπάρχειν δεῖ. πρὸς δὲ θρασεῖς, ὑφυλέν. ἐπεὶτοῦ οἱ μὲν, ἀρετῇ εἶναι τὴν ἐπιείκειαν ἡγοῦνται. οἱ δὲ ἀνδρείαν, θρασύτητα. ἐκεῖνοις μὲν τὴν ταπεινοφροσύνῃ πρωτοφέρειν, τούτοις δὲ τὴν ἀνδρείαν συβεννύναι τῶν ἀντῶν τινὰ ἀπὸ τῆς θρασύτητος δόξαν, ἵνα τοὺς μὴ ὠφελήσῃς, τῶν δὲ ταπεινόσις τὸ φρόνιμα. καιρὸς γὰρ τοῦτ' παντὶ πράγματι φησὶ Σολομῶν. Τοτὲ μὲν ταπεινότητος, ἐξουσίας, ἐλέγχου, παρακλήσεως, φιλίας, παῤῥησίας, χρηστότητος, ἀποτομίας, καὶ ἀπαξαπλῶς παντὸς πράγματος. ὥστε πότε μὲν τοῦτο τῆς ταπεινότητος διακινδυνεύειν καὶ μιμεῖσθαι εἰ ταπεινώσει τὰ παιδία κατὰ τὴν κυριακὴν φωνήν. ποτὲ δὲ, τῇ ἐξουσίᾳ κεχρῆσθαι, ἧν ἔλαχεν ὁ Χριστὸς εἰς οἰκοδομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν· ὅταν ἡ χρεία ἐπιζητῇ τῆς παῤῥησίας· καὶ εἰ καιρῷ μὲν πρέποι κλήσεως ἢ χρηστοῦ εἰδέναι, εἰ καιρῷ δὲ ἀποτομίας, τὸν ξηλοῦν ἐμφαίνειν καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἄλλων ὁμοίως τὸν ἐγκριτον καὶ δίκαιον λογισμὸν ἀποφέρεσθαι· Λογισμοὶ γὰρ δικαίων κρίματα. καὶ ἰσάριθμος δὲ ἦν ἄρχοντα δίκαιον εἶναι δεῖ καὶ φοβερόν· ἵν' οἱ μὲν εὖ βιοῶντες, θαῤῥοῖεν· οἱ δὲ ἁμαρτάνοντες, ὀκνοῖεν. Ἕτερον γὰρ ἑτέρᾳ χωρὶς, ἀναρχία μᾶλλον ἔστιν, ἢ ἀρχή. εἰ μὲν γὰρ πάντες ἦσαν εὐπαθεῖς καὶ φιλάρετοι, ἀγαθέτητος ἔδει μόνης. εἰ δὲ φιλαμαρτήμονες, φόβου. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀγαθοί εἰσι καὶ κακοὶ, ἀμφοτέρῳ καταχρισέον τῷ ἄρχοντι καὶ πειθομένῳ.

Quæ hic conscripsit omnia percẽsere & ad calculum reuocare, non hominis esse contenderim, sed dei potius, vt qui vnus omnia nouit. Cæterũ diuus hic Ioannes Chrysostomus intentissimus exercitio, vigiliis multus, vehemens silẽtij & quietis amator, obq́ue zelum temperãtiæ & castitatis erat in admonẽdo liberior, & summa nonnunquã bile incandescens. Iræ enim, quã reuerentiæ, plus indulgebat. Libertate oris aduersum se interpellãtes non moderatè satis vsus est. Docendis iis, quæ ad vtilitatẽ facerent, erat accõmodatissimus. In familiari cõgressu superbior & aliorum fastidiẽs iis visus est, qui ipsum propius nõ nossent. Itaque ad episcopatũ subuectꝰ, maiore vsus est aduersus subditos fastu, ad vniuscuiusq; emendationẽ & salutẽ, tum mores, tũ verba cõmutans. Ne igitur quẽlibet parũ adulantẽ, continuo elatũ esse iudicemus. Contrà, ne rursus eũ, qui adulari sciat, quiq́; animo sit ingeneroso ac vili, statim dixeris esse modestũ: sed illũ potius, qui ordine decenti ac liberis consentaneo seipsum custodit. Decet quidem esse magnanimũ non itẽ superbũ, virilẽ non temerariũ aut præfidentẽ, mãsuetum nõ sordidè seruilẽ, moderatũ non simulatorẽ modestiæ aut humilitatis, liberũ non seruiliter obsequentem: quemadmodũ & is alicubi dicit: Propter hoc, inquit, variũ esse oportet pastorẽ atq; doctorẽ. Varium autẽ dico, non subdolũ, non adulatorẽ aut contumeliosum, sed multa libertate & confidẽtia plenũ: qui norit in tẽpore, vt res quæq́ue exegerit nunc quidem suauis esse, nunc verò austerus. Neq; enim omnibus, qui præsunt, conuenit vno eodemq́; modo vti in agendis, quando ne experiẽtissimis rei medicæ decorũ censetur vnum idemq́; pharmacum omnibus malè affectis adhibere, neq; gubernatori viã vnicã nosse aduersus cõpugnantes ventorũ flatus. Igitur animo cõcipe qualem oporteat eũ esse, cui tãtis est procellis, tam sæuæ maris tempestati, totq́; fluctibus insurgentibus resistendum. Ad hæc, qui debeat omnia omnibus fieri, vt omnes lucrifaciat. Venerandũ sanè talem oportet esse & grauẽ, absque tamen fastu, formidabilẽ etiam, sed & lenem, principalẽ pariter & libenter aliis cõmunicantẽ, qui nullis se sinat corrũpi largitionibus, qui salutis remedia norit adhibere, qui sit humilis, alienus à sordida seruitute, iucundus, sedataq́ue mentis: vt eiusmodi pericula expugnare queat facilè. Enimuerò qui sic apertissimus est & cordatus, necesse, vt summopere caueat, nequãdo turpiter aduletur, & ne aures patulas aperiat adulatori, ne ipse insolescat, néve assentetur cuiquam, sed ab vtriusq; mali sibi temperet excessu: adeoq́; liber sit, vt peruicaciã declinans, nõ incidat seruitutis incommodũ. Et erga bonos quidẽ submissius se gerat, oportet: aduersus verò præfidentes, animo, necesse est, sublimi vt sit: quia & illi virtutẽ esse mansuetudinẽ deputãt, hi autem temeritatẽ existimãt fortitudinem. Illis itaq; humilitatem insinua, his verò grauitatẽ viro dignam adhibe, quæ ipsorũ extinguat temerariam de se existimationem: quo & illis profis, horũ autẽ de se conceptã magnificã opinionẽ extenues. Tempus vnicuiq; rei est accommodũ, ait Solomõ: hoc est, humiliationis, potestatis, correptionis, consolationis, parcendi, audendi, suauitatis, rigoris, atq; in vniuersum rei cuiuslibet. ita vt interdũ humilitatẽ re ipsa demonstret, imiteturq́; se demittendo paruulos secundũ dominicã vocẽ: nonnũquam autem potestate vtatur, quam dedit Christus in ædificationem & non in destructionem: idq́ue dum res ipsa postulat increpandi libertatem. Et tempore quidem consolationis, benignitatẽ demonstret: in tempore seueritatis, feruentẽ re ipsa exprimat zelũ. Alio item quouis tẽpore quod ex vsu comprobarit, cogitaritq́; esse iustũ exhibeat. Cogitationes enim iustorũ iudicia. Iis Isidorus subscribit: Oportet, ait, iustũ esse principẽ, sic vt sit terrori: quò qui probe viuunt, confidentiã sumãt bonã, qui peccatores sunt, suppudescãt. Nã alterũ sine altero regnũ potius censendũ est sine principe, quam legitimus principatus. Si enim peræquè omnes essent officiosi & ad bonũ tractabiles, si similiter virtutem exoscularẽtur, vna opus solũ foret cõmuni beneuolentia: cõtra, si peccatis iuxta omnes essẽt dediti, timori tantũ esset locus. Nũc verò quãdo boni maliq́; permixtĩ cõgredimur, vtrũq; vt præstet princeps ac populi præfectus, necessũ est.

Eccles. 3.

ELENCHVS

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Geneſim Homiliæ. LXVII. 1.A
De ieiuniis & Geneſeos lectione,ſermo 449.AB
Quo modo primus Homo omni prælatus ſit creaturæ ſermo 454.C
De Adam & Heua, Homilia 456.C
De Genesi & interdicto arboris eſu ad Adã,ſer. 460.B
De lapſu primi hominis Homilia 462.A
De lapſu primi hominis ſermo 463.C
De Adã,Sodomitis,Achab,& pœnitẽtia,ſermo 465.C
Super illud Geneſeos,Inimicicias ponã inter te & mulierem, ſermo 467.CD
De fide Abraham & de immolatione Iſaac,ſer. 469.B
De habenda cura ſalutis proximi, & quare Abram vocatus ſit Abraham Homilia 471.C
De Iacob & Eſau, ſermo 478.B
De Ioſeph,vbi à fratribus venditur,ſermo 480.B
De continentia in Ioſeph, ſermo 483.A
De Moyſe ſermo 485.C
De eo quod ſcriptũ eſt in lectione iudicũ capite vndecimo:Iepte perrexit ad pugnã,& votũ vouit domino dicens:Si reuerſus fuero in pace,&c.Homilia 487.B
De fide Annæ, deq; philoſophia, hoc eſt animi moderatione,de humanitate, de honore deferẽdo ſacerdotibus, & quod tum in initio, tum in fine prandij ſit orandum 489.A
De Anna,deq; Samuelis educatione, & quòd vtilis ſit in pariẽdo tarditas, & quod periculoſum ſit liberos negligenter habere 496.AB
Super orationem Annæ:& quod vtilis eſt paupertas,& maiorem habet, quam diuitiæ voluptatem & ſecuritatem Homilia 502.BC
De Dauid & Saüle,deq; tolerãtia,& quòd oportet inimicis parcere,nec de abſent.male loqui.Hom.506.D
Quod magnum eſt bonũ, non tantũ exercere virtutẽ, verum etiam laudare, quodq; Dauid magnificẽtius trophæum erexerit parcendo Saüli,q̃ proſtrato Goliath: quodq; hæc faciẽs magis profuerit ſibi q̃ Saüli, deq; excuſatione ipſius apud Saülem.Hom. 515.CD
Quòd periculoſum eſt adire ſpectacula, quodq; ea res adulteros perfectos facit, & hinc ſocordia bellumq; naſcatur: tum quòd omne tolerantiæ genus Dauid in his quæ fecit erga Saülem, ſuperarit: poſtremò quòd rapinam æquo animo ferre, nõ minor virtus ſit quàm largiri eleemoſynam.Homilia 522.C
De Dauid vbi Goliath ĩmanẽ hoſtẽ deuicit. Ho. 534.B
De eo quod ſanctus Dauid dixit, Quis ſum ego,quòd talem gratiam inuenerim ante faciẽ tuam:Ego &c. Homilia 536.C
De Abſalon,vbi patrẽ perſequitur, & de prælio fugiẽs, obligato gutture,arboris ramo ſuſpẽditur: ſer.539.A
In Heliam prophetam,ſermo 541.B
De Helia ſermo 544.CD
De aſcenſione Heliæ, Homilia 546.A
De Naaman Syro,ab Heliſæo curato,ſermo 548.CD
De Heliſæo,& Syrorum inſidiis detectis,ſermo.550.D
De patientia Iob,Homiliæ.V. 554.A
De beato Iob,Homilia 586.D
De beatos Iob,& Abraham,ſermo 588.A
In Pſalmos proœmia duo 593.A.& ſeq.
De Dauidicis canticis ſermo 597.C
In Pſalmos XIIII.primos interpretatio. 600.A
Expoſitio pſalmorum XXII. & CXVI. 718.A
De loco pſalmi XXIIII. Dirige me in veritate tua, & doce me, Homilia 722.B
De loco pſalmi XXV. Redime me & miſerere mei, Homilia 723.C
De loco pſalmi XXVI.Dominus illuminatio mea,& ſalus mea,quem timebo. Homilia 725.B
De loco pſalmi. XXIX. Domine deus meus in æternum confitebor tibi,Homilia 726.AB
De loco pſalmi. XXXIII. Quis eſt homo qui vult vitam,& cupit videre dies bonos. Hom. 727.C
In pſalmum XXXVII. & ſeq. alios ad quinquageſimum vſque enarratio. 729.D
Expoſitio in ſuperſcriptionẽ pſal.quiquageſimi.834.D
In pſalmum quinquageſimũ, Miſerere mei deus, Homiliæ duæ. 835.C
De loco pſalmi.LXVIII.Exaudi me domine,quoniã ſuauis eſt miſericordia tua,Homilia 857.A
De loco pſalmi.LXXI.Deſcendit ſicut pluuia in vellus,&c.Homilia 858.A
De loco pſalmi. LXXXIIII. Non in æternũ irascaris nobis, Homilia 859.C
Expoſitio pſalmi nonageſimi, Qui habitat in adiutorio altiſſimi, &c. 861.AB
De loco pſalmi. XCIII. Quis exurget mihi aduerſus malignantes? &c. Homilia 864.D
In pſalmum. XCV. Cãtate domino canticũ nouum, Cantate domino omnis terra, Homilia 868.AB
Explanatio pſalmi. XCVI. Dominus regnauit, exultet terra 877.BC
In pſalmum. C. enarratio 880.A
De confeſsione ſuper illud pſal.Confitemini domino, quoniam bonus, &c. ſermo 888.A
In pſalmũ. CVIII. & reliquos ſubſeq.expoſitio 889.A
In Eutropium deque paradiſo ſiue horto & ſcripturis. in illud.itẽ Adſtitit Regina à dextris tuis.Ho.1089.D
In illud propheticum veruntamen fruſtra cõturbabitur omnis homo viuens.Homilia 1106.CD
De illo prophetæ loco. Noli timere cum diues factus fuerit homo. Homilia 1110.D
Super illud ſapientiæ,iuſtorũ animæ in manu dei ſunt, &c. ſermo 1120.D
In enarrationem in Eſaiam proœmium prius 1123.A
Alterum. 1131.A
Enarratio in eundem prophetam abuſque principio ad medium octaui cap. 1132.CD.
Super illud Eſaiæ, Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, &c. ſermo 1213.B
De verbis Eſaiæ, Vidi dominum ſedentem in throno excelſo, &c. Homiliæ. V. 1215.A
De loco Eſaiæ cap.IX.Poteſtatis & pacis eius non erit finis, Homilia 1245.AB
De loco Eſaiæ,cap.XLII. Cantate domino canticum nouum,laus eius in extremis terræ, Hom. 1246.B
De loco Eſaiæ, cap. XLII. Gaude Sion, Ecce rex tuus venit. Homilia. 1248.A
De Hieremia propheta, ſermo 1249.B
De tribus pueris, Homilia 1251.B
De ſancta Suſanna, Homilia 1252.CD
De Iona propheta, Homilia 1254.A
De loco Zachariæ,cap.VI.Ecce vir,oriens nomẽ eius, ſub vmbra eius orietur ſol,&c.Homilia 1257.CD
De natiuitate ſeptem Machabæorum,Hom. 1259.CD
De Publicano & Phariſeo ac de humilitate & oratione Homilia 1265.B
De precioſa cruce,& eiuſdem veneratione media ieiuniorum hebdomada.Homilia 1268.A
Oratio qua docet nõ eſſe verendũ cõfiteri ſanctã crucem:de virtute etiã agit & de eleemoſyna 1273.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVONIAM BONA PARS HOMILIARVM CHRYSOstomi in epistolas ad Timotheum & Titum, iam recognita non fuit: duobus, tomo quarto, adiunctis prælis: post editionem præcipua quædam annotauimus: vbi prior numerus columnam indicabit: secundus numerus lineam siue versum, litera illi adiuncta.

Septima homilia primæ ad Timotheum.

*Col.*1312. *ver.*7. *D. pone ad marginem cum nota diuersæ lectionis* †*non tantum ea quæ in dogmatibus est.* 1315. *C. pro, quærimus, lege perimus. col.*1320. *vers.*1. *pro, ornari, pone ad marg.* †*gloriari.* 1333. 12. *D. persequuntur.* 1339. 3. *B. & crimine.* 1341. 7. *A. ligaturas. Ibid.* 2. *D.* †*fore enim verisimile erat, vt.* 1342. 2. *A. Dum* 1343. 4. *A. discant primum propriam domum piè tractare.* 1344. 5. *C. illudq; &* 7. *C. vsquam mentem.* 1346. 2. *A. pro viciat, leg. iniiciat.* 1349. 1. *A. timori* 1348. 10. *D. sufficiat.* 1349. 12. *C.* †*opere.* 1350. 14. *C. vero adsint, disciplinæ rigore.* 1356. *primo vers. ante C. pro, quoque, lege quippe.* 1357. 1. *B.* †*seniorem.* 1363. 15. *A.* †*neque simpliciter & vulgariter.* 1366. 5. *C.* †*stulta.* 1368. *vers.* 3. *à fine.* †*Serum item regione.* 1370. 10 *B. conuersiones. Ibid.* 13. *C. quidam seipsos tunc forte.*

In secundam ad Timotheum.

*Col.*1373. *à litera B. vers.*7. *pone ad marginem,* †*non venisse.* 1376. *A.* 4. †*præter stomachi dispositionẽ.* 1377. *C.* 15. *fœneraris, vsuráque.* 1378. *C.* 12. *decenter inspiciat, plenissima gloriæ diuinæq; honestatis esse cognosc.* 1390. *C. vltimo. At nunc.* 1389. *D.* 8. *accidunt.* 1396. *A.* 1. †*Ad maiorem enim proficient impietatem.* 1400. *A.* 12. *voluntate.* 1404. *C.* 12. *Si igitur ea quæ suscepimus volen.* 1405. *D.* 1. *lege amor sui contrahit.* 1406. *vers.* 3. *à fine, leg. opesq; illorum.* 1411. *B.* 4. †*regia capit maiestate.* 1414. *D.* 6. †*sed virtutem.* 1417. *C.* 14. †*in aduẽtu suo & regno, & D.* 1. *pro, testificator, lege, testificor. &* ad marginem pone. κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, *i. in aduentu, vel, per aduentum: vt s. si cum iudicaturus ordines dicas, in aduentu. si vero cũ testificor, per aduentum, dices. &* paulò *post è regione dictionis, Obsecra,* pone *in margine,* †*consolare, vel exhortare, & mox vbi habet, obsecrationémque,* pone *in marg.* †*consolationémque.* 1418. *A.* 12. *ruens. B.* 10. †*promouentur.* 1423. *B.* 2. †*liberabit me.* 1425. *A.* 8. †*auxilium, gratiæ spiritus, & dei opitulantis ipsi gratiæ. Ibid. D.* 5. †*non fuerim.*

In epistolam ad Titum.

*Col.*1427. *vers. a D.* 3. *ad marginem.* †*secundum præceptum saluatoris nostri dei.* 1428 *D.* 4. †*tuæ fidei electi dei crediti fuerint?* 1438. *D.* 1. †*oratio.* 1440. *C.* 2. †*vigilem fieri non.* 1448. *D.* 4. *prædicationiq; esse.* 1450. *C.* 4. *poterit.* 1451. *A.* 2. †*gratia dei salutifera omnibus. Ibid. C.* 12. *hæc verba, Non ait vt abnegemus, sed*] *in græcis non habentur.* 1452. *B.* 4. †*in idipsum.* 1453. *A.* 2. †*qui probati fuerint?*] *vt habet Theophy.* 1459. *B.* 13. *lege illi cura sit, vel, curam gerat.* 1460. 10. †*qui accipiunt an qui dant?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIepiſcopi Conſtantinopolitani, ſermo admonitorius, ſub initium ſanctæ quadrageſimæ, in qua opus ſex dierum enarrare cœpit.

HOMILIA PRIMA.

GAVDEO & lætor, videns hodie eccleſiam dei, ſuorum filiorum multitudine ornari, vosq; omnes multa cum iucunditate concurriſſe. Nam quum alacres vultus veſtros intueor, voluptatis quæ in animabus veſtris eſt, coniecturam capio maximam: quemadmodum & Sapiens di-
Prouer.15.b cebat, Corde lætante viret facies. Eapropter & ipſe hodie ingenti alacritate ſurrexi, vnà vobiſcum lætitiæ illius ſpiritualis particeps futurus, & volens aduentus ſanctæ quadrageſimæ, remedij, inquam, animarum noſtrarum, vobis annunciator eſſe. Cõmunis enim noſtri omnium dominus, veluti pater filios indulgenter amans, cupiens ea quæ vnquam peccauimus nos abluere, hanc nobis quæ per ieiunium fit, curationem adinuenit. Nullus igitur ſit mœſtus, nullus etiam triſtis appareat, ſed omnes exultent & gaudeant, ac glorificent animarum noſtrarum curatorem, qui hanc optimam nobis aperuit viam, accipiant multa cum iucũditate illius aduentum. Confundãtur Gentiles, erubeſcant Iudæi, videntes veſtram charitatem hilari promptitudine illius aduẽtum ſalutantem ac excipientem, diſcantq; per experientiam, quantum inter nos ſit & ipſos interuallum. Et illi quidem ferias nominent, ebrietatem, omnémque aliam intemperantiam, ac turpitudines, quas veriſimile eſt inde ipſos attrahere: at eccleſia dei, ea quæ illis aduerſa ſunt, nempe ieiunium, ventris deſpectum, & omnes alias vir-
*ἑορτὰς i. celebritatẽ, diem feſtũ. tutes illius comites, *ferias appellet. Hæ enim veræ feriæ ſunt, vbi animarum ſalus, vbi pax, & concordia eſt, vbi omnis huius vitæ apparatus abigitur, vbi clamor & tumultus, & coquorum diſcurſus, & pecudum mactationes è medio tolluntur: quies verò omnis & tranquillitas, & charitas & gaudium, & pax, & mititas, & innumera bona pro illis in vſu ſunt. De illo igitur, pauca obſecro charitati veſtræ colloquamur, idq; primùm rogamus, vt ſermones illos noſtros placide ſuſcipiatis, quò domum, fructum quendam inſignem aſſequuti, redeatis. Neque enim temerè & fruſtra huc conuenimus, vt vnus quidem loquatur, alius verò quæ dicuntur plauſibus excipiat, & ſic digrediamur: ſed vt & nos frugiferũ quiddam & ſaluti veſtræ conducibile loquamur, & vos lucro è dictis noſtris accepto, & amplæ vtilitatis fructũ nacti, hinc exeatis. Eccleſia ſanè locus quidam eſt medicinæ ſpiritualis: & eos qui huc veniunt, decet, ne domum redeant, niſi congrua remedia acceperint, illaq; ſuis vulneribus adhibuerint. Audi enim quo modo audire ſolùm, & operibus nihil præſtare, nihil valeat, bea-
Roma.2.b. tum Paulum dicentem: Non enim auditores legis iuſti apud deum, ſed legis factores iuſtificabuntur. Et Chri-
Matt.7.c. ſtus cõcionando dicebat: Nõ omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnũ cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt. Igitur ſcientes, A nullam prrò vtilitatem ex auditu eſſe, niſi & operum ſequatur impletio, ne ſimus auditores dũtaxat, ſed etiã factores, quò ipſa opera ſermones ſequentia, multæ nobis fiduciæ ſint fulcimentũ. Proinde explicitis veſtræ mentis finibus, ſermones de ieiunio ſuſcipite. Et quẽadmodum caſtam quandã & ingenuam ſpõſam ducturi, thalamis vndiq; tapetibus ornatis, domoq; tota purgata, & ingreſſu omnibus inhoneſtis ancillis interdicto, in cubiculum illam introducunt. Pari modo vellem etiã vos purificata veſtra mente, valeq; deliciis & voracitati dicto, matrem omnium bonorum, & pudicitiæ aliarumq; virtutum omniũ magiſtram, ieiunium inquã, explicitis veſtræ mẽtis finibus ſuſcipere, vt & vos maiori fruamini voluptate, & illud cõgruam vobis ſuam medicinam cõferat. Nam ſi medici, pharmaca dare volentes, vt putridum & corruptum humorem expurgent, à corporali hac voluptate abſtinere præcipiunt, ita vt pharmaci ef-
B ficaciæ deſit obſtaculum, & operari, ſuamq; vim illa declarare poſſint: multò magis nobis ſpirituale hoc remedium, hoc eſt vtilitatem quæ ex ieiunio eſt ſuſcepturis, tenuitate victus noſtram mentem expurgare, & leuiorem reddere cõuenit, vt ne ebrietate demerſa infrugiferam & inutilem vtilitatẽ quæ ex illo eſt, efficiat. Porrò ſcio quidem ꝙ multis ea quæ hodie à nobis dicuntur, mira videntur: ſed obſecro ne cõſuetudini temerè ſeruiamus, ſed ratione res noſtras inſtituamus. Nunquid enim lucri quidpiam ex quotidiana crapula, ingiq; ebrietate nobis accedit? Et quid dico lucrũ? imò multũ damnum & iactura intolerabilis inde expectatur. Quãprimũ enim mens vinolentia multa fuerit obruta, ſtatim & in ipſo initio vtilitas quæ à ieiunio eſt, repellitur. Quid enim inſuauius dic obſecro, quid item turpius, quàm quando vſq; ad mediam noctem meracũ ſorbentes, ſub
C auroram, Solis iubare oriente, vinum quaſi recens ingeſtum ſpirant, & occurrentibus quidem iniucundi, miniſtris verò contẽptibiles apparent: & deridentur ab omnibus, qui modo quid deceat vel leuiter intelligunt: & præ omnibus illis, quãdo propter nimiam illam & immodicã intempeſtiuamq; ac inutilem intemperantiam, in ſe diuinã prouocant indignationem? Ebrij enim, in- 1.Cor.6.b.
quit, regnum dei non poſſidebunt. Quid igitur illis miſerius fuerit, qui ob paruam & pernicioſam voluptatem, à regni veſtibulis eiiciuntur? Abſit autem vt quis ex his qui hîc conuenerunt, hoc morbo implicitus ſit: ſed vtinam omni cum frugalitate & cõtinentia, etiam hoc die conuiuati, & à tempeſtate ac procella quam ebrietas generare ſolet, liberati in portum animarũ noſtrarum, ieiunium inquã, pertingere cõtingat, vt multa cũ vbertate illius bona cõſequi poſſimus. Enimuero ſicut crapula humano generi innumerorũ malorum cauſa eſt & ad-
D ductrix, ita etiam ieiuniũ ventriſq; neglectus omnium nobis bonorum ſemper cauſa fuit. Nam deus quum ab initio hominẽ condidiſſet, & ſciret ꝙ hoc remedio ad animæ ſalutem multum haberet opus: ſtatim & in principio hoc mãdatum protoplaſto dedit, dicens: De omni ligno quod eſt in paradiſo, comedendo comedes, de Infra 2.c.
ligno autẽ ſcientiæ boni & mali ne comedatis de ipſo. Iam dicere hoc, comede: hoc, ne comedas: ieiunij figura erat. Porrò hoc mandatum ſeruare oportebat, quod tamen nõ fecit: ſed ventris intemperantia victus, & tranſgreſſionẽ operatus, ad mortem cõdẽnatus eſt. Quoniã enim malignus ille dæmon, & noſtri generis inimicus vidit protoplaſti in paradiſo conuerſationem, vitamq; illam miſeriæ expertem, & ꝙ is qui corpori ſic annexus erat, tanquã angelus ſuper terram ageret, volens illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

†amplioru supplantare & deiicere, †amplissimarũ promissionum spe illum etiam his quæ in manibus habebat, destituit. Tantum est malum non se continere intra proprios limites, sed maioribus inhiare. Et istucipsum sapiens quidam manifestans dicebat: Inuidia autem diaboli mors intrauit in mundum. Vides dilecte, quo modo ab initio statim ex crapula mors ingressum habuit? Cõsidera autem iterum & post hæc diuinam scripturã subinde delicias incusantẽ ac dicentem, alicubi quidem, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Alibi verò, Et comedit & bibit, & impinguatus est, & incrassatus, & recalcitrauit dilectus. Quin & Sodomorũ incolæ inexcusabilem illam iram cum ex aliis malis, tum hinc sibi accersserunt. Audi enim prophetam dicentem, Hæc iniquitas Sodomorũ quòd in satietate panum lasciuiebant. Morbus enim ille, quasi radix & fons quidam malorum omnium est. Vidisti crapulæ nocumentum, vide etiam ieiunij præclara facinora. Quadraginta dies quum ieiunasset magnus Moses, tabulas in quibus leges latæ, accipere potuit: & quoniam vt descendit, vidit populi iniquitatem, quas cum*ieiunio tanto accipere potuit, eas abiectas contriuit, absurdũ esse censens, ebrium & prænaricatorem populum leges à domino conditas accipere: quapropter denuò quadraginta dierum ieiunio opus habuit admirandus ille propheta: vt tabulas propter ipsorum iniquitatem contritas, iterum receptas supernè deportaret. Tot dierum ieiuniũ & magnus Helias egit: & fugata mortis tyrannide, & curru igneo in cœlum raptus, etiam vsque in hunc diem mortem non est expertus. Vir quoque desideriorum, peracto multorum dierum ieiunio, admirandam illam visionem nactus est, & leonum furorem cõpescuit, & in ouium mansuetudinem vertit, non naturam cõmutans, sed feritate manente appetitum mutatum cohibens. Hoc ieiunio & Niniuitæ vti, sententiam domini reuocarunt, efficientes vt tam iumenta quàm homines illud susciperent, & sic abscedentes vnusquisque à malis studiis, ad clementiam vniuersorũ dominum prouocarunt. Et quid circa seruos vlterius versor? Etenim possemus & alios plurimos cõmemorare, & in veteri & in nouo testamẽto habitos per illud probatos. Verùm operæpreciũ est, vt ad cõmunem nostri omnium dominũ veniamus. Dominus enim noster Iesus Christus & ipse quadraginta dierum ieiunio declarato, sic certamẽ contra diabolũ aggressus est, omnibus nobis exẽplar dans, vt per illud armemur, & ex illo robur sumamus, ac sic aciem in prælio contra illum instruamus. Porrò hîc fortassis rogauerit quispiã eorum qui acutius vident, & excitatiore animo sunt: Quare totidẽ, quot serui, dies dominus ieiunare cõspicitur, & numerũ illum non transcendit? Non hoc temerè, neq; frustra, sed etiam hoc sapienter & pro indicibili illius benignitate factum est: nempe ne existimetur, apparenter tantũ aduenisse, & non assumpsisse carnem, vel extra humanã esse naturam, propter hoc illũ ipsum numerũ ieiunat, & non apponit alios his diebus, sic volens cõtentiosorũ obturare impudentiã. Nam licet hoc factũ sit, sunt quidã etiamnum ista loqui audentes, iam si sua prouidẽtia hanc illorũ occasionẽ non amputasset, quid nõ attentassent dicere? propter hoc noluit plures dies ieiunare, sed totidem quot serui: vt re ipsa nos erudiat, quòd eadem cum nobis carne amictus, & à natura nostra extraneus nõ fuerit. Cæterùm quoniã nobis manifestum factũ est, quàm magna sit ieiunij vis, & quàm multiplex ex illo vtilitas, idq; per seruos ac dominũ est ostensum: proinde obsecro charitatẽ vestram, vt scientes, quantũ ex illo sit lucrum, ne vtilitatem tantam quæ ex illo paratur, per desidiã repellatis: neq; contristemini propter illius aduẽtũ, sed gaudete & exultate iuxta beatum Paulum dicentem: Quantò externus noster homo corrũpitur, tantò internus innouatur. Ieiuniũ enim animæ nostræ alimentũ est: & sicut corporalis iste cibus impinguat corpus, ita & ieiuniũ animam habitiorem efficit & valentiorẽ. Leues ei pennas producit: vt in sublime feratur, & summa cõtemplari queat, voluptatibusq; & omnibus quæ in hoc mundo habentur suauia, ipsa sit superior. Et quemadmodũ leuiores naues maria velocius transeunt, contrà multis oneribus grauarę submerguntur: ita ieiuniũ quidem leuiorem reddens mentem, efficit vt facilius huius vitę pelagus trãsmittat, & in cœlum ac ea quę in cœlis sunt respiciat, & nihili faciat præsentia, sed vt vmbras & si quid minus, diffugere censeat. Verùm ebrietas & crapula degrauans mentẽ & impinguans corpus, captiuam facit animam, vndiq; illam oppugnans, neq; sinit rationis iudicium firmum cõsistere, sed impellit, vt in præceps feratur, & omnia contra propriam salutem operetur. Igitur dilecti, ne segniter instituamus ea quæ ad salutem nostram attinent, sed scientes quãta mala hinc nasci solẽt, fugiamus damnũ quod ex illa prouenit. Neq; enim in noua lege solùm, vbi amplior frugalitas, & maiores labores, & magni sudores, & multa brabia, & ineffabiles coronæ, deliciis nobis interdicitur: sed etiã in veteri, quando Iudæi adhuc vmbræ assidebant, & lucernæ erant affixi, & velut pueri lacte nutriebantur, sic paulatim inducebantur, neque tũc deliciis vacare permittebantur. Et ne existimetis q; nos temerè delicias accusantes ista dicamus, audite prophetam dicentem: Væ iis qui veniunt ad diem malũ, dormientes in lectis eburneis, & lasciuientes in stratis suis, comedentes hædos ex gregibus, & vitulos ex medio armentorũ lactentes, bibentes defecatũ vinum, & primis vnguẽtis vncti, tanquã stantia arbitrati sunt, & nõ tanquam fugiẽtia. Vidistis quantã accusationem cõtra delicias afferat propheta, idq; cum Iudæis differens, insensatis, ingratis, & quotidie ventri deditis. Considerate enim verborũ diligentiam. Cũ enim illorũ taxasset crapulam & immodicã temulentiam, tunc subdidit: Quasi stantia arbitrati sunt, & nõ quasi fugientia: tantùm non ostendens q; gutturis & labiorũ tenus est fruitio, & vltra non progreditur. Verũtamen voluptas quidẽ breuis est ac temporaria, dolor autem perpetuus & fine carens. Et hæc, inquit, quũ experientia didicerint, quasi stantia arbitrati sunt, & manẽtia, & nõ quasi fugientia, hoc est, auolantia, & ne ad momentũ quidẽ permanẽtia. Talia enim sunt omnia humana & carnalia. Nondum rectè aduenerũt & auolarunt, tale quiddã sunt deliciæ, & tale quiddam humana gloria & potentia, tale quiddã diuitiæ, tale quiddam vniuersa huius vitæ prosperitas, nihil firmum habens, nihil subsistens, nihil fixum, sed magis quàm fluminũ fluenta prætercurrit, nudosq; ac solos relinquit eos qui illis inhiant. Atqui spiritualia non sunt talia, sed secus ac diuerso modo habent quàm illa. Sunt enim firma, immobilia, vicissitudinem nõ accipientia, ad omne seculũ se extendentia. Quantę non igitur fuerit desipientiæ, nutantia cum immobilibus cõmutare? temporaria cum his quæ in seculũ duratura sunt: perpetuò manentia cum his quæ auolent: & ea quæ nobis illic graue suppliciũ paritura sunt, cum his quæ in futuro seculo fœlicitatem summam afferũt? Hæc obsecro omnia cõsiderantes dilecti, magnamq; salutis nostræ curã habentes, aspernemur delicias & inutiles & pernicioſas, amplexemur

Sapiẽ.2.d. *Exod.32.d.* *Deut.32.b.* *Ezech.16.f* *Exod.34.d & Deu.9.d & 10.a.* *πεῤσσ. δρέξεις sitio, assiduitate, perseuerantia.* *3.Reg.19.b & 4.Reg.2.a.* *Dan.9.a.* *Ionæ 3.b.* *Matt.4.a.* *Amos 6.b.* *2.Cor.4.d.*

amplexemur ieiunium,omnemq; aliam frugalitatem, & magnã vitæ faciamus nouationẽ, ac quotidie ad agenda bona opera festinemus: vt quum per omne tempus sanctæ quadrageſimæ,ſpirituales merces negociati fuerimus, & multas virtutum diuitias congeſſerimus, ſic inueniamur & ad dominicum diem pertingere, & cum fiducia ad horrendã & ſpiritualem menſam accedere, participesq; fieri cum bona conſcientia ineffabiliũ illorum & immortalium bonorum, ac impleri ea†quæ illic eſt gratia, precibus & interceſſione omniũ qui deo placuerunt, idq; gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,] cum quo patri ac ſpiritui ſancto gloria, impe-
rium,honor,nũc & ſemper & in ſecula ſeculorũ,Amen.

†quæ illinc parcit gratia, precib⁹ & interceſſione eorum qui placuerũt ipſi Chriſto miſericordi deo noſtro]

De creationis principio, Homilia ſecunda.

IN *principio fecit deus cœlum & terram*. Veſtros ego hodie amabiles intuens vultus:ingenti voluptate impleor. Etenim patres, quanuis teneriter ſuos filios ament,non tantùm gaudent ac lætantur,circunſtantibus illis & alio quodam decore, miniſterioq; voluptatem ſibi afferentibus, quantum ego nunc gaudeo,& lætor:quia video veſtram ſpiritualem hanc congregationem tam compoſitis ornatiſque moribus hîc adeſſe, & immodico audiendi eloquia diuina deſiderio flagrare: contemptiſque carnalibus epulis, ad ſpirituale conuiuium contendere, & re ipſa comprobare di-
Matth.4.a. ctum domini, quod dicit: Non in pane ſolo viuet homo,ſed in omni verbo quod egreditur per os dei. Proinde & nos quoque agricolas imitemur. Quemadmodum enim illi, ſicubi agrum repurgatum, & ab herbarum nocumẽtis liberum viderint, vbertim ſeminant: ita, quoniam nunc ſpirituale hoc veſtrum aruum, dei gratia, purum eſt ab affectionibus,quæ interturbare ſolebant,ſublatum quoq; eſt è medio voluptatis ſtudium, & nuſquam procella, nuſquam tempeſtas cogitationũ:
γαλήνη.i. ſerenitas, tranquillitas. ſed *ſerenitas, & magna quies mentis, quæ ſpiritualia prę carnalibus ſibi proponens & ſpectans,quaſi aſſumptis alis vſque in cœlum ipſum, vt ita dicam, ſubuolat. Ideo & nos paucis hodie apud charitatem veſtram diſſerentes,depromptas è diuinis ſcripturis nonnullas ſubtiliorum ſenſuũ doctrinas proponere conabimur. Nam ſi nunc hoc non fecerimus, quando eſt ieiunium & gulæ contemptus, & tanta bonarum cogitationum ſerenitas:quo modo talia veſtræ charitati apponere poterimus, quando deliciæ,comeſſationes,& magna deſidia? Quin tunc neq; ipſi, vt par eſt,hoc faciemus,neque vos aliquid eorum quæ dicuntur, accipere poteritis: vtpote à tenebris,cogitationumq; fluctibus ſubmerſi. Nunc autem, ſi quod aliud, tempus hoc hiſce doctrinis maximè idoneum eſt: quando ſerua iam non inſurgit aduerſus dominam,ſed libenter fert habenas, facilè perſuadetur, multam præ ſe fert obedientiam, incompoſitos carnis motus compeſcit, & intra ſuos manet terminos. Ieiunium enim eſt animarum noſtrarum tranquillitas, ſenum decor,aduleſcentum pædagogus,continentiũ magiſter, quod omnem ætatem & ſexum quaſi diademate quodam ornat. Nuſquã hodie tumultus,vel clamor,vel carnium conciſiones,vel coquorũ diſcurſus:ſed omnia illa abierunt,& imitatur hæc ciuitas honeſtã quandam, continentem & ſobriam matremfamiliâs. Vnde quum mecum cogito repentinam mutationem,quę hodie facta: & repeto memoria heſterni diei perturbationẽ:admiror & obſtupeſco ieiunij vires & potentiã, quo modo in ſingulorũ ingreſſum cõſcientias,transformauerit cogitationes,purificauerit mentem, non magiſtratuum tantùm,ſed & priuatorum,non liberorũ tantùm,ſed & ſeruorum: non virorum tantùm,ſed & mulierum: non diuitum tantùm, ſed & pauperum: non eorum tantùm qui Græcam linguam edocti ſunt, ſed & barbarorum. Sed quid dico magiſtratuum & priuatorum:etiam eius qui diadema geſtat,ſimiliter vt aliorum, conſcientiam ad hanc obedientiam inflexit. Et hodie nullum diſcrimen inter menſam diuitis & pauperis: ſed vbiq; frugalis victus eſt, alienus à luxu & apparatu, maioriq; hodie voluptate ad menſam tenuem quiq; accedũt,quàm pridem, quũ multa delicata edulia, vinumq; meracũ proponebãtur. Vidiſtis dilecti,ex ipſis præludiis ieiunij virtutem & potentiam? Idcirco & ipſe maiori hodie alacritate, quàm antea, ſermones aggredior: ſciens me in pingui profundoq; aruo ſeminaturum,quod nobis multifarios fructus pro ſeminibus cõcreditis protinus reddere poterit. Diſcamus igitur, ſi placet, quid velint ſibi verba beati Moſis hodie lecta. Sed attendite, obſecro, diligenter his, quæ à nobis dicuntur. Non enim noſtra in medium afferimus,ſed illa ipſa quę nobis diuina gratia in veſtram conceſſerit vtilitatem. Quæ autem hæc ſunt? *In principio fecit deus cœlum & terram.* Meritò hîc dubitatur,quam ob cauſam beatus ille propheta,qui etiam ipſe multis ſeculis poſt cõditionem mũdi vixit,hæc nobis exponat. Sanè non temere hoc agit,nec fruſtra. Etenim deus humani generis conditor, ab initio per ſeipſum hominibus loquebatur, quo modo hominibus audire eũ poſſibile eſt. Sic enim ad Adam venit, ſic Caïn increpauit,ſic cum Noë loquutus eſt,ſic apud Abraham hoſpitatus eſt. At vbi in magnam maliciam omne hominum genus degenerauit, neque tunc ſeſe totũ ab hominum genere auertit opifex omnium: ſed quia ſua familiaritate poſtea indigni facti fuerũt, iterũ ſuam erga illos amicitiã innouare volens, quaſi longè abſentibus literas mittit,conciliaturus ſibi vniuerſam hominũ naturam. Et has quidẽ literas dedit deus, attulit autẽ Moſes. Quid igitur dicũt hæ literæ? In principio fecit deus cœlũ & terram. Cõſidera chariſſime,quàm admirabilis & eximius ſit ille propheta. Alij enim omnes prophetæ dixerunt, vel quæ multis poſtea tẽporibus futura erant, vel †quæ in futuro ſeculo euenient.] Beatus autẽ iſte,natus quum iam multa mundi tranſiiſſent ſecula, & ducem & directricem ſortitus ſupernã dextram, dignus eſt habitus,vt illa nobis diceret,quæ ante ſuam natiuitatẽ omnium dominus formauerat. Idcirco & ſic incepit,dicẽs: In principio fecit deus cœlum & terram. Quaſi ad omnes nos clara voce clamet,& dicat:Num ab hominibus doceor, vt hæc loquar? Minimè. Sed qui hæc,quũ non eſſent,fecit,vt eſſent,hic & linguã meam ad iſthęc enarranda impulit. Igitur obſecro, ita auſcultemus, ita noſtris rationibus longũ valere dicamus,quaſi hęc nõ iam à Moſe, ſed per linguam Moſis ab ipſo omniũ deo audiamus. Rationes enim hominũ timidæ ſunt,inquit,& parum ſecuræ adinuẽtiones eorum. Magna gratitudine accipiamus quæ dicuntur,ne progrediamur vltra q̃ fert menſuræ noſtræ tenuitas, nẽve curioſius quæ ſupra nos ſunt, indagemus: id quod veritatis hoſtibus euenit, qui voluerunt propriis rationibus vniuerſa expendere,non cogitantes quòd impoſſibile ſit humanæ naturæ dei opificium penitus ediſcere. Quid inquam,dei opificium, quum neque hominis,qui nobis natura cognatus eſt,artes vndiquaque diſquiri poſſint? Dic enim, quæſo, quo modo per metallicã artem auri natura cõflatur? vel quo modo vitri puritas ex arena fit? Verum non habes quæ dicas. Si igitur hæc, quæ ante oculos ſunt poſita,& quæ per dei miſericordiã humana operatur ſapientia ediſci nequeunt:

†quę ſit.atim euentura eſſent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nequeunt: quæ à deo ipso facta sunt, curiositate tua, inquires homo? Quam assequêris veniam, qua te tueberis apologia, ita insaniens, vt quę supra naturæ tuæ captum sunt, speculeris? Dicere enim ea quę sunt, ex* præiacente materia esse facta, & non cõfiteri quod ex nihilo creauerit ea omniũ opifex, desipientiæ extremæ signum fuerit. Beatus itaq; propheta iste, obturãdo insipientiũ ora, auspicaturus librũ, sic cœpit: In principio fecit deus cœlum & terram. Quum igitur audis, fecit, nihil aliud vltra curiosius quære: sed humum spectans, crede ei qui dixit. Nam deus est qui omnia facit, & præparat, & iuxta voluntatẽ suam omnia aptè cõponit. Et vide quantum docendo nostræ paruitati se attemperat. Nihil de inuisibilibus virtutibus disserit, neq; dicit, In principio fecit deus angelos vel archãgelos. Non simpliciter, neq; temerè hanc nobis doctrinæ viã parauit. Iudęis enim loquebatur, qui toti præsentibus rebus inhiabant, neq; spirituale quicquam comprehendere valebant. Itaq; eos à sensibilibus ad cognoscendũ vniuersi opificem inducit, vt ex creaturis fabricatorem mundi discentes, adorent creatorem omnium, & nõ in creaturis ipsis permaneãt & quiescant. Nam quũ licet hęc ita facta sint, non intermiserunt ex creaturis deos facere, & diuinum honorem fœdissimis brutis exhibere: in quam nõ amentiam incidissent, ni tanta erga nos humilitate & attemperatione fuisset vsus? Nec mireris dilecte, quòd Moyses hac via incesserit, qui in principio, & in præludiis, crassioribus locutus est Iudæis. quandoquidẽ Paulus quoq; tempore gratiæ, quum tantum prædicationis esset incremẽtum, disputaturus cum Athenien sibus, à visibilibus doctrinã cœpit, & eis sic dixit: Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hiç cœli & terræ quum sit dominus, non in manufactis habitat templis, nec humanis manib° colitur. Et ideo, quia talem eis congruere sciebat doctrinam, hanc docendi viã arripuit. Ad eos enim qui suam susci piebant doctrinam, à spiritu ita dirigebatur & docebatur. Et vt scias huius causam fuisse personarum varietatem, & auditorũ crassitudinem, audi illum ipsum. Ad Colossenses enim epistolã scribens, non hac ambulat via, sed aliter cum eis loquitur, & dicit: Quia in ipso creata sunt omnia, quæ in cœlis sunt, & quæ in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per illum, & in illum creata sunt. Ioannes autem tonitrui filius clamabat, dicens: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. At non sic Moses, & merito. nec enim erat consentaneum, vt solido pascerẽtur cibo, quibus adhuc lactis alimonia opus erat. Nam quemadmodum ludimagistri pueris qui à patribus ipsis cõmendantur erudiendi, prima tradunt elementa: quos qui ab illis postea suscipiunt, sublimioribus, & perfectioribus doctrinis imbuunt: ita & beatus Moses, & doctor gentium, ac filius tonitrui fecerunt. Nam Moses quidem cùm primus omnium instituendam susce pisset humanam naturam, docuit auditores prima elementa: Ioannes autem & Paulus his, quos à Mose acceperunt, postea perfectiora tradidere. Igitur iam quidem didicimus, quare ita se humiliarit ad nostram tenuitatem: & quòd spiritu sancto loquens, prout auditoribus congruebat, exposuerit: verùm interim & omnes hæreses, quæ sicut zizania pullulaturæ erant in ecclesia, eradicat per hoc quod dicit: In principio fecit deus cœlum & terram. Vnde si Manichęus te accesserit, dicens materiã præexistere, vel Marcion, vel Valentinus, vel gentilis, dic ad illum: In principio fecit deus cœlum & terram. Sed quid, si nõ credit ille scripturæ? Tu posthac ipsum auerseris, velut furibũdum & mente captum. Nam qui omniũ opifici nõ credit, & veritatem mendacij arguit: qua vnquam dignandus est venia? Habet ille fucatum colorem, & mansuetorum personas induit, tegitq; sub ouilla pelle lupũ. Sed tu ne decipiaris, immo hac ipsa de causa illum magis exosum habe, quòd mansuetudinem quidem erga proximum conseruum simulat, contra dominũ autem vniuersorum, bellum gerit, & contra suam ipsius salutẽ currit insensatus. Cæterùm nos firmam teneamus petram, & ad principium iterum regrediamur: In principio fecit deus cœlum & terram. Attende nunc, quo modo ex ipso opificij modo diuinæ naturæ dignitas enitescat. Nam deus prẹter humanum morem, suum perficiens ædificium, prius cœlum extendit, postea & terrã substernit: prius culmen, & postea fundamentum. Quis tale quid vidit? quis audiuit? In hominum sanè operibus nihil tale vnquam fuit. Sed iubente deo, voluntati eius parent, & cedunt omnia. Ne igitur humanis rationibus diuina opera curiosius excutiamus, sed ex operibus manuducti, admiremur artificem. Nã inuisibilia eius, inquit, *Roma.1.c.* ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur. Quòd si veritatis hostes adhuc dicunt, esse impossibile, ex nihilo aliquid fieri: interrogabimus eos, primúsne homo ex terra formatus est, an fortè aliũde? omnino dicent ac fatebuntur, quòd ex terra. Dicant igitur nobis, quo modo ex terra facta sit natura carnis. Et terra enim lutum, & lateres & figulinum vas, & testa fieri solet: quo modo ergo natura carnis facta est? quo modo ossa, & nerui, & arteriæ, & adeps, & cutis, & vngues, & capilli, & ex vna præiacente materia diuersarũ substantiarum qualitates? Sed ad hæc ne mutire quidem poterunt. Quid autem dico de corpore nostro? Dicant nobis de pane, quo quotidie reficimur, quo modo, quũ vnius speciei sit, transmutatur in sanguinem, & phlegma, & choleram, & varios humores? Et panis quidẽ sæpe habet colorem frumenti, sanguis autem rufum vel nigrum. Si igitur hæc, quæ quotidie ante oculos videntur, nunquam nobis dicere poterunt, nullatenus & de aliis dei opificiis digna dicent. Quòd si post tantam demonstrationum copiam, adhuc suam contentionem roborare volunt: & neque nos desistemus sæpe eadem ipsis obiicere, dicentes, In principio fecit deus cœlum & terram. Hoc enim vnicum verbum sufficit nobis ad subuertendas omnes aduersariorum turres, & ad reuellendas ab ipsis fundamentis humanas rationes: atque si vellent vel serò à sua contentione desistere possent per hoc in veritatis viam manuduci. *Terra autem*, dicit, *inuisibilis erat, & inculta.* Cuius gratia, dic quæso, cœlum clarum & absolutũ creauit: terram autem informem effecit? Neq; hoc temerè factum. Sed vt cùm didiceris meliorem creationis partem ab eo formatã, & absolutam, postea neq; de aliis dubites, neque putes tale quid virtutis infirmitate factũ. Ad hæc, & alia ratione deformem terram creauit, quoniam ipsa est nutrix, & mater nostra, & ex ea facti sumus, ac educamur, ipsaq; nostra patria est, & cõmune sepulchrum (reditus enim noster ad eam est) & variis per eam bonis fruimur. Ideo vt ne homines ob vsus necessitatem, plus quàm dignum est, eam venerentur, ostendit primùm rudem, & absq; forma & inexpolitam: vt ne beneficia terræ, telluris naturę imputes: sed ei tribuas, qui illã ex nihilo vt esset, creauit, propter hoc ait: Terra autem erat inuisibilis & inculta. Fortè statim & ab initio mentem vestram subtilioribus sententiis degrauauimus nimium, ideo hîc sermonẽ sistere congruit.

* Ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, id est, præiacente, subiecta.

Act.17.c.

Coloss.1.c.

Mar.3.b.

Ioan.1.a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

congruit. Rogamus autem charitatem vestram, vt dictorum priorum memores, & semper horũ memoria vobis insonet. Et post sensibilẽ mensam quũ hinc abieritis, apponite & spiritualẽ mensam. Et dicat quidẽ vir aliqua eorum, quæ nunc hic sunt dicta: audiat autẽ mulier, discant pueri, discant & familiares, fiatq; domus ecclesia, vt effugetur diabolus, in fugam vertatur malus ille dæmon, & inimicus salutis nostræ. Requiescat autẽ ibi spiritus sancti gratia, & omnis pax & concordia muniat inhabitantes. Quòd si eorum quæ iam dicta sunt, memores eritis, prõptius etiam quæ posthac seminaturi sumus, suscipietis. Et nos quoq; maiori vbertate dicemus, quæ nobis suppeditabit gratia dei, si germinare viderimus, quæ nũc à nobis dicta sunt. Quando quidẽ & agricola, videns semina nasci, maiori promptitudine arua considerat & excolit, paratus & alia seminare. Vt igitur alacriores nos reddatis, & iam dictorũ certam custodiam demonstrate, & cum rectæ fidei dogmatibus vi-
Matt.5.b. tam quoq; vestram diligenter curate. Fulgeat enim, inquit, lux vestra coram hominibus, vt videãt vestra opera bona, & glorificent patrem vestrũ qui in cœlis est: vt & vita consonet fidei dogmatis, & dogmata prędicent
Iacob.2.d. vitam. Fides enim sine operibus mortua est, & opera sine fide mortua sunt. Nam tametsi sanam teneamus doctrinam, vitam autẽ negligamus: nihil nobis proderũt doctrinæ. Rursus, si vitæ curam diligentem gesserimus, in fidei autẽ placitis claudicauerimus, neq; sic nobis aliquid lucri fuerit. Ideo conuenit vtriq; ædificium hoc
Matt.7.d. nostrũ spirituale cõmuniri. Omnis enim, inquit, qui audit hos meos sermones, & facit eos, assimilabitur viro prudenti. Vide, quo modo non solùm audire nos vult, sed & facere, & operibus mõstrare obedientiam. Et hũc prudentem vocauit, qui operibus sermones subsequentibus conspicuus est: qui verò tantùm ad sermones pernenit, & nõ ad opera, eum stultum vocauit meritò: quia talis domũ suam super arenam ędificauit, propterea neque ventorũ vim ferre potuit, sed statim corruit. Tales enim sunt desides animæ, non solidatæ super firmã petram spiritualem. Nõ enim de ædificio, & de domo nũc est sermo: sed de anima, quæ à tentatione quauis turbatur. Nã venti, pluuiæ, & fluuiorũ nominibus, tentationes nobis insinuantur. Cæterùm cõstans, & vigil, & sobrius hac ratione magis firmus euadit: & quantò maiores intentantur afflictiones, tantò eius virilitas & fortitudo magis augentur. Desses autẽ & supinus, si vel tenuis quædam tentationũ aura afflarit, statim cõmouetur, & decidit, non ob naturam tentationum, sed ob voluntatis infirmitatem. Quocirca oportet sobrios esse, & vigiles, & ad omnia præparatos: vt & in prosperitate modesti ac non effusi, & in afflictionibus quæ nobis infliguntur, sobrij & prudentes, perpetuas gratias referamus misericordi deo. Si sic res nostras instituerimus, multũ gratiæ diuinæ assequemur: poterimusq; & præsentem vitam secure transmittere, & in futuram vitam magnæ fiduciæ opes reponere. Quam nobis omnibus assequi cõtingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

De iis quæ sequuntur hæc verba, In principio fecit deus cælum & terram, vsq; Et factum est vesperũ, & factũ est mane dies vnus. Homilia tertia.

Meritò thesauro cuipiam confertur diuinarum scripturarũ lectio. Nam sicut ex illo, quisquis vel paruum frustum capere valet, multas sibi parat diuitias: ita & in sacra scriptura, etiam in breui dictione variam sententiarum vim, & indicibiles diuitias inuenire licet. Et non solùm thesauro similia sunt diuina eloquia, sed fonti quoque, largis, perennibusq; scaturienti fluentis: id quod re ipsa heri omnes didicimus. Nam vt proœmia libri Geneseos incepimus, explanãdo hoc dictum: In principio fecit deus cœlum & terrã, totam horam insumpsimus, & neq; sic totum cõprehendere valuimus. Magna enim est huius thesauri abũdantia, & larga fontis huius spiritualis vbertas. Nec miteris dilecte, si nobis hoc accidat. Etiã qui ante nos fuere, pro viribus suis aquas inde hauserũt: & similiter qui post nos futuri sunt, idem attentabũt, neque sic totũ euacuare poterũt: sed magis interim augescũt flumina, & increscũt. Hæc enim spiritualiũ fluminum natura est, vt hoc magis scaturiãt, & accrescat spiritualis gratia, quò quis magis inde haurire studet. Propter hoc & Christꝰ dicebat: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, si- *Ioan.7.f.*
cut dixit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ *2.Paralip.*
viuentis. Quibus horũ fluminũ daptilitatem & largitatẽ *16.d.*
nobis indicat. Quoniã igitur spiritualiũ fluminũ natura talis est, agè afferamus omnes multa mẽtis nostræ vasa, vt impletis illis, domũ redeamus. Nam quando videt gratia spiritus feruens desiderium, & vigilem mentem: tunc & gratiã suam opulentam liberalius largitur. Abducamus igitur nos ab omnibus huius vitæ curis, & resectis his, quę cogitationes nostras velut spinæ suffocãt, ad spiritualia desideria mentẽ nostram totam transferamus, vt magno inde lucro facto, & vtilitate percepta, domũ redire liceat. Cæterùm vt vobis manifestior fiat sermo, pauca quædam ex hesternis dictis in memoriam charitati vestræ referemus, vt sic his quæ heri dicta, hæc quæ nunc dicenda, quasi in vnum corpus cõiungamus. Ostendimus enim heri, vt meministis, quo modo beatus Moses, enarrans nobis horũ visibilium elementorũ creationem & opificium, dixerit: In principio fecit deus cœlum & terrã. Terra autem erat inuisibilis & inculta. Et docui quidem vos causam, quare deus terram informem, & nullis figuris expolitã creauerit: quę opinor, omnia mente tenetis. Necessarium igitur nos ad ea, quæ sequuntur, progredi hodie. Nam postquã dixit: Terra autem erat inuisibilis, ac inculta, nos accuratè docet, vnde inuisibilis esset & inculta, dicẽs: *Et tenebræ erãt super abyssum, & spiritꝰ dei superferebatur super aquã*. Vide hic, q̃ nihil superfluũ admisceat beatꝰ propheta, & quo modo nõ omnia particulatim narret quę facta sunt: sed vt docuit nos de cœlo & terra, quæ plurima in se cõtinent elementa, prætermittit alia. Nam quũ de aquarũ opificio nihil dixisset, ait: Et tenebræ erant super abyssum, & spiritus dei superferebatur super aquam. Hæc enim tegebãt faciem terræ, de tenebris loquor, & abyssо aquarũ. Didicimus hinc, q̃ omne quod videbatur, erat abyssus aquarũ, tenebris velata: & opus habebat sapiente opifice, qui omnem hanc informitatẽ discutere, & ornatum aliquẽ inducere posset. Et tenebræ, dicit, super abyssum, & spiritꝰ dei superferebatur super aquam. Quid sibi vult quod dicit, Et spiritus dei superferebatur super aquã? Mihi videtur hoc significare, quòd affuerit efficax quædã & vitalis operatio aquis, & non fuerit simpliciter aqua stans & immobilis: sed mobilis, & vitalem quandã vim habẽs. Nã quod immobile, omnino inutile est: quod verò mouetur, ad multa cõducit. Vt igitur doceret nos beatꝰ ille propheta, aquã illam magnã & ineffabilẽ habere vim, & vitalem quandã, dicit: Et spiritus dei superferebatur super aquam. Idq; non absque ratione scriptura diuina præueniendo dicit, eò quòd postea dictura est nobis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd animalia ex aquis istis iuxta præceptum dei omnium cõditoris producta sint: propterea auditorem hîc nunc docet, quòd non ſolùm aqua illa sit condita: ſed & quòd moueatur, & discurrat, & omnia alluat. Igitur postquam diffusa fuit magna vniuersi visibilis informitas, præceptoq; suo deus, optimus ille artifex, & quæ informia erant, dispulit, & immensam lucis visibilis pulchritudinẽ produxit: tunc tenebras fugauit palpabiles, illustrataq; sunt omnia. *Et dixit*, inquit, *deus, Fiat lux: & facta est lux.* Dixit, & facta est: mãdauit, & tenebræ quidem fugatæ sunt, lux autẽ producta. Vides ineffabilem potentiam? Verùm qui errore præuenti sunt, non attendentes ad dictorũ consequentiam, neq; audientes beatum Mosem, dicentem: In principio fecit deus cœlum & terram: & mox subdentem. Terra autẽ erat inuisibilis ac inculta, eò q; tenebris & aquis esset obtecta. Sic enim visum fuit domino ab initio eam producere, dicũt, quòd antea fuerit materia, & prius fuerint tenebræ. Quid hac amentia peius? Audis, quòd in principio fecerit deus cœlum & terram, & q; ex nihilo quæ sunt, facta sint: & dicis q; prius fuerit materia? Quis eorũ qui mentem habent, tantam ferret insaniam? Nũquid homo est cõditor, vt opus habeat subiecto aliquo ad demõstrandam suam artem? Deus est cui omnia cedunt, qui verbo & præcepto suo omnia condidit. Attende enim, dicit solùm. Et producta est lux, & abscesserunt tenebræ. *Et distinxit deus inter lucem, & inter tenebras.* Quid est, distinxit? vnicuiq; locum proprium distribuit, cõgruumq; tempus definiuit. Et postquam hoc factum, tunc suum cuique vocabulũ indidit. *Vocauit enim*, inquit, *deus lucem diem: & tenebras vocauit noctem.* Vidisti optimã distinctionem & admirabile opificium: quo modo id quod omnem rationẽ transcendit, vno sermone & præcepto factum est? Vidisti quantũ se nostrorum ingeniorũ paruitati attẽperauerit beatus ille propheta, imò misericors deus per prophetæ linguã erudiendo omne hominum genus: vt videat eorum quæ facta sunt ordinem, & quis vniuersi opifex, & quo modo vnumquodq; produxit? Quoniã enim adhuc imperfectius erat humanũ genus, quàm vt perfectiora capere posset: propterea pro auditorum imbecillitate, prophetæ linguam sanctus mouebat spiritus, inq; hunc modũ nobis omnia edisserebat. Et vt discas, quòd propter mentis nostræ imperfectionem hoc enarrationis attemperamento fuerit vsus: videq; tonitrui filius, cum iam creuisset ad virtutẽ hominum genus, nõ iam hac via ingreditur, sed in sublimiorem eruditionem auditorem subducit. Nam vt dixit, In principio erat sermo, & sermo erat apud deum, & deus erat sermo: mox subiicit: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ venientem in mundũ. Nam quemadmodũ hoc loco lux ista sensibilis præcepto domini producta, & tenebræ illę visibiles abscõditæ: sic & lux mentalis tenebras errorum effugauit, & ad veritatẽ errabundos manuduxit. Suscipiamus ergo magna gratitudine à diuinis scripturis doctrinas, & ne aduersemur veritati, neque in tenebris maneamus: sed ad lucẽ properemus, operemurq; digna luce & die: sicut & Paulus admonet dicẽs: Sic vt in die honestè ambulemus, & ne operemur opera tenebrarum. Et vocauit, inquit, deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem. Sed quod fermè nos præterierat, necessariũ fuerit iterum repetere. Nam postquã dixerat, fiat lux, & facta est lux: subiunxit. Et vidit deus lucem, quòd bona esset. Vide, quæso hic dilecte, quanta verborũ humilitas. Quid ait? Num priusquã fieret lux, nesciebat quòd bona? sed postquã producta fuit, oculus primum ostendit opifici pulchritudinem & bonitatem productæ? Et quis cui cor est, tale quiddã diceret? Nam si homo qui aliquid per artem operatur priusquã fabricet quod vult facere, & priusquã formet, scit vsum eius quod elaborare statuit: quantò magis omnium opifex, qui verbo omnia ex nihilo vt essent produxit, sciebat antequam lucem faceret, quòd esset bona? Quare ergo hac dictione vsus est? Demittit se, & iuxta humanã consuetudinem hæc omnia loquitur beatus ille propheta. Et quemadmodũ homines, cùm magnum aliquid magno studio elaborauerint, & finem laboribus suis impoſuerint, tunc tandẽ per experientiam declarant ea quæ fecerint, & opus laudibus extollũt: ita & diuina scriptura solet, & nũc cùm se ad nostrarũ aurium infirmitatem demisit & dixit: Et vidit deus lucẽ, quòd bona: tũc subiecit, Et distinxit deus inter lucem, & inter tenebras: & vocauit deus lucẽ diem, & tenebras vocauit noctem. Et suam cuiq; regionẽ distribuit. Nam ab initio cuiq; suos terminos præfixit, quos perpetuò absq; impedimẽto custodiret: id quod cuilibet, qui mediocriter sapit, cõtueri licet, quo modo ex eo tempore vsq; in præsens, neque lux terminos suos transgressa sit, neque tenebræ suum ordinẽ præterierint, confusione & deordinatione quadam introducta. Sanè hoc vnum ingratis sufficere deberet, vt credant & obediant his, quæ à diuina scriptura dicta sunt: ita vt vel elemẽta imitentur, quæ cursum inoffensum perpetuò seruant, & mensurã suam non egrediuntur, sed agnoscũt propriam naturam. Exin postquã vtrique suum nomen dedit, vtrunque in vnum coëgit: Nam dicit, *Et factum est vesperum, & factum est mane dies vnus.* Finem diei & finem noctis vnum signanter nominauit, vt ordinẽ aliquem & consequentiam statueret visibilium, nullaq; fieret confusio. Verùm scire & discere debemus à spiritu sancto per linguã beati huius prophetæ, quæ primo die condita sunt, & quæ aliis. Nam & istuc ipsum misericordis dei cõdescensionem declarat. Neque enim inops erat omnipotens illius manus, & infinita sapientia, vt non posset vno die producere omnia. Quid inquam, vno die? & simplici momento poterat. Sed quandoquidem res non ob suam vtilitatem produxit (nullius enim rei indigus est, qui sufficientissimus) sed ob suam benignitatem & bonitatem fabricauit omnia: idcirco non simul, sed successiuè & per partes condidit, & doctrinam nobis manifestam de rebus conditis per linguam beati huius prophetæ tradidit, vt hæc exactè discentes, non accedamus eorum sententiæ, qui humanis rationibus mouentur. Enimuero non desunt, qui fortuitò res omnes factas esse asserant, quanuis hæc ita sint facta. Quòd si non tanta cõdescensione, & docendi humilitate nos dignatus esset: quid non fuissent ausi, qui aduersus salutem suam quæque & dicere & facere student? Quid enim miserius & insipientius his, qui talia dicere attentant, & asserunt res per se fieri, fraudantq; omnem facturam diuina prouidentia? Quo pacto enim rationi congruũ fuerit, dic oro, quòd tãta elementa, & tantus ornatus absque aliquo moderatore, & omnia cõseruante gubernentur? Et nauis nunquã poterit absque gubernatore maris fluctus trãsire: & miles nihil strenuum & egregiũ absque præfecti ductu & auspiciis gerit: & domus nõ extruitur, nisi sit qui ẽdificet: mũdus autem ille immensus, & elementorũ illorum ornatus, fortuitò & temerè ferri poterit, nullo existente qui omnia quæ oculis sunt subiecta possit moderari, & per suam sapientiã sciat continere & cõseruare? Porrò quid contendimus illis monstrare ea, quæ & cæcis, vt in pro-

t simpliciter

Mar.13.b.
Ioan.1.a.

Rom.13.d.

uerbio

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerbio eſt, perſpicua ſunt? Veruntamen ne omittamus proponere eis doctrinas ſcripturarum, ſed omne impēdamus ſtudium, vt ab errore liberati, ad veritatem reducantur. Nam licet in erroribus cōprehenſi ſint, *cognati tamen noſtri ſunt: & cōgruit, vt magnam eorum curam habeamus, nunquam torpeſcentes: ſed diligentia ſumma facientes ea quæ in nobis ſunt, vtilē illis medicinam adhibeamus, vt ſaltem tandem aliquando ad veram ſanitatem redeant. Nihil enim ita gratū eſt deo, & ita curæ, vt animarum ſalus, ſicut clamat Paulus, dicens: Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et iterum deus ipſe ait: Nolo mortem peccatoris, ſed vt cōuertatur, & viuat. Et propter hoc etiam creaturam hanc omnem produxit, & nos formauit, non vt pereamus, neque vt ſuppliciis nos torqueat: ſed vt ſaluet, & ab errore liberatis, regno frui nobis concedat. Hoc enim nobis præparauit, non nunc poſtquam factū eſt, *ſed ante iacta fundamenta mundi, ſicut ipſe dicit: Venite benedicti patris mei, & in hæreditatem accipite præparatū vobis regnū ab initio mundi. Vide miſericordiā domini, quo modo antequā formaretur mundus, & produceretur homo, infinita nobis bona præparauit: oſtendens quātam noſtri generis curam faciat, & q̄ omnes vult ſaluari. Talem igitur habentes dominū, tam miſericordem, tam benignū, tam mansuetum: cūm noſtræ, tum fratrum noſtrorum ſalutis curam geramus. Nā & hoc noſtræ ſalutis argumentū erit & occaſio, ſi nō ſolùm pro nobis ipſis ſoliciti, ſed & proximo vtiles fuerimus, ipſum ad viam veritatis manuducentes. Et vt ſcias quantū bonum ſit, cum ſalute noſtra & alios lucrari, audi prophetam ex perſona dei dicentem: Qui educit precioſum à vili, quaſi os meum erit. Quid hoc eſt? Qui ab errore ad veritatem, ait, manuduxerit, vel à peccato ad virtutem proximū induxerit: pro virili humano me imitatur. Etenim ipſe quum deus ſit, propter nihil aliud noſtram induit carnem, & alia humana omnia ſuſtinuit, & crucem quoq; ſuſcepit, niſi vt nos peccato obnoxios à maledicto liberaret. Et hoc quoq; Paulus clamat dicens: Chriſtus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Si igitur ipſe, qui deus eſt ineffabilis eſſentiæ, ob miſericordiam ineffabilem hæc omnia propter nos, & ſalutem noſtram ſuſcepit: cur nō & nos erga fratres iuſti ſumus, agnoſcētesq; eos vt membra noſtra, & eripientes ex diaboli faucibus, in viam virtutis inducimus? Nam vt anima corpore melior eſt: ita his qui indigentibus pecunias & facultates ſuppeditant, maioribus præmiis digni ſunt hi, qui admonendo & cōtinuè docendo in viam rectā ſupinos & deſides inducūt, monſtrando eis diuinarū virtutum fragrantiā, & viciorū maleuolētiam. Hæc omnia cùm ſciamus, præ omnibus aliis huius vitæ curis, de ſalute animarū loquamur proximis, eandē illis ſolicitudinem ingerentes. Magnæ enim bonitatis eſt, animā cui hæc cōtinuò inſonātur, poſſe reduci ex abyſſo malorū, in quorū medio verſamur: & cōpeſcere affectionum rebellionem, quę perpetuò animā noſtram infeſtāt. Idcirco nobis opus eſt & magna vigilantia, quoniā & continuum nobis eſt bellum, & induciæ nullæ: propter quod & Paulus dicebat, Epheſiis ſcribens: Nō eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinē & carnem: ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi dominos rectores tenebrarū ſeculi huius, aduerſus ſpirituales nequicias in cœleſtibus. Ne exiſtimetis, ait, vulgare nobis certamen proponi. Non aduerſus eiuſdem generis aduerſarios nobis eſt certamen, neq; ex æquo exercitus noſter inſtructus eſt. Nos enim qui corporibus ſumus annexi, *præceptū accepimus, vt cum incorporeis virtutibus cōfligamus. Sed ne timeatis, nam licet inæqualis ſit pugna: magna tamen armorū noſtrorū virtus eſt. Subiungit enim hæc, quaſi diceret: quoniā nouiſtis bellatorum naturam, ne ſuccumbatis, ne torpeſcatis ad pugnā: ſed propter hoc ſuſcipite armaturā dei, vt poſſitis reſiſtere inſidiis diaboli. Multæ enim eius ſunt inſidiæ, hoc eſt viæ, per quas negligētiores ſupplantare nititur: quas diligēter cognoſcere operæpreciū eſt, ita vt effugiamus eius manus, & nullū ipſi ingreſſum permittamus. Quin & linguæ diligens habenda eſt cuſtodia, & oculi muniendi ſunt, & mens purgāda, & in perpetuo certamine viuendū eſt, quaſi fera aliqua nos inuadat, & lædere conetur. Propter quod cœleſtis illa anima, doctor gentium, lingua orbis, nihil omittens pro ſalute diſcipulorum, poſtquā dixit, Accipite armaturam dei: iterū ſubiicit, & nos vndiq; muniens, & inuictos faciens, ſic dicit: State igitur accinctis lūbis veſtris in veritate, & induti thoracē fidei, & calceati pedes veſtros in præparatione euāgelij pacis. In omnibus aſſumite ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela mali illius ignita extinguere, & gladiū ſpiritus, quod eſt verbū dei. Vidiſti quo modo omnia mēbra muniuerit? Et quaſi in præliū egreſſuros, primum zona cingat, quò expeditiores ſimus ad curſum: dein induat nos thorace, ne à iaculis vulneremur. Sed & pedes muniuit, & vndiq; armauit fide. Hęc, ait, ignita tela hoſtis extinguere poterit. Quę autem ſunt tela diaboli? malæ cōcupiſcentiæ, immūdæ cogitationes, pernicioſi affectus, furor, inuidētia, inuidia, ira, odium, opum cōcupiſcentia, & omnis alia ignauia. Hęc, ait, omnia extinguere poterit gladij ſpiritus. Et quid dico, extinguere? etiā ipſum hoſtis caput amputare valebit. Vidiſti quo modo roborauit diſcipulos? Quo modo eos qui cera molliores erāt, ferro fortiores effecit? Quoniā enim nobis bellum eſt nō aduerſus carnē & ſanguinem, ſed aduerſus incorporeas virtutes: ideo neque carnalibus nos armis muniuit, ſed arma noſtra omnia ſpiritualia ſunt, ſic radiantia, vt eorū fulgorem dæmon ille malus ferre nequeat. Talibus armis induti, ne horreamus ob pugnā, ſed neque fugiamus cōgreſſum: ſed neq; ignaui ſimus. Nā ſicut, nobis *ſobriis, malignꝰ dæmon nūquā armorū noſtrorū virtuti pręualebit, imò ſi voluerimus, irritas faciemus eius machinationes: ſic ſi deſides fuerimus, nulla nobis vtilitas erit: Quandoquidē inimicus ſalutis noſtrę nunquā dormitat, & omnia quæ ſaluti noſtræ obſunt, operatur. Vndiq; igitur armemus noſipſos, & à verbis & ab operibus abſtineamus, quæ nos offendere poſſunt: & cū abſtinentia à cibis, cùm aliarū virtutum, tum liberalitatis in pauperes ſpecimē exhibeamus: ſcientes quāta nobis merces ob curam illis exhibitā repoſita ſit: Nam, qui miſeretur, ait, pauperi, fœneratur deo. Vide vſurę raram naturam, & admirabilē. Alius eſt qui accipit, & alius qui ſe dandi fœnoris reū facit, & nō hoc ſolùm nomine: ſed quia in hoc vſuræ genere non eſt locus ingratitudini, neque vlli alij damno. Neq; enim quemadmodū vulgo, ſimplex modo redhibitio ꝓmittitur, ſed centupla dantur, & nō ſolùm centupla: nam aliqua dantur in pręſenti vita, aliqua in futura, nēpe vita æterna. Et in præſenti quidem vita, ſi quis nobis ſolùm duplicia polliceretur, pro his quæ à nobis dantur, parati eſſemus illi omnem noſtram ſubſtantiā afferre. Tametſi ibi magna ingratitudo, multæ & ſtupendæ auarorū fraudes: & multi qui boni habētur, fœnus nō ſoluunt, vel ob maleuolentiam nolentes, vel ſæpe & propter inopiā nō valentes. Quoniam

*ὁμογενεῖς i. congeniti, eiuſdem generis, conſanguinei.

1. Tim. 2. b.

Ezech. 18. g

Matt. 25. c. *μετὰ τὸ γενέθλιον, quod de regno aut de nobis dici poteſt.

Hiere. 15. d.

Gal. 3. b.

Epheſ. 6. b.

*ὑποφόντων. ſobriis, vel vigilantibus, & attentis potiꝰ: ὑφόντας enī hic & alibi ſæpe ignauis & deſidibus opponit. p inde idē talibus in locis notabis.

Ibidem.

Ibid. c.

Prouer. 19. c

Matt. 19. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam autẽ nihil tale, omnium domino imputari potest (nam & capitalis summa in tuto est,& centuplũ hîc promittitur eleemosynã expendentibus, & in futurum vita æterna reponitur:) quæ igitur nobis defensio erit, si negligentes fuerimus,& non festinauerimus centupla pro paucis accipere, & pro præsentibus futura, & pro tẽporalibus æterna? Atqui pecuniæ nunc ianuis & repagulis includũtur,& indigentibus non expendũtur, sed in vanum dũtaxat ibi sine vsu iacent. Vt igitur in futuro seculo earum subsidia inueniamus:Facite,inquit,vobis a-
Luc.16.c. micos ex mãmona iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiant vos in tabernacula æterna. Iam scio, quòd multi non adstipulãtur his, quæ à nobis nũc sunt dicta, sed ea vt delirium & fabulã audientes,minime sunt attenti ad orationem nostram. Vnde ego crucior & doleo,quòd neque rerum experiẽtia, neq; tot & tales dei promissiones, neque timor futurorum, neque quotidianæ admonitiones nostræ apud tales proficiunt. Non tamen ces- B sabo,etiam sic,ab hoc consilio, donec continuitate importuna tandem victor resipiscere ipsos fecero: & à crapula & ab ebrietate,qua laborant, & à pecuniarum auiditate,quæ mentem eorum obtenebrat,eruere valuero. Scio enim,scio quòd per gratiam dei,sermonũ nostrorum frequentia,& ieiunij studium poterunt ipsos vel serò, à difficili hoc morbo liberare,perfectæq; sanitati restituere: vt & ipsi à suppliciis, quæ eis parata sunt, liberentur, & nos à tristicia eruamur, & pro omnibus gloriam referamus deo patri & filio, & spiritui sancto, nũc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Dixit quoque deus: Fiat firmamentum in medio aquæ,& diuidat inter aquam & aquam: & factum est ita.

Homilia quarta.

Vldens ego dilecti, alacrem & quotidianũ vestrum in hoc templo conuentũ magnam per- C
A simili. cipio voluptatem, misericordemq; deum in profectu vestro glorificare nõ cesso. Nã sicut esurire corporalis sanitatis indicium: ita & studio magno audire diuina eloquia,bonæ animi valetudinis certissimum est argumentũ.Propter quod & dominus noster Iesus Christus in suis beatitudinibus, quas in monte
Matth.5.a. promisit,dicebat:Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur. Quis igitur dignè vos laudare valet, qui semel ab omniũ domino beatitudinem accepistis,& ab eo infinita bona expectatis? Is enim domini nostri mos est, vt quoties videt animam aliquam multo desiderio, promptitudineq; intenta spiritualibus inhiantem, liberaliter illam gratia, & opulentis donis suis locupletet. Vnde & ego in vestrã vtilitatem,& ædificationem expecto,vt vberior,& mihi doctrinę sermo cõcedatur. Propter vos enim, & propter vestrũ profectum,omnẽ hunc laborẽ toleramus: vt & vos citius ad D ipsum virtutis fastigium ascendatis, futuri vitæ diuinæ magistri omnibus qui vos vident:& nobis maior dicendi fiducia accedat, qui videmus non in vanum, nec frustra nos laborare:sed quotidie semẽ spirituale in vobis crescere:& non sicut in euangelio seminanti euenit, ita & nobis cõtingere. Ibi enim vna tantùm pars salua
Luc.8.a. fuit,tres perierũt.Quia semen quod secus viam cecidit, sterile mansit:& quod inter spinas,suffocatum est:quod autem in petram, in superficie manens, fructum afferre nequiuit.Hîc in gratia dei spes est,omne semen in terrã bonam cadere,& alios facturos fructũ centuplum,alios sexagecuplũ,alios trigecuplum.Hoc nostrã alacritatem fouet,hoc mentẽ excitat,quòd scimus nõ in vanum,nec frustra sermones nos facere:sed sobriis auribus & intenta mente dicta nostra accipi.Atque hæc non adulanter charitati vestræ dico,sed coniecto alacritatẽ ex his,quę heri à nobis dicta sunt. Videbam enim vos omnes auidos doctrinæ,ab ore meo pendentes,& omnia facientes, ne quid vos dictorũ præteriret.Pręterea cõtinui plausus maximè testabãtur,quòd dicta magna voluptate susceperitis.Qui autem aliquid volupe audit,certum q̃ illud bene figit in animo:ibiq; altius reponens, facit ne eradi expũgiue queat.Quis igitur dignè nos beatos dicere,& vos laudare posset, qui in aures loquimur audientium? Beatus enim,ait,qui loquitur in aures audientium. Hoc pręclarũ opus ieiunio acceptum fero,hoc remediũ salutem operatũ est animarũ nostrarum. Quòd si ab initio statim tantũ nobis robur ostendit,procedẽtibus diebus quantã non expectamus vtilitatẽ affuturam? Vnum hoc vos obsecro, In timore & tremore salutem vestrã operemini,& nullũ aditũ concedite inimico salutis vestræ. Quia videns nunc spirituales vestras diuitias,insanit & ferocit,& sicut leo rugiens circuit,quærens quem deuo- *1.Pet.5.b.*
ret.Verùm si sobrij fuerimus,nulli pręualebit per gratiã dei.Talia enim sunt arma nostra spiritualia,quibus nos induit spiritus gratia:sicut heri charitatem vestram docuimus. Si igitur his continuò membra nostra muniuerimus,nullum telum ab illo emissum ad nos pertingere poterit, sed irrita ad ipsum reditura sunt. Adamante enim solidiores dei gratia nos effecit,& si volumus, omnino inuictos. Itaq; sicut qui adamantem tundit, nihil adamanti nocet,sed seipsum fatigat,& robur suum imminuit: & qui cõtra stimulos calcitrat,suos pedes cruẽtat.In hunc modũ res se habent nostræ cum salutis nostræ aduersario, si armis, quæ nobis spiritus sancti gratia exhibet, continuò nos muniamus. Tanta enim illorum virtus est, vt radios inde fulgurantes aduersarius C sustinere non possit, sed illis oculi sui excæcentur. His oro armis semper nos muniamus,& sic muniti in forum nos conferamus:sic apud amicos simus,sic opera aggrediamur.Et quid dico in forum? etiã in ecclesiam occurrentes,instructi illis simus, & domum redeũtes, & dormientes,& euigilantes,neq; vnquam per omnem vitam nostram illa deponamus. Cõmigrant enim nobiscum, & post hanc vitam magnam fiduciam nobis præstabũt. Non enim,sicut sensibilia arma corpus grauant: sed leuius reddũt & expeditius ac sublimius, roburq; augent. Tantùm curæ sit, vt ipsa quotidie abstergamus, ita vt fulgida sint, & radiis excæcent oculos maligni dæmonis omnia contra salutem nostram machinantis. Agè quoniã satis vos armis instruximus,consuetã nunc vobis mensam apponamus, & ea quæ hesternã lectionem sequuntur,deinceps charitati vestræ proponamus, rursum admirabilem illum cõuiuij exhibitorem beatũ Mosem, magnũ prophetam, bonæ huius doctrinæ ducem faciendo. Videamus igitur quæ nam sint ea, quæ hodie nos docere vult, & diligenter dictis eius attendamus. Non enim sua virtute loquitur, sed quæcũque illi spiritus sancti gratia insonat,ea per suam linguam docendo humanum genus, profert. Consummato igitur de die primo sermone, postquam formata luce dixit: Factum est vesperum, & factum est mane dies vnus: iterum dicit, dixitq; deus. *Fiat firmamentum in medio aquæ, & sit distinguens inter aquam & aquam.* Attende hîc charissime doctrinæ consequentiam. Quoniam antea nobis dixit, post cœli & terræ creationem. Terra autẽ erat inuisibilis & inculta:& causam appposuit,quòd propter hoc fuerit inuisibilis,quia à tenebris & aquis obtegebatur.Omnia enim erant aqua & tenebræ, & nihil præterea. Et

postea,

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea,quòd præcepto domini producta sit lux, factâque distinctio lucis & tenebrarum: & illa quidem diei appellationẽ acceperit,hæ verò noctis.Iterum nos docere vult, quòd sicut tenebras separauit producta luce, & vtrique congruum vocabulum indidit: ita & multitudinem aquarum præcepto segreget. Et vide ineffabilem potentiam, quæ omnẽ humanam excedit rationem.Nam solùm iubet,& accedit aliud elementorum, & aliud decedit. Dixitque,ait,deus: Fiat firmamentum im medio aquæ, & sit distinguẽs inter aquam & aquã. Quid est,fiat firmamentum? Quasi quis dicat humana lingua,Fiat paries quidam & interstitium in medio diuidens,& separationem faciens. Et vt discas magnam elementorum obedientiam, excellentémque virtutem opificis,ait: Et factũ est ita. Dixit solùm, & opus sequutum est. *Et fecit*,ait, *deus firmamentum,& diuisit deus inter aquam quæ erat sub firmamẽto, & inter aquam quæ erat super firmamentum.* Dicit, Facto firmamento, iussit aquas alias sub firmamẽtum ferri, alias autẽ supra dorsum esse firmamenti.Sed quid tãdem esse dicemus hoc firmamẽtum? †aerẽ quendam conuolutum, aquámne dẽsatam,vel†aerẽ cõstratum],vel aliã aliquã essentiã:Haud quis prudẽtium hoc temerè asseueraueri. Oportet enim magna modestia & gratitudine,ea quæ dicũtur à nobis accipi,& nõ vltra naturã nostram progredi,& scrutari quæ supra nos sunt:sed hoc solùm scire & tenere apud nos, quòd præcepto domini productum est firmamentũ, separationẽ aquarum faciens, quod valeat alias sub se continere, alias verò in dorso suo ferre. *Et vocauit*, ait,*deus firmamẽtum cœlum*. Vide quo modo eadem consequentia etiam nũc diuina scriptura vsa est.Nam sicut dixit heri,Fiat lux: & postquam producta fuit, tunc subiecit: Sit distinguẽs inter lucem & inter tenebras, & sic lucem diem vocauit. Ita & hodie dixit: Fiat firmamentum in medio aquæ. Dein sicut de luce: ita & hic docuit nos vsum firmamenti, vt diuidat,ait, inter aquam & aquam. Et postq̃ hunc eius vsum declarauit,tunc sicut luci nomen dedit, ita & firmamento suum nomen imposuit. Et vocauit, ait, deus firmamentum cœlum,hoc quod videtur.Et quo modo dicunt aliqui,factos multos cœlos? Non ex diuina scriptura hoc didicerunt,sed ex suis opinionibus,vt ita dicant,impellũtur.Beatus autem Moses nihil his amplius docet: nam vt dixit, In principio fecit deus cœlum & terrã: & dein causam docuit, quare terra sit inuisibilis, nempe quòd obtecta à tenebris & aquis abyssi:post formationem lucis,ordine & cõsequentia quadam vtens, inquit:Et dixit deus,Fiat firmamẽtum. Dein postquam docuit diligenter vsum firmamenti,& dixit,vt distinguat inter aquam & aquam: istucipsum firmamentum quod aquarũ separationẽ faciebat, cœlũ vocauit. Quis igitur post tantã doctrinam ferret eos, qui ex suo capite loqui,& contra diuinã scripturam multos cœlos dicere audent? Porrò dicunt illi: Ecce beatus Dauid laudem deo offerens,dixit:Laudate eum cœli cœlorũ. Ne turberis dilecte,neque putes sacrã scripturam sibiipsi alicubi aduersam:sed disce potius dictorũ veritatem, & tenens diligenter illius doctrinã, obtura aures illis cõtraria dicentibus.Et quid hoc sit,quod dicere volo, audite magna attentione:vt ne facilé moueamini à volẽtibus violenta & aliena dicere. Omnes diuini libri veteris testamenti Hebræorum lingua ab initio sunt compositi,& in hoc nobiscum consentiunt omnes. Et non ante multos annos aduẽtus Christi,rex quidam Ptolemæus,in conquirendis libris admodũ studiosus,operę preciũ putauit,vt & hos libros colligeret: eaq; de causa quosdam Iudæorum Hierosolymitarũ vocauit,qui eos in Græcam linguã verterent. Et perfectum est hoc eius opus.Factũ autem est hoc diuinæ dispẽsationis opus, vt nõ solùm Hebraicæ linguæ periti, sed & omnes qui totum orbẽ inhabitant, ex eis vtilitatem perciperent. Est & rarum miraculũ,quòd vir qui Iudaica non curabat, hoc fecit,sed idololatriæ deditus,& religioni damnatę multum fauens. Hoc enim modo se habẽt omnia,quæ à domino nostro dispẽsantur, vt per aduersarios semper crescant veritatis præcepta. Hæc autẽ non temerè vestræ charitati narrauerim,sed vt scire possitis,q̃ non hac lingua, nostra inquã, sed Hebraica sint hi libri cõpositi. Dicũt igitur qui linguæ eius gnari sunt, Cœli nomen plurali numero ab Hebræis vocari, quod confitẽtur qui & Syrorum linguam sciunt. Et nemo ea lingua dicit cœlum,sed cœli. Et idcirco sic dictum est, quod à beato Dauid dictum, Cœli cœlorum: non quòd multi sunt cœli (non enim hoc nos docuit beatus Moses) sed quia mos est linguæ Hebraicæ,vnã rem nominare plurali numero. Quia si multi essent,non omisisset spiritus sanctus per linguam prophetæ, quin & illorum formationem nos doceret.Hæc diligẽter seruate obsecro, vt possitis obstruere ora eorum, qui contraria ecclesiasticis doctrinis afferunt. Et videatis virtutem eorum quæ in scriptura continentur,nã idcirco frequenter hîc cõuenitis:& nos vberiorem doctrinam cõmunicamus,vt parati sitis omni petenti vos rationem reddere.Sed ad consequentia,& textum redeamus, si placet. *Et vocauit*, ait, *deus firmamẽtum cœlum.Et vidit deus,quòd bonum.* Attende quanta verborum humilitas propter nostram infirmitatẽ. Nam sicut de luce dixit, Vidit q̃ esset bona: ita & nunc de cœlo dicit,hoc est de firmamento. Et vidit, inquit,deus,quòd esset bonũ:docens nos per huius pulchritudinẽ,suam immensitatẽ. Quis enim nõ obstupesceret ac admiraretur, quòd firmamentũ tanto tẽpore †vigescẽtem,& eandẽ seruat pulchritudinẽ:& quandiu accedit tẽpus, tandiu & suã custodit pulchritudinem?] Quid enim speciosi⁹ eo, quod laudẽ ab ipso opifice accepit? Nã si nos hominis opus vidẽtes absolutũ,admiramur figuram,situm,pulchritudinem, proportionẽ, elegantiam,aliáq; omnia:quod factũ est à deo,quis dignè laudarit, præsertim quum ab ipso domino laudẽ accepit? Hæc enim dicta ita sunt, vt se attemperaret nostræ fragilitati. Videbisque hoc per singulas facturas dici,& ita confundi,& multis antea seculis confici linguas eorum,quæ acuturæ se erant contra opificiũ dei,& dicturæ:Quare hoc & hoc factum est? Talia igitur dicturos antè cõprimit,dicẽs:Et vidit deus quod bonũ. Quãdo autẽ audis,quòd vidit deus,& laudauit: intellige dictũ prout dignũ est de deo loqui. Nam qui produxit cœlũ, etiã priusquã formaret,sciebat formãdi cœli pulchritudinem.Sed quia nos homines tanta sumus imbecillitate circundati,aliter hoc intelligerę nõ potuimus: ideo sic direxit spiritus beati prophetæ linguã,vt ad erudiẽdum humanum genus,tanta verborum vteretur crassitudine.Quando igitur subleuas oculos, & spectas cœli pulchritudinem,magnitudinem,vtilitatem: tunc inde ad opificẽ ascende, sicut & sapiens quidam dicebat: Ex magnitudine & pulchritudine creaturarũ vniuersi cõditor decenter consideratur.Et vide domini tui virtutem,etiam ex horum elementorum formatione,quanta sit. Nam cui sagax est animus, si voluerit per singula visibilia scrutari (& quid dico per singula quæ facta sunt?)suam solam formationẽ si accuratè voluerit considerare,videbit ex paruis illis indicibilem & ineffabilẽ dei po-

Psal. 148.a

Hic supra a

†*vigẽtẽ seruat pulchritudinẽ, & quantũ crescit tempus, tantum & pulchritudo?*]

Sapiẽ. 13.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei potentiam. Quòd si visibilia sola sufficiũt nobis ad docendam potentiæ cõditoris magnitudinem, vbi & ad inuisibiles veneris virtutes, & mentem extẽderis ad angelorum exercitus, archãgelorum, supernarum virtutum, thronorum, dominationum, principatuum, potestatũ, Cherubim, Seraphim: quæ mens, quis sermo sufficiet enarrare magnificẽtiam eius inenarrabilem? Nã si beatus propheta Dauid, quum dispositionem visibilium considerasset, exclamabat dicens: Quàm magnificata sunt opera tua domine. *Psal. 103.c.* Si inquam vir tanto spiritu præditus, & cui incerta & occulta sapientiæ diuinæ manifestata sunt, sic exclamabat: quid diceremus nos, qui terra & cinis sumus? & debemus continuò vultum *Ibid. 50.b.* submittere, & obstupescere vniuersorum domini indicibilem misericordiam. Et quid dico prophetam? Beatus ipse Paulus, anima illa cœlo vagari solita, corpore circundatus, & cum incorporeis virtutibus certans, in terra ambulans, & mentis promptitudine in cœlo vagans, cùm in vnam partem dispẽsationum dei incideret (de Iudæis & Gentilibus loquor quòd illi quidẽ eiecti, hi autem introducti fuissent) & secum dubitaret, & internorũ oculorum vertigine laboraret, exclamauit, dicens: O profunditatem diuitiarũ & sapientiæ & scientiæ dei, quàm imperscrutabilia sunt iudicia eius, & im- *Rom. 11.d.* peruestigabiles viæ eius. Sed hic libenter rogarim eos, qui de natiuitate filij curiosius exquirũt, & sancti spiritus dignitatem imminuere attentant: vnde vobis obsecro tantæ audaciæ temeritas? à qua *insipientia in tantam ruistis insaniam? Nam si Paulus tãtus & talis, & iudicia eius (hoc est, dispẽsationes & gubernationes) imperscrutabilia esse dicit: & non dicit incomprehensibilia, sed imperscrutabilia, ita vt scrutari ea nemo possit, & imperuestigabiles dicit vias eius: iterum, idem dicẽs, vias, mandata vocãs & præcepta: quo modo vos essentiã vnigeniti ipsam curiosius explorare, & spiritus sancti dignitatem, quãtum in vobis est, imminuere audetis? Videte dilecti, quantũ malum sit non diligenter attendere ad ea quæ in diuinis scripturis sunt contenta. Hi enim si cum gratitudine doctrinas diuinę scripturę accepissent, & nõ sua ex proprio capite excogitassent, neutiquam in tãtam venissent amẽtiam. At nos neque sic cessemus diuinæ scripturæ testimonia ipsis obiicere, & aures nostras ad pestilẽtes eorum doctrinas obsepire. Sed nescio quo modo iterũ ab impetu orationis in hęc euecti sumus, & à contextu excidimus, ideo iterum ad priora redeat sermo. *Et vocauit*, ait, *deus firmamentum cœlum, & vidit deus quod bonum. Et factum est vesperum, & factũ est mane dies secundus.* Appellatione indita firmamẽto, & laudato opere, finem imposuit diei secũdo, & dixit: Et factum est vesperum, & factum est mane dies secundus. Vidisti quanta diligentia nos docet, finem lucis vesperam vocãs, & finem noctis mane, & totum illud diem? Vt ne erremus nos, neque putemus vesperam finem esse diei: sed manifestè sciamus, quod vtriusque spacium vnum diem implet. Et vesperum finẽ lucis re- *†Mane aũt, hoc est finẽ noctis complementum diei* ctè quis dixerit, †mane autẽ finem noctis, completionem autem diem]. Hoc enim vult diuina scriptura manifestare, dicens: Et factum est vesperum, & factum est mane dies secundus. Fortè prolixius sermonem extendimus non volentes, sed ab ipsa verborum consequẽtia, quasi rapido quodam amne, vi abstracti. Vósq; huius causa estis, qui magna cũ voluptate dicta nostra auditis. Nihil enim sic excitare potest dicentem, & sententiarum magnam copiam illi afferre, vt auditorum alacritas. Et sicut supini & desides auditores etiã mul-

A tum eloquio valentem reddunt segniorem: ita vos per dei gratiam, etiam si magis muti essemus quam lapides, possetis nostrum stuporem emendare, & somnolẽtiam discutere, cogerèque vt dicamus ea quæ vobis conducunt, & ad vestram ædificationem pertinẽt. Quoniam *Roma.15* igitur tales estis, & qui à deo docti, potentes, iuxta beatum Paulum, & alios admonere: agè obsecramus vos, vt si per quod aliud, maximè per ieiunij tẽpus magnã bene viuendi curam geratis: nec fiat vobis sermo fastidiosus, si quotidie de eisdem loquamur. Eadẽ enim di- *Philip.3.* cere mihi quidem non graue, secundum beatum Paulum, vobis autem securum. Opus enim habet anima segnis cõtinua admonitione, & suggestione. Et sicut corpus hoc quotidie opus habet corporali alimento, vt ne in magnam ęgritudinem incidens, nihil facere possit:
B ita & anima opus habet spirituali cibo, & optima*diæta, vt in cõsuetudinem aliquam bonorum, & virtutem perueniens, inuicta sit, & resistere possit maligni hostis insidiis. Quotidie igitur eius virtutẽ operosè curemus, & nosipsos iudicantes, nunquam deficiamus. Rationarium quoque nobis faciamus eorum quæ accipimus, & quæ expendimus: quidnam vtiliter & bene loquuti simus, & quod ociosum verbũ protulerimus. Et iterum: Quid vtile per aures in animã intromiserimus, & quid quod nocere possit. Præterea & linguæ regulas aliquas & canones ponamus, ita vt prius ruminentur, & librẽtur verba, & postea proferãtur sermones. Mentem verò ita instituamus, vt ne quid nociuũ promat: & si forte aliquid tale forinsecus inferatur, id statim vt superfluum & dãnosum amoueamus: & si intrinsecus nascitur, statim pia cogitatione illud effugemus. Et ne existimemus inediam vsque ad vesperam ad salutem nobis sufficere. Nã si peruersis Iudæis dicebat deus misericors per prophetam: Ecce annis septuaginta nõ ieiunauistis *Zacha.7.* mihi ieiuniũ. Et si comederitis & biberitis, nónne vos *b.c.* comeditis & bibitis? Hæc dicit dominus omnipotens: Iudicium iustum iudicate, misericordiam & miserationem faciat vnusquisque cum proximo suo: & viduã, & orphanum, & aduenam, & pauperem nõ opprimite: & malum vnusquisque erga fratrem suum non cogitet in cordibus suis. Si igitur illis qui in vmbra mortis sedebant, & tenebris errorum obuincti erant, nihil proderat solum ieiunium, quum cętera bona opera non facerent, & è corde malum erga proximum non eliminarent: qualem habituri nos sumus defensionem, à quibus maiora exiguntur: & nõ solùm hæc facere iubemur, sed & inimicos diligere, & eos demereri, & quid dico demereri, imò etiam pro ipsis dominum precari, & orare, *Luc.6.c.* vt salutis illorum curam gerat? Hoc enim nobis, potissimum in die illo terribili patrocinabitur, & redemptio maxima erit peccatorum nostrorum, si sic affecti fuerimus aduersus inimicos nostros. Licet enim magnũ sit & arduum præceptum, si tamẽ præmium cogites repositum strenuè id exequẽtibus, nihil omnino videbitur, etiam si valde arduum sit. Et quod est hoc? Si hoc feceritis, ait, similes eritis patri vestro, qui in cœlis est. Et vt *Mat.5.g.* manifestius hunc sermonem nobis declaret, subdidit: Quòd solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Imitare igitur, dicit, pro humanis viribus deum. Nam sicut ille nõ solùm iustis, sed & his qui mala operantur, Solem oriri facit: & pluuiam & imbres annuos nõ bonis solùm suppeditat, sed & malis: sic & tu si non solùm diligentes diligis, sed & inimicos, pro virili dominũ tuum imitaris. Vidisti quo modo in supremum culmen eduxit eum, qui hãc operari va-

πολιτείαν, id est, conuersationem vitæ rationem.

**παραφροσύνης, id est, insipientia, superbia.*

Roma. 11.d

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

rari valet virtutem? Sed ne difficultatem rei solùm cogites, sed prius supputa tecum quantum honorem habiturus sis. Et hæc honoris occasio leue faciet quicquid graue est & onerosum. An non pro beneficio habendũ, quòd occasio tibi præbetur, dum inimico benefacis, vt aperiantur tibi ianuæ fiduciæ veniendi ad deum, & redimendi peccata tua? An fortè de inimico vlcisci, & eũ qui malis te afficit, paribus vel maioribus plecti vis? Et quid inde cõmodi? neque tu aliquid inde vtilitatis habiturus es, sed propter hoc iudicaberis apud horrẽdum illud tribunal, ceu qui leges tãti iudicis obliteraueris & infregeris. Dic oro, si rex aliquis terrenus legem tibi posuisset, vt vel inimicorum tuorum curã geras, vel morte puniaris: an non metu mortis corporalis omnes accurrerent ad implendam legem? Quanta igitur accusatione dignus fuerit is, qui ob corporalem mortem, quã alioqui naturæ necessitas afferet, omnia facere paratus. Proposità autem pœna mortis quæ nullã inuenerit cõsolationem, minus curat legem ab vniuersorum domino latam. Sed mei oblitus sum dum hęc loquor his, qui nec benefaciẽtibus parem gratiam rependũt. Quis igitur posthac é supplicio illo nos eripiet, quando nõ solũ ab hoc mãdato longé distamus, sed neque ea facimus
Matt.5.g. quæ publicani? Si enim diligitis diligẽtes vos, ait, quid magni facitis? nonne & publicani hoc idem faciunt? Quum igitur neque hoc à nobis fit, quæ salutis nostræ spes? Ideo oro, ne simus immisericordes, sed nostras cogitationes domemus, & primùm quidã discamus vincere proximũ charitate: & iuxta beatum Apostolũ: Per animi humilitatẽ alium quisq; se prẽstãtiorem arbitrãtes nõ sustineamus, vt vincamur, sed vincamus & superemus, & maiorẽ, & feruentiorem erga diligentes affe-
Ad Phil. 2.a. ctionẽ demonstremus. Hoc enim maximè omniũ vitã nostram cõtinet & conseruat. Et in hõc bruta & feras antecellimus, quòd possumus, si volumus congruum in nobis conseruare ordinem, & magnã in proximos cõcordiam declarare. Quoniam autem strangulanda est nostra prana cogitatio, & mansuefacienda truculenta illa fera (iram dico) & certamen, quasi ante tribunal ter-
†*quod, si inimicis reconciliabimur* ribile staremus, aggrediendum: docendi sumus, †quòd, si fortiter hosti resistimus, magna nos expectant bona: sin minus, graue sustinebimus iudiciũ. Neque enim temerè, & inutiliter tempus expendere oportet: sed singulis diebus, & horis ante oculos nostros proponere domini iudicium, & quæ sint ea quæ magnam nobis tunc fiduciam afferre queant, quæ item quæ pœnam inferãt. Et ita hæc versantes in nostris cogitationibus, superabimus affectiones, & compescemus carnis lasciuias: &
Coloss.3.a. mortificabimus, iuxta beatum Paulum, membra nostra quæ super terram sunt, stuprum, immundiciem, molliciem, cõcupiscentiam malam, auariciam, furorem, vanam gloriam, inuidentiam. Quòd si has affectiones in nobis mortuas fecerimus, ita vt in nobis nihil operari valeãt: poterimus accipere fructus spiritus, qui sunt cha-
Galat.5.d. ritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continẽtia. Hoc Christiani ab infideli discrimen sit. His signaculis internosci possumus, ne sola appellatione ornemur, neq; habitu externo infiemur & superbiamus, imò si possideremus omnia quæ nunc enumerauí, superbiamus nũquam, imò magis nos
Luc.17.c. humiliemus. Nam, quùm omnia feceritis, ait, dicite, Inutiles serui sumus. Si ita soliciti nostram salutẽ curauerimus, poterimus & aliis & nobis ipsis prodesse plurimùm, & à futuro supplicio eripi, & his qui nos viderint magistri esse rerum vtilium: vt diligẽter exacta hac vi-

A ta, †assequantur eam, quæ in futuro seculo erit, misericordiam: quam nobis omnibus concedat gratia & benignitas domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & sancto spiritui gloria, imperium, honor nũc & semper, & in secula seculorum, Amen. †*assequamur*

Et dixit deus, Congregetur aqua quæ sub cælo in congregationem vnam, & appareat arida.

Homilia quinta.

AGẽ & hodie ex beati Moseos verbis conuiuiũ instruamus vestræ charitati, & quæ à domino facta sint die tertio, diligenter consideremus. Nam si hi qui in aurifodinis laborant, vbi diuites venas quasdam conspicati fuerint, à fodiendo nõ desistunt, donec quæ obstant amouerint, & in profundum descendentes, copiã inde auri perceperint: multò magis nos non auri ramenta inquirẽtes, sed inenarrabilem thesaurum inuenturos sperantes, decet quotidie
B illum inuestigare: vt multis spiritualibus diuitiis in sinum nostrum collectis, domum redeamus. Nam illic quidem diuitię sensibiles dominis suis frequenter multorum periculorum fuerũt authores, †multáq; ante voluptates pericula illis præstantes, statim auolarunt, vel sycophantis insidiãtibus, vel latronibus parietes effringentibus, vel custodibus famulis surripientibus, & fuga elabentibus. Hic autem nihil tale suspicari licet. Diripi enim spiritualis iste thesaurus nequit, & vbi in promptuaria mẽtis nostræ recõditus fuerit, ab omnibus insidiis est securus: modò nõ per ignauiam locũ demus ei, qui illũ nobis auferre cupit. Quãdoquidẽ inimicus noster, malignus inquam dæmon, cũ videt vos spirituales collegisse diuitias, furit & dẽtibus fremit, multúmq; vigilat, vt opportunũ tempus captet, quò furari queat intus reconditas: nullum autem accommodum illi tem-
C pus est, prẽterquam dum nos ignaui sumus. Ideo perpetua nobis vigilantia opus est ad excludendas illius insidias. Nam eos quos viderit sobrios & vigiles, & semel atque iterum frustra aggressus fuerit, relinquit tandem, se videns cõfusum, & sciens quòd nihil proficit, si in custodia perstiterimus. Proinde quùm sciamus, quòd per omnem hanc vitam nobis certandum est, sic nos armemus, quasi assistentem semper habeamus inimicum, qui absque intermissione obseruet, num aliquando vel parum dormitemus, insidiandi occasionem ei præbẽtes. Non vides, opulenti cũ hostium metuũt incursionem, quanta cura & prouidentia res suas custodiãt? nam alij seris & repagulis ianuas muniunt & occludunt: alij in terram abscondunt, ita vt nemo scire possit vbi lateat. Eadem diligentia, & nos collectam virtutum gazã custodire congruit, & non ante omnium oculos proponere: sed in tutissimo mentis promptuario reponere, &
D omnes rapere volentis insidias excludere: vt quùm indeprẽdabilem eam seruauerimus, sit nobis viaticum ad futuram vitam hinc migrãtibus. Etenim sicut hi qui in terra aliena sunt, & in patriã suam redire cupiũt, multo tempore paulatim studeant, & curant tantùm corradere viatici, quantùm ad viæ prolixitatem eis sufficere queat, vt ne fame seipsos perdãt: ita sanè facere & nos oportet, quia peregrini hic sumus & aduenæ, vt prouideamus & reponamus nobis spiritualiũ virtutum viatica: vt quando præceperit nobis dominus in nostram redire patriam, parati simus, & alía quidem nobiscum afferamus, alia autem iam præmissa habeamus. Horum enim viaticorum talis natura est, vt ea quæ per bonorũ operum actionẽ voluerimus ante nos præmittere, quũ illuc nos prẽuenerint, ianuas nobis aperiant fiducię ad dominum, †*& pro periculis brevem voluptatem prębentes*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominum, & introitum facilem,& absq; pauore, & magnam apud iudicem beneuolentiam procurent. Et vt discas dilecte,quòd hæc in hunc se modum habẽt,collige hinc, quòd qui liberaliter eleemosynã dispẽdit, & hic bona conscientia versatur : vbi hinc transierit,magnam apud iudicem misericordiam inuenit, auditque
Matt. 25. c. verba illa beata cum cæteris: Venite benedicti patris mei,accipite in hæreditatem regnum, quod vobis præparatum est ab origine mundi: quia esurijui, & dedistis mihi mãducare.Idipsum certè & in aliis virtutibus cõtingere inueniet quispiam.Sic & in confessione peccatorum,& continuitate precum euenturum est. Quãdo enim in presenti vita per confessionem peccata abluere,& remissionem à domino assequi poterimus: abibimus *illuc* hinc à peccatis puri,& magnam quæ nobis donatur,fiduciam inueniemus. Neque enim qui in præsenti
Psal.6. b. vita peccata non abluerit, postea consolationem aliquam illic inuenturus est.In inferno enim ait,quis confitebitur tibi:& meritò:hoc enim est cauearum tempus: & conflictuum & certaminum:illud verò coronarum, retributionum,& præmiorum.Proinde certemus dum adhuc in stadio versamur,ne in tempore, quo coronæ & laborum retributiones sumuntur,cõfundamur. Hoc proœmio apud charitatem vestram non temerè, neq; in vanum vtimur: sed quotidie de bonis operibus vos admonere cupimus,vt perfecti,consũmati,virtutibusq; prædicta vita spectabiles facti,sitis irreprehensibiles,& synceri,immaculati filij dei : & luceatis sicut luminaria in mundo,sermonẽ vitæ habentes in nostri gloriationem,in die Christi : vt vel solo aspectu his profitis qui vobiscum versantur,ac vestræ spiritualis fragrãtiæ,vestræq; optimæ vitæ ac bonę conuersationis fiant participes.Etenim sicut mali consuetudine familiaribus suis multum nocent , quemadmodũ beatus Paulus inquit:
1.Cor.15.d. Corrumpunt bonos mores colloquia prauа : sic & bonorum familiaritas appropiantibus illis maxima commoda affert. Quamobrem & misericors dominus nos*permisit* ter inter malos voluit bonos viuere,vt mali lucrũ habeãt ex ea consuetudine, nec semper in sua permaneãt malicia:sed bonos cõtinuò ante oculos spectãtes,multum vtilitatis ex corũ capiant familiaritate. Tãta enim virtutis potentia est,vt reuereantur,& multum laudent eam,etiam qui illa carent. Sicut & vicium etiam ab his qui mali sunt, subinde accusatur & carpitur. Adeò vicium omnib⁹ est manifestum & perspicuum, neque vllum vnquã facilè reperias qui liberè malum se esse profiteatur:sed,quod mirum est,mali ipsimet ea quæ operibus facere attentant,verbis mala esse fatentur,multisq; occulta vellẽt.Quod & ipsum diuinę misericordię est, quæ hominum generi concessit, vt vnicuique nostrum insitum sit indeprauabile iudicium conscientiæ,habentis iustum inter bonũ & malum discrimen, id quod potissimum omnem nobis defensionem tollit,quòd non per ignorantiam in peccata incidimus , sed per animæ desidiam, & virtutis negligentiam. Hæc singulis horis nostro versemus animo, magnam salutis nostræ habẽtes solicitudinem, ne prætereunte tempore, ignorãtes, nobis ipsis maximum inferamus damnum . Sed proœmiorum satis. Audiamus autem, si placet,quæ & hodie nos docere vult spirit⁹ sancti gratia per beati Mosi linguam. *Et dixit,*inquit,*deus:Congregetur aqua, quæ sub cœlo, in cõgregationem vnam,& appareat arida.Et factũ est ita.* Vide hîc, obsecro dilecte, ordinem & consequentiam optimam, quia dixerat in principio , Terra erat inuisibilis
Hic supra. & inculta, eò quòd tenebris & aquis obtegebatur : & A deinde iussit die secundo,vt esset firmamentum, quod aquarum separationem faceret,vocauitq; firmamẽtum cœlum:nunc iterum docet nos,quòd præceperit in die tertio aquæ , quæ sub cœlo , hoc est firmamento ,vt in vnam congregationem conueniat , & faciat apparere locum aridę.Et factũ est sic.Quia enim omnia impleta erant aquis,iussit in vnam congregationem , aquarum multitudinem concedere, vt sic appareret arida. Vide quo modo paulatim illius nobis pulchritudinem & ornatum ostendit, Et factum est,ait,ita: quo modo? sicut præceperat dominus. Dixit solùm, & opus subsequutũ est. Hoc enim peculiare dei est, vt secundum voluntatem suam facturas suas moderetur . Et congregata est, inquit,aqua,quæ sub cœlo,in cõgregationes suas,& apparuit arida. Quemadmodum de luce dictum, quòd cùm essent vndequaque tenebræ, iusserit produci lucẽ,
B & separationem fecerit lucis ac tenebrarum:& hãc tribuerit diei, istas verò nocti. Similiter dictũ quòd cùm produxisset firmamentum,aquarum alias superiorẽ locum occupare,alias autem sub firmamento esse iusserit: sic & nunc illas ipsas aquas, quæ sub firmamento erant, in vnam congregationem iubet coire,vt appareat arida,& tunc huic etiam suum nomẽ imponat:sicut de luce & tenebris dictum est. Congregatæ enim sunt, ait, aquæ, quæ sub cœlo,in cõgregationes suas , & apparuit arida : & vocauit deus aridam,terram. Vidisti dilecte, quo modo deus terram, quæ inuisibilis erat ac inculta, & aquis quasi velaminib⁹ quibusdam obtegebatur, despoliauit,vt sic dicam, & faciem illius nobis mõstrauit, proprio etiam nomine imposito?Et cõgregationes,ait,
C aquarum vocauit maria.Ecce & aquę nomen suũ sortitæ sunt. Nam quemadmodum optimus artifex arte sua vas aliquod facturus,nõ antea illi nomen imponit,donec absoluat : ita & misericors dominus nomina elementis non antea imponit , donec ea in propria loca suo præcepto ponat.Igitur postquàm terra nomẽ suum accepit, & ad propriam formam peruenit, etiam aquæ congregatæ proprio vocabulo nominatæ sunt. *Vocauit enim,*ait, *congregationes aquarum maria.* Subdidit iterũ. *Et vidit deus quòd bonum.* Nã quia humana natura imbecillis est, & opera dei dignè laudare non sufficit, diuina scriptura acceptã ab ipso opifice laudem nos docet.Igitur quando discis, quòd & ipso conditori creaturæ probantur,& bonę apparent:habiturus quidem es quod maiorem in modũ admireris, nihil tamen ad laudem & encomiũ amplius afferre poteris. Talem enim sortitus es dominum,qui talia facit, quæ à nobis neque
D laudari satis possunt. Quo modo enim vnquã opus dei pro dignitate laudare posset humana natura? Cęterùm per ea quæ subiunguntur,considera ineffabilem dei sapientiam, Quia postquàm nobis apertam terræ faciem monstrauit , consequenter suo præcepto decentem ei cõcedens speciem, & seminum varietate eius adornat faciem. *Et dixit,*ait,*deus.Germinet terra herbam fœni, seminãtem semen secũdum genus & similitudinem: & lignum frugiferum, faciens fructum,cuius semen in semetipso secũdum similitudinem,secundum genus super terram.Et factũ est ita.* Quid est quod factum est ita ? Præcepit,inquit, dominus, & statim terra suos partus maturans , ad germinanda semina seipsam solicitauit. *Et protulit terra herbam fœni,*inquit, *seminantem semen secundum genus,& secundum similitudinem:& lignum frugiferum faciens fructum , cuius semen suum in ipso secundum genus super terram.* Hic animaduerte dilecte,quo modo verbo domini omnia facta sunt super terram.Non enim erat homo qui operaretur,non aratrum, non boum cooperatio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio, non aliud eiusmodi studium: sed solùm audiuit præceptum, & statim quod suũ erat, fecit. Ex quo discimus, quòd etiam nunc neque cura, neque labor agricolarum, naque aliæ in colẽdis agris ærumnæ, fructuũ nobis prouentus concedũt: sed præ his omnibus verbum dei, quod ab initio ad terram factum est. Quin & futuram hominum ingratitudinem taxans diuina scriptura, vt diligẽter omnia, ita etiam nobis ordinem factorum narrat, vt compescat nugacitates & deliramenta eorum, qui vanitates suorum figmẽtorum cõmentantur, & dicere audent, quòd Solis cooperatione ad fructuum prouentum opus sit. Sũt & alij, qui hæc astris aliquibus asscribere nitũtur. Propterea docet nos spiritus sanctus, quòd ante formationem horum elemẽtorum sermoni & præcepto dei obtemperãs tellus, omnia semina ediderit, nullo alio ad cooperationem opus habens. Satis enim sufficiebat ei pro omnibus verbum illud dei, quod dicebat, Germinet terra herbam fœni. Quocirca diuinæ scripturæ vestigia sequamur, neq; feramus eos qui aduersa illis temerè blatterant. Etiã si homines terram operentur, & iumentorum auxilio fruãtur, & magnam terræ curam habeant, & magna sit cœli temperies, & omnia alia concurrant, nisi nutus domini accedat, omnia alia frustra & in vanũ fierẽt: & nihil proficeret omnis labor & desudatio, nisi manus domini supernè adiuuaret, & perfectionem his quæ fiũt, tribueret. Quis non obstupesceret ac admiraretur, cogitans quo modo verbum domini, quod dicit, Germinet terra herbã fœni: †in ipsa olera terræ descẽdat, & quasi admirabili quodam peplo, terræ faciem variis floribus adornet? Videre potuisses subitò terram, quæ antea informis & inculta erat, decore suo & ornatu, quasi cum cœlo certare. Nam sicut cœlum paulò pòst ornandum erat astrorũ varietate, ita & tellus florum multiuga varietate ornabatur, ita vt & opifex in laudem eius prorumperet. Etenim vidit, ait, deus quòd esset bonum. Vidisti quo modo per singula quæ facta sunt, ostendit laudantem opificem, vt homines postea hæc discentes, ex facturis ad factorem recurrerẽt. Nam si creaturæ superiores sint, quàm vt ab homine pro dignitate laudari queãt: quid aliquis de opifice ipso dicere poterit? Et vidit, ait deus quòd bonum. *Et factum est vesperum, & factũ est mane dies tertius.* Vide quo modo iterãdo frequenter doctrinam menti nostræ dictorum vim infigere vult. Oportebat enim dicere: Et fact⁹ est dies tertius. Sed vide quo modo de singulis diebus sic dicit: Et factum est vesperum, & factũ est mane. Non simpliciter, nec absq; causa: sed ne ordinem cõfundamus, neq; putemus vespero ingruẽte finem accepisse diem. Sed sciamus quòd vespera finis est lucis, & principium noctis: mane autẽ finis noctis, & impletio diei. Hoc enim docere nos vult beatus Moses dicẽs: Et factum est vesperum, & factum est mane dies tertius. Et ne mireris dilecte, si hæc sæpe & continuò dicit diuina scriptura. Etenim post tãtam crebritatem adhuc sunt aliqui errore præoccupati ludæi, qui excæcato corde contendunt, & vesperam initium sequentis diei esse opinantur, decipientes semetipsos, & adhuc in vmbra sedent, veritate omnibus manifestata: & ad lucernam assident, Sole iusticię totũ orbem vndique illustrante: nisi tanta diligentia docuisset, quis tam indociliũ contentionem ferret? At illi quidem maliciæ suæ præmia expectent: nos autem, quibus donatum est Solis iusticiæ radiis illustrari, diuinarum scripturarum doctrinas auscultemus: & hũc canonem sequentes, salubres doctrinas in mentis nostræ promptuaria reponamus, & vnà cum his magnam curã nostræ salutis facientes, ea quæ animæ nostræ sanitatẽ lædunt, tanquam letale venenum fugiamus. Multò maius enim hoc dãnum, & tantò maius damnum, quantò anima corpore melior. Illa enim venena corporalem hãc mortem inducũt: hæc autem sanitatem animæ offendentia, æternam nobis mortem afferũt. Quę autem sunt, quę nos offendunt? multa & varia, maximè autem ad humanam gloriam spectare, & nescire eam cõtemnere: hoc enim multorum nobis malorum causa sit: & si quas spirituales habemus diuitias, eas euacuat, & vtilitate quæ ex eis capi potest, nos destituit. Quid igitur fuerit damno hoc pernicioſius? Quandoquidem à nobis auolare facit etiam ea quæ nos habere putamus. Sic pharisæus ille publicano minor factus est, eò quòd linguæ suæ imperare non potuit: sed per illam, sicut per fenestram aliquam omnes diuitias suas effudit. Tantum est inanis glorię malum. Dic obsecro mihi, & quare ita humana laude teneris? Nescis, quòd sicut vmbra, & si quid illa vilius, ita illorum laus in aërem diffusa euanescit? Alioquin incõstans & mutabile est hominũ genus, & illiipsi eundẽ quem nunc laudãt, non multò pòst vituperant. Quod in sententia dei nunquã vsueuenit. Ne igitur ita desipiamus, ne temere & absq; fructu fallamus nosipsos. Nã & si bonum quiddã facimus, nõ autẽ propter hoc solũ agimus, vt mandatũ domini nostri impleamus: eiq; soli cogniti simus, laborem nostrũ frustra suscipim⁹, priuabimúsq; nos fructu, quẽ assequi liceret. Nam is qui vt ab hominibus gloriã venetur, quid boni operatur, siue ea frui poterit, siue non (sæpe enim & qui propter inanẽ gloriam multa facit, etiã ipsa frustratur) siue igitur ea potiatur, siue nõ, satis hic retributionis accepit, & alibi nihil accipiet premiorũ. Quare hoc? quia præferẽs futuris præsentia, & iusti iudicis calculo humanã gloriam: & honorẽ sibiipsi tribuens, indignum se facit qui à iudice honoretur. Contrà, si propter hoc solũ operemur spirituale aliquod bonum, vt placeamus oculo illi soli, qui sopiri nescit, & cui nuda & aperta sunt omnia: & thesaurus noster indeprædabilis, & incorruptę retributiones, & suauis expectatio manebũt. Et hinc nobis multa cõsolatio erit, dum in promptuario, quod nemo diripere poterit, illa nobis salua custoditur retributio: sequetur etiã vltrò gloria humana, qua tunc multò vberius fruimur, quando eam despicimus, quando eam non quærimus, quando eam nõ sectamur. Et quid miraris, si hoc eueniat his qui spirituales philosophos agunt, quũ & hi qui huius mundi studia sectantur, hos maximè contemnant & despiciant, qui ab hominibus quærunt gloriam: inueniesque ab omnibus, cõuiciis incessi eos, qui humanæ gloriæ inhiant? Quid igitur miserius nobis, qui spirituales videri volumus, si similes illis fuerimus, celebrari ab hominibus cupientes, & si nõ sufficerit nobis laus à domino: sicut & Paulus dicit: Cuius gloria non ex hominibus, sed ex deo. Non vides dilecte, in equorum ludis, quo modo hi qui equos agitãt, non aduertunt plausum populi assidentis & celebrãtis, neque ex eo plausu voluptatem capiunt: sed ad vnũ solùm spectant regem in medio sedentem, & ad nutũ illius attendentes, totam multitudinẽ despiciunt: & tunc solùm animo extollũtur, cùm ille eos coronauerit. Hos igitur & tu imitaberis, non magni momenti facito hominum famam, neque propter eam exerceas virtutem: sed à iusto iudice sententiam expecta, & ad illius nutum intentus esto. Sic omnem vitam tuam dispẽsa, vt & hic cõtinenter bona spe pascaris, & illic æternis fruare bonis. Vt

† *in ipsum vterum*

Luc. 18. c.

1. Thes. 2. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis. Vt hæc nos omnes assequamur, faxit gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria & imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus, Fiant luminaria in firmamento cœli ad illuminationem super terram, vt diuidant inter diem & inter noctem, & sint in signa & in tempora & in dies & in annos.

Homilia sexta.

VOlo solitam tractare doctrinam, & morã traho ac recuso. Mentem enim meam confudit, & cõturbauit superueniẽs tristiciæ nubes: imò nõ solùm tristicię, sed & iræ, ita vt nesciã quid faciendum: mẽtem enim tenet magna hæsitatio. Quoniam cùm cogito, quòd omnem illã nostram doctrinam, & quotidianam admonitionem ad modicũ diaboli flatum obliuioni tradideritis, & ad satanicum illũ equestrem ludum omnes concurreritis: qua alacritate potero iterum de prædictis vos docere, quę tam statim animo exciderunt? Hoc enim est quod potissimum me contristat, & bilem mihi mouet, quòd cum nostra admonitione, reuerentiam etiam, quam sacræ quadragesimę debetis, ex animo vestro simul eiecistis, vósque sic diaboli retib⁹ inuoluistis. Quo modo quis poterit: etiã cui saxeum cor, tantum contemptum nõ grauatim ferre? Confundor, credite, & erubesco, cùm video nos frustra laborare, & in petra sementem facere. At mihi quidem, siue dicta mea auditis, siue audire contẽnitis, merces mea integra erit. Nam omne quod meũ est, feci: pecuniam dinumeraui, admonitiones adhibui: timeo autem, & anxius sum, ne hoc vobis ad maiorẽ accusationem cedat. Seruus enim ille, ait, qui scit voluntatẽ domini sui, & non facit, vapulabit multis. Nullũ enim vobis ad ignorãtiam erit refugium, cùm nos eadem quotidie insonamus, & ostendimus diabolicos laqueos, & magnam, si †sobrij esse voluerimus, virtutis facilitatẽ. An nescitis quòd qui sic suam salutem negligũt, & aliquando huc veniunt, aliquando autem in dęmonũ retia se iniiciunt, à scriptura diuina canibus assimilãtur? Homo enim, inquit, qui cõuertitur à peccato suo, & iterum in idipsum redit, similis est cani ad vomitum suũ redeunti. Vides cui similes facti sunt, qui ad illicitũ hoc spectaculum cucurrerunt? Non audistis Christũ, dicentem: Omnis qui audit sermones meos, & non facit eos, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerũt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna? At qui ad equestrem ludũ ierunt, illo longè deteriores facti sunt. Illius enim domus deiecta, sed post validam impulsionem: flumina enim & ventos tulit: quod dicit, non vt vẽtorum impetus & aquarum multitudines doceat, sed vt tentationum violentiam insinuet: & ruinam domus, non vt sensibilẽ domum, imaginemur. De anima enim sermo est, quæ grauibus afflictionibus deiicitur: Neque illis resistere potest. Vos autem neque ventus afflauit, neque in vos fluuij irruerunt: sed duntaxat tenuis quędam aura diaboli spirauit, & omnes vos subuertit. Quid hac insipientia deterius fuerit? Quæ ieiunij vtilitas, dic oro? Quod lucrum ex hac congregatione? Quis non & vos deploraret, & nos miseros diceret? Vos inquam, qui omnia quæ collegistis, simul effudistis: & ianuas mẽtis vestræ diabolo aperuistis, vt facilis ei aditus esset ad efferẽdas omnes vestras spirituales diuitias. Nos vero miseros quis iure dixerit, quòd tam mortuis auribus concionamur, & tãtam iacturam facimus: quotidie seminamus, & nullum percipere fructum possumus. Non enim hac sola de causa tã studiosi in dicẽdo sumus, vt aures vestras oblectemus, vel quòd laudari à vobis cupiamus: nisi lucrum vobis sit ex sermonibus nostris, satius fuerit posthac silere. Nollem enim vobis maioris damnationis causa fieri. Enimuero sicut negociator, qui cũ multis mercibus & opibus congregatis nauem impleuerit, subitò orta tempestate, & prævalente vẽtorum violentia, †vacua in littus egreditur [scapha] sit omnibus miserabile spectaculum, nudus repentè apparens, & post plurimas indicibilésq; diuitias in extremam redactus egestatem: ita & vobiscum diabolus nũc egit. Nam quia inuenit nauem vestram †multis spiritualibus] diuitiis oneratam, & vidit grandem thesaurum, quem ex ieiuniis & continuis doctrinis colligere potuistis: quasi tempestate quapiam immissa, inutile & pernicioſum illud, equestre certamẽ dico, omnibus vos diuitiis destituit & spoliauit. Scio q; vehemẽtiore increpatione vtor, sed ignoscatis oro. Ita enim dolens anima solet. Neq; enim ex inimico pectore hæc loquor, sed ex sollicita, vestriq; amantissima anima. Propterea ex seueritate remitto aliquid: & quia vlcus serpens cohibui, charitatem vestram iterum bona spe animare volo, ne desperetis, ne despondeatis animum. Nõ enim sicut in sensibilibus rebus, ita & hîc vsu euenit. Illic enim is qui ex diuitiis in extremã redactus fuerit inopiã, breui eas reparare nequit: hic autem per misericordiam dei (si modo condemnare facta nostra, & iam sistere ignauiam voluerimus) poterimus statim ad pristinam abundantiã redire. Talis enim est dominus noster, tãmque magnificus & liberalis. Vnde & clamat per prophetam dicens: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Scio quòd nõ stupidi estis, sentitis ruinam vestram. Non autem parua ad virtutis reditum via est, scire peccatorum magnitudinem. Iam ne quis mihi iterum diabolici illius erroris verba afferat, dicens: Quale peccatum est, videre currẽtes equos? Si volueris prudenter omnia discere quæ ibi fiunt, inuenies nihil absq; satanica operatione fieri. Non enim videntur soli equi currentes, sed & clamores & blasphemiæ, & multi intempestiui sermones audiuntur, & mulieres prostitutæ in mediũ prodeunt, & spectãtur molles & effœminati. Num parua tibi hæc videntur, & quæ ad capiendas animas parum faciant? Nam cum fortuito occursu deiiciant, & supplantent, & in perditionis profundum sæpe trahant non bene aduertentem: quid verisimile est accidere illis, qui illuc ea de causa veniũt, & oculos pascunt illicitis hisce spectaculis, & inde perfecti adulteri discedunt? Misericors enim dominus noster, sciens naturam nostram tentationi expositã, & dęmonis versutam & variam maliciã, bene nos muniens, & inillaqueabiles reddere volens, legẽ hanc posuit, dicens: Qui inspicit mulierem, vt concupiscat eam, iam adulteratus est eam in corde suo: adulterium consummatum vocando, aspectum cum curiositate factũ. Ne igitur dic vltrà: Quid mali ex illa frequentatione? Istuc ipsum enim videre equorum certamen sufficit ad inferenda animæ damna. Nam cum in inutilia, & ea quę animæ nihil conducũt, sed & damnosa sunt, tempus insumimus, †& dilapidamus], & innumera verba, & quæ †& comes loqui nõ oportet, loquimur: quam habebimus veniam? dimus, quam excusationem? Et hîc quidem si paulò prolixius docemus, multi succensent & ęgrè ferunt, & infirmitatem corporis & labores prætexunt, licet admirabile huius templi tectum multum soletur, prohibeatque frigus, plu-

Luc. 11. f.

†*attenti*

Prouerb. 26 b. & 2. Pet. 2. d.

Matth. 7. d

Matth. 5. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

gus,pluuias,& ventorum aſperitatẽ, illic verò,licet cõ- A tum orbẽ diſcurrit,& à finibus in fines ſuos radios mit-
pluantur,& à ventis vexentur, & calore ſolis aliquãdo tit,multum vtilitatis præſtans. Nam non ſolum calefa-
æſtuent, nõ vnam,neque duas tantũ horas, ſed bonam cit,ſed & arefacit. Et non ſolùm arefacit, ſed & adurit,
diei partem verſantur. Et neque ſenex canos ſuos reue- multõſq; alios & varios nobis vſus prębet. Atque adeo
retur: neque †iuuenis propter canos ſenẽ erubeſcit. Et ſ magnum eſt miraculum elementum hoc, neque eſt qui
tanta eſt hæc deceptio, vt cum voluptate hæc eſca ani- laudes eius pro dignitate prædicauerit. Hæc autem di-
marum proueniat. Nec cogitatur,damnoſam hanc vo co,& extollo ſermone elementum: non vt in eo ſubſi-
luptatẽ breuem eſſe & temporariã, dolorem verò per- ſtas dilecte, ſed inde aſcendas, & in elementi opificem
petuum, & grauiter accuſaturam conſcientiam. Video admirationem tranſferas. Nam quantò maius oſtẽ-
enim nunc aliquorum facies,& coniecto qualis animę ditur elementum,tanto maius monſtratur opificis mira-
eorum ſtatus, quantáque nunc pœnitudine teneantur. culum. Verùm Gentiles admirantes & obſtupeſcentes
Verùm,ne iterum in eadem recidatis,neque poſt tantã tantum elementum, vlterius non proſpexerunt, neque
noſtram admonitionẽ iterum ad diabolica illa concili- eius conditorem laudauerunt: ſed in elemento cõquie-
a & ſpectacula curratis, neceſſariũ eſt hæc teſtari. Ne- ſcentes,ipſum pro deo habuerũt: propterea & Paulus
que enim ſemper expedit pharmaca lenia adhibere: ſed dicit: Et venerati ſunt,coluerunt q; creaturam magis q̃ *Roma.1.c.*
quãdo vlcus curationi reſiſtit, oportet ſtyptica & mor creatorem. Et quid inſipientius illis,qui non potuerunt
dacia admouere, quò morbo occurratur citius. Sciant ex creaturis agnoſcere creatorem, ſed in tantum perue
igitur omnes his criminibus obnoxij, ſi poſt hanc no- B nerunt errorem,vt creaturam & fabricatorem in ordinem
ſtram admonitionem in ea negligentia manſerint, nõ creatoris referrẽt? Quapropter diuina quoq; ſcriptura
toleraturos nos, ſed legibus eccleſiaſticis vſuros,& ma præuidens propenſos ad errorem ignauos, docet nos,
gna auſteritate docturos,ne talia poſthac negligãt,nè- poſt tertium diem hoc elementũ eſſe conditum, poſtq̃
ve tanto contemptu diuina audiant eloquia. Quanuis terra omnigena ſemina protulit,& ſuũ accepit ornatũ:
hæc non de omnibus hic congregatis dico,ſed de reis. vt nulli poſthac dicere liceat, quòd ſine ſolis cooperatione non matureſcant fruges & prouẽtus terræ. Et id-
Omnibus quidem loquimur, ſed ſuum auditores quiq; circo monſtrat tibi,antequã ſol formaretur,omnia fu-
remedium capiant. Reus quidem vt à delicto deſiſtat, iſſe impleta,vt ne ſoli fructuum prouẽtus adſcribas,ſed
& nõ vltrà progrediatur, ſed ſtudio ſuo ſeipſum reuo- omnium opifici deo,qui dixit ab initio: Germinet ter-
cet,& errata corrigat: innoxius verò cautior fiat,vt ne ra herbam fœni. Quòd ſi dixerint,quòd ſolis functio e-
capiatur,& aliquando reus fiat. Cæterùm vt re ipſa ve- tiam aliquid operetur, vt fructus matureſcat, neq; ego
ſtræ charitati perſuadeamus, quòd amore ſtudioq; ve- cõtradico. Nam ſicut ſi de agricola dicam, quòd coo-
ſtri is noſtri animi fuerit dolor, & quòd multùm ſaluti peretur vnà cũ terra: non ideo tribuo vniuerſum agri-
†*Age iterũ nosipſos bona ſpe ſouentes.* veſtrę timentes,ad hæc dicenda impulſi ſimus: †iterum vt vos bona ſpe foueamus], conſuetam repetimus do- C colæ,etiam ſi ſexcenties ſuum agat officium: Niſi enim is qui ſuo mandato ab initio terram ad faciendos fru-
ctrinam,declarantes paternam,quã erga vos gerimus ctus idoneam fecit, ad hoc eam quoque mouere vel-
benevolentiam: ſed oro diligenter auſcultate,vt maio- let,nihil proficeretur laboribus. Similiter dico,quòd &
re cum fructu domum redire liceat. Operæprecium au- ſi cum labore ruſtici conſpiret ſolis & lunæ operatio,&
tem,ea quæ nunc lecta ſunt charitati veſtræ dicere. *Et* cœli temperies, neque ſic vtilitas aliqua erit, niſi ſuper-
dixit, inquit, *deus: fiant luminaria in firmamento cœli ad illumi-* nè illos dextra domini adiuuerit. Volente igitur manu
nationem ſuper terram, vt diuidant inter diem & inter noctẽ. Et ſint hac valida,etiam elementa plurimum conferunt. Hæc
in ſigna & in tempora, & in dies, & in annos: & ſint ad illumina- bene tenete memoria, & compeſcite eos qui adhuc er-
tionem in firmamento cœli: ita vt luceant ſuper terram. Et factum eſt rare volunt, & non cõcedite vt creatoris honor crea-
ſic. Poſtquã heri nos docuit beatus Moſes, quo modo turæ concedatur. Ea propter & diuina ſcriptura nõ ſo-
informẽ terram ornauerit vniuerſi conditor,herbis & lum pulchritudinem eius & magnitudinem, & vtilita-
florum varietate, & ſeminum germine: hodie ſermo- tem oſtendit,dicendo: Sicut ſponſus:&, Exultabit ſicut
nem ad ornatum cœli vertit. Nam ſicut terra ornatur gigas ad currendam viam: ſed & imbecillitatem & va
per ea quæ ex ipſa proueniunt,ſic cœlũ hoc viſibile cla- nitatẽ. Audi enim,quid alibi dicat: Quid ſole lucidius? *Eccli.17.d.*
rius & fulgidius fecit,aſtrorum varietate illud interpo- & hic *deficit. Ne te decipiat,inquit, ſpectaculum. Nã *κὰ τοῦτο,*
lans: præſertim formatiõne duorum magnorum lumi- ſi voluerit conditor imperare: quaſi nunq̃ fuerit,ita di- *id eſt, & hoc, vt etiã*
narium,ſolis(inquam)& lunæ. Et fecit deus,ait, duo lu- ſparebit. Hęc ſi cognouiſſent Gentiles,neutiquã in tan- *habẽt lxx.*
minaria magna, luminare magnũ in præfecturas diei, tũ incidiſſent errorẽ, ſed vidiſſent bene, quòd ex crea-
& luminare minus in præfecturas noctis, & ſtellas. Vi- D turarum contemplatione conueniat ad creatorẽ ſe cõ-
des ſapientiam opificis? dixit ſolùm, & productum eſt ferre. Propter hoc & quarto die ſolẽ fecit,ne putes illũ
hoc admirabile elementum,ſolem dico. Hũc enim vo- diei authorem. Nam quod de ſeminibus à nobis dictũ
cat luminare magnum,& dicit ipſum factũ eſſe vt præ- eſt,hoc & de die licet dicere,quòd fuerunt tres dies an-
ſit diei. Sol enim clariorem diem efficit, rutilans aureo te ſolis formationem. Voluit autẽ dominus & per hoc
ſuo iubare & radiis, & quotidie ſpeciem ſuam vigeſcẽ- elementum clariorem diei lucẽ fieri: id quod & de mi-
tem oſtẽdens: & ſimul atque mane exortus fuerit,omne nori luminari, hoc eſt de luna, dixerimus: factæ enim
hominum genus ad ſuorum operũ ſtudia excitans. Hu- ſunt tres noctes ante eius formationem: attamẽ & hæc
¶ſal.18.b. ius formoſitatem declarãs beatus Dauid,inquit: & ipſe producta ſuam affert vtilitatẽ: diſſipat enim noctis te-
tanquam ſponſus egrediens de thalamo ſuo, exultabit nebras,& fermẽ(vt ita dicam) eadem quæ ſol ipſe facit.
vt gigas ad currendam viam. A ſummo cœlo egreſſus Sol enim ordinatus eſt ad hoc vt præſit diei, luna autẽ †*poteſt atẽ, inquit, acce-*
eius,& occurſus eius vſque ad ſummũ cœli. Vides quo vt præſit nocti. Quid eſt in præfecturas diei, & in præ- *pit, ille qui-*
modo eius pulchritudinem, & in operando velocitatẽ fecturas noctis? †Hoc eſt,] vt ſol diẽ ſuis radiis clario- *dẽ diei, hęc*
declarauit? Dicendo enim, A ſummo cœlo egreſſus rem reddat: luna autem vt diſpellat tenebras,& homi- *veronoctis,*
eius,& occurſus eius vſque ad ſummum cœli: ſignifica- num generi lumine ſuo prębeat commoditates vtendi
uit nobis,quo modo in vno temporis momẽto per to- ſuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

suis studiis. Tũc enim viator fidẽtius iter facit,& nauta nauim regit, & mare transit, & sua quique studia metu posito aggrediũtur. Deinde postquam docuit istorum luminarium vtilitatem,inquit: *Et stellas,& posuit deus illas in firmamento cœli,ita vt luceant super terram,& præsint diei ac nocti, & separent inter lucem & tenebras.* Animaduerte hic quãtum & istarum vsum nobis declarauit. Posuit illas inquit in firmamento cœli. Quid est posuit? Nunquid quasi diceret aliquis,fixit?Absit. Videm⁹ enim ipsas vnico tẽporis momento magnum transire spacium,& nũquam in vno loco stare,sed suum, quem illis dominus præcepit,cursum perficere.Quid igitur est,posuit? id est imperauit, vt ipsæ essent in cœlo. Etenim hoc ex processu scripturæ licebit videre, quia alibi dicit: Posuit deus Adam in paradiso, non quòd infixerit eum paradiso,sed quòd prꝯcepit vt esset in paradiso.Similiter & de stellis quispiam dixerit,quòd imperauit eis vt sint in firmamento cœli, & suum lumen super terram emittant. Animaduerte (obsecro) dilecte, an non omnibus pratis & hortis iucundius sit spectare in media nocte cœlum stellis distinctum,& stellarũ varietate quasi floribus quibusdã variegatum & ornatum, multum lucis super terram effundere? Nam & in hoc ordinatæ sunt: vt luceant super terram & præsint diei & nocti, quod generaliter & de magnis luminaribus dictum est.Nam postquam docuit nos, quo modo formata fuerint duo lumina magna,& stellæ:de omnibus in genere dicit,& præsint diei ac nocti & separent inter lucẽ & tenebras. Enimuerò sicut interdiu stellæ in cœlo non videntur discurrere: illarum enim vsum lumen solis multa claritate obtegit: ita neque noctu sol apparet, sufficiente luna suo lumine ad illustrandas noctis tenebras.Itaque elementa quæque intra suos terminos manent,& nunquam suam mensuram transgrediuntur: sed dispositionem & ordinem domini custodiunt, suum opus facientes. Quid autẽ si quis dicat, & alia omnia,quæ horum luminarium & stellarum vsus humano generi cõfert? *Sint*, inquit,*in signa, & in tempora,& in dies,& in annos.* Quid est,in signa,& in tempora,& in dies,& in annos? Docere nos vult diuina scriptura, quòd horum cursus scientiam nobis concedit temporum & vicissitudinis verionum, numerum dierum,anni curriculum. Et ex his possumus dignoscere omnia. Etenim gubernator ad horum cursum spectans, & in cœlum intentus,diligentèrque discens omnia, nauigare incipit,maria trãsit, & in densissima nocte, visa stella nauim dirigere,& sua arte salutem nauigantibus dare solet.Sic & agricola ex illis discit, & videt quando congruit vt semina terræ committat, quando terram pastinet,ac aret, quãdo falcem acuat vt fruges demetat. Et in summa, non paucas vitæ huius commoditates temporum scientia, dierum numerus,& anni circulus adferunt: neque est, qui exacte recensere singulas possit: ex paucis tamen, quantus eorum sit vsus, coniectandum est. Et cum admirati fuerimus creaturas, earum opifex quoque adorandus est: & obstupescenda & celebranda ineffabilis illius misericordia, quam humano generi contulit. Quippe propter nil aliud hæc omnia produxit, quàm propter hominem, quem non multò post quasi regem & principem omnibus à se conditis, præfecturus erat. *Et vidit*, ait, *deus quòd esset bonum.* Vides quòd singulis diebus ostendit diuina scriptura, deo placere creaturas, vt omnem amputet occasionem eorum, qui accusare audent quæ ab illo sunt facta? Quod enim huius gratia vnoquoque die scriptura diuina hoc adscribat, ex consequẽtia manifestũ est. Sufficiebat enim de omnibus creaturis semel dicere, quòd omnia quæcunque fecit, sunt bona valde: sed sciens quanta sit mentium nostrarum infirmitas, particulatim hoc facit, vt discas quòd sapientia quadam omnipotenti, & misericordia inenarrabili producta sint omnia. *Et factum est vesperũ, & factum est mane dies quartus.* Postquam absoluit ornatum cœli, & stellis illud decorum fecit, duòque luminaria magna produxit, finem diei imposuit,& dixit:Et factum est vesperum, & factum est mane dies quartus. Vides quòd & hoc per singulos dies commemorat, diuinas doctrinas frequenti admonitione nostræ mẽti infigere volens. Hæc igitur omnia bene commẽdemus memoriæ, scribentes ea in latitudine cordis, quò omnem negligentiam excutiamus.Et nos sana accuratè teneamus dogmata: & Gentili errore præoccupatos, omni mansuetudine doceamus, ne ordinem confundant,neque relicto creatore creaturas adorent,quę ob nostram salutem & vtilitatem factæ sunt. Et si id quod doces male habeat Gentiles: tu tamen clara voce clama, quòd propter humanum genus omnia hæc facta sunt.Sufficientissimus enim opifex nullo istorum opus habebat: sed vt erga nos suam misericordiam ostendat, hæc omnia produxit,monstrãs quanto honore prosequatur humanum genus, & vt his manu ducti, ad conuenientem sibi adorationem ascendamus. Magnæ enim stulcitiæ est,procidere ante pulchras creaturas,& eis assidere, & non sustollere mentis oculum ad illum qui eas produxit, nec credere Paulo dicenti: Inuisibilia illius ex creatione mundi per opera intellecta peruidentur. Quid dicis homo? Cùm videris cœlum, admiraris eius formositatem, astrorum varietatem,claritatis eminentiam: ne ibi subsistas, sed ad opificem ipsum extende mentem. Obstupescere te facit solis lux, & admiraris eius multiplicem vsum: & quia vides radios illustrantes tuos oculos, admiraris elementi pulchritudinem: sed neque hic subsistas. Quia si factura tam admirabilis est, & supra omnium opinionẽ & intellectum: quãtus est qui ipsam solo verbo & præcepto produxit? Idipsum & de terra tecum considera, quãdo enim videris eam floribus ornari,& sicut vestimentum multis coloribus distinctum, varia herbarũ segete vndique tegi: ne adscribas potentiæ terræ ea quæ ex ipsa nascuntur,neque solis cooperationi,vel lunæ: sed cordatè cogita,quod ante illorum creationẽ,dixerit duntaxat,producat terra herbam fœni:& mox omnis terrę facies exornata est. Si hæc singulis diebus nobiscũ versaremus, ipsi grati essemus: & domino,vt deceret, imò vt nostræ vires paterentur, gloriam daremus. Glorificabimus autem eum, non per hoc solũ, sed & per optimam vitam,si non in eadẽ peccata recidamus: sed longum valere dicentes dabolicis illusionibus, diligenti posthac attentione, multòque studio,& continua confessione supernam beneuolentiam nobis conciliemus. Sufficit enim illi ob magnam suam misericordiam, vt desistamus à peccatis. Si enim hoc voluerimus,facilè & ad bonorum operum actionem impellemur. Ne quis, obsecro, postea in equestri ludo appareat,ne quis in cõuenticulis intempestiuis diei partem dilapidet: ne quis talorũ ludo,& clamori qui inde oritur ac reliquiæ perniciei,posthac se admisceat. Quæ enim vtilitas ieiunij, dic obsecro,si toto die nihil comedis, ludis autẽ & nugaris,sæpe etiam peieras,& blasphemas, & ita totũ perdis diem? Ne ita negligentes simus, obsecro, in nostra ipsorũ salute:quin potius sermo noster sit de spiritualibus.

Roma.1.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus. Et librum diuinum accipiat aliquis in manus, conuocatisq; proximis per diuina eloquia riget & suam & conuenientium mentem: vt sic diabolicas insidias effugere valeamus, & multos percipere ieiunij fructº, & frui misericordia dei. Quod vt nobis præstetur, oremus, gratia & miserationibus vnigeniti filij eius, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Et dixit deus, Educant aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volatia super terram secundum firmamentū cœli: & factum est sic. Et fecit deus cete magna & omnem animā animalium reptilium quæ produxerunt aquæ secundum genera sua. Et vidit deus quod esset bonum. & ait.

Homilia septima.

HEri, eos qui ad equestris ludi spectaculū abierunt, satis perstrinximus, demonstrata eis iactura, quam fecerunt, magnitudine: nempe quòd spiritualem thesaurum ex ieiunio collectum, simul effuderunt, & ex magna abūdantia in extremam inopiam subitò seipsos coniecere. Age, leniore hodie vtamur remedio, & illorum spiritualia vulnera, quasi membra nostra essent, obligemus: quia & heri asperiora medicamina imposuimus, non vt quem cōtristare & affligere velimus, sed vt vehementia vlcus ipsum attingere possemus. Etenim & medici, & patres sic facere consueuerunt. Medici enim primùm apponunt cataplasmata magis efficacia: & dein rupto vlcere, ea quæ leniunt: patres quoque cùm viderint filios suos incompositis moribus, prius grauiter verberibus corripiunt, & dein admonent & solantur. Hoc modo & nos, quanuis heri vehementiori sermone vsi fuerimus, hodie tamen blandius vobis loquemur, & sicut nostra ipsorum membra curabimus. Nam vt profectus vester maiorem loquendi fiduciam nobis cōciliat: & spiritualis noster thesaurus est, videre vos spiritualibus esse deditos, & virtutibus spectabiles, & ab his quæ nocere valent, cauentes: sic quando videmus vos supplantari, & *diabolicis illusionibus* seduci & subiici, mœsticia implemur, & *confusio* quædam, vt sic dicam, animam
1.Thes.3.c. nostram deiicit. Iuxta beatum enim Paulum: Tūc nos viuimus, si vos statis in domino. Igitur vt perfecti, & repleti intellectu, sic eorum quæ retro sunt obliuiscamini, vt ad ea quæ ante vos sunt, enitamini. Et fœdera quæ cum Christo iniistis, renouata, stabilia & inuiolata posthac custodite: & prudenter excluso diabolicis machinationibus aditu, subsequente studio inscriptam vobis desidiæ maculam abstergite. Vincite, oro, prauam & pernicioſam consuetudinem: & cogitate, quòd non hoc solum graue est, quòd qui illò confluunt, sibi damnum adscisc unt, sed & quòd multis aliis scandalo
D sunt. Quippe Gentiles & Iudæi videntes eos qui quotidie in templo versantur, & doctrinas audiunt, simul ibi comparere, & sibi commisceri: quo modo res nostras pro deceptionibus non habebunt, & non idem de omnibus nobis suspicabuntur? An non audis beatū
Rom.14.c. Paulum admonentem, & consulētem clara voce, Absque offendiculo estote? Deinde, ne putes de nostris tātum admonere, subdidit: Et Iudæis, & Gentibus. Et tādem adiicit: Et ecclesiæ dei. Nihil enim ita offendit & nocet religioni nostræ, vt scandali ansam præbere infidelibus. Nam quando vident aliquos è nostris virtute conspicuos, huius vitę negocia & curas è sublimi cōtemnere, multos ex ipsis malè habet: pleriq; admirantur & obstupescunt. quòd eum eiusdem naturę nobiscū sint, non concedantur ipsis eadem. Denique quādo vi-

A dent paruum aliquod delictum nostrorum, statim linguam exacuunt simul cōtra nos omnes, & ex vnius delicto totam Christianorum gentem iudicant. Neque hoc contenti sunt, sed statim aduersus caput suum loquentes, ob seruorum delicta etiam communē dominū blasphemare audent, & putant velamenta errorū suorum esse aliorum desidiam. Quod autem hoc maxime periculosum sit his qui blasphemiæ occasionē præbent, audiamus prophetam clamantem, & ex persona dei dicentem: Væ vobis, quia propter vos nomen meū blas- *Esa.52.b.*
phematur in gētibus. Terribile hoc verbum est, & horrore plenum. Væ enim, hoc est quasi lamentātis supplicium illud inexcusabile subituros. Porrò sicut hos qui per suam negligentiam causam illis præbent blasphemiæ, tanta pœna manet ac condemnatio: ita ediuerso virtutū studiosis fit multarum coronarū materia: quod docens Christus dicebat, Luceat lux vestra coram ho- *Matt.5.b.*
B minibus, vt videant opera vestra bona, & glorificēt patrem vestrum qui in cœlis est. Nam quemadmodum illi delictis aliquorum offensi, linguā acuunt contra dominum nostrum: sic inquit, si virtutē exercueritis, vidētes vos homines, non vos tantum laudabunt: sed cùm viderint opera vestra *lucētia*, & facies vestras illustrātia, ad glorificandum patrem vestrum in cœlis prorūpent: cùmque hoc ab illis fit, rursum nostræ retributiones augebuntur, & multa nobis bona concedet deus, eo quòd ab illis laudatur. Eos enim qui me glorificant, ait, glorificabo. Omnia igitur faciamus dilecti, vt glorificetur dominus noster, & nulli simus offendiculi occasio. Id quod perpetuò nos docet magister orbis beatus Paulus interim sic dicens: Si cibus offendit fratrem *Roma. 14.*
meum, nūquam in æternum carnem comedam. Et ite- *a.b.*
rum in alio loco inquit: Sic autē peccantes in fratres, &
C percutiētes infirmam eorum conscientiam, in Christum peccatis. Minæ illæ austeræ sunt, & magnam secum cōdemnationem afferūt. Dicere enim vult: Ne opineris, quòd damnū hoc ad illum qui offenditur solum pertineat, transit etiam ad Christum ipsum, qui propter illū crucifixus est. Igitur si dominus tuus propter illum crucifigi non detrectauit, non tu omnia feres, ne quā scandali occasionem illi præbeas? Hoc vbique inuenies illū discipulis consilium dare. Hoc enim est quod vitā nostram conseruat: propterea & alibi scribēs, dicebat: Ne *Ad Phil.*
quæ sua sunt spectent singuli, sed quæ aliorum. Et iterū *2.a.*
alio loco: Omnia mihi licent, sed non omnia ædificāt. *1.Cor.6.c.*
Vides apostolicam sapientiam? Etiam si liceat, inquit, mihi aliquid facere, nihilq; hinc mihi damni accedat: sed quia hoc non facit ad proximi ædificationem, nequaquam hoc facere sustinuerim. Vides animā suauiter nos amantem, quo modo nusquam, quod suum est
D quærit, sed omnibus modis ostendit, virtutum longè maximam esse, magnam curam gerere quo modo proximus ædificetur? Hæc obsecro omnia scientes, obseruemus, caueamúsq; ab his, quæ spiritualem virtutū thesaurum offendere possunt: & nihil vnquam faciamus, quo incommodetur proximo. Hoc enim & peccatum auget, & grauius nobis adducit supplicium. Neque vel vulgarem aliquem cōtemnamus, frigida hæc verba, dicentes: Quid mea refert, si offendatur *talis? Dic obse- *ὁ δεῖνα,*
cro, quid dicis? quid tua refert? Sic tuam fulgere vitam *id est, talis*
præcepit Christus, vt non solum videntibus te sis ad- *aliquis, ille*
mirationi, sed vt dominus tuus glorificetur: tu verò *quispiam*
omnino contrarium agis, & pro gloria dei blasphe- *Matt.5.b.*
mias introduci facis, & hoc contemnis? Hoccine fuerit animæ piæ, legèsq; diuinas rectè scientis? Cæterùm qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius hæc per malam consuetudinẽ dicere solitus fuit, susceptа nunc admonitione hac, desistat, oro, ab illicitis huiusce modi sermonibus, & sic omnia facere studeat, vt neque ab oculo, qui nũquam sopitur vel cæcutit, neque à conscientia sua cõdemnetur: neque eos qui se vident, in blasphemias aduersus dominum inducat. Quòd si hac obseruatione dispensabimus ea quæ nostra sunt, multa fruemur & apud dominum misericordia, & diaboli insidias effugiemus. Videns enim nos ita sobrios & vigiles, & cogitãs se operam perdere, abscedet & occultabitur. Sed sat fuerit proœmiorum. Age charitati vestræ propositis his quæ lecta sunt, spirituale cõuiuium apparemus: vt & hodie videamus, quid beatus Moses, imò spiritus sanctus per eius linguam docere nos vult. Itaque quid dicit? *Et dixit deus: Educãt aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia super terram secundum firmamentum cœli. Et factum est sic.* Vide misericordiam domini, quo modo ordine quodam & consequentia omne opificium suum nos docet. Prius docuit nos, quo modo ad fructuum prouentus suo mandato terram idoneam fecerit, postea, vbi docuit duorum luminarium formationem, apposuit & stellarum varietatem, per quas cœli pulchritudo facta est clarior: hodie consequenter ad aquas transit, & ostẽdit nobis, sermone & præcepto suo ex aquis ipsis animata animalia prodiisse. Educant enim, ait, aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia super terram secundum firmamentum cœli. Obsecro, quis sermo miraculi dignitatem potest assequi? Quæ lingua ad opificis præconia sufficiet? Dixit tantum, Germinet terra: & statim illam parturire fecit. Nunc dicit: Educant aquæ. Vide quàm consonant præcepta: Illic, germinet: hic, educãt aquæ, inquit, reptilia animarum viuentium. Nam sicut de terra dixit solum, Germinet: & varia mox ac multiplex florum, herbarum & seminum apparuit copia, vnoq; sermone producta sunt omnia: sic & hic dixit, Educant aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia super terram secundum firmamentũ cœli: & continuò tot reptilium volatiliũmq; genera condita sunt, quot neque sermone recẽseri possunt. Et verbum quidem breue est, & verbum vnum, genera autem animalium diuersa & varia. Sed nulla te admiratio teneat dilecte. Verbum enim erat dei, & sermo ipsius his quæ fiebant subsistentiam largitus est. Vides quo modo omnia ex nihilo, vt essent producta sunt? Vides quàm diligenter docet? Vides quanta se attemperatione ad nostram vsque humilitatem dominus demittit? Vnde enim nos hæc tam accuratè discere potuissemus, nisi ipse magna & ineffabili misericordia sua humanum genus per prophetę linguam docere dignatus esset: vt scire possimus & factorum ordinem, & factoris potentiam, & quo modo sermo suus effecerit opus, & verbũ suum subsistentiam, & essentiæ ingressum præbuerit. Verùm sunt insensati nonnulli, qui & post tantam doctrinam discredere non formidant: fateriq; nolũt esse aliquem istorum visibilium opificem: †sed fabulantur, fortuitò ea & per se esse, & ferri. ¶Alij verò ex præiacente quadam materia esse facta contẽdunt. Considera quanta diaboli illusio, quo modo abusus est facili erroribus seruientium credulitate. Ea propter beatus Moses, spiritu diuino afflatus, tanta diligentia nos docet, & hæc auribus inculcat, ne idem & nobis eueniat: sed sciamus manifestè & creaturarum ordinem, & quo modo quæque creatæ sint. Nisi enim nostræ salutis curam habuisset deus, & ita direxisset prophetæ linguam: satis erat dixisse, Fecit deus cœlum, & terrã, & mare, & animantia: neque posuisset ordinẽ dierum, neque quid primò, & quid secundò factum fuerit. Sed vt ingratis, & malè sentientibus nulla relinqueretur excusatio, ita distinguit manifestè & factorum ordinem, & dierum numerum: & omnia nos docet tanta mãsuetudine, vt cognita omni veritate, nõ vi rà eorum erroribus implicemur, qui omnia loquuntur quæ ipsi excogitauerunt: sed sciamus conditoris nostri inenarrabilem potentiã. Et factum est, inquit, sic. Dixit: *Educant aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia super terram secundum firmamentum cœli. Et obtemperauit elementum, & impleuit præceptum. Et factum est*, inquit, *sic vt imperauit dominus. Et fecit deus cete magna, & omnem animam animalium reptilium, quæ produxerunt aquæ iuxta genera sua, & omne volatile pennatum secũdum genus. Et vidit deus quod bona. Benedixitque ea deus dicens: Crescite & multiplicamini, & implete aquas quæ in pelagis, & volatilia multiplicentur super terram.* Iterum vide hîc, obsecro, quanta sapientia spiritus: quia vt dixit beatus Moses, quòd factum est sic, docet nos particulatim, addens & dicens: Et fecit deus cete magna, & omnem animam animalium reptilium, quæ produxerunt aquæ secundum genera sua, & omne volatile pẽnatum iuxta genus. Et vidit deus, quòd bona. Hic denuo temeritatẽ omnia absque ratione blatterantium comprimit. Nam vt nullus dicere possit, cuius gratia cete facta sunt? quã nobis vtilitatem cõferunt? quid commodi ex eorum creatione? idcirco postquam dixit, Fecit deus cete magna, & omnem animam animalium reptilium, & volatilia: statim addidit, Et vidit deus quòd bona. Quasi diceret: Non enim quia tu rationẽ ignoras factorum, †accusas creaturas. ¶Audisti dominum laudãtem sententia sua, & dicẽtem quòd bonæ sint: & quo modo tu insanus dicere audes, quare factæ sunt? quasi† deum ob suum opificium accusans? Nã si cordatus esses, posses etiam ex horum creatione, & potentiam domini, & ineffabilem misericordiam addiscere: & potentiam quidem, quia sermone & præcepto ex aquis talia animantia produci fecit: misericordiam autem, quia vt ea produxit, propriam eis regionem attribuit, innauigabilem maris partem illis decernens, ita vt nemini possint nocere: sed versentur in mari, & sui spectaculo supereminentem opificis potentiam doceant, nullúmque humano generi damnum inferant. An paruam putas misericordiæ partem, geminam tibi vtilitatem hinc exoriri? Etenim sapere volentes, ad dei noticiam introducunt, & admirari faciunt misericordiæ eius magnitudinem: quòd ab eorum nocumentis humanum genus liberauit. Neque ob nostram duntaxat vtilitatem ea omnia facta sunt, sed & ob immensam ipsius magnificẽtiam. Alia enim propter nostram vtilitatem fecit, alia propter suam magnificentiam, vt magis factoris prædicetur potentia. Audiens itaque, quòd deus vidit, quia bona: ne ausis vltra diuinæ scripturæ obmurmurare, & curiosius inquirere, & dicere: Quare deus hoc vel illud fecit? Et benedixit illa deus, inquit, & dixit: Crescite & multiplicamini, & implete aquas, quæ in pelagis: & volatilia multiplicentur super terram. Ipsa benedictio est, in magno numero & multitudine illa augeri & multiplicari. Nam quia animatæ creaturæ erant animalia, volebátque illa perpetuò esse, ideo subdidit: Et benedixit illa deus, & dixit: Crescite & multiplicamini. Verbũ enim illud vsque in præsentem diem illa cõseruat, & tantum prẽterit tempus, neque vnum horum genus imminutum est. Nã benedictio dei, & verbum

†Sed alij quidem fortuito illa ac per se esse dicũt] αὐτόματα.

†accusandæ sũt creaturæ

†superstitiõ ipsorum accusans opificium?

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod dicebat, Crescite & multiplicamini: vt subsisterēt & durarent, illis contulit. *Et factum est*, inquit, *vespere, & factum est mane, dies quintus.* Vides quo modo diuina scriptura docuit nos, quę die quinto facta sunt animātia, parumper expecta, & iterum videbis domini tui misericordiam. Neq; enim aquas solum animalium productione fœcundas fecit, sed ex terra denuo præcipit, vt terrestria producātur animalia. Neque enim absurdū hodie attingere ea, quæ die sexto sunt facta. *Et dixit*, inquit, *deus: Producat terra animam viuentem secundum genus, quadrupedes, & reptilia, & bestias super terram: & pecora secundum genus, & omnia reptilia terræ, secundum genus. Et factum est sic.* Vide quo modo & terra iterum duplicem nobis affert fructum, & mandato dominico ministrat. Tunc quidem seminum edebat germina, nūc autem animata animalia, quadrupedia & reptilia, pecora & feras. Ecce verum est quod dixi, quòd non omnia propter nostram vtilitatem produxerit, sed & propter suam magnificentiam: vt videtes copiam & multitudinē creaturarum, opificis virtutē obstupescamus, & sciamus sapientia quadam, & misericordia inenarrabili, propter futurum hominē omnia esse producta. *Et fecit*, inquit, *deus bestias terræ secundum genus suum, & pecora secundum genus suum, & omnia reptilia terræ secundum genus suum. Et vidit deus quod bona.* Vbi nūc sunt qui dicere audēt: Quare feræ, quare reptilia creata sunt? Audiāt diuinam scripturam dicentem: Et vidit deus quòd bona. Die obsecro, ipse qui creauit, laudat facta: & tu audes reprehēdere? Quātæ hoc fuerit insaniæ? Quia & in seminibus, & in plantis non solum fructuosas arbores, sed & syluestres, & steriles: & non solum inutiles herbas, sed & incognitas nobis profert terra, sæpe etiam nocuas. Sed propterea non sunt arguendæ creaturæ. Neque enim temerè, neque inuanum formatæ sunt. Sanè neque laudem apud conditorem inuenissent, nisi ad vtilitatem aliquā conditæ essent. Itaque sicut in arboribus non omnes fructuosæ, sed & infructuosæ multæ: attamen illæ ipsæ non minorem nobis, quàm fructuosæ vtilitatem, eámq; admirabilem, & quieti nostræ seruientem conferunt. Etenim ex ipsis ædificia, & multa alia ad quietem nostram pertinentia fabricamus. Et omnino nihil quod non ratione aliqua formatū est, etiamsi humanæ naturæ omnia illa exactè scire possibile non sit. Proinde sicut in arboribus, ita & in animalibus: alia quidem ad cibum nostrum pertinent, alia ad ministerium. Ferarum item & reptilium genera non paruam nobis præstant vtilitatem. Et si quis vellet sapienter cognoscere, inueniet etiam nunc, cùm principatu eorum ob primi parentis inobedientiam destituti sumus, magnam ex illis nobis vtilitatem prouenire. Multa enim inde colligunt medici, quæ ad nostrorum corporum medicinam & sanitatem conducunt. Alioquin etiam quid nocumenti ex ferarum productione, quando sicut domestica animalia, sic & illa sub potestate futura erant hominis, nō multo pòst formandi? Hoc enim nunc dico, vt discas omnium domini supereminentem misericordiam, quam erga nostrum genus declarat. Postquam enim expādit cœlum, extendit terrā, condidit firmamentum, vt quasi interstitium aliquod diuisionē inter aquas & aquas faceret: & deinde vt iussit aquarum fieri congregationes, eas mare appellauit: aridam autem terram, quam seminum herbarúmque prouētu ornauit. Indēq; transiit ad duorum magnorum luminarium formationem, & stellarum varietatem, quibus pulchritudinem cœli decentiorem reddidit. Postea autē ex aquis productis aquatilibus animantibus & volatilibus, quæ volarent super terram secundum firmamētum cœli: & impleto quinque dierum numero: quoniam oportebat & terrestria animalia formari: imperauit, vt & ipsa ederentur, & quæ ad cibum & quæ ad ministerium conducibilia, & feræ, & reptilia. Denique vbi omnia suo ornatu excoluit, & conuenienti ordine visibilia disposuit, & mensam largam instruxit, variis & omnigenis refertā eduliis, copiámque & opes habentem, & quasi quis dicat regiam, vndequaque suprà & infrà variis modis splendidam: tunc tandem fruiturum his omnibus format, cui visibilium omnium potestatē tradat: & ostendit quanto dignius cæteris omnibus animal formet, quādoquidem præcipit, omnia quæ facta erant sub illius esse imperio & potestate. Verùm, ne prolixior fiat sermo, his contenti dictis, in sequentem diem reponamus ea quę pertinēt ad formationem admirabilis huius animalis, rationalis & animati, hominem dico: nunc consuetam admonitionem adhibentes, ita vt ne dictorum memoria elabatur: sed ex omnibus visibilibus ad glorificādum dominum nosipsos erigamus. Quòd autem assequi, & creaturarum omnium rationem comprehendere non possumus, ne sit nobis incredulitatis occasio, sed potius glorificationis incitabulum. Quando enim deficit ratio, & mens non est capax, cogita quàm magnus est dominus tuus, & ex hoc ipso quanta sit eius virtus, cùm neque rationem eorum quæ ab illo facta sunt, scire queamus. Hoc fuerit grati animi, & sobriæ mentis. Quoniam & Gentiles sic errauerunt: suis enim cogitationibus omnia permittentes, & ad imbecillitatem naturæ suæ non respicientes, sed quę vltra captum suum imaginantes, & limitum suorum fines egredientes, etiam à sua dignitate exciderunt. Nam qui ratione insigniti, primatum acceperant præ facturis creaturisque omnibus, vtpote omnibus visibilibus digniores: hi in tantam absurditatem deducti sunt, vt canes & simias, & crocodilos, & fœdiora adorarint. Et quid dico bruta animalia? Multi eorum in tantum stuporem & amentiam inciderunt, vt & cepe, & allia, & his viliora colant. Propterea propheta illos designans, inquit: Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Qui ratione, inquit, insignitus, & tanta sapiētia præditus, is brutis factus est similis, fortè & deterior. Illa enim, vtpote irrationabilia, nullis pœnis obnoxia sunt. Qui autem ratione pollet, & in illorum inciderit absurditatem, merito pœnas luit, ingratus existens post tot beneficia. Hinc denique & lapides & ligna deos appellarūt, & hæc visibilia elementa deos dixerunt: quia mox vt semel à recta via aberrarūt, in præceps iuerunt, & in maliciæ profundum inciderunt. Veruntamen nos neque sic de salute illorum desperemus, sed afferētes doctrinas nostras, cum omni longanimitate & alacritate illis loquamur: monstrantes tū rei absurditatem, tum damni grauitatem, & nunquam de illorū salute desperemus. Probabile enim, quod processu temporis *Christo auscultent, & maxime si nos ita viuamus, ne à nobis offendantur. Multi enim illorū cùm viderint nostrorum aliquos, verbo quidem & vocabulo Christianos appellari, cæterum sicut ipsos rapere, pecuniæ cupidos esse, inuidere, insidiari, dolos plectere, aliaq; omnia facere crapulæ, voluptatiq; vacare: nō iam nos audiunt, neque si rationabiles sint admonitiones nostræ, sed existimāt omnia nostra deceptiones, & iisdē criminibus omnes obnoxios. Cogita obsecro, quātis illi digni sint supplicijs, quandoquidem non solum

* πειθόμενοι *Dei persuadebuntur, ad fidē adducentur,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibiipsis inextinguibilem ignem coaceruant, sed & aliis authores sunt, vt in errore perseuerēt: & ne virtutē addiscant, obturent aures: & ad hæc in causa sunt, vt etiam virtutum studiosi accusentur, & reprehendantur, & (quod omnibus grauius) per ipsos dominus blasphematur. Vides quanta malicię pernicies? Vide quo modo non vulgari pœnæ reos se faciunt, qui malū sectantur: sed & multo grauissima supplicia pro omnib° luituri sunt, non solum pro sua perditione, sed & pro errantium scādalo, & pro suggillatione iustorum, & pro blasphemia in deum. Hæc omnia cogitemus, ne simus nostræ salutis negligentes: sed magna nobis sit cura, vt iuxta deum viuamus, scientes nos inde vel condēnandos, vel illius misericordia beandos. Sic igitur omnia faciamus, vt & nos in pura conscientia versemur, & eos qui adhuc errant, nostra diuina conuersatione ad veritatē manu ducamus: vt & nos, & alij omnes, qui nobis connumerantur, bona †fama fruamur: & ante omnia glorificetur dominus noster, †maioremq; nostri curam agat]. Nam quando in nos respiciunt homines, & laudem in deum referunt, inde & nos plus diuinæ gratiæ assequemur. Quid enim beatius homine, qui sic viuit, vt & homines obstupescant, & dicant, Gloria tibi deus? Quales sunt Christiani, quantā præ se ferunt philosophiam, quo modo despiciunt præsentia, quo modo omnia ipsis vmbra & somnium reputantur, & nulli visibilium sunt affixi: sed omnia trantigunt, sicut hi qui in terra aliena agunt peregrini, & quotidie migrare ex hac vita cupiunt & anhelant? Quantam putas verba hæc his, qui sic viuunt, etiam hic à deo retributionem afferre? Et quod valde admirabile & rarum, etiam hi qui talia de nobis iudicant, breui ab errore desistent, & ad veritatem redibunt, Hoc quantam illic fiduciam afferet, nulli non manifestum est. Proinde scientes quòd & de damno, & de lucro proximorum iudicabimur: sic vitam nostram instituamus, vt non solum nobis sufficiat, sed & alij inde erudiantur, vt & hic magnam dei gratiam nobis conciliemus, & in futuro gloria per dei misericordiam fruamur. Oremus, vt hæc nobis concedantur gratia & miserationibus vnigeniti eius filij, cum quo patri simul, sanctóque spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

† *sibe* † *qui tantā nostri curā gerat*]

Et dixit deus. Faciamus hominem secundum imaginem nostrā & secundum similitudinem: & dominentur piscibus maris, & volatilibus cœli, & pecoribus, & bestiis & vniuersæ terræ, & omnibus reptilibus repentibus super terram.

Homilia octaua.

QVoniam alacres heri quę diximus audiistis, age & hodie, quæ recēs lecta sunt, charitati vestræ proponamus. Prius tamen vos obsecrauerimus, vt diligenter auscultetis ea quæ dicuntur: & quæ prius dicta sunt, bene in mēte vestra reponatis, vt ne frustra & incassum laborem hunc feramus. Hoc enim studium nostrum est, vt vim ac sensum eorum, quæ scripta sunt accuratè sciatis: atque ita vt non solum teneatis, sed & aliorum magistri possitis, iuxta beatū Paulum, vnus alterum ædificare. Nam si vos profeceritis in domino, & in spiritualiū doctrina mactos & præstantes ostenderitis, etiam nos ingenti afficietis lætitia. Hæc enim nostra fuerit tota prosperitas, & summa festiuitas. Quæ nostra spes, vel gaudium, vel corona, inquit, gloriationis? an non & vos, & vestrum in diuinis studiis incrementum? Omnes enim doctores, qui vident discipulos priorum lectionum memoriam animo bene tenere, operibúsque ipsis fructum aliquem afferre, maiore alacritate & sequentium scientiā concredunt. Et nos quoque quanto magis mentem vestram erigi, & desiderium crescere, rationémque alas assumere videmus, tanto alacriores reddimur, vt vberiorem doctrinā proponamus. Porrò quāto plus profundimus fluentorum horum spiritualium, tanto nobis & fluenta sunt auctiora: nimirum propter ædificationem vestram, & propter vestrarum animarum vtilitatem. Non enim in hac causa contingit, sicut in pecuniis. Illic enim qui dinumerauit vicino, imminuit suam substantiam: & quanto plus expendit, tanto minus possidet pecuniæ. Hic autem planè secus agitur. Tunc enim facultatibus nostris plus accrescit, tunc spirituales hæ opes magis augentur, quando audire volētibus, doctrinam liberaliter profundimus. Igitur quia nobis abundantius & opes, & substantiæ affluūt, & vos spiritualibus alimentis satiari non potestis: age, videamus quid & hodie beatus Moses in his quæ lecta sunt nos doceat, imò quid gratia spiritus per eius linguam nobis dicat. *Et dixit*, inquit, *deus, Faciamus hominem secūdum imaginem nostram, & secundum similitudinem.* Ne simpliciter prætereamus charissimi, dicta hæc, sed disquiramus verba singula: & ad infima descendentes, vim in breuiculis hisce verbis latentem inuestigemus. Nam licet pauca sint verba, magnus tamen thesaurus est in illis reconditus: atque decet, vt non tantum coràm adstemus, sed & sobrij & vigiles adsimus. Quoniam & hi qui sensibiles thesauros effodere conantur, non in superficie solum fodiunt, sed in profundum descendunt, & pœnitiores terræ sinus scrutantur: atque ita arte sua aurum à terra segregant, tametsi sæpe post labores sudoresque multos vix paucas, quasdam portiunculas afferunt. Hic autem nil tale est, sed labor minor, & ineffabilis vbertas. Nam spiritualia omnia in hūc modum se habent. Ne igitur simus deteriores his qui sensibilia admirantur: sed inquiramus & nos diligenter thesaurum hunc spiritualem in verbis istis recōditum. Et primum videamus quid nouum & admirandū dicat: deinquare tanta verborum variatione vtatur beatus hic propheta, imò misericors deus per prophetam loquēs. Et dixit, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secūdum similitudinem. Prius quidem, quum cœlum terrámque formasset, audiuimus illum dicentē: Fiat lux: &, fiat firmamētum in medio aquæ. Et iterum: Cogantur aquæ in congregationem vnam: & appareat arida: &, Fiant luminaria: &, Educāt aquæ reptilia animarum viuentium. Vidisti sermone solo & præcepto omnem creaturam quinque diebus formari? Vide hodie, quanta verborum diuersitas. Non enim iam dicit, Fiat homo: sed quid? Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Quid hoc noui? quid rari? Quisnam ille qui formandus, ad quem faciendum opifici tanto consilio & circunspectione opus? Ne mireris dilecte. Homo enim inter visibilia omnia dignitate præcellit, propter quem condita sunt hæc omnia: cœlum, terra, mare, sol, luna, stellæ, reptilia, iumenta, brutaq; animalia omnia. Et quare, inquis, tardius creatus est homo, si cætera dignitate præstat? Merito. Nam vt ingressuro in ciuitatē aliquam rege, operæprecium est, præmittere satellites, aliósq; omnes vt bene adornatis palatiis, rex honestius ibi agat: Ita simili modo, quasi regem & principem aliquem rebus terrenis præfecturus, prius omnem hunc ornatum fabricauit, & tandem præficiendum homi-

1. Thess. 5. b

1. Thess. 2. d

nem

Universidad de Deusto
Biblioteca

πλασ(σ)ε, id est, formauit, produxit, introduxit

nem formauit: declarans factis istis, quanto honore animal hoc prosequatur. Cæterùm rogemus hoc loco Iudæum: & videamus quid respondeat: ad quem dixerit deus, Faciamus hominem secundum imaginem nostram. Scripta enim sunt hæc à Mose, cui se credere dicunt quidem, non credunt autem: sicut & Christus inquit: Si credideretis Mosi, crederetis & mihi. *Ioan.5.g.* Sed literæ quidem apud illos sunt, sensus verò apud nos. Ad quem igitur dictum est, Faciamus hominem? cum quo consilium hoc habuit dominus? Nunquid consilio & circumspectione opus habet? Absit. Quid ergo? Figura verborum declarare voluit, quàm excellentem honorem homini qui formabatur, impendat. Quid ergo dicunt hi, qui adhuc habent velamen super corda sua positum, & nihil eorum qui hic contenta, intelligere volunt? Ad angelum & archangelum, inquiunt, hæc dicta sunt. O insaniam, ó magnam impudentiam. Et quo modo rationi consentaneum est, bone vir, vt angeli consilium dent domino, & creaturæ creatori? Non enim est angelorum consilium dare, sed assistere, & ministerium adimplere. Et vt discas, audi vocalissimum Esaiam, dicentem de supernis angelicis virtutibus: Vi- *Esaiæ. 6.a.* di Cherubim stantia à dextris dei, & Seraphim, & obtegebant facies pedésque suos alis. Quod ideo factum esse liquet, quia fulgur maiestatis diuinæ inde egrediens, ferre nequiuerunt, steterúntque cum timore & tremore. Etenim creaturis peculiare est domino adsistere. Verùm illi nihil præsentium intelligentes, simpliciter quod occurrit, effutiunt. Et ideo refutatis illorum deliramentis, dictorum veritas ecclesiæ filiis dicenda est. Quis igitur hic, ad quem inquit, Faciamus hominem? Quis autem alius, quàm ille magni consilij angelus, ille admirabilis consiliarius, potens, princeps pacis, pater futuri seculi, vnigenitus dei filius, patri æqualis secundum substãtiam per quem omnia producta sunt? huic dicit, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Hic Arianos tẽpestiuè perstringit. Non enim imperando dixit, fac, vt subdito & inferiori, vel vt minori secundũ essentiam: sed par honor declaratur, cùm dicit, faciamus. Et quod sequitur, magnam substantiæ æqualitatem ostendit: Faciamus enim, ait, hominem secundũ imaginem nostram & similitudinem. Iterum hic insurgunt, & pullulant hæretici alij, ecclesiæ dogmata depopulantes, & dicentes: Ecce dicit, secundum imaginem nostram. Et inde volũt deo humanam formã tribuere: id quod extremi fuerit stuporis, vt is qui forma speciéque caret, & nulli alterationi obnoxius est, sub humanam redigatur formam, & incorporeo membra & liniamenta attribuantur. Quæ huic insania par fuerit? quum non solum nihil lucri à scripturis diuinitus inspiratis referũt, sed & plurimum inde offenduntur? simili modo affecti, sicut hi qui morbo laborant, & corporalibus oculis cæcutiunt. Illi enim ob oculorum suorum infirmitatem solis lucem ægre ferunt, & ob aduersam corporis valetudinem, etiam optimos saluberrimósque cibos auersantur: Ita & hi anima ægrotantes, & mentalibus oculis capti, ad lumen veritatis respicere non possunt. Idcirco nostro fungentes munere, manus eis porrigamus, magnáque eis mansuetudine loquamur. Nam & *2.Timo.2.d* beatus Paulus ita nos monuit, dicens: Vt in mansuetudine eruditantur aduersarij, si fortè det eis deus pœnitentiam in agnitionem veritatis, & emergant à laqueo diaboli, capti ab ipso in illius voluntatem. Vides quo modo verbis declarauit, quòd quasi ebrietate obruti sint? Nam quod dicit, emergant, ostendit quòd in profundo aliquo mersi sint. Et iterum: Capti, inquit, à diabolo, quasi diceret, laqueis irretiti sunt. Vnde & nobis gemina opus est mansuetudine & longanimitate, vt possimus eos eripere, & educere ex laqueis diaboli. Dicamus igitur eis: Emergite, & respiscite paulisper, aspicite lumen iusticiæ, expendite vobiscum verborum diligentiam. Neque enim cùm dixit: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: hic sermonem finiuit: sed per ea quæ adiungit, manifestum nobis facit, quo sensu nomen imaginis posuerit. Quid enim dicit? Et dominentur piscibus maris, & volatilibus cæli, & omnibus reptilibus super terram. Imaginem ergo dixit, de principatu & dominio, non de alio aliquo: quia deus fecit hominem principem omnium quæ sunt super terram, & nihil super terram homine maius est, & omnia sub potestate illius sunt. Quòd si adhuc ea dicta esse contendant de formæ imagine, dicemus eis: Igitur deus non solum homo, sed & mulier erit: quia eandem formam vterque habent. Verùm hoc absurdum est, & ratione caret. Audi enim & beatum Paulum dicentem. Vir enim non *1.Cor.11.b.* debet velare caput, imago & gloria dei existens. Mulier autem gloria viri est. Vir enim imperat, mulier autem subiecta est: sicut & Christus ab initio ad eam di- *Gen.3.c.* xit: Ad virum tuum conuersio tua, & ipse tibi dominabitur. Itaque quoniam iuxta rationem dominij non formæ ad imaginẽ factus est, ideo vir dominatur omnibus, mulier autem subiecta est. Ea propter dicit de viro Paulus, quòd imago & gloria dei sit, mulier autẽ gloria viri. Quod si de forma vel figura dixisset, non vtique ea diuisisset. Eadem enim figura est viri & mulieris. Vidisti plenam veritatem, quo modo nullum veritatis prætextum relinquit his, qui absque causa impudentes esse volunt? Veruntamen etiam illis ita se habentibus, ne cessemus magna suauitate cum ipsis agere, si fortè det illis deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis. Ne ergo torpescamus, si quo pacto per mansuetudinis studiũ possimus ipsos eripere à deceptione diaboli. Et si placet citemus iterum beatum Paulum, qui A- *Actu. 17.f.* thenienſibus sic dicebat: Non debemus existimare, auro vel argento, vel lapidi, vel sculpturæ artis, vel inuẽto hominis numen esse simile. Vidisti quanta diligentia omnem illorum errorem sapiens magister amputauerit? Non solum enim à corporali typo alienum dicit numen, sed & quod tale aliquid nulla humana cogitatio effigiare queat. Hæc subinde illis dicẽtes, nihil quod vestrum est intermittatis, si fortè ad veritatem respicere velint. Cæterùm vt à benenola illorũ instructione vobis desistendum non est: ita oro, vt scita ecclesiastica probè teneatis, non confundentes dictorum consequentiam: sed cum Iudæis, vt oportet, loquamini: & demonstrate, quòd non sint dicta de angelis & virtutibus, quorum officium est ministrare: sed de vnigenito dei filio. Arianis quoque hinc parem filij cum patre dignitatem indicate. Sed & his qui humanam formam numinis imaginantur, allatis in medium his, quæ à beato Paulo sunt dicta, euellite ecclesiasticis placitis pernicioſos morbos instar zizaniarum pullulantes: operàmque date, vt pia scita in eis plantentur & roborentur. Volo enim, & precor, omnes vos in doctorum ordine esse: & non solum auditores nostrorum esse dictorum, sed & aliis doctrinam nostram afferre, piscariq; errantes, vt in viam redeant veritatis, sicut & Pau- *1.Thes.5.b.* lus inquit: Vnus alterũ ædificet: &, Cum timore, & tre- *Philip. 2.b.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

more ſalutẽ veſtram operemini. Sic deus noſtrã multitudinem augebit, & vos vberius ſuperna fruemini gratia, magnam membrorum veſtrorum curam habentes. Neque enim deus vult vt Chriſtianus ſeipſo tantũ contentus ſit, ſed vt alios ædificet, nõ per doctrinam ſolũ, ſed & per vitã & conuerſationem. Neq; ſic nos inducit in veritatis viã, vt in vitę curam. Nam neque tam conſiderantur ea quæ à nobis dicuntur, quàm quæ à nobis aguntur. Et vt ſcias rem ita ſe habere, licet infinite tantum philoſophemur verbis, & de patientia diſſeramus, & cùm tempus fuerit, eã operibus non demonſtremus: non tantum proderunt verba, quãtum nocebunt opera. Sin ante & poſt verba, operum ſpecimen exhibuerimus: digni habebimur qui admoneamus alios eorum quæ per opera adimplemus: quia & Chriſtus illos beatos dixit, inquiens: Beatus qui fecerit, & docuerit. Vide quòd opus prępoſuerit, & poſtea doctrinã. Atque adeo pręcedente opere, etiamſi non ſequatur doctrina, ſufficiunt opera ipſa magis q̃ vlla vox ad docẽdum eos qui in nos reſpiciunt. Hoc igitur omnibus modis conſideremus, vt prius operibus doceamus, & poſtea ſermonibus: vt ne & nos audiamus à beato Paulo, Tu qui doces alium, teipſum non doces? Et cùm volumus admonere aliũ, vt aliquid ex his quæ neceſſaria ſunt, efficiat, prius ſtudeamus & nos hocipſum agere, quò nobis & maior ſit loquendi fiducia, & omnis noſtra cura ſit in animarũ ſalute. Et quo modo poterimus? Laſciuias carnis refrẽnemus, & verum probemus ieiunium. Ieiunium autẽ dico, abſtinentiam à viciis. Etenim abſtinentia à cibis propter hoc recepta eſt, vt vigorem carnis refrænet, & equum moderanti facilè parère faciat, Ieiunantem ante omnia oportet iram refrẽnare, manſuetudinem & lenitatem addiſcere, habere cor contritum, abſurdas cõcupiſcentias repellere, ante oculos continuò proponẽdo oculum æterni iudicis, & tribunal illud indeprauabile: pecuniis ſuperiorem eſſe, & illis dominari: liberalem eſſe in danda eleemoſyna, nullum malum aduerſus proximum in cor admittere. Hoc verum ieiuniũ eſt, ſicut & Eſaias ex perſona dei loquẽs, dicit: Non hoc ieiunium elegi, dicit dominus. Et ſi torqueas vt circulum ceruicem tuam, & ſaccum & cinerem ſubſternas, neque ſic †vocabitur ieiunium acceptum, dicit dominus. Sed quale dic? Solue, inquit, obligationes violentorum cõtractuum, frãge eſurienti panem tuum, pauperem abſq; tecto induc in domum tuam. Et ſi hæc feceris, inquit, tunc erumpet matutina lux tua, & ſanitates tuæ ſtatim orientur. Vidiſti dilecte, quale ſit verum ieiunium? Hoc vobis curæ ſit, & non vt plerique exiſtimemus definiri in hoc ieiunium, ſi ad veſperã vſque impranſi maneamus. Non hoc eſt quod quæritur, ſed vt cum eiborũ abſtinẽtia & à cæteris abſtineatur quæ nocere poſſunt, & ſpiritualibus magis vacetur. Ieiunãtem eſſe oportet demiſſum, mitem, humilem, glorię huius vitæ contemptorem. Nam ſicut †animæ ſuæ curam deſpexit, ita & inanem gloriam deſpicere decet, & ad illũ ſolum qui exquirit corda & renes, reſpicere, magnóq; ſtudio preces & cõfeſſiones facere deo, & eleemoſynarum auxilio pro viribus ſeipſum iuuare. Hoc enim, hoc mandatum maximè valet ad abolenda peccata, & extinguẽdum gehennæ ignem, modo ipſum liberaliter & non ad oſtentationem hominum fiat. Et quid dico, non ad oſtẽtationem? Nã ſi rectè ſapimus, ob hoc ſolum quòd bonum eſt, & ob compaſſionem in cognatos, virtutem hanc exercere oportebit, non ob promiſſas à deo mercedes. Verùm quando ad nihil ſublime mentem attollere valemus, vel ob has ipſas benigni ſimus, nullam ab hominibus venantes gloriam, vt ne & ſumptus faciamus, & mercede pariter priuemur. Id quod non ſolum in eleemoſyna, ſed in vnoquoque bono opere ſpirituali attendendum, vt nihil ad hominum præconia reſpicientes faciamus: alioquin nulla nobis vtilitas erit, ſiue ieiunamus, ſiue precamur, ſiue miſeremur, ſiue quoduis aliud facimus, niſi propter illum ſolum fiant, qui nouit & abſcondita, & quæ in profundo mentis ſunt recondita. Nam ſi ab illo præmia expectas, cuius gratia ab alio, qui natura tibi cognatus eſt, laudari & admirari vis? Et quid inquam laudari? Sæpe is non laudat ſed & inuidet. Sunt enim multi ita malè affecti, vt & ea quæ bene à nobis fiunt in contrarium interpretentur. Cuius igitur gratia, dic obſecro peruerſum hoc iudicium tanti facis? Inſopitum enim & perpetuò vigilem illum oculum, nihil eorum quæ fiunt, latere poteſt. Et oportet hoc cogitantes, tanto ſtudio vitam noſtram inſtituere, perinde ac mox de omnibus verbis & operibus, & cogitationibus iudicandi eſſemus. Ne igitur ſalutis noſtræ contemptores ſimus. Nihil enim virtuti par eſt chariſſime, quæ nos & in futuro ſeculo è gehenna eripit, & regno cœlorum nobis frui concedit, & in præſenti quoque ſeculo omnibus ſuperiores conſtituit, qui nobis ſine cauſa inſidiantur: & non hominibus ſolum, ſed & ipſo ſalutis noſtræ inimico diabolo fortiores efficit. Quid igitur illi par fuerit, quæ non ſolum hominibus inſidiantibus, ſed & dæmonibus ſuperiores, ſui ſtudioſos efficit? Virtus autem eſt, humana omnia deſpicere, futura ſingulis horis cogitare, nullis præſentibus addictum eſſe: ſed ſcire omnia humana vmbram eſſe & ſomnium, & ſi quid his vilius. Virtus eſt, erga negocia huius vitę nõ magis quàm †erga mortuum† affici: & ita vicioſæ operationis expertem, vt ad ea quæ offendere animæ ſalutẽ poſſunt, quaſi mortuus quis ſit: viuat autem, & operetur tantum ea quæ ſpiritus ſunt: ſicut & Paulus dicebat, Viuo autem, non iam ego, ſed viuit in me Chriſtus. Proinde dilecti, & nos tanquam Chriſtũ induti, omnia faciamus, & non contriſtemus ſpiritum ſanctum. Quando igitur turbamur à concupiſcentia, vel affectione abſurda, vel ira, vel furore, vel inuidia: cogitemus eum qui in nobis habitat, & expellamus procul omnẽ talem cogitationem. Reuereamur eminentem dei gratiam, quę nos obumbrat, & refrẽnemus omnes carnis affectiones, vt cùm legitimè in breui hac & fragili vita certauerimus, coronas illas aſſequamur in futuro die illo, terribili quidem peccatoribus, deſiderabili autem virtute veſtitis. Et mereamur ineffabilia illa bona, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo ſit patri & ſpiritui ſancto gloria, imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Matt. 5. c. *Rom. 2. c.* *Eſa. 58. a. b* *†vocabitis* *†animæ] τῆ ψυχῆς animæ ſiu vitæ* *†qui mortuus eſt.* *Galat. 2. d*

De iis quæ ſequuntur hæc verba, Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram: & aduerſus eos qui dicunt, Cur beſtiæ factæ ſunt, & quis vſus creationis earum? Et quod vel ſic maximè declaretur honor homini habitus, ac ineffabilis dei erga ipſum benevolentia.

Homilia nona.

AGricolæ ſtudioſiores larga terræ ſemina concredunt, quam craſſam & pinguem vident: & magnam continuò diligentiam adhibentes, quotidie conſiderant, num fortè alicubi ſit quod ſegeti nocere, & laborem ipſorum, quem habuerunt, inutilem facere poſſit. Simili modo & nos, ſpirituale deſiderium veſtrum, & ingens audiendi ſtudium videntes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

videntes, operā damus, vt quotidie ſententias quaſdā diuinæ ſcripturę, veſtrę menti inſeramus, quibus etiam detegātur ea quæ ſpirituali ſemini nociua eſſe poſſunt: ne fortè nocumentis & inſidiis eorum, qui præter eccleſiaſtica placita, ſuorum capitum figmenta introducere tentant, ſana doctrina intercipiatur, & turbetur. Veſtrū igitur fuerit, depoſita poſthac diligenter ſeruare, & firma memoria cuſtodire, vt facilius & ſequentia conſequi poſſitis. Nam niſi nunc ad profundiora ſcripturarum ſenſa nos deſcenderimus, & vos mentem veſtram coaptaueritis, quando ieiunij tēpus, quando ad natandum membra noſtra ſunt leuia, mentis autem oculus acutior, vtpote nō turbatus damnoſo voluptatis fluore: ſpiritus quoque, ne ſuffocetur, ſufficientior: quando commodè poterimus hæc facere? num quando delicię, & ebrietas, & voracitas, & crapula: & alia quæ inde naſcuntur mala, regnant? Non videtis, quòd ij qui precioſos lapides in mari quærunt, nō ſedent iuxta littus maris, fluctus numerantes: ſed in profundum ſe demittūt, & vt ita dicam, quaſi in ipſos ſinus abyſſi deſcēdentes, aſſequuntur quod tāta opera exquirunt: quamuis quid magnæ vtilitatis vitæ huic attulerit illorum lapidum inuentio? Vtinam non magna damna & incommoda inferrent. Ex inſania enim iſta & rabie quę eſt in pecunias, innumera ſequi videmus mala. Attamen licet tanta inde naſcātur mala & damna, non eſt tamen quod grauet, ac deterreat eos qui in his occupati ſunt: ſed & laborem ſubeunt, & periculis ſe exponunt, vt inuenire poſſint quod quærunt. In diuinis autem ſcripturis, & in ſpiritualibus & precioſis illis lapidibus, neque periculū ſuſpicari licet, neque multus eſt labor, ſed lucrum ineffabile: tantum ea quæ noſtra ſunt cum alacritate afferamus. Gratia enim eſt parata, quærens eos qui ſe cum largitate ſuſcipiant. Ita enim ſe habet dominus noſter, q ſi viderit animam vigilem, & deſiderium feruens, & ipſe ſuas diuitias largiter ſuppeditat pro ſua magnificentia, vltrà etiam quàm petere audeamus. Hæc igitur cùm ſciamus dilecti, purificatis cogitatibus veſtris à ſecularibus negociis, & dilatata mentis veſtrę latitudine, magna alacritate ſuſcipite quæ à ſpiritu ſancto ſuppeditantur: vt ſicut terra craſſa & fœcunda multiplicetis concredita ſemina, & faciatis fructum, alius quidem centuplum, alius ſexagecuplum, alius trigecuplum. Audiſtis ſuperioribus diebus ineffabilē ſapientiam eius qui viſibilia hæc omnia fabricauit, & quo modo verbo ſolum & †præcepto omnia produxit. Dixit enim, Fiat: & factum eſt. Statimq; producta ſunt omnia elementa, & ſufficit verbum, vt ſubſiſtere poſſent omnia: non quoniā ſimpliciter erat verbū, ſed quia verbū dei. Memores eorum eſtote, quæ tunc à nobis mouebātur, contra eos qui ex præiacente materia res factas eſſe contendunt, & ad eccleſiaſtica ſcita, etiam ſua deliria afferre non verētur. Didiciſtis cuius gratia cœlum quidē perfectum, terrā autem informem produxerit. Duas enim tunc cauſas diximus: vnam, vt in elemento hoc potiori potentiam domini agnoſcens, non vltrà ambigas propter impotentiam illius factum eſſe: alteram quia terra mater & nutrix noſtra facta eſt, & ex ipſa paſcimur & ſumus, aliūſq; omnibus fruimur, & ad ipſam redimus: ipſa enim nobis eſt & patria, & ſepulchrum. Et ne quis ob vtilitatem & neceſſitatem illius maius aliquid de ipſa ſentiat, oſtēdit ipſam ab initio informem conditam: vt erudiamur per res ipſas, prædicta omnia non naturæ telluris aſſcribenda, ſed potius conditoris virtuti. Didiciſtis item, quo modo aquarum ſeparationem fecerit, producto viſibili hoc firmamento. Scitis, animantia & ex terra, & ex aquis edita. Hæc non abſque cauſa & temerè nunc charitati veſtræ cogor repetere: partim vt auditorum animis hæc magis inſideant, partim vt his qui tunc non affuere, nihil damni abſentia ſua attulerit; quia benignus pater etiam abſentibus filiis reliquias mēſæ reſeruat, vt cùm aduenerint, ex earum reſeruatione ſuam conſolētur abſentiam. Vnde & nos omnium qui huc confluunt, non minorem quàm membrorum noſtrorum curam gerentes, & profectum veſtrum noſtram exiſtimātes gloriam, cupimus omnes perfectos & conſummatos fieri in gloriam domini, & laudem eccleſiæ, & noſtram gloriationem. Et niſi moleſtum eſt, paucis charitati veſtræ & heſterna dicta cōmemorabimus. Vidiſtis quanta diuerſitate homo & creaturæ aliæ conditi ſunt. Audiſtis, quanto honore principem noſtri generis dignatus ſit: & in formatione ipſa, quo modo per verba dictionúmque craſſitudinem declararit honorem formando tribuēdum, dicens, Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecundum ſimilitudinem. Didiciſtis, quid ſit ſecundum imaginem, nempe quòd non ſit ſubſtantiæ dignitas, ſed dominij ſimilitudo: & quòd non ſecundum imaginem formæ, ſed ſecūdum rationem dominij dixerit: ideo & ſubdidit, Et dominētur piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis, & reptilibus terræ. Verum hic gentiles in nos inſurgunt, & dicunt, quòd cōpertum ſit hoc non eſſe verum. Nō enim dominamur feris, quemadmodum pollicitus eſt, ſed ipſæ nobis potius. Imò non verum eſt quod hi obiiciunt. Nam mox vt apparuerit homo, feræ fugam capiunt. Quòd ſi aliquando vel fame vrgente, vel nobis illas laceſſentibus ab eis damnum accipiamus, hoc non fit ideo, quòd illis in nos ſit imperiū, ſed ob noſtram offenſionem. Nā cum latrones nos inuadunt, ſi non negligamus, ſed in illos arma ſumamus, id nō ideo fit, quod imperiū in illos obtineamus, ſed quod noſtræ ſaluti proſpiciamus. Audiamus autē nunc quæ ſint dicta: Faciamus hominē ſecundum imaginem noſtrā, & ſecundum ſimilitudinem. Sicut imaginē dixit ob principatus rationem, ita & ſimilitudinē, vt pro viribus humanis ſimiles fiamus deo, manſuetudine (inquā) & lenitate, & virtutibus deo ſimiles efficiamur: quod & Chriſtus dicit, Similes eſtote patri veſtro qui eſt in cœlis. *Matt. 6. g.* Nam quemadmodū in terra hac ſpacioſa & lata, animantiū alia māſuetiora ſunt, alia ferociora: ita in latitudine animæ noſtræ, cogitationum aliæ ſunt magis pecuinæ & irrationales, aliæ ferociores & agreſtiores. Domandæ igitur illæ ſunt, & rationis imperio magiſtrandæ. Et quo modo quis cogitationem ferociorem compeſceret? Quid dicis homo? Leonibus imperamus, & animos eorum manſuetos facimus: & dubitas, num mentis ferociam in manſuetudinem mutare poſſis? Atqui natura beſtiæ feroces ſunt, & præter naturam manſuetæ: cōtra tu præter naturam ferox, natura autem mitis: & qui beſtiis id quod natura eis ineſt auferre, & quod eorum naturæ aduerſum, inſerere potes: id quod natura tibi præſtitit, conſeruare non potes? En quantam hoc cōdemnationem meretur? Iam quod his admirabilius eſt, leonum naturæ & alia quædam difficultas ineſt. Rationis enim participes nō ſunt, & nihilominus videmus ſæpe duci eos manſuetos per forum, multiq; ex officinis nummos, vt mercedem artis & induſtriæ, manſuetario numerant, quòd feram manſuefecerit: animæ verò tuæ ratio conceſſa eſt, & dei timor, & alia vndequaque adminicula: ne igitur

†placito

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne igitur prætextus, & causationes affer. Potes enim, si vis, mansuetus esse, & placidus & æquus. Faciamus, inquit, hominem secundum imaginem nostram, & secũdum similitudinem. Ad propositam quæstionem iterũ redeamus, Ostendit enim dictis illis, quod ab initio homo plenum & perfectum super bestias principatum habuerit. Dominétur enim, ait, piscibus maris, & volatilibus cœli, & feris & reptilibus terræ. Quòd autem nunc terrori nobis sint bestiæ, & timeam°, & dominio excidemus, neque ipse contradico. Verùm hoc nó arguit falsam dei promissionem. Nam ab initio res nó ita habebant, sed timebãt & tremebant *bestię & suspiciebãt dominum. Vbi autem per inobediẽtiam, libertatem & dignitatem nostram amisimus, etiã principatus noster mutilatus est. Subiecta enim homini animalia omnia fuisse, accipe ex scriptura, quæ dicit: Adduxit deus bestias, & omnia bruta ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Et cum videret iuxta se bestias, non resiliit: sed tanquam dominus aliquis seruis subditis nomina imposuit. Et omne quod vocauit Adã, inquit, hoc nomẽ est illi. Quod vtique dominij signum. Et deus volens per hoc docere ipsum *substantiæ suæ dignitatem, nominum impositionem illi permisit. Atque hæc quidem satis indicant, ab initio feras homini terribiles non fuisse. Est tamen aliud quiddã non minus: sed & hoc argumento manifestius. Et quod nam hoc? Colloquium serpentis cum muliere. Nam si terribiles fuissent hominibus bestiæ, mulier serpente conspecto non mansisset, neque consilium accepisset, neque †in tanto pauore illi loquuta fuisset: sed statim ad aspectum illius obstupefacta, profugisset. Verùm colloquitur, nec metuit: nondum enim erat timor ille: cæterum vbi peccatũ intrauit, ablata est hæc potestas & dignitas. Et quemadmodũ inter seruos fieri solet, vt probatiores: & honestiores conseruis terrori sint, qui autem deliquerunt, socios & seruos timeant: sic & de homine factum est. Nã salua manente illius in deum fiducia, terribilis erat & bestiis: vbi autem impegit, timere cœpit & conseruorum extremos. Quòd si quę dicimus non fers, demonstra tu mihi vbi terribiles ante peccatũ fuerint homini bestiæ? sed non poteris. Quòd autem postea subiit timor, etiam hoc diuinæ misericordiæ maximum argumentum est. Nam si postquam homo mandatum præuaricatus est, integer illius mansisset honor & immobilis, haud facilè à lapsu resurrexisset. Quandoquidem cùm obedientes & inobedientes pari dignitate fruuntur, maliciæ assuefiũt magis, nec facilè ab ea desistunt. Cùm enim nũc sub tot terroribus, pœnis & suppliciis non emendãtur: quales fuissent, si nihil passi essent graue pro suis delictis? atque ita principatus nobis à deo ob magnam nostri curam ablatus. Tu autem charissime, & inde misericordiam dei ineffabilem cõsidera, quo modo Adam totum mandatum subuerterit, & totam legem transgressus sit: misericors autem deus bonitate sua nostra vincens delicta, non omnem honorem abstulerit, neque toto deiecerit principatu: sed ea duntaxat animalia à nostra potestate alienauerit, quæ non multum ad huius vitæ vtilitatem nobis conducunt: quæ verò vitæ nostræ multum seruiũt, & vtilia & necessaria, ea in seruitute & subiectione sua reliquerit. Dedit itaque nobis boum armenta, vt aratrum trahamus, seramus, terram sulcemus. Dedit & subiugalium multa genera, vt nos adiuuent ad vtilia quæque conuehenda. Dedit ouium greges, vt haberemus quæ ad vestiendum nos sufficerent. Dedit & alia animãtium genera, vnde multa nobis suppeditantur commoda. Nam puniens hominem ob inobedientiam suam, dicebat: In sudore faciei tuæ vescaris pane tuo. Vt ne sudor & labor hic noster intolerabilis foret, sudoris molestias, & laboris onus alleuiauit iumentorum multitudine, quæ vnà nobiscum laborant, & molestias ferunt: idem faciens quod benignus & prudens paterfamiliãs, qui flagellato seruo, etiã curam quandam congruam flagellis adhibet. Nam vt condemnauit peccatorem deus, leniorem etiam condemnationem esse voluit: quia ad laborem & sudorem adiudicato, subsidiaria fecit multa brutorum genera. Atque ita, quòd honorem nobis dedit, & abstulit: & bestiarum nobis metum immisit, & omnia (si quis diligenter & cordatè inquirat) offendet plena sapientiæ, prouidentiæ & misericordiæ. Quocirca pro his omnibus gratias ei agamus, qui tanta in nos beneficia collocauit. Neque enim graue aliquid & onerosum à nobis requirit: sed solum vt testemur & fateamur beneficia sua, & pro his gratias referamus: non quòd ipse his egeat qui sufficientissimus est, nullâque re indiget: sed vt nos discamus authorem bonorum diligere, & non ingrati simus, sed dignam tantis beneficiis & prouidẽtia virtutem afferamus. Nam sic ipsum ad maiorem nostri solicitudinem prouocabimus. Oro igitur, ne desides simus, sed vnusquisque pro virili supputet apud se singulis horis, non solum communia beneficia: sed & priuata in se collata: non ea tantum quæ omnes fatentur, & quæ omnibus manifesta, sed & propria ac plerosque latentia. Sic enim ad continuam gratiarum actionem domino referendam incitabimur. Hoc maximum sacrificium, hæc perfecta oblatio est, hoc fiduciæ nostrę ad deum argumentum. Et quo modo dico? Qui hæc continuò io mente sua versat, & suam tenuitatem agnoscit, & eminentem diuinam misericordiam cogitat: quo modo res nostras gubernans & dispensans, non attendat quid mereantur nostra peccata, sed ad suam bonitatem: is nimirum mentem humiliat, cor conterit, omnem fastum & arrogantiam castigat: discit modestè agere, contemnere præsentis vitæ gloriã, ridere visibilia omnia, cogitare futura vitæ immortalis bona. Qui autem sic afficitur animo, verum & acceptũ sacrificium deo offert, sicut propheta dicit: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Cordatos enim famulos non tam pœnæ & supplicia emendant, vt beneficia & agnoscere quòd non iuxta delictorum merita pœnam luerint. Conteramus igitur pectus nostrum, humiliemus (obsecro) mentem, & maximè nunc cùm hoc ieiunij tempus multa nobis præbet subsidia. Nam si ita affecti fuerimus, poterimus & magna †sobrietate preces facere, & cõfitentes peccata multum gratiarum supernè obtinere. Et vt sciatis tales animas deo placere, audi ipsum dicentem, Ad quem respiciam, nisi ad humilem & quietum, & tremeetem sermones meos? Idcirco & Christus dicit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Nam qui verè seipsum humiliat, nunquam poterit ira commoueri, & proximo succensere: quia anima eius in sui consideratione occupata est & humiliata. Anima autẽ quæ sic se habet, quid esse posset beatius? Quicũque talis est, is in portu continuo sedet ab omni tẽpestate liber, & oblectatur in cogitationũ tranquillitate. Et ideo Christus dicebat, Et inuenietis requiem animabus vestris. Itaque sicut qui affectiones illas sopit, multa requie fruitur: ita deses & supinus, & qui nequit seipsum, vt decet, moderari,

*Θηρία, feræ, bestiæ noxiæ

*ἐξουσίας, id est potentiæ, auctoritatis, alij legisse videtur ἕξεως

†cum tanta securitate

Gen. 3.c.

Psal. 50.

†attẽtione

Esa. 66.a.

Matt. 11.d.

moderari, perpetuò perturbationibus, & affectionibus obnoxius est: domi bellum habet, nemine persequente turbatur, & grauem sustinet tempestatem. Et propterea fluctibus se eleuantibus, & exorientibus malorum spirituum procellis, sæpe naui ob imperitiam gubernatoris demersa, simul ipse submergitur. Proinde decet nos esse sobrios & vigiles, & perpetuam indesinentemq; animæ nostræ solicitudinẽ habere. Christiani enim est aduersus concupiscentias carnis semper in acie stare, & leges domini nostri nobis datas, semper in auribus sonare, & his muniri, & illius lõganimitate non abuti: & nõ expectare, vt re ipsa iræ illius periculũ faciamus, & tunc
Psal.77.d. coërceamur, vt ne & de nobis dicatur, Quando occidebat eos, tunc inquirebant eum. Charissimi, adiumento nobis nunc est ieiunij tempus, omnes ad confessionem peccatorum nostrorũ festinemus, & ab omni quidem malicia abstineamus, exerceamus autem virtutes
Psal.36.a. omnes. Nam sic & beatus Dauid docet, dicens: Declina à malo, & fac bonum. Quòd si in hunc modum vitam nostram instituerimus, & abstinentiæ ciborũ abstinentiam à malis adiunxerimus, poterimus & nos magna fiducia frui, & vberiorem à deo misericordiã assequi, & in præsenti vita, & in futuro illo die terribili, precibus & intercessionibus eorum, qui deo maximè placuerunt: gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperiũ, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Exhortatio ad eos quos pudet post cibum sumptum accedere concionem vespertinam: & in reliquum textum post, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: Et de his verbis, Et fecit deus hominem, secundũ imaginem dei fecit illum: masculum & fœminam fecit illos.

Homilia decima.

QVidnam sibi vult, quòd minor est hodie vester conuentus, & infrequens theatrum eorum qui ad nos confluunt: Fortassis aliqui embuerunt, post carnalem mensam ad spirituale hoc venire conuiuiũ. Et hæc ipsis est absentiæ causa. Sed au-
Eccl.4.c. diant sapientem quendã dicentem: Est cõfusio quæ inducit peccatum, & est cõfusio adducens gloriã & gratiam. Non est confusione dignum, eum qui corporalis mensæ particeps fuit, quòd veniat ad spirituale conuiuium. Nõ enim vt humanæ res, ita & spirituales ad definita tempora distinctæ sunt. Sermoni enim spirituali omne diei tempus idoneum fuerit. Et quid dico diei tempus? Neque si nox ingruat, spiritualem doctrinam impedit. Propterea & Timotheo dicebat Paulus, scri-
2.Timoth. 4.a. bens: Insta tempestiuè intempestiuè: argue, increpa, obsecra. Et iterum audi beatũ Lucam, dicentem: Discessu-
Act.20.b. rus crastino Paulus à Troade, disserebat eis, & sermonẽ produxit vsque ad mediam noctem. Nunquid tempus obfuit dic quæso: num propterea doctrinę sermo impe-
**ὀνήφων. sobrius, attentus, vigilans.* ditus? *Sobrius auditor etiã pransus, spirituali cõuentu dignus est. Itaque sicut supinus & deses, etiamsi ieiunus permaneat, nihil inde vtilitatis capiet. Et hęc dico, non vt ieiunij rigorem soluam. Absit, nam multum laudo, proboq; ieiunantes: sed vt doceam, sobrio quodã modo, non consuetudine ad spiritualia esse accedendum. Non enim turpe fuerit, eum qui cibum antea accepit, adesse spirituali sermoni: sed ignauo animo adesse, & ab affectionibus vexari, & carnis lasciuias non comprimere. Num comedere malum? absit: sed gula damnosa est, & impleri plus quàm satis, & disrumpere ventrem: id quod ipsam etiam, quæ ex cibo haberi potest, voluptatem offendit. Itaque nihil mali est, vinum ad mensuram bibere, sed ebrium fieri, & intemperantia, rationis subuertere iudicium. Etenim dilecte, si ob corporis imbecillitatem non potes ieiunus diem producere, nullus qui sapit propter hoc te arguere poterit. Dominũ enim habemus māsuetum & misericordem, & nihil supra vires nostras à nobis exigentem. Neque enim ieiunium & abstinentiam simpliciter à nobis exigit: neque hoc ipsum, vt ieiuni solummodo permaneamus: sed vt à secularibus operibus nos abdicantes, omne nostrum ocium in spiritualia collocemus. Nam si sobria mente vitã nostram instituueremus, & quicquid ocij datur, in spiritualia impenderemus: & cibos ita sumeremus, vt tantum satiaremur quantũ vsus exigit, & vitam omnem in bonis operibus dispensaremus, iam nullo opus esset ex ieiuniis adiumento. Sed quia negligens est humana natura, & deliciis gaudet, & relaxationes quærit: idcirco misericors pater, & dominus hanc ex ieiunio medicinam excogitauit, vt & delicata è medio tollantur, & secularium curam ad spiritualia opera transferamus. Si igitur sunt aliqui præsentes, quos corporis vetat infirmitas ieiunos & impransos permanere: eos hortor vt corporis infirmitatem curent, & spirituali hac doctrina non solum non priuentur, sed & pransi plus exhibeant studij. Sunt enim sunt profectò viæ, quibus fiduciæ ad deum ianuæ aperiri possunt multo maiores quàm ciborum abstinentia. Igitur qui cibũ accipit, & ieiunare non valet, largiorem det eleemosynam, feruẽtior sit in precibus, maiorem habeat alacritatem in audiendis diuinis eloquiis, in quibus corporis infirmitas nihil obstare potest: inimicis reconcilietur, omne odium & vindictæ cupiditatem ex animo effuget. Qui hæc fecerit, verum ieiunabit ieiunium, quod à nobis potissimum exposcit dominus. Propter hæc enim hanc à cibis abstinentiam fieri præcipit, vt refrænantes carnis lasciuias, eam obedientem faciamus, & ad mandata dei implenda sequacem. Quòd si ob infirmitatem corporis subsidium hoc, quod ieiunium præstat nobis, adhibere nolumus, & desidiæ deditiores sumus, maxima nobis ipsis dãna afferimus. Nam si ieiuniũ ahsentibus aliis prædictis operibus nihil nobis prodest, quãto negligentiores erimus si etiã ieiunij pharmacũ nobis defuerit? Proinde scientes hæc, oramus vos, qui ieiunare valetis, vt ipsi quantũcunque possibile, bonam & laudatam hanc vestram intendatis & augeatis prõptitudinem. Quanto enim externus noster homo corrumpitur, tanto internus renouatur. Ieiunium enim corpus comprimit, & lasciuias inordinatas refręnat, animam autem clariorem efficit, & sublimem & leuem facit. Fratres quoq; nostros, quotquot ob corporis valetudinem ieiunare nequeunt, exhortemini ne propterea spiritualem hanc mensam relinquant: & ad illos referte quæ à nobis didiceritis, docentes quòd mediocriter pransus nõ indignus sit hoc auditorio, sed deses & dissolutus. Et dicite eis apostolicũ hoc dictum: Et
Rom.14.b. qui manducat, domino manducat: & qui non manducat, domino non manducat & gratias agit deo. Igitur qui ieiunat, gratias agat domino, qui vires ei tribuit ad ferendos ieiunij labores: Et qui manducat, iterum gratias agat deo, quia hoc nihil ipsum offendere potest, qui minus animę salutem agat: modò velit. Neque dici potest, quot nobis vias pararit misericors dominus, per quas, si volumus, summam fiduciam assequi licet. Hæc propter absentes dixisse contenti simus, vt tollatur eis confusionis occasio: & sciatur, quòd nõ oportet propter hoc confundi. Neque enim comedisse, confusionem nobis affert, sed mali quidpiam egisse. Peccatum magna

confusio

Universidad de Deusto
Biblioteca

confusio est: si hoc admittimus, non solùm erubescere debemus, sed & nos occultare, & miseros dicere, nos ipsos non minus quam qui offenderunt: imò neque tunc despondere animum, sed ad confessionem & gratitudinem festinare debemus. Is enim est dominus noster, vt nihil aliud requirat, admisso peccato, si quãdo per ignauiam delinquimus, quàm vt errata confiteamur, nec vltrà progrediamur, nec in eadem recidamus. Cæterùm quum cibo nostræ mensuræ congruo vtimur, non opus vt erubescamus. Nam dominus nos tali corpori cõiunctos esse voluit, quod alioqui consistere nequit, nisi cibo pascatur, tantum intemperantia ne admittatur: id quod nobis ad sanitatem, & corporis bonam habitudinẽ plurimum conducit. An nõ videtis quotidie, ex sumptuosis mensis, & immodica ingluuie infinita morborũ genera induci? Vnde podagræ? vnde capitis dolores? vnde corruptorum humorũ abundantia? Vnde innumeri alij morbi? nónne ab intẽperantia, & largiore vini ingurgitatione: quàm oportet? Nam sicut nauis, quæ aquis ita impletur, vt exhauriri nequeat, statim submergitur: ita & homo quando crapulæ & ebrietati seipsum exponit, in præceps vadit, & rationem suam submergit: denique iacet quasi vinum cadauer, ad mala quidem operanda sæpe potens, ad bona autem omnia nihil se melius habens quàm mortui. Idcirco obsecro, vt secũdum
Roma.13.d beatum Paulum, carnis curam ne agatis ad cõcupiscentias, sed vt possitis subsistere & maiori alacritate rebus spiritualibus operam dare. Hæc omnia fratribus vestris dicite, & persuadete, ne vnquam spirituali hoc alimento se priuent: sed & si pransi sint, veniant omni cum alacritate: vt accepta hic spirituali doctrina, diabolicis insidiis fortiter resistere possint. Cæterùm vobis consuetam spiritualem mensam nos apponemus, charitatis vestræ in audiendis diuinis studium sic remuneraturi, & debitum quod promisimus exoluturi. Scitis enim omnino, & meministis, quòd de hominis formatione dicere cœpimus, & angustia temporis præpediti, lectionem totam perficere non valentes, in doctrina de ferarum vtilitate finem fecimus: ostendendo quòd homo propter inobedientiã à principatu, quẽ prius super eas habebat, exciderit. Vnde hodie quod reliquum est, absoluemus, atque ita hinc vos dimittemus. Et vt manifestior sermo noster sit, operæprecium meminisse, vbi tũc missum fecerimus sermonem: vt inde facto initio, quæ reliqua sunt impleamus. Vbi igitur missum fecimus? Vbi diximus de illis verbis, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem, & dominentur piscibus maris, & volucribus cœli. Quia tunc sermo prolixior fuit, & natum est nobis pelagus quoddam sententiarum, nec concessum vt vlterius progrederemur, sed subsistendum ibi erat, & sic sequentia non attigimus. Vnde nunc necessarium, vt charitati vestræ
†sint eaque sumus inuenturi. quæ sequuntur, legantur: vt scire possitis quæ nam †vobis dicturi simus.]Statim igitur diuina scriptura subdit:

Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit illud. Masculum & fœminam fecit illos. Et benedixit illis deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & implete terram, & dominemini ei: & dominemini piscibus maris, & volatilibus cœli, & omnibus pecoribus, & omni terræ, & omnibus reptilibus repentibus super terram. Breuia sunt verba, sed magnus recõditus thesaurus in tam breuibus verbis. †Spiritu enim loquens beatus hic propheta, nunc nos arcana quædam docere vult. Nam postquam dixit, Faciamus hominem & consilium, & vt ita dicam, studium adhibuit omnium opifex, †vt ipsa formandi figura hominis] dignitatem ostenderet, & ante

† Spiritualia.

†vthoc schemate formandi hominis] ὅρα & χαρακτῆρα.

A formationem etiam doceret, quantum principatũ formando homini daturus esset. Itaque vt dixit, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: subdidit, Et dominentur piscibus maris. Vide quo modo statim ab initio latentem nobis thesaurum demõstrat. Spiritu enim loquens propheta, & quæ nondum subsistebant, quasi subsistentia & facta videt. Quare ergo, dic obsecro, vt dixit, Faciamus hominem: nunc dicit, Et dominentur? Occultum nobis sacramentum hic iam consequenter declarat, Qui dominentur: mulieris videlicet innuens formationem hoc dixit. Vides quo modo nihil est in diuinis literis temerè & absq; causa positum: etiam verbum quod fortuitũ videri posset, magnum thesaurum in se latentem continet. Et ne
B mireris quod dictum est. Mos enim hic est prophetarũ omnium, de nondũ factis vt de factis loqui: quia mentalibus oculis videbant, quæ post multorum annorum curricula erant futura: & idcirco quasi nunc ob oculos posita spectarent, ita narrabant. Et quò manifestè hoc scias, audi beatũ Dauid dicentem, & ante tot secula vaticinantem de cruce Christi, & clamantem: Foderunt *Psal.21.d.* manus meas, & pedes meos. Et iterum: Diuiserũt vesti- *Ibidem.* menta mea sibi. Vides quo modo post longum tempus futura, quasi iam facta prædixit? Sic & beatus ille propheta iam insinuans nobis mulieris formationẽ, ænigmaticè & obscurè dicit, Et dominentur piscibus maris. Et progressus vltrà manifestius inquit: *Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit illum, masculum & fœminam fecit illos.* Animaduerte quanta vsus est diligentia, semel
C atque iterum idem dicens, vt in mentibus auditorũ bene reponi possint quæ dicuntur. Nam nisi hoc ei curæ fuisset, sufficiebat dicere, Et fecit deus hominem: sed iterum apponit, Secundum imaginem dei fecit illum. Postquam enim nos docuit per præcedentia, quid sit secundum imaginem: denuò ea de causa hic eundem repetit sermonem, & dicit: Secundũ imaginem dei fecit eum. Et vt ne impudentem quidẽ defensionis prætextũ relinquat ecclesiæ dogmata impugnare volentibus, paululum progressus idem iterum docet, quòd ideo imaginis nomine vsus sit, quòd imperaturus, & sub se creaturas omnes habiturus esset. Iam videamus quid dicit: Et fecit deus hominem: secundũ imaginem dei fecit illum, masculũ & fœminam fecit illos. Id quod suprà insinuauerat dicens, Et dominentur: hic manifestius dixit, idipsum tamen reconditiori modo nos docens. Nondum enim de formatione docuerat, neque dixerat, vnde mulier producta. Masculum, inquit, & fœminam fecit illos. Vidisti quo modo, quod nondum factum, quasi iam factum narrauit? Tantum valent oculi spirituales. Neque tantum prẽstare possunt corporales illi oculi
D qui visibilia cernunt, quantum oculi spiritus, qui ea quæ non videntur neque subsistunt, videre possunt. Igitur vt dixit, Masculum & fœminam fecit illos: quasi vtriq; benedictionẽ darer, dicit: Et benedixit illis deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & implete terram: & dominemini illi, & imperate piscibus maris. Ecce quàm eminens benedictio. Nam hoc, Crescite & multiplicamini, & implete terram: etiam de brutis animalibus, & reptilibus dictum est. sed, Dominemini & imperate: de viro & muliere dictum. Vide misericordiam domini. Antequam mulierem producat, participem illam facit imperij, & benedictionis honore dignatur. Et imperate, ait, piscibus maris, & volatilibus cœli, & omnibus pecoribus, & vniuersæ terræ: & omnibus reptilibus quę repunt super terram. Vidisti inenarrabilẽ potestatem? Vidisti

principatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

principatus magnitudinem? Vidisti cõdita omnia sub huius potestatem redacta? Nihil posthac mediocre de rationali hoc animante imagineris, sed cogita honoris magnitudinem, & domini erga illud beneuolentiam, obstupescens illius immensam & indicibilẽ misericordiam. *Et dixit deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, quod est super terram: & omne lignum quod habet in semetipso fructum seminis sativi: vobis erit in cibum, & omnibus feris terræ, & omnibus volatilibus cœli, & omni reptili repenti super terram, quod habet in semetipso animam vitæ, & omnem herbam viridem in cibum. Et factum est sic.* Vide obsecro charissime, verborum diligentiam, & ineffabilem dei misericordiam, & ne quid dictorum simpliciter prætereas. Et dixit, inquit deus, Ecce dedi vobis omnẽ herbam satiuam: quasi ad duos seruo sit, quanuis nondum muliere producta. Deinde vt discas excellentem eius bonitatem, vide quo modo eminentem bonitatem, & miram liberalitatem non in viro & muliere nondũ formata solum declaret, sed & in ipsis brutis. Nam vt dixit, Vobis erit in cibum: subdidit, Et omnibus bestiis terræ. Vide iterum aliam abyssum misericordiæ, non solum brutis domesticis, & nostro vsui seruientibus, vel pascendo, vel ministrando, sed & feris prospexit. Et quis pro dignitate attigerit immensam illam bonitatem? Vobis erit in cibum, inquit, & omnibus bestiis terræ, & omnibus volatilibus cœli, & omni reptili repenti super terram, quod habet in semetipso animam vitæ, & omnem herbam viridem in cibum. Magna domini erga hominem, quem condidit, ostenditur cura. Nam postquã ipsum produxit, & omne ei dominiũ creaturæ tradidit: vt ne statim ab initio iumentorum multitudinẽ videns, stomachari possit, quasi non sufficeret ad alenda tot & tanta animalia: priusquam de hoc cogitaret, bonus deus præueniendo demulcet eum (vt ita dicam) & ostendit quòd tam ipse quàm iumenta & bruta omnia, præcepto domini omnem copiam terra suppeditante sit habiturus. Nã postquam dixit, Erit vobis in cibum: mox subiunxit, Et omnibus bestiis terræ, & volatilibus cœli, & omni reptili repenti super terram, quod habet in semetipso animam vitæ, & omnẽ herbam viridem in cibum. Et factum est ita. Omnia quæcunque imperauit conditor, inquit, opere perfecta sunt, & omnia in congruo ordine sunt constituta, propterea statim subdit: Et vidit deus omnia quæcunque fecit, & ecce bona valde. Quis pro dignitate laudarit diuinæ scripturæ diligentiam? Ecce enim & hic verbo vno (dicens: Et vidit deus omnia quęcunque fecit) linguam omnium contradicere conantium compescuit. Et vidit deus, inquit, quæcunque fecit, & erant valde bona. Et factum est vesperum, & factum est mane dies sextus. Quoniam de vnaquaque creatura dicebat: Et vidit deus quoniã bonum: nunc quando omnia cõpleta sunt, & diei sexti opera finem acceperunt: & qui creaturis omnibus fruiturus erat, productus est, inquit. Et vidit deus omnia quæcunque fecit, & ecce valde bona. Considera quo modo creaturas omnes verbo, omnia, simul complexus, omnes simul magna laude prosequutus est. Neque enim, vt dixit, omnia, contentus fuit eo verbo: sed subdidit, Quæcunque fecit. Et neque hæc tantum dixit: sed, Et ecce bona, & valde bona. Igitur cùm deus, qui res ex nihilo vt essent produxit, eas bonas & valde bonas dicit: quis tam insanus, vt vel os aperire, & contradicere dei verbis audeat? Quoniam enim in visibilibus nõ solum lumen condidit, sed & tenebras aduersas luci: & non solum diem, sed & noctem contrariam diei: & in seminibus quæ ex terra nascuntur, nõ solum herbas vtiles, sed & pernicioſas: & arbores, non solum fructuosas, sed & infructuosas: & animalia, non solum mansueta, sed & syluestria & truculenta: & in his quæ aquæ produxerunt, non solum pisces, sed & cete, & alias marinas beluas. Et terra, non solum habitabilis est, sed & inhabitabilis. Et nõ solum planicies sunt & campi, sed etiam montes & colles. Et inter aues, non solum domesticæ & altiles, sed & feræ, † nullumq; commodum † *& imper* se afferentes,] & milui & vultures, & aliæ quædam. *munda* Præterea in his quæ terra profert, non sunt tantũ mansueta & innoxia animalia: sed & serpentes & viperæ & dracones & leones & pardi. Quin & in aëre nõ solum pluuiæ & venti vtiles, sed & grãdines & nues. Et si quis singula pertractare vellet, multa in vnaquaq; creaturarum inueniet, quæ non solum non vtilia, sed & nociua existimentur. Et ideo vt nulli posthac liceat ob creaturas accusare conditorem, & dicere, Quare hoc & hoc? ad quid istud? hoc bene factum est, hoc non bene: sacra scriptura omnes ingrate obloqui, vt ita dicam, tentantes compescitura, sexto die absolutis creaturis omnibus, inquit: Et vidit deus omnia quæcunque fecit, & ecce valde bona. Quid igitur, obsecro, par fuerit tam fidelibus testimoniis? cui iustius fides habenda, quàm conditori, qui ipse calculum suum affert, & dicit. Omnia quæcunque facta sunt, bona sunt, & valde bona? Quocirca cùm videris aliquem, qui suis rationibus motus, obloqui diuinæ scripturæ audet, eum quasi insanum auerſare: imò ne auerseris, sed misertus ignorantiæ eius, cita quod ait diuina scriptura, & dic: Vidit deus omnia quęcunque fecit, & dixit, Ecce valde bona. Fortassis indomitam illius linguam continere poteris. Nam si in humanis rebus, cùm videmus viris grauibus ea quæ fiunt probari, calculo illorum non obsistimus, sed adstipulamur, & illorum sententiã proprio iudicio & operi præferimus: quanto magis in his visibilibus, quæ à deo omnium opifice facta sunt hoc fieri oportet, præsertim cùm ab ipsomet suã de his acceperimus sententiam? Proinde sopiantur rationes nostræ, & nihil illi vltrà præferatur: idoneis autẽ & crebris argumentis persuasum sit, quòd omnia ratione quadam & misericordia ab eo producta sint, & in summa nihil temerè & absque causa factum. Verùm licet nos, ob nostræ rationis imbecillitatẽ, ignoremus factorum causam: ipse tamen iuxta suam sapientiam & potẽtissimam misericordiam omnia produxit. Et factum est, inquit vesperum, & factum est mane, dies sextus. Fini diei sextæ etiam finem formandi creaturas addidit, & propter hoc subdit & dicit, *Et perfecta sunt cœlum & terra, & omnis ornatus eorum.* *Cap. 2.* Contidera quàm nihil sit superfluum, nihilq; non amabile in diuinis literis. Postquam elementorum cuncta complectentium meminit, non vltrà particulatim commemorat, sed vt dixit: Perfecta sunt cœlum & terra, inquit, & omnis ornatus eorum. Quo significat, omnia & quę in cœlo, & quæ in terra. Ornatus enim terræ sunt ea quæ ab illa proferuntur, vt herbarum germina, fructuum prouentus, arborum fructus, aliaq; omnia quibus illam deus ornauit. Ornatus autem cœli, sol, luna, stellarum varietas, creaturæq; omnes intermediæ. Et idcirco sacra scriptura, cœlum terramq; commemorans, omne dei opificium per hæc elementa complectitur. Et perfecit, inquit, deus die sexto opera sua quæ fecit. Considera quo modo semel & iterũ idem dicit, vt discamus quòd intra sextum diem absoluta sunt omnia. *Et perfecit*, inquit, *die sexto opera sua quæ fecit. Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis: quæ fecit.* Quid est, quod dicit, Requieuit deus die septimo

Per hãc dictionẽ omnia, omnes creaturas cõplectitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

septimo ab operibus suis quæ fecit? Vide quo modo humano more,& quadam attemperatione ad nostram imbecillitatem diuina scriptura loquitur: alioqui nisi hac ratione vsa fuisset, non possibile erat vt aliquid dictorum suorum intelligeremus. Et requieuit, inquit, deus die septimo ab omnibus operibus suis, quæ fecit. Quasi diceret, Substitit, & cessauit à formādis producendisq; ex nihilo rebus vt essent. Omnia enim quæcūque oportebat, produxerat: & eum qui his fruiturus erat,formauerat. *Et benedixit*,inquit,*deus diem septimum, & sanctificauit illum, quia in illo requieuit ab omnibus operibus suis, quæ cœperat deus facere*. Nam postquam substitit opifex, & omnia quæcunque voluit, secundū misericordiam suam produxit in mediū suo præcepto, tunc finem formandi fecit die sexto. Nihil enim aliud die septimo producere voluit, eo ꝙ omnia quæ facere voluerat, iam perfecta erant. Et vt habeat etiam dies ille prærogatiuam aliquam, & ne videatur minus aliquid habere, eo ꝙ nihil in eo factum sit,benedictione ipsum dignatus est.Et benedixit, inquit,deus diem septimum, & sanctificauit illum. Quid igitur, non erant & cæteri dies benedicti? Etiam profectò, sed sufficiebat *illis* pro omni benedictione, quòd in singulis illis creaturæ productæ fuerūt. Et ideo de illis non inquit, Et benedixit:in solo autem septimo hoc dixit, & apposuit: Et sanctificauit illum. Quid est, & sanctificauit illum? ab aliis illum segregauit. Deinde docens nos diuina scriptura causam,propter quam dixit, Et sanctificauit illum: adiicit, eo quòd in illo requieuerat ab omnibus operibus suis,quę cœperat deus facere.Iam hinc ab initio doctrinam hanc nobis insinuat deus, erudiēs in circulo hebdomadis diem vnum integrum segregandum, & reponendum in spiritualem operationem. Quippe ob hoc dominus completo in sex diebus opificio suo, septimum benedictione dignatus est & sanctificauit, eo quòd in illo quieuerat ab omnibus operibus suis quæ facere cœperat. Verūm hic iterum video immensum nobis *sententiarum pelagus nasci,quod simpliciter præterire nolim,quin & vos harum spiritualiū mercium participes fieri cupio. Quę igitur illa est,quę hinc existit quæstio,diuina scriptura hic dicente,quòd deus requieuit ab operibus suis,in euangeliis Christus inquit, Pater meus vsque nunc operatur,& ego operor,non videntur tibi ex verborū prolatione hæc dicta esse cōtraria? sed absit. Nihil contrarium in sacris scripturis continetur. Nam hic quidem, cùm scriptura dicit, Quòd requieuit deus ab operibus suis: docet nos quòd à formando,& ex nihilo res vt essent producendo,requieuerit die sexto: Christus autem dicens, Pater meus vsq; hodie operatur, & ego operor: continentem suam prouidentiā nobis declarat,& operationem vocat conseruationem factorum, quibus largitur vt permaneant, †dum totum gubernat mūdum.] Nisi enim hoc esset,quo modo vniuersum subsisteret ac duraret, non gubernante & dirigente superna manu, cùm visibilia hæc omnia,tum humanum hoc genus? Et si quis voluerit prudēter & speciatim inspicere omnia, quæ quotidie in nostrum beneficium ab omniū opifice perficiūtur,abyssum inueniet misericordiæ. Quis enim sermo, quæ mens ad indicibilem hanc bonitatem pertingere poterit, quam humano generi perpetuò ostendit: oriri faciens solem suum super malos & bonos, & pluens super iustos & iniustos, omnemq; aliam copiam suppeditans:Fortè prolixius quàm oportebat,sermonē, produximus: verūm hoc non absque ratione:neque temerè factum est:sed vt absentes ex vobis discant,quantum sibimetipsis damni fecerint, ob corporalem cibum semetipsos à spirituali cibo subducentes. Cæterùm ne valde contristentur, fraterna illos benenolentia prosequamini, recensentes his quæ à nobis dicta sunt. Hoc enim germanæ charitatis argumentū. Nam si inter magna charitatis indicia habēt,qui ita de sensibilibus eduliis hoc faciunt:multo magis in spiritualibus hoc agendo, magnā nobis laudem paramus,reditq; ad nos ipsos vtilitas. Nam cuius studiū est docere proximum,is non tam illi benefacit, quàm sibiipsi magnam mercedē parat, duplicię augetur lucro, dum maiorem à deo retributionem assequitur, & dum fratrem docere aggreditur, docendo interim sibiipsi memoriā eorum quæ audiuit renouat. Igitur cogitantes tantū lucrum vestrum, ne inuideatis fratribus vestris, sed à vobis discant quæ nunc à nobis dicuntur. †Vt autem plenius doceantur,] ducite illos ad nos, persuadentes ipsis, quòd nihil obest spirituali mensæ, si præcedat corporalis cibi sumptio: sed haberi debet omne tempus spirituali sermoni idoneum.Hæc si rectè tenemus,poterimus & domi versantes, ante & post conuiniū acceptis in manus diuinis libris, vtilitatem inde capere, & spirituale cibum animæ præbere. Nam sicut corpus indiget sensibili cibo, ita & anima quotidiana spiritualiū ciborū refocillatione: vt roborata aduersus carnis insultus & cōtinuum bellum, quo vrgemur, resistere possit, quod periculum sit, ne in seruitutem redigatur anima, si vel parū desides esse voluerimus.Proinde propheta Dauid beatum *illum* dixit: qui in lege domini meditatur die ac nocte. Et beatus Moses Iudaici populi doctor dicit, Cùm comederis & biberis, & satiatus fueris, memor esto domini dei tui. Vide, quo modo & tunc potissimū congruit, post sumptum corporalem cibum, spirituale conuiuium proponi:vt non post satietatem cibi corporalis,anima torpere & deses fieri incipiens,in perniciem aliquam ruat, & locum det diaboli machinationibus,qui nullo nō tempore obseruat num ferire cōmodè queat.Et iterum alio loco dicebat idem ille propheta, In lecto cubantes & exurgentes mementote domini dei vestri. Vidisti quòd nunquam vos deceat hanc memoriam ex anima vestra excludere, sed insculptam in conscientia habere, ac in perpetuo certamine viuere nullasq; vnquam admittere inducias: imò vt bene scientes, quantus sit furor inimici nostri erga nos, sobrios esse & vigilare, & omnes illius insidias impedire,& nunquam spiritualem negligere alimoniam? Hæc nostra salus est, hæ spirituales diuitiæ, hæc securitas, si sic nos ipsos quotidie munimus & per lectionem,& per auditum,& per spirituale verbum. Poterimus enim sic etiā ipsi inuicti fieri, & maligni dæmonis technas eludere, cœlestiaq; regna assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Quod oporteat mediocritatem seruare,& virtutem magnifacere sanctosq; imitari: qui cùm eiusdem cuius nos naturæ essent, eam exacte præstiterunt. Et quod si segnes fuerimus,nullam excusationem habeamus.

Homilia XI.

SCIO quòd superioribus diebus mentem vestram grauioribus sententiis intenderim, & exercuerim, eam ob rem hodie animus est facilioré proponere doctrinam.Nam sicut corpus ieiunio emaceratum nonnulla indiget refocillatione, vt rursum vigescenti alacritate ad ferendos ieiunij labores redeat: ita & anima vestra remissione indiget & quiete.

νοημάτων i. sententiarum, cogitationū, intellectuū, sensuum.

Ioan.5.c.

†*dū ea perpetuo gubernat*] *interpres* ꝓ *χρόνον, legisse videtur, κόσμον.*

Matt.5.g.

Psal.1.a.

Deut.8.b.

†*ne autem posthac vestro beneficio obnoxij hæc discāt.*

& quiete. Neque enim semper intendere, neque semper remittere oportet: sed nunc hoc nunc illud faciendum, ad regendum animæ statum, & domandam carnis petulantiam. Nam sicut semper intentũ esse laboribus dolorem affert, & succumbere facit: ita subinde remittere, ad ignauiam inducit. Id quod & in anima & in corpore vsu euenire, videre quis potest. Propterea modus vbique bonus est. Quod erudiens nos omniũ deus, † & per creaturas suas nostram harmoniã temperauit.] Discere hoc licet à die & nocte, hoc est à luce & tenebris. Quãdoquidem diem segregauit in opus humanæ naturæ, & noctem in requiem & remissionem laborum: mensuras q; & terminos vtrisq; præfixit, vnde nobis beneficia quædam prouenirent. Nam & lux, diurnæ operationis est tẽpus, de quo audi Dauid dicentẽ: Egredietur homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Et bene, inquit. Vsq; ad vesperam: nam ingruẽte vespere lux abscedit, & succedentes tenebræ humanam naturam sopiunt. Et corpus quod laborauerat quiescere faciunt, ac sensus omnes remittunt: & quasi nutrix optima, sensoriis omnibus quietem à laboribus fatigationibusq; concedũt. Cùm verò mensura noctis impleta fuerit, appropians lucis aduentus excitat, & facit vt reuigescentes subtilioresq; facti sensibus, ad solis radios feruenti & iuuenili quadam promptitudine cõsueta aggrediantur opera. Illud etiam in anni versionibus & partibus fieri cernimus. Hyemem enim excipit ver, & exactæ æstati succedit autumnus: vt per vicissitudinem temporũ & mutati aëris, quiescentia corpora nostra neque frigore nimium congelata corrumpantur, neq; caloris vehementia nimium calefacta dissoluantur: & vt ad hoc nos præparet, hyemi præmittit autumnũ, & æstati, ver. Quòd si quis prudenter hæc omnia secum expenderit, inueniet in omnibus creaturis ordinem & rationem quandam, & nihil temerè & absque ratione factũ. Hoc & in seminibus, quæ ex terra nascuntur, quis videre potest. Neque enim omnia eodẽ tempore tellus profert, neque omne tempus ad excolenda terræ germina idoneum est. Nouit agricola congruum tempus, quod à sapientia à deo data habet, quando serendum, quando plantandæ arbores, quando vites terræ finibus concredendæ, quando ad messem acuendæ falces, quando decerpendi vinearum fructus, & botri demendi, quando & oliuarum baccæ colligendæ. Et inuenies, si hæc omnia diligenter volueris inquirere, magna sapientia etiã agricolas esse præditos. Iam non solum in terra hoc videre licet, sed etiam in mari. Ecce & hic aliam admirabilem sapientiam spectare potes. Scit enim nauclerus, quando è naualibus deducenda sit nauis, quando à littore soluenda, quãdo transeunda maria. Et maximè in nautis deprehenditur intellectus, quem diuina sapientia humanæ naturæ indidit. Neq; enim qui per vias publicas currunt, ita diuerticula sciunt, vt hi qui in aquis certum iter faciunt. Propter hoc & scriptura obstupescens eminentem sapientiam dei, dicit: Qui dedit in mari viam, & in aquis magnis semitam. Quæ humana ratio potest hæc pernoscere? Eandem rationem inueniet quisquiam etiam in cibis, quos accipimus: nam singulis temporibus & anni partibus varia & diuersa nobis alimenta dominus largitur. Terra enim quasi optima nutrix dona sua nobis profert, præcepto dominico seruiens. Verùm ne prolixius sermonem extendam, licebit vobis pro vestra prudẽtia recensere alia omnia. Da enim, inquit, sapienti occasionem, & sapiẽtior erit. Neque in nostris duntaxat cibis hoc videtur, sed & in his quæ brutorum sunt. Et potestis, si vultis, etiam in multis aliis inquirere, & addiscere optimi artificis dei indicibilem sapientiam & eminentem bonitatem, quo modo creaturæ singulæ ratione quadam conditæ sunt. Similiter igitur & in hac sacra quadragesima constitutum nobis inueniemus. Nam quemadmodum in viis publicis sunt stationes & diuerticula, in quibus fessi viatores & respirant & quiescunt, vt alacrius postea iter suum confíciant: & sicut in mari littora sunt, & portus, vt in eos è iactatione se recipiant nauigantes, & expectent donec ventorum impetus conquiescant: & sic iterum nauigare incipiant: Ita & nunc his, qui in hac quadragesima ieiunij cursum susceperè, quasi stationes & diuerticula, & littora & portus, *per duos hebdomadæ dies dominus quietem largitus est, vt & corpori aliquantulum ieiunij labores remittantur, & animam refocillent ieiunãtes, & exactis duobus illis diebus in pulchrè cœpto itinere alacriter pergant. Age igitur, quia hodie remissionis dies est, obsecramus vestrã charitatem, vt magna diligentia lucrum ex ieiunio collectum custodiatis: & sumpta parumper respiratione, mox iterũ priora nouis incrementis prouehite, & sic paulatim ad maiorem negociationem instructi, in dominicum diem occurrite, & spiritualem vestram nauim in portum sanctæ festiuitatis adducite. Nam sicut omnia quæ à domino sunt facta, sicut & sermo testabatur, & res ipsa indicat, ratione & sapientia quadam facta sunt, vsum necessarium exhibentia: ita & quæ à nobis fiunt, decet ne absq; causa & frustra fiant, sed in vtilitatem & lucrum nostræ salutis. Quippe quũ secularibus negociis dediti, adduci nequeunt vt rem aliquã incipiant, nisi prius aliquid lucri suboleat: multo magis iustum est, vt nos hoc faciamus. Et ne ita simpliciter ieiuniorum hebdomadæ prætereant, scrutemur suam quique conscientiam, & rationem examinemus, & consideremus quídnã in hac hebdomada probè actum sit, quid in alia, & quale augmentum fecerimus ad sequentem, quas in nobis affectiones correxerimus. Quòd si non vitam nostram instituerimus, magnam animæ nostræ curam habentes, nihil nobis vsui erit ieiunium, vel inedia, quam toleramus, præsertim si comperti fuerimus inferiores his, qui tantum studium colligendis opibus impendunt. Nullum enim horum inuenies, qui vel nõ summa vigilantia laboret, quò prioribus quotidie aliquid adiiciat, vel vnquam satietur: sed quanto facultatum maior est accessio, tanto & curam & studiũ suum amplius intendit. Quòd si vbi studium est inutile, & diuitiæ nonnunquã magnam salutis animæ iacturam faciunt, tanta vigilãtia res aguntur: quo modo non multo magis istud est faciendum, vbi diligentiæ multa respõdet vtilitas ineffabilisq; merces, ac lucrum immensum? & præter hæc magna illic est formido, & instabilis opum possessio: non solum quòd imminente morte, ipsæ hic manentes, nullam eis qui illas collegere, vtilitatem conferunt: sed etiam quòd manentibus hîc pecuniis, magna seueritate cogentur de ipsis alibi rationem reddere: quanuis sæpe & ante mortem post multos labores, & sudores, & ærumnas, quasi procella quadam ingruente negociorũ difficultate, repentè qui plurimas possidebat diuitias, pauperrimis factus est pauperior: qualia singulis diebus videre contingit. Atqui in spirituali negociatione nihil tale formidatum est vnquam: stabilis enim & immota manet. Talibus enim bonis † & hic multum egemus, & alibi] adiuuamur plurimum. Igitur dum tempus habemus obsecro, vel saltem id studij impẽdamus spiritualibus, mercibus conquirendis,

Decet etiã per creaturas, quas ad nostri cõstitutionẽ produxit.

Psal. 103. c

Sapi. 14. a

Treuer. 9. b

Die dominico & sab bato veteres non ieiunabant, vt habetur in apost. cano. 64.

† *& vbi multũ egemus, ibi*]

Universidad de Deusto
Biblioteca

conquirendis,quod alij in perituras collocant. Nec ab hac solicitudine cessemus,si rectè quid actum fuerit:vel si aliquam affectionum nobis molestarum magna vigilantia expugnauerimus, vt conscientiæ digna certitudine habita, multiplicis voluptatis fructū percipiamus. Neque enim hoc solum quæritur, vt huc quotidie conueniamus, & de iisdem continuò audiamus, & totam quadragesimam ieiunemus. Quandoquidem si nihil ex hac congregatione,& admonitione,& ieiunij tempore lucraturi essemus: tunc non solum nihil vtilitatis afferrent hæc, sed & maioris condemnationis occasio fierent: si quidem tanta tractati diligentia iidem permanemus,& neque iracundus fit mitis,neque indignabundus,mansuetus: neque inuidens, amicus: neque insania in diuitias correptus desistit ab affectionibus,& eleemosynis dispertiendis & alendis pauperibus vacat: neque intemperans,castus: neque vanæ gloriæ studiosius illam contemnere,& veram gloriam desiderare discit,neque charitatis in proximum negligens,seipsum excitans dat
Matth.5. operam,vt non solum non minor sit publicanis(nam si diligitis eos qui vos diligunt, inquit,quid amplius facitis? nonne & publicani hoc faciunt?) sed & vt seipsum doceat & inimicos humaniter aspicere, & magna charitate fouere. Quòd si affectionibus illis, & aliis quæ in nobis subnascuntur mala,superiores non fuerimus,licet quotidie hic conueniamus, & continuò doceamur, & tantum à ieiunio adminiculū habeamus, qualis erit venia? qualis defensio? Dic mihi obsecro, si puerum tuum quotidie videas in ludum ire, & nihil lucri facientem multo tempore, patientérne ferres? Nonne & puerum verberares,& magistrum argueres:& deinde discens q; magister omne suum officium fecisset, & planè intermisisset nihil, pueri autem ignauia causa sit omnium: nonne indignationem omnem in puerum transferres, non iam accusans magistrum? Idipsum & hic iustè fieret. Nos enim,quia gratia diuina huic loco destinati sumus, quasi spirituales filios in hasce scholas vos quotidie vocamus,salutarem vobis doctrinam proponentes: & nō quas ex nostra mente excogitauimus, sed eas quæ à domino per diuinas scripturas nobis donatæ sunt, doctrinas in medium afferimus, illasq; vobis inculcamus. Si ergo cùm nos vigilanter omnem adhibemus diligentiam,& quotidie in viam veritatis ducimus,vos in iisdem perseueratis malis: cogitate quantus & noster sit dolor, & quanta vestra cōdemnatio, ne quid dicam acerbius. Quanuis enim nos crimini nō simus obnoxij, vt qui nihil prætermittimus quod ad vestram pertineat ædificationem:tamen quia vestræ salutis curā gerimus, ideo non possumus nō graniter ferre vestram ignauiā. Quia & doctor cùm videt discipulum, nullum studio suo fructū facere,non vulgariter dolet & gemit,videns se omnem laborē perdere. Hæc nunc dico,non vt charitatem vestram contristem, sed vt excitem & instruā, non simpliciter ieiuniis corpus castigare, neque temerè & inuanum dies quadragesimæ sanctæ transmittere. Et quid dico dies quadragesimæ sanctæ transmittere, cùm prorsus nullam nos diem vnquā transigere oporteat,si possibile est,per omnē vitam nostram, in qua nō lucrum aliquod spirituale in nobis reponamus, vel per preces, vel per confessionem, vel per eleemosynas, vel aliqua alia spiritualia bona opera? Nam si Paulus tantus & talis, qui arcana illa verba audiuit, quæ vsque in ho-
1.Cor.15.d. diernum diem nullus cognouit,clamabat dicens,Quotidie morior per vestram gloriationem:& docens nos, quòd sic seipsum pro pietate periculis exposuit, quòd quotidie morti vicinus esset: & quod natura non fert (vni enim morti obnoxij sumus omnes) hoc ipse pertinaci suo instituto agebat, tametsi deus illum quotidie in aliorum salutem conseruaret. Proinde si ille qui tot præclaris operib° excelsus est,& quasi angelus super terram apparebat,quotidie studebat lucrifacere,& pro veritate stare in acie contra pericula, & sibi colligere spirituales merces,& semper progredi: qualem habebimus nos defensionem,qui non solum bonis operibus omnibus destituti sumus, sed & malis grauati,quorum vnum duntaxat in ipsum perditionis profundum detrudere nos sufficeret: nullumq; præterea studium nobis est, vt vel saltem hæc emendemus? Et quum idem sæpe non vni flagitio, sed pluribus est obnoxius: nempe & iracundus est,& intemperās, & auarus,& inuidus,& ferox: & neque hæc corrigere, neque virtutis opera attingere vult, qualis postea erit salutis spes? Hæc dico, & dicere non desinam, vt auditores suum quiq; remedium accipiant ex nostris dictis,& studeant,vt statim ab affectionibus mentem turbantibus liberentur,conualescentesq; virtutum studiis posthac se accommodent. Sicut & in his fieri solet qui corporali morbo laborant:quānis sexcenties medicus remedia afferat, valetudinarius verò medicinæ curam respuat, & sæpe succenseat, si medicus imponat pharmacū, & impatiens doloris illud reiiciat, nulla inde vtilitate suscepta:nemo prudens medicū arguerit qui suum egit officium. Eodem modo & hīc nos medicamentum ex spirituali doctrina confectum imponimus. Vestrum autem posthac fuerit ferre dolores, & curam cum vtilitate admittere, vt à morbo liberati, ad veram regrediamini sanitatem. Sic enim & ipsi magnam percipietis vtilitatē,& nos mirum in modū refocillabimur,si viderimus eos qui prius laborabant,statim bona frui valetudine. Obsecro igitur omnes vos, vt vnusquisque,si nō antea,vel certè iam operā det, vt vicius quod sibi magis quam cætera infestum sentit, ex anima excecet,& pia cogitatione,quasi spirituali quodam gladio vtens,seipsum ab eo liberet.Dedit enim nobis deus rationem quæ sufficiat,& possit,si velimus parum respicere, ad edomanda omnia quæ in nobis nascuntur vicia.Propterea etiam sanctorū omnium vitas & conuersationem in diuinis scripturis perscriptam spiritus sancti gratia reliquit, vt discentes, quòd licet eiusdem fuerint naturæ, virtutibus tamen studuerunt, ne simus nos ignaui & desides in iis exercendis. An non naturæ nostræ fuit & beatus Paulus? Flagro enim amore huius viri, & propterea continuò versatur ipse in ore meo: & quasi in archetypum aliquod exemplar,ita in illius animam respiciens, obstupesco in hoc viro mirā affectionum calcationem, fortitudinis excellentiam,amoris in deum feruorem: & arbitror q; vnus homo omnes virtutes congregarit,& perfecerit: verùm nos ne vnū quidem bonum opus,vel mediocre facere volumus. Quid igitur nos eripiet à supplicio ineuitabili? Nam cùm eiusdem ille nobiscum fuerit naturę,& iisdem obnoxius affectionibus, & in tanta temporū difficultate quotidie, vt ita dicam, trahebatur, lacerabatur, & publicè rapiebatur ab his qui prędicationem oppugnabant,qui & sæpe ipsum mortuum existimabant, & quasi destinatam animo cædem perpetrassent,ipsum relinquebant. Inuenitúrne aliquis nostrum,qui sic desides sumus,& tot peccatis impliciti,tantam virtutum magnitudinem præ se ferre? Verùm quanta beatus ille præclara opera fecit, & fortitudinem quam pro religionis prædicatione quotidie declarauit, nō à nostra audite lingua, sed ipsummet

audite

charissimos.

audite dicentem: Quando enim in eam deuenit neceſ-
ſitatem, vt propter pſeudapoſtolorum impoſturas res
ſuas enarrare cogeretur (tam graue enim iſtud & mole-
ſtum ipſi erat, vt excuſaret, & nunquam in medium ea af
ferre vellet; ſed & ſeipſum audebat vocare blaſphemũ,
1.Tim.1.c. & perſequutorem.) †Quia autem magnum quid erat ita
†Quoniam ab impoſtoribus vituperari, & in os percuti, & diſcipu-
autẽ perne- los interim puſillanimes fieri:] ſic ferè cœpit poſt multa
ceſſariũ eſſe alia dicere: In quocũque autẽ ſi quis audet, per inſipien-
videret, vt tiam loquor, audeo & ego. Conſidera piam animã, non
impoſtorum ſolum audet, ſed & inſipientiã rem eam vocat: docens
eradiſtruc- & nos ne vnquam citra neceſſitatem, & nullo vrgente,
ret, & diſci quæ à nobis facta ſunt euulgemus, ſi quidẽ aliqui ex no-
pulis paruã bis inueniantur qui bonũ aliquod ſunt operati. In quo-
aliquã da- cunque autem ſi quis, inquit, audet, per inſipientiam lo-
ret conſola- quor, audeo & ego: hoc eſt, quoniã ego multam video
tionem] neceſſitatem, audere volo, & inſipientiæ opus declara-
2.Cor.11.c. bo. Hebræi ſunt, ſum & ego: Iſraëlitæ ſunt, ſum & ego:
ſemen Abrahæ ſunt, ſum & ego. De hoc, inquit, ſublime
ſapiunt & gloriantur: ne putent ea nobis deeſſe, etiam
nos eorundem participes ſumus. Deinde ſubiecit: Mini-
ſtri Chriſti ſunt, delirans loquor, excellentius ſum ego.
Vide hîc quæſo beatæ huius animæ virtutem. Nã poſt-
quam ſe audacem eſſe, & inſipientiam dixit quod à ſe fa
ctum, quanuis in tanta eſſet neceſſitate conſtitutus, neq;
ſic tamen dictis contentus fuit: ſed quum demonſtratu-
rus eſſet quòd illos præcelleret ipſe magno interuallo,
vt ne quis eum putet ob philautiã & ſui ipſius amorem
hæc dicere, iterum delirium vocat quod à ſe dicebatur:
quaſi diceret: Nõ ſum neſcius quòd rem facio quæ mul-
tos offendat, & quæ neque me deceat: ſed me compellit
magna neceſſitas, ideo ignoſcite mihi inſipientiæ ver-
ba loquenti. Huius vel vmbram imitemur nos, qui tan-
tis premimur peccatis, & ſæpe ſi parum quiddam rectè
facimus, neque ipſum in promptuario mentis noſtræ re-
poſitum manere patimur, ſed vt gloriolam aliquam ab
hominibus venemur, inuulgamus, & ob intempeſtiuam
nugacitatem diuina retributione noſmetipſos fraudа-
mus. At nihil tale beato Paulo accidebat. Sed quid? Mi-
niſtri Chriſti ſunt: delirans, inquit, loquor, excellentius
ſum ego. Dein adducit in medium ea quibus pſeudapo-
ſtoli planè carebant. Neque enim ea habebãt hi qui ve-
ritatem impugnabant, & prædicationi religionis obſi-
ſtebant: & propter hoc omnia faciebant, vt mentes ſim-
pliciorum ſubuertere poſſent. Igitur vt dixit, Excellen-
tius ſum ego: enumerat poſtea fortitudinis ſuæ præclara
opera, & inquit: In laboribus copioſius, in verberibus ſu
pra modũ, in mortibus frequenter. Quid dicis? Eſt hoc
rarum & admirabile, quod à te dicitur: Eſtne poſſibile,
vt quis ſæpe moriatur? Etiam, inquit, quanuis non mor-
tis experientia, attamen moriendi propoſito: docens
nos, quòd ſubinde ſe illis expoſuerit mortiferis periculis ob prædicationem, ſed dei gratia in mediis periculis
2.Cor.11.f. athletã ſeruarit, quò diſcipulis magis prodeſſet. In mor-
tibus, inquit, frequenter: à Iudæis quinquies quadraginta plagas vna minus accepi, ter virgis cæſus fui, ſemel fui lapidatus, ter naufragium feci, noctem ac diem in profundo egi, in itineribus ſæpe, in periculis fluminũ, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gẽtibus, periculis ex falſis fratribus, periculis in ciuitatibus, periculis in ſolitudine, periculis in mari. Ne ſimpliciter prętereamus dicta hæc dilecti: nam quodlibet horum per ſe pelagus aliquod tentationum ſecum fert. Non enim ſimpliciter iter vnum dixit: ſed, in itineribus ſæpe: neq; vnum periculum in fluuiis, ſed multa & varia: & omnia tulit magna quadã conſtantia. Et poſt hęc omnia iterũ, inquit: In labore & moleſtia, in vigiliis ſæpe, in fame & ſiti, in ieiuniis ſæpe, in frigore & nuditate, abſq; his quæ extrinſecus accidũt. Vide iterũ aliud pelagus tẽtationũ nobis aperiri. Vt enim dixit, Abſque his quæ extrinſecus accidunt, inſinuauit prętermiſſa plura eſſe veriſimiliter, quam quæ dicta ſunt. Et neque hic contentus, prætèrea alia nos docet, preſſuras & cõſpirationes quas ſuſtinuit, ſic dicens: *inſtantia mea quotidiana, cura omnium ec- *Ἐπίστασις cleſiarum. Ecce & hoc bonum opus vel vnicũ ſufficiens ἐπισ.inſtã- eſt vt ſummus ipſi virtutum apex tribuatur, cura om- tia, incur- nium eccleſiarum, non vnius, vel duarum, vel trium, ſus, conſpi- ſed omnium quæ in toto orbe: Nam quantam terram ratio.
ſol radiis ſuis illuſtrat, tantam curam & ſolicitudinem habuit Paulus. Vidiſti latitudinem animæ: vidiſti mentis magnitudinem? iam quod ſubſequitur, omnia ſuperiora obſcurat. Quis enim infirmatur, inquit, & ego nõ infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Papæ, quantus viri huius in filios amor & indulgentia? quanta vigilantia? quanta cura? Quæ mater ſic luget viſcera filij febrientis, & in lecto decumbẽtis, vt beatus ille pro quouis infirmo, quocunque ille loco eſt, infirmatur, & pro ſcandalizatis vritur? Conſidera quæſo verborum latentem vim & emphaſin. Non dixit, Quis ſcandalizatur, & ego non contriſtor? ſed vror, inquit, intenſum nobis dolorem declarans: quaſi demonſtraret, quòd intrinſecus accenderetur & vreretur pro his qui offendebantur. Scio quòd in magnam prolixitatem extendi doctrinam, quanuis ſtatueram hodie breuior eſſe, vt paululum à ieiunij labore poſſitis reſpirare: ſed neſcio quo modo, vt in diuitias bonorum operum huius ſancti incidi, linguam mihi quaſi rapidi fluminis vis rapuit. Propterea hic finem dicendi faciens, oro charitatem veſtram, vt continuè illum in mente circunferatis: & ſubinde cogitetis, quòd eadem nobiſcum natura cõmunicans, iiſdem affectionibus obnoxius, opifex vilis & cõtemptibilis, pellium ſutor, & in officinis frequens: quia voluit & decreuit virtutum ſtudio ſe mancipare, & idoneum ſe conſtituere receptaculum ſpiritus ſancti, largiùs quoque ſuperna liberalitate potitus eſt. Et nos item, ſi voluerimus quod noſtrum eſt facere, nihil prohibebit eadem nos bona conſequi. Liberalis enim do- 1.Tim.2.b.
minus, & vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Idoneos igitur noſipſos exhibeamus, & feruenti alacritate virtutem vel nunc ſaltem apprehendamus, & affectiones noſtras corrigentes, efficiamus vt ſpiritus ſancti accommoda ſimus habitacula. Quod vt mereamur, concedat gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre ſimul & ſpiritu ſancto ſit gloria, imperium & honor, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

De iis quæ ſequuntur creationem. Iſte eſt liber generationis cæli & terræ quando facta ſunt: quo die fecit deus cælum & terram.

Homilia XII.

AGE promiſſum noſtrum hodie impleamus: & conſuetã doctrinam tractantes, dicenda nũc his, quæ ſuprà dicta ſunt, contexamus. Scitis enim quòd ſemel atque iterum hoc facere decreuerimus, & ad hoc properauerimus, ſed linguam noſtram cura fratrum, quam gerimus, in illorum admonitionem alio rapuit. Quandoquidem interdum infirmis fratribus, quibus †ſumpto cibo corporali,] ſeque- †ob prius
ſtrare ſe ab hoc ſpirituali conuentu, & mutilare nobis receptã cõ-
ſanctæ feſtiuitatis gaudia mos fuit: ſuaſimus conſulen- ſuetudinẽ]
do & exhortando, ne diutius ab ouili Chriſti abſint, &

extra

Universidad de Deusto
Biblioteca

extra caulam hanc ſpiritualem aberrent: nomine quidem & appellatione nobis vniti, re vera autem Iudæos ſectantes, qui orto ſole iuſticiæ adhuc vmbræ aſſident, lucernæq; addicti ſunt. Interdum autem obſecrauimus etiam eos qui adſunt, & parum adhuc de ſacris inſtructi, vt in ſpirituali vocatione currant, excuſſoq; ignauiæ ſomno, feruenti deſiderio, & intenta alacritate paratos ſe ad ſuſcipienda regia munera præſtent, & properent ad eum qui remiſſionem donat peccatorum, & liberaliter innumera bona ſuppeditat. Itaque cùm vulneribus, prout requirebat neceſſitas medicamenta impoſuerimus, & nobis congruã curam impenderimus: partim arguentes illos qui de paſchali feſto malè ſentientes labuntur, & obſeruatiuncula iſta retenta multum ſibi incõmodant: partim admonentes alioqui rudes, indoctos, & tepidos: nunc autem, poſteaquam morbis vrgentibus obſtitimus, illisq; ſatisfecimus, reliquum fuerit vt omnibus vobis ſpirituale paretur cõuiuium. Nam ſicut iure quis nos reprehendiſſet, vt temporis opportunitatem & rationem negligentes, ſi priuſquam fratrum noſtrorum curam habuiſſemus, infirmitate ipſorum contempta, cœptam materiam ſectati eſſemus: ita nunc, quia nihil prætermiſſum eſt, quantum noſtræ vires ſinunt, verbum doctrinæ adhibuimus, pecuniam dinumerauimus, ſemina terræ ſpirituali cõmendauimus: conſentaneum eſt, vt iterum in medium afferantur, quę ex beato Moſe ſunt lecta, quò fructu inde collecto, domum proficiſci liceat. Quænam igitur ſunt iſta, audiamus. *Iſte eſt liber*, inquit, *Geneſeos cœli & terræ, quando facta ſunt quo die fecit deus cœlum & terram, & omne virgultũ agri, antequam oriretur ſuper terram: omnemq; herbam agri, priuſquam oriretur. Non enim pluerat deus ſuper terram, & homo nõ erat qui coleret eam. Fons autem aſcendebat de terra, & irrigabat vniuerſam faciem terræ.* Conſidera obſecro, beati huius prophetæ admirabilem ſapientiam, immo ſancti ſpiritus doctrinã. Nam poſtquã nobis per partes enarrauit creaturas omnes, & ſex dierum pertractauit opera, & formationem hominis, poteſtatemq; viſibilium omnium illi conceſſam: nunc iterum ſummatim omnia recapitulans, inquit: Iſte eſt liber generationis cœli & terræ, quando facta ſunt. Operæprecium hic fuerit inquirere, quare ſcriptura librum hunc vocauerit cœli & terræ, quanuis multa alia in ſe contineat, & doceat nos de pluribus aliis, nempe de iuſtorum virtutibus, & de miſericordia dei, & indulgentia, quam erga protoplaſtum, & omne humanum genus declarauit: & de aliis multis, quæ huius temporis non fuerit declarare. Ne mireris dilecte, mos enim hic eſt ſacræ ſcripturæ, vt non vbiq; omnia particulatim enarret: ſed cùm generaliſſima, & ea quæ plurima complectuntur, dicere cœperit, relinquat ſequentia ſtudioſis auribus conſideranda. Et vt diſcas, quòd ita ſit, manifeſtum faciam ex his quæ nunc ſunt lecta. Ecce enim in ſuperioribus cum nos docuit diuina ſcriptura particulatim formationem omnium: nũc non omnium meminit, ſed inquit: Iſte eſt liber generationis cœli & terræ, quando facta ſunt, die quo fecit deus cœlum & terram, & cætera. Vide quo modo totum ſermonem ad cœlum & terram conuertit, in illis alia omnia nobis contuenda relinquens. Cùm ergo dicit, cœlum & terram: omnes creaturas ſimul comprehendit, tam eas quæ in cœlo, quàm quæ in terra. Sicut igitur in enarratione creaturarum non omnia deinceps dicit, ſed maximè generalia tantum commemorat, & non etiam ſigillatim enarrat, ita & librum totum: librum generationis cœli & terræ appellauit, nobis ex horum cõmemoratione, quod reliquum eſt coniectandum relinquens, neceſſe eſt enim omnia in hoc libro viſibilia cõtineri, tam ea quæ in cœlo quàm quæ in terra. Quo die, inquit, fecit deus cœlum & terram, & omne virgultum agri, antequã fieret ſuper terram, & omnẽ herbam agri antequam oriretur. Non enim pluerat deus ſuper terram, neq; homo erat qui coleret illam: ſed fons aſcẽdebat è terra, & irrigabat vniuerſam faciem terræ. Grãdis theſaurus in pauculis verbis illis recõditus eſt. Vnde magna prudentia, quę dicuntur, iuuante nos dei gratia, congruit explicare, & facere vos ſpiritualium harum diuitiarum participes. Spiritus enim ſanctus futurorũ prę-ſcius, vt nulli poſthac conrendere, & eccleſiaſticis dogmatibus, ex propriis ſenſibus, aduerſa diuinis ſcripturis immiſcere liceat: etiam nunc denuo, poſtquam creaturarum ordinem docuit: quòd hoc quidem primũ, iſtud autem ſecundo productum: & quòd ſemina ſua tellus verbo mandatoq; domini miniſtrans edidit, & producendi vim accepit: cùm neque ſolis cooperatione egeret, qui nondum erat, neque pluuiarum humiditate, neque hominis cultura: nam & ille nondum in medium prodierat. Ideo iterum repetit particulatim omnia, vt indomitæ impudenter blatterantium linguæ compeſcantur. Quid autem inquit? Die quo fecit deus cœlum & terram, & omne virgultum agri priuſquam fieret ſuper terram, omnemq; herbam agri, priuſquã oriretur. Non enim pluerat deus ſuper terram, nec erat homo qui coleret illam. Fons autem aſcendebat è terra, & rigabat vniuerſam faciem terræ. Hoc vult dicere, quòd ſermone & præcepto illius quæ prius nõ erant, vt eſſent prouenerunt, & quæ non erant, ſubitò comparuerunt. Herba eſt, quæ ex terra prouenit: hic autem herbam dicens, ſemina omnia dicit. Et de pluuiis docens nos iterũ ſcriptura ſubdit, Non enim pluerat deus ſuper terram: hoc eſt, nondum pluuiæ deſuper ferebantur. Denique oſtendit, quòd neque hominis operatione habuit opus (non enim erat homo qui operaretur terram) quaſi clamans & dicens poſteris omnibus: Audite hæc & diſcite quo modo ab initio omnes terræ prouentus ſint producti, & ne terram colentium diligentiæ omnia tribuite, neque eis hanc germinandi vim adſcribite: ſed mandato & præcepto, quod à conditore ſuo audiit. Hæc autem omnia fiunt, vt ſciamus terram ad edenda ſemina ſua aliorum elementorũ cooperatione non egere, ſed conditoris mandato contentam eſſe. Eſt & hoc minimè vulgare & admirandum, quòd is qui nunc terram verbo ad tot ſemina producẽda fœcundam fecit & declarauit potentiam ſuam, quæ humanæ rationis captum tranſcendit, hanc ipſam tam grauem & tantum† ferentem ornatum ſuper aquas fundauit, ſicut & propheta dicit: Qui fundauit terram ſuper aquas. Quæ humana ratio comprehendere hoc poteſt? Nam cùm homines domus ædificant, & fundamenta iacere volunt, prius fodiunt: & vbi ad profunda peruenerint, ſi vel paruum humorem viderint, omnia faciunt, vt omnem ipſum exhauriant, & ſic fundamenta locent. Propterea opifex omnium omnia ſecus quàm homines facit, vt ex hoc diſcas ineffabilem eius potentiam. Et quod quandocunque voluerit, elementa hæc planè contrarium quàm ſolent effectum iuxta conditoris præceptum oſtendunt. Et vt id quod dicitur dilucidius nobis fiat, iam de hoc aliquid differamus, poſtea ad aliud tranſituri. Hoc enim contra aquarum naturam eſt, ferre corpus tam graue: & iterum contra naturam terræ, ſedẽ ſuam in tali fundamẽto habere. Et quid miraris?

† *ſupra dixit ſuum ſuũ ferentem mõdum* Pſal. 23.

miraris? In quacunque creatura ſcrutari volueris, inue-
nies immenſam opificis potentiam,& quòd ſua volun-
tate gubernat omnia. Videre enim hoc licet in igne,
cui abſumptiua natura eſt: omnia enim domat, mate-
riam lignorũ, lapidum,corporum, & ferri, idq; magna
facilitate: at poſtquam imperauit dominus,corpora te-
nera & corruptibilia non tetigit, ſed illæſos pueros ſer-
uauit in medio camino. Et ne miremini quòd corpora
illorum non tetigit,ſed irrationale elementũ tanta mo
deratione obſequutum eſt, vt nullus dicere queat: nam
nec capillis illorũ nocebat,ſed circumibat illos, & vim
ſuam intra ſe claudebat:ignis autẽ eſſentia tanquã obe-
dientiã exhibens,& domini mãdato ſeruiens, illæſos &
intactos ſeruabat admirabiles illos pueros, qui quaſi in
prato & horto ambulãtes, tanta fortitudine in camino
verſabantur. Et ne quis putaret viſibilem hunc ignem
operatione carere, ideirco miſericors deus illius effica-
ciam & operationem non impediuit: ſed vim illam v-
rendi illæſam ſeruauit, & ſeruos ſuos illo ſuperiores fe-
cit quàm vt illius nocumento læderentur. Cæterum vt
ſcirent qui pueros iniecerant, quanta eſſet omnium dei
potentia,in illos ignis ſuam operationem exercuit.Et il-
lis quidem qui intra caminum erant, & circa quos ſta-
bat,pepercit: eos autem qui foris erant,idem ignis exuſ-
ſit & abſumpſit. Vidiſti quòd quãdo dominus vult, ele-
menta omnia in contrariam mutat operationem? Con
ditor enim eſt & dominus, & pro ſua voluntate omnia
diſpenſat. *Vultis & in aquis idipſum videre factum?*
Nam ſicut *ignis* hic *his* qui intus erant nihil nocebat,
ſed illis parcebat, oblitus ſuæ operationis, in eos autem
qui foris erant, ſæuiebat more ſuo: ſic & aquas videbi-
mus alios quidem ſubmergere,aliis autẽ cedere & viam
dare, ita vt abſque damno tranſeant. Mementote hic
Pharaonis & Aegyptiorum, & ex alia pate populi He-
bræorum,quo modo hi ad mandatum domini,magno
Moſe duce, per mare rubrum, quaſi per aridam tranſie-
runt. Aegyptij autem qui eandem viam cum Pharaone
ire volebant, *aquis obruti* ſubmerſi ſunt. Ita ſolent ele-
menta reuereri *ſeruos domini*,& à ſuo ſe continere im-
petu. *Audiamus nos, quotquot feroces & iracundi*, &
aliis affectionibus ob noſtram ignauiam impliciti, no-
ſtram ſalutem peſſundamus, & imitemur tantam ratio-
ne carentium elementorũ obedientiam nos, qui ratio-
ne inſigniti ſumus. Nam ſi ignis, qui ita edax, ita vehe-
mens, corporibus corruptibilibus & tam teneris peper-
cit: quam meretur veniam homo,ſuum refrænare furo-
rem propter mandatũ domini,& iram erga proximum
è pectore ſuo eliminare nolens:Et quod maius eſt,ignis
tantam vrendi vim habet, & ſuam operationem non
oſtendit: homo autem manſuetũ animal, & rationale,
& benignum, contraria ſuæ naturæ facit, & negligen-
tia mores ſuos in ferinos vertit:Idcirco & diuina ſcrip-
tura propter affectiones illas interturbantes,ab irratio-
nabilibus & à feris agnominationes his qui ratione in-
ſigniti ſunt,imponit. Interdum canes ob impudentiam
& impetum vocat,dicens:Canes muti,non valentes la-
trare. Interdum ob libidinẽ equos. Nam equi in fœmi-
nam inſanientes, vnuſquiſq; vxori proximi ſui adhinniebat. Interdum verò aſinos, ob ſtupiditatem & rudi-
tatem. Cõparatus eſt enim,inquit ſcriptura,iumentis in-
ſipientibus,& ſimilis factus eſt illis.Interdum etiam leo-
nes & pardos vocat, ob rapacitatẽ & habendi auiditatem. Aliquando autem aſpides, ob fraudulentiam. Ve-
nenum,inquit,aſpidũ ſub labiis eorum.Nonnunquã ſer
pentes & viperas,ob latens venenum & maliciam:ſicut

Dan.3.c. & ſeq.

Eſa.56.d. Hierc.5.c.

Pſal.48.c Oſee 13.b.

Pſal.13.b. & 139.a.

& beatus Ioannes clamabat, dicens: *Serpentes proge-* *Matt.3.b.*
nies viperarum, quis vobis demonſtrauit fugere à ven-
tura ira? Inſuper & alia affectionibus reſpondentia no-
mina imponit,vt ſic vel tandẽ confuſi,ad ſuam aliquan
do redeant nobilitatẽ,& ſuo generi confœderentur,af-
fectionibuſq; ſuis diuinas leges præferant, quibus ſeſe
delinquendo permiſerunt. Sed neſcio quo modo à ſer-
monis orbita in hæc digreſſus ſum. Age nũc ad inſtitu-
tum redeamus: & videamus quidnã etiã aliud nos do-
cere velit beatus ille propheta. Nã vt dixit, Iſte eſt liber
generationis: progreſſus vltrà, narrat iterũ diligentius
hominis formationẽ. Et quia ſuperius breuiter dixerat,
Et fecit deus hominem,ad imaginẽ dei fecit illum: nũc
dicit: *Et formauit deus hominem puluerem de terra, & inſpiranit*
in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animã viuen-
tem. Magnũ eſt hoc quod hîc dixit, & ſtupore plenum,
ac humanã tranſcendens mentem. Et formauit,inquit,
deus hominem †puluerem de terra. ¶ Sicut de omnibus †*puluerem*
creaturis viſibilibus dicebam, quòd omnia præter hu- *accipiẽs de*
manę naturę morem agat omniũ opifex,quò & per hoc *terra.*
ineffabilis ipſius mõſtretur virtus: ita & in hominis for-
matione inueniemus nunc factum. Vide enim quo mo-
do ſuper aquas terram fundauit,id quod citra fidem hu
mana ratio non capit: & quo modo quandocunq; vo-
luerit,ſicut oſtendimus, omnes ſubſtãtiæ diuerſa earum
naturæ vt agant,efficit.Simili modo & in hominis for-
matione nũc nobis quid factum ſit diuina ſcriptura de-
clarat.Formauit deus,inquit,hominem†puluerẽ de ter- †*puluerem*
ra.¶ Quid dicis? Acceptòne de terra puluere formauit *accipiẽs de*
hominem? Etiam,inquit, & non ſimpliciter, nec quan- *terra.*
uis fortuitò terram dicit, ſed puluerem: quaſi ſi quis di-
cat, tenuiſſimum & viliſſimum quod eſt in terra. Ma-
gnum tibi & admirabile videtur quod dictum eſt. Ve-
rum ſi cogites quis opifex, neutiquam diſcredes facto,
ſed miraberis & adorabis cõditoris potentiam. Quòd
ſi hæc iuxta cogitationum tuarum imbecillitatem eme-
tiri volueris, & curioſius explorare: probabile eſt quòd
tibi in mentem veniat, ex terra corpus nunquam fieri,
ſed vel laterem, vel teſtam, & non tale corpus. Vides,
quòd ſi potentiam conditoris noſtra mente exiſtima-
re volumus,& ſi noſtris rationibus tam imbecillibus in-
nitimur,non poſſumus dictorum capere ſublimitatem.
Nam quæ dicuntur, fidei oculis indigent. Suntq; hæc
ob noſtram infirmitatem tanta verborum attempera-
tione deſcripta. Quandoquidem iſtucipſum quod in-
quit, Formauit deus hominem,& inſpirauit,indignum
deo fuerit: ſed propter nos,& propter infirmitatem no
ſtram hæc ſic narrat ſcriptura, ad noſtram ſe tenuita-
tem ſubmittens:vt quoniam nos tanta familiaritate di-
gnatur, ad faſtigium illud redire poſſe confidamus. Et
formauit, inquit, deus hominem †puluerem de terra. †*puluerem*
Hinc ſi attendere volumus, non parua nobis humilita- *accipiẽs de*
tis offertur doctrina. Nam cùm cogitauerimus vnde
cõſtitutionis ſuæ initiũ natura noſtra ſuſceperit,etiamſi
ſexcenties ſupercilia ſurrigamus, ea reprimemus, & hu-
miliabimur, & ſubſtantiæ noſtræ qualitatem perpen-
dentes, modeſtiam diſcemus. Et propterea deus, cui
tanta ſalutis noſtræ cura, ad noſtri eruditionem pro-
phetæ linguam ſic direxit. Quippe cùm ſuperius dixe-
rat diuina ſcriptura, Et fecit deus hominem, ſecun-
dum imaginem dei fecit eum: & dedit illi omnium vi-
ſibilium poteſtatem, vt ne ignorando quo modo con-
ſtitutus ſit, magnus ſibi videatur, & præſcriptos ſibi li-
mites tranſeat: propterea repetendo docet & forma-
tionis eius originem,& vnde ac quo modo primus ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo productus sit. Nam quũ post hanc doctrinam, qua agnouit se è terra habere originẽ, ex qua & cætera animalia, quãuis formatio, animæq; substantia incorporalis multò excellentior per misericordiam dei concessa sit, per hanc enim accepit quòd rationalis sit & omnibus aliis dominetur: quum, inquam, post hanc, doctrinam, serpentis deceptione parem aliquam cum deo æqualitatem imaginatus est is qui de terra formatus: si priori narratione contentus fuisset propheta, & non repetitis omnibus diligenter nos docuisset, in quam non incidissemus insaniam? Itaque plurimum ad erudiendum nos cõducit scire, vnde substantia nostra primùm originem acceperit. Et formauit, inquit, deus hominem †puluerem de terra, & insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ. Quoniam hominibus loquitur, aliter audire non valentibus, hac verborum simplicitate & crassitudine vtitur, quam audire & accipere possemus. Et vt doceat nos, quòd formatum illum de terra, misericordia domini & rationalem animæ essentiam habere voluerit, per quam animal hoc absolutum & perfectum fieret, & inspirauit, inquit, in faciem eius spiraculum vitæ. Vitalem dicere vult operandi efficaciam, ei qui de terra formatus est, spiraculum datum esse, †& hoc substantiam animæ constitutam.] Vnde subdit: Et factus est homo in animam viuentem. Ille formatus, inquit, & de puluere susceptus, inspiratus spiraculo vitæ, factus est in animam viuentem: hoc est, efficaciter operantem, cui membra corporis seruiant, cuiúsque voluntati ac efficaciæ auscultent. Cæterùm haud scio, quo modo nos eum subuerterimus ordinem, & vsqueadeo inualuerit malicia, quę intantũ cogit carnis concupiscentiis obsequi, vt deturbetur à throno suo regina, cuius erat præsidere, ordinare, & imperare. Cogimus enim illam carnis parêre voluptatibus ignorantes ipsius generositatem, & quantam præ ista eminentiam sortita sit. Nam cogita, obsecro, formationis ordinem: & expende tecum, antequam inspiraretur à domino spiraculum vitæ, quis erat formatus ille? simpliciter inanimis quædam imago, operatione carens, & ad nihil vtilis. At totum illud quod in tantum honorem ipsum prouehit, non est nisi spiraculum illud à deo inspiratum. Cæterùm vt hoc non solùm ex his quæ tunc facta sunt, sed & ex his quæ nunc quotidie contingunt, videas: cogita tecum, quo modo post animæ emigrationem, corpus hoc tam insuaue & iniucundum apparet. Et quid dico, insuaue & iniucundum? quo modo fœtore impletum, & deformitate horrendum fugitur, quod antea cùm ab anima regeretur, clarum, amabile, iucundum, speciosum, prudens, ad bona opera facienda valde accommodum? Hæc vtiq; omnia nobis cogitanda sunt, & maximè animæ nobilitas quanta sit, ne quid ea indignum operemur, ne coinquinemus eam illicitis operibus, ne sub carnis seruitutem eam subiugemus, ne tam nobilem, tantáque dignitate sublimem, sic crudeliter & immisericorditer tractemus. Nam propter illius substantiam nos qui corpore inuoluti sumus, si velimus possumus cum incorporeis virtutibus, adiuuante nos diuina gratia certare: & in terra obambulantes, quasi in cœlo viuere, & nihil minus quàm cœlestes facere, & quodam modo aliquid amplius. Et quo modo hæc? Ego dicam. Quando enim quis inuentus fuerit corruptibili hoc corpore circũdatus, eodem modo vitam agens, vt supernæ illæ virtutes, quo modo non propensiorem dei gratiam sortitus fuerit, quia & corporis necessitatibus obnoxius, incorruptam & inuiolatam animæ generositatem seruauit? Et quis vnquam, dicis, poterit inueniri talis? Meritò impossibilis nobis hæc res videtur, ob immodicam virtutis arduitatem. At si vis discere q̃ non sit hoc impossibile, cogita oro omnes iustos, qui domino ab initio vsque ad præsens tempus placuerunt: magnum illum Eliam, & infœcundę filium, & eremi ciuem Ioannem: Paulum quoque magistrum orbis, & omnem sanctorum numerum, qui eandem quam nos naturam habuere, iisdem corporis necessitatibus obnoxij fuere. Et ne vltrà impossibile esse opus puta, neque segnior fias ad virtutem, ad quam faciliter amplexandam tantas à domino nactus es occasiones. Sciens enim misericors dominus nostræ voluntatis infirmitatem, & ad labendum procliuitatem, magna nobis medicamina in sacrarum scripturarum lectione reliquit: quæ cùm subinde vulneribus nostris imponimus, & vitam illorum beatorum virorum ante oculos proponimus, ad æmulandum prouocemur, & virtutem non negligamus: sed fugiamus peccatũ, & omnia faciamus, ne indignos nos ineffabilibus illis bonis exhibeamus. Quod nobis omnibus concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria in secula seculorum, Amen.

†puluerem accipiẽs de

†& hoc fuit constitutio substantiæ animæ]

Et plantauit dominus deus paradisum in Edem ad orientem, & posuit illic hominem quem formauit.

Homilia XIII.

Videns vestrum inexplebile desiderium, & immodicam auiditatem: mentemq; intentissimã, necnon omnes ad spiritualem hanc doctrinam anhelantes & accelerantes, quanuis valde sim meæ inopiæ mihi conscius, quotidie tamen inopem & tenuem hanc mensam vobis proponere studeo, confidens q̃ flagrantes desiderio, maiori promptitudine quæ dicuntur, susceperuri sitis, quandoquidem & in sensibilibus eduliis hoc contingere viderit aliquis. Excitato enim conuiuarum appetitu, etiamsi pauperc̃ula mensa sit, & inops quidem qui conuiuio excipit, magna tamen cum voluptate sumuntur apposita. At si fastidiosus epulantiũ fuerit stomachus, etiamsi sumptuosum fuerit epulum, & varia & copiosa edulia: nullum inde cõmodum, cùm nemo sit qui vti appositis queat. Hîc autem quia gratia dei alacres & fameliei ad spiritualem mensam acceditis, & ipsi magno desiderio dicimus, scientes quòd sobriis auribus apponimus diuinas hasce narrationes. Quoniam & agricola, qui pinguem & profundum agrum inuenit, nihil sui officij intermittit, sulcos secat, aratrum ducit, sentes exscindit, lagiter seminat, spe pascitur: & quotidie agri fertilitatem considerans, sementis germen, segetem & messem expectat. Similiter & nobis, cùm videmus alacritatem vestram quotidie increscere, desiderium vigere, studium incrementa sumere, egregia ex vobis spes est. Vnde & maiori studio ac prõptitudine, quantũ vires nostræ suppetunt, in ædificationẽ vestrę charitatis, in gloriam dei, in gloriationem ecclesiæ dei aliquid afferre anhelamus. Age igitur, si placet, repetitis breuiter his quę heri dicta sunt, cõsequenter hodie lecta tractemus. Quid autẽ est quod pridie tractabatur, & quousq; sermonem extendimus, & vbi missum fecimus? Et formauit deus hominem puluerem accipiens de terra. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, factusq; est homo in animam viuentem. Quod tunc dicebam, id & nunc dicam: & subinde memorare non cessabo, quòd magna & ineffabilis est misericordia communis omnium domini erga genus nostrum, & ob salutem nostram vsus est multum nobis

congruenti

Universidad de Deusto

congruenti dicendi modo, magnoq; animal hoc, hominem dico, honore prosequutus est: necnon verbis & rebus declarauit, quòd maiorem eius quàm visibilium omnium curam habuerit. Quid igitur prohibet etiam hodie de iisdem inuestigare apud charitatem vestram? Nam sicut aromata quantò magis digitis atteruntur, tantò maiorem natura sua fragrantiam reddunt: ita & in scripturis vsu euenit, quantò quis illas amplius tractare studuerit, tantò magis videre poterit latentem in ipsis thesaurum, pluresq; percipere indicibilium diuitiarum fructus. Et formauit, inquit, deus hominem, puluerem accipiens de terra. Animaduerte, obsecro, quanta statim varietas ex ipso verborũ proœmio. In omnibus enim aliis creaturis docuit nos beatus Moses modũ formationis, dicendo: Dixit deus, Fiat lux, & facta est lux: fiat firmamentum, congregetur aqua, fiant luminaria, germinet terra herbam fœni, producant aquæ reptilia animarum viuentiũ, & producat terra animam viuentem. Vidisti quo modo verbo omnia formata sint? Sed videamus quid postea, quũ hominem format, inquit: Et formauit deus hominẽ. Vide quo modo verbis quę nostræ paruitati congruunt, vsus est: simul & modum formationis, & in formando diuersitatem docẽs, & quasi, vt humano more dicã, manibus dei ipsum formari depingit: sicut & alius propheta inquit, Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Nam si imperasset simpliciter ex terra produci hominem, nónne productus fuisset, qui productus? Sed vt per formationis modum doctrinã nobis relinqueret perpetuam, vt nõ supra quàm oportet de nobis sentiremus, ideo tanta diligentia singula enarrat, & inquit, Formauit deus hominem, puluerem accipiens de terra. Vide & in hoc huius dignitatem. Non enim simpliciter terram accipit, sed puluerem, & tenuissimum, vt ita quis dixerit, de terra. Et hunè puluerem terræ, suo præcepto in corporis naturã vertit. Nam sicut substantiam terræ quum non esset, produxit, ita & nunc quũ vellet puluerem terræ in corpus vertit. Hîc exclamare iuuat pulchrũ illud beati Dauid dictum: Quis loquetur potentias domini, & auditas faciet omnes laudes eius? quia de puluere tale animal produxit, & tãto honore venustauit, tantisq; beneficiis statim ab initio prosequutus est, mõstrans per omnia suam misericordiam? Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Et factus est homo in animam viuentem. Hîc insensatorum aliqui suis moti opinionibus, nihilq; deo dignum cogitantes, neque verborum dispensationem animaduertentes, dicere audent, animam ex dei essentia esse. O insaniam, ô delirium. Quot perditionis vias diabolus peperit, suis cultoribus? Et vt discas, considera quo modo diuersis inter se viis incedunt. Nam alij ansam ex verbulo, inspirauit, rapientes: asserunt ex dei essentia esse animas: alij autem, quòd animæ in vilissimorum brutorũ substantiam transeant. Quid hac amẽtia deterius fieret? Nam quoniam obtenebrata est ratio eorum, etiam veram scripturæ mentem ignorauerunt. Sicut capti oculis in diuersa præcipitia feruntur, & illi quidem supra dignitatem animam efferunt, alij autem contra dignitatẽ dehonestant. Nam si ideo quòd scriptura dicit, inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ: [hoc dicere volumus, necesse erit & deo os affingere, & manus tribuere,] quandoquidem inquit, Et formauit hominem. Sed ne illorum ineptias in medium proferentes, etiam ipsi indecora dicere cogamur: age ipsorum stulticiam & multifariam dementiam deuitantes, ad ipsum diuinæ scripturę scopum incedamus, quę seipsam

Psal.10.b

[os deo affingim°, necesse erit, & man° ei tribuere]

Psal.105.a.

interpretatur, tantum ne crassis verbis addicti simus: sed cogitemus, crassorum illorum verborũ causam esse nostram hebetudinem & infirmitatem. Nequeunt enim aliter humanæ aures quæ dicuntur accipere, nisi tantum adhibeatur temperamentum. Proinde animaduertentes tantam nostram imbecillitatem, & quia de deo sunt dicta, ita illa accipiamus, vt par est ea de deo accipere. Ne subiiciamus deum membrorum compositioni, & figurarum deliniationi, sed honestè de deo, & vt de illo conuenit, imaginemur. Simplex enim & incompositus, & infigurabilis est deus. Nam si deo membra & lineamenta attributuri sumus, nostris opinionibus impulsi mox in gentilium impietatem incidemus. Igitur quum audieris scripturã dicentem, Formauit deus hominem: cogita virtutem eandem, quam dum dicit, fiat. Et iterum quando audis, Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: hoc iterum cogita, quòd visum est sibi. Et sicut incorporeas virtutes produxit: ita certè corpus illud ex puluere factũ rationalem animã habere iussit, quæ corporeis membris vti possit. Formatum enim corpus hoc iuxta præceptum domini, quasi instrumentũ erat, quod egebat aliquo se mouente: imò sicut lyra, quæ opus habet aliquo, qui possit arte & scientia sua per mẽbra quasi per fistulas, cõuenientem illi melodiã domino repręsentare. Inspirauit in faciem eius spiraculũ vitę, & factus est homo in animã viuentem. Quid est, inspirauit spiraculum vitæ? Voluit & imperauit, vt hoc corpus formatum haberet vitalem vim, quæ facta est animali in animam viuentem: hoc est, efficaciter operãtem, & suam artem membrorum motu ostendere valentem. Et vide etiam in hoc ipso, quàm diuersa ratione hoc admirabile rationale animal, & cætera irrationalia formata sint. De illis enim, inquit, Producant aquæ reptilia animarũ viuentium, & prodierũt ex aquis animantia animata. Sic & de terra, Producat terra animã viuentem. De homine autem non sic, sed prius de puluere corpus formatur, & postea vitalis illi virtus datur, quæ scilicet animæ est substantia. Et ideirco de brutis dicebat Moses, Sanguis eius anima eius est. In homine autẽ substantia quædam est incorporea & immortalis, multo interuallo corpus excellens, & tanto, quantò corporeis eminent incorporea. Et fortè diceret aliquis: Quare si anima dignior est corpore, indignius primò formatũ est, & postea quod eminentius? Non vides dilecte, quòd & in creaturis hoc idem vsu euenit? Sicut enim cœlum & terra, & sol & luna, & cætera omnia formata sunt, & irrationalia animalia, & post hæc omnia homo, horum principatũ suscepturus: ita & in hac hominis formatione prius corpus producitur, & postea anima, quæ dignior. Et sicut bruta animalia ministerio hominis vtilia futura ante hominem formantur, vt paratum haberet ministerium is ad cuius vsum creabantur: ita etiam corpus ante animam formatur, vt cùm secundum ineffabilem conditoris sapientiam anima produceretur, posset suas potentias proferre per corporis motionem. *Et plantauit deus hortum in Edem secundum Orientem, & posuit illic hominem quem formauit.* Postquam omnium dominus suam nobis declarauit benignitatem, & illum propter quem omnia visibilia formata sunt in medium adduxit, statim incipit in illum beneficia collocare. Et plantauit deus hortum in Edem secundum Orientem. Considera & hîc dilecte, quòd nisi vt dignum est, de deo verba hæc recipiantur, necesse est vt in profunda errorum detrudamur. Quid enim dicere poterunt & de his verbis, qui omnia quę de deo dicuntur, humano more accipere audent?

Leui.7.& 17.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

audent? Et plantauit deus hortum. Quid? dic oro, fossoriône opus habuit & agricultura,& alia cura,vt paradisi hortum excoleret? absit. Iterum enim etiam hoc loco verbum illud,plantauit,sic intelligendum,quòd imperauerit hortum in terra fieri, ita vt productus homo in eo versaretur. Propter hunc enim hortum produxit, de quo audi scripturam, dicentem: Et plantauit deus hortum in Edem, secundum Orientem, & posuit illic hominem quem formauit.Et idcirco nomen loci scripturis inseruit beatus Moses, vt non liceat nugari volentibus imponere simpliciorum auribus,& dicere,nullum esse in terra hortum quem vocant paradisum, sed in cœlo, & fabulas quasdam eiusmodi somniare. Nam cùm diuina scriptura, tanta vsa est diligentia, non refugiunt quidam, loquacitate sapientiaq; peregrina inflati, aduersa scripturis loqui, & dicere, non esse super terram paradisum:multaq; alia præter ea quę dicta sunt introducentes, quòd non sicut scripta sunt,sed alia ratione intelligenda: & quòd ea quæ de terra,de his quæ in cœlis sunt, dicta esse arbitrandum sit: nisi humilitate & congruenti nobis sermonum familiaritate beatus Moses vsus foret, spiritu sancto linguam eius mouente, quò non excidissent? Quanuis sacra scriptura, cùm nos tale quiddam docere vult, seipsam exponit, & auditorem errare non sinit. Sed quia plerique non vt cõmodi quippiam ex sacris literis aucupentur, sed voluptatis gratia aures accommodant his qui plausibilia narrant, & propterea non eos qui magis prosunt, sed qui magis oblectant, vt audire possint, quærunt. Oro igitur, vt omnibus illis præclusis auribus, adamussim canonem sacræ scripturæ sequamur. Et quãdo audis dilecte, quòd plantauit deus hortum in Edem secundum Orientem: hoc quod dicit, plantauit, vt decet de deo intelligas, nempe quod præcepit. Ad quod reliquum est,crede quòd & paradisus factus sit,& in illo loco vbi scriptura significauit. Cæterùm non credere his quæ in diuina scriptura continentur, sed alia quædam ex propria sententia inferre,opinor plurimum periculi secum aduehere his qui talia audent.Et posuit illic hominem, quem formauit. Vide, quantum honorem statim homini dedit. Extra paradisum quidem formauit illum, sed mox introduxit, vt re ipsa sensu beneficiorum frueretur, sciretq; quantus illi honor esset concessus. Et posuit hominem illic quem formauit. Verbum,posuit,iterum sic intelligamus, pro eo quod præcepit illi vt esset illic, vt ex aspectu & conuersatione multam percipere voluptatem,prouocareturq; ad gratitudinem,intelligens quantis sit affectus beneficiis, quum nullũ adhuc boni specimen præbuisset. Ne mireris ergo verbũ hoc, posuit. Perpetuus enim scripturæ mos est,propter nos, & propter nostram vtilitatem humanis vti verbis.Et vt scias,vide quo modo superius cum de formatione stellarum ageret,eadem dictione sit vsus,cùm dixit:Et posuit eas in firmamento cœli.Non quòd affixerit eas cœlo, cogitandum (nam vnaquæque earum suum perficit cursum,de loco ad locum transiens) sed vt discas, quòd in cœlo eas esse præceperit,quo modo & hominẽ in paradiso voluit versari. *Et oriri fecit deus præterea ex terra omne lignum pulchrum ad videndum, & bonum ad edendum. Et lignum vitæ in medio horti, & lignum ad sciendum noticiam boni & mali.* Ecce secundã beneficentiæ speciem & honorem, quem in hominem recens formatum collocauit. Nam postquam illum in paradiso conuersari voluit, præcepit varias arbores ex terra prouenire, quæ simul & oblectare illum possent, vtpote spectatu iucundæ, & esui accommodæ.Omne enim,inquit,lignum pulchrum ad visionem, hoc est ad spectaculum, & bonum ad esum, hoc est,quæ poterant exhilarare aspectu,& voluptatem præbere esu: & quia erant tam multa, & copiosa, mirificam fruituro contulissent voluptatem. Omniũ enim lignorum quæcunque dixeris, prouentum fecit. Vidisti miseriæ nescium conuersationẽ? vidisti vitam admirandam? Quasi angelus aliquis viuebat homo super terrã, corpore quidem amictus, sed extra corporis necessitates constitutus: & sicut rex paludamento & diademate ornatus, & purpura vestitus, ita in paradiso impauidè versabatur in magna rerum copia. Et lignum vitæ in medio paradisi,& lignum sciendi noticiam boni & mali. Postquam nos docuit, quòd terra produxit omne lignum iuxta mandatũ domini, & iucundum visu,& bonum esũ, tunc ait: Et lignum vitæ in medio paradisi,& lignum ad sciendum noticiam boni & mali.Misericors enim dominus, cùm vt opifex præsciret ex multa †copia,‖ procedente tempore,nocumentum subnasci,produxit lignum vitæ in medio horti, & lignum sciendi noticiam boni & mali:quandoquidem non multò pòst abstinere ab isto iussurus erat, vt scire possit quòd gratia & liberalitate illis frueretur, essetq; dominus aliquis & naturæ suæ, & omnium visibilium: propter hoc iam ligni memoriam fecit, & narrauit nobis consequenter fluminum nomina,& illorum separationem quandam, vt ita dicam, & quod ex illo quo rigatur paradisus alia per quatuor origines diuiduntur, atque ita mundi climata nobis distinxerunt. Sed fortè sunt qui ex propria sententia quæ libet dicere volunt: hi iterum neque flumina, concedunt esse flumina: neque aquas, aquas: sed persuadere conantur iis qui sibi aures accõmodare volunt,vt aliud quiddam imaginentur. Cęterùm nos,obsecro, ne feramus tales, sed obturemus aures, credamus diuinæ scripturæ, & ea quæ in illa dicuntur sectemur: sanas doctrinas in pectora nostra reponamus, & cum his etiam vitam diligenter instituamus, vt vita testificetur doctrinæ, & doctrinæ longè fideliorem vitam declarent. Nam neque si recta sciamus fidei dogmata, vitam autem negligamus, aliquid nobis profuerit: neque si vitam habeamus, & rectas negligamus doctrinas, lucrifacere aliquid quod ad salutem nostrã sit vtile, poterimus. Nam si voluerimus & gehenna liberari, & regnum assequi, operæprecium est vtrinque ornari, & dogmatũ rectitudine, & vitæ diligentia. Quid enim vtile fuerit,dic obsecro,arbori,quæ in summũ se extendit, & foliis frondet, si fructu careat? Sic & Christiano nihil proderũt recta dogmata, si vitam suam non bene instituat. Propter hoc & Christus tales beatos dixit,inquiens:Beatus qui fecerit,& docuerit. Multò enim fidelior & certior doctrina operum, quàm sermonũ. Nam qui talis est,etiam silens, & cùm nõ videtur, docere potest, & alios quidem qui illum vident, alios verò qui de illo audiunt: & multa fruetur dei gratia, non solùm propter se,sed & propter alios qui illum vident,& incitantur vt glorificent dominum suum. Talis per mille linguas,& ora multa, gratias & laudes referet deo. Neque enim noti soli testes sunt vitæ illius, & ipsum mirãtur ac ipsius dominum: sed & qui non cognoscunt, & ab aliis discunt, & qui valde procul habitant, & diuisi sunt: & non amici soli,sed & inimici reuerebuntur virtutis eminentiã. Tanta enim est virtutis potentia, vt & compescat ora & linguas eorum qui ipsi infesti sunt. Et sicut ad solis radios infirmi oculis nõ audent respicere, ita neque virtutem malicia contueri audebit vnquam,

‖ liberaliter, & benignitate, & charitate, & sapientia.

Matt. 5.

sed

sed dorso obiecto discedet, victámque se fatebitur. Id quod & persuasum nobis sit, vt virtutem arripiamus, & diligenter nostrã vitam instituamus, & à peccatis, cùm adhuc parua apparent, siue in sermone, siue in opere statim desistere studeamus. Neque enim vnquam in maiora incidemus peccata, si à paruis nobis cauerimus: & sic procedente tempore poterimus, superna gratia fauente, & excelsam virtutẽ apprehendere, reconditamq; effugere pœnam, & æterna consequi bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, spirituiq; sancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Et accepit dominus deus hominem quem formauit, & posuit eum in horto voluptatis vt coleret illum & custodiret.

Homilia XIIII.

ITerum, si libet, etiam hodie ex cõtextu eorum quæ heri dicta sunt, spiritualem vobis doctrinam vt contexamus, dabimus operam. Multa enim & in his quæ modo sunt lecta, reconditiora sunt: & opus est vt in profundiora descẽdamus: diligenterq; scrutemur omnia, quò fructum aliquem lucrifaciamus. Nam si id agunt qui precioſos lapides in mari inuenire cupiunt, magnum laborem & molestiam ferentes, periculoq; indomitarum aquarum se exponentes, quò desideratis potiantur: multomagis nostrum fuerit animum intendere, vt perlustratis his quæ in profundo dictorũ latent precioſos illos lapides comprehendamus. Sed ne timueris dilecte, quũ audis profunditatem. Non enim hîc est tanta vis æstuantiũ vndarum, sed spiritus sancti gratia mentem nostrã illustrans, & facilè inueniri desiderata cõcedens, omnem laborem alleuiat. Et gemmas illas inuenisse, inuentori non multùm profuit, sæpe autem & nocuit, & innumerorum naufragiorum occasio fuit, neque tantam in inueniendo habuit lætitiam is qui inuenit, quantam inuentis illis iniucunditatẽ pertulit, aduersus se inuidorũ oculis concitatis, & auaris ad bellum armatis. Et adeo nequit nostræ vitæ prodesse tales reperire, vt & multorum bellorum sit causa. Auariciæ enim materia est, & caminũ cupiditatis succendit, captorúmque animam expugnat. Atqui de spiritualibus nostris thesauris nihil tale formidare oportet: sed & diuitiæ quæ inde colliguntur ineffabiles, & voluptas immarcescibilis, & multo interuallo superans omniũ hominum lætitiam. Et quòd hoc verùm sit, audi beatum
Psal.18.c. Dauid dicentem: Desiderabilia eloquia tua super aurũ & lapidem precioſum multum. Vides quòd cùm in medium attulerit materias, quæ precioſiores reputantur non solum hac comparatione non contentus fuit, sed & apposuit, multùm: atque ita excellentiam, quæ inde est, nobis manifestauit. Super aurum, inquit, & lapidem precioſum multum: non quòd in tantum duntaxat sint desiderabilia eloquia dei, sed quia solas hasce materias vidit apud homines in maiori precio haberi præ aliis: propter hoc adductis illis in medium, ita excellentiam monstrauit, & quòd desiderium eloquiorũ spiritus vehementius sit. Et vt sciatis quòd semper is mos sit sacræ scripturæ, vtilitatẽ quæ hinc est, sensibilibus rebus conferre, & sic excellentiam ostendere, audi & quæ deinceps subdit: Et dulciora super mel & fauum. Et hîc, non quòd tantam, & non maiorem possit præbere voluptatem: sed quia nihil aliud habebat in rebus sensibilibus, quod diuinorum eloquiorũ voluptati compararet: idcirco cùm hoc cõmemorasset, iterum sic excellentiam docuit, & maiorem voluptatem esse docuit spiritualium doctrinarum. Eadem regula inuenies & Christum

A in Euãgeliis vsum. Nam cùm discipulis loqueretur, cupientibus discere interpretationẽ parabolæ eius qui seminauit bonum semen in agro, & inimici zizania inter triticum seminantis: particulatim omnem edisseruit parabolam: Quis fuerit qui seminauit bonum semen, & *Matt.13.d.* quis ager, & quæ sint zizania, & quis ista interseruit, & qui messores, & quæ messis. Et quando omnia illis manifestè detexit, tunc dixit: Iusti fulgebunt sicut sol in re- *Ibid.f.* gno patris eorum: non quòd non maiorẽ claritudinem habituri sint iusti, sed monstrat quòd multò maiorem. Tantam autem dixit, quoniam maiorem hac similitudinem in rebus visibilibus inuenire non licebat. Quando igitur tale aliquid audiuerimus, non tantũ maneamus in his quæ dicuntur: sed ex sensibilibus & visibilibus, spiritualium maximam eminentiam colligamus. Itaque quandoquidem hic vehementius desiderium inueniri potest, & voluptas suauior & certior. (Diuina e-
B nim eloquia sunt hęc & spiritualia, & quæ multò maiorem animæ parere possunt lætitiam spiritualem) dictis attendamus magna promptitudine, vehementiq; desiderio, vt veras diuitias hinc nobis acquirentes, & ad philosophiã Christi plurimis susceptis seminibus, tandem domum redeamus. Audiamus igitur quæ hodie sunt lecta: sed obsecro, attenta sitis mente, & excussis curis secularibus, omniq; ignauia deposita, hęc quę dicuntur accipite. Diuinæ enim leges sunt, & cœlitus allatæ ob salutem nostram. Nam si cùm regiæ leguntur literæ, vbiq; est silentium, abestq; strepitus & tumultus, omnibus adstantibus, & aures arrigentibus, vt sciant quæ regiis literis manifestentur: & quisquis vel parum tumultuatus fuerit, & quæ legũtur interruperit, in magno periculo est: Multò magis hic cum magno timore & tre-
C more adstandum, & altum habendum silentium, & pellendæ cogitationes turbulentæ, vt quę dicuntur intelligere possitis: quò rex cœlestis approbata obedientia vestra maioribus vos munerib⁹ remunerare dignetur. Videamus itaque quid nunc nos doceat beatus ille Moses non sua lingua hæc dicens, sed à spiritu sancto afflatus. Et accepit dominus deus hominem quem formauit. Bene statim ab initiis duo hæc posuit. Non enim dixit, dominus, & tacuit: sed adiunxit, deus: occultũ aliquod mysterium hîc nos docens, vt scire possemus, quòd siue dicamus dominum, siue deum, nullam in nominibus esse differentiam. Hoc autẽ nunc non absq; ratione cõmemorauí: sed vt cùm audieris Paulum dicentem, Vnus *1.Cor.8.b* deus pater ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus per quem omnia: ne putes in dictionibus esse diuersitatem, & vnam maius aliquid significare, alteram minus. Et idcirco scriptura absque discrimine illis vti-
D tur, vt contentiosis ea quæ ex sua sententia excogitarũt, ad dogmatum rectitudinem afferre non liceat. Et quòd diuina scriptura neutrũ horum cum singulari quadam obseruatione & superstitione enunciet, ex isthoc ipso quod nunc dicitur, diligenter cõsidera. Et accepit dominus deus. De quo vult hæreticus esse dictũ? De patre solum? Esto: sed audi Paulũ dicentem: Vnus deus pater ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus per quẽ omnia. Vides quo modo nomen domini filio attribuit? Quare ergo dicunt nomen, dominus, maioris esse momenti, quàm nomen, deus? Videte quanta absurditas, & quanta blasphemia, quando quis non ipsum diuinæ scripturæ canonem sequitur, sed suis opinionibus locum dat, sententiam disturbat: & verborum pugnas, & infinitas quæstiones sanis rectisq; dogmatibus immiscet. Et accepit dominus deus hominẽ quem formauit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& posuit illum in horto voluptatis, vt coleret illum, & custodiret. Vide quantam formati hominis curam habuit. Postquam enim heri nos docuit beatus Moses, dicens: Plantauit deus hortum, & posuit illic hominem: id est, voluit illum illic habere domicilium, & versari ibi, ac horti deliciis frui: hodie iterum ostendit nobis ineffabilem misericordiam dei, quam in illum contulit: & repetens sermonem, inquit: Et accepit dominus deus hominem, quem formauit, & posuit eum in horto voluptatis. Non simpliciter dixit, in horto: sed apposuit, *voluptatis, vt excellentem voluptatem, qua fruiturus esset inhabitando, nobis declararet. Et vt dixit, Posuit illum in horto voluptatis: addit, vt coleret illum, & custodiret. Etiam hoc magnæ curæ & prouidentiæ nostri argumentum est. Nam cùm omnibus deliciis potirentur, ibi vitam agentes, tam oblectamentis eorũ quæ vtebantur, ibi vitam agentes, tam oblectamentis eorũ quæ vtebantur, vt ne immodica prosperitate homo insolesceret. Omnem enim maliciam docuit ocium, propterea præcepit deus, vt operaretur illum, & custodiret. Quid autẽ dicet aliquis, illius cura indigebat paradisus? Non hoc dico, sed voluit tum vt paruam quandam, sibiq; congruam gereret curam, partim custodiendo, partim operando. Si enim laboris omnis fuisset expers, protinus ex multo ocio in ignauiam prolapsus esset: nunc vero in operatione occupatus, quę neque dolorem neque molestiam adferret, moderatior vtiq; ac continentior esse debuit. Cæterùm quod dicit, custodiret: non absq; causa appositũ est, sed congruunt verba, vt planè scire possit, quòd sub domino agat, qui hanc largitus sit fruitionẽ, & cum illa etiã custodiam cõmiserit. Deus enim omnia facit & operatur propter nostrã vtilitatem, & cum illa etiam fruitionem & refocillationem præbet. Nam cùm ob excellentem suam misericordiã, etiam priusquã nos produceret, ineffabilia bona pręparauerit, sicut ipse dicit: Venite benedicti patris mei, possidete in hæreditatem præparatum vobis regnũ ab initio mundi: multò magis præsentia omnia largiter præbebit. Postquam igitur tanta beneficia in iam conditum contulit: Primùm, cùm non esset, dedit illi vt esset, & ex puluere corpus formare dignatus est: & post hæc dominam, animã dico incorpoream, per inspirationẽ dedit: Dein paradisum fieri iussit, & illic illum viuere præcepit: post hæc ex contrario, sicut clemens pater tenero filio omni copia fruenti, ne insolens fiat, paruam & cõgruam quandã curam excogitat: sic & dominus deus Adæ operationẽ & custodiã præcepit, vt vna cũ voluptate vbertateq; ac iucunditate hęc duo haberet, quę aliquantulũ prochuitatẽ illius morarentur & impedirent. Porrò vt hæc quæ iam erant cõdito homini, ita & quæ sequuntur magnã & excellentẽ dei in illum nobis declarant misericordiam, quam sola bonitate sua exhibuit. Et quid est quod inquit scriptura, Et præcepit dominus deus Adæ? Ecce iterum hîc etiam eadem consuetudine vtitur: vt cùm sæpe idem inculcatur, diligentiori memoria doctrina suscipiatur: neq; vltrà feramus temerè nomina discernentes, qui aliud patri, aliud filio tribuunt, quorũ vna tamen est essentia. Et ideirco indiscriminatim tribuit scriptura hanc appellationem nunc patri, nunc filio. Et præcepit dominus deus Adæ, dicens: Dignũ & hîc fuerit obstupescere misericordiam dei, quæ omnẽ transcendit rationẽ, quam breui hoc verbo nobis exhibet. Et præcepit, inquit, Vide statim ab initio, quanto honore hominem prosequitur. Neq; enim dixit, imperauit, vel iussit: sed quid? *Præcepit, Sicut amicus amico de rebus necessariis pręcipiens, loquitur, ita & deus humanæ naturæ, quasi hoc honore ad obediendũ his, quæ à se præcipiebantur, attracturus.

*ἔυφρὸς, voluptatis, deliciarũ.

Matth.25.a

*ἐνετείλατο, præcepit, mãdauit.

Et præcepit dominus deus Adæ, dicens, De omni ligno quod est in paradiso comedendo comede, de ligno autem scicndi bonum & malum, ne comedatis. Quocunque autem die comederitis ex eo, morte moriemini. Magna huius præcepti facilitas est. Sed dilecte, graue malum est desidia, facitque vt facilia omnia, videantur difficilia: sicut studio & vigilantia, etiam omnia ardua & difficilia, facilia nobis fiunt. Quid enim, dic quæso, hoc mandato facilius? quid hoc honore maius? Concedebat versari in paradiso, & visibilium formositate oblectari, & aspiciendo exhilarari, & fruendo magnam voluptatem percipere. Cogita quàm iucundũ fuerit videre arbores fructibus oneratas, florum varietatem, herbarum diuersitatem, foliorum comas, atque alia quæ verisimile est in paradiso esse, & in paradiso à deo plantato. Propter hoc enim superius diuina scriptura dicit, Oririq; fecit adhuc ex terra omne lignũ pulchrum ad videndum, & bonum ad comedendũ: vt scire possimus, quo modo fruens tanta vbertate, per magnam intemperantiã & desidiam, datum sibi mandatũ præuaricatus sit. Cogita obsecro honoris eminentiam, qua illum prosequutus est, data illi mensa propria & segregata in paradiso, vt ne putet eandem sibi & iumentis instrui: sed haberet, quasi rex in paradiso agens, deliciarum copiam, & quasi dominus aliam quàm ministri habitationẽ sortiretur. Et præcepit dominus deus Adæ, dicens, Ex omni ligno quod est in paradiso comedens comede: ex ligno autem sciendi bonum & malum, ne comederitis ex eo. Nam quocunque die comederitis, morte moriemini. Quasi diceret ad illum, Non molestum aliquid & graue petam ex te: frui enim omnibus tibi permitto. Vnum præcipio, ne tetigeritis. Et magnam pœnam decerno, vt vel timore coërcitus, datum à me mandatum custodias. Hæc faciebat, quasi dominus aliquis liberalis domũ magnam alicui concredens, & vt dominium sibi saluum maneat, paruam tantũ pecuniam dandam ab illo præscribat. Sic sanè & misericors noster dominus, concesso omnium quæ in paradiso sunt fructu, ab vno tantum ligno abstinere iussit, vt scire possit, quòd sit sub domino, cui obedire debeat, & parêre si quid ille imperarit. Quis pro dignitate admirabitur cõmunis omnium nostri †patris liberalitatem? Quum nullum adhuc bonitatis specimen præ se ferret Adam, tanta à deo beneficia accepit. Neque enim dimidiatam illi dedit rerum fruitionem, neque à pluribus abstinere iussit, & cæteris frui: sed participem omnium quæ sunt in paradiso esse voluit: ab vno solo ligno abstinere præcipit, monstrans re ipsa, nullius alterius gratia hoc ipsum se facere, quàm vt tantorũ beneficiorum authorem agnoscere possit. Et considera cum aliis etiam hîc bonitatem dei, quanto honore etiã mulierem prosequitur, quæ ex illo formanda erat. Nondũ ea enim producta, quasi vtrique mandaret, dicebat, Ne comederitis ex eo: & quocunque die comederitis, morte moriemini: manifestans iam inde ab initio, quòd vnum sunt, vir & mulier, sicut & Paulus inquit, Caput mulieris vir. Et propterea quasi vtriq; loquitur, vt posthac formata ex viro muliere, occasionem illi præbeat docendi illam ipsius præcepta. Iam scio quidem vulgatissimam esse de hoc ligno quæstionem: & quòd multi temerè loquuntur, & culpam ab homine in deum transferre nituntur, audentiq; blatterare, Cuius gratia dedit mandatum, quod sciebat hominem transgressurum? Et iterum, Quare iussit lignum fieri in medio paradisi? Et

†domini

Ephe.5.e.

multa

Universidad de Deusto
Biblioteca

multa alia. Sed ne nunc ante tempus præuaricationis videamur prosilire ad ea enarranda, operæprecium, vt & nos expectemus beatum Mosem enarrantẽ: vt quum ad eum locum peruenerimus, tempestiuè, quæcunq; dei gratia dederit, de ea re dicentes, verum scripturæ sensum, vestram doceamus charitatem: quò scientes scripturarum veritatem, debitam domino gloriam offeratis, nec eo qui peccauit omisso culpam inculpatissimo deo imputetis. Iam autem si libet de præsenti lectione, quod sequitur prosequamur. Et dixit dominus deus, Non est bonum hominem esse solum. Ecce iterum similiter dicit sicut & prius, Dominus deus: vt bene figentes animo dicta, ne putemus diuina scriptura nostras opiniones præstantiores esse. Dixitq; dominus deus, Non est bonum esse hominem solum. Cõsidera, quo modo non cessat bonus deus, sed beneficia beneficiis cumulat, & diuitias bonitatis omni honore circundat, & vult animali huic rationali præstare, vt non solùm honestè, sed & commodè viuat. Et dixit dominus deus, Non est bonum hominem esse solum, faciamus illi adiutricem secundum illum. Ecce iterum etiam hîc dicit, faciamus. Sicut enim in principio cùm de homine formando diceret, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: ita & nunc mulierem formaturus, eodem verbo vtitur, & inquit, Faciamus. Cui hoc dicit? Non creatæ alicui potentiæ, sed ei qui ex se natus est, consiliario admirabili, potenti, principi pacis, vnigenito filio suo. Et vt sciret Adam, quòd animal formandum æqualis cum ipso dignitatis esset futurum, idcirco quemadmodum de ipso dicebat, faciamus, sic & nunc dicit, Faciamus illi †adiutorium simile sibi. Vtrũque multum habet põderis, tum quum ait adiutorium, tum quum addit, simile sibi. Nolo, inquit, illum solum esse, sed habere ex contubernio consolationem aliquam, neque hoc solum, sed producendum erit adiutorium sibi congruũ, mulierem insinuans: & propterea cum dixisset, Faciamus illi adiutorium, addidit, simile sibi: vt cùm videris statim adduci bestias, & omnia volatilia cœli, ne putes de illis esse dictum. Nam licet adiuuent illum in laboribus suis multa irrationabilia animantia, nullum tamen par est rationali mulieri. Vnde ob hoc quum dixisset, adiutorium simile illi, subdit: *Et formauit deus adhuc de terra omnes bestias agri, & omnia volatilia cœli, & duxit illa ad Adam, vt videret quid vocaret illa. Et omne quodcunque vocauit Adam animam viuentem, ipsi ipsum est nomen illi.* Non temerè, neque absque causa hoc factũ est, sed propter futura. Deus enim præscius quid non multo post euenturum, ostendit nobis quantam sapientiam condito à se homini dedit, vt quum præuaricatio mandati à deo dati contingat: non putetur per ignorantiam peccasse: sed scire possis, quòd lapsus ille ex desidia fuerit. Nam quòd magna sapientia præditus fuerit, disce ex his, quæ nunc fiunt. Et adduxit illa, inquit, ad Adam, vt videret quid vocaret illa. Fecit hoc deus, demonstraturus nobis magnã illius sapientiam. Et iterum, Quod vocauit, inquit, Adam, hoc est nomen illi. Factum autem hoc est, non vt discamus illius sapientiã solum, sed vt & symbolũ dominij per nominum impositionem cognoscatur. Nam & hominibus mos est hoc facere in signum dominij, vt cùm seruos emerint, ipsorum nomina mutent. Vnde & Adam instruit, vt hominibus brutis tanquã dominus nomina indat. Ne igitur hîc subitò prætereas dilecte, quod dicitur: sed cogita quantæ fuerit sapientiæ, volatilibus, reptilibus, feris, iumẽtis, & aliis brutis domesticis, & agrestibus, & in aqua

†adiutricẽ secundũ illum

vitam agentibus, & è terra productis, & in summa omnibus, congrua & conuenientia suæ naturæ imponere nomina. Nã quodcunq; vocauit Adam, inquit, hoc nomen est illi. Vidisti consummatã potentiam? vidisti dominij authoritatem? Perpende cum aliis etiã hoc, quòd & leones, & pardi, & viperæ, & scorpij, & serpentes, & alia omnia etiam illis truculentiora, ad illum quasi dominum omni cum subiectione accessérunt, & nomina acceperũt: nec vllum illorum veritus est Adam. Ne igitur arguæ aliquis, quòd à deo sunt creata, neque contra opificem linguam acuat, imò contra suum caput, dicendo illa inutilia verba: Cuius gratia feræ productæ sunt? Nam omnia perinde ac mansueta seruitutem agnouerunt & dominiũ: id quod monstrat manifestè nominũ impositio. Nomina enim quæ imposuit illis, vsque in hodiernum diem permanent. Ita enim hęc firmauit dominus, vt perpetuam habeamus memoriam: quem honorem initio, cùm adhuc obediens esset Adam, à domino omnium accepit, & ablati huius causam illi adscribamus, qui peccato suo hanc suam potestatẽ mutilauit. Et vocauit Adam nomina omnibus pecoribus, & omnibus volatilibus cœli, & omnibus bestiis terræ. Hîc iam considera voluntatis libertatem, & sapientiæ eius eminentiam. Et non dic, quòd ignorarit quid bonum, quid malum. Nam qui potest congruis nominibus iumenta appellare, & volatilia cœli, & alias bestias, neque ordinem confundit, neque mansuetis animalibus cõuenientia feris imponit, nec feris congruentia mansuetis attribuit, sed omnibus sua dat nomina, quo modo nõ omni sapientia & industria pollet? Expendite tandem, quanta huius spiraculi in illo potentia, & quanta incorporeæ animæ sapientia, quam dominus illi dedit: quàm admirabile sit rationale animal hoc, ex duabus naturis constitutum, & incorporea animæ substantia, corpori quasi optima artifex, instrumento cõiuncta. Igitur cùm tecum cogitabis tantã huius animalis sapientiam, obstupesce & admirare opificis sapientiam. Nam si cœli pulchritudo à cordato spectatore visa, illum in conditoris glorificationem producit: quanto magis rationale hoc animal, cùm suam formationem & gloriam à deo sibi datam, eminentiamq; & magnitudinem donorum, & ineffabilia beneficia considerat, authorem horum continuis laudibus prædicare, & pro suis viribus glorificare deum poterit? Vellem & de sequentibus agere: sed ne multitudine eorum quæ dicuntur, dictorũ obruam memoriam, operæpreciũ fuerit sermonem hoc loco claudere. Neque enim hoc solũ nobis curæ est, vt multa dicamus: sed ideo dicimus, vt bene ea animis vestris cõmendentur, nec solùm sciantur quæ in diuinis scripturis continentur: sed vt & aliis fiatis doctores, possitisq; & alios admonere. Hoc oro, vt omnes qui hinc egrediuntur, cum proximis de nũc dictis inter se mutuũ conferant: & ita omnia colligentes, ac recenti memoria tenentes, domũ concedite, apud vosipsos ruminantes diuinas hasce doctrinas: vt huc omni cura vestra cõuersa, menteq; in his occupata, possitis facilè & turbulẽtas animi affectiones vincere, & diaboli insidias effugere. Nam cum malus ille dæmon videt animã de diuinis rebus solicitam, & perpetuò illas versantem, ne accedere quidẽ propius audet, sed celeriter resilit, à spiritus operatione, quasi à succẽso rogo abactus. Vt igitur & nobis plurimũ sit lucri, & illũ vincere valeam°, & supernè nobis copiosior præstetur gratia, his vacet animus noster. Nam ita prosperabũtur in manibus nostris omnia, & erũt facilia omnia quę difficilia erant: & bonum exitum sortientur,

†potentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæcunque contriſtabant,nec quicquam præſentiũ nos triſticia afficere poterit. Quandoquidem ſi nobis curæ fuerint diuina, & ipſe quoque deus pro nobis ſolicitus erit,vt magna ſecuritate per pelagus huius vitæ nauigemus, duce & gubernatore deo ipſo, in illius miſericordiæ portum occurſuri. Cui gloria & imperiũ,cum vnigenito ſuo filio & deo, ſimulq; ſancto & viuifico illius ſpiritui,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Adæ vero non inuentus eſt adiutor ſimilis illi.Et immiſit deus exceſſum in Adam,& dormiuit.

Homilia XV.

INgentes vobis habeo gratias, quòd tanta alacritate heſternã meam accepiſtis admonitionem, & dictorum prolixitate non ſolum non eſtis offenſi, ſed & eodem rigoris tenore perpetuum audiendi deſiderium, vſque ad finem ſeruaſtis. Vnde in magna expectatione ſumus,quòd & opera ipſa,quæ à nobis conſulta ſunt, facturi ſitis. Nam qui tanta voluptate audit, declarat ad opera quoque facienda ſe paratum. Alioqui creber etiam nunc iſte veſter conuentus, certum argumentũ eſt quàm bene valeatis anima.Nam ſicut eſurire,ſignum eſt bonç valetudinis corporalis: ita amare diuina eloquia, ſpiritualis ſanitatis indicium fuerit maximum. Quoniam autẽ fructus veſtri ſtudij pollicetur, quòd & obediendo adimpleturi ſitis:age & nos mercedem,quam heri pollicebamur,hodie veſtræ charitati dinumerabimus. Spiritualem doctrinam mercedem dico, quæ poteſt & meam augere ſubſtantiam cùm dinumerauero, & vos qui recipitis,ditiores efficere.Hoc enim modo ſe habẽt ſpiritualia omnia. Id quod in rebus ſenſibilibus non eſt. Nam in illis ij qui dinumerant pecuniam,ſuam imminuunt ſubſtantiam, & locupletiores fiunt qui recipiunt: hîc autem nõ ſic.Sed & is qui dinumerat,ſuas facultates magis auget, & recipientium diuitiis multum accedit. Itaque cùm & nobis prompta ſit beneuolentia, & vos ſpirituales illas opes ſuſcepturi, ſinus mentis habeatis capaces: age præſtemus quod recepimus,& iterum in manus acceptis his quæ ex contextu beati Moſi lecta ſunt, inde vobis mercedem dinumeremus. Quæ igitur ſunt,quæ hodie lecta in medium afferri debent,vt theſauros ſenſuum in verbis latentes,diligenter quæſitos,charitati veſtræ proponamus. Audiſtis enim modo ſcripturã dicentem, *Adæ verò non inuentus eſt adiutor ſimilis illi.* Quid vult breuis hęc dictio, Adæ verò? quare apponit coniunctionem? an non ſufficiebat dicere, Adæ? Non abſque ratione, neq; curioſitatis gratia inquirẽdi talia nobis ſtudium eſt:ſed vt diligenter omnia vobis interpretãtes,doceamusvos neque dictionem paruam, neque ſyllabam vnam in diuinis literis contentam, eſſe prætereundam. Non enim verba qualiacunque ſunt,ſed & ſpiritus ſancti verba. Et propterea magnũ in his theſaurum inuenire licet,etiam in vna dictione. Auſcultemus igitur obſecro magna diligentia:nullus deſes,nullus ſomniculoſus ſit,omnes vigili animo adeſte. Nullus externis occupationibus mẽtem diſtrahat, nullũ ſeculares curæ ſibi vendicent. Sed cogitet vnuſquiſq; ſpiritualis huius congregationis dignitatem, & quòd ea quæ audiuimus, deus per prophetarum linguas nobis loquitur: atque ſic arrectas ſimul mentem & aures adhibeat, ne aliquid eorum quæ ſeminamus, in petram cadat, vel ſecus viam, vel inter ſpinas,ſed omne ſemen in terram bonam,latitudinẽ dico mentis veſtræ,proiectum,largum vobis fructum afferre queat, & à nobis concredita multiplicet. Cæterùm videamus quid ſibi velit huius cõiunctionis copula, Adæ A verò nõ inueniebatur adiutor ſimilis illi. Vide obſecro diuinæ ſcripturæ accuratam diligentiam.Nam poſtquã dixit, Adæ verò non inuentus eſt adiutor: non ibi ſubſtitit, ſed adiecit, ſimilis illi: additamento illo cauſam nobis declarans, ob quam coniunctionis copulam addiderit. Exiſtimo acutiores conijcere poſſe, & præuidere quid dicturi ſimus. Verùm quia noſtri officij eſt, quoniam cõmunem omnibus doctrinam proferimus, omnibus etiam manifeſta facere quæ à nobis dicuntur: age docebimus vos cuius gratia ſic dixerit, ſed parumper ſuſtinete. Nam poſtquã in ſuperioribus dictis, ſicut memores eſtis, ſcriptura diuina dixiſſet, Faciamus illi adiutorium ſecundum eum: ſtatim docuit nos beſtiarũ, & reptilium, & brutorum omniũ formationem: inquit enim,Et formauit deus adhuc de terra omnes beſtias,& volucres cœli, & duxit illa ad Adam, vt videret quid vocaret illa. Et quemadmodũ dominus omnibus im- B poſuit nomina,& vnicuique beſtiarum, & volucrum,& brutorum omnium generi, ſuum vocabulum iuxta conceſſam ſibi ſapientiã diſtribuit: vt ſcire poſſemus quòd omnes illę creaturæ,licet homini miniſtrent,& nos adiuuent cooperãdo nobiſcũ, irrationabiles tamen ſunt, & homines longè inferiores. Vnde ne putemus illum de illis dixiſſe,faciamus illi †adiutorium.]Nam licet adiuuent, & in multis miniſterio ſuo ſeruiant, ratione tamen carent. Sanè quòd iuuent nos animalia illa,rerum docet experientia:alia enim vtilia ſunt ad conuehenda neceſſaria, alia ad colendam terram. Quandoquidem boues aratrũ trahit,ſulcos ſecat, & varia agriculturæ opera exercet.Aſinus autem ad conuehenda neceſſaria vtilis eſt,& pleraque animalia alia corporis noſtri vſui ſeruiunt. Etenim oues lanam ad parandas veſtes præbent, & capræ ex ſuis pilis aliquid noſtro miniſterio afferũt, C lacteq; & alio quoque modo nos paſcunt. Proinde ne exiſtimes, quod ſuprà dicit: Faciamus illi adiutoriũ: de illis dictum. Ideo nunc ſermonẽ incipiens,inquit,Adæ verò non inuentus eſt adiutor ſimilis ei. Quaſi doceret nos beatus Moſes,& hęc diceret verba,Hęc omnia quidem producta ſunt, & ab Adam ſua acceperunt nomina, nihil tamen ex his omnibus dignum fuit inuentum illius adiutorio. Ideo volens nos docere producendi animalis formationem,& quòd animal hoc producendum, iſtucipſum ſit de quo dicebat, faciamus illi adiutorium ſecundum illum: id eſt,ſimile illi:inquit,hoc eſt eiuſdem ſubſtantiæ, †dignitateq; illo nihil inferius:] & hanc ob rem dicebat, Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis illi: mõſtrans nobis beatus ille,quòd quantumcũque nobis miniſterium exhibent hæc bruta, aliud tamen quoddam adiutorium eſt multis numeris excellentius,quod à muliere Adæ præſtatur. Itaque omnibus D animalibus iam productis, & ſuum nomen à protoplaſto ſortitis, miſericors deus ſimilem illi adiutricem vt produceret,inquirebat. Qui omnia †à ſe facta,per ſe gubernat,&] omnem viſibilem creaturã produxit, is cum aliis omnibus & mulierem format. Et vide quàm diligenter formationem nos doceat. Nam poſtquam nos docuit, quòd vellet producere illi adiutoriũ ſimile ipſi: nam ſuperius dixerat, Faciamus illi adiutorium ſecundum illum: & hic inquit, Non inueniebatur adiutor ſimilis illi: eam ob cauſam ex illius ſubſtantia ipſam format,& inquit, *Et immiſit dominus deus exceſſum in Adam,& dormiuit:& accepit vnam coſtarum illius, & implenit carnem pro illa. Aedificauitq; dominus deus coſtam, quam accepit de Adam, in mulierem, & duxit illam ad Adam.* Magna verborum vis eſt, & omnem humanum captum tranſcendens. Non enim

†adiutorẽ] Bon Dieu ſic in aliis locis accipere poter.

†propter hominem à ſe formatũ diſpenſat, & propter hũc]

†ipſo dignũ .i.ipſo nihil inferius.

enim aliter possunt hæc magna intelligi, q̃ fidei oculis conspecta. Et immisit deus excessum in Adam, & dormiuit. Videte diligentiam doctrinæ: vtraq; posuit beatus ille propheta, imò spiritus sanctus per illius linguã, docens nos factorum seriem. Immisit, inquit, excessum in Adam, & dormiuit. Quod tũc fiebat, neque excessus solus erat, neque somnus solitus. Sed quia sapiens & potens nostræ naturę opifex, vnam ex costis illius ablaturus erat: vt ne sentiendo dolorem, mulieri ex se formatæ postea doloris memor infensus fieret: ea propter immisso excessu, tanto illũ somno oppressit, vt quasi grauedine quadam correptus nullũ rei quæ fiebat sensum caperet: & sicut optim⁹ artifex auferebat quod sibi videbatur: & supplebat vbi quid deerat, & quod inde sumpserat, iuxta suam formabat misericordiam. Immisit, inquit, excessum in Adam, & dormiuit: accepitque vnam costarum illius: & impleuit carnem pro illa: vt ne posset discusso somno, quod factum erat, ex vacuitate sentire. Nam quãuis eo tempore quo auferebatur, ignorauit, postea tamen cogniturus erat. Itaque vt ne illum in auferendo, dolore: neque ob ablationem, tristicia afficeret, vtraque sic dispensauit, vt & citra cruciatũ illius auferret, & impleto eo loco vnde abstulerat, factorum sensum percipere non sineret. Igitur acceptam hanc costam, ędificauit dominus deus in mulierem. Admirabile dictum, nostram rationẽ nimia excellentia vincens. Eiusmodi enim sunt omnia, quę à domino. Istud enim, quàm hominẽ è puluere formari, non est minus. Et vide iterũ quo modo diuina scriptura verbis nostræ infirmitati accommodis vsa sit. Et accepit, inquit, vnam costarum illius. Ne humano more accipias quæ dicuntur, sed crassa verba hæc humanæ imbecillitati conuenire cogites. Nam nisi his verbis scriptura fuisset vsa, quo modo tam arcana mysteria discere potuissemus? Ne igitur verbis tantũ addicti simus, sed omnia, vt par est, de deo sentiamus. Quãdoquidem dum dicitur, accepit, & omnia talia, propter nostram infirmitatem ita dicta sunt. Animaduerte autem quo modo & hîc eadẽ vsa est consuetudine, qua suprà quùm de Adam ageret. Nam vt ibi semel ac iterum, & sæpius dixit, Et accepit dominus deus hominem: & iterum, Et præcepit dominus deus Adæ: & iterum, Dixitq; dominus deus, faciamus illi adiutorium simile illi: sic & nũc inquit, Et ædificauit dominus deus costam, quam accepit ab Adã in mulierem. Et paulò superius, Et immisit dominus deus excessum in Adam: vt discas quòd nullam patris & filij diuersitatem hæ dictiones indicent: sed quia vtriusque est vna essentia, indiscriminatim nominibus istis scriptura vtitur. Vnde & hanc consuetudinem, cùm de formatione mulieris agit, similiter obseruauit, dicens, Et ædificauit dominus deus costam, quam accepit ab Adam, in mulierem. Quid ergo hic dicent hæretici, qui omnia curiosius explorare volũt, & conditoris omniũ generationem comprehendisse se putant? Quis sermo hoc explicare poterit? Quæ mens deprehendere? Vnam costam, inquit, accepit, & quo modo ex hac vnica costa totum animal formauit? Et quid dico, quo modo ex hac vna animal formauerit? Dic obsecro, quo modo ablatio facta est? quo modo Adam, cum auferretur costa, non sensit? Sed nihil horum dicere poteris. Vnus enim tantum scit, qui ipse est conditor. Quòd si hæc quę in manibus sunt, & animalis illius quod nobis carne cognatum est, formationem non cõprehendimus: quanti delirij, & amentiæ fuerit curiosius inquirere, quæ ipsius conditoris sunt, & dicere quòd illa comprehenderis, quorum neque incorporeæ & diuinæ virtutes iustam scientiam habent: sed cum timore & tremore †glorificantes, continuò humiliantur: ¶Et ædificauit dominus deus costam, quam accepit ab Adam, in mulierem. Vide scripturæ diligentiam. Non enim iam dicit, formauit: sed, ædificauit: quia ex iam formato parte accepit, & quasi diceret aliquis, quod deerat dedit. Et propter hoc dixit, & ædificauit: non aliam formationem fecit, sed ex eo quod iam formatum, accepta portiuncula quadam, hãc partem ædificauit, & perfectum fecit animal. Quanta optimi architecti dei potentia, quæ ex tantilla particula, tam elegantia membra concinnauit, tantos formauit sensus, & perfectum, & integrum, & absolutũ animal fecit, quod posset & colloqui, & communione substantiæ viro multa afferre solatia? Nã ob eiusce modi consolationem animal hoc formatum est. Vnde & Paulus dicebat, Nõ enim formatus est vir propter mulierem, sed mulier propter virũ. Vides quo modo omnia propter virum fiunt. Condita enim creatura, productis brutis, & cibo, & ministerio vtilib⁹: quia formatus homo indigebat aliquo cõfabulatore, & eo qui particeps suæ substantiæ multum solatij afferre posset. Ideo ex latere illius hoc rationale animal format, & secundũ industriam suam & sapiẽtiam perfectum & absolutum hoc facit, per omnia homini simile, id est rationale, quod posset in necessariis, & commoditatibus huius vitæ subsidio esse. Deus enim omnia sapienti quadam ratione condidit & moderatur. Et nos qui tam imbecilli mente sumus, tametsi modum, quo facta, scire non possumus, credimus tamen quòd voluntati illius omnia cesserint, & paruerint, & quicquid imperauerit factum sit. *Et ædificauit*, inquit, *dominus deus costam, quam accepit ab Adam, in mulierem: & adduxit illam ad Adam.* Ostẽdens quòd propter illum istam condiderit, adduxit illam ad Adam. Quoniã nullus, inquit, in omnibus brutis adiutor tibi inuentus est similis. Ecce hoc quod pollicebar: promisi enim tibi facturum me adiutorium simile tibi, nunc perfectum trado tibi. Adduxit illam ad Adam. Et dixit Adam, *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea.* Obsecro dilecte, vide hîc quo modo cum ineffabili illa sapientia sibi à deo suppeditata, cuius nobis indicia demonstrata sunt per nominum impositionem, quæ tot brutorum animalium generibus indidit, & propheticã gratiam accipit. Nam idcirco antea docuit nos beatus ille propheta, quòd & somno, & ecstasi correptus sit, ita vt ne sensum quidem vllum, eius quod fiebat, perciperet: vt cum nunc discis, quòd visa muliere diligenter factum enarrat, credas certò, quòd spiritus sancti doctrina afflatus, & accepta prophetica gratia hæc loquatur. Quippe cùm nihil de his, quæ facta erant sciret, postq̃ deus hanc illi adduxit, inquit, Hoc nũc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Alius quidam interpres, pro nunc, †vertit semel. Manifestum ¶ q̃ semel tantum hoc factum est, neque vltrà erit talis formatio mulieris. Nunc, inquit, facta est ex viro mulier, posthac non sic erit: sed ex muliere vir, imò nõ ex muliere, sed ex vtriusque cooperatione: sicut & Paulus inquit, Non est enim vir ex muliere, sed mulier ex viro & non conditus est vir propter mulierẽ, sed mulier propter virum. At istæcipsa, dicet aliquis, quæ dicta sunt, ostendũt quòd mulier ex viro facta sit. Verùm expecta, & vide doctrinã quam subiicit: dicit enim, Verùm tamen, neq; vir sine muliere, neq; mulier sine viro. Quo docet nos, quòd postea vtriusque cõgressu, vtrorumq; & viri & mulieris constitutio erit. Et idcirco & Adam dicebat,

†In assidua glorificatione, perseuerant?

1.Cor. 11. b.

†, vertit, hoc semel, declarans}

1.Cor. 11. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicebat, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Deinde vt scias huius prophetiæ certitudinem, & quo modo in hunc diem & vsque ad consummationẽ affulgeant illius dicta, audi sequentia. *Ista vocabitur mulier, quia ex viro suo sumpta est ista. Propter hoc derelinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carnem vnam.* Vidisti quo modo omnia nobis diligẽter aperuit, & singula per prophetiam suam explanauit. Ista, inquit, vocabitur mulier, quia de viro suo sumpta est. Iterum nobis ablationem costæ insinuat. Deinde manifestans euentura, inquit, Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhęrebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnam. Vnde dic oro, habuit ille vt hæc diceret? Vnde sciebat futura, & ꝙ multiplicandum esset humanũ genus, & quòd hoc viri mulierisque congressu futurum, vnde noscebat? Congressus enim ille post præuaricationem fuit. Nam vsque ad illam quasi angeli versabantur in paradiso, non concupiscentiis flagrantes, non ab alijs affectionibus infestati, nõ naturæ necessitatibus obnoxij: sed prorsus incorruptibiles & immortales conditi, neque vel vestimentorum amictu ibi egebant. Erãt enim, inquit, ambo nudi, & nõ erubescebant. Peccato enim & pręuaricatione nondum præsente, gloria, quæ supernè venerat, vestiti erant: & ideo nõ erubescebant. Post transgressionẽ autem præcepti, introgressa est & erubescentia, & nuditatis agnitio. Vnde igitur dic quæso, habuit, ‡quòd hæc sciret?‡ Nónne propheticæ gratię particeps, omnia hęc spiritualibus videbat oculis? Hæc nunc non absque ratione prolixioribus dico, sed vt etiam hinc immodicã dei misericordiam discatis, quam humano generi exhibuit. Data illi ab initio vita angelica, & innumeris in illum collocatis beneficiis, & cum aliis omnibus etiam prophetica dignitate concessa: vt cùm videritis hominem post tot beneficia delinquere, culpam in deum ne reiecceritis, sed ipsi totũ imputetis. Ipse enim sibimetipsi omnium malorum author fuit, quod & postea discetis, tum quòd tantis bonis excidit, tum quòd ob præuaricationem condemnatus est. Nam cùm cogito vitæ illius statum, quem illi dominus dedit, tã multipharia in ipsum beneficia cumulando: & primùm quidẽ quòd ante ipsius formationem propter ipsum, totum hunc mũdum, & creaturas condidit: & postea ipsum formauit, vt factus visibilibus omnibus frueretur. Dein quòd vt iussit esse paradisum, in illo statim ipsum vitã agere voluit, animalia bruta ab illo separauit: omnium illi dedit potestatem, quasi dominum seruis & subditis nomina imponere iubendo. Postea, quia solus erat, cùm indigeret aliquo adiutore, qui naturæ eius particeps esset: neque hoc omisit, sed producta muliere, modo quo sibi placuit, illã ipsi in manus concredidit, præter hæc omnia, prophetię quoque dignitate illũ insigniuit. Et quod summa, & caput aliorum est beneficiorum, donauit illi vt ab omnibus curis & solicitudinibus corporis liber esset: neque vllis vestium indumẽtis, neque alio aliquo indigere illum permisit: sed vt dixi, quasi angelus terrestris super terram versari voluit. Cùm igitur omnia hęc supputo, obstupesco & domini misericordiã in humanum genus, & hominis desidiam, & diaboli inuidentiã. Non enim ferebat malus ille dæmon videre in corpore hominem angelicam vitam agẽtem. Cæterùm ne nimia prolixitate sermonem extendamus, si placet, reponemus in posterum quæ de diaboli insidijs sequuntur, vestram orantes charitatẽ, vt diligenter ea quæ dicta sunt memoriæ commendetis, & vobiscum expẽda-

‡vt hæc diceret?‡

A tis ea omnia, vt profundius in cogitationib⁹ vestris cõsidant. Nam si continuò beneficiorum dei, quæ in nostrum genus contulit, recordemur, & ipsi grati erimus, & ad virtutis viã magna erit extimulatio. Quippe manifestum, quòd beneficia dei secum recogitãs, operam dat ne illis indignus videatur: sed tanti studij & gratitudinis est, vt & alia consequenter mereatur. Ita liberalis est dominus noster, vt quando videt nos bene & cũ gratitudine vti his, quæ iam nobis concessit, vltrà nos potioribus maioribúsq; muneribus impleat. Tantũ nobis nostra salus curæ sit, ne ita incogitanter & absq; fructu tempus transigamus: neque hoc attendamus, quòd dimidium quadragesimę transierit, sed si qua in hoc tẽpore à nobis bene gesta sunt, & si quas affectionũ perturbationes correxerimus. Nam si quotidianis spiritua
B libus doctrinis refocillati, semper iidem manserimus, neque in virtutibus creuerimus, neque peccatorum genera è pectoribus nostris effugauerimus, non solũ inde nihil erit vtilitatis, sed & plurimum nocumenti. Quandoquidem, qui in tanta cura nihil lucrifacit, neq; proficit, maiorem sibi coaceruabit gehennæ ignem. Ideo oro, vt saltem reliquum ieiunij tempus, vt decet, insumamus, & singulis hebdomadis, imò singulis diebus nos ipsos consideremus, & negligentiam ab animabus nostris repellamus, & bonorum operum possessionem cõquiramus, sicut propheta noster admonuit, Declinem⁹ à malo, & virtuti studeamus. Hoc etenim verum est ieiunium. Iracundus ferocem perturbationem pia cogitatione ab anima eliminet, mansuetudinem autẽ, & lenitatem amplexetur. Deses & intemperãs, & formosorum corporũ curiosior spectator cogitationes suas refrẽet, & in latitudine mẽtis suæ inscribat legem Chri-
C sti dicentem, Qui inspexerit mulierem vt concupiscat illam, iam adulterium commisit cum illa in corde suo. Vnde incontinentiæ vicium effugiat, & sobrietatis virtutem operetur. Qui præcipitis & temerariæ linguæ est, & quæcunque obuenientia effutit, imitetur beatum prophetam & dicat, Pone domine custodiam ori meo, & ostium munitionis labiis meis. Et nunquam temerè & absque vtilitate proferat verba, sed audiat Paulum, dicentem, Omnis vociferatio, & furor, & blasphemia, & obscœnitas, & vrbanitas tollatur à vobis cũ omni malicia. Et iterum, Si quis sermo bonus, ad ædificationem vtilis, vt det gratiam audientibus. Iuramenta quoque modis omnibus fugiat: audiens sententiã Christi, quæ dicit, Dictũ est antiquis, Non peierabis: ego autem dico vobis, non iurandum omnino. Ne igitur di-
D cat aliquis, In re iusta iuro. Neque enim in re iusta, neq; iniusta iurare licet. Purum igitur à iuramẽtis seruemus os. Et his omnibus muniamus nostram linguam, labia & mẽtem, ne vel quid malarum cogitationum intrinsecus nascatur, vel per linguam foras proferatur. Aures quoque diligenter sepiamus, ne vanas fabulas audiant. Sicut & beatus Moses præcepit, dicens, Auditum vanũ ne accipias. Et iterum beatus Dauid dicebat, Obtrectãtem secretò proximo suo, hunc persequebar. Vististi dilecte, quanta nobis contentione, quanta vigilantia ad virtutem parandam opus sit? quo modo & parua particula neglecta, totius periculum inferet? Quocirca & alibi clamat beatus Dauid, accusans hoc facientem, & dicens, Sedens aduersus fratrẽ tuum obloquebaris, & cõtra filium matris tuæ ponebas scandalum. Si sic nostra omnia mẽbra muniuerimus, poterimus ad virtutis opera excitari, & linguam in laudibus & glorificatione dei occupare: aures autem in auditu & disciplina diuinorũ eloquiorum,

pſal.36.c.
Matt.5.d.
pſal.140.a
Ephe.4.g.
Ibidem.
Matt.5.c.
Deut.5.b.
Pſal.100.a
Pſal.49.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

eloquiorum,& mentē in ſpiritualibus dogmatibus cō-templandis:manus verò non in rapina & auaricia, ſed miſericordia & bonis operibus faciendis: & pedes non in theatris & ſpectaculis damnoſis, equeſtribuſq; ludis, ſed in eccleſiis & domibus precationum, & martyrum loculis,vt ab illis benedictionem percipiamus,& nos à diabolicis laqueis irretiri non ſinamus: Si ſic ſolliciti noſtram ſalutem curauerimus, poterimus & ex ieiunio lucrum facere, & dæmonis inſidias effugere, & magnā ſupernè gratiam aſſequi: quam vt nos omnes aſſequamur, concedat gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri, ſanctoque ſpiritui ſit gloria, imperium,honor nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

Et erant ambo nudi & Adam & vxor eius, & non erubeſcebant.

Homilia XVI.

HODIE vobis dilectiſſimi,ſpiritualem theſaurum aperire volo: qui licèt inter multos diuidatur,nunquā tamen abſumitur: omnes enim locupletat, non tantum nulla ſui imminutione,ſed & quodam augmento. Nam ſicut,ſi quis de ſenſibili theſauro vel paruam acceperit portionem, multas tamē diuitias inde ſibi parabit:ita & in diuinis ſcripturis,etiam in parua dictione,ſenſuum gratitas & ineffabiles inuenīūtur diuitię. Talis enim natura huius theſauri, vt abundare faciat eos qui ſe inueniunt, & nunquàm deficiat. Fontis enim huius ſcaturigo eſt ſpiritus ſanctus. Reliquum,veſtrum fuerit quæ propoſita ſunt ſumma ſeruare memoriæ diligentia. Cęterum,vt facilè dicta aſſequi poſſitis: tātum quod noſtrum eſt,magno ſtudio afferamus. Gratia enim parata eſt,& requirit eos qui ſe largiter ſuſcipiant. Audiamus igitur quæ hodie ſunt lecta,vt diſcamus dei miſericordiam,& quāto,ſalutis noſtræ gratia, ſermonis temperamento ſit vſus.

Et erant ambo nudi tam Adam quàm vxor eius,& non erubeſcebant. Conſidera quæſo,eminentem beatitudinem,quo modo ſuperiores fuerint omnibus corporalibus neceſſitatibus, quo modo terram quaſi cœlum incoluerint: & quum eſſent in corpore,nihil corporale tulerint:neque tecto,neque veſte, neq; alio tali opus habētes. Porrò diuina ſcriptura non ſimpliciter & abſque ratione hoc nobis ſignificauit: ſed vt cùm didicerimus vitam illorū triſticię doloriſq; expertem,& angelicum quendam ſtatum (vt ita dicā) & poſtea viderimus illos omnibus illis deſtitui, & quaſi è magnis diuitiis in extremam inopiam redigi, ipſorum peccato totum quod fit aſſcribamus. Operæprecium autem lecta ipſa audire. Nā vt dixit beatus Moſes, quòd nudi erant, & nō erubeſcebant, neque enim ſciebant ſe nudos eſſe,mira gloria amicti,& maiori quàm vllus veſtitus poſſet ornare, inquit, *Serpens autem erat prudentiſſima omnium beſtiarū quæ ſuper terram, quas fecerat dominus deus. Et dixit ſerpens mulieri, Quid quòd dixit deus,ne comedatis ex omni ligno quod eſt in paradiſo?* Vide maligni dæmonis inuidētiam, & multiplices technas. Quandoquidem ſciuit hominem formatū in ſummo eſſe honore, & propemodū nihil minus habere angelis ipſis,ſicut & beatus Dauid, inquit, Minuiſti eum paulò minus ab angelis. Atque hoc ipſum paulò minus inobediētiæ peccatum introduxit. Nam poſt præuaricationem hoc loquutus eſt propheta. Videbat igitur ſuper terram angelum terreſtrem, & à ſua rodebatur inuidia dæmon malorū author. Quoniam cùm ipſe inter ſupernas virtutes eſſet,& ob volūtatis ſuę nequiciam, & maliciam excellentem, è ſummo illo cœlo proiectus fuerit, magna vſus eſt machinatione: vt & hominem gratia dei priuare,& ingratum factum, tātis bonis per diuinam bonitatē ipſi conceſſis, nudare poſſet. Et quid fecit? Inuēto animali hoc, ſerpentem dico, qui cętera calliditate ſua vincebat,ſicut & Moſes teſtatus eſt, cùm dixit, Erat autem ſerpens *prudentiſſima omnium beſtiarum quæ ſuper terram, quas fecit dominus deus: eo quaſi inſtrumento quodam vſus eſt, per quod mulierem, vtpote ſimplicius & infirmius vas, illius familiaritate in errorem & deceptionem prouocaret Et dixit ſerpens mulieri,Collige hinc,quod ab initio nulla beſtiarum ſuper terram terrebat vel virū vel mulierem: ſed dominium & ſubiectionem agnoſcebāt omnia. Et ſicut nunc domeſtica animalia,ita & fera & immanſueta tunc ſubdita erant. At fortè hic dubitauerit quis,& vt ſciat quęſierit,num & hoc animal rationis fuerit particeps? Non ita eſt: abſit. Nam ſequētes ſcripturam hoc expēdere debent, quòd verba quidem ſunt diaboli, quem ſua inuidia concitabat, vt ita hominem falleret. Animali autem hoc,vt inſtrumēto accommodo vtebatur diabolus,quò ſuarum fraudium eſca deuorata,ſupplantare primùm poſſet mulierem,quę facilius decipi poterat, & poſtea per illam etiam protoplaſtum ſupplātaret. Itaque hoc bruto vtitur ad inſidiarum ſuarum machinationes, & per ipſum mulieri loquitur, & inquit: Quare dixit deus, ne comedatis ex omni ligno quod eſt in paradiſo? Conſidera obſecro,malignitatis excellentem ſubtilitatem. Inducit enim ſub ratione cōſilij, & interrogationis, etiam quod non erat dictum, quaſi ſcilicet curam ipſorum haberet: id quod oſtenditur,cùm inquit: Cur dixit deus,ne comedatis de omni ligno quod eſt in paradiſo? quaſi diceret malignus ille dæmon: Quare deus priuauit vos tanta fruitione? cur non concedit vt participes ſitis bonorum quæ ſunt in paradiſo? ſed præſtitit quidē vt viſu frueremini,maiori tamen voluptate interdixit. Cur dixit deus. Quare inquit hoc? quæ vtilitas verſari in paradiſo,& nō frui his quæ in illo ſunt? Sed ideo maiorem fertis dolorē,quòd ſpectare quidem vobis licet,frui non licet. Vidiſti quo modo per verba, quaſi per eſcam virus ſuum immittit. Debebat mulier ex ipſo aggreſſu eminentem coniectare malicią, tum ꝙ de induſtria quæ non erant dicebat: tum quòd quaſi curam ipſorū gerat,vt ſcire poſſet quæ illis à deo pręcepta,& ſic ad præuaricationem ipſos traheret. Igitur cùm poſſet ſtatim illius impoſturam videre,& auerſari verba vti nugacia,& ſeipſam in tantā humilitatem non deiicere,noluit. Oportebat(inquam)initiò colloquium illius non ferre,ſed illi ſoli loqui,propter quem, & in cuius adiutoriū producta erat,particeps dignitatis illius facta. Quia autem, neſcio quo modo, allecta,colloquium ſerpentis tulit: per quem,vt inſtrumentum,pernicioſa diaboli verba ſuſcepit:congruum erat ſtatim quum diſceret ex verbis ab illo dictis,quod diuerſa à verbis dei eſſent:& quòd alia quidem conditor imperaſſet,alia autem ille,& planè cōtraria deo diceret:vt ipſa auerſaretur,& fugeret illius conſuetudinē, abominareturq; illum, qui ſuam linguam cōtra datum illis mādatum acuere audebat. Verùm quia præ magna negligentia non attendebat, non ſolum non eſt illum auerſata,ſed omne mandatum illi detexit,& margaritas porcis obiecit,impletúrque quod à Chriſto dictum eſt,Ne mittatis margaritas veſtras ante porcos: ne fortè conculcent illas pedibus ſuis, & conuerſi vos diſrūpant. Id quod & hic factum eſt. Appoſuit enim porco, huic malæ beſtiæ,dæmoni videlicet,qui per ſerpentem operabatur,

Φρονιμώτατος prudētiſſimus, peritiſſimus, callidiſſimus

Pſal.8.b.

Matt.7.a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

operabatur,diuinas margaritas: & non ſolum illas con
culcauit, & dictis ſe oppoſuit: ſed & conuerſus non ip-
ſam ſolum, ſed cum ipſa protoplaſtum quoque in mor
bum inobedientiæ perduxit. Tantum malum eſt abſq;
delectu cuinis diuina myſteria detegere. Audiāt qui ſi-
ne diſcrimine ſimpliciter cum omnibus colloquuntur.
Neque enim ibi Chriſtus de porcis præcipit, ſed homi-
nes porcinis morib° denotat, qui ſicut bruta illa in pec
cati luto inuoluuntur: docens nos,vt perſonarū diuer-
ſitatem dinoſcamus,& vitæ rationes inquiramus, quā-
do aliquid diuinorum eloquiorum exponere opus fue-
rit,ne & illos & noſmetipſos lædamus. Nam qui tales
ſunt,non ſolum nihil lucri ex dictis capiunt, ſed & eos
qui bonas illas margaritas abſq; diſquiſitione illis pro-
poſuerāt,ſecum in ſuę perditionis profundū pertrahūt.
Ideo cum diligentia obſeruanda ſunt hæc, ne eadē pa-
tiamur quæ illi qui hic decepti ſunt.Nam & nunc ſi vo
luiſſet mulier non proponere margaritas porco,neque
ipſa in præcepitium ruiſſet, neque virum ſecum traxiſ-
ſet.Sed audiamus quid illi reſpōdeat. Nam vt dixerat,
cur dixit deus, de omni ligno paradiſi ne comedatis?
inquit mulier ſerpenti. *De omni ligno paradiſi comedimus:
de fructu autem ligni quod eſt in medio paradiſi, dixit deus, ne co-
medatis,neque attigeritis ipſum,vt non moriamini.* Vidiſti mali-
gnitatem,dixit quod nō erat,vt in colloquium prouo-
caret,& diſceret id quod erat.Mulier enim poſtea con
fidens quòd beneuolè erga ſe affectus eſſet, totum man
datum detexit,diligenterq; recenſuit omnia, & reſpon
ſo ſuo omnem ſibimetipſi defenſionem abſtulit. Quid
enim potes dicere,ô mulier? *Cur dixit deus, ne come-
datis de omni ligno quod eſt in paradiſo. Oportebat
te auerſabundam ab eo,qui diuerſa à deo dixerat,dice-
re,Apage,impoſtor es tu,neſcis neq; mandati nobis da
ti potētiam, neque quantis fruimur, neque copiam eo-
rum quæ nobis ſuppeditantur. Nam tu quidem ais deū
dixiſſe,quòd nullum deguſtare debeamus lignum.Do-
minus autem & conditor,ob immodicam ſuam boni-
tatem nobis permiſit frui, & poteſtatē habere omniū,
& ab vno tantum abſtinere iuſſit, idq; noſtræ curæ gra
tia,vt ne guſtato illo, morte occumberemus. Oporte-
bat, ſi quidem prudens fuiſſet, his ad illum dictis illum
omnino auerſari, nihilque vltrà illi loqui, neque audi-
re loquētem: ſed iſta reuelato præcepto, & narratis dei
verbis,aliud letiferum,& pernicioſum conſilium ab il-
lo accipit.Nam poſtquam dixit mulier,De omni ligno
paradiſi edimus, de fructu autem ligni quod eſt in me-
dio paradiſi,dixit deus,Ne comedatis ex illo,neque at-
tigeritis ipſum,ne moriamini: Iterum malignus ſalutis
noſtræ inimicus contrarium deo conſiliū affert.Quip-
pe cùm miſericors deus, ob magnam noſtri curam ſu-
mere prohibuerit,vt ne per inobediētiam mortales fie-
remus:ille dicit mulieri,Non morte moriemini.Quali
venia quis dignaretur mulierem? omnino enim aures
occludere potuerat, illo temeraria hæc dicente. Nam
cùm deus dixerat,ne comedatis,vt ne moriamini: ille,
inquit,non morte moriemini. Dein non contentus,q̄
dixerat contraria dictis dei,incuſat eum etiam vt inui-
dum opificem,quò ſic fraudes ſuę procedant,& ſupplā-
tata muliere propoſitum ſuum impleat. *Non morte mo-
riemini.Sciebat enim deus,quòd quocunque die comedetis ex eo,ape-
rientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum.*

Ecce nihil niſi eſcam: calicem enim perniciali vene-
no plenum mulieri dedit,quę letiferum hoc eſſe videre
noluit.Poterat enim,ſi voluiſſet,ab initio hoc ſcire.Sed
vt audiuit ab illo, quòd ideo eſum hunc prohibuiſſet
deus, quia ſciret oculos ipſorum aperiendos,eoſq; ſicut
deos fore,ſcientes bonum & malum:æqualis diuinitatis
ſpe inflata,magna quędam ſecum concipiebat. Tales e-
nim ſunt machinationes inimici, vt quādo per decep-
tionem in ſublime ſubduxerit,tādem & in profundum
per præceps deiiciat. Igitur vt diuinitatem mente ſua
imaginata eſt, ad eſum properauit, & illuc poſtea fixit
& cogitationem & mentem. Et nihil aliud conſidera-
bat,quàm vt calicem à maligno dæmone temperatum,
epotaret.Nam quòd accepto pernicioſo illo ſerpenti-
ni conſilij veneno,tale ipſi ſtudium fuerit,audi ſcriptu-
ram dicentem: *Et vidit mulier,quòd bonum eſſet lignum ad
veſcendum,& gratum oculis ad videndum, formoſumq; ad contem-
plandum: & accepit de fructu illius,& comedit.* Verè corrum 1.Cor.15.d.
pūt bonos mores colloquia praua. Quare enim nō an-
te diabolicum conſilium,illi tale quid in mētem venit,
nec lignum hoc conſiderauit,eiuſque pulchritudinē vi
dit? Quia timebat mandatum dei,& ſubſequuturū ſup-
plicium:nūc autem poſtquam à mala hac beſtia decep-
ta eſt,ita vt crederet quòd per hoc non ſolū non offen
dantur,ſed & deo æquales ſint futuri:tunc illā ſpes pro-
miſſionis ad ſumēdum cibum impulit:neque intra ſuos
limites contēta, ſed inimico & hoſti ſalutis noſtrę ma-
iorem fidem habens,quàm verbis dei: didicit experien
tia ipſa non multo pōſt conſilij pernicię, & quanta ca-
lamitas ipſos deprehenſura eſſet. Nam vt vidit,inquit,
quòd lignum eſſet bonum ad veſcendum,& quod ocu
lis gratum ad videndum,& formoſum ad contemplā-
dum,cogitauit ſecū,fortè ex diaboli deceptione, quam
per ſerpentem ille afferebat,Si & ad veſcēdum bonum
eſt lignum,in quo tanta formoſitas, & quod tātum ob-
lectare poteſt oculos, inſuper etiā præbebit nobis eius
ſumptio ſummum honorē, & habebimus eādem quam
conditor dignitatem:quare non ſumeremus de eo? Vi-
diſti quo modo illā diabolus captiuam duxit,& allexit
rationem, fecitq; vt quæ ſupra ſuam dignitatem erant,
ſapere auderet,quò inflata ſpe †vana,] & ab his quoque †noua ſ. vxōr
quæ ipſi conceſſa erant,excideret. *Et accepit de fructu il- vxōis. inter-
lius,& comedit. Et dedit etiam viro ſuo, qui erat cum illa,& come- pres legiſſe
derunt: & aperti ſunt oculi illorum,& cognouerunt quod nudi eſſēt.* videtur xai
Quid feciſti ô mulier? Quare pernicioſo cōſilio accep vxōis. per.s.
to, legem à deo datam conculcaſti & mandatum con- in priore ſyl
tempſiſti,& in tantam veniſti intemperantiam, vt non laba
contenta tot tātorūmque fruitione, etiam vnicum hoc
lignum,de quo ne comederes præceperat dominus, au
ſa ſis contrectare? & fide habita his quę à ſerpente dicta
ſunt, fidelius putaſti illius conſilium quàm mandatum
à conditore datum? Et in tantum decepta es, vt ne ve-
nia quidem digna dei ſis: neque enim eiuſdem naturæ
erat qui hoc conſulebat: ex ſubditis erat & ſeruis,& ſub
tua poteſtate erat: quare ſic teipſam confudiſti? Quare
illo relicto, propter quem formata es, ad cuius auxiliū
producta es,cuius dignitatū particeps,& cum quo eiuſ-
dem es ſubſtantiæ & vocis, in familiaritatem ſerpentis
venire ſuſtinuiſti, vt à diabolo per hanc beſtiam acci-
peres conſilium,quod manifeſtè contrarium his quæ à
deo iniūcta: neque ſic auerſata es illum,ſed ſpe promiſ-
ſionis,de cibo illo ſumere auſa es? Eſto igitur teipſam in
tantum præcipitium depuleris,& honore maximo pri-
uaueris:quare & virum tantæ ruinę ſocium facis? Et cu-
ius te adiutricem eſſe oportebat, illius facta es inſidia-
trix,& ob minimum cibi illum quoque tecum à gratia
dei abalienas? Quæ te prodigioſa inſania in tantam au
daciam induxit? Non ſatis erat tibi beatam hāc vitam
agere,& corporе quidem veſtiri, neque corporalis ali-
cuius

*τί ὅτι ἂ-
πεῤ ὁ θεός,
id eſt,cur
dixit deus.
vel, Quid,
quod dicit
deus: quaſi
peteret,
quid, eſt ne
verū quod
deus dixe-
rit & ſic
prohibue-
rit?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuius indigam esse: omnibus in paradiso frui, excepto vnico hoc ligno: visibilia omnia sub tua esse potestate, & te esse omnium dominam? Sed vanis decepta promissionibus, sperabas etiam in summum peruenire honoris fastigium. Idcirco discres re ipsa, quòd non solum illa non assequeris, sed & omnibus iam à deo tibi datis priuabis & teipsam, & virum. Atque in tantam pœnitudinem venietis, vt & serus vester dolor futurus, & malignus hostis (qui hoc damnosum vobis consilium suggessit) risurus, vobisque insultaturus sit, vt pote iacentibus, & eadem quæ ipse passis. Etenim sicut ille supra q̃ decebat de se sentiens, à concessa dignitate deturbatus, & è cœlis in terram deiectus est: istucipsum & vos facere, & per mandati prævaricationẽ in mortis venire pœnam voluit, ita suæ satis faciens inuidiæ: sicut & sapiens quidam dicebat, Inuidia autem diabuli, mors in mundum intrauit. *Et dedit etiam viro suo, & comederunt: & aperti sunt oculi †amborum.* Magnum & viri peccatum est. Nam licèt illa eiusdem generis esset, & vxor, attamẽ oportebat virum maioris facere præceptum dei recens, quàm illicitam hanc concupiscentiam: & non fieri prævaricationis participem, neque ob minimas voluptates tantis seipsum priuare bonis, & offendere benefactorẽ, qui illum tanta liberalitate amplexatus est, vitamq; doloris & laboris omnis expertem cõcessit. An non licebat omnibus aliis quę in paradiso erant abunde frui? Quare tam leue mandatum neque ipse voluisti seruare? sed fortè audiuisti à muliere pernicioso consilij promissionem, & spe etiam ipse inflatus, cibi statim particeps factus es, & idcirco vtrique supplicium luetis. Docebitq; vos rerum experientia, non esse fidelius maligni dæmonis consilium, quàm dei præceptum. *Et dedit etiam viro suo, & comederũt, & aperti sunt oculi amborum, & cognouerũt quòd nudi essent.* Quæstio magna nobis hîc nascitur, ea scilicet, quã pridie pollicebar charitati vestrę. Merito enim quis rogauerit, quam virtutẽ habuerit hoc lignum, cuius esus illorum oculos aperuerit, & quare lignum scientiæ boni & mali vocetur. Et si placet expectate, vt pauca etiam de his differẽs charitatem vestram doceã. Quòd si voluerimus prudenter, quę in diuina scriptura dicũtur intelligere, nihil dictorum nobis difficile erit. Neque enim esus ex eo ligno oculos illorũ aperuit. Nã & ante esum videbant. Sed quia gustus ille inobedientię erat argumentũ, & prævaricatio mandati à deo traditi: ob quam causam postea ablata est gloria, quæ illos circũdabat, quia se indignos tali honore fecerãt: propterea scriptura morem suum obseruans, inquit, Comederunt, & aperti sunt oculi *amborum, & cognouerũt quòd nudi essent. Nudati propter peccatum, supernæ gratiæ amictu, & sensibilis suæ spoliationis sensum acceperunt, vt per erubescentiã, quæ inuadebat ipsos, certò scirent in quantam ruinam ipsos adduxisset mandati dominici prævaricatio. Qui enim antea fruebantur tanta fiducia, & neque sibi conscij erant se nudos esse, nec nudi erant, quandoquidem superna ipsos gloria quouis vestimẽto honestius tegebat: post esum autem, hoc est post prævaricationem præceptorum in tantam humilitatem redacti sunt, vt ob intolerabilẽ erubescentiam vestem tunc quærerent. Quippe mandati prævaricatio vt superuenit, vestem illam nouam, & admirabilem, gloriæ (inquam) ac supernæ beneuolentiæ, expoliauit, & tam confusione indicibili circundedit, quàm nuditatis sensum præbuit. *Et consuerunt folia ficus, & fecerunt sibimetipsis succinctoria.* Obsecro dilecte, cogita, quo modo, & à quanto fastigio in profundum præcipitium deiecit illos diaboli consilium. Nam tãta gloria dudũ circundati, nũc folia ficus cõsuunt, & sibi succinctoria faciũt. Hoc diabolicæ deceptionis lucrum est. Hoc machinabatur illius consultatio, vt non solum maiora nõ conferret, sed & acquisitis nudaret, & destitutos ab his quæ habebant, ostenderet. Itaque quia cibi occasio prevaricationem fecit: idcirco inquit, Et comederunt, & aperti sunt oculi amborum: non de sensibilibus oculis dicens, sed de sensu mentis. Quia postquam mandata trãsgressi sunt, deus eos sentire fecit ea, quæ ante ob singularem illius in se beneuolẽtiam non sentiebãt. Igitur cùm audieris quòd aperti sunt oculi illorum: hoc cogita, quòd fecit illos postea nuditatem sentire, & ablationem gloriæ qua ante esum fruebãtur. Quòd autem hęc sit scripturæ consuetudo, audi illam alibi dicentem: Nã cùm ancilla Saræ dominium fugiens, erraret, & posito iuxta abietem puero, à longe consideraret illius mortẽ, inquit, Aperuit deus oculos Agar, nõ quòd antehac nõ viderit, sed quòd mentem illius excitarit. Vides quòd verbum, Aperuit, non de corporalibus oculis dicit, sed de sensu mentali. Idipsum & de altera quæstione dixerimus, quæ hinc exoritur. Dicunt enim, Quare lignum scientiæ boni & mali vocatur? Sunt enim contentiosi multi qui dicere audent, quòd post esum ligni scientiam habuerit Adam ad discernendum bonum & malum: id quod extremæ fuerit amentiæ. Nam propter hoc pridem cùm præuiderimus hęc, de sapientia homini à deo tradita tam multis tractauimus, ostendentes hãc ex nominũ impositione, quæ feris omnibus & volucribus cœli, & brutis indidit: & quòd cum tã hac inenarrabili sapiẽtia & prophetiæ gratiam fuerit assequutus, vt ne quis hoc dicere ausit. Igitur qui nomina animantibus dedit, quiq; admirabilem prophetiæ gratiam fuit assequutus, quam de muliere pronũciauit, sicut iam diximus, quo modo ignoraret quid bonum, & quid malum? Quòd si receperimus, iterum blasphemias in conditorem transferemus. Nam quo modo præceptum daret ignoranti, quòd malum sit transgressio? Verùm nõ non ita est, absit: sed sciuit clarè. Enimuero hac de causa animal hoc ab initio, libero arbitrio esse fecit. Quod si non fuisset, neque cùm mandatum prævaricatus est, illum puniri: neque si seruasset, remunerari oportebat. Quod enim factus sit mortalis propter prevaricationem, & ex hoc mandato, & his quæ sequuta sunt, claret. Audi enim mulierem ipsam loquẽtem serpenti, De fructu ligni quod est in medio paradisi, dixit deus, ne comedatis ex eo, vt non moriamini. Itaque ante prævaricationem immortales erant, alioqui post cibũ non hoc supplicij loco imposuisset. Quis ergo ferret dicere volentes quòd homo post esum de ligno acquireret primò scientiam boni & mali, qui & antea tanta sapientia plenus erat, & cum scientia etiã propheticã gratiã assequutus fuit? Et quo modo hoc rationi consonũ, vt sciat caprarum, & ouium, & omnium brutorum natura, quæ herba salutaris, & cibo vtilis, & quæ pernicioſa, vt illã inquirat, hanc fugiat: & hominẽ rationale animal nescire quid bonum & quid malum? Sed ecce, inquit, scriptura lignum hoc vocat, lignum scientiæ boni & mali. Neque me hoc latet: sed si proprietates diuinæ scripturæ discere volueris, scies quare hoc nomen huic ligno tribuit: non enim quòd homini scientiam dederit, sic vocatũ est: sed quia per illud facta est transgressio mãdati. Et ex illo postea intrauit peccati cognitio & erubescentia, & propterea sic appellatum est. Mos enim diuinæ scripturæ est, à rebus contingentibus nomina locis im-

Sap. 2. d.

†illorum

αὐτῶν, illorum. vt & prius: aliquando tamen penit τῶν δύο amborum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis imponere, vbi res contingunt. Eaq; propter lignum hoc vocatum est lignum scientiæ boni & mali, quia circa illud obseruatio & transgressio mandati erat. Misericors enim deus à principio docēs hominē, quòd habeat conditorem & factorem eum qui visibilia omnia produxit, ipsumq; formauit: per †vnum tantum]mādatum declarauit se dominū esse. Et quasi liberalis dominus, magnam & admirabilem quandam domum alicui ius vsui donās, nec recipere vult quod se decet: sed parulam aliquam partem accipit, vt dominij ius saluū sibi maneat: & ille interim sciat quòd nō ædificij dominus sit, sed gratia & misericordia domini fruatur huius vsu. Sic vtique & dominus noster, cùm visibilia hęc omnia homini concederet, & præstaret illi vt versaretur in paradiso, & frueretur omnibus quæ in illo sunt: vt ne paulatim distracta mente putet visibilia hęc per se esse, sentiatq; aliquid supra se: iussit ab vno ligno abstinere, magna definita pœna, si hoc trāsgrediatur: vt scire possit, quòd dominum habeat, cuius beneuolentia & cæteris fruatur. Verùm quia multum inconsiderate se gerens vna cum vxore in tantam ruinam concidit, propterea quod præceptum trāsgressus sit, & de ligno gustauerit, ideo lignum ipsum scientiæ boni & mali nominauit, non quòd antea ignorauerit. Nam sic non ignorauit, vt serpenti mulier dixerit. Dixit deus, ne comedatis ex illo, ne moriamini: Itaque sciebat quòd mors pena esset, si mandatum præuaricarentur. Sed quia post huius esum, & superna gloria spoliati, & sensibilem nudationem experti sunt: ideo vocauit lignum scientię boni & mali. Erat enim circa illud, quasi quædā obedientiæ dei exercitatio. Didicistis, quare dixit quòd aperti sunt oculi illorum, & cognouerunt quòd nudi erant? Cognouistis, quare lignū hoc scientiæ boni & mali vocetur? Cogita enim quāta confusione digni facti sunt. Denique post huius esum, cùm transgressi fuissent præceptum domini: consuerunt enim folia ficus, & fecerūt sibi succinctoria. Vide à quanta gloria in quantam vilitatem deducti sint, qui antea quasi terrestres angeli viuebant. Tegmen sibi ex foliis excogitant: tantū malum est peccatum. Non solum enim nos à superna gratia alienos facit, sed & ad multam cōfusionem & humilitatem deducit: & cùm nos priuat à bonis quæ iā possidebamus, omnem etiam fiduciam aufert. Sed ne omnino tristem faciam sermonem, sursum, deorsumq; versando peccatum, quod per esum ligni & inobedientiam hominem deiecit: age si placet, ab hoc ligno ad lignum crucis sermonem vertamus, & videamus quæ nā mala illud intulit, & quæ bona istud cōciliauit. Imò neque lignum attulit mala, sed voluntas peccans, & contemptus †circa præceptum habitus. Lignum illud] mortem introduxit. Nam post præuaricationem mors intrauit, sed istud immortalitatem largitum est. Illud è paradiso eiecit, istud in cœlos nos reduxit: illud propter vnā transgressionem tanti supplicij reum Adam fecit, istud nos plurimis peccatorū sarcinis exonerauit, fiduciamq; ad dominum nobis concessit. Vidisti ligni & ligni differentiam? Vidisti diaboli malignitatem, & hominis peccatum, & domini misericordiam? Armemus itaque nosipsos obsecro charissimi armis ligni huius viuifici, ipsiusq; potentia pernicios os animi affectus mortificemus: vti & Apostolus Paulus sic quodam modo dicit. Qui vero sunt Christi, carnē crucifixerūt cum affectibus & concupiscentiis. Quod autem dicit est huiusmodi, Qui se totos Christo dedicarunt, absurdam omnem cōcupiscentiam mortificarunt carni incumbentem, vt omnes animi corrumpat operationes. Hos igitur & nos imitātes membra nostra compescamus, efficiamúsq; vt resistāt aduersus vim ex diabolica suggestione in nos insurgentem, vt & in presenti vita turbulentū hoc & periculosum mare intrepide traiiciamus, & in diuinæ benignitatis tranquillos portus peruenientes bona deum diligētibus promissa cōsequi valeamus, in Christo Iesu domino nostro: cui gloria cum patre & sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et audierunt vocem domini dei deambulantis in paradiso in meridie.

Homilia XVII.

SATIS, opinor, pro nostra virili heri locum de ligno interpretantes, enarrauimus. Docuimus enim charitatem vestrā, quare diuina scriptura lignum cognitiuum boni & mali vocet: proinde hodie animus est ad sequentia pergere, vt discatis ineffabilem dei misericordiam, & quanta sermonis attēperatione vsus sit, nostræ naturæ prouidentiam & curam habens. Omnia enim fecit & operatus est, vt rationale hoc animal, à se conditū, in omni honore esset, & in nullo angelorum vita deterius foret, sed & in corpore, illorum possideret impassibilitatem. Cæterum vt vidit vtrosque peccando transgressos per negligentiam ea quæ à se præcepta erant, idque postquam minis eos munierat & retraxerat, ne sic quidem à misericordia sua cessat: sed semper sibi similis, quemadmodum clementissimus pater, filium indignū quid nobilitate sua per negligentiam suam commisisse, & à summo honore in extremam vilitatem redactū videns, paternis visceribus commotus, non illum consilij inopem, & auxilio destitutum sinit: sed iterum suū agit officium, paulatim illum à vilitate liberatum, pristinæ restituens dignitati. Simili modo bonus deus misertus est hominis cum vxore sua circunuenti diaboli insidiis, cuius per serpentem consilium acceperat. Nam veluti medicus ad inualidum & ægrotantem iacētemque, ac indigentem cura & medici manu, protinus illū accedit. Sed vt & ex verbis discas quām ineffabilis sit dei benignitas, operæprecium fuerit audire quæ lecta sunt. *Et audierunt vocem domini dei deambulantis in horto ad meridiem, & delituerūt tam Adam quàm vxor illius à facie domini dei, in medio ligni paradisi.* Dilecti ne inconsideranter prætereamus quæ à diuina scriptura dicta sunt, neq; in verbis ipsis hæreamus: sed consideremus, ob nostrā imbecillitatem tantam hîc esse verborum humilitatē. Nā si vellemus verba, vt sunt pronunciata, sectari, & nō dignè, vt decet de deo exponere: dic quæso, quo modo non multa simul sequentur absurda? Ecce enim statim ex his quæ principiò lecta sunt, spectare hoc licet. Et audierunt vocem domini dei deambulantis in horto ad meridiem, & delituerunt. Quid enim dicis? deambulat deus? pedes ipsi tribuemus? & de eo nihil sublime cogitabimus? Nō ambulat deus, absit: Quo modo enim ambularet, qui vbique prēsens est, & omnia implet? cui cœlum thronus, & terra scabellum, ipse in horto continetur? Quis cordatus hoc diceret? Quid igitur est, Audierunt vocem domini dei deambulātis in horto ad meridiē? Voluit illos hæc tali modo sentire, vt in magno mentis angore constituerentur: id & quod factum est. Nam postquam ita illis visum, & ita senserūt, quasi adesset deus occultari cœperūt: Mox enim vt intrauit peccatum, & præuaricatio, tumultuatio simul eos inuasit & erubescentia. Quippe iudex incorruptus, conscientiam puto, cùm aduersus hominem exurgit, clara voce clamat,

† *p. vnum istud*

† *quem lignum illud circa præceptum demonstrauit,*

ad Gal. 5. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

mat,& accusat,& ostendit, & quasi ante oculos scribit peccatorum magnitudinem. Eamq; ob rem misericors deus principiò cùm formaret hominem,conscientiam illi indidit accusatricem perpetuam, quæ decipi,& deceptionem ferre posset nunquam.Et licet quis admisso peccato,perpetratóque aliquo facinore illicito, omnes homines celet, illam tamen accusatricem non poterit latere:nã hanc intrinsecus habentes,vbicunque sumus, circunferimus. Ipsa nos circumit, obturbat, laniat, flagellat, nunquam quiescit : sed & domi,& in foro,& in templis,& in mensa,& dormientem,& surgentem adoritur, rationem delictorum exigit, obq; oculos proponit & delictorum grauitatem,& subsequuturam pœnã. Et quasi medicus optimus non cessat sua medicamenta apponere:& si semel depellatur,neque sic desistit,sed continuam curam gerit. Hoc & conscientiæ opus est,vt iugiter memoriã ingerat,nec permittat vnquam in factorum obliuionem nos venire: sed ob oculos proponat,vti vel hac ratione nos tardiores faciat,ne in eadẽ peccata prolabamur. Porrò si cùm hinc tantum nobis est subsidij, & tantum adiutorij , & assidet nobis tã importuna accusatrix , quæ nostram mentem flagellet, & cor lancinet, & quouis carnifice grauius apprehendat, plerique neque sic peccata vincimus : si hoc destitueremur subsidio,quo nõ tũc statim excideremus? Et propterea protoplastus vt illum sensum accepit, aduentum domini secum cogitãs, statim se occultauit. Quare dic oro? Quoniam videbat sibi trucem adstare accusatorem , conscientiam dico. Neque enim alium obiurgatorem habebat & testem peccatorum , sed vnicum illũ quem intrinsecus circunferebat.Docebant tamen peccati magnitudinem alioquin & nuditas,& ablatio gloriæ,quæ illos antea quasi vestimẽtum fulgidum vestierat. Itaque post graue peccatum illud, confusione amicti,delitescere tentauerunt. Audiuerũt enim,inquit, vocem domini dei deambulantis in horto ad meridiem, & occultauerunt se tam Adam quàm vxor eius à facie domini dei in medio ligni paradisi. Nihil peccato peius,dilecte.Ipsum enim vt introierit,non solum confusione totos nos replet,sed & insipiẽtes facit eos qui antea intellectu & sapientia multa præditi fuerant. Animaduerte obsecro,quàm insipienter agit nunc,qui antea tanta pollebat sapientia,qui re ipsa traditam sibi sapientiã nobis declarabat,qui talia prophetabat: audita voce dei deambulantis in horto ad meridiem , occultauit se tã ipse quàm vxor ipsius à facie domini dei in medio ligni paradisi.Quantæ hoc est insipientiæ,quòd *Psal. 43.d.* à deo,qui vbique præsens est,qui ex nihilo res vt essent *Psal.32.c.* produxit, qui abscondita scit, qui finxit sigillatim cor- *Psal.7.c.* da hominum & nouit omnia opera eorum, qui scruta- *& Hiere.* tur corda & renes, qui etiã ipsos cordis motus cogno- *17.b.&* scit, abscondere se tentant? Sed ne mireris dilecte : ta- *Apoc.2.f.* lis enim peccantium consuetudo est , vt tametsi occultari non possint , occultari tamen velint, & studeant. Quandoquidem non ferentes confusionem, qua post peccatum vestiebantur , nudati incorruptibili illa gloria,hoc faciebãt. Considera autem & vbi occultantur: in medio paradisi.Nam sicut flagriones & ingrati quidam famuli, cùm non possint à domino suo occultari, huc & illuc in angulos domus currere solent, metu illorum conscientias concutiente: ita & hi nullum inuenientes effugium, in ipsa domo, paradiso (inquàm) circunaguntur.Nec absque ratione tempus assignatur,Audiuerunt enim,inquit,vocem domini dei deambulantis in horto in meridie, Sed vt discas domini misericordiam,quòd ne modicum quidẽ differebat:sed mox vt vidit quod factum erat, & vlceris magnitudinẽ, ad opitulandum festinauit:vt ne vlcus grassando fieret incurabile vulnus:idcirco vt præueniat accelerat,& velociter crescẽti vlceri adest,& pro sua bonitate,neque ad paruum tempus à cura sua illum destitutum relinquit. Nam sicut tantam præ se ferebat rabiem salutis nostræ inimicus,qui semper nostris bonis inuidet, vt mox sub initiũ moliretur insidias,& suo pernicioso consilio nos admirabili hac vita priuaret:ita contrà optimus & omnipotens deus,qui sua sapientia res nostras dispẽsat,videns diaboli malignitatem, & hominis peccatum, per quod cum muliere deceptus , in tantam incidit confusionem: mox assistit,& quasi mãsuetus,& misericors iudex in tribunali terrore & horrore pleno sedet, & examinat diligenter : per hoc nos docendo, ne quem fratrum nostrorum condemnaremus, nisi causa antea diligenter cognita. Audiamus igitur,si placet, quæ iudex rogat, & quæ rei respondent, & quas pœnas ferunt : & cui condemnationi obnoxius fuit,qui in illos tãtas insidias machinatus est.Sed obsecro mentem colligite,& cum timore dictis auscultate. Si enim cùm videmus iudicem in sublimi sella sedentem,& reos in mediũ producentem,& suppliciis afficientem, nõ sine timore adstamus, audire volentes quid nam iudex dicat, & quid respondeat reus: Multo magis nunc hoc nobis faciendum,cùm videmus opificem naturæ pœnam suis creaturis intentare . Verùm diligenter attendite, videbitis quãtum intersit inter misericordiam dei , & hominum inter se austeritatem. *Et vocauit dominus deus Adam : & dixit illi,Adam vbi es?* Vel ex ipsa interrogatione hac dignum est,vt obstupescamus ad eminentem dei misericordiam: non solum quòd vocauit, sed quòd per seipsum vocauit. Id quod homines facere nunquam ferrẽt inter se,licèt eandem naturam sortiti sint. Scitis enim, cùm iudices in alto solio sedẽt, suppliciúsq; malefactores afficiunt,nec suo eos responso dignantur : hoc ipso ostendentes illis, quãta ignominia sese aspersérint suis flagitiis:& iudex quidem respondet, sed alius quispiam à iudice hæc excipiens,reo annunciat, & iudici quoque quæ reus dixerit. Et hic fermè vbique iudicantium mos est. Verùm deus non sic agit:sed quo modo?Ipse per sese vocat:Et vocauit,inquit dominus deus Adã: & dixit illi,Adam vbi es? Vide in breui hac dictione quãta vis recondita sit. Nam & ipsum vocare magnæ & ineffabilis est misericordiæ,tum ob benignam interrogationẽ, quæ erubescentem,& neque os aperire, neque linguam mouere audentem, animabat: tum quòd ipsum dicere, Vbi es? plurimam habet misericordiæ vim . Significat enim quasi ita diceret ad illũ : Quid factũ est? In alio te †loco reliqui,in alio te inuenio:alia gloria vestitũ te reliqui,nũc in nuditate te inuenio. Vbi es? Vnde tibi hoc accidit? Quis te in tantam induxit vicissitudinẽ? Quis latro, vel fur sic semel omnes diuitiarum substãtias auferens, in tantam te inopiam deduxit ? Vnde nuditatis sensus tibi contigit? Quænam tibi causa fuit vt auferretur à te vestimentum illud admirabile, quo amictus eras? Quæ repentina hæc mutatio? Quæ tanta tempestas ita subitò omnes tuas merces demersit? Quid accidit ꝙ ab eo qui tibi tanta beneficia præstitit,& in tantum honorem te euexit, occultari attentas? Quem nunc timẽs, delitescere studes? Num adstat tibi qui accusẽt? Nũ premunt testes? Vnde tanta formido,tantúsq; metus te inuasit? *Tuam*, inquit, *deambulantis in horto vocem audiui,& timui,quia nudus sum,& abscondi me.* Et vnde tibi nuditatis

tuę

†Gen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuæ scientia contigit? Dic obsecro, quid hoc noui & rari? Quis hoc vnquam annunciare potuisset tibi, nisi ipse huius cõfusionis author esses factus? nisi à ligno de quo præcepi vt ex eo solo non comederes, comedisses? Vide excellentẽ misericordiam & patientiam domini. Nam cùm poterat ne responso quidem dignari eum qui peccauerat, sed statim pœnam infligere, quam prius statuerat præuaricaturo: lõganimis tamen est, & suffert, & interrogat, & responsum accipit: & iterũ interrogat, quasi ad defensionem eum prouocans: vt arrepta occasione etiam post tantam præuaricationem, suam erga illũ misericordiam declaret. Quo etiam nos docet, vt quando & nos reos condemnamus, non tam crudeliter illis loquamur, neque ferina in illos vtamur sæuicia: sed lõganimiter & misericorditer agamus, vtpote nostra ipsorum membra condemnaturi, & cogitantes illos nobis secundum naturam cognatos, supplicium misericordia temperemus. Non enim frustra tanta verborum humilitate nostræ tenuitati congrua vtitur diuina scriptura, sed verbis crassis æmulari nos debere dei misericordiã, docet. *Diuinũ, Quis annunciauit tibi quòd nudus esses, nisi de ligno, de quo solo præcepi tibi ne comederes, de illo ipso comedisses?*

Vnde, inquit, posses hoc scire, te tanta confusione vestiri, nisi multum intemperãs fuisses, & mandatũ meum contempsisses? Considera dilecte, bonitatis dei excellentiã, quo modo quasi amicus amico loquitur, & quasi expostulat cum eo qui mandata prꝫuaricatus erat. Quis annunciasset tibi quòd nudus esses, nisi de ligno de quo solo prꝫcepi tibi ne comederes, de illo ipso comedisses? Non caret emphasi, & latenti quadam vi, quod dicit, De quo solo: quasi diceret, Num adeò angustos fruendorum bonorum limites tibi præscripsi? Nónne omnẽ tibi copiam præbui? nónne omnium quæ in paradiso sunt potestatem tibi dedi? & duntaxat ab hoc vnico vt abstineres præcepi: vt scire posses te sub domino quodam esse, cui obedientiam debes. Quæ igitur negligentia illa, vt tantis fructibus non contentus ab hoc vnico abstinere nolueris, & sic statim ad violandum mandatum quod dedi, proruperis, temetipsum tantis malis immergendo? Quæ tibi inde vtilitas? An non hæc prædixi? Nónne metu pœnæ volui te coërcere & munire? Nónne hac de causa, ne in tanta mala incideretis, hunc cibum prohibui? Quis te post tanta mandata adeò insensatum factum venia dignaretur? Nónne sicut pater germanum filium, de omnibus satis dilucidè & distinctè instruxi: & vt de aliis quidem gustares, ab hoc autẽ abstineres, vt ne prævaricando omnia tua bona simul perderes? Sed fortè ratus es, alterius consilium meo mãdato melius & fidelius, & expectatione maiorum bonorum hæc fecisti: & contempto mandato meo, de ligno edere ausus es. Ecce quid tibi acciderit, nũc re ipsa didicisti, & expertus es quanta consilij illius pernicies. Vidistis iudicis misericordiam? vidistis mansuetudinẽ & tolerantiam domini? vidistis verborum attemperationẽ, omni sermone & cogitatione superiorem? Vidistis, quo modo per interrogationem, & dicendo, Quis annunciasset tibi, nisi de ligno, de quo solo præcepi tibi ne comederes, de illo ipso comedisses? ianuas illi aperire vult defensionis, vt & misericordiã suam erga eum, qui tantum peccauerat, declararet. Audiamus & illum quid ad hæc respondeat. *Et dixit Adam, Mulier quam dedisti vt sit mecũ, ipsa mihi dedit de ligno, & comedi.* Miserabilia scilicet verba, & magna miseratione plena, & digna quæ ad misericordiam dominum prouocent, tam mansuetum, & bonitate sua vincentem nostra peccata. Nam postquã A magna longanimitate illius mentem commouit, & ostendit peccati magnitudinem, quasi defensione cõtexta, inquit Adam, Mulier quam dedisti, vt sit mecum, ipsa mihi dedit de hoc ligno, & comedi. Scio, inquit, me peccasse: sed mulier quam dedisti, vt sit mecum, de qua ipse dixisti, Faciamus illi adiutorium secundum eum, ipsa mihi huius ruinæ causa fuit. Mulier quam dedisti vt sit mecum. Quando enim expectassem vt tanta confusione me respergeret, quæ ideo condita vt mihi solatio esset? Tu mihi istam dedisti, tu ipsam mihi adduxisti. Ipsa, nescio vnde mota, dedit mihi de ligno, & comedi. Videntur hæc quidem defensionem quãdam præ se ferre: sed prorsus venia carent. Qua enim venia dignus es, inquit, qui mea præcepta obliuiscaris, & qui mulieris datum meis verbis præferẽdum putas? Nam licèt mulier cibũ dederit, sufficiebat tamen mandatum meũ, B & timor supplicij ad fugã esꝫ incutiendam. Nũ ignorabas? num nesciebas? Ideo curam vestri gerens prædixi, ne in hæc incideretis: vt licèt mulier tibi ad trãsgressionem mandati ministrarit, tu propterea insons non eris. Maiorem enim fidẽ mandato meo te habere oportebat, & non solum vt tuipse ab esu caueres, sed & vt mulierem doceres peccatorum magnitudinẽ. Caput enim es mulieris, & propter te illa producta est: tu autem ordinem inuertisti, & non solum illam nõ correxisti, sed & ipse simul abreptus es. Et oportebat corpus reliquum capiti obsequi: sed diuerso modo res euenit, corporiq; reliquo caput obsequutum est, & quæ sursum erant, in infimum locum venerũt. Propterea quoniam omnem ordinẽ inuertisti, hoc loco nunc es qui antea tanta glo C ria vestitus eras. Quis te satis dignè deplorarit, cui tot & tanta bona ablata sunt? Veruntamen licet omnia hęc tibi acciderint, nulli tamẽ alteri causam ascribe, sed tibiipsi & tuæ ignauiæ. Neutiquam enim te nolẽtem mulier in tantam induxisset ruinam. Num obsecrauit? num disseruit? num decepit? Dedit tantum, & statim, tamq; facilè ad sumendum cibum adductus es, nullam mandati vel memoriam fecisti: putasti à mete deceptum esse, & propterea cibum hunc tibi non dedisse, vt ne maioribus fruereris. Et quo modo rationi cõsonum, quòd ego te fallerem, qui tot in te beneficia contuli? Et istuc ipsum quanta beneficentiæ magnitudo erat, vt prædicendo distinguerem à quo abstinendum esset, quò non incideres in quæ incidisti? Sed hæc omnia nõ magni faciebas. Ecce nunc experientia te docet, quãta peccatorum sit magnitudo. Reliquum, ne soli mulieri culpam adscribas, sed negligentiæ tuæ. Igitur cùm satis Adæ di- D ctum est, & confessionem ille fecit commissorum, vt putabat, peccato in mulierem translato: vide bonum dominum, quanta iterum verborum humilitate dignatur etiam illam suo respõso. Et dixit deus mulieri, Cur hoc fecisti? Audisti virum in te culpam transferentẽ, & omnia tibi asscribẽtem quæ ipsi in adiutricem data es, atq; ideo condita vt tuis solatiis ipsum foueres, vtpote eandem naturã cum ipso sortita. Cur hoc fecisti ô mulier? cur & tibi & viro tantæ confusionis facta es autor? Quæ vtilitas ex hac intemperãtia tibi accreuit? Quod ex hoc errore lucrum tibi accessit, quo sponte decepta, etiam virum eius mali participem facere voluisti? Quid ergo ad hæc mulier? Serpens decepit me, & comedi. Videetiam hãc perterritam peccata sua defendere. Nam sicut vir culpam in mulierem reiicere videtur dicẽs: Mulier [coëgit me, & dedit,] & comedi: sic & ipsa nullum effugium inueniens fatetur factum, & inquit: Serpens decepit me, & comedi. Mala illa, inquit bestia hunc nobis

[tulit & dedit mihi.]

interpres ἥπατησεν, id est, fefellit, videtur inuertisse. sed male. secum enim ipse pugnaret

Iapsum

Universidad de Deusto

lapsum attulit. Illius pernicioſum conſilium, in hãc nos confuſionem adegit. Ille me decepit, & comedi. Dilecti, ne tranſeamus ſimpliciter quæ nũc dicuntur, ſed diligenter ſcrutemur. Nam plurimam inde vtilitatẽ percipiemus. Terribile enim iudicium eſt, & horrore plenum. Et ſanè quiſquis bene audierit, magnum theſaurũ menti ſuę inferet. Conſidera igitur & virum dicentem, Mulier, quam dediſti vt ſit mecum, ipſa mihi dedit, & comedi, nuſquam neceſſitas, nuſquam violẽtia, ſed electio & voluntas: dedit ſolũ & nõ coëgit, nec vim attulit. Quin & ipſa quoque apologiam cõcinnans non dixit, Serpens coëgit me & comedi: ſed quid? Serpens decepit me. vt autem deciperetur aut non deciperetur in ipſius erat poteſtate. Serpens, inquit, decepit me. Inimicus enim noſtræ ſalutis opera huius malæ beſtiæ vſus, cõſilium dedit & decepit: non vim fecit, neque coëgit, ſed pernicioſo conſilio fraudes ſuas opere compleri fecit: quoniam mulierem offendit, quę deceptionem facilè admiſſura erat, nulla venia dignam. Serpens decepit me & comedi. Vide bonum dominum, illorum verbis contentum, & ad plura dicenda non cogentem. Quandoquidem hæc non ignorans interrogabat, ſed conſcius, & valde conſcius. Cæterùm vt ſuam declaret miſericordiam, ad illorum ſe infirmitatem demittit, & ad peccatorum confeſſionem prouocat. Atque hac de cauſa nihil vlterius ex eis quærit. An non & ſpecies impoſturę diſcenda erat? Verùm vt nobis oſtendat, quòd nõ ignorans interrogauerit, contentus fuit dictis. Nam dicendo, Serpẽs decepit me, & comedi: aperuit pernicioſum conſilium, quod à diabolo per ſerpentem accepit, quòd poſt eſum eſſent tanquam dij. Vidiſtis quanta diligentia Adam interrogatus eſt: cum quanta tolerantia in iudiciũ adducta eſt mulier: quo modo vterque ſe defendit? Videte conſequenter hîc ineffabilem miſericordiæ iudicis excellentiam. Quia poſtquam mulier dixit, Serpens decepit me, & comedi: non iam ſerpentem dignatur, vt audiatur, & locum habeat defendendi: neque rogat ſicut virum & mulierẽ: ſed accepta ab illis defenſione, in illum, quaſi malorum autorem, impetum facit. Et quia deus, cui etiam ineffabilia, & arcana nota ſunt, ſciebat quòd ſerpẽs miniſtrauerat diaboli inſidiis & inuidiæ, qua hominem perſequebatur: vt diſcas ipſius bonitatem, quo modo cùm & illorum res cognoſceret, ad Adam quidem ait, Vbi es? Quis annunciauit tibi quòd nudus ſis? Euæ autem dixit, Cur hoc feciſti? huic vero malæ beſtiæ nihil tale dicit. Sed quid? Et dixit dominus deus ſerpenti, Quia feciſti hoc. Vidiſti differentiam? Mulieri dixit, Cur hoc feciſti? Serpenti autem, Quia feciſti hoc. Quia hoc malũ, inquit, operatus es: quia pernicioſum hoc cõſilium induxiſti, quia huic inuidiæ miniſtraſti, quia inuidiã acuiſti aduerſus creaturam meã: Maledictus tu præ omnibus pecoribus, & prę omnibus beſtiis terræ. Super pectus tuum & ventrem tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuę. Et inimicicias ponam inter te, & inter mulierem: & inter ſemen tuum, & inter ſemen illius. Ipſa* obſeruabit caput tuum, & tu obſeruabis eius calcaneum. Attende oro hîc ordinem contextus, refertum dei erga homines beneuolentia. Nam interrogans à viro incepit, deinde ad mulierem tranſiit. Et poſtquam ipſa dixit, quis ſibi autor fuerit: vt ventum eſt ad ſerpentem, non iam illum dignatur vt reſponſum ex eo audiat, ſed pœnam intentat, & talem quæ omni tempore duret, & ſui ſpectaculo omnibus poſthac futuris doctrina ſit, ne vltrà peſtilens illud audiatur conſilium, neque locus concedatur

*αὐτὸς id eſt ipſe, & mox αὐτῦ eius, maſculini eſt generis, vt de Chriſto qui mulieris eſt ſemen intelligatur, & forte in maſculino poſuerũt, quia Zera, id eſt ſemẽ apud Hebræos maſculini eſt generis

A doloſis ipſius inſidiis. Sed fortè dixerit aliquis, Cùm diabolus ſerpentis opera vſus, malum attulit cõſilium, cur beſtiæ illi pœna infligitur? Eſt & hoc ineffabilis miſericordiæ dei opus. Nam ſicut clementiſſimus pater puniens eum, qui filium ſuum occiderit, & gladium & enſem, per quæ filius ſuus occiſus, deſtruit, & in multas partes diuidit: eodem modo & deus egit. Quippe ſerpens quaſi gladius quidam diabolicæ ſeruiuit maliciæ, vnde & perpetua ipſi pœna intentata eſt. Quò per viſibile & ſenſibile hoc ratiocinemur & expendamus, in quanta ignominia ſit & diabolus. Nam ſi is qui vt inſtrumentum miniſtrauit, tantam expertus eſt indignationem, quale ſupplicium veriſimile eſt ſuſcepturum diabolum? Imò hoc nos iam docuit in diuinis euãgeliis Chriſtus,
B dicens ad eos, qui à ſiniſtra ſteterunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo, & nunciis eius. Illi enim olim præparatus eſt inextinguibilis ille ignis. Quid ergo miſerius illis, qui negligendo ſalutem ſuam, ſeipſos ſupplicio illi reos ſtatuũt, quod diabolo præparatum eſt? Nam nobis, ſi voluerimus virtutem amplexari, & leges à Chriſto ſtatutas ſequi, paratum eſt regnum, de quo ipſum audi loquẽtem. Venite benedicti patris mei, in hæreditatẽ accipite regnum, quod vobis præparatũ eſt à conſtitutione mundi. Vidiſti illi inextinguibilem ignem præparatum: nobis autem, niſi deſides fuerimus, regnum? Hæc igitur cogitantes, & vitæ noſtræ curam agamus, & maliciam fugientes, nunquam diabolicis artibus decipiamur. At ſi & vos volueritis & nondum feſſi eſtis, iterum in medium afferamus pœnam quæ ſerpenti inflicta eſt, vt paulatim ad finem iudicij properantes, videamus diuinæ miſericordiæ magnitudinem. Nam ſi homines iudicem videntes publicè ſedentem, & contra reos ſententiam pronunciantem, ſæpe toto die ibi manent, nec inC de abſcedunt donec ſurrexiſſe viderint iudicem: multo magis nunc nos decebit iudicẽ maiori cum alacritate videre bonum deum, quo modo ſerpenti grauem pœnam impoſuerit, vt per ſenſibilis huius beſtiæ pœnas, qua quaſi organo vſus eſt malignus ille dæmon, intelligamus quas illi perpetuas in futuro ſeculo infligturus eſt. Quo modo itẽ congrua & miſericordi correptione virum & mulierem caſtigat, quæ admonitio potius ſit quàm punitio: vt his omnibus diligenter animaduerſis, admiremur miſericordis dei prouidẽtiam, quam ille noſtrę naturę exhibet. Quid ergo illi dictum?

*Et dixit dominus deus ſerpenti, Quia feciſti hoc, maledictus tu præ omnibus pecoribus, & præ omnibus beſtiis quæ ſunt ſuper terram. Super pectus tuum & ventrem tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et inimicicias ponam inter te & inter mulierem, & inter ſemen tuum, & ſemen eius. *Ipſa tuum tenebit caput, & tu tendes eius calcaneum.* Grauis indigna-
D tio, ſed magna etiam & eminens impoſtura, quam per illum malignus dæmon intulit. Et dixit dominus deus, Quia feciſti hoc. Quia tali, inquit, maliciæ miniſtraſti, vt impoſtura illa opere compleretur, malum conſilium afferendo, & letale poculum temperando: quia ſic miniſtraſti, & à mea beneuolentia excidere voluiſti creaturas meas, miniſterio maligni dæmonis ſententiæ exhibito, qui ob excellentem inuidiam & ſuperbiam ſuã è cœlis in terram deiectus eſt: & propterea quia te in his vt inſtrumento eſt vſus, perpetuam tibi pœnam impono, vt per ea quæ tibi fiunt, & ille ſcire poſſit quam ipſe expectet pœnam, & futuri homines erudiantur non accedendum ad diaboli conſilia, neque illius fraudes accipiendas, vt ne in eaſdem incidant pœnas. Propterea

*αὐτὸς id eſt ipſe maſculinum vt prius eſt notatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

maledictus es tu inter omnia pecora, quia calliditate malè, & nõ vt oportebat es vsus. sed priuilegium quod super omnia animantia possidebas, hoc tibi in omnium malorum cessit occasionem. Inquit enim, Serpens erat prudentissima omnium bestiarum quæ erant super terram. Propterea maledictus tu inter omnia iumenta & omnes bestias terræ futurus es. Et quia maledictio non erat sensibilis, neque oculis videri poterat, propter hoc & sensibilem illi pœnam infert, vt continuò ante oculos videre possimus supplicij eius monimenta. Super pectus & super vẽtrem gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Quia & statura tua & formatione abusus es, & in familiaritatem rationalis animalis à me conditi venire non formidasti. Sicut igitur diabolus, qui per te operatus, & te vt instrumento vsus est, è cœlis deorsum depulsus est: quia plusquam dignitatis suæ erat, sapere volebat: ita similiter impero, vt & tu aliam formationis figuram habeas, & super terram repas eàque alaris: atque adeò ne liceat tibi posthac suspicere: sed semper in hoc maneas statu, & solus ex animalibus terra pascaris: & neque hoc solum. Nam & inimicicias ponam inter te & inter mulierem, inter semen tuum & semen eius. Neque hoc contentus ero quòd super terram reptes, sed & inimicam fœderisque nesciam faciam tibi mulierem: neque eam solam, sed & semen

†Ipse eius semini tuo hostem perpetuum faciam. †Ipsa tuum seruabit caput, & tu eius seruabis calcaneum. Tantum enim illi robur concedam, vt continuò immineat capiti tuo, te autem faciam sub pedibus *eius iacere. Vide hîc dilecte quo modo per pœnam huic bestiæ deputatam, quanta humani generis cura deo sit, demonstretur. Et hoc quidem de visibili serpente. Licet autem volenti post hoc considerare scriptorum tenorem, & cognoscere, quòd si de sensibili serpente hæc dicta sunt, multo magis accipienda sunt hæc de spirituali serpente. Etenim & illum pedib° nostris subiecit humiliatum. Et nos incumbere illius capiti fecit. An non hoc significat, dicens, Calcabitis super serpentes, & scorpiones? Deinde enim ne putemus de sensibilibus serpẽtibus esse dictum, subdit, Et super omnem virtutem inimici. Vidistis ex his, quæ dicta sunt de pœna, instrumento diabolico inflicta, ingẽtem dei misericordiam? Veniamus iterum, si placet, ad mulierem. Serpens quia imposturam intulit, propterea & pœnam ipse primus accepit. Et quia primò mulierem decepit, ideo & ipsa prior plectitur pœna magnam admonitionem habente. *Et mulieri dixit, Multiplicans multiplicabo tristicias tuas, & gemitum tuum. In tristitia paries filios. Et ad virum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur.* Vide bonitatem domini, quo modo post tantam præuaricationem mansuetudine vtitur. Multiplicans multiplicabo tristicias tuas. Ego quidem volebam, inquit, te citra dolorem & ærumnam viuere, liberâmq; ab omni mœrore & tristicia, & omni voluptate repleri, & licèt corpore circundatam, corporalium sensu non affici. At quia non vsa es vt oportet tãta prosperitate, sed affluentia bonorum in tantam te ingratitudinem inuexit: propterea tibi frenum impono, vt ne amplius lasciuias, ad tristicias & gemitus te condemnans. Multiplicans multiplicabo tristicias tuas, & gemitum tuum. In tristiciis paries filios. Rem, inquit, magnę lęticię & filiorum propagationem à tristicia te incipere faciam, vt & ipsa, quanta peccati & inobedientiæ magnitudo, perpetuam habeas memoriam ex perpetuis doloribus, & præsertim tempore partus. Et ne processu tẽporis obliuioni tradas quod factũ est, sed noscas quòd

*eius vel illius masculini generis, vt paulo ante Ille, & illi

Luc.10.c.

A hęc impostura horum tibi causa facta sit, propterea multiplicans multiplicabo tristicias tuas & gemitum tuum. In tristiciis paries filios. Hîc significat parturiẽtium dolores, multiplicẽmque illum laborem, quem ferre necesse est: vtpote tot mensibus gestare vterum, velut sarcinam pueri, & sentire singulares qui inde oriũtur dolores, & membra distendi, & ferre intolerabiles illos dolores, quos solæ illæ sciunt quæ expertæ sunt. Veruntamen doloribus tãta solatia simul admiscuit misericors deus: vt fermè conferendum sit gaudium, quod ex nato puero habetur, cum doloribus illis, qui tot mensibus ventrem dissecant. Nam tantum laborem, tótque dolorum cruciatus ferentes: & vt ita dicam, penè de ipsa vita desperãtes, postquàm pepererint, & doloribus fuerint solutæ, lætitiaq; frui cœperint, iterum quasi oblitæ laborum omnium, seipsas filiorum generationi accommodant: sic dispẽsante misericorde deo, vt hominum

B saluetur genus. Semper enim futurorum bonorum spes præsentia incommoda leuius ferri facit. Id quod in negociatoribus quis viderit, qui remota maria transeunt, & naufragia ferũt, & piratas, & præterea pericula multa, quibus illorum spes frustratur: neque sic tamen desistunt, sed iterum eadem attentant. Hoc etiam de agricolis possemus dicere. Etenim & illi cùm profundè secuerint terram, & diligenter excoluerint, ac sementem fecerint, sæpe ariditate, vel immodicis pluuiis, vel tandem quando manipuli colligẽdi, rubigine vel calamitate superueniente, spe sua excidunt: veruntamen neque illi sic desistunt, sed iterum vt tẽpus appetierit, agriculturam exercent. Et in quibuscũque studiis hoc obuium est. Sic mulier quoque & ipsa sæpe post mẽses illos, post intolerabiles dolores, post noctes insomnes, post mem

C brorum distẽsiones, paruo quodam interuallo facto, licèt ante statutum tempus partum abortiuerit informẽ, & nondum liniamentis figuratum: vel etiã formatum quidẽ, non integrum autem neque sanum, vel etiam sæpe mortuum, vix è periculis elapsa: attamen quasi oblita horum omnium, eadem quæ antea fert & tolerat. Et quid dico? sępe cum fœtu natu commori eas contingit, & neque hoc cæteras terret, neque persuadet vt rem fugiant: tantũ deus tristibus illis inseuit †dolorem simul & voluptatem. Propter hoc dicebat, Multiplicans multiplicabo tristicias tuas, & gemitum tuũ. In tristiciis paries filios. Hoc etiam Christus dicebat discipulis suis, monstrans tam doloris magnitudinẽ, quàm lęticiæ excellentiam, Mulier quando parit, tristiciam habet, quo-

†gaudium

Ioan.16.c.

niam venit hora eius. Deinde volens nobis declarare quo modo tristiciæ simul è medio tollantur, gaudium

D autem & lætitia succedant, inquit, Quãdo autem pepererit puerum, non iam memor est afflictionis, propter gaudium, quia natus est homo in mũdum. Vidisti prouidentiam, & curam nostri eximiam? Vidisti pœnam admonitionis plenã? In tristiciis paries filios: deinde, Ad virum tuum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Quasi se defendens apud mulierem, hæc dicit misericors deus. Ego, inquit, ab initio honore parẽ te formaui, & eiusdem dignitatis in omnibus participem. Et sicut †Adæ, ita & tibi omnium principatum concredidi:

†viro

cæterùm quia abusa es honoris dignitate subiicio te viro: & ad virum tuum conuersio tua. Quia relicto eo qui dignitate par, & cuius naturæ particeps, & propter quẽ formata es, familiaritatem cum serpente mala illa bestia habere, & eius accipere consilium voluisti: propterea posthac illi te subiicio, & illum dominum tuum asscro, vt illius scilicet dominium agnoscas. Et quia nesciuisti

Universidad de Deusto

uisti imperare, disce bene regi. Ad virũ enim tuum, inquit, cõuersio tua, & ipse dominabitur tui. Melius est vt tu sub illo sis, & illum dominum habeas, quàm impauidè & liberè viuens per præcipitia feraris. Nam & equo vtilius est fræno regi, & composite ingredi, quã sine illo per præcipitia ferri. Itaque considerãs quod tibi vtile, ad illum te habere volo conuersionem: & sicut corporis est caput sequi, & dominiũ eius suauiter agnoscere. Scio quòd dictorum prolixitate fatigamini, sed excitemini aliquãtulum oro, ne imperfectum iudicium relinquamus, neq; relicto adhuc iudice sedẽte discedam⁹. Et iam fermè ad finẽ peruenimus. Videamus itaq; quid post sermonẽ mulieri factum, viro dicat, & quã illi pœnã intentet. *Adæ autẽ dixit, Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, de quo mandaui tibi vt ex eo solo non comederes, de illo ipso comedisti: maledicta terra in operibus tuis. In tristitiis comedes illam omnibus diebus vitæ tuæ: spinas & tribulos tibi producet, & comedes fœnum agri. In sudore faciei tuæ vesceris pane tuo, donec reuertaris tu in terram, de qua sumptus es. Quia terra es, & in terram abibis.* Plurima & ineffabilis etiam hoc loco ostenditur dei erga hominem prouidentia, & cura. Sed audiamus diligenter vnumquodque dictorum. Adæ autem dixit, Quia audisti vocem mulieris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præceperam tibi vt ex eo solo non comedas, de illo ipso comedisti. Quoniam, inquit, audisti mulierem tuam, & comedisti de ligno, & consilium illius meo mandato maioris fecisti: & noluisti ab vnico hoc ligno abstinere, de quo solo præcepi tibi ne comederes (non enim tibi præcepi vt à multis abstineres, sed de vno solo, & neque ab illo abstinuisti, sed oblitus mandatorum meorum, à muliere persuasus es) idcirco re ipsa discas quantum malum sis operatus. Audiant viri, audiant mulieres: & illi quidem, vt ne ferant mala consulentes: hæ autem, vt ne talia consulant. Nã si hîc culpa in mulierem reiecta, nullam veniam assequutus est, qualem quis haberet veniam, dicens, Propter vxorem hoc & hoc peccaui, & hoc & hoc feci: Ea enim de causa sub tua potestate facta est, & dominus eius pronunciatus es, vt illa tibi pareat, & non caput pedes sequatur. Verum non rarò videmus contrarium vsu euenire, vt is qui suo ordine caput esse deberet, neque pedum ordinem seruet: & ea quæ in pedum loco est, in caput constituatur. Idcirco & beatus Paulus magister orbis, hæc omnia præuidens, clamabat: Quî nanque scis mulier, an virum sis saluatura? Aut quî scis vir, an vxorem sis saluaturus? Veruntamẽ viri est, vt diligenti opera malè cõsulentem repellat: mulier verò semper in auribus sonans habeat supplicium quod Euæ irrogatũ est, quæ pestiferum illud consilium viro suggesserat: ne audeat talia consulere, neque imitetur Euam: sed illius exemplo prudentior fiat, & talia consulat, quæ & ipsam, & virum omni supplicio liberatura sunt. Porrò ad institutum redeamus. Adæ autem dixit deus, Quia audisti vocem mulieris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præcepi tibi de eo solo ne comederes, de illo ipso comedisti. Quoniam, inquit, tam negligens fuisti in obseruando meo mandato, neque timor te coërcuit, neque præcedens interminatio calamitatis esum consecuturæ tibi quicquam profuit, sed in tantam †maliciam] peruenisti, vt neque ab vnico hoc ligno tibi temperaueris, tametsi tot & tantis tibi frui liceret: atque ideo maledicta terra in operibus tuis. Vide misericordiam domini, quo modo serpentem punit, quo modo item & rationale animal. Illi enim dixit, Maledictus tu de terra: hîc autem non sic. Sed quid? Maledicta terra in operibus

1.Cor.7.d.

†mollicië]

A tuis. Et meritò. Nam quia propter hominem producta est, vt ille posset frui his quæ ex ea nascuntur: ideo iterum propter hominem peccantem maledictum ei inditur: quia maledictũ terræ eueniens, hominis securitati & felicitati obest. Maledicta terra in operibus tuis. Exin vt discamus quid sit, maledicta, subdit, In tristitiis comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ. Vide quot nunc seculis hãc pœnam luimus: vt non solum illis vtile sit, sed & posteri iisdem rebus doceantur, vnde illis hæc supplicia sunt inuecta: In tristitiis comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ. Post hoc diligentius docens nos maledicti speciem & tristitiæ causam, subdit: Spinas & tribulos tibi producet. Ecce maledicti monimẽta. Spinas, inquit, & tribulos proferet terra: itaque multis laboribus & ærumnis operandum tibi, & omni tempore cum tristitia viuere te faciam, vt hoc tibi frenum sit, ne quid supra dignitatem de te sentias: sed continuò cogites tuam ipsius substantiam, neque feras vt posthac sic decipiaris. *Et comedes fœnũ agri. In sudore faciei tuæ vesceris pane tuo.* Animaduerte quo pacto post peccatũ & inobedientiam omnia secus contigerunt quàm antea, & planè diuersa: quasi diceret, Ego quidem cùm in hunc mundum te prodire feci, volebam te degere absque doloribus, laboribus, sudoribus, & ærumnis, & omni felicitate frui, neque corporalibus necessitatib⁹ obnoxium esse, sed ab omnibus illis liberum. Quia verò non profuit tibi tanta securitas, eapropter & terræ maledicam, ita vt absque satione & aratione non proferat suos fructus sicut antea: sed & cum multo labore, molestiis, & ærumnis, afficiam te tristitiis, & continuis fatigationibus. Efficiam item vt nihil promoueas absq; sudoribus, vt his exercitatus perpetuã doctrinam habeas, modestè agendi, tuamq; ipsius naturam agnoscendi. Neque hoc ad modicũ & breue tempus erit, sed omni tempore vitæ durabit. In sudore enim faciei tuæ vesceris pane tuo, donec reuertaris tu in terram, de qua sumptus es. Quia terra es, & in terram abibis. Hæc sustinebis vsque ad finem vitæ tuæ, & donec in illam resoluaris ex qua formatus es. Nam quãuis tibi corporis dederim naturam, ob meam bonitatem, ipsum tamen hoc corpus ex terra existens, iterum erit terra. Terra enim es, & in terram abibis. Enimuero vt ne hæc fierent, dixi, ne comedatis de hoc ligno. Quocunque enim die comederitis, morte moriemini. Non enim hoc volebam. Sed quia eorum, quæ ad me attinebant, nihil intermissum est: tu autem teipsum in hæc coniecisti, ne in alium causam retuleris, sed tuæ ipsius desidiæ totum adscribito. Iam denuò alia nobis quæstio hîc nascitur, qua, si placuerit, breuiter absoluta, finem sermonis hîc faciam. Dixit, inquit, deus, Quocunque die comederitis ex eo, morte moriemini: multorum autem annorum numero ostenditur vixisse illos post inobedientiam, & cibi vetiti esum. Et quæstio quidem aliqua esse videtur his qui à superficie salutant diuinas literas. At si quis magno studio aures adhibeat, manifestum est quod dicitur, neque quæstio fuerit attendenti. Nam licèt multos annos vixerint, attamen à quo tẽpore audierunt. Terra es, & in terram abibis: & sententiam acceperunt mortis, mortales fierunt: & ex illo tempore fuerunt perinde ac si quis illos dicat mortuos fuisse. Hoc igitur & scriptura significans, dixit, Quocunque die comederitis, morte moriemini: hoc est, sententiã accipietis, mortales posthac vos futuros. Sicut enim in humanis iudiciis, quando quis sententia lata vt capite mulctetur, iterum in carcerem coniicitur, & licèt ibi multo tempore

Universidad de Deusto
Biblioteca

agat, nihil melius tamẽ habet defunctis & mortuis, vtpote iam per ſententiam mortuus: eodem modo & illi, ab eo die à quo mortalitatis ſententiã acceperunt, tametſi longo tempore durauerint, nihilominus ſententia mortui erant. Scio ꝙ hæc doctrina pluribus prolixioribuſq; tractata ſit. Ideo quia gratia dei, pro noſtris viribus omnia in mediũ prolata ſunt, Et his quæ lecta ſunt finem impoſuimus, nũc ſermonẽ contrahamus. Poſſent quidẽ & alia proferri, & iterũ monſtrari, inflictam hanc pœnam, & mortales nos factos multum habere diuinæ miſericordiæ. Sed ne multitudine dictorum mentẽ veſtrã obruamus: age, obſecramus vos, vt cùm hinc abieritis, ne in cõuenticula inſipientium vos cõferatis, neq; intempeſtiuæ nugacitati vacetis: ſed intelligite & colligite vobiſcum quæ dicta ſunt, & in memoriam referte, quid nam iudex reſponderit, quid rei pro ſe dixerint: & quo modo Adam quidem culpam in vxorem tranſtulerit, illa verò in ſerpẽtem: & quo modo deus etiã hunc punierit, & pœnam illi toto ſeculo duraturam inflixerit, grauemq; in illum indignationem declarauerit: atq; ex hoc oſtendit ſuam in deceptos curam, propter quos impoſtorem ita vltus eſt, videlicet ꝙ hic eos deceperat qui deo valde grati, & pro quib⁹ multum ſolicitus erat. Dein memẽtote ſupplicij mulieris, & pœnæ quæ illi intentata, immo potius admonitionis. Et ſic quoq; recordemini, quę ſint Adę dicta. Sententiaq; in mente veſtra ſcribatur, Terra es, & in terram abibis. Hinc obſtupeſcite ineffabilem dei miſericordiam. Quòd nos, qui ex terra ſumus, & in terram diſſoluimur, ſi voluerimus virtutem amplexari, & vicia fugere, aſſequi poterimus ineffabilia illa bona quæ parauit & promiſit diligentibus ſe. †Gratias igitur illi multas debemus, noſtrum confitendo dominum, pro tot talibuſq; beneficiis: & nequaquã ex memoria dimittendo, per bona opera, & diligenti malorum fuga ipſum mitigemus. Quo modo non omnis ingratitudinis ſignum fuerit, ſi ipſe quidẽ cùm deus ſit & immortalis naturæ, non refugit aſſumere mortalẽ & terreſtrem noſtram ſubſtantiã, vt & ab antiqua morte nos liberaret, ſupra cœlos eueheret, honore quo patri conſidet, exaltaret, & ab omni cœleſti exercitu adorari faceret? Nos autem contraria illi retribuere non erubeſcimus, ſed & immortalem animam, quaſi dixerit quis carni agglutinatam, terrenam ipſam & mortuam, & nihil operari valentem, facere curamus. Obſecro ne ſic fiat, ne ſic ingrati ſimus erga benefactorem noſtrum: ſed illius præceptis obedientes, quæ ipſi grata ſunt & probantur, operemur: vt & æternis bonis dignos nos oſtendat. Quæ nos omnes aſſequi contingat] gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſpiritu ſancto ſit gloria nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

†quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec ī cor hominis aſcẽderunt.]

*Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ *vitam, quia ipſa eſt mater omnium viuentium.*

Homilia XVIII.

VIDISTIS heri iudicis miſericordiã? Vidiſtis examen benignitate refertum? Vidiſtis ſuppliciorum diuerſitatẽ? quo modo punitus ſit doloſus ille ſupplantator: quo modo etiã deceptis pœna ſit intentata, quæ magnã dei præ ſe ferret miſericordiã? Vidiſtis quo modo nobis cõmodorum occaſio fuit, adſiſtere tribunali, & videre quo modo proceſſerit examẽ? Cognouimus enim, quãtis ſeipſos bonis mandati tranſgreſſione priuarint Adam & Eua, nudati gloria illa ineffabili, & vita non inferiore quàm angelica. Cognouimus patientiam domini, didicimus quantum malũ ſit deſidia, quo modo & præſentibus ſpoliet, & magna ignominia denigret. Idcirco obſecro, ſobrij ſimus, fiantq; nobis illorũ lapſus, remedia: & illorũ deſidia, ſecuritatis cauſa. Quia maior pœna eſt eorum qui poſt illos peccãt, & tantis exẽplis emẽdare ſe nolũt. Nõ enim qui poſtea eadẽ peccant, quæ primi, in eãdem pœnam incidẽt. Id quod breuiter ab orbis doctore ſapientiſſimo (beato Paulo, inquã) diſcere poſſumus, qui dicit, Quicunq; enim ſine lege peccauerunt, ſine lege etiam peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt, per legẽ iudicabuntur. His verbis dicit, non eandẽ luituros pœnam eos qui ante legem, & eos qui poſt legem. Grauius enim punientur qui poſt legẽ datam peccauerint. Nam quicunque ſine lege peccauerunt, etiam ſine lege peribunt. Proficiet illis ad leuiorem pœnam, ꝙ legis doctrina & adminiculo caruerũt. Et quicunq; ſub lege peccauerũt, per legem & iudicabuntur. Iſti, inquit, quia & legem habuerunt magiſtram, & neque ſic emendati ſunt: ſed eadem quę illi peccauerunt, grauiorem quoque pœnã dabunt. Porrò audiamus quæ hodie ſunt lecta. *Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua, id quod eſt vita: quia ipſa eſt mater omnium viuentium.* Vide diuinæ ſcripturæ diligentiam, quo modo neq; hoc præterit, ſed docet nos, ꝙ & mulieri nomen Adam impoſuerit. Vocauit, inquit, nomen vxoris ſuæ Eua, id quod eſt vita: quia ipſa mater eſt omnium viuentium: hoc eſt, ipſa eſt origo eorum, qui ex illa ſunt futuri, radixq; & fundamẽtum poſteritatis. Dein poſtquam docuit nos quo modo mulieri impoſitũ nomen, iterum oſtendit nobis dei bonitatem, quæ nõ deſpexit ſuas creaturas in tãta nuditate & ignominia verſantes: *Et fecit*, inquit, *dominus deus Adæ & vxori illius veſtes pelliceas, & induit illos.* Sicut miſericors pater filium habẽs bona indole præditum, & omni cura educatum, & fruentem omnibus deliciis, & veſte nitida & ſericis amictum, & paternis opibus ſecurè vtentem, cùm viderit eum nimia proſperitate in maliciæ præcipitiũ prolapſum, priuat illis omnibus, & ſuæ poteſtati ſubiicit, & veſte ſpoliat, & vilẽ ſeruilemq; veſtem illum induit, ne omnino nudus ſit & turpis. Ita & miſericors deus, quoniam Adã & Eua indignos ſeſe exhibuerunt indumẽto glorioſo illo & nitido, & quod tegẽdo nullis corporalibus eos neceſſitatibus obnoxios eſſe ſinebat: exuit nũc omni illa gloria & fruitione, qua ante grauem hãc ruinam gaudebant: multámque erga illos declarans miſerationem miſericordia motus ob tantam ruinam, videnſque magna confuſione circumamictos, & neſcios quid facerent, ne nudi eſſent & indecore ſe gererẽt, veſtes ipſis pelliceas facit, eoſque cõtegit. Tales enim ſunt diaboli machinationes, vt ſi quando aliquẽ inuenit qui ſibi pareat, eum voluptatula quadã ſupplantatum, & in profundum maliciæ proiectum, omniq; confuſione & ignominia plenũ, iacere relinquat, miſerabile omnibus qui illum vident ſpectaculum. At animarũ noſtrarum curator videns illos in tantis difficultatibus, ipſos non omnino deſtituit præſidio, ſed velamentum illis excogitat, veſtem frugalem: oſtendens qualibus ſe veſtimẽtis dignos fecerint. *Et fecit dominus deus Adæ & mulieri illius veſtes pelliceas, & induit illos.* Vide oro, quantã ſermonis humilitatem nobis attemperat diuina ſcriptura. Sed quod ſæpe dixi, id & nunc dico, vt omnia ita intelligamus, ſicut par eſt de deo intelligi. Et verbum, fecit, accipe pro eo quod eſt, imperauit vt eſſent. Iuſſit enim tunicis pelliceis veſtiri in perpetuam memoriam, quòd inobedientes fuerimus domino. Audiant opulenti, & qui luxuriant in vermium operibus, & veſtiũtur ſericis, diſcantq;

Rom. 2. b.

*Quo ſic etiã lego apud ſeptuaginta. Alij tamẽ legũt Eua, id eſt, vita, vt & paulo poſt in hoc eodẽ codice ſemel atque iterum repetitur

cantq; quo modo ab initio humanã naturã misericors dominus docuerit. Quia propter transgressionẽ,pœnæ mortis reus erat factus protoplastus,opusq; habebat veste quę confusionẽ tegeret,pelliceas fecit vestes:quo docuit nos,vt mollem & dissolutã vitam fugiamus,neque inertem & remissam sectemur,sed magis austerã amplexemur.Sed fortè grauatim ferentes hæc diuites,dicent, Igitur pellibus vestiri nos iubes? Nõ hoc dixerim.Nam neque illi perpetuò vsi fuerunt his vestibus. Misericors enim dominus prioribus beneficiis recẽtiora quædam superaddit. Nam postquã sese corporalibus necessitatibus obnoxios fecere, & ab *immortalitate illa & angelica vita exciderunt: dispensauit deus, vt ex ouium velleribus homines indumenta sibi pararent, non alia de causa,quàm vt tegumentũ habeant,& ne rationale animal hoc nõ secus ac bruta in nuditate & dedecore vitam degeret.Itaque vestium amictus continuũ nobis sit monimentum,quo memores simus, quantis bonis exciderimus,& discamus quãto supplicio humanum genus ob inobedientiam sit affectum.Dicant igitur nobis,qui tanto vtũtur apparatu, vt iam vsum lanæ prorsus audire nolint,sed serico vestiantur, eòque insaniæ peruenere, vt aurum vestibus intexant. In primis autem mulieres huic molliciei deditæ sunt. Quare,dic obsecro,corpus ita ornas,& gaudes eiusce modi amictu? Non cogitas quòd pro magno supplicio,propter trãsgressionem tegmen hoc excogitatum est? Et quare non audis Paulum,dicentem,Habentes victum & amictum,illis contenti simus? Vides quòd vnius duntaxat rei habenda sit hîc cura: videlicet,ne corpus nudum sit,sed vt tegatur. Num adhuc de varietate vestium oportet solicitum esse? Cæterùm ad sequentia veniamus. *Et dixit dominus deus, Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis, sciendo bonum & malum. Et nunc ne fortè extendat manum suam, & accipiat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in seculum. Et emisit illum dominus deus ex horto deliciarum, vt operaretur terram, de qua sumptus erat.* Hîc quoque vide quàm congruis & idoneis infirmitati nostræ verbis vtatur deus. Et dixit, inquit, deus, Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Vidisti quanta dictionis humilitas? Hæc autem vt decet, dignè de deo intelligamus. Vult enim hîc per verba hæc in memoriam referre, quo modo decepti fuerint à diabolo per serpentem. Quandoquidem ille dicebat, si comederitis eritis vt dij, & spe potiendæ diuinitatis cibum hunc sumere ausi sunt. Atque hac de causa deus iterum illos monere volens, vt sentirent quàm grauiter essent lapsi per inobedientiam & deceptionem, inquit, Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Ita acriter verbũ hoc vibratur, vt trãsgressorem attingere valeat. Propter hoc,inquit,contempsisti mandatum meum?ecce factus es quod expectasti: imò non quod expectasti, sed qualem te fieri dignum erat. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis,sciẽs bonum & malum.Hoc enim impostor diabolus dicebat per serpentem, aperientur oculi vestri, eritisque sicut dij, scientes bonum & malum. Et nunc ne fortè extendat manum, & tãgat lignum vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Vide oro,hîc misericordiam domini. Oportet enim quod dictum est diligenter scrutari, vt nihil eorum quæ in fundo iacẽt, latere nos queat. Quum deus Adæ mandatum daret, à nullo alio abstinere præcepit, quàm ab vnico ligno: de quo, quia edere fuit ausus,pœna capitalis irrogata est:id quod cum præciperet illi definiuit, si auderet. De ligno autem vitæ nihil signanter præceperat.Quãdoquidem, vt existimo, & est verisimile, immortalem illum fecisset. Potuissetq; ipse, si voluisset, cum aliis etiam de hoc vesci, quod perpetuam illi contulisset vitam, eo quòd nullum mandatum de illo acceperat.Si autem curiosulus aliquis rogat, quare lignum vitæ appellatũ est:sciat, si nostris rationibus innitamur, non posse hominem omnia dei opera contueri. Visum enim fuit domino, vt meditationem quandam obedientiæ, & inobedientiæ haberet homo à se factus, & in paradiso degens.†Et hæc duo duobus illis lignis monstrabantur, nempe ligno vitæ & mortis]. Nam esus & transgressio mandati, mortem illi attulit. Itaque vbi de hoc accepit,mortalis factus est, corporisque necessitatibus obnoxius. Et *rum quidẽ* originem accepit peccati ingressus, propter quod & *vitæ, alterũ* mors à domino vtiliter dispensata est. Non posthac in *vero* (*vt sic* paradiso relinquit Adã,sed exire inde inbet:monstrans *loquar*) *mor* quòd propter nihil *aliud hoc faciat quàm propter mi- *tis.* sericordiam qua illum prosequebatur. Et vt hoc discamus, operæprecium fuerit verba diuinæ scripturæ denuò legere. Et nunc,inquit,ne quando extendat manũ, & accipiat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Nam quia magna intemperantiæ, inquit,indicia exhibuit,præuaricandoq; mãdatum mortalis factus est, ne nunc & lignum, quod vitam præbet continuam,attingere audeat, peccaturus perpetuò: satius fuerit hunc ipsum eiici,ita vt magis prouidẽtiæ, quàm indignationis fuerit illa eiectio. Hic enim mos est domini nostri, vt puniens non minus quàm benefaciẽs suam erga nos declaret prouidentiam.Quippe & hanc pœnam admonitionis gratia nobis irrogauit. Quia vtiq; si sciisset nos non peiores fieri impunè peccando, neutiquã vltrà punisset:sed vt reprimat nostrũ ad deteriora progressum, & tollat maliciam vlterius grassantem, suam seruando misericordiam,punit:id quod & nunc fecit.Curã enim agens protoplasti,eiici ipsum è paradiso præcepit. Et emisit illum dominus deus ex horto voluptatis, vt operaretur terram,de qua sumptus est.Iterum oro,vt hîc diuinæ scripturæ diligentiam videas.Emisit illum,inquit, dominus deus ex horto voluptatis,vt operaretur terrã, de qua sumptus est. Ecce sententiã suã re ipsa exequitur: & ex horto voluptatis eiectum,terram de qua sumptus erat operari facit. Nec temerè dixit,de qua sumptus est: sed vt perpetuò commoneficret modestiæ inter operãdum, sciréque possit quòd inde sit constitutus, & substantiam habeat ab initio. Et illam ipsam, inquit, operetur terram, ex qua & constitutus est. Nam hoc quod in sententia dicebat, In sudore faciei tuæ vesceris pane tuo: idipsum & nunc dicit, quando inquit, vt operetur terram de qua sumptus est. Posthac vt discamus quanto spacio ipsum à paradiso habitare fecit,etiam illudipsum scriptura nos docet. *Eiecitque dominus deus Adam, & habitare fecit eum è regione horti deliciarum.* Animaduerte quòd dominus noster in singulis operib⁹,misericordię argumentum ostendit, & singulæ pœnarum species bonitate plenæ sunt. Non enim hoc solum misericordiæ & benignitatis argumẽtum erat, quòd emittebat & eiiciebat:sed & quòd contra paradisum illum habitare faciebat, vt iugem dolorem haberet, quotidie cogitans vnde exciderit, & in quem statum se coniecerit. Et quanuis grauissimi doloris spectaculum erat, est tamen magnæ vtilitatis occasio, vt dolens continuo aspectu, munitior & cautior esset in aliis, ne iterũ in eadem peccata incideret,qui hominis(vt plurimum)mos est. Nam quoniã cùm bonis frueremur, nescimus ipsis vt oportet vti,illorum priuatione emendati sumus, & tunc experientia docti sentire cœpimus nostram desidiam.Itaque tan-

ἀπαθείας,securitate, indolẽtia, vita malis non obnoxia

1.Timoth. 6.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que tanta rerum mutatione docemur & à quibus excidimus,& quibus nosipsos malis iniecimus. Itaque quod propè,& è regione paradisi eum qui illinc exciderat habitare iussit, maximæ prouidentiæ & curæ signum fuit, vt & spectando memor esset,& inde lucrum faceret, & neque immodica viuendi auiditate concupiscere, neque foris existens de ligno comedere presumeret.Diuina enim scriptura omnia nobis, prout nostræ infirmitati congruunt, narrat. *Et præcepit vt Cherubim & flammeus ille gladius versatilis custodiant viã ad lignum vitæ.* Quoniam tã negligens iam fuerat in mandato tradito,hinc factum est, vt tanta diligentia ingressus muniretur & præcluderetur.Obsecro animaduerte hîc, quòd misericors deus non solum contentus fuit,hominem è regione paradisi habitare,sed præcepit etiam quòd flammeus gladius ille versatilis, & virtutes illæ Cherubim custodirent viam,quæ illuc inducit. Nec absque causa addidit,versatilis ille: sed vt doceat nos,quòd omnis via illò ducens præclusa sit, eo quòd gladius ille dum versatur,obturet & præmuniat omnes vias, quæ illuc ferunt, & vt continuam memoriam & timorem incutere illi
CAP.IIII possit. *Adam autem cognouit Euam vxorem suam.* Considera quando hoc factum sit. Post inobedientiam, post paradisi amissionem, tunc primùm vsus rei Venereæ cœpit.Ante inobedientiam enim angelicam vitam imitabãtur,& nullus de re Venerea sermo erat.Qui enim potuit, cùm neq; corporalibus necessitatibus obnoxij fuerint? Itaque ab initio virginitas palmã principatus accepit: sed postquam per desidiam peccatum intrauit,& aditus patefactus est his quæ peccati sunt,& illa quidem auolauit, vt pote ab his qui indigni tantæ virtutis magnitudine facti erant. Subintrauit autem rei Venereæ lex.Cogita igitur dilecte, quanta virginitatis dignitas, quàm sublimis & magna possessio, & quæ supra humanam naturam,& quę opus habeat manu superna.Quod enim hi qui virginitatem alacriter arripiunt,in corporea agant quæ incorporearum sunt virtutum, audi Christum Iudæis dicentem. Nã de resurrectione quæstionem mouentes, & in sermone eum capere volen-
Matt.22.d. tes,dicebant: Magister, erant apud nos septem fratres,
Luc.20.f. & primus vxore ducta defunctus est, non habens pue-
& Mar.12 ros, & dimisit vxorem suam fratri suo. Similiter & secundus,& tertius, & quartus,& quintus,& sextus,& septimus. In resurrectione ergo cuius è septem illis erit vxor? omnes enim habuerunt illam.Quid igitur dicit illis Christus? Erratis, nescientes scripturas,neque virtutem dei.In resurrectione enim neque matrimoniũ contrahunt, neque elocantur, sed sunt sicut angeli. Vidisti quo modo in terra ambulantes, & corpore circundati angelicam vitam imitantur, qui Christi amore virginitatis sortem acceperunt? Nam quanto hæc maior est & sublimior,tanto maiores sunt & coronæ, & retributiones, & repromissa bona eorum, qui cum hac in aliis bonis operibus se exercent.Adam autem cognouit Euã vxorem suam, & vt concepit peperit Cain. Postquam per inobedientiam intrauit peccatum,& sentẽtia mortales illos fecit, consequenter omnipotens deus secundum suam sapientiam humani generis durationem gubernans, concessit per coitum auctum iri nostrum genus. Et dixit, *Possedi virum per deum.* Vide quo modo pœna inflicta mulierem emendauerit,meliorémq; reddiderit. Nam puellum natum non naturæ, sed deo acceptum tulit, suámque gratitudinem declarat. Vidisti quo modo pœna admonitionis loco illis fuerit? Possedi hominem per deum. Non natura,inquit puerũ mihi A dedit, sed diuina gratia. *Et adiecit iterum pariendo fratrem illius Abel.* Quia pro nato puero grata fuit,& prius beneficium agnouit, assequuta est & aliud. Talis enim est dominus noster, quãdo in primis gratitudinem declaramus, & benefactorem agnoscimus, largius sua dona nobis erogat. Itaque quia & ista deo partum adscripsit, propterea & alium accipit puerum.Summa enim,postcaquam subintrauit mortalitas, cõsolatio erat filiorum successio. Et ideirco misericors deus, puniendi seueritatem imminuens,& mortis personam auferens,liberorum successionẽ largitus est: & perinde quis dicat imaginem resurrectionis per hoc subindicans, & dispensans, vt pro cadentibus alij resurgant. *Et factus est Abel pastor ouium, & Cain operabatur terram.* Docuit nos diuina scriptura, quam vterq; artem exercuerit. Nam Abel pastoralem, Cain agriculturam delegit. *Et factum est post dies:obtulit Cain de fructibus terræ sacrificium deo.* Considera, B quo modo naturę conditor scientiam †animæ indidit. †conscientia
Quis enim illum,dic oro,ad hãc cogitationem perduxisset:nullus alius quàm quæ in animo conscio scientia. Obtulit, inquit,de fructibus terræ sacrificium domino. Sciebat enim, & clarè sciebat, quod congruum esset ex suis possessionibus aliquid deo offerre: nõ quòd eo dominus indigeat,sed vt suam gratitudinem declaret,qui tali beneficio fruitur. Nulla enim re indiget deus, nullisque nostris opus habet. Cæterum ob ineffabilem misericordiam ita nostræ infirmitati se attẽperat, & propter salutem nostrã hæc fieri tolerat, vt dei agnitio humanæ naturæ virtutis sit schola. *Et Abel etiã ipse obtulit de primogenitis suarum pecudum.* Non absque ratione in sermonibus prioribus vestram docui charitatem,quòd dominus noster varietatem personarum ignoret: sed à C voluntate examinans, mentem & intentionem coronat. En & nunc attende idem factum: sed auscultemus diligẽter dictis, & videamus quid de Cain narret scriptura, & quid de Abel: & ne inconsideranter transeamus. Nihil enim temerè vel fortuitò loquitur diuina scriptura,sed & syllaba,& apiculus vnicus reconditum habet thesaurum. Nam in hunc modum se habent spiritualia omnia. Quid igitur inquit? Et factum est post dies, obtulit Cain de fructibus terræ sacrificium domino, & Abel obtulit etiam ipse de primogenitis ouium suarum, & de adipibus illarum. His qui acutius valent intueri, iam ex lectione ipsa liquidum est quid dicatur. Verùm quia omnium communiter habenda est cura,& respectum personarum nescit spiritualis doctrina: age manifestius vobis detegamus quæ dicta sunt, iterum ea repetentes. Cain, inquit, obtulit de fructibus terre sa- D crificiũ domino: deinde volens & de Abel docere nos scriptura diuina, dicit quòd & ipse de sua arte, nempe pastoricia, suũ attulerit sacrificium. Tulit enim, inquit, & ipse de primogenitis ouium suarum, & de adipibus illarum. Obserua quo modo nobis pientissima illius mens significatur, & quòd non tantum de ouibus obtulerit, sed de primogenitis, hoc est de preciosissimis, & maximè eximiis. Deinde & ex illis ipsis primogenitis preciosissima quæque. Et de adipibus, inquit,illarũ,hoc est de pinguissimis & optimis. De Cain nihil tale adnotatum est. Sed quid obtulit?de frugibus terræ sacrificiũ: quasi diceret:qualiacunque obueniebant,nulla ad delectum adhibita opera vel diligentia. Iterum dico,& dicere non cessabo. Non quia deus rebus nostris indiget oblata suscipit, sed vult & per hæc ostẽdi nostram gratitudinem. Nam eum qui deo offert,& offert ex his quę dei sunt, & intelligit quantum differat natura, & cum

homo

homo sit,tantum sit honorem sortitus:oportebat, quā- A scius erat.Nā dominus noster,cùm misericors sit, quan
tum sibi conceditur,suum testari officium,& precioſis- do delinquimus non tam nos auersatur ob delictum,q̄
sima offerre. Sed vide obsecro dilecte. Habes hîc occa- quando perseueramus in delicto,cuius iste nullā ratio-
siones,vt quod oportet cōtempleris,meritò pœnas lue- nem habuit. Et vt hoc euidenter scias, & misericordiæ
re cum,qui suam ob ignauiam amittit salutē.Neq; enim suæ magnitudinem ineffabilem videas,vide ex his quæ
ille doctorem aliquem habuit. Neque hic suggestorem nunc fiunt,bonitatis illius excellentiā, & patientiæ ma-
& consiliarium:sed vterque cōscientiæ suæ magisterio, gnitudinem. Nam postquam vidit illū supra modum
& sapientia diuinitus humano generi suppeditata, ad mœstum, & vt ita dicā, à tristiciæ fluctibus submersum
†animō de- hanc oblationem incitatur:sed †varietas mentis & vo iri,non despexit:sed quam erga patrem ipsius misericor
inceps ex- luntatis segnicies,illius quidem acceptissimā fecit obla diam declarauerat, dando illi satisfaciendi occasiones,
cellentia tionem,huius autem repudiatam. *Et aspexit deus ad Abel, & fiduciæ ianuam aperiens,& dicens: Vbi es? Post gra-
& ad dona ipsius.* Vide quo modo impletur hîc quod in uem illam ruinam, misericordiam & nunc erga ingra-
Matt.20.b. euangelio est dictum:Primi erunt vltimi,& vltimi pri- tum illum declarat, manum illi quasi in præceps eunti
Marc.10.c. mi. Ecce enim qui ob primogenituram priuilegium ha porrigens, & occasionem præbere volens vt delictum
bebat,& proinde prior offerebat,minor visus est fratre, corrigat, dicit: *Quare tam mœstus es? & quare concidit vul-*
vt qui secus offerret quàm oportebat. Nam cum vterq; *tus tuus? Nónne,si rectè obtuleris,rectè autem non diuiseris,peccasti?* B
obtulisset,dicit diuina scriptura:Et aspexit dē ad Abel, *Quiesce. Ad te *conuersio illius, & tu illius dominaberis.* Expē- * ἀποστρο-
& ad dona eius. Quid est,Et aspexit? id est approbauit, de oro dilecte ineffabilem misericordiam,& in docen- φὴ sic qui-
laudauit mentem, coronauit voluntatem: & quasi quis do nobis congruam humilitatem. Quia postquam vi- *dem, lxx.*
dicat,facto cōtētus fuit. Nā & si de deo loquimur,& de dit illum ab inuidentię affectione oppugnari,vide quo *alij vero a-*
immortali natura aperire os audemus: sed cùm homi- modo pro sua benignitate congrua ipsi remedia appo- *liter vertūt*
nes simus, non possumus hæc aliter quàm per linguam nit,vt statim educatur, & aquis non obtegatur. Quare
percipere. Attende rem miram: Aspexit,inquit,deus ad tristis factus es? quare cōcidit vultus tuus? quare tanta
Abel,& ad dona ipsius.Ouium oblationem dona voca detineris tristicia, vt & in facie mœroris magnitudinē
uit:quia preciosa,eximia & immaculata obtulerat.Aspe ostendas: quare ira te inuasit, quare non à teipso quod
xit igitur ad ipsum, quia sano & sincero animo obtule- oportebat fieri, considerasti? Num homini sacrificium
rat:& ad dona oblata,non q̄ nullis notis aspersa,sed q̄ obtulisti,qui falli possit? ignoras, q̄ mihi nō est opus vt
vndequaque preciosa erant, tum ob mentē eius qui ob- aliquid offeratur, sed sanam offerentium mentem vo-
tulerat,tum quòd primogenita erant, & ex illis electis- lo? Quare cōcidit vultus tuus? Nónne si rectè obtule-
sima, & ex adipibus ipsis, hoc est ex optimis optima. Et ris,non autem rectè diuidas? Hoc quidem quod in ani-
aspexit deus ad Abel,& ad dona ipsius:ad Cain autē, & mum accepisti,esse offerēdum, laude dignum est:quod
ad sacrificia ipsius non attendebat. Quia recta intētio- verò nō rectè diuidis, oblati repudiationem operatum
ne,& syncera mente obtulerat. Aspexit, inquit,deus ad C est.Oportet enim offerentem deo,in discernendo ma-
Abel,hoc est,accepit,gratum habuit,laudauit.Cęterùm gnam adhibere diligentiam.Et quantum differunt qui
oblata vocauit dona, vt per hoc offerentis animo maiorē honorem haberet. Ad Cain autem,& ad sacrificia offert & qui accipit, tanta & in discretione facienda di
illius non attendebat. Ne pigeat videre scripturæ dili- uersitas. At horum nihil tu cogitasti,sed vt fortuitò cō-
gentiam. Nam cùm dicit,non attendebat, monstrauit tigit, obtulisti. Atque idcirco non potuerūt esse accep-
reprobationē oblatorum. Et iterū aliud nos docet, vo- ta. Nam sicut intentio tua, cum qua oblationem fecisti,
cando oblationes fructuū terrę,sacrificia.Ecce quo mo nihil distare existimans, reiectanea fecit quæ à te sunt
do per facta & verba ipsa docet domin°,q̄ hęc omnia à oblata: sic fratris tui animus, qui rectus fuit, & dignum
nobis vult fieri,vt animi nostri per ea quæ à nobis fiūt, in discernendo studium habuit, accepta illius dona fe-
manifesti reddātur, & vt sciamus quòd dominū habe- cit. Veruntamen neque sic pœnam delicti repeto,sed o-
mus & conditorem eum, qui ex nihilo nos vt essemus stendo duntaxat delictum, & consilium affero, quod si
produxit. Oues enim nominando diuina scriptura mu accipere volueris,& peccatū emendabis,& teipsum gra
nera,terrę autē fructus sacrificia appellando,docet nos, uioribus malis nō inuolues.Quo modo?Peccasti,& gra
quòd deus neque vt bruta adducātur,neq; vt terræ fru- uiter peccasti,sed non punio propter delictum.Miseri-
ctus offerantur,sed tantum mentis affectionem quærit. cors enim sum,& nolo mortem peccatoris,sed vt con- *Ezec.18.g.*
Vnde & nunc propter mentis affectionem ille quidem uertatur & viuat.Igitur quia peccasti,quiesce,tranquil-
cum donis approbatus est,& gratus fuit: iste vero cum D litatem facito tuarum cogitationum, & libera mentem
sacrificio suo reiectus est. Quòd autē aspexit ad Abel, à procellis fluctuum inundantium: cohibe tumultus il-
& ad munera ipsius: Ad Cain autem & ad sacrificia il- los tuos, ne addas priori peccato grauius aliud. Neque
lius nō attēdit,intelligamus vt decet dignè. Vult enim consilium aliquod immedicabile arripias. Ne teipsum
dicere, quòd cognoscere illos fecerit, se illius approba- maligno dæmoni captiuum tradas. Peccasti, quiesce.
re voluntatem, huius autem repellere ingratitudinem. Sciebat ab initio quòd fratrem hic adoriturus esset, &
Et talia sunt quæ ad deum spectantia egerunt. Videa- ideo antea verbis reprimit. Nam quia tanquam deus
*λύπησε *mus autem & sequentia. *Et *tristicia affecit Cain valde. Et* cui etiam arcana sunt cognita,quia sciebat cordis illius
dolore affe- concidit vultus eius. Quid est, Et tristicia affecit Cain motus, multum admonendo, & verba illius infirmita-
cit,siue tri- valde? Duplex illi tristicia facta est, & quòd solus ipse ti accommoda proferendo,congruam ipsi medicinam
stitia, abla repudiatus fuit, & quòd fratris donū acceptum fuit. Et protulit, sua omnia faciens, tametsi ille repulso medi-
tui casus tristicia affecit Cain valde,& cōcidit vultus illius.Quid camento,in fratricidij profundum se præcipitarit. Pec-
affecit illum tristicia?Vtraque hęc valde tristicia affece- casti, quiesce. Ne putes,inquit, licèt tuum auersatus sim
runt,& quòd dominus non attendit sacrificiū ipsius,& sacrificium ob prauam mentem,fratrisque oblationem
quòd donum fratris acceptum fuit. Igitur opus erat, vt acceptam habuerim ob sanam intentionem,quòd ideo
delictum corrigeret is,qui ex his quæ egerat causæ con- primatu te destituam, & primogenituræ dignitatem à
te auferam. Nam licèt honore ego illum prosequutus

fuerim,acceptaq; fuerint illius dona: veruntamen ad te cõuersio illius,& tu ipsius dominaberis. Atque post peccatum hoc permitto,vt primogenituræ priuilegiis gaudeas,illúmque sub tua potestate & dominio esse iubeo. Vide misericordiã domini, quo modo furorem & insaniam illius demulcere,& verbis his impetum auferre nititur. Quippe motus mẽtis illius videns, & crudelem ac sanguinariam illius voluntatem sciens, nũc præmitigare eius rationem vult,& serenitatem menti inducere,subiiciẽdo ipsi fratrem, & potestatem ipsius nihil minuendo. Veruntamen post tantam curam, & tanta remedia,nihil commodi amplius inde sensit. Tantum valet mentis peruersitas, & maliciæ excellentia. Proinde obsecro,vt caueamus ne illum imitemur,& relicta omni malicia,mandata domini attentè ac diligenter perficiamus,præsertim post tanta talia; exempla. Nam si hic, Cain inquam,nullũ ante se inuenit,qui tale quiddã egerit, nihilominus tamen intolerabilem & grauem sustinuit pœnam,quam & vos postea scietis: quid verisimile est nos passuros,qui eadem, vel etiã grauiora peccamus,idq; post tantam gratiæ largitatem, nõnne certum quòd ignis æternus,vermis qui non interibit, stridor dentiũ,tenebrę externę,gehenna ignis,& aliæ ineuitabiles pœnæ nobis intentabũtur? Nulla enim defensio nobis relicta est, si ita negligentes & ignaui fuerimus. Nõnne scimus omnes quæ sint facienda,quæ non facienda? Et quòd qui faciunt quæ oportet, principales coronas assequentur, alij autem extremæ extremorum suppliciorum pœnæ addicentur. Ideo precor atque obsecro ne conuentus iste noster inutilis sit & frustra factus: sed vt quæ auribus hausta sunt eadem & factis expromantur, vt nobis bene conscij atque interim bona spe freti difficile hoc præsentis vitæ pelagus facile traiicientes in portum misericordiæ dei peruenire,& inefabilia bona illa consequi valeamus, quæ diligẽtibus se promisit,gratia & misericordia vnigeniti eius filij cum quo sancto & adorando eius spiritui gloria honor & imperium,nunc & semper & in secula seculorũ,Amen.

Et dixit Cain ad Abel fratrem suum,
egrediamur in campum.
Homilia XIX.

QVemadmodũ iucurabilia vulnera, neque austeris medicamẽtis cedunt,neque lenientibus: ita & anima semel captiua, si se peccato cuipiam noxiam fecerit, & cõsiderare noluerit quæ sibi sunt vtilia: etiam si quis innumera inculcet illius auribus,nihil proficiet:sed quasi mortuæ essent aures,nullam ex admonitione suscipit vtilitatem:nõ quia non potest,sed quia non vult. Non enim sicut in corporalibus vulneribus videri solet, ita & in voluntate est. Nam in corporalibus naturæ affectiones sæpe immobiles sunt,in voluntate autem non ita se res habet. Sæpe enim si voluerit, etiam qui malus est mutatur, & fit bonus:& qui bonus,per ignauiã excidit,& fit malus. Quia ergo liberi arbitrij esse nostrã naturã fecit omnium dominus, Ipse quidem quæ sua sunt, omnia pro sua misericordia semper exhibet. Et sciens abscõdita in profundo mentis & arcana,hortatur,consulit, conatúsque nostros malos reprimit. Et necessitatem vtique non imponit, sed congruis remediis appositis totum iacere in ægrotantis sententia dimittit. Hoc igitur & in Cain factum est nunc. Vide enim post tantam prouidentiã & sui curam,in quantam inciderit insaniam. Oportebat enim conscium peccati sui in emendando postea occupatũ esse. At ille quasi ebrius, affectioni & vulneri prio-

A ri aliud vleus coniungens,& medicinam tanta diligẽtia adhibitam non admittẽs, sed destinatam eædem in opus perducere festinans, à dolo & versutia exorditur, & fallacibus verbis fratrem decipit. Tam efferus & pecuinus est homo, qui in peccatũ declinauit. Nam sicut magnum & venerandum est rationale hoc animal, & maximè quando in virtutis viam contendit: ita quando in malum declinat,truculentarum bestiarum imitatur crudelitatem. Quin & cum feroces illarum mores assumpserit,quanuis rationale & mãsuetum animal sit, multis tamen nominibus illarum superat ferociam. Videamus igitur & de istis quid acciderit. *Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur obsecro in campum.* Verba quidem fratris,mens autem homicidę. Quid facis ô Cain? nescis cui loqueris? Non cogitas, quòd tibi cum fratre colloquium est? Non reputas,quòd eodem quo tu vtero natus est? Non expendis abominabiles conatus? Nõ
B times iudicem qui falli nequit? Non horret mens tua facinus? Quamobrem in campum vocas fratrem? & foras à paternis vlnis abducis? Quare ipsum paterno auxilio destituis? Quid noui accidit, quòd nunc fratrem in campum trahis? & id quod prius non feci sti,nunc facere attentas? & amicicię occasione fraternam beneuolẽtiam prætexẽdo, hostilia quæque perpetrare deliberas? Quæ insania? Quæ rabies? Esto excæcatus mente fraternæ affectionis, nullam rationem habeas neque naturã agnoscas: cur aduersus illum ad bellum te instruis, qui nulla te iniuria affecit? Quid item habes,quod parentibus obiicias,quos tanta mœsticia affligere deliberas, & actor esse terribilis tragœdiæ, vt primus eis violentam mortẽ ostendas? Has illis retributiones reddis suæ educationis? Quæ diaboli ars in hoc te flagitium impulit? Habẽsne quod dicas? An gratia domini erga illum,
C ipsum aduersum te extolli fecit? Nõnne præcauens ob hãc sanguinariam tuam mentem subiẽcit illum tibi, & sub tua potestate esse fecit? Et dixit, Quia ad te conuersio illius, & tu ipsius dominaberis. Nam hoc de fratris subiectione accipiendum est. Sunt enim aliqui dicẽtes, quòd de sacrificio oblato ab eo deus dixerit talia. Ad te conuersio,inquit,doni,& tu ipsius dominaberis: id est, eo frueris. Et ideo vtrunque sensum dixi,relinquens vestræ prudentiæ, id quod dictis magis congruum videtur eligendum. Mihi enim videtur de fratre esse dictũ.

Et factum est,cum essent ipsi in campo, surrexit Cain contra fratrẽ suum,& occidit illum. Horrendum facinus,periculosi ausus,abominabile opus,incondonabile peccatũ,efferatæ animæ sententia. Surrexit, inquit contra Abel fratrem suum,& occîdit illũ. O abominabilem manum,ô dexteram miserabilem: imò non manũ oportet vocare abominabilem & miserabilem,sed mentem cui membrum
D seruiuit. Dicamus igitur sic,O audacem mẽtem,& abominabilem & miserabilem, & quicquid dici potest, nõ satis dicetur. Quo modo nõ obtorpuit manus? quo modo potuit tenere gladium, & infligere plagam? quo modo nõ auolauit à corpore anima? quo modo valuit operari tam nefandum facinus? quo modo nõ inflexa est, & mutauit sententiam? quo modo non cogitauit naturam? quo modo non expẽdit antequàm adoriretur nefas, operis finem? quo modo ferre potuit post facinus, vt videret corpus fratris spiritum efflans & palpitãs super terram? quo modo potuit videre corpus mortuum & proiectum super terram, & à spectaculo non statim periit? Nam quum nos post tot annorũ numerum,cùm quotidie morientes videmus, quanuis vulgari morte, & sanguine nihil nobis iunctos, viribus destituimur:

& si

& si inimicus sit, inimiciciarum, finem facimus, quanto magis huic disperire par erat, & statim expirare debuisse animam, cùm videret fratrem, qui paulo antea loquebatur, eadem matre natum, eodem patre genitum, eiusdem vteri partu editum, deo singulari gratia acceptũ, subitò absque spiritu & operatione iacentẽ, & super terram palpitantem? At videamus post nefarium illud facinus, & post flagitium nulla venia dignum, quanta iterum verborũ humilitate, quantaq; misericordia omniũ deus vtitur. *Et dixit deus ad Cain.* Idipsum vel solũ quantæ bonitatis fuerit, quòd eum qui tanta commiserit, colloquio dignatur? Nam cùm nos sæpe cognatos nostros abominemur, si quando viderimus eos tale quoddã facinus perpetrasse: quanto magis bonum deum obstupescimus, tanta vti tolerantia? & valde meritò. Medicus enim est, & clementissimus pater. Nam & sicut medicus nihil non facit, vt graui morbo impliciti cõfirmentur: & sicut clementissimus pater filios, qui nobilitatẽ suam ignauia amisere, paterna indulgentia ad pristinam felicitatem reducere cupit. Proinde quia immensæ bonitatis est, iterum misericordiã suam illi, qui talia fuerat ausus, ostẽdere vult. Dicit enim illi. *Vbi est Abel frater tuus?*

Multa & immensa dei patientia est. Non enim interrogat quasi ignoret: sed idipsum agit, quod & patri illius fecerat. Nihil enim obstat, quin idem denuò dicatur. Nam quemadmodũ illum, cùm se præ confusione nuditatis tegeret, rogabat. Vbi es: non ignorans, sed fiduciæ occasiones illi prębens, vt per confessionem peccati, delictum ipsius abluneretur. Hunc enim morem habet, vt ab initio à nobis peccatorũ exigat cõfessionem, & veniam præbeat, ita & nũc rogat Cain, & inquit: Vbi est Abel frater tuus? Ignorantiã simulat misericors deus, hac interrogatione eum, qui talia cõmiserat, pręparans, vt ad peccati confessionẽ adduceretur, posseteq; veniam forte & misericordiam assequi. Vbi est Abel frater tuus? Quid igitur ad hæc ingratus & impudens? Debebat cogitare quòd deus nõ ignarus rei rogaret, sed ab ipso cõfessionem criminis exigeret: & nos doceret, nunquam causa non examinata sententiam contra fratres debere ferri, & memori mente seruare consilium domini: & q hunc illius conatum reprimens, & conscius etiam antequam eueniret, quid ille habebat in animo, præseruatoriis vsus est. Oportebat his omnibus cogitatis finem esse insaniæ, & dicere quid factum, & ostendere medico vlcus, & accipere ab illo pharmaca. Verùm ille iterum auget vulnus, & vlcus increscere facit, & dicit. *Haud scio.* Vide respõsi impudentiã. Num homini loqueris, quem forte decipere posses? Nescis infelix & miser, quis est qui tibi loquitur? Non cogitas, quòd ob bonitatem magnam quærit, occasionem quandam inuenire cupiens, per quã suam tibi declararet misericordiam, & vt postea tentatis à se omnibus, nullam habens defensionem, pœnæ teipsum obnoxium constitueres? *Et dixit,* inquit, *Haud scio. Num custos fratris mei sum ego?* Cogita hîc obsecro conscientiæ accusationem, & quo modo qui conscięntia impellebatur (vt ita dicam) nec vbi dixerit, haud scio, quiescere potest, sed subdit, Num custos fratris mei sum ego? tantum non seipsum iudicans. Tametsi, quia grandior ætate, etiam secundũ naturæ leges custodem fraternæ salutis esse te oportebat. Hoc enim natura decreuit, & oportet eos qui ex eodem vtero nati sunt, mutuò esse custodes. Quòd si hoc nolebas, & noluisti custos esse fratris: quare ergo illius interfector es factus? & tum qui te nulla affecit iniuria, perdidisti? & putasti nec fore aliquem qui te de hoc reprehensurus esset. Sed expecta, & videbis accusatorem tuum fore eum, qui interfectus & prostratus iacet, & te viuente & ambulãte, clara voce clamaturum. *Et dixit deus: Quid fecisti hoc?* Magna huius verbi recondita vis est, & emphasis. Quare, inquit, hoc operatus es? Quare fecisti nefarium hoc facinus? abominabile opus, factũ inexpiabile, insaniam intolerabilem, cædem nouam & raram, iam primum hominum vitæ tua dextra inuectam? Cur fecisti hoc tam magnum, tam terribile, quo non est peccatũ aliud grauius? *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Num homo sum, inquit, qui solam illam vocem audiam, quę per linguam proferatur? Deus sum, qui possum & per sanguinem audire clamantem, & alicubi prostratum, & in terra iacentem. Ecce quousq; volat vox sanguinis huius. Et vsque in cœlum à terra ascendit, & prætercurrens cœlum, cœloq; superiores virtutes, regio throno assistit, & tuum deplorat homicidium, ac nefariũ hoc scelus accusat. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nũ, inquit, in alienũ & hospitem iniquitatem hanc patrasti? in fratrem tuum, illum qui nulla te iniuria affecerat, sæuisti. Sed fortè mea beneuolentia hanc illi cædem peperit, & cùm non posses mecũ pugnare, in illum effudisti furorem tuum indomitũ. Ea propter talem tibi pœnam infero, vt audax istud facinus obliuioni tradi nõ possit, & quæ in te fiunt, omnibus posthac sequuturis castigatio & admonitio sint. Et nũc quia hoc fecisti, & malam voluntatem ad effectũ deduxisti, & per inuidiã cædem cõmisisti: *Maledictus tu de terra.* Vides maledictionis diuersitatem, dilecte? Ne igitur inconsideranter hinc trãseas, sed ex maledicti magnitudine, flagitij immanitatem expende. Nam quanto maius sit peccatũ hoc pręuaricatione protoplasti, ex maledictionis varietate scire volenti licet. Illic enim, inquit, Maledicta terra in operibus tuis: & in terram effusa est maledictio, ostensa sua in hominem cura. Hîc verò quia res pernicioſa, facinus iniquum, & inexpiabile flagitium, ipse pœnam luit. Et nũc maledictus, inquit, tu de terra. Nam quia fermè eadem egit quæ serpens, & quasi organum seruiuit diaboli sententiæ: & sicut ille fraude & malicią introduxit, sic & hic deceptum fratrem, & in campũ eductum, armata in illum manu occidit. Et propterea sicut illi dixit, Maledictus tu inter omnes bestias terræ: sic & huic; quia eadem quæ ille operatus fuit. Nam sicut diabolus, qui odio & inuidia mouetur, ferre non potuit tot ineffabilia beneficia, quæ in hominẽ ab initio collocata sunt, inuidia ad deceptionem extimulatus est, quæ mortem induceret: ita & hîc deum erga fratrem suum videns beneuolentia magna affici, ex inuidia ad homicidium prosiliit. Idcirco dicit illi: Et nunc maledictus tu de terra. *Maledictus,* inquit, *eris & terræ illi, quæ aperuit os suum, vt sanguinẽ fratris tui de manu tua exciperet.* Et terræ illi, inquit, eris maledictus, quæ sustinuit tali sanguine irrigari, qui tanta abominatione effusus est. Dein scriptura diuina, maledictionem interpretans, manifestius dicit: *Quando operatus fueris terram, non adiiciet vt det tibi robur suum.* Magna pœnæ species, & grauæ indignationis pondus. Laborẽ quidem, inquit, sustinebis, & quæ tu facere potes, omnia facies: & operaberis terram tali sanguine coinquinatam: non senties autẽ aliquem fructum tam multorum laborum, sed inutilis erit omnis labor tuus quẽ feceris. Neq; hic finis erit pœnæ, sed & gemens & tremens eris super terrã. Rursus & hoc maximũ est supplicij genus assiduo gemere ac tremere. Quia enim, inquit, abusus es robore corporis, & membrorũ viribus, propter hoc continuum hunc tremorem & motũ tibi infero, vt non solum ipse

Supra ca. 3.

mortalitatem.

habeas

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeas ingem admonitionem & memoriam huius ne-
fasti sceleris: sed vt & omnes qui te vident, viso te, quasi
clara illis voce annunciaretur, discant ne talia audeant:
& pœna tua alios doceat omnes, ne vltrà tali sanguine
terram incestent: & præterea non breui te morte plec-
tam, vt ne factum obliuioni tradatur: sed vitam morte
grauiorem sustinere te faciam, vt per hæc discas qualia
perpetraueris. *Et dixit Cain domino: Maior est iniquitas mea,*
quàm vt dimittar ego. Magnũ aliquid, & saluti nostrę plu-
rimum conducibile hîc si attenti fuerimus, licebit ad-
discere. Et dixit Cain, Maius est peccatum meum, quàm
vt dimittar ego. Ecce absoluta confessio. Tale tantumq;
est, inquit, peccatum quod cõmisi, vt non possim acci-
pere veniam. Ecce, inquit aliquis, confessus est, & sic con
fessus est, vt omnẽ excederet diligentiam: sed nihil in-
de lucri, dilecte. Intempestiua enim confessio est. Hoc
enim facere oportebat tempore cõgruo, quando adhuc
impetrari poterat à iudice misericordia. Memores nũc
estote oro, quòd ante breue tempus dixi, quòd terribili
illo die, & iudiciũ illud non poterit deprauari, & vnus-
quisque nostrũ ob peccata† desperabit,]vidẽs ante ocu-
los terribilia illa tormenta, & ineuitabiles pœnas, †nul-
lam]inde habiturus vtilitatem, tẽpore destitutus. Pœni-
tentia enim priusquã pœna inferatur, tempus habet &
ineffabilẽ vim. Proinde obsecro, cùm adhuc efficax est
mirificũ hoc pharmacum, cõmoda & fructus inde per-
cipiamus, & cùm adhuc sumus in præsenti vita, pœnitẽ-
tiæ medicamen nõ aspernemur, scientes liquidò, quòd
nihil tunc nobis pœnitudo proderit, cùm solutum fue-
rit spectaculum, & tempus certaminũ ablatum. Verùm
ad institutum redeamus. Oportebat enim tunc cùm in-
terrogaretur à domino, Vbi est Abel frater tuus? confi-
teri peccatum, & procidere, & orare, & veniam petere.
Ipse vero tunc quidẽ medicinam reiecit: nunc autẽ post
sententiam, post finem, post omnia, postquã clara voce
accusatus à sanguine in terra iacentis, confitetur, nihilq;
Prouer.18.c inde lucrifacit. Vnde propheta dicebat: Iustus suiipsius
accusator in principio sermonis. Et hic quoq; si præue-
nisset domini reprehensionem, omnino misericordiam
cõsequutus fuisset, propter immensam domini benigni-
tatem. Nullum enim est peccatum, quantũcunque gra-
ue sit, quod illius misericordiam vincat: modo tempore
debito pœnitentiã agamus, & veniam petamus. Et di-
xit Cain, Maius est peccatum meum, quàm vt dimittar
ego. Sufficiens confessio, sed intempestiua. Et dixit: *Si*
eieceris me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero ge-
mens & tremens super terram. Et erit, omnis qui inuenerit me, occidet
me. Vide quàm miserabilia verba, tum quia intempe-
stiua, tum quia tempore elapso nullum fructum afferen
tia. Et dixit: Si eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua
abscondar, & ero gemens & tremens super terram. Et
erit, omnis qui me inuenerit, interficiet me. Si in terra,
inquit, maledictum me fecisti, & ipse me auersaris, tan-
tæq; pœnæ tradidisti me, ita vt gemam & tremam: ni-
hil prohibebit postea, quin quisquis in me vel fortuitò
inciderit, nudatũ tua gratia, interficiat. Facilè inuadere
me poterit, inquit, si quis interficere volet. Neque enim
ipse obluctari potero, tam dissoluta imbecilliaq; mem-
bra circunferens, & vndiq; tremiscens: insuper & hoc,
quòd sciunt omnes tua me gratia destitutũ, si quis vult
occidere, vt ad cædem meam prosiliat, armabit. Quid
ergo misericors & bonus dominus? *Et dixit illi dominus*
deus: Non sic. Ne putes, inquit, hæc ita fieri. Neq; enim
licet, vt te quisquis volet, interficiat. Extendam enim
vitam tuam, maiorq; & inde tibi dolor erit, & relinquã

†pœnitẽtia ducetur,] †sed nullã est]

A te posteritati magistrum, vt tui spectaculum illi sit ad-
monitio & castigatio, nullusq; exemplum tuum sequa-
tur. *Et dixit dominus deus: Non sic. Omnis qui occiderit Cain, sep-*
ties vltione exquisita soluet. Fortassis multa sunt, quæ dixi,
& prolixitate corpori molestiam attulimus. Sed quid fa
ciam? Quia video vestram in audiendo auiditatem, &
ingens desiderium, reliqua etiam pertractabo, & pro vi-
ribus meis interpretabor. Quid est, septies vltione ex-
quisita soluet? Sed iterum vereor ne dictorũ multitudi-
ne memoriam his quæ dicuntur adobruam, & videar
vobis fastidium adferre: sed si non fatigamini, sustinete,
& absoluto hoc contextu, sermonem finiemus. Et dixit
illi dominus deus: Non sic. Omnis qui occiderit Cain,
septies vltione exquisita soluet. *Et posuit dominus deus si-*
B *gnum in Cain, ne omnis qui inueniret, illum occideret.* Hoc timui-
sti, inquit, ne occiderêre: Confide, hoc non erit. Nam
quisquis hoc facere attentauerit, septuplici pœnæ se fa-
ciet obnoxium: & idcirco hoc signum tibi impono, vt
nullus ignorans interfecto te, pœnis illis se obnoxiũ fa-
ciat. Et hanc ob causam signum hoc tibi impono. Sed
decet, vt manifestius vos doceam, quo modo qui Cain
occîdit, septem pœnarum reus sit. Vos precor attendi-
te. Nam si nũc, sicut & in superioribus diebus sæpe cha-
ritati vestræ diximus, cùm ieiunij tempus est, & tanta
tranquillitate fruimur, & liberati à cogitationibus, quæ
mentem nostrã perturbant, non summa diligentia ad-
discimus quæ in diuinis scripturis continentur, quando
ea aliis temporibus discere poterimus?]Ideo oro & pre-
cor, & supplico, & quasi genua vestra contingo, inten-
C ta mente his quæ dicuntur auscultemus, vt fructu ali-
quo nobili & præcipuo accepto, domum postea redea-
mus.] Quid igitur est, septies vltione exquisita soluet?
Primùm quidem septenarius numerus de multitudine
dicitur in diuina scriptura: id quod sæpe in scripturis *1.Reg.2.a*
occurrit, vt quòd sterilis peperit septem: & similia. Con *Hiere.15.b*
iectare autem hic licet peccati magnitudinem, & quòd
non vnum peccatum commiserit, sed septem, quorum
quoduis per se magna pœna luendum. Igitur quo mo-
do hæc numerabimus? Primùm† inuidet damnum alla- *†inuidet fri*
turus.] Secundo, fratrem suum occidere destinat. Ter- *tri q; deo fi*
tio, fraudes cõsuit. Quartò, cædem opere implet. Quin- *gratus.*
tò, fratrem occidit. Sextò, primus mortem operatus est.
Septimo, deo mentitus est. Obseruate dicta, si vultis ea
iterum recensebimus, quò sciatis quo modo vnũquod-
que per se sufficiebat vt maxima plecteretur pœna. Nam
quis vel venia dignaretur alteri inuidentem quòd plus
diuina gratia potiatur? Ecce vnum maximum & inex-
piabile peccatum. Deinde hoc maius ostenditur, quia
D frater erat cui inuidebat, & nulla illum prorsus iniuria
affecerat. Ecce & hoc quoque non vulgare peccatũ est.
Iam tertium, quòd dolos nexuit, decepto & in campum
tracto fratre, neque ipsam naturam reueritus. Quartum
peccatum ipsa erat cædes, quam perpetrauit. Quintum
quòd fratrem occidit, eodem ex vtero prognatum.
Sextum, quòd primus cædis speciem introduxit. Po-
stremum, quòd rogatus à deo omnium domino, Vbi
est Abel frater tuus? mentiri illi ausus est. Dicit igitur.
Qui te occidere attentauerit, septem maximis pœnis
seipsum reum faciet. Ne igitur hoc metuas. Ecce enim
& signum in te pono, ita vt nullus qui te inuenit, †igno- *†ignou.*
rans tua morte capiatur, & reum se faciat, septem ho-
rum peccatorum.] Nam totius vitæ tuæ productio po-
steritati vtilis erit: & id quod solus nullo præsente ope-
ratus es, hoc discent omnes qui gementem & trementem
vident, & quasi per corpus tremorem clamãtem, &
omnibus

omnibus dicentem: Nullus talia audeat, qualia ego, vt ne in eandem pœnam incidat. Hæc audientes dilecti, quæ dicta sunt, non inconsideranter prætercurramus, neque hoc solum spectemus, vt huc quotidie cõueniendo spirituali mensa fruamur. Nulla enim solius auditus vtilitas fuerit, nisi assint obedientia & opera. Sed cogitantes vnde in hoc inexpiabile & graue peccatũ Caïn seipsum impulerit, vt innoxium ac fratrem aggrederetur dolo, & occideret: ne fugiamus aduersa & mala pati, sed potius caueamus ne alijs mala per nos inferantur. Ille enim est, qui verè malè affligitur, qui proximo suo negocium facit. Et vt verum hoc esse scias, vide hîc obsecro, quis est qui mala patitur, an occidens vel occisus? manifestum quòd occidens. Et occisus vsque ad nostra tempora, in ore omniũ decantatur & prædicatur & coronatur, vt veritatis primus testis. Sicut dicit & beatus Paulus: Mortuus Abel adhuc loquitur. Sed qui occidebat, etiam tuncvitã agebat miserabiliorẽ quàm vllus homo, & postea ab omnibus malè audit, vt abominabilis, & vt à deo maledictus à diuina scriptura traducitur, & hoc quidẽ in præsenti vita, quæ semel intercidet. Quæ autem in futuro seculo occurrere debeant, cùm vnicuique pro suo opere reddet iustus iudex, quis sermo dicere posset, quæ bona, vel quæ mala? Nullus, nullus planè, neque iucunda, neq; tristia narrauerit. Enimuero Abelis quidem est regnũ cœlorum: & perpetua habitacula, & chori patriarcharum, prophetarum, & apostolorum, & omnium sanctorum cõgregatio illum suscipient simul in immortalitate regnaturum, in Christo Iesu domino nostro, vnigenito dei filio & deo. Huius autem, Caïn inquam, est gehenna ignis, aliaq; immortalia omnia tormenta ipsum excipiant, vt puniant in infinita secula, & cum illo omnes qui similia egerunt, & maximè post ista turpissimis affectionibus captos, quantò & maior pœna à domino omnium pronunciatur. Audi enim beatum Paulum dicentem, Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribũt: hoc est, leuiorem ferent pœnam, eò quòd non habuerint legem quæ minaretur & corrigeret. Et quicũque in lege peccauerunt, per legem quoq; iudicabuntur. Hi autem, inquit, qui eadem faciunt, quæ illi, & legis adminiculum habuere, grauiores & intolerabiliores sustinebunt cruciatus. Et meritò: quia neque lex, neq; quod alios modestiores & meliores reddidit, hos emendare potuit. Quocirca obsecro, vt vel saltem nunc aliorum correptionibus nosipsos emendemus, & vitam nostram corrigamus ad domini obedientiam, illius obtemperantes legibus, & neque liuor, neque inuidia, neque corporalis amor, neque huius vitæ gloria & potentia, neque ventris voluptas, neque alia quædã absurda concupiscentia dominetur animæ nostræ: sed expurgati ab omni cœno, voluptateq; temporali, & valedicto omnibus fœdissimis absurdissimisque affectionibus, ad beatam illam vitam, & ineffabilia illa bona, quæ deus se diligentibus promisit, introducamur: quæ omnibus nobis concedantur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Hebr.11.a.

Roma.2.a. & Apoca. 20.d.

Roma.2.b.

Et cognouit Caïn vxorem suam, & vt concepit peperit Enoch, & erat ædificans ciuitatem.

Homilia XX.

AGE iterum hodie in manus sumentes quæ in contextu lecta sunt, inde vobis doctrinam apponamus, & solitum ex libris beati Mosi colloquium habeamus, imò ex sancti spiritus eloquijs, quæ per prophetæ linguam diuina gratia nos docuit. Sed quò manifestior sermo noster sit, operæpreciũ fuerit, vt in memoriã vobis referamus, vbi doctrinam nuper absoluerimus, vt eadem hodie repetita, & de nũc lectis dicere incipiamus. Scitis enim, quòd argumentũ de Caïn & Abel narrauimus, ostendẽtes tam ex his quæ facta sunt, quàm ex his de quibus obtulerunt domino, quo modo faciendorum agnitio animis nostris insita sit, & quòd omnium opifex nos liberi arbitrij fecerit, & vbique vel coronat, vel condemnat secundũ quod nostra est intentio. Ob hoc enim sacrificiũ Caïn repudiatum fuit, dona verò Abel accepta. Et quòd hinc inuidia orta Caïnem in cædem fratris extimulauit, qui & post impium facinus, volente deo ipsum prouocare ad confessionem peccatorum, neque remedium sanitatis accepit, sed sceleſto homicidio mendaciũ coniunxit, & grauem illam pœnã sibi conciliauit, supernaq; gratia se nudauit, posteris in correctionis exẽplũ propositus. Quia ob sententiam in se acceptam, omni hominũ generi loquitur quasi clamans & dicens: Ne tale quid vllus vestrum vnquam audeat, ne quis in similes incidat pœnas. Vidistis domini misericordiã, quo modo sua in illum pœna non ipsum solum castigare, sed per ipsum simul posteros omnes modis omnibus fugiendum tam temerarium facinus docere voluit? Age nunc sequentia attingamus, videntes quid hodie nobis narret beatus ille propheta, spiritus sancti operatione nostris auribus insonans. Nam postquam à domino sententiam accepit: *Egressus est*, inquit, *à facie dei.* Quid est, exiit à facie dei? hoc est, nudatus est præsidio dei, propter abominabile & pernicioſum facinus. *Et habitauit in terra Naid, è regione Edem.* Narrat nobis diuina scriptura & locum, in quo postea habitauit. Et docet quo modo & hic non procul à paradiso versatus sit, vt è regione illius existens continuò memor esset, tum eorum quæ patri suo ob præuaricationem contigerunt, tum magnitudinis eorum, quæ ipse perpetrauerat, propter quæ tanta sibi, neque patris correptione emendato, pœna irrogata est. Et locus ille in quo habitauit, perpetua memoria fuit nõ illi soli, sed & seculis posterioribus, ob tremorem & motionem. Nomen enim Naid, Hebraica dictio est, & vocatur motio. Itaque crimen illius notum & à loco, quasi in columna ærea scriptum esset. Deinde inquit: *Et cognouit Caïn vxorem suam, & vt concepit, †peperit filium, cui nomen Enoch.*] Mortales deinceps facti homines, meritò de filiorum successione curam habebant. Sed fortè dixerit aliquis: Quo modo, cùm scriptura nusquam alterius mulieris meminit, dicit quòd Caïn habuerit vxorem? Ne mireris dilecte. Nusquam enim catalogum mulierum diligenter facit, sed scriptura superuacuum non commemorans, neque omnes viros commemorat: sed succinctius nobis narrat, dicens, quòd generauerint filios & filias, & mortui sint. Verisimile igitur etiam nunc Euam filiam peperisse post Caïn & Abel, quam in vxorem acceperat Caïn. Nam quia initia erant, debebatq; augeri humanũ genus, sorores vt acciperent, concedebatur. Et ideo consectanea hæc nobis coniectanda relinquit scriptura, & hoc solum narrat, dicens: *Et cognouit Caïn vxorem suam, & vt concepit peperit Enoch. Et erat ædificans ciuitatem in nomine filij sui Enoch.* Vide quo modo res nostræ paulatim *deteriores, fucatioresq; fiunt. Quippe hominibus factis mortalibus studiũ fuit, vt immortalem suam memoriam facerent, partim ex filiis quos generabant, partim ex locis, quibus filiorum nomina imponebant. Hæc omnia rectè quis diceret peccatorũ & ruinæ primæ monimenta,

†peperit Enoch.]

**σοφίζεται. in maiam partem accepit: postea tamẽ & in bonã accipi, pro, inprudẽtiã acquirunt: vt & mox de arte ferraria locutus idẽ fere dicit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimenta, qua è pristina gloria exciderunt, in qua quum
†nulla horũ essent, †nihil horum agebant] Adam & Eua, vtpote af-
egebant. fectionibus superiores, & nihil obnoxij. *Porrò Enoch ipsi natus est*, vt inquit, *Gaidad, & Gaidad genuit Meleleel, & Meleleel genuit Mathusala, & Mathusala genuit Lamech*. Vide quàm cursim transit genealogias. Et virorum tantum mentionem facit beatus ille, nusquam verò mulierum meminit. Sed quemadmodũ de Cain dictum est, quòd Cain cognouit vxorem suam, cùm nusquam nos docuerit, neque dixerit vnde habuerit vxorem: sic sanè & hic inquit: *Et accepit sibi Lamech duas vxores, nomen vni Ada, & nomen secundæ Sella. Et peperit Ada*, inquit, *Iobal: hic fuit pater habitantium in tabernaculis, pastorum. Et nomen fratri illius Iubal: hic fuit is qui demonstrauit psalterium, & citharam.*

Vide scripturæ diligentiam: docuit nos & nomina eorum, qui nati sunt ex vxore Lamech, & docuit nos quæ studia illorum fuerint: nempe quòd vnus alendis pecoribus fuerit deditus, & alter excogitauerit psalterium & citharam. *Sella autem*, inquit, *& ipsa peperit Thobel, & erat malleator, & faber aris & ferri*. Iterum & artem illius qui ex Sella natus erat non obticet, quia ferrariam exercebat. Vide quo modo, quæ ad vsum humani generis, quò melius subsistere queat, spectant, paulatim prouisa sint. Et primùm Cain à filio suo ciuitatem ædificatam nominauit. Deinde eorũ qui ex vxoribus Lamech nati, vnus pascendis pecoribus occupabatur, alius ferrariam exercebat, alius etiam psalterũ & citharam demonstrauit. *Soror autem*, inquit, *Thobel Noeman*. Quid hoc nouum sibi vult, quòd nunc primùm nuncupatim mulieris memoriã indicat? Non simpliciter, neque temerè: sed vt occultum quid nobis hîc declaret, hoc fecit beatus propheta: id quod in aliud tempus reponemus, nunc historiam sequamur: neque enim *fortuitum quiddam est, quod subditur, & plurimo labore habet opus & diligentiore inquisitione, ita quòd si possent omnia ad amussim à nobis perquiri, multùm hinc vtilitatis nobis accederet. *τυχὸν. fortuitũ, vulgare, vile, triuiale.

Dixit, inquit, *Lamech vxoribus suis Adæ & Sellæ: Audite vocem meam vxores Lamech, auribus percipite sermones meos: quia virum occidi in vulnus mihi, & adolescentulum in cicatricem mihi. Quia septies vltio sumpta de Cain, de Lamech verò septuagies septies*. Obsecro mente intenta estote, & omnia quæ ad seculares curas pertinent, seponite: cum diligentia quę dicuntur perscrutemur, vt nihil eorũ nos lateat, sed quantum possibile ad profundũ ingressi, occultum thesaurũ venari possimus in paucis illis verbis latentem. Dixit autẽ, inquit, Lamech vxoribus suis Adæ & Sellæ: Audite meam vocem vxores Lamech, & auribus percipite sermones meos. Cõsidera obsecro statim ab initio, quantum illi profuerit pœna Cain irrogata. Non solùm enim nõ expectat vt ab alio arguatur, quòd in idem & grauius peccatum lapsus sit: sed nullo vel accusante vel increpante ipse semetipsum manifestum facit, & confitetur quæ facta sint, mulieribusq; narrat delicti magnitudinem: quasi illud quod à propheta dictũ
Prouer.18.c est, implens: Iustus suiipsius accusator est in principio sermonis. Plurimum enim ad emendanda peccata valet confessio. Itaque sicut grauius est peccatis ipsis, post peccata commissa, peccata inficias ire: id quod fratricida ille agebat, & rogatus à misericorde deo, non solùm non confessus est, quod ausus fuerat patrare facinus, sed & deo mentiri ausus est: & propterea vt prolongaretur vita sua, fecit. Cæterùm & hîc in illa ipsa peccata inciderat: sed animo expendens, quòd negatio grauiorem illi parasset pœnam, vocatis mulieribus suis, nullo reprehendente vel arguente, ipse sua lingua & confessio-

A nem peccatorum facit, & conferens quæ à se facta erant cum his quæ à Cain, pœnam sibiipsi definit. Vidisti prouidentiã domini? quo modo pœnæ illius occasio sunt misericordiæ, & quòd misericordia sua non solum ad illum pertingit, qui pœna plectitur: sed & multis aliis vtile efficit inde remedium, modo velint inde aliquem fructũ capere? Vnde enim aliunde, dic quæso, Lamech ad hanc confessionem adductus esset, nisi eorum quę illi contigerunt memoriam habuisset, quæ illius continuò mentem decutiebant? Dixit, inquit: Audite vocem meam, & auribus percipite sermones meos. Mentem vestram, inquit, intentam præbete, & diligenter auscultate quę dicturus sum. Non
B enim de rebus vulgarib⁹ vobis loquar, sed occultas quasdam res vobis aperiam, & cõfitebor ea quæ nullus alius scit: sed solus ego, & oculus ille qui sopiri nescit, quem timens festino & anhelo, vt vobis manifesta faciã, quæ à me sunt acta, & quantis pœnis ego meipsum nefariis obnoxiũ fecerim operibus. Quia virum occidi in vulnus mihi, & adolescentem in cicatricem mihi. Quoniam septies vltio sumpta est de Cain, de Lamech autem septuagies septies. Magnum quid dictũ est, & valde magnum. Multiplex piaq; viri prudentia: non solùm enim factum confitebatur, & cædes in medium afferebat, quas operatus erat: sed & pœnam sibi inferebat, comparans peccatum suum peccato Cain. Qua e-
C nim venia, inquit, fuerit dignus, qui alterius pœna emẽdatior non fit: sed recentem & auribus insonantem habens eius memoriam, insuper duplex homicidiũ patrauit? Quia virum, inquit, occidi in vulnus mihi, & adolescentem in cicatricem mihi. Non tantum, inquit, nocui illis, quos occidi, quantum mihiipsi. In pœnam enim quam effugere non possum, meipsum conieci, peccata operatus tanta, quæ veniam non merentur. Nam si ille pro vna cęde septem pœnis obnoxius factus est, ego dignus fuerim septuagies septies pœnam luere. Cuius gratia, & quare? Nam licet cædem ille patrauit, idq; fratris, attamen nullo vnquam antea conspecto, qui hoc fecerat, neque alio viso qui pœnam dederat eiusmodi facinoris, & tantam iram fuerat expertus, quæ vtraque mihi pœnas augent. Quia & ante oculos habens quod ab illo perpetratum, & pœnam videns sic immedicabilem esse, cautior factus non sum. Propterea licet septuagies septies magis quàm ille puniret, attamen neque sic di-
D gnam luerem pœnam. Vidisti dilecte, quo modo nostram deus mentem fecit liberi arbitrij? Et sicut desides *Liberũ arbitrium.* supplantamur, ita & si resipiscere voluerimus, contuemur quod oportet. Quis enim, istum, dic obsecro, talem ad confessionẽ adegit? nullus alius quàm conscientia, & incorruptus ille iudex. Nam simul ac in peccatũ declinauerat, & opere perfecerat malum conatum: statim insurrexit conscientia, inclamánsque, & ostendens peccatorum magnitudinem, omnibus seipsam pœnis obnoxiam facit. Ita enim se habet peccatum, vt priusquam fiat, & ad opus perueniat, obtenebret & decipiat mentem: postquam autem consummatum fuerit, manifestè suam nobis absurditatem proferat & ostendat. Vnde breuis illa & absurda voluptas continuum menti dolorem inserit, conscientiæq; fiduciam aufert, atque illum qui succubuerit confusione perfundit. Misericors enim deus eiuscemodi nobis accusatorem assistere voluit, vt nunquam soli relinquamur: sed indesinenter ille

congrediens

Universidad de Deusto
Biblioteca

congrediens clamet, & pœnam exigat delictorum. Et hoc quis viderit manifestè ex factis ipsis. Scortator enim vel adulter, vel qui aliud tale quiddam admisit, etiam si omnes latere queat, nunquam tamen sic in solitudine versatur, quin habens acrem illũ accusatorem suspiciones timeat, vmbras tremiscat, & eos qui conscij sunt, & qui non sunt: perpetuaq; in animo eius tempestas est, & reciprocantes ac contrarij fluctus. Insuper neque somnus ei suauis, sed terrore & formidine plenus: neque cibus voluptatem præbet, neque amicorum colloquia talem refocillare, vel liberare ab vrgente anxietate possunt: sed quasi carnificem circumgestaret, se lancinantem, & flagellantem continuò, ita post absurdum facinus obambulat nullo conscio, sustinens intolerabiles pœnas illas, & iudex sui ipsius factus & accusator. Attamen qui hæc fecit, si voluerit, vt decet, vti cõscientiæ adiumento, & ad confessionem facinorum festinare, & medico ostendere vlcus, qui curet & non exprobret, atque ab illo remedia accipere, & soli ei loqui nullo alio conscio, & omnia dicere cum diligentia, facilè peccata sua emendabit. Confessio enim peccatorum, abolitio etiam est delictorum. Vnde cum Lamech ille suis mulieribus cædes à se commissas detegere & confiteri non refugit: quali erimus venia digni, si ei qui omnia nostra accuratè nouit delicta, confiteri non volumus peccata? Num quia ignorat, discere vult? Nequaquam, quia ignorat confessionem à nobis requirit, qui omnia scit antequam fiant: sed volens per confessionem nos quoque peccatorum habere sensum, & gratitudinem erga se ostendere. Num opes aliquæ hîc sunt expendendæ? Num via prolixa eunda est? Num dolorẽ, & cruciatus affert hæc medicina? Absq; sumptu & cruciatu est præsens pharmacum. Vt enim diligens est ac intentus accedentis animus, sic & remedia vulnerum largitur dominus. Igitur qui vult statim ad sanitatem suam redire, animæq; curare vlcera, resipiscens medicum adeat, ab omnibus secularibus curis se abdicans, calidas lachrymas profundat, sedulitatem plurimam præ se ferat, fidem firmam afferat, & medici confidat arti, & protinus sanitatem cõsequetur. Vidisti medici gloriam, ad quam si omnium patrum amor conferatur, obscurabitur. Num graue aliquid & molestum à nobis requirit? contritionem vult cordis, compunctionem mentis, confessionem ruinæ, sedulitatem continuam: & non solum largitur vulnerum curam, & à peccatis mundos ostendit: sed & eum qui antea innumeris peccatorũ sarcinis grauabatur, iustum efficit. O misericordiæ magnitudinem. O bonitatis excellentiam. Qui peccauit, quando cõfitetur peccata, & veniam petit, accipit posthac securitatem, repentèq; iustus apparet. Et quò clarè hoc discas, audi prophetam dicentem: Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Non simpliciter
Esa.43.d. inquit, Dic tu iniquitates tuas: sed adiecit, prior: hoc est, ne expectes te arguentem, ne præstoleris actorem. Ipse præueni, & rape sermonis principium, vt accusatoris linguam obmutescere facias. Vidisti iudicis misericordiam? In humanis quidẽ iudiciis si quis hoc faceret, & ante accusationẽ facinora confiteretur, quamuis apud humanum iudicem, is sententiam capitalem omnino in suum caput accerseret: at misericordis dei, & animarum nostrarum medici tanta est tamq; ineffabilis bonitas & clementia, vt omnem etiam rationem transcendat. Nam si aduersarium nostrum præuerterimus, diabolum dico, qui in die illo ob faciem nostram stabit: & iam in presenti vita, antequam ad tribunal ingredimur, A facinora confessi fuerimus, dicendique principium rapuerimus, nostri ipsorum facti accusatores, in tantam misericordiam prouocabimus dominum, vt non solum nobis donet liberari à peccatis, sed & in iustorum catalogo numerari. Enimuero si Lamech ille, qui neque legem habuit, vnde hoc discere posset, neque prophetas audiuit, neq; vllam aliã admonitionẽ, ex iudicio quod naturæ datum, conscius eorum quæ ausus fuit, & in medium affert quæ patrauit, & seipsum condemnauit: quo modo aliquam defensionẽ nos habere poterimus, vulnera non omni diligentia domino ostendentes, eorum iam medicinam inde suscepturi? id quod nisi nũc fecerimus, quando ieiunij tempus est, quando tanta mentiũ tranquillitas, quãdo luxus omnis ablatus è medio, quando ad cogitãda facinora nostra vt veniamus, vacabit? Idcirco semper vos obsecro, vt sobrij sitis & vigiles, & præsentem vitam omnem in hoc insumatis, vt sedulitate, perseuerantiaq; in bonis operibus, intolerabile illud B iudicium effugiamus, & ignem gehennæ non ingrediamur. Maximè autem nunc, maioriq; studio id curandũ, quando propter ieiunij tempus continuis maioribusq; fruimini admonitionibus. *Cognouit autem*, inquit, *Adam Euam vxorem suam: & vt concepit, peperit filium, & appellauit nomen illius Seth, dicens: Excitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Postquã scriptura diuina genealogiam vsque ad Lamech deduxit, iterum ad Adam, & vxorem illius regreditur: & dicit, Cognouit autẽ Adam Euam vxorẽ suam: & vt concepit, peperit filium, appellauitq; nomen illius Seth, dicens: Excitauit enim mihi *Seth.i posdeus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Pepe- *tus, vel porit, inquit, filium, appellauitq; nomen illius Seth. Nec cõ* *suit.*
tenta quòd imposuisset illi nomen, dicit: Excitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. C Vide hîc quo modo & mater per appellationẽ nati filij, memoriam scelesti huius operis cõtinuam mentibus inserit. Atque vt etiam posteri sciant quid Cain patrare ausus fuerit: Dicit, pro Abel, quem occidit Cain. Dolentis animæ verba sunt, & cõfusæ ob facinoris memoriam. Partim autẽ gratias agit Eua pro nato puero, partim appellando puerum, quasi infamat Cain. Nam verè luctum non mediocrem parentibus attulerat. Qui dextram suam aduersus fratrem armauerat: & tam charum illum & amabilem illis ostenderat humi iacentem, mortuum, & sensu carentem. Nam licet sententiam acceperit Adam, Terra es, & in terram abibis. Et quocunque die comederitis, morte moriemini. Sententiam tamen in verbis hactenus cognoscebant, & nondum sciebant qualis esset mortis species: sed hic primus ob odium in D fratrem, & liuorem qui intrinsecus illum rodebat, in fratricidium ruit, graue parentibus spectaculum exhibens. Proinde mater, quæ parum respirauit, & vix tandem aliquando tanti luctus consolationẽ inuenit, gratias agit domino ob natum puerum, & fratricidæ scelus infamat: hac maxima illum pœna afficiens, vt factum illius perpetuæ commendaretur memoriæ. Vidistis, quantum malum sit peccatum? & quo modo peccantibus confusionem & opprobrium inurat? Vidistis quo modo propter hoc diuina gratia spoliatus & omnibus ridiculus factus sit? Vidistis quo modo & parentibus, natura ad amandos filios propensis, propter pessimum hoc facinus abominabilis fuerit? Igitur fugiamus obsecro peccatum, quod tantis nos malis inuoluit, & virtutem arripiamus, vt & dei nobis gratiam conciliemus, & supplicium effugiamus. *Et Setho*, inquit, *factus est filius. Appellauit autem nomen illius Enos: hic sperauit* †*inuocando* †*inuocare*
nomen

nomen domini dei. Vide hîc, quo modo postea paulatim docentur & prudentes fiunt, in appellationibus filiorum suæ gratitudinis indicium reponentes. Quia & hîc dicit, quòd Seth nati filij nomen appellauit Enos, & deinde scriptura volens nobis nominis appellationem interpretari, inquit, Hic sperauit †inuocando nomen domini dei. Ex hoc enim posthac beatus propheta genealogiam memoraturus est, reiecta memoria Cain, & eorum qui vsque ad Lamech ab eo descenderunt. Nam quia primatũ natura sibi datum, primogenituræ dignitatem inquam, suæ voluntatis malicia dehonestarat, & ipse & qui ex eo nati, catalogo eiiciuntur. Seth verò quòd sibi natura negatũ erat, id mentis dexteritate consequitur, nempe in se transfatum primogenituræ ius. Et quanuis non natura, attamen ob voluntatis intentionem ac iudicium, etiam qui ex eo nati sunt, in genealogiis recensentur. Et sicut hic Enos vocatus est, eò quòd inuocauit nomen domini dei: sic & qui ex eo ducunt originem, eandem sortiuntur appellationem. Et propterea beatus propheta narrãdo hic subsistens, aliud iterum principiũ facit. Cæterùm ne incepta lectione, aliquantò prolixiorem faciamus sermonem: hîc etiã nos cum beato Propheta sermoni finẽ imponemus, sequentem interpretationem in alium sermonem reponentes. Iam autem admonitam charitatẽ vestram vellem, quò ampliorem quendam ex dictis nostris fructum percipiatis, vt quotidie vos examinetis, quid ex hoc sermone, & quid ex alio lucrifeceritis: & non solùm auribus percipiatis nostra dicta, sed & menti vestræ bene commẽdetis, & quotidiana meditatione memoriã vestram firmetis. Vellem enim vos non vobis tantum proficere, sed & aliorum fieri magistros, ita vt potentes sitis ad admonendum etiam alios: neque hoc verbis duntaxat agere, sed & operibus erudire vicinos ad præclarũ virtutis officium. Cogitate oro, quòd si vos, qui hîc affuistis, quotidie portiunculã tantum accepissetis ad emendandas affectionum perturbationes, iam ad summum aliquod fastigiũ peruenissetis. Nam non cessamus quotidianis sermonibus inculcare auribus vestris, quæ ad instituendam optimam vitam attinent, vt eradicentur mali isti affectus, iram dico, inuidiam, & liuorem: quibus sublatis, facilius & insania illa in colligendis pecuniis emendationem admitteret: & cessante insania auariciæ maiori securitate illicitæ fœdæq; cogitationes cõprimerentur. Radix enim omnium malorum est auaricia. Quòd si radicem funditus extirpauerimus, facilius ramos licebit amputare. Arx enim malorum, & colophon, vt ita dicam, peccatorum, est rabies illa colligendarum diuitiarum: quam si domare voluerimus, nihil erat quin simul & hac insania liberemur, & cum hac euellamus & eradicemus omnes pernicios os affectus. Iam ne existimetis magnum aliquid esse, opum contemptum. Quia cùm mecum reputo, quòd tam multi ob inanem & inutilem gloriã multa auri talenta effundũt in nullam vtilitatem: sed vt à forensibus, & triualibus homunculis aucupentur nõnunquam nominis celebritatem, quæ ad vesperam finem sumit: & sæpe non vsque ad vesperam durat, sed & priusquam dies cõpleatur innumeris malis circundatur. Alij autem gentiliũ errore præoccupati, etiam ipsi ad humanam respicientes gloriam, quam maximi faciunt, abiectis simul omnibus, & pallio tantũ atque baculo seruatis, omnem vitam sic exigunt, omnẽ laborem illum & miseriam ob vani nominis celebritatẽ assumentes. Cùm igitur hæc mecũ reputo, nescio quã habituri simus vel excusationem, vel venian, qui neq; ob mandatum à domino traditũ, neque ob gloriã illam immortalem & interminam, vt minimam rerum nostrarũ portionẽ relinquere sustinemus, quin & deteriores illis reddimur, neq; quantũ sit discrimen cogitamus. Nam illi ob hominũ, qui eiusdẽ naturæ sunt, inutilem gloriã, eò vsq; peruenerũt, vt tam multa proiiciant, nos autẽ propter dominũ nostrum, qui suppeditat ea quę possidemus, & †ineffabilibus suis donis cõciliatur, ‖sæpe neq; parum quiddã inopibus erogare volumus. Et qualibus oculis videbimus iudicem, negligentes mandatũ illius tam facile? Non enim adhortor, vt omnia vestra abiiciatis. Fruere omni prosperitate, & cũ satisfeceris tuo vsui, quæ superuacua tibi & ociosa iacent, in necessariũ vsum conuerte, aliisq; distribue fame laborantibus, & gelu rigescentibus: & per illorũ manus in tuam patriã transmitte, in quam propediem tibi pergendum, vt ibi accipias. Illi enim plurimũ tibi prodesse poterũt ad transuehendas illuc opes: vt quando abieris, omnia illis inuenias bene disposita, maioriq; illic fruaris abundantia, videns ea à transuehentibus, imò à misericordia dei ita multiplicata. Nullum laborem habet id negocij, nullam curam, nullam solicitudinẽ. Ad hæc transuehenda nullo tibi opus est iumento, non custode, neque vllo alio. Nullus enim latro, vel fur hac via vadit, vt nocere queat iis, quę à te mittũtur illuc: sed ea quę reposueris in egenorũ manus, illa in securum prõptuarium, nempe manũ dei reposita erunt: quæ inuiolata, & custodita præbebit, cùm redieris in patriam. Quin illis redditis etiam prædicabit laudes tuas, & coronabit, & te in latitudine cõstituens, securum & felicem faciet. Effundamus ergo precor, reposita in pauperum ventres, & seminemus dum tẽpus est, vt opportuno tempore metamus, & ne transmissa temporis cõmoditate, posthac frustra pœniteamus. Haccine de causa misericors deus plura tibi largitus est, vt in tuum solius vsum impendas quæ dedit, & reliqua in arculis & promptuariis recondas? non ea de causa, sed vt iuxta apostolicam admonitionem, abundantia tua aliorum *inopiam* suppleat. *Et tu quidem forsitan etiam plus quàm opus est his frueris, in deliciis, vestibus, alioq; luxu, seruis quoq; & brutis argentum diuidens: pauper autem nihil horum à te petit, sed tantum vt famem mitiges, vt quotidianum illi cibum, ac necessarium vsum tribuas, vt viuat & non pereat: & neque vt hoc facias te accõmodas, neque cogitas quòd plerunque subito abreptus, omnia quæ collecta sunt, hic relinques, & interdũ in hostes & inimicos trãsferuntur, ipse autem peccatis omnibus, per quæ hęc collegisti, tecum receptis hinc migras. Et quid tũc dices in die illo terribili? Quo modo te excusabis, qui ita negligenter vitam tuam instituisti? Propterea mihi obtẽpera, & cùm adhuc tempus habes, opes superuacuas distribue, vt prius illic in tuam reposita habeas salutem, & pro illis perpetua bona consequaris. Quæ nos omnes obtinere contingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.*

† inuocare.

† ineffabilibus illa illa diuina pollicetur ‖

Iste est liber generationis hominum die quo fecit deus Adam, secundũ imaginem dei fecit illum, masculũ & fœminã fecit illos.

Homilia XXI.

DIci nequit, charissimi, quàm multiplex thesaurus in verbis modò lectis recõditus sit. Et scio quidem, quòd opinantur aliqui nihil amplius dici, quàm illorum nominũ enumerationem & appellationem: spectãt enim tales ad solam superficiem. Ego autem

autem omnes vos obsecro, ne simpliciter ea, quę in scrip turis sacris cõtenta sunt, trãseatis. Nihil enim hîc scriptum est, quod non multas sensuũ habeat diuitias. Quandoquidem diuino spiritu afflati prophetæ loquuti sunt, ideo vti a spiritu scripta ingentem in se continent thesaurum. Et ne mireris quòd in hac nominum enumeratione, multas latentesq; diuitias sententiarum vobis me ostensurum pollicear. Neq; enim vel syllaba, vel apiculus est in sacris literis, in cuius profundo nõ sit grandis quispiam thesaurus: proinde nobis opus est, diuina gratia ducamur, & spiritu sancto illustrati eloquia diuina adeamus. Neque opus habet diuina scriptura, hominũ sapiẽtia vt intelligatur, sed reuelatione spiritus, vt hausto inde vero sensu, magnũ nobis hinc lucrum accrescat. Nam si in scriptis, quę de secularibus negociis ab hominibus conficiuntur, sæpeq; tempore corrũpuntur, vel vnam proœmij syllabam deesse, multum momenti habet: quanto magis hoc in scripturis diuinis à spiritu sancto cõpositis inuenitur, modo sobrij simus, & nõ temerè progrediamur: sed intenta mente diligenter omnia cõsideremus, & nõ negligentiores simus aliis, qui hoc studio in prophanis vtuntur. Enimuerò qui metalla effodiunt, non in superficie manent, sed cùm valde profundè descenderint, & auri ramenta habere potuerint, magno labore & sedulitate ea à terra separant, postq; multum illum laborem, breuem aliquam laborũ inueniunt consolationem. Veruntamen licet hi sciant quòd sæpe vtilitatem percipiant laboribus non respondentem, vtpote minorem: & quòd sæpe post tot vigilias, & labores, etiam expectatione sua frustrentur: neq; sic desistũt, sed spe aluntur, & sensu laboris carent. Quòd si illi tantum præ se ferunt studium in corruptibilibus, inertis, & caducis: multò magis addecet, vt nos, vbi diuitiæ auferri nequeunt, & thesaurus absumi non potest, & spe non aberratur, par vel maius studium adhibeamus: vt hinc aliquo fructu percepto, desiderata assequi possim⁹, agnitaq; ineffabili misericordia dei, gratias agentes domino nostro, eius nobis fauorem cõciliemus, & diaboli retibus non illaqueemur. Age ergo prolatis in mediũ quæ nunc lecta sunt, diligenter singula perscrutemur: vt solita refocillati doctrina, domum iterum concedatis.

Iste est liber generationis hominum, die quo fecit deus Adam, secundum imaginem dei fecit illum, masculum & fœminam fecit illos. Et nominauit nomen eius Adam, die quo fecit illos. Attende obsecro prophetę huius admirabilem sapientiam, imò sancti spiritus doctrinam. Ab illo enim, vt sæpe dictum est, afflatus, nobis hæc omnia loquitur. Et linguam quidem propheta commodauit, gratia autem spiritus sancti per illam omnia humanum genus manifestè docet. Vide ergo quo modo ad originem sermonem reducit, & superiora iterum resumit. Quare, & propter quam causam? Quia vidit eos qui tunc erant, magnam præ se ferre ingratitudinem, nec meliores fieri ex his quæ primo parenti facta, sed in idem maliciæ profundum præcipitari. Nam cùm ex illo natus statim concitante inuidia, ad fratricidiũ ruit, & ideo grauissimã pœnam tulit, sicut superius charitatẽ vestram docuimus: & posteritas eius nihil ea castigatione profecit, sed peior facta est, sicut audiuistis heri, Lamech suum peccatum suis mulieribus enarrantem, pœnamq; aduersus se decernentem: itaq; quia paulatim vidit increscere maliciam illorum, quasi malum humorem per totum corpus defluentem, sistit maliciæ impetum, & generationes illas quę ex Cain vsque in Lamech, ne memoria quidem dignatur: sed quasi principium quoddam faciens, & luctum Adæ & Euæ demulcere volens, in quem illos iniecerat fratricida, armata contra Abel dextra: sic narrationem exorditur, & inquit: Iste est liber generationis hominum, die quo fecit deus Adam, secundum imaginem dei fecit illum, masculum & fœminam fecit illos. Considera, quo modo iisdem verbis vsus fuerit, quibus & in initio, vt doceret nos quòd generationes illas quasi reprobas factas, neq; memoria posthac dignetur: sed ex Seth, qui nunc illic natus est, genealogiam orditur, vt & ex hoc discas, quantam deus humani generis rationem habeat, & quo modo illos auersetur quibus sanguinaria mens est. Nam illorum memoriam, quasi nunquam vixissent, ita silentio pręterit: mõstrando nobis quàm graue malum sit peccatum, quod qui agunt, se primùm & maximè pessundant. Ecce enim illi è catalogo expunguntur, & eatenus memoriam assecuti sunt, vt infametur ipsorum malicia, & posterioribus seculis emẽdationis sint occasio. Atqui iniustè occisus, & fraterna manu interemptus, ex eo tempore vsque in hoc nostrum, omnium decantatur ore. Et neque tẽpus huius memoriam extinxit, neque illius crimen imminuit: sed & hic quotidie prędicatur, & ille cõtinuè infamatur. Vidistis quantum maliciæ damnum, & quantũ virtutis robur? Et quo modo malicia etiam si infestet & dominetur, extinguitur tamen & aboletur: virtus autẽ licet infestetur, & innumera grauia sustineat, ea occasione illustrior fit & clarior. Et liceret quidem hoc etiam aliis operibus, quæ similiter eueniũt, charitati vestrę ostendere. Sed ne ab instituto nostro digrediamur, age denuò quæ dicta sunt, repetamus. Iste est liber generationis hominum, die quo fecit deus Adam, secundum imaginem dei fecit illum, masculum & fœminam fecit illos. Et appellauit nomen eius Adam, die quo fecit illos. Vide quo modo iterum narratione ab initio repetita, diuina scriptura nobis cõmemorat, quantũ honorem à conditore sortitus sit homo. Die quo, inquit, fecit Adam, secundum imaginem dei fecit illum: hoc est principem illum constituit omnium visibilium. Hoc enim est, secundũ imaginem, secundum rationẽ dominij & principatus. Nam sicut omnium deus, principatũ habet, super omnia tam visibilia quàm inuisibilia, qui omnium conditor & opifex est: sic & cùm formauit rationale hoc animal, voluit omnium visibiliũ præfectura insigne esse. Proinde & animæ substantiam illi largitus est, volens ipsum immortale esse & perpetuum: verum vbi per desidiam excidit, & transgressum est mandatũ sibi traditum, neq; sic omnino ipsum auersatus est: sed pro sua misericordia, immortalitatem quidẽ illi ademit, morti autem adiudicatũ, fermè ita reliquit, vt principio conditũ est. Deinde cùm ex illo natus in tantam prorupit insaniã, vt & primus mortis speciem inueheret, violentã illam mortem mõstrando, & magnã ingratitudinẽ præ se ferret, cædi mendacium cõiungendo, diuturna castigatione emendari illum voluit, vt non solùm ille lucrum faceret ex his quæ ipsi contingebant, sed & posteros doceret cõmissorum magnitudinẽ, & sceleris fœditatem. Cæterùm quia magna ignauia, & posteri illius paulatim grauius peccabant, volens, vt ita dicam, solari Adamum, qui non solum ob suam transgressionẽ tantùm mœrebat, sed & ob flagitium Caïn luctum grauissimũ habebat, eò quòd viderat mortem suis oculis (neque enim mortis speciem scierant, tametsi lata esset sententia) Vnde & duplex eorum, ac triplex luctus est factus, quia & primùm vidit mortem in vitam introductam, & violentam mortem, & à filio perpetratam, & in fratrẽ eodem patre, eademq;

matre

Universidad de Deusto
Biblioteca

matre natum,& qui in nullo nocuerat. Volens ergo misericors deus parem pro tristicia afferre cõsolationem, alium illi dat filium, Seth videlicet. Quo vt ipsum satis solatus est, ab illo postea generationis initium ducit. Propterea & beatus propheta sic exorsus est, dicens: Iste est liber generationis hominum. Deinde vt promisit se narraturum natiuitatem hominum, vide qua cõsequentia vtitur. *Vixit Adam annis* †*centum*]*triginta, & genuit secundum speciem suam, & secundum imaginem suam. Et appellauit nomen illius Seth. Et fuerunt ipsius anni* †*octingenti, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Adam, anni nongentitriginta, & mortuus est.* Nõnne bene dicebam in exordio sermonis, nihil esse simpliciter & absq; vtilitate in sacra scriptura positum? Ecce enim & nunc quanta diligentia vsus est beatus ille propheta: Genuit, inquit, Adam secundũ speciem suam, & secundum imaginem suam, & appellauit nomen illius Seth. Cùm de priore loqueretur filio, Caĩn dico, nihil tale assignauit, nimirum iam antea significans illius in malum procliuitatem. Et meritò: nõ enim seruat paternos characteres & mores, sed protinus ad maliciam confugit. Hîc autem inquit, secundum speciem & secundum imaginem suam, hoc est eorundem morum, quibus ille qui genuerat, & qui seruet paternos characteres, operibúsque paternos mores exprimat, qui reparare possit sua virtute prioris peccatum. Neq; enim de corporalibus lineamentis, & characteribus scriptura nobis differens, hoc dicit: Secundum speciem suam, & secundum imaginem suam: sed de statu animæ, vt discamus quòd hic non erit talis. Ideo & mater nomine imposito filio, cum gratiarum actione hoc nomen indidit: & neque naturæ, neque partui asscribit, natum puerum, sed dei virtuti. Illa enim naturam fœcundauit ad partum, & dicit: Cognominauit nomen illius, Seth. Dicẽs, Excitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Caĩn. Vide verbi diligentiam. Non dixit, Dedit mihi deus: sed, excitauit mihi. Vide quo modo obscurè nobis hoc verbo resurrectionis exordia hîc ostendit. Nam dicebat, quasi diceret aliquis: Pro eo qui cecidit, excitauit mihi hũc. Ille, inquit, in terram dextra fratris percussus cecidit, & mortis periculũ fecit: sed dei virtus pro lapso hũc mihi suscitauit. Sed quia nondum tempus erat resurrectionis, non lapsum suscitauit, sed alium pro illo. Suscitauit mihi, inquit, deus semen aliud pro Abel, quem occidit Caĩn. Vidisti gratitudinem mulieris? Vidisti misericordiam domini? quo modo acceleratam illis consolationẽ excogitauit? hanc imitemur omnes, & totum supernæ gratiæ tribuamus. Nam licet natura operetur non tamen sua virtute, sed præcepto illius, qui ipsam fecit, obediens operatur. Et nunquã doleant mulieres quando non pariunt, sed gratitudinem mentis præ se ferentes, ad naturæ opificem confugiant, & ab illo petant, qui naturæ dominus est. Et neque cohabitantium congressui, neque alteri alicui filiorum imputent generationem: sed cõditori omnium, qui ex nihilo naturam nostrã produxit vt esset, & claudicantem corrigere potest: quandoquidẽ & ista ex affectionis occasione glorificandi deum sumpsit argumentum, & domino totum tribuit, dicens: Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quẽ occidit Caĩn. Vides quo modo nõ solùm non grauatim tulit, neque triste aliquid loquuta est? Non enim intermisisset diuina scriptura, siquidem tale quiddam ab illa dictum foret. Verùm generosè ferens quod fiebat, consolationem statim meretur, & maiorem gratitudinem præ se fert, Domini beneficiũ prædicans. Vide enim quã benignè dominus cum illa agit.

Nam datur illi non solùm filius alius, sed & virtute præditum fore antea ostenditur. Genuit, enim, inquit, secundum speciem suam, & secundum imaginem suam. Et vt statim discas nati virtutem, vide quia & ipse statim per appellationem sui nati ostendit suæ mentis pietatem. *Et Setho,* inquit, *factus est filius, & appellauit nomen illius Enos: hic sperauit* †*inuocando*]*nomen domini dei.* Vidisti appellationem diademate clariorem, purpura nobiliorem? Quid fuerit illo beatius, qui inuocatione dei ornatur, idq; pro nomine possidet? Vides id quod ab initio dicebã, & in paruis appellationibus magnas sententiarũ diuitias reconditas esse? Non solùm enim hîc parentũ monstratur pietas, sed & magna erga pueros diligentia. Et quo modo statim & à principio erudiebant pueros, qui ipsis nascebantur, admonentes appellationibus, quas illis imposuerant, vt virtutem exercerent? Et non sicut nunc fortuitò, & absque causa nomina fiunt. Dicunt enim, iuxta nomẽ aui vel abaui nominetur puer, at prisci non ita, sed omnem operam adhibebant, vt talia natis imponerent nomina, quæ non solùm illos, qui nomina sortiebantur in virtutes adducerent, sed & alios omnes etiam qui sequentibus seculis futuri sunt, nullam non sapientiã docerent. Id quod sciemus, si sermo aliquanto amplius processerit. Igitur nos neque quæuis nomina pueris indamus, neque auorum & abauorum, & eorum qui genere clari fuerunt, nomina tribuamus: sed sanctorum virorũ qui virtutibus fulserunt, plurimamq; erga deum habuerunt fiduciam. Imò neque horum nominibus fidant vel parentes, vel pueri quibus talia nomina contingunt. Nihil enim prodest alicui vocabulũ, virtute vacuum, sed habenda est salutis expectatio in omni virtutis operatione. Et neq; in appellatione sublimè sapere, neque in cognatione sanctorũ virorum, neque in aliquo alio, sed in fiducia propriorũ operũ, imò neque in illis multũ de se sentire: sed tunc magis humilem & modestũ esse oportet, cùm magnas virtutũ diuitias congerere possumus: sic enim & ipsi collectas diuitias custodiemus, & gratiam dei nobis conciliabimus. Enimuero propter hoc & Christus discipulis suis dicebat: Cũ omnia feceritis, dicite, Inutiles serui sumus. Igitur in omnib⁹ inflationes, & fastus nostros humiliemus, & discamus modesti esse, & non extolli in bonis operibus, sed scire maximam virtutum esse in bonis operibus modestè & humiliter se habere. Porrò ad contextũ sermonis redeamus, & videamus eos qui postea nati sunt. Probabile enim, quòd paulatim procedendo maiores inueniamus thesauros & diuitias. *Et vixit Enos (iste Sethi filius,) annos centum nonaginta, & genuit Cainan: & Cainan genuit Malaleel, & Malaleel genuit Iared, & Iared genuit Enoch. Et vixit Enoch annis centum sexagintaquinque. & genuit Mathusala. Placuit autem Enoch deo. Et vixit Enoch postquam genuit Mathusala annis ducentis, & genuit filios & filias. Et fuerũt dies Enoch trecenti sexagintaquinque. Et placuit Enoch deo, & non inuentus est, quia transtulit illum deus.* Num bene dicebã, quòd procedendo magnum thesaurũ in illis nominibus inuenturi simus? Animaduerte enim obsecro hîc dilecte, & iusti virtutem, & dei bonitatẽ eminentem, & scripturæ diligentiã. Et vixit Enoch annis centũ sexagintaquinque, & genuit Mathusala. Et placuit Enoch deo, postquã genuit Mathusala. Audiant viri & mulieres, & discant iusti virtutẽ. Nec putẽt nuptias in causa esse, quò minus quis deo placeat. Nã idcirco diuina scriptura semel & iterũ id significauit, dicens: Genuit Mathusala, & tunc placuit. Et idem ingeminat ac repetit, dicens: Et placuit, postquã genuit: vt ne quis arbitretur obstaculũ virtutis esse coniugium.

†*ducentis*] †*septingẽti*

Et sic & in aliis

Nominum impositio rectè natis.

Luc.17.c.

†*inuocare*]

Quia

Quia si sobrij sumus, neq; educatio, neq; coniugium, neque aliud quid nobis obstet, quo minus placeamꝰ deo. Ecce enim & hic eiusdē naturæ est, cuius & nos sumus: & neq; lex tradita erat, neq; scripturæ docebant, neque aliud quiddā ad honestatis sapientiæq; studium impellebat. Domi sibi natum est, & ex voluntate profectum quod deo placuit, vt vsq; hodie perduret nondū mortis gustum expertus. Nam si nuptiæ, dilecti, vel puerorum educatio, præpedimentum forent in virtutum itinere, nequaquam in hanc nostram vitam nuptias introduxisset vniuersorum dominus, vt ne in rebus præcipuis, & maximè necessariis nos læderet. Sed quia non solum nihil nobis obstat ad philosophandum deo, si voluerimus esse sobrij, sed & magnam afferunt consolationem, dum comprimunt insanum naturæ impetū, nec turbari quasi mare sinunt, sed efficiunt vt scapha feliciter in portum appellat, & ideo consolationem hāc humano generi tribuit. Quod quàm verum sit, ostendit iustus ille. Quia postquam, inquit, genuit Mathusala, placuit deo Enoch. Neque paruo tempore in virtutum meditatione perseuerauit, sed vixit (inquit) annis ducentis. Et quia post transgressionem Adæ inuentus est homo, qui ad virtutum culmen ascenderet, & primi parētis peccatum reuocaret, ob suam quam apud deum habebat gratiam: vide boni dei excellentem misericordiā. Nam quia inuenit aliquem, qui potuit peccatum Adæ reuocare: monstrando re ipsa quia non volens mortem humano generi inuehere, propter mandati transgressionem, eum qui mandatum acceperat condemnauerit, nunc viuentem istum transfert. Et placuit, inquit, Enoch deo, & non inuentus est, eò quòd taranstulit illum deus. Vides sapientiam domini? viuētem transtulit, non immortalitatē largitus est, ne peccandi metum eneruaret, sed morti in humanum genus suum ius reliquit. Propter hoc iterum obscurè, vt ita dicam, & latenter reuocare vult sententiam, quam cōtra Adam protulit, sed manifestum hoc nō facit, vt timor illius emendationi seruiat. Et idcirco Enoch, cum sibi multum placeret, transtulit. Iam si quis curiosius rogare velit & dicere: & quò ipsum trāstulit? & num vsque ad præsens vixerit: discat, non conuenire humanis mentibus curiosius ea quæ à deo fiunt explorare, sed credere his quæ dicuntur. Nam quādo deus aliquid pronunciat, dictis ipsius contradicendum non est, sed fide digniora habenda sunt quæ à deo pronunciantur, etiam si non compareant, quam quæ oculis nostris subiecta sunt. Enimuero scriptura dixit, quòd trāstulit illum, & quòd viuentem transtulit, nec mortem expertus sit, sed ob suum quem apud deum habebat fauorem, superior factus sit diuina sententia, cōtra humanum genus prolata. Quò autem illum transtulerit, & quo modo nunc agat: hoc non adiecit. Vidisti bonitatem domini, quo modo inuentum virum, qui virtutem operatus est, nō fraudauit dignitate, quam protoplasto ante mandati transgressionem largitus erat: docēs nos quòd & illū, nisi dęmonis deceptionem maioris fecisset quàm traditum mandatum, eodem vel maiori honore dignatus fuisset. *Et vixit Mathusala annos centum & octoginta septē, & genuit Lamech: & vixit Lamech annos centum octoginta, & genuit filium, & appellauit nomen illius Noe, dicens: Hic debet nobis quietē præstare à laboribus nostris, & à molestiis manuum nostrarum, & à terra quam maledixit dominus deus.* Vide iterum per nominationem nunc nati ex Lamech, sacramentorum magnitudinem, & vaticinij excellentiam, & boni dei inefabilem misericordiam. Quoniam enim præscientia

A sua præuidebat futura, vt vidit maliciam hominum indies magis atque magis increscere, prædicit per appellationem pueri mala, quæ totum humanum genus deprehensura essent, vt vel timore castigati, abarcerentur à viciis, & amplexarentur virtutem. Et vide longanimitatem domini, facientis ante tantum tempus vaticinium præcedere, vt & suam ostēderet misericordiā, & omni priuaret defensione eos qui pœnæ futuri erāt obnoxij. Sed fortè quis dixerit: Vnde Lamech hoc habuit, vt tantum vaticinium prædiceret? non enim meminit scriptura, quòd multa virtute claruerit admirabilisque fuerit. Ne mireris dilecte. Dominus enim noster sapiēs & omnipotens, & per indignos sæpe concedit prædici magnas mirabilésque res: id quod nō in veteri solum, sed & in nouo videre quis poterit. Audi enim Euangelistam de Caipha Iudæorum pontifice dicentem: Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pōtifex anni illius, prædixit quòd moriturus esset Iesus nō solum B pro populo, sed vt gentes dispersas congregaret in vnū. Inuenies item & à Balaam tale quid factum: vocatus enim vt malediceret populum, non solum non maledixit, sed & prædixit multas, mirasq; res, tam de aduentu saluatoris nostri, quàm de populo. Nō igitur mireris, si etiam nunc Lamech ita puerum appellarit, sed deo totum tribue, qui per omnipotentē suam sapientiā omnia dispēsat. Et vocauit nomē illius Noë. Apud nos hoc nomen, si quis interpretetur, quietem dicit. Quietem autem vocat, generalem illum interitum post multos annos futurum. Sicut & Iob dicit: Mors viro quies. Quoniam valde magnus labor est maliciæ. Abolitionem & sublationem per diluuium futuram, quietē vocat. Et vocauit nomen illius Noë. Consequenter appel C lationem nominis interpretatur, & dicit: Hic vtique quietem nobis præstabit ab operibus nostris: à malicia, inquit, desistere faciet, & à molestiis manuum nostrarum: & iterum hocipsum ab operibus, inquit, malis: nō enim hoc dicit, quòd manus malè habuerint: sed quia per illarum opera & malas actiones, molestiæ & tristiciæ auctæ sint. Et à terra, quam maledixit dominus deus. Liberabit nos, inquit, ab omnibus malis prementibus. † Et terram maledictam dicit, quæ cum labore exercetur & colitur, ‖ propter protoplasti transgressionem. Hic obsecro animaduertite dilecti, quo modo puellus iste paulatim crescens, omnibus ipsum videntibus discendi occasio fuit. Nam mox vt quis nomen pueri scisciatus est, ex interpretatione vocabuli didicit euenturum generalem interitum. Nam si quis diuino spiritu afflatus simpliciter hoc futurum dixisset, & D statim fuisset obliuioni traditum, & grauitas pœnæ nō fuisset tota cognita. Nunc autem quia hic ante omniū versatur oculos, tempestiuè, & intempestiuè diuinam commemorat indignationē. Porrò vt certò sciamus, quanto tempore perseuerauerit filius per sui nominis appellationem omnes admonere, vt desistant à peccato, & virtutem amplexentur, quò iram hanc effugere valeant, Dicit: *Et erat Noe annorum quingentorum, & genuit tres filios.* Vide iterum alium iustum cum vxore & filiis, qui bene operando placuit deo, & displicentem omnibus virtutis viam elegit: & neque nuptiis, neque filiorū educatione prohibitus est. Porrò obstupescēda est inefabilis misericordia dei, & prodigiosa hominum, qui tunc erāt, ingratitudo. Ecce enim quingentis annis vixerat iustus ille, clamans & testificās suo nomine futurum per vniuersum orbem diluuium, ob nimias hominum malicias, & neq; sic à malicia abstinere voluerūt.

† *& à labo ribꝰ & minis quas subibant in terra colenda qui maledictioni erant obnoxij.* ‖

Universidad de Deusto
Biblioteca

At misericors deus neq; post tantum vaticinium, neq; post tot annorum numerum pœnã inducit: sed denuo suam auctu rus longanimitatem, & alios nõ paucos annos suæ tolerantiæ adiungit. Neque enim ideo produxit humanum genus vt puniret, sed planè è diuerso, vt donaret nobis innumera bona quibus frueremur. Et propterea ipsum vbique vides cessantem, & moras nectentem in pœnis infligendis. Veruntamẽ ne dictorũ multitudine memoriam vestrã obruamus, hîc sermonem sistẽtes, cætera vsq; in crastinum reponamus. Hoc autem charitatem vestram rogauerimus, ne simpliciter & inconsideranter hæc audiatis: sed erudite vosipsos, & virtutum curã agite, & maximo loco habueritis, deo bene placere. Et neque domus gubernationem, neque vxoris curam, neque filiorum solicitudinẽ, neque aliud quiddam prætexamus: quod putemus satis esse ad excusandam nostram negligentem, desidemq; vitam. Neq; frigida illa verba proferamus, & dicamus: Mundanus sum, & mulierem habeo, & puerorum curam gero: qui multis mos est vt ita dicant, si quando eos rogamus vt ad virtutum labores ingrediantur, vel studium adhibeant in sacris literis legendis. Non est hoc meum, dicit. Nunquid renunciaui seculo? Nunquid monachus sum? Quid dicis homo? An hoc ad solos monachos per
1.Tim.2. b tinet, vt bene deo placeãt? Omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, nullumq; virtutem negligere. Audi enim eum per prophetam dicen-
Ezech.18.g tem: Nolo mortem peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat. Nunquid, dic oro, iusto huic vxoris cõsuetudo, vel puerorum cura fuit obstaculo? Oro gitur ne nosmetipsos fallamus, sed quanto magis huiuscemodi curis implicamur, tanto magis remedia ex lectione diuinarum scripturarum susc ipiamus. Nõnne & illi eiusdem, cuius nos sumus, fuerunt naturæ? & neque tam multas habuerunt commoditates, quæ ad operandũ virtutes eos iuuarent. Qua ergo erimus venia digni, qui tali fruimur doctrina, & tantam gratiam assequuti sumus, & supernè subsidium habemus, & ineffabilium illorũ bonorũ promissionem accepimus, si non ad mensuram virtutum pernenimus, quibus patres pollebant? Nam si voluerimus sobrij esse, sufficiunt vel ea quæ hodie dicta sunt ad virtutis amorem nos excitare, ne vllum putemus ad illius viam esse impedimentum. Nam si hi qui ante legẽ, à doctrina naturæ suæ insita, ad tantam pertigerunt virtutem: quid nos poterimus dicere, qui post tantum adminiculum, & post Christi aduentum, & innumera eius miracula, adhuc tam procul à virtute sumus? Proinde obsecro, ne ad ea quæ in sacris scripturis sunt contẽta, simpliciter ingrediamur, sed cũ attẽtione legamus, vt ex illis percepta vtilitate, vel saltem tardè aliquando virtutem, quam deus probat, in manus accipere valeamus. Nam si spiritualem hanc doctrinã etiã nos quotidie vobis clamaturi sumus, vósque in eadem manetis ignauia, quæ vestra erit vtilitas ex cõtinua doctrina? Aut nobis quæ consolatio erit, cũ videmus nos in tantum laborare frustra, & nihil proficere tanto studio? Dic mihi: Nõnne ex duabus substantiis constituti sumus, ex anima dico & corpore? Quare non parem vtrique curam dispẽsamus, sed corpus quidem omnibus modis curatur, & accersuntur medici, & nos quoq; diligentes sumus. Vestitu precioso illud tegimus, & cibũ supra quàm sat est, sumimus, & in cõtinua prosperitate illud esse volumus: & si forte quid obturbet, omnẽ mouemus machinã, vt mœror emendetur. Et hoc de corpore dico, quod secundũ substantiã minus est: aut quid maius, animã ne an corpus? Nã si vis videre diuersitatẽ, vide quia nullius mométi est corpus, si anima à corpore discesserit. Igitur qui tantam habet corporis curam, cuius gratia & propter quid tantum animę contemptũ admittit, & neq; congruum illi cibum impartitur? admonitionem dico ex sacris scripturis. Neq; vulneribus & vlceribus quæ illius robur debilitant, & fiduciã subtrahunt, idonea remedia apponit: sed fert vt despecta & famæ corrumpatur, & ab vlceribus putrefiat, & obiecta quasi canibus (liceat sic dicere,) à malis & illicitis cogitationibus dilaceretur, omnisq; firmitas dissoluatur. Quare non sicut visibilis corporis gerimus curam, ita & animæ, quæ incorporea & inuisibilis? præsertim cum cura eius leuis sit & facilis, & nihil insumatur, neq; laboretur: cum tamen in corpore curãdo, & sanandis morbis corporũ, necesse sit magnam pecuniam impẽdere, nunc in medicos, nunc in alia necessaria, vtpote in vestes & alimenta: ne quid interim dicam de his quæ prẽter necessariũ vsum luxu absumuntur, anima autẽ nullo horum indiget? Sed si volueris, sicut quotidie corpori cibum suppeditas, ita & animam nõ despicere, vt ne fame pereat: sed dare ipsi congruũ cibum, admonitionem videlicet ex lectione scripturarum, & spiritualis adhortationis. (Non enim in pane, dicit, solũ viuet homo, sed in omni verbo quod egreditur per os dei.) optime de his statueris, & parti præcipuæ rectè prospexeris. Sicut igitur corpori varia præbes indumenta, & rationem habes temporum, similiter neque animam despicito, vt ne nuda bonis operibus obambulet, sed decentibus illam vestibus indue, statim eam reparabis, & ad naturalem sanitatẽ reduces. Et quæ sunt animæ indumenta? eleemosyna & largitas in pauperes: hoc enim maximum animæ vestimentum est, hoc clarum illius indumentum. Si autem vis non solum vestimenta parare, sed illam ornare etiam, sicut corpus solet, appone adiutorium quod ex precibus est, & peccatorum cõfessionem, & continuis lachrymis faciem tuam lauare ne cesses. Nam sicut faciem corporis tui quotidie abluis, ne qua fortè macula faciei inhærens fœda appareat: sic & animæ curam habe, quotidie lachrymis eam abluens calidis. Hac enim aqua maculæ deponuntur, fitq; facies admodum luculenta. Et quia mulieres pleræq; ob mol- 1.Tim.2.
liciem, apostolicum mandatum contemnentes, quod iubet ne tortis crinibus, vel auro, vel margaritis, vel veste sumptuosa se ornẽt, magno hoc luxu faciunt, neque mulieres tantum, sed & viri quicunque molles vilibus mulierculis similes fiunt, annulos digitis gestant, & magnis grauibúsque lapidibus se ornant, de quibus erubescere oportebat. Et illæ ergo & hi si meis parẽrent sermonibus, aurea hæc & viris & mulieribus damnosa, in ornatum animæ redigerent, & istis illam adornarent. Nam sicut corpori circumposita etiã si formosum sit, ipsum deforme reddunt: ita si animæ circumponãtur, etiam deformi summam pulchritudinem afferrent. Et quo modo, dicis, possunt animę circumponi aurea? iterum dico, per manus pauperum. Illi enim accipientes, formosam illam faciũt. Illis trade, & aurum in illorum ventrem dispensato, tantámque tibi vicissim dabunt pulchritudinem, vt verus ille sponsus te sibi accipiat, multáque dona propter hoc cõcedat. Quòd si pulchritudine sponsum dominum allexeris, suppeditabũtur tibi bona omnia, & ineffabili possessione abundabis. Vt igitur amabiles simus domino, iam non ad ornatum corporis spectemus, sed animæ formositatem quotidie magna diligentia curemus, vt & gratiam misericordis

Matth.4 Luc.4.

dei nobis

dei nobis cõciliemus, & ineffabilia bona cõsequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et erãt Noe annorum quingentorum. Et genuit Noe tres filios. Sem, Cham, Iapheth. Et factũ est quando cœperunt homines multiplicari super terram, & filiæ natæ sunt eis.

Homilia XXII.

RElinquias hesternæ mensæ vobis hodie proponere volo. Sed ne ægre feras dilecte, quòd reliquias dico. In sensibilibus quidem alimẽtis ita se habet, vt post vnum & alterum diem marcida fiant edulia, & ad vescendum inutilia. In spirituali verò mensa nihil tale vereri oportet. Ipsa enim, quanto plus temporis præterit, tanto maiorem gratiã habet, & recẽtior atque vegetior est. Age igitur promissionem, quam heri polliciti sumus, impleamus, & debitum doctrinæ cum gratitudine aliqua dinumeremus. Non enim hoc vtile est accipientibus duntaxat, vt in aliis debitis, sed & mihi dinumeranti. Et quid dico mihi dinumeranti? Talis est spiritualis debiti natura, quòd quanto magis soluitur: tanto magis augetur, & substantiam magis multiplicat, & ineffabiles diuitias affert tam danti, quàm accipienti. Vidisti nouã debiti naturã, & raram solutionis speciẽ? In hunc enim modũ se habent spiritualia, vt distributione magis crescant, & cum multi sunt participes, vberior sit abundãtia: & qui dinumerauit, non sentiat se aliquid dinumerasse: quandoquidẽ eius opes crescunt, & qui acceperunt, etiam ipsi abundantiores fiunt. Quia igitur talis est spiritualium istorũ natura: magna alacritate etiam nos ad solutionem festinemus, & vos ad suscipiẽdum aures accommodetis, vt omnes cum sumpseritis latis animi finibus, quæ à nobis dicuntur, tandem domum proficiscamini. Iterũ autem argumentum de iusto Noë in medium afferre volo, *vt iusti magnam virtutem, & ineffabilem dei misericordiam & longanimitatem*, quæ omnẽ animi captũ transcendit, discatis. Didicistis heri, quo modo à natiuitate sua iustus ille accepto à patre nomine, obãbulabat, omnibus qui tunc erãt doctor calamitatum, quasi
Roma.12.c clãmans & dicens per nomen suum: Desistite à malo, operemini virtutem, timete præparatam pœnam. Commune diluuiũ in toto orbe erit. Magna & excellens dei indignatio est, quia & magna in maliciam procliuitas. Et hoc non duobus vel tribus tantũ annis faciebat, sed quingentos annos vixit hæc admonẽs. Vidistis longanimitatem domini? vidistis bonitatis excellentiam? vidistis ineffabilem patientiam? vidistis maliciæ incrementa? vidistis ingratitudinis magnitudinẽ? Hucusque enim, vt scitis, heri sermo noster processit, operæpreciũ est vt hodie discamus quo modo misericors deus pro sua bonitate, neq; quingentis annis ad tolerantiam cõtẽtus fuit, sed addidit annos alios ad superiores eis qui tantum peccauerant. Et erat Noë, inquit, quingentorũ annorum. Ad vtilitatem nostram diuina scriptura numerum annorum iusti assignauit, vt discamus, quanto tempore vixerit, admonens illos, & quo modo illi quidem maliciæ viam sectati, in ea consumpti sunt. Iustus autem secus quam alij ambulans, tam magna virtute polluit, vt & sibi dei gratiam cõciliaret: & cum omnes alij pœnis obnoxij fierent, ipse solus cum his qui sibi attinebãt, effugeret. Hic discimus, quòd si sobrij fuerimus & non desides, non solum nihil nobis nocet inter medios malos versari & misceri: sed & multo nos facit virtutũ studiosiores. Nã ideo misericors deus sic dispẽsauit vt simul essent boni & mali, quò malorũ subneruaretur malicia, bonorumq; virtus clarius eluceſceret, & desides à studiosis plurima commoda lucri facerẽt, modo velint. Cogita hic obsecro, quantæ virtutis fuerit ille iustus, quo modo in tãta multitudine, quæ multo impetu in malum ruebat, solus ipse diuersa ambulauit via, virtutem maliciæ præferens. Neque enim aliorum consensus, & tanta frequentia reddebat eũ segniorem ad virtutis iter: sed iam prius implebat quod beatus Moses olim dicturus erat: Ne iis cũ multis in malicia: Et quod magis admirabile, multos habebat, imò omnes, qui ad malum & ad praua opera inhortabantur, & nullus erat qui ad bonum induceret. Tanta domestica illi erat strenuitas, vt viam diuersam à vulgari, quã omnis multitudo inambulabat, iret: & neque timeret, neq; vereretur prauorum conspirationem: neque illi tale quid euenit, quale verisimile est ignauis accidere: qui si quãdo viderint multos simul conspirare, hoc velamẽ, & hanc occasionem suæ ignauiæ prætexunt, ac dicunt: Quid ego nouum & singulare post illos omnes facturus essem, aduersarius tantę multitudinis, & cum tanto populo bellum suscepturus? Nũquid illis omnibus ego admirabilior essem? Quæ vtilitas foret tantarum inimiciarum? Quod commodum tanti odij? Nihil talium cogitabat, neque in animũ sumebat. Sed & hoc, quod postea à propheta dictum, prius ipse implebat: Melior *Eccle.16.a* est vnus faciens voluntatem domini, quàm innumeri preuaricatores. Nũ societas, inquit, multitudinis ad malum ruentis, & simul rapientis, à cruciatu me eripiet? Sciebat enim, sciebat liquido quòd pro sua quique salute rationem reddituri sunt: neque vnquam fiet quòd alio peccante alius pœnam sustinebit, vel retributionem sortiatur. Et idcirco iustus quasi scintilla in medio mari versans, non solum nõ extinctus est: sed quotidie fulgidiori luce prodibat, omnes suis operibus docens. Vidisti quo modo sui iuris naturam nostrã dominus formauit? Vnde enim dic oro, illi ad maliciam properabant, & seipsos pœnis faciebant obnoxios: iste autẽ virtutem eligebat, & fugiens eorum societatem, pœnã nõ gustauit. Nónne manifestum, sua quenq; voluntate vel maliciam vel virtutem eligere? Nam nisi ita esset, & naturæ nostræ potestas insita esset, neq; illos punire, neq; istos virtutum retributiones accipere oportebat. Verũ quia in nostra voluntate totum post gratiam dei relictum est, ideo & peccãtibus supplicia proposita sunt, & bene operãtibus retributiones. Et erat, inquit, Noë annorum quingentorum, & genuit tres filios: Sem, Chã, & Iaphet. Considera diuinæ scripturæ diligentiã. Postquam numerum annorum iusti nobis narrauit, monstrans excellentem domini longanimitatem, iterũ tolerantiam eius auctissimã, & maliciã hominum propẽsissimam declarare vult. Sed audiamus, quæ à Mose dicta sunt: spiritu enim loquens, omnia nos diligẽter docet. *Et factum est*, inquit, *quãdo cœperunt homines multiplicari super terram, & filiæ natæ sunt illis.* Non absq; ratione addidit, Et filiæ natæ sunt illis: sed vt magnã multitudinem sic insinuet. Nam vbi tanta radicum est multitudo, necesse est etiã multos ramos enasci. *Vt viderunt*, inquit, *filij dei filias hominum, quòd pulchræ essent, sumpserunt sibi vxores ex omnibus quas elegerunt.* Singulas dictiones diligenter considerabimus, ne quid in fundo latens nos prætereat. Operæpreciũ enim bene scrutari hunc locũ, vt subuertamus fabulas omnia incõsideratè loquentium. Et primum dicenda ea quæ dicere audent, & monstrata eorum, quæ

Cap. V. Ie

Libratũ arbitrium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum,quæ ab illis dicuntur absurditate, germanus quoque scripturæ sensus vestræ charitati aperiendus est, vt ne simpliciter & facilè aures accõmodetis tam blasphema dicentibus,& aduersum capita sua blatterare audẽtibus. Asserunt enim,quòd nõ de hominibus hoc dictũ sit,sed de angelis.Hos enim filios dei appellauit. Primũ ostendant,vbi angeli filij dei appellati sint: sed non poterunt vsquam monstrare. Homines quidẽ filij dei dicti sunt,angeli autẽ nunquam. Atqui de angelis dicit: *Psal.103.a* Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis:de hominibus autẽ,Ego dixi dij estis.Et iterum: *Psal.81.b* rum:Filios genui, & exaltaui.Et iterum : Primogenitus *Esa.1.a* meus filius Israël. Angelus autem nusquam vocatus est *Exod.4.f* filius,neq; filius dei.Cæterum quid dicũt? Profecto angeli quidẽ erant, sed quia ad iniquum hoc opus descenderunt, dignitate sua exciderunt. En iterum fabulosius aliud,quid igitur?Nunc exciderunt, & hæc ruinæ illorum causa.Verum scriptura nos aliter docet, quòd antequam formaretur protoplastus, à sua dignitate exciderunt & diabolus, & qui cum eo maiorem quàm decebat dignitatem ambiebant. Sicut & sapiens quidam inquit:Inuidia autem diaboli mors intrauit in mundũ. *Sapien.2.d* Dic oro mihi, si non ante factum hominem excidit, quo modo in tanta dignitate manens inuidit homini? Quo modo rationi consonum est, angelum incorporeum,& in tali dignitate constitutum,homini inuidere corpore circumamicto ? Sed inuidit, quia à superna gloria in extremam ignominiã deiectus est, licet esset incorporeus:videns autem formatum hominem, & in corpore tantum honorẽ conditoris beneuolentia fortitum,inuidia exarsit,& deceptione,ad quam serpentis opera vsus est, hominem mortis supplicio obnoxium fecit. Talis enim est malicia, non potest nõ grauiter ferre aliorum felicitatem. Manifestum est igitur quòd & diabolus, & omnis eius cohors olim à gloria illa exciderunt,& ignominiosi facti erant.Alioquin etiã quanta non dementia plenum fuerit, dicere angelos deiectos vt cum mulieribus rem habeãt, & incorporea illa natura copuletur corporibus? An nõ audis dominum *Matt.22.d* dicentem de angelorum substantia: In resurrectione *Luc.20.f* neque matrimonium contrahunt, neque elocãtur, sed sunt sicut angeli dei? Neque enim possibile est incorpoream naturam,talem vnquam concupiscentiam habere.Ad hæc etiam cogitare oportet,quòd hoc omnibus modis absurdissimum fuerit probare. Nam si sancti & qui spiritum sanctum assequuti sunt,neq; visionem angelorum videre potuerunt. Enimuero vir desideriorũ fermè animam expirasset conspecta angeli præsentia, non tamẽ substantia.quo pacto enim videri posset incorporalis substantia:sed transformatione solum quadam visa parum aberat quin & animam relinqueret, defectis viribus. Ita tantus ac talis vir penè absque spiritu iacebat. Quis enim etiam valde insanus comprobaret talia verba dementiæ plena, quòd incorporea & spiritualis natura corporis complexũ ferret? Sed ne pluribus terere tempus videamur, age quia sufficientibus argumentis charitati vestræ declarauimus, quàm sit hoc impossibile:doceamus nunc quæ rei sit veritas,iterum tamen lectis,quæ in diuina scriptura sunt dicta.Et factum est,inquit,quando cœperunt homines multiplicari super terram,& filiæ natæ sunt illis: vt viderunt filij dei filias hominum,quòd pulchræ essent, sumpserũt sibimetipsis vxores de omnibus quas elegerãt. Prius do † *& ab eo* cuimus vos, morẽ esse scripturæ, vt homines filios dei *filio qui ap-* vocet.Et quia isti à Setho originem trahebant, † qui filio suo nomen Enos indidit] dicit enim : Iste sperauit *pellatus est* inuocando nomen domini dei:ab illo postea nati,vo- *Enos.]* cati sunt filij dei in diuinis scripturis, propterea quòd eousque parentum virtutem imitati sunt. Filios autem Cain, & qui ex eo nati, & qui ante Seth geniti fuerunt filios hominum vocat. Factum est, inquit, cum cœperunt homines multiplicari super terram, & filiæ natæ sunt illis,vt viderũt filij dei, qui à Seth & ab Enos progeniti, filias hominum illas quæ ab aliis natæ sunt: de quibus dixit, quòd filiæ natæ sint illis,& quòd pulchræ essent. Vide quo modo per verbum hoc, omnem nobis eorum intemperantiam insinuat.Non enim ob desiderium procreandorum filiorum conueniebant, sed ob voluptatem & intemperantiam.Vt viderũt,inquit, filias hominum, quòd pulchræ essent. Concupiscentia illos in hanc induxit perniciem: pulchritudo aspectus, & scortationis,& intemperantiæ eis occasio fuit.Et neque hoc contenta, addit: Sumpserunt sibiipsis vxores de omnibus quas elegerant: quod etiam magnam illorum intemperantiam insinuat, quòd à pulchritudine victi sunt, & frænum imponere inordinatæ concupiscentiæ suæ non voluerunt:sed spectando capti, submersiq; sunt, & ob impium hoc opus indignos se fecere,quorum superne deus curam ageret. Et vt discamus quòd nõ lege nuptiarum, neque procreandorum filiorum gratia hoc fecerunt, propter hoc dicit: Vt viderũt quòd pulchrę essent,sumpserunt sibimetipsis vxores de omnibus quas elegerant.Quid igitur?Reprehendet ne aliquis aspectum oculorum ? Non.neque enim oculus ruinæ causa fuit,sed voluntatis negligentia: & irrefrænata concupiscentia.Nam oculus propterea factus est, vt dum videt creaturas dei, ipsarum conditor glorificetur.Itaq; oculi opus est videre:malè autem videre, à mente est,quæ intrinsecus gubernat.Nam membra nostra,vtpote vtilia,ad facienda bona condita sunt à domino,& gubernari possunt ab incorporea substãtia, de anima dico.Postquam autem hæc negligens esse,& habenas laxare cœperit,quemadmodum auriga, nescius indomitorum equorum ferociam compescere, permissis frænis,& equos currum trahentes,& seipsum in præceps ire facit : Sic planè & voluntas nostra quandoquidem nescit membris vt oportet vti, indulgens inordinatis concupiscẽtiis,seipsam submergi facit.Propterea dominus noster Christus, sciens fragilem nostrã naturam, & voluntatis negligentiam , legem posuit quæ muniret & prohiberet curiosam considerationẽ: vt nascens in nobis incendium , cum adhuc à longe est,extinguat,& inquit: Qui aspicit mulierem, vt con- *Matt.v.c* cupiscat illam, iam adulterium commisit cum illa in corde suo.Propter hoc,inquit, interdico vobis illicitũ visum,vt ab opere illicito vos liberẽ. Ne putes, inquit, quòd congressus solum peccatum faciat. Animus est qui condemnatur.Igitur & hi visæ pulchritudinis spectaculo capti sunt. Viderunt enim, inquit quòd pulchræ essent,& sumpserunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant.Sed videamus & post illicitam illorum operationem & intemperantem animum, domini dei bonitatem.Dixit,inquit,dominus deus: Neutiquam † per- † *permanebit* manet spiritus meus in hominibus his in seculum , eo quòd ipsi carnes sint.Erunt autem dies ipsorum cẽtum viginti anni.Hic in breuibus verbis abyssus misericordiæ videri potest.Spiritum enim hic vocat vim suam, qua curam nostri agit, illorum interitum prænunciãs. Et vt scias quòd de hoc sit sermo, vide quid subdatur. Eo quòd ipsi, inquit, carnes sint: hoc est, eo quòd carnalibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

†potentia] ἐξουσία. interpres legisse videtur ὀνειδισ. Roma.8.c

nalibus operibus ſeipſos totos dedũt, & animæ† ſubſtãtia abutuntur, & quaſi ſola carne circundati anima carerent, ſic vitam ſuam abſumunt. Perpetuus enim ſcripturæ mos eſt, carnẽ vocari carnales: ſicut & virtute præſtantes, carnis expertes nominat: quemadmodũ Paulus dicit, Vos autẽ non eſtis in carne: non quòd non carne circundati eſſent, ſed quia carne circundati, ſuperiores erant carnalibus affectionibus, & ſenſibus. Nã ſicut iſtis dicebat: Vos autẽ non eſtis in carne, eo quòd carnalia deſpiciebant: ita & de illis dicitur, quòd ſint carnes, eo quòd carnalibus rebus continuo erãt occupati. Et quia ipſi ſunt carnes, nõ iam concedã eis peccatis ſuis coinquinari. Vidiſti indignationis magnitudinem? vidiſti minarum excellentiã? conſidera etiã quo modo indignationi, & interminationi miſericordiam admiſcuit. Talis enim eſt dominus noſter, minatur ſæpe, non vt opere cõpleat minas: ſed vt correctis nobis minas non ad opus perducat. Alioqui ſi punire vellet, cur prædiceret? Sed quia nõ vult, ſemper cũctatur, & morã nectit, & differt, & prædicit occaſionem reis præſtans, vt fugiendo maliciam & apprehendendo virtutem pœnas non experiantur. Itaq; poſtquam interminatus eſt illos ſe exterminationi generali traditurũ: hoc enim eſt, Nõ permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, eo quòd ipſi ſunt carnes: pro eo, Non ſinã illos poſthac viuere: non contẽtus quingentorũ annorum longanimitate, qua per omnem vitam Noë, audito illius nomine docebantur: nunc iterum producens & differẽs indignationem, aliud illis tempus præſcribit, & dicit: Interminatus ſum, & dixi, & manifeſtaui meã indignationem, quam ob multitudinẽ peccatorũ quæ operati eſtis, vobis inferri iuſtum eſt. Sed quia etiam eos qui incurabiliter peccauerũt, ſaluari volo, nullũq; perire: idcirco vobis indulgeo & tempus centum viginti annorum: vt ſi volueritis, & peccata ablueritis, reſipiſcẽdoq; & in meliora vos conuertendo, virtuti ſtudueritis, & pœnas & pericula effugiatis. Erunt enim, inquit dies eorum anni centum viginti. *Gigantes autem, inquit, erant ſuper terram in diebus illis. Et poſtea quam ingreſſi ſunt filij dei ad filias hominũ, illæq; ſibi genuerunt, illi erant gigantes, qui à ſeculo viri nobiles.*

Gigãtes hic à ſcriptura dici opinor robuſtos corpore: ex illis, inquit, generatio illorum aucta eſt: id quod & alio loco videre licet dictum: Gigantes, inquit, veniũt, vt furorem meum placent. Hunc autẽ centum viginti annorum numerũ, aliqui putant terminũ vitæ eſſe. Nõ hoc autem ſignificat, ſed nũc longanimitatẽ declarare vult, quã & poſt hæc peccata in ipſos oſtẽdit. Igitur vt diſcamus, quòd illi poſt indignationẽ & minas, & tãti tẽporis lõganimitatẽ, quã ipſis in pœnitentiã dederat, non ſolum nihil profecerunt, ſed in iiſdẽ moribus perſeuerauerunt: propterea dicit, poſtquã ingreſſi ſunt filij dei ad filias hominũ, illæq; ſibi genuerũt, iſti erãt gigãtes qui à ſeculo viri nobiles. Vidiſti ingratitudinis excellentiã? vidiſti ſtupidas & doloris ſenſu carentes animas? Neq; pœnę timor, neq; longanimitatis tempus arcuit illos à malis operibus: ſed ſemel in præceps deiecti, & mẽtis oculo excęcati, à mala cõcupiſcẽtia, quaſi ab ebrietate quadã demerſi, redire vltrà noluerunt: quẽadmodũ, & ſapiens quidã dicit: Impius cũ in profundum ceciderit malorũ, contemnit. Graue enim, graue eſt dilecti, capi laqueis diaboli. Anima enim poſtea quaſi in retibus cõprehẽſa trahitur: & ſicut ſus in luti volutabro oblectat, ſic & iſta à mala cõſuetudine obruta ne ſentit quidẽ peccatorũ fœtorem. Ideo opus eſt vt ſobrij & vigiles ſimus, ne ab initio diabolo ingreſſum concedamus, vt ne dũ obtenebrata fuerit noſtra ratio, & excæcata mẽtis perſpicacia, faciat quaſi priuatos huius ſolis lumine, ne valeas in radios ſolis iuſticiæ cõtueri, & ita in præceps feraris: id quod & illis tunc accidit. Audi enim iterũ bonitatis dei tolerantiã. *Vt vidit autẽ, inquit, dominus deus quòd multiplicatæ ſunt maliciæ hominum ſuper terrã.*

Prouer.18.a

Quid vult hoc dictũ, Vt vidit autẽ? Nũ ignorauit dominus? abſit: ſed pro noſtra infirmitate omnia narrat diuina ſcriptura, vt nos doceat, quòd & poſt tantã dei lõganimitatẽ in iiſdẽ manſerunt malis, aut etiã in peiora ſe coniecerunt: Vt vidit autem inquit, dominus deus quòd multiplicatæ ſunt maliciæ hominũ ſuper terram. Ex hoc enim malo opere, quaſi é fonte quodam multa etiam alia ſuboriebãtur peccata: & ideo dicit, maliciæ hominũ. Nam vbi ſcortatio & luxuria & tãta intemperantia, veriſimile eſt ibi & ebrietatẽ & crapulam & magnam iniuſticiam & auariciam & innumera alia naſci mala. *Vt vidit autẽ, inquit, dominus deus q; multiplicatæ ſunt maliciæ hominum ſuper terram, & quòd vniuſquiſq; cogitat in corde ſuo diligenter ad mala omnibus diebus.* Vide quo modo ſingula quæ dicuntur, peccatorum oſtendũt magnitudinẽ. Quia enim in genere dixit, quòd multiplicatæ ſunt maliciæ hominũ ſuper terram: ſubdidit, & vniuſquiſq;. Magna huius verbi emphaſis & vis eſt. Non, inquit, adoleſcens ſolum, ſed & ſenex cadẽ agit quæ adoleſcẽs: neq; vir ſolum, ſed & mulier: neque ſeruus ſolum, ſed & liber: non diues ſolum, ſed & pauper. Et verbum, cogitat, multum habet momenti. Non enim ex ſubreptione hoc illis accidit, ſed in corde cogitãt, & hæc per ſingulas horas voluunt, in hæc ſtudium ſuũ collocãt. Et neq; ſemel & iterũ vel fortuito ſupplantati à peccato, à malicia ſibi temperant, ſed diligenter eam exercẽt & mala operantur: hoc eſt, magno ſtudio, nihil obiter, nihil negligenter ab eis fit, neque breui tempore, ſed omnibus diebus, omnem ſuam vitam in hoc impendũt. Vidiſti maliciæ immanitatem? vidiſti quo modo dedita opera rem fecerunt, diligenter omnia mala operantes: & omnis ætas ad agendum malum ſua ſponte acceſſerit? Vniuſquiſq; inquit, neq; ætas intempeſtiua, & alioquin inexperta, malorũ expers erat: ſed ſtatim & ab incunabulis omnes malũ hoc præliũ certabãt, contendẽtes vt malis operibus alter alterũ ſuperaret. Hic oro animo expende mirã huius iuſti Noę ſapientiam qui in tanta malorũ conſpiratione maliciã effugere valuit, & nihil inde damni ſenſit: ſed quaſi ex alia natura conſtitutus, ſic forti animo præditus, & non aliunde adiutus, virtutis operationi deditus, & malã eorum conſpirationem effugit, & à communi omnium perditione eſt exemptus. *Et animo retractauit, inquit, dominus deus, quòd fecit hominem† de terra.* Vide iterum verbum craſſum, & noſtræ paruitati idoneum. Animo retractauit, inquit, pro pœnituit, nõ quòd pœnituerit deus, abſit: ſed iuxta humanam conſuetudinem loquitur nobis deus, vt nos doceat quòd enormia illorum peccata miſericordem deũ indignari fecerũt. Et animo retractauit, inquit, dominus deus quòd fecit hominẽ ſuper terrã. Non enim propter hoc ipſum produxi, inquit, vt tanta ruina lapſus, ſibiipſi perditionis fieret author. Nam hac de cauſa primum tãto honore eum inſigniui, & tantam eius curam me habere declaraui, vt virtuti vacans, alienus à perditione fieret. Quia autem miſericordia mea abuſus eſt, ſatius poſthac fuerit, malos eius conatus impedire. Et cogitauit, dixitq; dominus deus, inquit, Delebo hominẽ quẽ feci à facie terræ, ab homine vſq; ad pec', & à reptilibus vſq; ad volatilia cœli: quia animo retractaui

† in terra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

t ees. quòd feci t eũ. Quæ mei officij erant, inquit, omnia exhibui. Ex nihilo, vt esset, illũ produxi, naturæ illius scientiam faciendorũ & nõ faciendorum indidi, liberũ arbitriũ donaui. Ineffabili lõganimitate vsus sum, & post longum illud tempus, & post indignationem & minas quas dixi & aliud præfiniui tempus, volẽs vt sua peccata illo sentiente, indignatio mea reuocaret. Et quia etiã sic nihil lucrifacio, nec proficio, cogit necessitas vt minas opere compleam, & omnibus modis deleri illos faciam, & sicut malum quoddam fermẽtum aboleam totum illorũ genus, vt ne posterioribus seculis peccandi authores & doctores fiãt. Et dixit dominus deus: Delebo hominem quẽ feci, à facie terræ, ab homine vsq; ad pecus. Iam fortè dixerit aliquis: Quare cũ homo in malum declinauit, etiã bruta eandẽ pœnã sustinent? Num propter suum ipsorũ vsum producta sunt bruta? propter hominẽ facta sunt. Hic igitur cũ à medio auferetur, quis illorũ vsus esset? idcirco & istã pœnã cõmunẽ ferunt, vt interim pœnæ grauitatẽ addiscatis. Et sicut ab initio cũ peccasset protoplastus, terra maledictionẽ accepit: sic & nunc cũ abolendus esset homo, bruta quoq; cladis socia fiunt. Sicut etiã cum homo gratus fit deo, creatura quoq; humanæ felicitatis particeps est, quemadmodum beatus Paulus inquit: Et creatura hæc liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem filiorum gloriæ dei. Sic & nunc homine ob multitudinem peccatorum puniendo, & vniuersali perditioni tradendo, etiã iumenta & reptilia & volatilia cœli simul pereunt diluuio, quod totum orbem inuasurum erat. Et sicut in domo, quãdo is qui præest, in indignationem domini incidit, verisimile est cooperarios ei condolere: ita & hic, quasi in domo hominibus pereuntibus, omnia quæ in domo, & quæ sub illius sunt dominio, necesse est in eandẽ pœnã incidant. *Et animo retractaui*, inquit, *quod feci illos*. Verbo hoc quantũ se nostræ humilitati attemperat? Num volebam, inquit, tãta illos pœna plecti? ipsi me peccatorum immanitate in tantam inuexerunt indignationem. Cæterum ne putemus omnimodam abolitionem humani generis fieri, stirpitúsque naturam nostram eradicandam: sed discamus quantum malum sit peccatum, & quantũ bonum virtus: & quòd melior sit vnus faciẽs voluntatem domini, quàm decem milia prævaricatorum, dicit: *Noe autem inuenit gratiam corã domino deo*. Tametsi multitudo omnis, inquit, in tantã maliciam exciderit, iustus tamẽ hic scintillam virtutis seruauit, dum his omnibus omni tempore loquitur, & dum adhortatur, vt à malicia desistãt, simul se interim liberum ab illorum mœrore seruauit. Insuper sicut illi malis operibus misericordem deũ ad indignationem prouocauerunt: sic ipse virtute pollens, gratiã inuenit coram domino deo. Non est enim personarum acceptor deus. Verum & si in tanta multitudine inueniat hominem vnũ quę sibi placita sunt facientẽ, non despicit: sed sua illum dignatur cura, & tãto maiorẽ illius rationem habet, quanto cum tot, tantiq; sint, qui ad malum eum trahunt, ipse constãtius virtutis viam sectatur. Id scientes, ad id vnũ spectemus, quod ipsi placet, & efficit vt suam gratiã nobis conciliemus. Neq; hominũ amiciciæ, neque consuetudini ita seruiamus, vt virtutis faciamus iacturã, sed dei lõganimitate, prout decet, vtamur: & dum adhuc tẽpus habemus, omnem deponentes ignauiam, virtutem amemus, peccatumq; odio habeamus. Niũ enim & ad istã amore & desiderio quodã immenso nos cõtulerimus, & ignauiã valde oderimus: neq; huius damnũ effugere, neq; illã amplexari poterimus. Quod enim virtus opus habeat his qui eã cõcupiscunt, & eius desiderio exardescũt, De quo prophetam audi dicentẽ: Iudicia domini vera, iustificata in semetipso, desiderabilia super aurũ & lapidẽ preciosum multum. Nõ quòd non magis desiderabilia, sed quia apud nos nõ inueniuntur alia, quæ his materiis sunt preciosiora: propterea subdit, Dulciora super mel & fauum. Et hic quoq;, quia non inuenit quòd natura melle dulcius esset, hac similitudine vsus est. Igitur sicut hi qui in opibus colligendis insaniunt desiderio & concupiscentia quadã, in hoc incumbunt magno studio & conatu, & nunquã explentur. Auaricia enim insatiabilis ebrietas. Et sicut ebrij, quanto plus vini ingurgitant, tãto magis ad sitim inflãmantur: sic & isti quoq; insaniã hanc indomitam nunquam sistere possunt, sed quanto magis suas opes augeri vident, tanto & concupiscentia magis flagrant. Neque antea à pessimo appetitu hoc absistũt, donec in ipsum malicię profundũ descenderint. Igitur si illi pernicioſam hanc concupiscentiã malorum omnium causam cum tanta contẽtione curant: quanto iustius nos iudicia domini, quæ super aurum sunt & argẽtum, semper in mente nostra versare, nihilq; precioſius virtute ipsa existimare? sed exscindere ex animo nostro affectiones illas pestiferas omnes, & scire quòd temporalis illa voluptas perpetuum pârere solet dolorem, & fine carentia tormenta. Ne decipiamus nosipsos, neque putem° quòd hic finẽ habituræ sint res nostræ: id quod ientiunt pleriq;, licet verbis non loquãtur: quia credere se dicunt resurrectionem, & futuram retributionẽ. Sed ego non attẽdo verba, sed ea quæ quotidie fiunt. Nam si resurrectionem expectas & retributionem, quare ita præsentis vitæ gloriæ deditus es? Quare, dic mihi, quotidie, crucias te, pecunias plures q̃ arena sit colligens, & agros & domos, & balnea emens, atq; hæc sæpe per rapinam & auariciã corradendo? & illud prophetę dictũ implendo: Vę qui coniungunt domum ad domum, & agrum agro copulant, vt vicino auferãt aliquid. An nõ hæc quotidie videri possunt? Et ille quidẽ dicit: Huius domus obscuram & tenebrosam meam facit, & infinitos prætextus excogitat, vt eam rapiat. Alius autem raptum à paupere agrum, suo coniunxit. Hoc autem multo maius & magis admirabile minusq; venia dignum, quòd vnus vno eodemq; loco habitans & sedens, sæpe alio transire, neq; si vellet, valens, vel ob varias occupationes, vel corporis valetudine alligatus: vbique tamen & in omnibus ciuitatibus, vt ita dicam, monimẽta suæ auariciæ possidere, & immortales suæ maliciæ columnas statuere vult. Et peccata quidem, ex quibus omnia hæc collecta sunt, suo imponit capiti, ferensq; grauem ac ingestabilem molem non sentit. Aliis autem vsum, qui ex his haberi potest, concedit non solum post emigrationem ex hac vita, sed etiam antequam hinc egrediatur: Nam etiamsi non inuitus eis nudetur, à familiaribus dissipantur, & vt ita dicam, dilacerãtur omnia hæc. Et neq; ipse vel millesima eorum parte fruitur. Et quid dico fruitur? quo modo, cum illi non sit nisi vnus venter, sufficeret ad tot opum multitudinem absumendam? At malorum omnium causa est vana gloria, quia vult nomẽ suum imponi agris, balneis, & ædibus. Quæ tibi hinc vtilitas homo, cum nõ multo post vbi febricula quapiã corripieris, anima subito euolans nudum & vacuum te faciet? Imò virtute quidem nudatum, vestitum autẽ iniusticia, rapinis, auaricia, gemitibus, eiulatibus, lachrymis orphanorum, insidiis, dolis: quo modo poteris grandes prementesq; illas sarcinas peccatorum

Rom. 8. d

Psal. 18. c

Esaiæ 5. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum ferens, per angustam hanc portam intrare, quæ ca A
pere nequit molem tantæ magnitudinis: necessariũ itaque foris manere, & oneribus illis grauatum frustra pœnitere, cum iam ante oculos parata videbis torméta, & ignem illum terribilẽ ac nunquã extinguendum, vermemq; inconsumptibilem. Cæterum ſi quam nostræ salutis habemus rationẽ, dum adhuc tẽpus habemus, desistamus à peccatis, sectemur virtutẽ, vanam gloriã despiciamus. Nam idcirco vana dicitur, quia euanida est, & nihil habet stabile neq; firmũ: sed solum est oculorũ deceptio, & priusquã appareat auolat. An non & videmus sæpe quòd is quẽ hodie præcedunt lictores, & stipant satellites, eras in carcerẽ coniicitur, & cũ malefactoribus versatur? Quid hac vana & inani gloria fallacius? Quòd si in hac vita præsẽti vicissitudinẽ hãc euadit, omnino mors veniens fœlicitatẽ resecabit. Et quẽ hodie in foro magna pópa comitabatur, & qui in car- B
cerem coniiciebat, & super thronum residebat, & inflabatur, & homines alios quasi vmbras despiciebat, is subito postea iacebit mortuus absq; spiritu, fœtulentus, petitus innumeris cõuiciis, & ab his quos pridem iniuria affecit, & quos nulla affecit iniuria, condolentibus tamen his, qui ab isto iniuria affecti fuerũt. Quid hoc miserabilius fuerit? Item collecta omnia sæpenumero inimici & hostes inter se partiuntur & distribuunt: peccata autem per quæ hæc coaceruata sunt, secum aufert, de quibus diligẽs & accurata ratio exigetur. Ideo obsecro, vt fugientes vanam hanc gloriã, veram desideremus, & quæ omnibus duret seculis: & neq; opum amor nos supplantet, neq; concupiscentiæ flamma exurat, neque liuor & inuidia corrũpant, neq; furor & ira nos incendãt: sed has omnes malas & pernicioſas affectiones rore spiritus extinguentes, despiciamus præsentia, desideremus futura. In memoria habeamus futurum diẽ, magnaq; diligentia vitã instituamus. Neque enim hac de causa in hanc vitam nati sumus, vt solum comedamus & bibamus. Non vita est propter cibum & potum, sed propter vitã cibus & potus. Ne ergo inuertamus ordinem, neq; sic ventri & carnis voluptatibus seruiamus, quasi eã ob causam facti simus: sed reputantes damnũ quod inde nascitur, castigemus motus carnis: ne simus segnes, ne permittamus illis vt aduersus animã insurgant. Nam si Paulus ille talis & tantus, qui quasi alatus per totũ orbẽ transcurrebat, & corporalibus necessitatibus superior factus, & arcanorum illorum verborum auditor, quæ vsq; in hunc diẽ alius audiuit nullus, scri-
1.Cor.9.d bens dicebat: Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo, ne fortè aliis prędicans ipse reprobus inueniar. Si igitur ille, cui tanta cõtigit gratia, post tanta & talia o- D
pera, opus habebat vt castigaret, & in seruitutem redigeret, & subiiceret potestati & dominio animæ corporis lasciuias: castigat enim quis quod insurgit, & in seruitutem redigit quod fræna reiicit: quid dicemus nos, qui omnibus virtutibus destituti, omnib⁹ peccatis onerati sumus: & præterea magnam ignauiam præ nobis ferimus? Num inducias habet hoc bellũ? Num tempus aggrediendi dilatum? Omnes nos vigilare & sobrios esse oportet, & nunquam in securitate esse: quia nõ est præfinitum tempus, quando nos aggressurus est hostis. Igitur semper nobis cura sit, semper soliciti simus de salute nostra, vt sic nunquam capiamur: & hostiles effugientes insidias, misericordiam à deo assequamur, gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Tomus primus.

Noe autem inuenit gratiam corã domino deo. Istæ autem sunt generationes Noe. Noe homo iustus, perfectus existens in generatione sua: deo placuit Noe. *Homilia XXIII.*

VIdistis in his quæ dicta sunt, quãta diuinæ misericordiæ magnitudo, quàm excellens lõganimitas? Vidistis hominũ qui tunc erant, portentosam maliciã? didicistis quanta fuerit in media tanta multitudine iusti virtus, & q̃ nihil ei nocuerit vel illorum in malũ conspiratio, vel quòd solus in medio istorum relictus longè diuersa incesserit via? Nam quasi gubernator aliquis, mentis clauum magna vigilantia arripiens, nauim suã ab irruentibus maliciæ procellis submergi non est passus: sed factus tempestate potentior, licet in alto iactatus, quasi in portu sederet, quatiebat mare, virtutis gubernaculũ dirigebat, & à diluuio totum orbẽ denaſtaturo se eripiebat. Tãta res est virtus, tam immortalis, tã inuicta, tã nihil cedẽs huius vitæ varietatibus: sed super malicię retia volitans, quasi è sublimi spécula quadam, sic omnia humana despicit, nihil quod aliis molestum est sentit. Et sicut is qui super excelsam petrã stat, fluctus ridet, quos videt ad petram magno impetu disrumpi, & protinus in spumam solui: ita & virtuti vacans in securo constitutus loco, nihil insuaue fert à rebus turbulentis, sed tranquillus animo & quietus sedet, intelligitq; res huius vitæ nihil differre ab amnium fluentis, tam rapido cursu transeuntibus. Nam sicut videre licet maris fluctus nũc quidem in altum extolli, mox autem & deprimi: ita & videmus eos qui virtutem contemnunt, & maliciã operantur, nunc quidem sublime sapere & supercilia surrigere, & huius vitæ curis intentos esse, subito verò ad extremã venire inopiam & abiectionẽ. Quos beatus Dauid notans, di- Psal.48.d
cebat: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, vel cum multiplicatur gloria domus eius: quia cum mortuus fuerit, non sumet omnia hæc. Et bene dixit, Ne timueris. Ne te conturbet, dicere vult, diuitis abundantia & celebris gloria. Videbis enim non multo post, humi iacentem, & operari valentem nihil, mortuum cadauer vermibus in cibos obiectum, nudumq; his omnibus factum. Omnino enim nihil horum secum auferre potest, sed hic relinquit omnia. Ne igitur anxius sis, cum videris præsentia: neque beatum dicas eum, qui post breue tempus ab his omnibus destituetur. Eiusmodi enim est præsens fœlicitas, & diuitiarum natura, vt non commigrent vbi hinc fuerit abeundum. Diuites enim his omnibus relictis, nudi hinc migrant, tantum malicia vestiti, & peccatorum oneribus inde collectis. At longè secus habet virtus, quæ hîc quoq; potẽtior est insidiatoribus, & planè inuictos facit suos, continuamq; præbet voluptatem, & ne sentire quidẽ sinit rerum istarũ inæqualitatẽ: sed & hinc emigrãtibus comitem se addit, & tunc potissimum, cum eius subsidio egemus. Ad hæc in die illo terribili magnũ nobis præstat auxilium, placans iudicẽ. Et sicut hic ab ingruentibus infortuniis, ita & in futuro se colẽtes à torméntis illis eripit. Neq; hoc solum agit, sed & ineffabilia nobis bona, quibus fruamur, conciliat. Et vt scias hæc ita sese habere, neq; nos inuanum & frustra ad blandiendum his verbis vti, tentabo nunc ex his quæ proposita sunt charitati vestræ id ostẽdere. Vide enim quo modo beatus ille, Noë dico, vniuerso hominum genere aduersus semetipsum misericordiam domini ad iracundiam prouocante: ille inquã solus sua virtute potuit & indignationis periculum effugere: & magnam dei gratiam sibi conciliare. Aut si placet, loquamur de his quæ in prę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti vita eueniunt. Sunt enim fortaſsis aliqui parũ futuris & inuiſibilibus credẽtes. Videamus itaq; ex his quæ hic fiunt, qualia contingunt his qui in malicia ambulãt, & qualia accipit qui virtutẽ ſectatur. Poſtquã enim bonꝰ deus ob malicię nimietatẽ ſententiã tulit, quòd vniuerſali perditione humanum genus ſit puniendũ, & dixit: Delebo hominẽ, quem feci à facie terræ. Et monſtrans indignationis ſuæ magnitudinẽ, non cõtra humanum duntaxat genus ſententiã protulit: ſed & cõtra omnia iumenta & reptilia & volatilia. Perituris enim & ſubmergendis hominibus, propter quos hęc facta ſunt, dignum vt & illa quoq; pœnæ conſortio paria fierẽt. Igitur cũ ſententia nondũ præfinita eſſet, qua alij ab aliis ſecernebãtur, vt diſcas, q̃ non ſit perſonarũ acceptor deus, ſed in corda noſtra ingrediens nullũ deſpiciat, & ſi vel paruã quandã occaſionẽ nos afferamus, ineffabilem ſuã declarat miſericordiã, & vt ne totũ genus humanum abolendũ putemus: ſed ſciamus, quòd ob ſuam bonitatẽ relinquat ſcintillã & radicẽ quandã ſaluã, vt iterũ humanũ genus in proceros extendi poſsit ramos.

Noe autem, inquit, *inuenit gratiam coram domino deo.* Vide ſcripturæ diligentiã, quo modo ne ſyllabã quidem vnam inutilem contineat. Nam poſtquã nos docuit gratuitatem peccati hominũ, & pœnæ magnitudinẽ malis inferẽdã: docet nos quòd etiã in tãta multitudine potuerit ſyncera ſeruari virtus. Eſt enim virtus etiam per ſeipſam admirabilis. Quòd ſi vero quis illam in medio prohibentiũ colat, multo admirabiliorẽ ſe oſtendit. Et propterea diuina ſcriptura quaſi admirãdo iuſtũ dicit, quòd in medio illorũ qui indignationẽ dei ſenſuri erant, Noë inuenerit gratiã corã domino deo. Inuenit gratiã, ſed corã deo: non ſimpliciter inuenit gratiã, ſed corã domino deo: vt nos doceat, quòd vnũ ille habuerit ſcopũ vt ab illo oculo laudaretur, qui dormitare ſopiriq; neſcit, nihilq; curauerit humanã gloriã vel ignominiã, vel irriſionẽ. Veriſimile enim eſt, cũ præter morem omniũ virtutẽ coleret, eũ fuiſſe ſubſannatũ & irriſum à malis omnibus, qui conſueuerant arguere ſuã fugientes maliciã, & virtutẽ amplexantes: id quod & nũc ſæpe fieri ſolet. Et videmus multos qui riſum & ſubſannationẽ ferre nequeunt, ſed præferunt humanã gloriam veræ & immortali, abſtracti & allecti ab hominũ malicia. Animæ enim fortis & conſtantis eſt, poſſe obluctari his qui auellere moliuntur, & nihil facere vt hominibus placeat: ſed oculum ſuũ intendere ad illũ inſopitum oculũ, & ab eo ſolũ gloriã expectare, & iſtorũ gloriã deſpicere, nulljusq; pili facere humanã laudẽ vel conuicia, ſed pertranſire vt vmbras & ſomnia. Iam hic ſæpe multi non ferẽtes iniurias decẽ aut viginti hominum vel etiã pauciorũ, ſupplantãtur & ruunt. Eſt enim confuſio ducens in peccatũ. Neq; paruum eſt deſpicere irridentes & opprobrantes & ſalibus inceſſentes: at iuſtus ille non tantũ decẽ & viginti & centum homines, ſed & omnẽ hominum naturã & tot myriades deſpexit. Veriſimile enĩ omnes illos ridere, reprehẽdere, ſubſannare & debacchari: & fortè etiã, ſi poſsibile fuiſſet, dilacerare voluiſſe. Sẽper enim contra virtutẽ inſanit malicia. Atqui non ſolũ nihil illi nocet, ſed & infeſtãdo fortiorẽ reddit. Tantum enim virtutis robur, vt patiendo ſuperet negociũ ſibi faciẽtes, & cũ impugnatur, hoſtibus fiat potentior. Atq; id in multis videmus. Cæterũ vt vobis occaſiones præbeamus: Da enim, inquit, ſapienti occaſionẽ, & ſapientior erit: operæpreciũ fuerit & ex veteri & ex noua vobis afferre exẽpla. Itaq; cogita obſecro te Abel: nónne occiſus eſt ab Cain: nónne in pauimentum proſtratus? Sed ne ſpectes quòd præualuerit, occideritq; eum cui inuidebat, etiam innoxium, ſed ſequentia expende. Ecce occiſus ille vſq; nunc prædicatur & coronatur, & tantũ tẽpus memoriã non obſcurat, At qui occidebat & præualebat, etiã tunc vitam morte grauiorẽ ſuſtinuit: & ex eo tẽpore vſq; in hodiernum infamatur, & ab omnibus accuſatur, cũ ille quotidie omniũ ore celebretur. Et hæc quidẽ in præſenti vita fiunt: quæ autẽ in futuro ſeculo cõtingẽt, quis ſermo, quæ mens enarrare poſſet? Et ſcimus quòd vos, vtpote intellectu prædĩti, multa talia in ſcripturis contẽta venemini. Nam illæ hac de cauſa in veſtrã vtilitatẽ ſunt ſcriptæ, vt hæc diſcentes, maliciã quidem fugiatis, virtutẽ autẽ colatis. Vis & in nouo idipſum videre? Audi beatum Lucã iſtucipſum de apoſtolis narrantẽ, qui flagellati à concilio diſceſſerunt gaudẽtes, eo quòd digni fuiſſent habiti qui pro nomine Chriſti ferrent ignominiã. Tametſi flagella nõ gaudij ſint occaſiones, ſed triſticiæ & mœroris: nihilominus flagella propter deũ, & cauſa propter quã flagellabãtur, gaudiũ eis pariebãt. At ij qui flagellarãt, in magna animi cõſternatione & hæſitatione neſciebant quid facerẽt. Audi enim illos quo modo poſt flagellationẽ animo fluctuẽt, & dicũt: Quid faciemus hominibus iſtis? Quid dicis? flagellaſtis, innumera mala ſubornaſtis, & adhuc dubitatis? Tã fortis inuictaq; res eſt virtus, & dũ patitur affligẽtes vincit. Sed ne prolixior fiat ſermo, neceſſariũ vt iterũ ad iuſtũ noſtrũ redeamus, & cũ ſtupore admiremur illius præſtantiam, quo modo tantũ populũ ridentem, ludificantem, ſubſannantem, obiurgantẽ (iterum enim eadẽ dico & dicere nõ ceſſabo) deſpicere & ſuperare potuerit? Quo modo? Ego dico. Quia cõtinuo ad oculũ illũ, qui falli ſopiriq; nequit, reſpexit, ad hunc ſuæ mẽtis oculũ direxit, atq; poſtea hæc omnia, quaſi nõ eſſent curauit. Et pfecto ſic res habet, vt cũ quis hoc amore ſaucius fuerit, & in deũ deſiderio ſuo tendit nihil viſibiliũ videat: ſed cõtinuo eũ quẽ deſiderat imaginetur, & in nocte & in die & cubans & ſurgens. Ne igitur mirũ tibi ſit, ſi & iuſtus ille ſemel eò mente ſua intenta, nõ curauit ſupplantare volentes. Nam adhibito ſtudio ſuo, & diuinã gratiam nactus, his omnibꝰ potẽtior factus eſt. Noë enim, inquit, inuenit gratiã corã domino deo. Tametſi omni hominũ generi, quod tunc erat, nõ eſſet gratus neq; amabilis, eo quòd nolebat eandẽ incedere viam, quam illi: fauit tamẽ illi is qui corda ſcrutatur, qui & illius mẽtem approbauit. Et quid damni, dic oro, hinc naſcitur viro, quòd ab hominibus ſubſannatur & irridetur: cũ is qui finxit corda hominum, & intelligit omnia opera eorũ, prædicat illũ & coronat? Et quę vtilitas homini, ſi ipſum totus orbis admiretur, & laudet: cõditor autem omnium, & iudex qui decipi nequit, in die illo terribili condemnaturus ſit? Itaq; dilecti, cũ hæc nobis cõperta ſint, nullius penſi faciamus hominũ laudẽ, neq; ab illis celebrari quouis modo quæramus. Sed propter illũ ſolum, qui probat corda & renes, virtutis opera faciamꝰ, & peccata fugiamꝰ. Nã & Chriſtꝰ erudiẽs nos, vt ne captãdis hominũ laudibꝰ inhiemus, poſt multa alia tandẽ & hoc intulit, dicens: Væ vobis quando benedixerint vobis omnes homines. Cõſidera quo modo per Vę nobis declarat quotuplex illos pœna maneat. Væ enim lamenti nunciũ verbũ eſt. Vnde quaſi miſeros eos vocãs, dicit: Væ vobis, quãdo benedixerint vobis omnes homines. Et vide q̃ caute dictũ. Non ſimpliciter dixit, homines: ſed, omnes homines. Impoſsibile enĩ eſt, vt qui anguſtam & arctã virtutis viam ambulat, & mandata

† *de eo qui in tãta multitudine potuerit ſinceram ſeruare virtutem.*

Eccli 4.c

Prouer.9. b

Gene.4.

Actor.5

Luc.6.d

ſequitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur Christi,ab omnibus laudetur,& in admiratione sit. Est enim & illa excellens malicia virtuti aduersari.Proinde dominus sciens quòd impossibile sit,vt is qui virtutem diligenter exercet, & à se solo laudem vt accipiat præstolatur, ab omnibus hominibus laudetur, & bene audiat:miseros vocat eos, qui propter humanā laudem virtutem negligunt. Nam celebrari ab omnibus,maximum fuerit argumentum non magnā haberi virtutis rationem. Quo modo enim ab omnibus probari poterit,vir bonus si vult iniuria affectos eripere ab his qui iniuria afficiunt:& iterum si vult corrigere peccantes, & laudare bene agentes? Nónne verisimile est, quòd ab aliis laudabitur,ab aliis verò audiet conuicia? Et propterea inquit:Vę vobis quando vobis benedixerint omnes homines. Quo modo igitur nō erit admiratione & laude dignus iustus ille, qui ea quæ Christus aduenies docuit,prius ipse à lege naturæ edoctus,deditissima opera adimpleuit,laudemq; humanā per virtutem cōtemnendo, gratiam apud deum inuenire studuit?Noë enim inquit, inuenit gratiam corā domino deo.Cæterùm quòd propter virtutes,quas habebat,inuenerit gratiā coram domino deo, narrauit nobis admirabilis ille propheta, spiritu sancto afflatus. Operæprecium itaque vt & sequentia discamus, & videamus quid de illo sentiat. *Istæ autem*, inquit, *sunt generationes Noe. Noe homo iustus perfectus in generatione sua: deo placuit Noe.*

Luc.6.d

Rarus & nouus genealogiæ modus:nam vt scriptura dixit, Istæ sunt generationes Noë: & aures nostras spe quadam impleuit, quasi genealogiam illius narraturā,& quis eius pater fuerit, & vnde genus duxerit: & quo modo in hanc vitā editus,& alia, quæ mos est genealogias narrantibus recensere:relictis tamē illis omnibus,& aliorum cōsuetudinem superans,inquit: Noë homo iustus perfectus in generatione sua, deo placuit Noë.Vidisti admirabilem genealogiam? Noë,inquit, homo:commune nomen pro laude iusti vsurpat.Nam cæteri ob carnales voluptates,quibus immersi erant, amiserant esse homines.Iste,inquit, in tanto populo hominis imaginem seruauit.Tunc enim homo est, quando virtutem colit. Neque enim speciem habere hominis,& oculos,& nares, & os, & genas, & cætera mēbra, hominem esse ostendunt.Hæc enim membra sunt corporis. Hominē illum dicimus, qui imaginem hominis saluam retinet.Quæ autem est imago hominis? Rationalem esse. Quid ergo:an non & illi fuerunt rationales? Verùm non hoc solum fuerit hominem esse, sed & virtutib⁹ esse deditū,& vicia fugere,& illicitis affectionibus imperare, & mandatis dominicis obtemperare. Porrò vt discas morem esse scripturæ, quòd vicijs studentes & virtutum negligentes, hominū nomine vocare non dignetur, audi deum loquētem, sicut heri dicebamus. Non permanet spiritus meus in hominibus istis, eo quòd ipsi carnes sunt. Ego enim, dicere vult, substantiam ex carne & anima illis dedi: ipsi autē quasi sola carne circundati, ita virtutes animi negligunt,& solam carnem sectantur. Vidisti quo modo ob maliciam carnem eos vocat,& non homines?Et iterum vbi processerimus,statim audietis terrā eos nominari à diuina scriptura, eo quòd terrenis cogitationibus absumantur: dicit enim: Corrupta autem erat terra coram deo. Non de terra sensibili loquitur,sed inhabitatores terram vocat.Alio autem loco,neque terram neq; carnem nominat: sed neque esse eos putat in præsenti hac vita, eo quòd virtute careant. Audi enim prophetam clamantem & dicentem in media Hierosolymitanorum metropoli: vbi tot milia milium, & tot multitudines innumeræ.Veni,& nō erat homo:vocaui,& non erat qui audiret.Non dicit,quia non aderant, sed quia præsentes nihilo meliores erant quàm si non fuissent præsentes.Et alio quoque loco: Discurrite & videte, si est vnus qui faciat iudicium & iusticiam,& propicius ero. Vidisti quo modo illum solum scriptura sancta hominem vocare solet,qui virtutē colit: cæteros autem neq; esse putat,sed aliquando vocat terrā & aliquando carnem:Hac de causa genealogiam iusti narraturā se promittens diuina scriptura, dicit: Noë homo. Hic enim solus homo,cęteri autem non homines,sed humanam gerentes formam, & ex hominibus in bestias mutati, malicia voluntatis generositatem naturæ amiserunt. Quod enim cùm in malum declināt homines,& serui fiunt irrationalium affectionū,diuina scriptura imponat illis bestiarum nomina: Audi vt quodā loco dicit: Equi mulierū amatores facti sunt. Vide quo modo ob immodicam salacitatem hanc cognominationem acceperunt. Alibi autem: Venenū aspidum sub labijs eorum:vbi eius bestię dolum & fallaciam imitari eos docet. Canes quoque mutos alios vocat.Et iterum eos qui aures ad doctrinam obturant, vocat quasi aspides surdas & obturantes aures suas.Et multa alia quis nomina inueniet imposita à diuina scriptura his, qui in brutorum affectus per ignauiam transeunt. Et non in veteri solū istud videre licet, sed & in noua lege. Audi enim Baptistam dicentem Iudæis:Progenies viperarum quis vobis monstrauit vt à futura ira fugiatis? Vidisti quo modo & hic dolum mentis illorum, bestiæ nomine significauit?Quid ergo miserabilius fuerit peccatoribus, qui & ipso hominis nomine priuantur, & propter hoc maioribus pœnis digni sunt, quòd post acceptas à natura plurimas occasiones, ad benefaciendum monentes, deserta ac prodita virtute vltro ad vicia transfugiunt? Itaque qui tunc erant, omnes ea se hominis appellatione indignos præstabant: iustus autē ille in tanta virtutis sterilitate, tam excellenti virtute polluit, vt scriptura cùm cœpisset narrare viri genealogiā, dixerit: Noë homo. Est & alius iustus quidam, cui hoc nomen pro summo encomio contigit, & præ aliis omnibus hoc nomine prædicatur, vt sic virtus illius diligenter exponatur. Quis ille est? Beatus Iob,ille pugil pietatis,athleta orbis, qui solus incurabilia illa sustinuit, & acceptis innumeris à diabolo telis,vulnus non accepit: sed sicut adamas quidam omnes impetus ferre potuit, & à tantis fluctibus non solum non est submersus, sed & pręualuit,& acceptis in corpus suum omnibus qui in mūdo doloribus,hac ratione multo clarior euasit. Nō solum enim non prostrauit illum ingruentium dolorum continuitas, sed & ad maiorem gratiarum actionem euocauit. Vnde in omnibus suam gratitudinem declarans,tempestiuè diabolo plagā dedit, quò ille intelligeret sese frustra moliri, & contra stimulum calcitrare. Hunc igitur sanctum, etiam antequam certaret, tātū laudauit misericors deus, & prædicās dixit diabolo.Animo tuo aduertisti famulū meū Iob,quòd non sit homo similis illi super terrā, homo, inculpatus, iustus, verax,deū colens,abstinēs ab omni opere malo. Vidisti & hūc à cōmuni naturę nomine pri⁹ prædicari?Aduertisti,inquit,quòd nō sit similis illi homo?Et similes vtique omnes sumus,sed non secundū virtutē, sed secundum formæ rationem. At hoc nō est homo, sed quando abstinens à malicia,virtutem operatur.Vidisti quos diuina scriptura homines appellare solet? Quocirca & ab initio,

Esa.56.d

Hiere.5.a

Hiere.5.c

Psal.13.b & 139.a

Esa.56.d

Psal.57.a

Matth.3.b & 12.c

Iob.1.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab initio, cùm vidisset deus factum à se, dicebat: Faciamus hominem secundum imaginem nostram & secũdum similitudinẽ. hoc est, vt imperet & visibilibus omnibus & passionibus suis. Imperet, non ferat imperium. Itaque quia amissa dignitate magis subditus est, & imperium fert potius quàm imperat: amisit & nomẽ quòd sit homo, & brutorum in se nomina transtulit. Atque hac de causa nunc diuina scriptura virtutẽ illius commendare volẽs, dicit: Istæ sunt generationes Noë: Noë homo iustus. Ecce & aliam maximã præconij speciem, Iustus, hac appellatione omnem virtutẽ complectitur. Hoc enim nomen, iustus, cõsueuimus dicere de his qui omnigenam exercent virtutem. Postea vt discas quo modo ad summũ virtutis fastigiũ peruenerit, id quod & tunc exigebatur à natura nostra, inquit: Iustus, perfectus existens in generatione sua. Omnia, inquit, impleuit quæcunque facere conuenit eum qui virtutem amplexatur. Hic enim est perfectus. Nihil enim intermisit, in nullo claudicauit. Non in hoc benefaciebat, in illo verò peccabat: sed in omni virtute perfectus erat, qua tunc pollere illum cõgruebat. Præterea, vt ex tempore quoque & ex collatione cum aliis illustriorẽ nobis iustum exhiberet, inquit: Perfectus in generatione sua, in tempore illo, in generatione illa peruersa, quæ adeo in malum declinauit, quæ neque vestigium virtutis præ se ferre voluit. In illa igitur generatione, in illis temporibus iustus ille non solum virtutem præ se tulit, sed & in tãtum peruenit virtutis culmen, perfectus, & in omnibus absolutus: Et id quod antè dixi, bene agere inter virtutis hostes, & inter eos qui virtutẽ prohibẽt, maius semper virtutis pondus testatur. Vnde hac ratione iustus ille maiores laudes nactus est. Neque hic finem laudãdi illum facit diuina scriptura, sed adhuc virtutis illius excellentiam demonstrat: & quòd diuino calculo probatus fuerit. Quia postquam dixit, perfectus in generatione sua: addit, Deo placuit Noë. Tanta erat virtutis illius gloria, vt & à deo laudari promeruerit, Deo enim, inquit, placuit Noë, vt scias quòd approbatus fuerit à deo: placuit illi oculo qui falli non potest, per sua bona opera. Et illius sibi fauorem tantum conciliauit per bonæ vitæ opera, vt eum non solũ ab indignatione in omnes effundẽda liberarit, sed & aliis præesse fecerit, Deo enim, inquit, placuit Noë. Quis hoc beatior fuerit, qui tantam præ se ferre potuit virtutem, vt dominum vniuersi habeat laudũ suarum præconem? Hæc ab eo sunt facta, quæ quibusuis diuitiis, quauis abũdantia, quauis gloria & potentia, quauis humana fœlicitate prætulerit quisquis mentẽ habet. Hæc regno magis desiderabilia fuerint ei qui deum sincero amore diligit. Verùm enim regnum istud est, posse nos optima vita propicium & clementem nobis facere deum. Vt enim gehẽnam timere non debemus, propter ignem illum inextinguibilem, & pœnas terribiles, & perpetuos cruciatus: sed quia offendimus tam bonum dominum & ab illius gratia sumus alieni: Ita & ad regnum nobis festinandum, nõ nisi propter amorem in illum, vt eius gratia fruamur. Nam vt regno desiderabilius est, misericordem dominum nostrum beneuolũ esse nobis: ita gehenna grauius, ab illius beneuolentia excidere. Vidistis quantæ nobis vtilitatis fuit argumẽtum appellatio insti, & quantum sententiarum thesaurũ peperit admirabilis huius viri genealogia? Sequamur igitur & nos diuinæ scripturę regulas, & aliquorum genealogiam enarrando, non patres & auos, & abauos in medium afferamus, sed eius solum cuius est genealogia, virtutem detegamus. Hic* optimæ genealogiæ mos est. Quæ enim vtilitas, ex claris & probis parẽtibus originem ducere, te autem bonæ vitæ esse expertem? Aut quod dãnum fuerit: si parentes & progenitores fuerint ignobiles & obscuri, ipse autem virtutibus floreas? Quia & iustus ille talis fuit, & conciliauit sibi gratiam dei, non quòd à talibus fuerit parẽtibus. Neque enim ita eos cõmemorat scriptura, vt virtute nobiles. Nihilominus cum tanta essent obstacula, & à tantis impediretur, in tantum peruenire potuit fastigium: vt discas quòd eum qui vigilat & sobrius est, & suæ salutis curam agit, nihil est quod prohibeat. Nam sicut vbi negligentes cœperimus esse, etiã à rebus minimis offendimur: sic si voluerimus sobrij esse, quãuis innumeri sint qui ad maliciam trahant, neutiquam nostrum studium poterunt offendere: sicut neque illũ iustum, tametsi tot essent irridentes, segniorem in exercenda virtute facere potuerunt. Proinde nullus aliũ arguat, & in alios culpam trãscribat, sed suæ ignauiæ totum imputet. Et quid dico in alios? Neque diabolum ipsum quis tantum putet, vt prohibere quempiã possit, quò minus in viam, quæ ad virtutem ducit, eat. Supplantat quidem & decipit socordiores, non cogit autem, nec prohibet, id quod rerum experiẽtia docet: quòd nunc quidem, si volumus sapere, tantæ constantiæ specimen exhibemus, quòd neque si multi essent ad maliciæ viam nos inhortãtes, eorum ferremus consilium: sed omni adamante firmiores, aures obturaremus tam praua consulentibus. At si negligẽtes fuerimus, etiã si nullus sit qui cõsulat vel supplantet, nostra sponte ad maliciam prosiliemus. Nam si hoc non esset situm in voluntate nostra, neque in potestate mentis, neque deus sui iuris naturam nostram fecisset: oportebat vel omnes malos esse qui naturæ nostrę participes sunt, & iisdẽ obnoxij sunt affectionibus, vel omnes bonos & virtute præditos. Cùm autẽ videmus cõgeneres nostros & eisdem affectionibus obnoxios non eadem quæ nos ferre: sed & valida ratione gubernare naturam, & inordinatos motus domare, & refrẽnare concupiscentias, imperare furori & iræ, fugare inuidiã, eliminare inuidentiam, contemnere rabiosam in conquirendis pecuniis cupiditatẽ, minorem gloriæ curam habere, ridere omnem præsentis vitæ fœlicitatem, aspirare ad veram gloriam, prẽponere visibilibus omnibus laudem quæ à deo est: nonne manifestum est quòd illi per gratiam dei suo studio bene agere possunt, nos nostra ignauia nostram amittimus salutem, & eius gratia nos spoliamus? Quapropter obsecro, vt hæc cogitãtes, & in mente nostra continuò versantes, nunquam diabolum, sed nostram leuem ignauiamq; mentem arguamus. Et hæc dico, non quòd diabolũ à suo crimine absoluere velim, Absit: vadit enim sicut leo vt rapiat, & rugiens, & quærens quem deuoret. 1.Pet.5.b Sed & vos cautiores reddere volui, vt ne existimemus carere nos culpa, siquidem tam facilè ad maliciam prorumpimus: & ne friuola illa dicamus verba, Quare deus dimisit illum, † cùm talis esset, malum fieri, & supplantari ac prosterni? Sunt enim hæc verba ingratitudinis summæ. Verùm tu hoc tecum considera, quòd tales non propter hoc potissimum reliquit, vt timore compulsi, & inimici insidias expectantes, simus perpetuò sobrij & vigiles, laboremq; virtutis imminuamus spe retributionum & expectatione ineffabilium illorum bonorum. Et quid miraris si ob hanc causam reliquit diabolum deus, cui tanta nostræ salutis cura, & qui ita nostram somnolentiam excutit, materiamq; coronarum nobis præparat: ipsam

* οὔτως γὰρ ἀφορ σος γενε αλογίας τρέπε- interpres ἀφορισος infinitus legit ἀφισος, id est optimus.

† talem qui impedire- rat, ita vt supplanta- ret & pa- sterneret.

ipſam etiam gehennam propterea condidit, vt metus pœnæ, intolerabiliſq; cruciatus ad regnum nos cogat? Vidiſti mirè induſtriam domini miſericordiam, quo modo omnia facit & tractat, vt nō ſolum eos qui ab ſe conditi ſunt, ſaluet, ſed & ineffabilibus bonis ditet. Et propterea liberum arbitrium nobis datum eſt, & in natura conſcientiaq; noſtra repoſita ſcientia boni & mali, & diabolus vt eſſet permiſſus, & gehennam minatus eſt, non vt gehēnam experiremur, neq; regno priuaremur. Et quid miraris ſi iſta omnia propter hæc facta ſunt, & innumera alia? Qui in ſinu patris eſt, formā ſerui ſuſcipere voluit, & omnia alia ſuſtinere quæ ad corpus pertinent: ex virgine naſci, nouē menſibus in vtero geſtari, & panniculis inuolui, patrē ſuum putari Ioſeph ſponſum Mariæ, paulatim creſcere, circuncidi, ſacrificium offerri, eſurire, ſitire, fatigari, & tandem etiā mortem ſuſtinere: & mortem non vulgarem, ſed eam quæ ignominioſiſsima habebatur, crucem dico: & hæc omnia propter nos noſtramq; ſalutem ſuſcepit omniū cōditor, qui inalterabilis, qui omnia ex nihilo vt eſſent produxit, qui reſpicit ſuper terram, & facit eam tremere: cuius glorię fulgurantem maieſtatem neque Cherubim, & incorporeæ illæ virtutes videre poſſunt: ſed auerſæ facies tegunt obiectis alis, quem ſemper laudant angeli & archangeli, & innumerę myriades. Hic propter nos & propter noſtram ſalutem homo fieri voluit, & optimæ vitæ nobis viam parauit, per quam & ipſe trāſiit, hac ipſa noſtra natura aſſūpta. Quæ igitur poſthac nobis erit excuſatio, ſi cum tot adiuuant ſalutē noſtrā, in rebus inutilibus nos occupamus, ſola negligentia noſtram amittētes ſalutem? Proinde obſecro, vt ſobrij ſitis, & non temere aliorum ſequamini conſuetudinem, ſed veſtram ipſorū vitam quotidie diligenter excutiatis, videatiſq; quid peccatum, quidve rectè à nobis geſtum ſit: vt ſic peccata noſtra emendemus, ſupernamq; nobis gratiā conciliemus, ac deo placeamus, exemplo iuſti illius, & deniq; regnum aſſequamur cœlorū, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre ſpirituq; ſancto ſit gloria, imperiū, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Genuit autem Noe tres filios Sem, Cham, Iaphet: corrupta autem erat terra coram deo, & repleta eſt terra iniuſticia.

Homilia XXIIII.

HAud vulgarem vtilitatem heri nobis attulit iuſti Noë genealogia. Nam & cognouimus mirabilem genealogiæ modū, & vidimus iuſtum laudari non à parētum claritudine, ſed à ſuarum virtutum moribus, propter quas & tātum accepit teſtimoniū à diuina ſcriptura. Noë enim, inquit, homo iuſtus, *perfectus in generatione ſua: deo placuit Noë. Totum enim ſermonem in verba hæc breuia inſumpſimus heri. Quandoquidem diuinorum eloquiorum natura in paucis verbis multas ſententiarum affert diuitias, & ineffabilē diligēter ſcrutari volentibus theſaurū largitur. Proinde obſecro, ne quid in ſacris literis aut cōtemnatur, aut obiter prætereatur, etiam ſi nomina recenſeantur, vel hiſtoriæ narrentur, recōditum inueſtigemus theſaurum. Nam & Chriſtus dicebat: ſcrutamini ſcripturas. Quia non vbique in ſuperficie ſcripturæ, mens ſcripturæ inuenitur: ſed opus eſt ſcrutinio, vt ne quod in profundo latet, nobis remaneat abſconditum. Quòd ſi ſola naturæ appellatio, hoc nomē, Homo dico, tantæ nobis vtilitatis argumentum heri fuit: quantum lucrum percipiemus, ſi attenta ac vigili mente ſingula adierimus? Etenim miſericordem habemus dominum, & quando videt nos ſolicitos & magnum deſideriū ad cognoſcenda diuina eloquia habere, non permittit nos vlla re indigere: ſed ſtatim illuſtrat mentem noſtram, & ſuum fulgorem largitur, & pro ſapientia illa ſua mirè induſtria omnem verā doctrinam animæ noſtrę inſerit. Ea propter cùm nos ad iſtucipſum adhortaretur, & alacriores faceret, beatitudinē decreuit iis quibus tale eſt deſiderium, dicens: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam, quia ipſi ſaturabūtur. Vide ſapiētiam doctoris, non ſolū nos per beatitudinem hortatur, ſed & dum dicit: Qui eſuriūt & ſitiunt iuſticiam: docuit audientes, quanta alacritate ad ſpiritualia eloquia inueſtiganda ire congruat: dicere enim vult, Quēadmodum qui fame duce mira promptitudine ad cibos feſtināt, & qui ita ſitiunt vt præ ſiti flagrent, ad potum magna cum alacritate accedunt: eodem modo ad ſpiritualem doctrinam, tanquam eſurientes & ſitientes accedere par eſt. Tales enim nō ſolum beatitudinibus digni, ſed & quæ cupiunt aſſequuntur. Etenim ſatiabūtur, inquit, hoc eſt explebuntur: explebunt ſuum ſpirituale deſiderium. Igitur quia tam bonus, tamq; liberalis dominus nobis eſt: age & nos ad ipſum confugiamus, & eius nobis gratiam cōciliemus, vt & ipſe pro ſua miſericordia illuſtret noſtram mentem ad videndam diuinarum ſcripturarum virtutem. Et vos quoque multa alacritate ſpiritualem doctrinam quaſi eſurientes & ſitientes ſuſcipite. Fortè enim, fortè bonus & omnipotēs dominus, etiam ſi nos humiles ſimus & abiecti, propter vos & veſtram vtilitatē ſuppeditabit nobis ſermonem in apertione oris in gloriam ſuam, & in ædificationem veſtram. Proiecta igitur cura noſtra omni in deum, cuius gratiā expectamus, & inuocato eo qui & ſapiētiam dat paruulis, & illuminat cæcos, & expedite loqui concedit balbis, dudū lecta tractemus: vt quæ ipſe pro ſua miſericordia nobis ſuppeditarit, charitati veſtræ proponamus. Sed intenta obſecro adſitis mēte, & diligenter iis quæ dicuntur attēdite, omneſq; huius vitæ curas ſeponite, vt ſpirituale ſemen, quaſi in pinguem agrum, exuſtis ſpinis & herbis, proiiciam. Iſtæ autem, inquit, generationes Noë. Noë homo iuſtus, perfectus in generatione ſua: deo placuit Noë. In iis nuper finē dicendi faciebam⁹, ideo ſequētia in mediū proponēda ſunt.

Genuit autem, inquit, *Noe tres filios: Sem, Cham, Iaphet.* Non abſque cauſa diuina ſcriptura & tēpus & numerū nobis aſsignauit filiorum iuſti: ſed & hic nobis latēter inſinuare vult excellentem, multiplicemq; eius virtutem. Nam poſtquam ſuperius dixit, quòd Noë erat quingētorum annorū: tunc ſubdidit, Et genuit tres filios. Docendo nos ſummam cōtinentiæ illius magnitudinem tunc fuiſſe, cùm tantę intemperantiæ dediti eſſent omnes homines, tantaq; ſalacitate omnes ætates, vt ita dicam, ad malum ruerent. Audiſtis enim ſcripturam dicentem: Vt autē vidit dominus quòd impletę ſunt maliciæ ſuper terram, & nullus nō cogitaret mala diligenter in corde ſuo à iuuentute. Vbi manifeſtè declarat, quòd & iuuenes vincebant prouectiores ætate, & ſenes non minus quàm iuuenes inſaniebant. Et ad malū multa proclinitate propēſa erat ætas etiam malorum inexperta. Vt igitur diſcamus quo pacto iis omnibus tātam inſaniam ac rabiem præ ſe ferentibus, iuſtus ille manſerit ſolus continentiæ virtutē cum aliis ſtrenuè ſeruans, donec ad quingenteſimum annū peruenit: cùm dixiſſet, Erat Noë quingentorum annorum, tunc inquit: Et genuit Noë tres filios. Vidiſti dilectè excellentem iuſti temperātiam: Ne hoc ita perfunctoriè tranſeamus, ſed & tem-

τέλειος ἦν, perfectus exiſtens, ſic & in aliis locis vbi hic textus ponitur accipe.

Ioan. 5. & 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& tempus illud expendamus,& maliciã quæ ſuper omne hominum genus ob eorum deſidiam ſe extenderat, conſideremus quantę ſit virtutis & pietatis erga deum, in tantam temporis longitudinem concupiſcentiæ rabiem refrenare, viamq; lõgè ab aliis diuerſam ingredi: & non ſolũ ab illicito coitu ſe cohibere, ſed & à legitimo & inculpato. *Et genuit*,inquit,*Noe tres filios: Sem,Cham, Iaphet.Corrupta autem erat terra coram deo,& repleta eſt terra iniuſticia.* Mihi videtur diuina diſpẽſatione factum,quòd iuſtus iſte etiã nunc à coitu abſtinet,& pueros iſtos habet.Quia enim ob malicię magnitudinem & excellentem prauitatem generali diluuio totum orbem deleturus erat miſericors deus, quaſi radicem aliquam & fermentum voluit iuſtum illum ſupereſſe, vt abolitis illis origo quædam eſſet futurorum.Huius gratia, cùm iam quingentorũ eſſet annorum, haberetq; filios iſtos tres, iſtis contẽtus fuit: re ipſa declarans hoc ſe feciſſe,vt diuinæ in humanũ genus miſericordiæ ſeruiret. Et quò ſcias hoc non eſſe temeraria coniectura dictum,conſidera ſcripturæ diligẽtiam. Nam poſtquam dixit,quòd iuſtus ille tres habuerit filios:ſtatim ſubdidit,Corrupta eſt autem terra coram deo, & impleta eſt terra iniuſticia.Vidiſti in eadem natura magnã & ineffabilem varietatem? De iuſto enim dicebat ſcriptura: Noë homo iuſtus,perfectus in generatione ſua. De reliquis autem omnibus inquit: Corrupta eſt terra coram deo,& impleta eſt terra iniuſticia. Nomine enim terræ, hominũ multitudinẽ vocat, eo quòd omnia eorum opera terreſtria erant: & idcirco terræ nomine & eorum vilitatem,& malicię excellentiã ſignificat.Nam ſicut de protoplaſto, qui legem trãſgreſſus,gloriam qua tegebatur amiſit, mortiſque pœnæ obnoxius factus fuit, dicebat: Terra es, & in terram abibis.Ita & hic, quia plurimum inualuerant peccata,inquit,Corrupta autem erat terra. Neque ſimpliciter dicit,Corrupta autem erat terra:ſed coram deo: & impleta eſt terra iniuſticia. Dicendo enim,Corrupta eſt,omnigenam illorum maliciam emphaſi quadam dixit.Non enim vnius vel duorum peccatorum tantum rei erant, ſed omnes iniquitates abſq; modo cõmittebant:ideo & ſubdit, Et impleta eſt terra iniuſticia.Non obiter,neque vulgaritẽr maliciæ ſtudebant,ſed peccata quæque feruenti contentione agebãt. Et vide quo modo illos poſtea ne tenui quidẽ memoria dignatur,ſed nomine terræ vocat, ſimul indicãs & dei indignationem,& peccatorum grauitatem. Corrupta eſt autem terra, inquit, coram deo:hoc eſt: ſecus quàm præceptum erat à deo omnia faciebant, mãdata dei conculcantes,& magiſtrũ naturæ humanę inſitum amittentes.Et impleta eſt terra,inquit,iniuſticia.Vidiſti dilecte quantum malũ ſit peccatum, quo modo homines facit vt ſuo nomine vocari nõ ſint digni? Audi nunc quæ ſequuntur: *Et vidit dominus deus terram,& erat corrupta.* Vide iterum quo modo eos terram vocet:& poſtea cum ſemel atque iterũ & tertiò nominauit terram,vt ne quis de terra ſenſibili eum dixiſſe ſuſpicetur, inquit:Quia corrupit omnis caro viam ſuam ſuper terram. Neque nunc hominis appellatione eos dignatur, ſed carnem vocat: quo nos docere voluit, quòd non de terra hæc dicat, ſed de hominibus carne amictis, & terreſtribus negociis ſeſe totos impendentibus. Mos enim ſcripturę eſt,vt ſæpe charitati veſtræ dixi,carnalia ſapientes & nihil ſublime cogitãtes,carnis nomine appellare.Sicut & beatus Paulus inquit:Qui autẽ in carne ſunt,deo placere non poſſunt. Quid igitur:non fuit in carne & is qui hæc dicebat? Non hoc dixit, quòd qui carne circundati ſint, deo placere non poſſint: ſed de his qui nullam virtutis rationẽ habent,& nihil niſi carnale ſapientes,carnis voluptates ſectantur, nullamq; animæ incorporeæ & ſpiritualis curam gerunt. Itaque quia dictis iſtis diuina ſcriptura docuit nos peccatorũ multitudinem,maliciæ inerudeſcẽtiam,indignationis diuinæ magnitudinem,& quòd ob ſtudium malorum operum,ſemel atque iterum ac tertiò terrã eos qui tunc viuebant nominauit, carniſq; nomine vocauit ſpoliatos communis naturæ vocabulo: nunc per ea quæ ſubdit,ineffabilem dei miſericordiam & *dignationis eius excellentiam oſtendit nobis. Quia conſequenter iuſto huic ſicut amicus amico communicat,quam pœnã humano generi ſit intentaturus,& dicit: *Tempus omnis hominis venit coram me.Quia impleta eſt terra iniuſticia ex illis. Et ecce ego corrumpo illos & terram.* Quid eſt,tempus omnis hominis venit coram me?Magnam,inquit,oſtẽdi longanimitatem:magnam tolerantiam,nolens hanc inferre pœnam, quam illaturus ſum: ſed quia immodica peccatorum illorũ multitudo in hoc tempus eos adduxit, & finem iis imponere oportet,excindiq; illorum maliciam,ne vlterius progrediãtur. Tempus enim, inquit, omnis hominis venit coram me. Vide & hic,quo modo ſuperius dicebat, Vnuſquiſque cogitat: ita & nunc omnis hominis, Omnes conſonant, omnes ad iniquitatẽ transfugerunt,inquit,& in tanta multitudine non inueniri poteſt aliquis,cui virtutis ſit cura. Tẽpus enim, inquit, omnis hominis venit coram me. Tempus, hoc eſt,aduenit tempus, quo ſecãdum erit, & ſerpigo vlceris compeſcẽda. Tempus omnis hominis venit coram me,quaſi nemo videret,rationemq; delictorum ab ipſis exacturus eſſet, ſic ſeſe malis operibus manciparunt, non cogitantes,quòd me nihil latere queat,qui vitam, animamq; & corpus dedi, totq; bona ſuppeditaui. Tẽpus igitur omnis carnis venit coram me.Dein quaſi ſatisfacturus,rationemq; redditurus iuſto,mõſtrat quòd in tantam ſe indignationẽ prouocarint homines peccatorum nimietate,inquiens:Quia impleta eſt terra iniuſticia ex illis. Num prætermiſſum eſt aliquid, inquit, ab eis,ita ad peccatum contendentibus? Tantam maliciæ magnitudinẽ videre licet, vt & affluat & exundet, totamq; terram impleat: propterea & ipſos corrumpo & terram. Ecce, inquit, ego corrumpo illos & terram. Quia priores ipſi malis ſuis operibus ſeipſos corruperunt,ideirco generalem interitum inducam, aboleriq; faciam & ipſos & terram, vt purificationẽ accipiat terra,& à peccatorum maculis emundetur. Cogita nunc obſecro, qualẽ tũc habuiſſe putas animam iuſtum iſtũ, cùm hæc à domino audiret? Nam licèt multarum virtutum ſuarum conſcius eſſet, non tamen abſque dolore quæ dicebantur accepit. Amicũ enim & ad diligendum propenſum eſt iuſtorum genus,& pro aliorum ſalute iuſti quæque ferre eligerent.Quo modo igitur eximius ille affectus fuit,cùm mente ſua omniũ interitum & totius naturæ abolitionem tractaret, & fortaſsis nec ſibi ipſi iucundum quiddam polliceretur? Nondum enim quidquam de hac re comperti habebat. Vt igitur mente non turbaretur,ſed paruam quandam conſolationem in tãta mœroris magnitudine accipere poſſet, poſtquam docuit eum maliciæ illorum grauitatem, & quòd tempus vrgeat,exigens vt profunda ſectione incidantur,dicit ei:Illi quidem communi perditione interibunt. *At tu fac tibiipſi arcam.* Quid eſt,At tu:Quia nõ communicaſti eorum peccato, ſed omnem in virtutibus vitam peregiſti: ideo tibi impero vt extruas arcam

Rom.8.b

σωματικὰς βάσεις. demiſſionis, conderſionis.

cam ex lignis quadratis incorruptis. *Manifestius dat per arcam facies, & glutinabis intrinsecus & extrinsecus eam bitumine. Erit autem trecentorum cubitorum longitudo, & quinquaginta latitudo, & triginta cubitorum altitudo. Supra contrahens facies arcam, & in cubitum consummabis eius summitatem. Ianuam autem facies ab obliquis, cubiculis bicameratis & tricameratis facies eam.* Cō-
συγκατάβασιν demissionē vt prius. sidera* dignationem dei, & ineffabilem virtutem misericordiamq; omnem rationem transcendētem. Simul declarat & suam erga iustum prouidētiam, vt fabricet arcam illi imperās: ordinansq; interim modū in quem construenda, nempe in quam longitudinem, latitudinem & sublimitatem, & maximam ei consolationē affert, spem salutis per arcæ constructionem subscribens. Volebat autem illos quoque qui tam grauiter peccauerant, fabricatione arcæ admoneri, vt secum cogitarent quæ fecissent, resipiscendoq; indignationem non experirentur. Neque enim parum illis tempus denuò ad resipiscentiam concessum, donec fabricaretur arca: sed planè multum & sufficiens fuisset, nisi adeo ingrati & stupidi fuissent, ad erratorum emendationē. Verisimile enim, quòd quicunque ex eis vidit iustum qui fabricabat arcā, & causam extructionis scisciatus sit, & postea cognouerit diuinam indignationem, inde si voluisset potuisset ad suorum peccatorum agnitionem venire. Verum hæc illis nullam vtilitatem attulerunt, nō quia non potuerunt, sed quia noluerūt. Igitur postquam de construenda arca iusto præcepit, communicat & narrat ei etiam pœnę speciem, quam illaturus erat, & dicit: Tu quidem hanc para, sicut præcepi: ego autem vbi tu ædificium compleueris, etiam ea quæ ad te attinent tutafaciam. *Ego autem,* inquit, *inducam diluuium* aquæ super aquā: per ap terram, vt corrumpat omnem carnem, in qua est spiritus vitæ, subter positionē, si cœlum; & quæcunque fuerint super terram consumentur.* Vide
* ὕδωρ. i. *tamen recta scripturæ:* quo modo & per minas ostendit quàm grauia illi peccauerint, & inquit: Etenim eandem pœnam indu-
vti etiā lego apud septuag. cam, tam rationalibus, quàm rationis expertibus. Quia enim à sua dignitate, qua brutis præfuerunt, excidēre: dignum est vt inter illos & ista nulla sit pœnarum differentia. Inducam enim diluuium aquæ, vt corrumpat omnem carnem, in qua est spiritus vitæ subter cœlum. Et iumēta, inquit, & volatilia, & feras, & quadrupedia, & quęcunque sub cœlo sunt, consumentur. Et vt discas quòd nihil relinquatur, inquit: Et quæcunque sunt super terram cōsumentur. Nam purificatione orbis opus habet, sed hoc te non conturbet, neque mentem tuam cōfundat. Nam quia video vlcera eorum incurabilia, sistere volo maliciæ fluenta, vt ne grauioribus pœnis obnoxios se faciant. Idcirco etiam nūc pro sua misericordia cùm indignationem bonitate temperat, talem pœnam infert quæ sine dolore sit, & non sentiatur. Neque enim respiciēs ad ea quæ peccauerant, vel quæ meruerant: sed præuidens futura, & in hos congrua pœna animaduertere, & posteros ne ab his offendantur liberare volo. Ne igitur mœstus sis, nève turberis hæc audiens. Nam licèt illi dignam peccatis suis pœnam luēt, sed statuam testamētum meum tecum. Nam quia omnes priores indignos sese præstiterunt, neque de mandatis meis bene senserūt, tecum posthac statuam testamētum meum. Etenim protoplastus post tot beneficia imposturam passus, mādata mea transgressus est: & qui ex illo natus est, ipse in idem maliciæ profundum incidit, vnde & cōtinuam maledictionis pœnam accepit. Verùm neque illius pœnis posteriores emēdatiores facti sunt, sed mala sua ita coaceruarunt, vt & genealogiam ipsorum reprobarem. Sanè post hæc vt inueni

A Enoch, qui virtutis imaginem seruauit, quia valde mihi charus fuit, eum viuum transtuli: mōstrans omnibus virtutis cultoribus quantas mercedes & retributiones adipiscantur: volebam enim vt cæteri illius imitatores fierent, eandemq; viam ingrederentur. Cæterùm quia aliis omnibus postea maliciam sectantibus, te solum inueni in tanta multitudine qui primi parētis transgressionem reuocare possit, Tecum statuam testamentum meum. Nam bonæ tuæ vitę opera declarant fidelem te in susciipiendis mādatis meis. Denique ne adhuc iustus hæc audiens mœreat, quasi solus ipse liberandus sit, iterum consolatione eum, vt dicitur, demulcens, dicit:

Ingredieris autē in arcam tu & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum. Nam licèt multum à virtute iusti illius abfuerint, alieni tamē erant à grauioribus sui seculi peccatis. Aliàs quoq; ob duas causas salute potiti sunt. Vna
B in honorem iusti. Consuetudo enim misericordis dei est, honorē hunc dare seruis suis, vt propter eos saluentur & alij. Id quod & beato Paulo concessum est, magistro illi orbis, qui vsquequaque suæ doctrinæ radios emittebat. Quādoquidem cùm ille Romam nauigaret, *Actor. 27.* orta in mari tempestate magna, ita vt multi saluti suæ timerent, nullamq; bonam spem propter procellarum magnitudinem haberent, vocatis omnibus, dicit: Bono animo estote viri. Amissio enim animæ nullius erit ex nobis, præterquam nauis. Astitit enim mihi nocte hac dei, cuius sum, angelus, dicens: Ne timeas Paule: dedit enim tibi deus omnes qui tecum nauigant. Vidisti quo modo virtus viri salutem illis cōciliauit: imò non virtus tantum, sed misericordia domini. Ita simili modo & hoc loco factū est, & hæc prima causa est. Altera verò ista: Volebat semen aliquod & radicē ad posteri- †*fermētum*
C tatis constitutionem relinquere: non quòd impossibile ζύμην. i. esset deo iterum formare hominem, & ex vno generis *massam, cō-* iterū augmentū facere: sed quia hoc suæ bonitati pro- *spersionem.* babatur. Attende igitur dei bonitatē, etiam per ea quæ sequuntur. Nam sicut interminando pœnam, cum hominum genere & iumenta, & reptilia & volatilia, & feras peritura dixit: ita & hic propter iustum imperat, vt introducantur in arcam ex vnoquoque illorum genere par vnū, vt sit semē & primitiæ multitudinis postea futuræ. *Et ex omnibus,* inquit, *iumentis, & ex omnibus feris, & ex omni carne, bina ex omnibus induces in arcam, vt pascas apud te, masculus & fœmina erunt. Ex omnibus auibus volatilibus secūdum genus, & ex omnibus reptilibus repentibus super terram, secundum genus bina ex omnibus intrabunt ad te, vt pascantur apud temetipsum, masculus & fœmina.* Ne obiter hæc præterieris dilecte, cogita quantū pepererit iusto curarum tumultum,
D cogitanti apud se quantam hæc omnia curā exigerent. Non enim sufficiebat ei cura mulieris & puerorum, & nurium, sed & solicitudo tot brutorū & educatio annectebatur. Verùm paulisper expecta, videbisq; dei bonitatem, quo modo incumbentē iusto curā exoneret.

Tu autem accipies, inquit, *tibi ipsi de omnibus cibis, de quibus comeditis, & congregabis apud temetipsum, & erunt tibi & illis in cibū.*

Ne existimes, inquit, destitutum te mea prouidentia relinqui. Ecce enim præcipio vt quæ vestræ alimoniæ sufficiunt, & quæ ad alēda bruta spectant, omnia in arcam inferantur: ita vt nullam vel famem vel penuriam experiamini, & nec bruta pereant, vtpote cibum non habentia sibi conuenientem. *Et fecit,* inquit, *Noe omnia quæcunque sibi præcepit dominus deus, sic fecit.* Videas & hic encomium amplum. Fecit, inquit, omnia quæcunque præcepit ei dominus deus. Non aliud quidem opere exequebatur, aliud autem negligebat: sed omnia quæ

præcepta

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcepta erant,fecit. Et sic fecit,vt præcepta erãt ei,nihil intermisit,sed omnia impleuit.Et operibus suis probauit quòd iustè beneuolentiã dei assequutus sit.Quantis non coronis dignum fuerit testimonium hoc, quo à diuina scriptura fruitur iustus ille? Quis hoc fuerit beatior,qui omnia opere complenit quæ tibi à deo præcepta fuerunt, & tantam in iis quæ sibi imperata erant obedientiam declarauit? Et vt scias quãta ab omnium
Cap. VII. conditore prædicta sint,audi quæ sequuntur. *Et dixit*, inquit,*dominus deus ad Noe:Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam.* Deinde vt sciamus quòd gratia nõ solũ saluat iustum, sed & laborum retributiones dat, & virtutum præmia:dicit,Ideo tibi impero,vt tu & domus tua omnis in arcam ingrediamini: quia te vidi iustum coram me in generatione ista.Magnum & fide dignum testimonium. Quid enim hoc maius esset, cùm ipse conditor,& qui eum vt esset produxit,talia de iusto pronunciat? Quia te vidi iustum,inquit, coram me. Vera hæc virtus est,quando corã deo quis illam approbat,quando oculus ille qui decipi nequit,suum fert calculũ.Exin docẽs nos misericors deus mensurã virtutis, quantam tunc ab iusto exigebat (nõ enim eandem virtutis mensuram ab omnibus afferri vult, sed pro varietate tẽporum & virtutes differentes requirit) dicit: Quia te vidi iustum corã me in generatione ista,quæ tam mala,quę in tantam maliciam declinauit,quæ tantam ingratitudinem præ se fert.Te vidi iustum, te solum inueni gratum,te inueni virtutis rationem habere:tu solus coram me iustus apparuisti,omnibus aliis pereũtibus, te iubeo ingredi cum omni domo tua in arcam. Ex animalibus puris iubeo te introducere septena. Quia prius indistinctè præceperat, ex omnibus par vnum introduci: propter hoc nunc dicit: *Ex puris autem septena,ex impuris verò bina masculum & fœminam.* Postea autẽ causam docens subdit: *Vt seruetur semen super omnem terram.* Operæprecium autem hoc loco fuerit inquirere & videre, vnde sciebat iustus,quæ nam pura,vel impura? Nondũ enim erat distinctio hæc facta, quam postea Moses ludęis in legib⁹ suis statuit.Vnde ergo sciebat?à seipsone, & ab insita naturę suæ doctrina?num & ratio dictauit? Nihil enim immundum ex iis quæ deus fecit. Quo pacto enim immundam vocaremus vllam creaturã,quæ semel supernè à conditore approbata? Dixit enim diuina scriptura.Quia vidit deus omnia quæcũque fecit, & ecce bona valde. Sed postea natura à seipsa ita diiudicauit.Et quòd hoc sit verum, cõsidera quo modo in nõnullis locis, ab aliquibus abstinẽt aliqui vt immundis & non probatis, aliqui illis ipsis vescuntur cõsuetudine se ad hoc inducente: sic & tunc quoque erat. Ipsa scientia iusto insita, docebat, quæ nam ad cibum accõmoda,& quæ immunda,non quod ita sint,sed quòd pro immundis habeantur.Qua de causa,dic oro, asinũ immundum censemus, quanuis leguminibus tantum pascatur,alia autem quadrupedia cibo cõuenientia putemus, etiamsi immundo alimẽto pascantur? Ita scientia à deo nobis suppeditata,horũ est doctrix. Posset autem & aliter dici:Quia deus qui præceperat, idẽ etiam illorum cognitionem ei manifestam fecit.Cęterùm de mundis ac immundis satis dictum est. Verùm interim alia prospectat quæstio:quare ex immũdis bina,ex mũdis autẽ septena:& hæc quoque, quare non vel sex, vel octo, sed septem paria. Fortassis prolixius sermo ille se extendit:sed si non piget & vultis, breuibus de iis charitatem vestram docebimus,ea scilicet quę nobis diuina gratia concesserit. Multi enim varias de iis fabulas narrant, & hinc occasione sumpta, obseruationes numerorum ostentant.At nõ obseruatio, sed intempestiua hominum curiositas talia fingere molitur, vnde & multæ hæreses ortæ. Quod statim scietis: etenim frequenter (vt videamur quasi ex abundantia eos, qui ex suis opinionibus noua afferunt,compescere)inuenimus *Marc.6. & Luc.9.a* in scripturis copulæ numerum seruatum:quippe quando misit discipulos, binos eos misit. Ipsi autem omnes duodecim erant,& Euangelia quatuor numero. At superuacaneum fuerit hæc apud charitatem vestram cõmemorare, quæ satis didicit huiusmodi dictis obturare aures. Necessarium autẽ vt posthac doceamus quare septena ex puris introduci in arcam præceperit. Plura quidem præcepit ex mundis introduci, vt iustus,& qui cum illo erant,inde consolarẽtur, ex illis vsum habentes.Quòd autẽ septena,& hoc quoque, si causam discerետis,summum indicium est pię mentis iusti.Nam quia cognouit misericors deus viri virtutem:& quòd vt iustus & tãta domini fretus misericordia,vbi tantæ tempestatis effugisset periculum,liberatusq; fuisset à periculo, suam gratitudinem declaraturus, & pro gratiarum actione hostias & sacrificia oblaturus esset, vt ne hoc faciendo mutilaret paria:ideo dominus præscius huius gratæ mẽtis, iubet septena introduci ex singulis animũ generibus,vt cùm cessaret vniuersalis interitus,& suam mentẽ declararet,& cõiugia volatilium, cæterorumq; animalium non læderentur: id quod & procedẽte sermone discetis,vbi in eum locum peruenerimus. Videbitis enim iustum illũ hæc fecisse.Didicistis causam ob quam septena introducere præceptum fuit?Ne posthac tolleretis eos qui fabulari, aduersusq; diuinam scripturam insurgere, & quæ ex suo capite finxerunt introducere nituntur. Igitur postquam omnia clarè mandata fuerunt,& de auibus,& de mundis,& de immundis, & de alimentis, dicit iusto: *Adhuc enim septem dies sunt, & ego induco pluuiam super terrã,quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem substantiam quam feci à facie terræ ab homine vsque ad iumentum.* Attende obsecro,etiam ex iis quæ nunc dicta sunt bonitatis diuinæ excellẽtiam,quo modo post tantam longanimitatem etiam nunc ante septem dies prædicit: volens metu emendatiores illos reddere,& ad pœnitentiã reducere.Nã quòd ideo prędicit, ne ea quæ dicit, super eos inducat,considera Niniuitas:& attende quanta horum & illorum distantia. Quia cùm tot annis audissent quòd ante fores esset interitus,neque sic à malicia sua cessarunt.Et cõsueuimus quidem negligentiores esse, quãdo differtur & protrahitur punitio; At si vicini simus his quæ offendere possunt, tunc humiliamur, & plurimum ostentamus conuersionem:id quod & in Niniuitis contigit. Quandoquidem vbi audierunt quòd adhuc*tres dies, & Niniue subuertitur: non solum nõ desperauerunt,sed & ad dictum hoc exurrexere,tantamq; malorũ fecerunt missionem,& tam diligentem confessionẽ declarauerunt, vt & ad bruta vsque extenderent ea quæ attinebant ad pœnitentiam.Et quid hæc ad bruta, & sermone carentia?sed vt per hoc misericordiam boni domini sibi cõciliarent. Prædicato enim ieiunio, inquit,regis purpurati manda runt vt neque oues neque boues,neque alia bruta pabulum vel aquam acciperent:sed omne hominum genus tunc saccis amictũ, & ipse quoq; rex sublimi throno sedens, magnam & parem cum aliis egere pœnitentiam: feceruntq; hæc,licèt ignorarent an pœnam effugerẽt.Dicebant enim: Quis scit,si fortè pœniteat deus super*malicia,quam vt nobis faciat loquutus est?

Ionæ.3.b
**tres legũ Græci,Hebræi tri quadraginta.*

**malitia.*

Universidad de Deusto

est: Vidisti barbarorum gratitudinem? vidisti quo modo neque dierũ angustia segniores fecit? Vide & illos post numerum tot annorum, vbi audiuerunt quòd adhuc septem dies & diluuium inducitur, neque sic conuersos. Vnde in confesso fuerit, quòd voluntas nostra malorum omnium causa est. Ecce enim & hi & isti fuerunt homines, & eiusdem cuius alij naturæ, sed nõ eiusdem voluntatis. Propterea nec idem eorum euẽtus, sed Niniuitæ subuersionẽ subterfugerunt, cùm bonus deus eorum contentus esset pœnitentia propter suam misericordiã: sed isti submersi, in cõmuni abolitione perierunt. Adhuc enim, inquit, septẽ dies, & ego induco pluuiam super terram. Deinde magis augere volens terrorem, inquit: *Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.*

Quid? non erat ei possibile vt vno die totã pluuiam induceret? Quid inquam vno die? Vno momento posset: sed hoc dedita opera facit, volẽs simul & timorem incutere, & occasionem præstare, qua possent pœnam quæ iam in foribus esset, effugere. *Et delebo*, inquit, *omnem substantiam quam feci, à facie terræ, ab homine vsque ad pecus.*

Vide quo modo & semel & iterum prædicit, & neq; sic illos tangit. Omnia autẽ hæc faciebat, vt nos doceret quòd iustẽ eis tãtam pœnam inflixerit. Et nullus insipientiũ arguere & dicere posset: Si longanimior fuisset, fortè pœnitentiam egissent, fortè à peccatis abstitissent, & ad virtutem redissent. Eaq; de causa annorum quoque numerum manifestum nobis facit, & arcam fabricari iussit. Et post hæc omnia etiã ante dies septem prædicit, vt omnium temerè loquentium impudentes linguas compescat. *Et fecit*, inquit, *Noe omnia, quæcunque mandauit ei dominus deus.* Vide quo modo & nunc prædicat iusti gratitudinem, & obedientiam diuina scriptura: docens nos quòd nihil quod imperatum erat prętermiserit: sed omnibus impletis, etiam per hoc virtutis suæ specimen præbuerit. Illum igitur & nos imitemur iustum, & mandata à deo tradita implere studeamus, & leges à Christo nobis latas non despiciamus. Sonent autem cõtinuò in mente nostra, festinemus ad bona opera, diligẽtes & studiosi simus in his quę ad salutem nostram pertinent, præsertim cùm nunc longè maior virtutis mensura à nobis exigatur, quanto & meliora bona sortiti sumus. Ideo & Christus dicebat:
Matt.5.c Nisi abundãtior fuerit iusticia vestra quàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Consideremus hoc dictum, & non perfunctoriè transeamus: sed cogitemus quanta pœna futura eorum, qui non solum non operam dant vt illos transcẽdant, sed & deteriores illis sunt: neque hoc præstant vt iram remittant proximo, vel linguam à iuramẽtis seruent puram,
Matt.5.f vel oculum muniant à nocuo spectaculo. Et cum dominus præcipiat, non solum fortiter ferre si qua iniuria fuerimus affecti, sed & beneficia in inimicos largiter collocare. Ait enim, Et qui tecum iudicio cõtendere, & pallium tollere vult, dimitte & tunicam. Nos autem sæpe & proximo iniuriã facere nitimur. Et quãuis nobis imperatum sit non solum diligentes diligere (nam hoc, inquit, & publicani faciunt) sed & bene & amicè affectos esse in eos qui nos hostiliter infestãt: nos tamen ne amicis quidem parem charitatẽ exhibemus. Ea propter doleo & lugeo, quia video in nobis tantam virtutis raritatem, maliciam autẽ quotidie inualescere. Neque moratur gehennæ timor nostrum in mala cursum, neque regni desideriũ adhortari sufficit, vt in via virtutis ambulemus. Sed omnes, vt ita dicã, quasi oues erramus, & neque cogitamus terribilem illam horam, vel leges à domino nobis datas. Sed omnes ad hominũ opiniones spectamus, & gloriolã ab illis venamur, neque audimus Euangeliũ, dicens: Quo modo vos potestis credere, gloriam ab hominibus accipiẽtes, & gloriam quæ à solo deo est, non quærentes? Quemadmodum enim qui illam humanam desiderãt, diuina prorsus excidunt: ita qui diuinam sectantur cõtinuò, neque hac priuantur: id quod ipse prius promisit, Querite regnũ cœlorũ, & hæc omnia vobis adiciẽtur. Etenim eũ qui huius desiderio tenetur, sequũtur hæc omnia. Nam qui illuc mente sua celer volat, omnẽ præsentem prosperitatem quasi nõ esset, contemnit. Oculi enim fidei, quando vident ineffabilia illa bona, ne sentiũt quidem hæc visibilia: tantum inter hæc & illa interest. Sed neminem video, qui inuisibilia visibilibus præferat. Idcirco mihi mœror est, & indesinẽs dolor cordi meo: quia non experientia docti estis, & operibus. Neque dei promissiones, neque munerum magnitudo, regni desiderium & amorem nobis ingenerãt. Verùm adhuc humi reptãtes prælegimus terrena cœlestibus, præsentia futuris: & ea quæ prius auolant quàm spectentur, his quæ omnibus durant seculis: & momẽtaneam voluptatem, perpetuæ voluptati: breuem hanc præsentis vitæ felicitatem, æternis illis & fine carentibus bonis. Scio quòd aures vestras offendunt, & vellicant verba hæc, sed ignoscite. Auidus vestræ salutis hæc loquor, malẽs vos hic aliquantisper affligi æternam pœnam effugientes, quàm cum parua refocillatione perpetuam ferre pœnam. Nam si sermo meus in vobis proficit, & priorem tristiciam repelletis, & nunc maximè dum adhuc sanctæ quadragesimę tempus vobis reliquum est pusillum, poteritis peccata abstergere, magnamq; à deo misericordiam vobis conciliare. Non enim multis diebus opus habet dominus, neque tempore: sed si voluerimus, & in duabus hebdomadis corrigere peccata nostra poterimus. Nam si Niniuitas trium dierum pœnitentiam agentes, tanta dignatus est misericordia, multo magis nos non despiciet. Tantum verè pœniteamus, & desistentes à peccato, viam quæ ad virtutem ducit, ingrediamur. Enimuero de illis, Niniuitas dico, scriptura† di
Ioan.5.g cit, beatos eos prædicãs: Quia vidit deus, quòd discessit vnusquisque à via sua mala. Igitur si viderit, quòd & nos nunc virtuti iunxerimus, & à malo destiterimus, festinemusq; ad bonorum operationẽ, approbabit & nostram conuersionem, & sarcinis peccatorum exoneratis sua largietur dona. Neq; nos hic à peccatis liberi esse & saluari cupimus, sicut ipse cupit & adesse festinat, vt & ab illis liberos nos faciat, & salute potiri concedat. Eapropter obsecro, excitemus nostras mentes: sui quisque scrutator sit, an quid amplius à se præterito tempore cum laude gestum sit, vel quam vtilitatem habuerit ex continua hac doctrina: vel quid quod proximo seruiat, fructũ collegerit, vel quæ à se prætermissa & negligentius gesta correxerit, vel quam promotionẽ melioris vitæ ex his nostris quotidianis acceperit admonitionibus, vel quid bonis suis operibus adiecerit. Nunquam enim quiescẽdum est à bona hac operatione. At si quis viderit cõsuetudinem suam adhuc prænalere, & se in iisdem perseuerare, cogat mentem suam suæ desidiæ rationem reddere: nec sinat progredi vlterius, sed ibi consuetudini finem imponat, moretur concitatum †*Cogitet mẽ* cursum, coërceat cogitationes, in mente reuoluat hor- *se hui⁹ hor* rendum illum diem. †Cogitet quid horror ille pariat, *rẽdæ sump-* & impetum ignis inde resilientis, & cõflagrantẽ vim, *tionem:* & & qualem conueniat esse accedẽtis mentem. Ab omni *splendorẽ* macula,

testatur di cens inter pres pro μαρτυρῶ σα legisse videtur μα χαιρόμενα Iona.3.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

macula, ab omni labecula sit pura & illicitarum cogitationum assultus repellat, & familiaritatem subuertat: vt sic interim diebus istis nosipsos queamus moderari, ac vt, quantum fieri potest, purificati, participes fieri præsentis istius sumptionis & ineffabilium illorum bonorũ quæ promisit diligentibus se, gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi: cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

vt scilicet de nõsa corporis christi sumẽdi hæc intelligantur, vt quæ sub festum paschę dicerentur.

Nec autem annorum erat sexcentorum, & diluuium aquæ factum est super terram.
Homilia XXV.

ARgumentum de quo heri charitati vestræ disserui, denuò attingam, & iusti Noë historiam iterum in medium afferã. Magnæ enim virtutum iusti diuitiæ sunt, nostriq; officij est omnibus pro nostra virili disquisitis, curare vt vestræ opes hinc auctiores fiant. Cæterũ obsecro attenta mente adsitis, vt ne sententias, quæ hic latent, ignoretis. Operæprecium autem fuerit, prius charitati vestræ commemorare, vbinam heri docendi finem fecerimus, vt inde hodie sermone repetito, dicẽda dictis rectè contexamus. Sic enim manifestiora nobis erũt etiã ea quæ nunc dicuntur. Vbi ergo quæ docebamus heri, finem habuerunt? Dixit, inquit, dominus deus ad Noë: Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam: quia te vidi iustum coram me in generatione ista. Ex iumentis tuis mundis induc ad te septena: & ex iumentis quæ non sunt munda, bina. Adhuc enim septem dies, ego inducam pluuiam super terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem substantiã quam feci à facie terræ, ab homine vsque ad pecus. Et fecit Noë omnia quæ præceperat sibi dominus deus. Hucusque procedebat sermo, hic docendi finem faciebamus. Fortasis & ipsi meministis †quam charitati vestrę causam reddiderimus] quare deus ex mundis septena, ex immundis bina introduci iusserit. Age ergo hodie accedamus ad ea quæ consequenter lecta sunt, & videamus quid nobis diuina scriptura dicat post ingressum Noë in arcam. Nunc enim maximè, si vllo alio tempore, decet vt amplius sit nostrũ studium, cum ob ieiunij tempus & dulcissima vestra consuetudine magis fruimur, & à voluptatibus voracitateq; liberamur, excitatisq; mentibus, dictis diligenter attendere possumus. Dicendum igitur, vnde hodie lectio cœpta est. *Noe autem erat annorum sexcentorum*: inquit, *& diluuium aquæ factum est super terram.* Attendite obsecro, & ne perfunctoriè dictum prætercurratis. Habent enim latentes diuitias breuia hęc verba. Quòd si mentem intenderimus, licebit ex istoc ipso misericordiæ domini excellẽtiam, maliciæq; hominum, qui tunc erant, abundantiam deprehendere. *Noe autem annorũ erat*, inquit, *sexcentorum.* Nõ absque causa annorum Noë numerum nos docuit diuina scriptura, neque vt istuc ipsum discamus quot annorum fuerit iustus: sed quia prius nos docuit scriptura, dicens: Noë autem erat annorum quingentorum: & postquam nobis annorum manifestauit numerum, tũc narrauit immodicam hominum in malum propensionem. Et quia incumbebat cogitatio hominum diligẽter in mala à iuuentute, ideo dixit deus, Non †permanet spiritus meus in hominibus istis, eo quòd ipsi sint carnes: prænunciando eis indignationis suæ excellentiam. Deinde vt daret eis idoneum tempus, quòd sufficeret pœnitentiæ, vt effugerent, & indignationem non experirentur, dicit: Erunt autem dies eorum anni centum & viginti: hoc est, adhuc lõganimis ero etiam post quingentos illos annos, in quibus iustus iste suo nomine satis omnes illos admonebat & inducebat, siquidẽ attẽdere voluissent, vt & à malicia desisterẽt & virtuti vacarent. Veruntamẽ & nũc polliceor me annos centum viginti longanimẽ futurum, vt tempore hoc quod intercedet, non abutantur, maliciam fugientes, & virtutem amplexantes. Et non solum contentus fuit centum & viginti annorum promissione, sed iusto præcepit vt arcam construeret, quò & ipse aspectus arcæ iis sufficientem memoriam suggereret, & nullus ignoraret inferendæ pœnæ magnitudinem. Nam istuc ipsum, quod iustus ille, & qui in summum virtutis peruenerat fastigium, tanto studio extruebat arcam: satis esse debebat ad iniiciendum omnibus, quibus mens erat, angorem & formidinem, & persuadendum vt placent tam mansuetum & misericordẽ dominum. Nam si barbari illi, Niniuitas dico, quos iterum in medium adducere operæprecium est, vt etiam hac ratione magis demonstretur & horum excellens malicia, & illorum ingens gratitudo. Etenim dominus noster in die illo terribili, iudicij inquam, seruos & seruos in medium producens, sic condemnationem facit, quando monstrantur ij qui eadem bona sortiti erant, & eorundem participes non eandem exercuerant virtutem. Sæpe autem etiam ex inæqualibus comparationes facit, vt magis desides & peccatores condemnet. Quapropter & in Euãgelio dicebat: Viri Niniuitæ resurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Ionas hic: quasi diceret, Barbari quorum nulla cura est habita, qui prophetarum doctrinas nõ audierunt, qui signa non viderunt, qui miracula non spectarunt: sed auditis tantum vnius hominis in naufragio seruati verbis, quæ eos magnam desperationem afferendo consilij inopes facere poterant, ita vt etiam contemnerent quæ dicebantur: non solum non despexerũt prophetæ verba, sed & in trium dierum angustia deprehensi, tam diligentem & studiosam fecere pœnitentiam, vt & sententiam domini reuocarent. Illi igitur, inquit, cõdemnãbunt generationẽ hanc, cui tanta cura contigit, quæ prophetarũ libris enutrita, quæ signa & miracula quotidie spectauit. Deinde vt & istorum incredulitatis eminentiam ostenderet, etiam illorum ineffabilem virtutem subdit: quia pœnituerunt ad prædicationem Ionæ, & ecce plus quàm Ionas hic. Niniuitæ quidem, inquit, viso abiecto homine Iona, & eius susceperũt prędicationem, & consummatam fecerunt pœnitentiam. Isti autem videntes multo maiorem quàm Ionas erat, ipsumq; vniuersi dominum secum simul versantẽ, tantaq; ac talia miracula operantem, leprosos mũdantem, mortuos suscitantem, cæcitates naturæ corrigentem, dæmones expellentem, morbos curantẽ potestate multa, peccatorũ remissionem præbẽtem: non illam quam barbari, declarauerunt pœnitẽtiam. Verùm ad sermonis nostri contextum redeamus, vt videas quàm immodica istorum fuerit ingratitudo: & quòd Niniuitæ in triduum coartati, neque sic de salute sua desperarũt, sed ad pœnitentiam accelerauerunt, & peccata abluerunt, misericordiaq; domini sese dignos exhibuerunt. Isti autem, de quibus nunc sermo, tempus centum & viginti annorum ad pœnitentiam acceperant, neque aliquid inde lucri fecerunt. Proinde dominus videns in multam illos excidisse maliciam, celerem ipsis inducit correctionem, aboletq; & è medio tollit peccandi furorem.

† quando charitati vestræ causam reddidimus.]

† permanebit.

Matth. 12. Luc. 11.

Universidad de Deusto

rorem. Propter hoc dicit: Noë autem erat annorum A sexcentorum, & diluuium aquæ factum est super terram. Iam didicimus quòd quando indignatio & prædictio domini facta est, Noë fuit annorum quingentorum: quando autem inductum est diluuium, sexcentorum: ita interceſſerunt anni inter prædictionem & diluuium, centum: & in iis annis ne tantillum quidem profecerunt, licèt tantopere docerentur à Noë arcam fabricante. Iam si fortè quis quærat: Quare cùm dixerit dominus, centum viginti anni erunt dies eorum: promiſeritq; ſe tanto tempore longanimitate vſurum, antequàm implerentur anni promiſsi, vniuerſale introduxit excidium? Etiã hoc ſuæ miſericordiæ maximum eſt argumentum & indicium. Nam quoniã vidit quotidie incurabiliter illos peccare, & non ſolum nihil ex indicibili longanimitate ſua proficere: ſed & increſcere vlcera, propterea ſuccidit tempus, vt ne maiori ſcilicet pœnæ ſe obnoxios facerent. Et quæ (inquit aliquis) hac maior eſſet pœna? Eſt planè, eſt dilecte, pœ- B na & maior, & terribilior, & durans: nempe quæ in futuro ſeculo. Nam qui pœnam hic ſuſtinent, & illic non effugiunt, ſed leuiorem ſortiuntur ob eam quam hic tulerunt, ij magnitudinem eorum quæ illic ſunt tormentorum minuunt. Audi enim Chriſtum dicentem,

Luc.10.c & miſeram vocantem Bethſaida: Væ tibi Chorozaim, inquit, Væ tibi Bethſaida: quia ſi in Sodomis factæ eſſent virtutes illæ quæ factæ ſunt in vobis, olim in ſacco & cinere pœnitentiam egiſſent. Idcirco dico vobis, quia tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhę in die iudicij, quàm vobis. Vides dilecte, quo modo cùm dicit, tolerabilius erit, oſtendit quòd licèt tantam hic pœnam dederint, & incendium illud nouum & rarum tulerint, & alibi pœnam ſuſtinebunt, veruntamen C leuiorem, eo quòd prius hic tantam experti ſint indignationem. Vt igitur & ij peccata coaceruantes, maioribus ſe pœnis obnoxios non facerent, dominus miſericors & benignus duriciã illorũ pœnitere neſciam videns, tempus quo ſe longanimẽ futurũ promiſit, abbreuiauit. Nã ſicut eis qui admonitionibus ſuis prõptè parent, ob bonitatem ſibi peculiarem ſentẽtias ſuas re-

†conuerſus. uocat, & †conuerſis appropiat, ab imminentibus pœnis eos liberãs, ita quoque cùm promittit vel bona aliqua ſe præbiturum, vel pœnitentiæ tempus, videt autẽ fieri

Hier.18.b indignos, etiam tũc quoque ſuas promiſsiones reſcin-

** πέρας. finẽ, vel, denique, ſiue, ad ſummã, aduerbialiter.* dit. Quocirca & per prophetã dicebat: *Finem loquar ſuper gentes, & ſuper regna, vt perdam & effodiam: & ſi pœnitentiam egerint, agam & ego pœnitentiã ſuper his quæ loquutus ſum vt faceram. Et iterum, finem loquar ſuper gentes & regna, vt reædificem: & ſi peccauerint, pœnitentiam & ego agam ſuper his quæ loquutus ſum vt facerem eis. Vidiſti quo modo & à nobis occaſiones accipit, tam miſericordiæ, quam erga nos declarat, quàm indignationis? Idcirco etiam nũc tempus reſecat, cuius longitutidine abutebantur: Beatus quoque

Rom.2.a Paulus ad ſtupidos illos, qui propter pœnitentiam, datam nobis ſalutem non aduertunt, dicebat: An diuitias benignitatis eius, & patientiæ & lõganimitatis cõtemnis, ignorans quòd benignitas dei ad pœnitentiam te prouocat: ſecundum autẽ duriciã tuam, & cor pœnitẽtiæ neſcium, theſaurizas tibimetipſi irã in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei? Vidiſti quo modo & eximius ille doctor orbis clarè nos docuit, quòd qui longanimitate dei ad pœnitentiã nobis conceſſa abutuntur, maiori pœnæ & ſupplicio ſemetipſos obnoxios faciunt? Et hac de cauſa etiã nunc miſericors deus, quaſi

ſatisfacturus nobis, rationemq; reddens quare antequã promiſſum tempus impleretur, diluuiũ induxerit, annorum iuſti numerum ponit, & dicit: Noë autem erat annorum ſexcentorum. Nam qui in centum annis cõuerti noluerint, quid amplius proficerent ex annis viginti, quàm quòd plura adiicerent peccata? Enimuero monſtrãs ineffabilem ſuã miſericordiam, & excellentem bonitatẽ: non refugit etiam ante ſeptem dies, quin prædicet eis diluuium mox inducendum, vt vel anguſtia temporis correpti, conuerſionẽ aliquam oſtendãt. Et vide miſericordiã domini, quo modo quaſi bonus aliquis medicus, varijs viis morbũ eorum curare tentat. Nam quoniam incurabilia eorũ erant vulnera, tam prolixum eis tempus præſcripſit, volens etiam ſi in tanto tempore agnoſcerent & reſipiſcerent, reuocare indignationis ſuæ ſentẽtiam. Semper enim mos ſuus eſt, quoniam noſtræ ſalutis curam agit, prædicere quas pœnas ſit illaturus, ob hãc tantum cauſam ne inferat, quas ſi inferre vellet, neutiquam diceret: ſed ſtudioſè prædicit, vt cùm nos didicerimus, & timore emendatiores facti conuertamus ipſius indignationem, & ſententias irritas faciamus. Nihil enim eſt, quod ita illum exhilaret, atque conuerſio noſtra, & à peccato ad virtutẽ regreſſus. Animaduerte igitur quo modo & iſtorum valetudinem induſtria quadam curare nititur. Nã prius tantum temporis ad pœnitẽtiam dedit. Dein vbi vidit eos quaſi inſenſati eſſent, ita ſe gerere, nihilq; proficere temporis longitudine, iam cùm in foribus ipſis eſſet, vt dicitur diluuium, iterũ prænunciat, non ante tres dies, ſicut de Niniuitis dicitur, ſed ante ſeptem. Et fidenter dixerim, excellentiã miſericordiæ domini noſtri ſciẽs, ſi vel in ſeptem diebus iuſtã pœnitẽtiam agere voluiſſent, effugiſſent vtiq; diluuij periculũ. Itaque quoniam neque productio tanti temporis, neque coarctatio à malis eos abducere potuit, induxit diluuium in ſexcẽteſimo anno Noë. *Noe autem*, inquit, *ſexcentorum annorum erat & diluuium aquæ factum eſt ſuper terram.* Vidiſtis dilecti quantæ nobis vtilitatis materia facta ſit, cognoſcere numerum annorum iuſti, & quot annorum erat quando diluuium venit? Age progrediamur ad ea quæ conſequenter dicuntur. Nam vt cœpit diluuium, inquit: *Ingreſſus eſt autem Noe & filij illius & vxor illius, & vxores filiorum illius in arcam, propter aquam diluuij: & ex volatilibus mundis, & ex iumentis, & ex reptilibus, bina. Ex omnibus intrauerunt ad Noe in arcam, maſculus & fœmina, ſicut præceperat dominus Noe.* Non abſque cauſa ãddidit, Sicut mandauit dominus Noë: ſed vt iterum augeret laudem iuſti, quòd omnia impleuerit ſicut præceperat, & quòd * *primo & ſexcẽteſimo in græco copia regia bibliotecæ non legitur, in biblijs tamen græcis impreſſis habetur primo & ſexcẽteſimo, ſed male additur primo, hoc enim ſcribitur poſt diluuium.* D nihil ex dictis prætermiſerit. *Et factum eſt poſt dies ſeptem, ſicut promiſerat*, inquit, *dominus & aqua diluuij facta eſt ſuper terram * primo & ſexcenteſimo anno vitæ Noe, menſe ſecundo, vicesimo & ſeptimo menſis.* Vide ſcripturæ diligentiam, quo modo non ſolũ nos docuit quo anno factũ ſit diluuium, ſed & quo menſe & die. Et vt maiori narratione emendatiores reddat poſteros, terrorem quoque factorũ latius dicit: *In die iſto rupti ſunt omnes fontes abyſſi, & Argẽtorati cataractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Vide quanta dicendi attemperatione vtitur etiam nunc ſacra ſcriptura: omnia enim iuxta humanam conſuetudinem loquitur: non quòd cataractę & feneſtrę ſint in cœlo, ſed omnia per familiaria nobis verba loquitur, quaſi diceret: Præcepit tãtum dominus, & ſtatim aquarum natura mandato cõditoris obediuit, & vt confluxit, totum orbem inundauit. Iam quòd quadraginta diebus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

quadraginta noctibus inductum est diluuium,& istuc- A ipsum bonitatis maximum specimen est. Volebat enim propter magnam misericordiam, etiam aliquos ex eis castigatos generalem hanc internecionem effugere, cùm ante oculos viderent proximos suos perire, & imminere sibi communem interitum. Verisimile enim est primo die bonam aliquam partem diluuio periisse, & secundo die accreuisse aliquid diluuij: & similiter die tertio, & quarto, & reliquis. Atque ita in quadraginta dies, & quadraginta noctes produxit, vt omnem defensionis prætextũ adimeret. Nam si voluisset ac imperasset, potuisset omnia in vno momento perdere diluuio, sed pro sua misericordia tanta dierum productione vsus est. Deinde dicit: *In die illa intrauit Noe in arcam, & Sem, & Cham, & Iaphet, & vxor Noe, & tres vxores filiorum illius, & omnes bestiæ secundum genus sicut præceperat dominus deus Noe.* Quando, inquit, cœpit diluuium, secundum præceptum domini, intrauit Noë in B arcam cum filiis & vxore sua, & vxoribus filiorum suorum, & omnes bestiæ secundum genus. *Et clausit*, inquit, *dominus deus deforis eius arcam.* Animaduerte etiam hic verbi ad nostram infirmitatem accommodationem. Clausit dominus forinsecus illius arcam, vt doceat quòd securum fecerit iustum. Quapropter adiecit, forinsecus, ita vt ne ne posset videre iustus generalem omnium interitum qui fiebat, vnde maiori dolore conficeretur. Nam si expendisset secũ atrocissimam illam tempestatem, descripsissetq; in mente humani generis perditionem, communem brutorum omnium interitum, & hominum, & iumentorum, & ipsius terræ (vt ita dicam) abolitionem, mœsticia correptus & valde turbatus fuisset. Bonorum enim virorum animæ magnam compassionem habere solent, si quando vi- C dent puniri homines, etiam si mali sint qui pereunt. Et inuenies omnes prophetas & iustos plurimum pro il-
Gene.18.c.d lis deo supplicare, sicut patriarcha pro Sodomitis faciebat, sicut & prophetæ continuò facere solebant. Et-
Ezech.9.d enim vnus quidem dicebat, Heu mihi domine, dele-
Habac.1.d bis tu reliquias Israël? Alius autem, inquit: Facies homines sicut pisces maris, non habentes ducem? Igitur quia alioquin iustus confundebatur mente, & turbabatur, vt non & spectaculi tristis aspectu magis cruciaretur, in arca illũ quasi in carcere includit, vt ne oculis prospiciens metuere inciperet. Verisimile enim est, si vidisset inundationem tot aquarum, anxium futurum fuisse ne & ipse aquis periret. Eius igitur curam gerens misericors deus, non permisit ipsum vel aquarum spectare sæuiciam, vel videre hominum excidium, & communem orbis internecionem: Ego autem quando reputo D mecum, in arca iusti huius vitam, obstupesco & miror, & iterum dei misericordiæ totum adscribo. Nam nisi illa confirmasset illius mentem, & difficilia leuia fecisset, quo modo, dic oro, ferre potuisset? Erat enim ibi inclusus, quasi in carcere & custodia. Et quo modo potuisset, dic, aduersus tantos fluctuum impetus obsistere? Homines enim qui in naui sunt, & velo vtuntur, & gubernatorem ad clauum sedentem vident, & sua arte ventorum vi obsistentem, si quando fluctuum vidẽt insaniam, enecantur metu, & saluti suæ (vt dici solet) timent. Quid igitur dicet aliquis de iusto hoc qui quasi in carcere (vt dixi) sedẽs, hinc & inde circunferebatur, neque cœlum videre, neque aliquò oculos vertere valens: sed intus tenebatur, nihilq; prorsus videre poterat, quod consolationem afferret? Et ij quidem qui in mari nauigant, etiam si exurgant alti fluctus, possunt

subinde in cœlum suspicere, & cacumina mõtium videre, & ciuitates magnas spectare, sicq; aliquantam cõsolationem capere. Quòd si grauior & intolerabilior fuerit tempestas, vndecim vel paulò pluribus diebus, & post multas illas tempestates, & pericula in terram eiecti, & paululum refecti, omnium illarum molestiarum obliuiscuntur. Hic autem nihil tale, sed anno toto nouum & rarum illum carcerem inhabitat, neque aërem respirare valens. Quo modo? vndequaque enim arca munita erat, quo modo subsititit? quo modo durauit? dic mihi. Nam si ferrea & adamantina illis fuissent corpora, quo modo potuissent, qui neque aëre fruebantur, neque vento, qui non minus quàm aër ad refocillanda corpora nostra factus est: neque oculos pascere poterant, aut cœli, aut terræ floribus pictæ spectaculo? Quo modo non excæcati oculi eorum, qui tandiu ibi egerunt? Et si humanis rationibus hęc deprehendere volumus, & illud cogitandum vnde fluuialis & potabilis aquæ copiam habebant in arca viuentes. Et vt hæc præteream, quo modo potuit iustus ille cum filiis & vxoribus conuersationem cum feris & aliis animalibus ferre? Quo modo tulit fœtorem? Quo modo tulit cohabitationem? Et quid dico? quo modo bruta ipsa potuerunt durare, & non perire in tanta temporis longitudine, quæ neque aërem attrahere valebant, neque moueri, sed in vno loco coercebantur? Scitis enim clarè, quòd & nostra & brutorum natura, etiam si aëre fruamur, aliisq; omnibus, continuò autem in vno loco simus inclusi, perit & corrumpitur. Vnde igitur potuit iustus cum omnibus qui in arca erant, tanto durare tempore? Nõ aliunde quàm ex superna gratia, cui omnia sunt possibilia. An non arcam hinc & inde moueri, & non submergi à tanta aquarum vi, cùm nullus esset gubernator, supernæ erat gratiæ? Non enim dicere potes, quòd fuerit ad modum nauis, vt arte quadam illius iter dirigi potuerit. Arca erat vndequaque munita: & propter præceptum conditoris, *non solum eam lædere non potuit aquarum impetus, sed & sublimior illis facta, inhabitantes admodum securos fecit.* Quando enim deus operatur aliquid, dilecte, noli humana ratiocinatione exquirere quæ fiunt: transcendunt enim mentem nostram, & nunquam potest humana cogitatio attingere & comprehendere, eorum quæ à deo condita sunt, rationẽ. Proinde par est, nos audientes quod deus imperauit, obedire & credere iis quæ ab illo dicuntur. Nam cùm conditor sit naturæ, omnia componit & transformat, prout sibi videtur. Et clausit dominus deus forinsecus illius arcam. Magna huius iusti virtus fuit, & fidei excellentia. Illa ipsa enim arcam fabricari fecit, & cohabitationem æquo animo ferre, coarctationemq; sustinere, & conuersationem cum feris reliquisque brutis animalibus. Hinc est quòd & beatus Paulus eius mentione facta prædicans illum, cla- *Hebr.11* mabat, dicens: Per fidem oracculo admonitus Noë † ea † *de his qui* quæ nondum videbantur Jveritus, apparauit arcam ad *nõdũ vide-* salutem domus suæ, per quam condemnauit mun- *bantur.*] dum, & eius quæ secundum fidem est, iusticiæ factus est hæres. Vidisti quo modo fides in deum, quasi secura quædam ancora, fecit vt arcam fieri curaret, & inhabitationẽ sustineret? Nam hæc illi & salutis fuit occasio, per quam, inquit, condemnauit mundum, & eius quæ secundum fidem est, iusticiæ factus est hæres: nõ quòd ipse fuerit iudex, sed comparationis gratia, condemnationẽ dominus inducit. Cùm enim eadem habuerint quæ iustus, non tamen eandem veritatis viam ingressi

sunt,

sunt, per fidem qua præditus fuit, condemnauit eos qui tantæ fuerunt incredulitatis, vt prædictioni nō crederent. Ego autem supra omnia virtutem iusti admiror, dominiq; bonitatē & ineffabilem misericordiā, quando considero, quo modo potuerit versari in medio bestiarum, leonum dico, & pardorum, & aliarum immitium ferarum. Recordare hic dilecte, obsecro, quantæ dignitatis fuerit protoplastus ante inobedientiā: & dei bonitatem animo obserua. Posteaquam enim præuaricatio hanc potestatem nobis datam mutilauerat & imminuerat, inuenit autem bonus deus aliū virū, qui potuit innouare imaginem pristinam, & seruare virtutis characteres, magnamq; in mandatis dei obedientiam prę se tulit, ad primum suum honorem iterum reducit, quasi docens nos operibus, quātam potestatem Adam ante inobedientiam habuerit. Virtus itaque iusti, diuina misericordia adiuta, primum reparauit dominium, agnoueruntq; bestiæ iterum subiectionē. Cùm enim illę viderint iustum, obliuiscuntur naturæ suæ: imò nō naturæ, sed ferociæ, & naturæ insitam ferociam in māsuetudinem conuertunt. Et vide interim quid & Danieli euenerit. Hic enim cùm à leonibus circundaretur, quasi ab ouibus stiparetur, sic intrepidè viuebat. Quandoquidem iusti fiducia ferarum naturam frenabat, nec sinebat vt agerent ea quæ feræ solēt. Simili modo etiam egregius ille magna facilitate ferarum ferebat conuictum, & neque loci angustia, neque tēporis productio, neque quòd sic inclusus erat, & aërem respirare nō posset, morosum & difficilem reddebant: sed ob fidem in deum omnia ipsi facilia videbātur. Et sic versabatur in graui illo carcere, sicut nos in pratis & lucis. Præceptum enim domini difficilia, facilia sibi videri faciebat. Talis enim iustorum mos est, vt quando aliquid propter deum ferunt, non res ipsas quæ fiunt spectent, sed causam secum expendētes, facilè omnia ferant. Quandoquidem & Paulus, gentium doctor, vincula, ad tribunalia abductiones, quotidiana pericula, multas illas & intolerabiles afflictiones, leues vocabat: non quòd natura tales essent, sed quia causa propter quam fiebāt, talem ei sententiam ingenerabat, vt neque aduerteret,
1.Cor.4.d si quæ grauia talia obuenirent. Audi enim illum dicentem: Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ, mirè supra modum, æternum pondus gloriæ parit nobis. Expectatio, inquit, gloriæ quam assequemur, & perpetuæ illius felicitatis, leuiter nos facit ferre continuas illas afflictiones, leuesq; eas haberi. Vidisti quo modo amor in deum grauitatem molestiarum imminuit, neque sentiri sinit, cùm nos inuaserint? Sanè ob hoc & beatus ille omnia suauiter ferebat, vtpote qui fide & spe in deum pascebatur. *Et clausit*, inquit, *dominus deus desoris illius arcam, & factum est diluuium quadraginta diebus, & quadraginta noctibus super terram, & superferebatur arca.* Attende iterum quo modo narratione augeat terrorem, & aggrauet factum. *Factum est enim*, inquit, *diluuium quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & multiplicata est aqua, & eleuauit arcam, & exaltata est à terra: & inualuit aqua, & multiplicata est valde super terram, & superferebatur arca super aquam: aqua autem inualescebat valde valde super terram.* Vide quo modo diligenter narrat magnam aquarum vim, & quotidianum sæuiciæ illarum incrementum. *Inualescebat enim aqua*, inquit, *valde valde: & occultauit omnes montes excelsos, qui erant sub cœlo. Quindecim cubitis in sublime exaltata est aqua, & operuit omnes montes.* Meritò ordinauit deus claudi arcam, vt ne videret iustus quæ fiebant. Nam si nos post tot annorum numerum, & post tot secula, audientes duntaxat scripturę narrationē, metu & stupore corripimur: quid verisimile est iustū illum fuisse passurum, si quidem oculis vidisset intolerabilem illam abyssum? Quo modo enim potuisset vel ad breue tempus resistere? an non statim primo aspectu defecisset anima illius tota, & tam graue ac molestū spectaculum ferre vltrà non potuisset? Cogita hic dilecte, quo modo nūc cùm paruus imber ingruit, in angore sumus, & de vniuerso, deq; ipsa quodam modo vita desperamus. Quid igitur verisimile erat, iustum illū tunc fuisse passum, si ad tantam sublimitatem vidisset exaltatas aquas? Super montes enim, inquit, quindecim cubitis exaltata est aqua. Recordare igitur hic dilecte, quæ à domino dicta fuerint, quando dicebat: Non permanet spiritus meus in hominibus istis, eò quòd ipsi sunt carnes. Et iterū: Corrupta est terra, & impleta est terra iniusticia. Et vidit dominus terram, & erat corrupta: quia corruperat omnis caro viam suam. Itaq; quia plenus erat malicia, purificatione orbis indigebat, & opus erat ab eo omnem maculam ablui, & omne fermentum prioris maliciæ sustolli, & neque vestigium maliciæ relinqui, & quasi reelementationem quandam fieri. Et sicut bonus artifex, si quando videt vas aliquod inueteratum à rubigine quasi consumi, iniecto eo in ignem, facit vt quicquid habet rubiginis deponat, & transformans in pristinum decorem reducat: Ita & dominus noster totum orbem hoc diluuio purgauit, & à malicia hominum (vt ita dicam) & à coinquinatione & corruptione multa liberauit, & denuo eius clara restituta facie pulchriorem fecit, ita vt non permiserit vel vestigium prioris deformitatis relinqui. *Exaltata est*, inquit, *super montes quindecim cubitis aqua.* Non abs re narrat hæc scriptura, sed vt discamus quòd non solùm homines & iumenta, & quadrupedia, & reptilia submersa sint, sed & volucres cœli, & quæcunque in montibus degunt, feras dico, & alia bruta animalia. Et ideirco dicit: Exaltata est super montes quindecim cubitis aqua: vt discamus sententiam domini opere impletam. dixerat enim: Adhuc septem dies, & inducam diluuium super terram, & delebo omnem substantiam quam feci à facie terræ, ab homine vsque ad pecus, à reptilibus vsque ad volatilia cœli. Hæc nobis à scriptura narrantur, non vt tantùm sciamus in quantam altitudinem aquæ peruenerint: sed vt simul videamus nullum omnino animal, vel feram, vel iumentum relictum esse, sed omnia cum humano genere deleta. Quoniam propter ipsum omnia producta erant, vnde abolendo eo, merito & hæc abolenda erant. Postea vbi docuit nos in quantam altitudinem sublimata fuerit aquarum natura, nempe quòd transcenderit alta montium cacumina quindecim cubitis, solitam suam diligentiam seruans dicit: *Et mortua est omnis caro, quæ mouebatur super terram, volatilium & iumentorum, & ferarum, & omne reptile quod mouebatur super terram: & omnis homo, & omnia quæcunque habent spiritum vitæ, & quicunque erat super aridam mortuus est.*

Neque hoc simpliciter & absque causa dixit: Et omnis qui erat super aridam, sed vt te doceat quòd omnes quidem perierint, iustus autem solus cum omnibus iis qui in arca erant seruatus sit. Nam isti (iuxta mandatum domini) relicta arida, arcam conscenderant.

Et deleuit omne surgens quod erat super faciem omnis terræ, ab homine vsque ad pecus, & reptilia, & volatilia cœli, & deleta sunt de terra. Vide quo modo & semel, & iterum atque sæpius communem omnium interitum docet factum, & nihil quod erat effugit: sed sub aquis suffocatum est

Universidad de Deusto
Biblioteca

omne,tam hominum,quàm brutorum genus. *Et relictus est*, inquit, *solus Noe, & qui cum illo in arca. Et exaltata est aqua super terram, centum quinquaginta diebus.* Tot diebus mansit sublimis illa aquarũ altitudo. Iterum etiam hic cogita iusti magnanimitatem, & excellentem fortitudinem. Quid non passus est animo concipiens, ac videns(vt dicitur)mente corpora hominum & iumentorum,mundorum & immundorum, communem mortem sustinentia,& simul commista, nullumq; in omnibus discrimen? Præterea quid passus est, quãdo apud se recogitabat solitudinem, vastitatem, vitam illam doloribus plenam,omni solatio vndequaque destitutam, neque colloquio, neque aspectu iucundam: & ignorabat quanto tempore ferenda in illo carcere conuersatio?Sic enim strepitus aquarum,& æstus timorem in illo quotidie crescentem generabant.Quid enim iucundi suspicari ipse poterat, qui videbat centum quinquaginta dies aquas in eadem quantitate manentes, & in altum eleuatas,& non subsidere? Verumtamen ferebat fortiter,sciens domini omnipotentiã, & quòd ipse cõditor naturæ omnia facit, & transformat prout vult. Neque ægrè tulit,quòd illic esset conuersandum.Nam cooperatrix dei gratia roborabat illius alacritatem, & sufficientem præbebat cõsolationem, neque sinebat labi mentem, & cogitare aliquid aut parum virile, aut minus generosum. Quippe qui prius quod suũ erat adhibuit,vtpote virtutis diligentiam, iusticię vigorem,fidei excellentiam,etiam assequutus est ea quæ à deo magna suppeditabantur vbertate: vtpote patientiam,ac fortitudinem omnia mãsuetè ferendi, sustinendiq; arcæ inhabitationem citra damni corruptionisq; sensum,neque bestiarum conuictum fastidiendi.Illum igitur iustum(obsecro)imitemur & nos,operamq; demus, vt afferamus quæ nostra sunt, vt dignos nos ipsos paremus iis quæ à deo dantur. Nam idcirco expectat occasiones ex nobis, vt multam exhibeat liberalitatem. Itaque ne propter desidiam priuemus nos illius donis, sed festinemus & vrgeamus, vt principium apprehendamus, & viam quæ ad virtutem inducit: vt superno adiuti subsidio, etiam ad finẽ peruenire valeamus. Neque enim possibile est bonum aliquod nos rectè agere, non habita superna gratia. Igitur tales simus, qui appẽdamus nos in spem quæ in deum est, quasi in ancoram aliquam tutam & stabilem,& ne ad laborem videamus virtutis, sed magis considerantes retributionem laboris,leuiter omnia feramus.Quia & negociator,si quando egressus in medium maris venerit, nõ iam piratas, non naufragia,non marinas feras, non ventorum immissionem,& continuas tempestates,& multa infortunia cogitat solum: sed & quo modo illa effugiat, speq; lucrorum acquirendorũ pascitur, & omnes prædictas ærumnas animosè excipit, vt auctis opibus suis domũ redeat. Et agricola nõ agriculturæ tantum labores cogitat & imbres, & terræ sterilitatem, & rubiginis insidias,& locustarum damna:sed & aream, & manipulos animo secũ describens, fortiter fert omnia, & præ bonorum expectatione neque labores sentit. Et quanuis incertæ spes sint,veruntamen spe meliori pascitur, nec renunciat laboribus:sed omnia quæ ad se pertinent adferens,expectat vt aliquando laborum accipiat mercedes.Et miles quoque assumit arma, & in prælium egreditur:non cogitat vulnera tantum & cędes,& hostium insidias, & alias ærumnas, sed & victorias & triũphos sibi ipsi præfingẽs,omni armatura se munit: & cum pauor & infortunia nunciantur,repulsis iis omnibus ex animo,proposita bona spe,ponit omnẽ torporem,& receptis armis contra hostiũ progreditur insultus. Igitur dilecti,si negociator,& miles,& agricola, vbi & incerta spes,& plures frustrationes,atque impedimenta,sicut audistis, multa & varia, non ita damnat labores, vt à meliori propterea spe desistat: quali nos venia digni erimus,ita negligẽtes ad capessendam virtutem, & non omnem laborem spõte subeuntes, cùm tam secura nostra spes sit,tantaq; bona nobis reposita, vincantq; magna abundantia retributiones & mercedes omnia quæ à nobis†facta sunt? Audi igitur beatum Paulum dicentem,post tantas & tales afflictiones,& ad tribunalia abductiones,& carceres, & mortes quotidianas: Nõ sunt pares afflictiones præsentis tẽporis ad futurã gloriam in nobis reuelãdam.Etiamsi quotidie,inquit,mortibus nos exponeremus, id quod natura nõ capit,licèt mens vincens naturam,per misericordiam domini coronatur.Nihil,inquit,ferremus par tantis,quæ nos accepturos speramus bonis, gloriaq; in vobis reuelanda. Vide quanta gloriæ magnitudine fruantur virtutis assecłæ. Atque adeo tãta est virtus, vt vincat omnia, quæcunq; nobis ostẽdere aliquis poterit, etiam si summa ostẽdat, & tunc quoque deficiet.Quid enim tantum ostendere potest homo, quod certet cum domini liberalitate? Quòd si Paulus talis & tantus dicebat, nõ pares esse afflictiones præsentis seculi futuræ gloriæ in nobis reuelandæ: qui aliàs dicit, Quotidie morior,plus omnibus laboraui: quid nos dicemus qui neq; vulgarẽ laborem pro virtute suscipere volumus, sed recreationes sectamur,& hoc vnũ consideramus ne quid triste nobis accidat,quãuis sciamus quòd nõ sit possibile aliter assequi beatitudinem cœlestem, nisi per præsentes afflictiones ad eam prius anhelemus? Afflictiones enim nos inducunt, vt operemur bona, deoq; grata opera. Et hic vel parùm laborare,alibi nobis magnam fiduciam præbet: dũmodo velimus iuxta consilium illius magistri orbis ambulare.Cõsidera, quòd licèt tristia sint quæ accidũt, sunt tamen momẽtanea.Verùm bona quę alibi suscepturi sumus,immortalia sunt & æterna.Quæ enim videtur,inquit,temporalia sunt:quæ autẽ non videtur ęterna.Feramus ergo fortiter hæc temporalia, neq; desistamus à virtutum studiis,vt æternis & semper manẽtibus bonis fruamur.Quæ oremus,vt nobis omnibus concedãtur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cũ quo patri simul & spiritui sancto sit gloria,imperiũ,honor nunc & semper,& in secula seculorũ,Amen.

† dicta. Rom.8.a 1.Cor.15.d Ibidem.

Et recordatus est deus Noe & omnium bestiarum & omnium iumentorum, & omnium reptilium quæcunq; erant cum illo in arca.Et adduxit deus spiritũ super terram,& cessauit aqua.

Homilia XXVI.

MAgna & ineffabilis dei misericordia,excellẽsq; eius bonitas ex iam lectis ostenditur,quã non solùm erga rationale hoc animal, hominem dico, sed & erga brutorũ animaliũ declarauit naturam.Nã cùm omniũ sit cõditor,in omnia quæ à se sunt condita suam ostẽdit bonitatẽ:per omnia notum faciens quantã humani generis curã gerat,& quòd omnia olim & ab initio propter salutẽ nostrã fecerit. Itaque etsi puniat,etsi in nos animaduertat, ex bonitate sua facit.Non enim vel affectione, vel ira pœnã infert: sed maliciam morari vult,ne vltrà progrediatur.Quia & nũc, sicut auditis, diluuium ob nihil aliud induxit, quàm vt curam ageret eorũ qui iniquitati vacabãt toti.Et qualis,inquis,cura hæc, Omnes aqua suffocari? Ne temerè loquaris homo, sed grato animo accipe ea quæ

à domino

Universidad de Deusto
Biblioteca

á domino sunt facta. Et scias quòd etiam hoc est maximæ curæ argumentum. Nam eos qui sic incurabiliter peccant, & quotidie vulnera sibi inferunt, & vlcera omni cura grauiora faciunt, ex tanto malo liberasse, nónne summæ fuerit prudentiæ? Et hic puniendi modus, nónne omni misericordia plenus est? Et sic mori, vt solitum alioqui naturæ debitum non sentias, sed absque dolore & cruciatu supplicij loco vitam deponas, quantæ fuerit sapientiæ & bonitatis? Quin si quis animo pio expendat factum, quòd non solùm his qui puniti sunt beneficia sunt facta, sed & posteris, qui duo maxima inde perceperunt bona: quantum gratiarum pro illis debetur deo? Etenim posteriores pœna illorum, & metu ne eadem quæ illi paterentur, meliores facti sunt: atque etiam propterea quòd omne maliciæ fermentum sublatum, & nullus relictus fuit eis maliciæ & iniquitatis magister. Vides quo modo & pœnæ, & supplicia beneficia sunt, & dei erga hominem prouidentiam declarant? Et si quis vult hæc á primis & ab initio repetere, inueniet omnes pœnas hac occasione homini intentatas. Quia & Adam peccantem non puniens tantum, sed & beneficio prosequès paradiso eiecit. Et quale, dicis beneficium, etiam paradisi vita excidisse? Dilecte ne simpliciter attendas ad verba, neque obiter quæ à deo fiunt addisce: sed profundum illius bonitatis intuere, & inuenies propter hoc fieri. Dic enim mihi, si Adam postquam sic trāsgressus est, iisdem adhuc frui potuisset, quò non excidisset? Nam si tantis promissis acceptis, serpentem deceptorem audiuit, & insidias approbauit, quas per eum diabolus intulit, spe videlicet obtinendæ diuinitatis inflatus, etiam in tantum præuaricationis peccatum iniectus: si in eadem conuersatione mansisset, quo modo non multò fideliorem putasset malignum illum dæmonem, quàm rerum omnium cõditorem, deq; se sublimiora quàm dignitas sua ferebat animo concepisset? Etenim talis hominum natura est, vt si quando peccans non refrenatur, sed securè agit, vlterius procedat, & in præceps feratur. Alia tamen via possum ostendere, quòd misericordiam præ se ferès Adamum paradiso iussérit excedere, & mortis pœnę fecerit obnoxium. Nã eiectione & propinqua habitatione castigatiorem, & in posterum securiorem faciens, re ipsa docuit quantus impostor fuerit
† hæc. dæmon. Mortisq; supplicium propter †hunc intulit, vt ne posthac per inobedientiam peccato obnoxius effectus perpetuò peccaret. Non videntur tibi hæc esse maximæ misericordiæ, & eiici à paradiso, & pœna hac puniri? Possum autem & aliud præterea afferre. Et quale nam hoc? Hanc indignationem illi inferendo, non in ipsum dũtaxat beneficia collocauit, sed & posteros per ipsum corrigere voluit. Nam si is qui ex eo natus est, Cain inquam, qui præ oculis videbat patrem ex paradiso eiectum, ineffabilem illam gloriam amissam, male-
Gene.3. dictionẽ illam miram, quæ dicebat: Terra es, & in terram abibis: melior factus non est, sed grauioribus se infixit malis, si nõ vidisset quæ patri cõtigerant, in quam non peruenisset insaniam? Et hoc sanè valde admiratione fuerit dignum, quòd & illum qui talia peccauit, & nefario homicidio dextram polluit, puniens, misericordia pœnã misceuit. Et vt manifestè scias diuinæ bonitatis, quę & isti exhibita est, magnitudinem: tum quidem cùm deum graui contumelia afficeret, offerendo sacrificium, & magnum præ se ferẽdo contemptũ (non enim diuidebat iustè, sed offerebat simpliciter & absq; delectu) nihil vel graue vel molestũ aduersus illum lo-

quutus est deus, quanuis peccatũ ipsum nõ esset paruum & vulgare, sed valde magnum. Nam si nostri generis hominibus quos veneramur prima & præcipua damus, illaq; offerre maximè volumus quæ præ omnibus illis digna videntur: quo modo autẽ hominem offerentem deo, nõ oportebat deo preciosiora & magis eximia offerre? Igitur cum tantum peccaret, & tantum præ se ferret contemptum ille, deus tamen non petiuit pœnam, neque pro factis supplicium exposcit: sed quasi amicus amico, cum omni lenitate loquens, sic dixit: Peccasti: Gene.4.d quiesce. Peccatũ duntaxat illi indicauit, & consuluit ne vlterius progrederetur. Vidisti bonitatis excellentiam? Sed quia ille non solùm nihil ex tanta patietia lucrifecit, sed & grauiora primis adiecit, ad fratris necem festinans, & deus quidem in eum adhuc magnam ostendebat lenitatem, † quærès primum dare illi satisfactio- †interrogãs
nis locum: sed quia mansit impudens, tunc pœnam in- prius, &
tulit ei emẽdationis gratia, quæ etiam ipsa multum ha- dans.
bebat misericordiæ admixtum. Vides quo modo deus, quando in ipsum peccauit, peccatumq; nõ vulgare, dimisit: quando autem in fratrem armauit dextram, maledictũ intulit & increpauit. Sic nunc & nos faciamus, & imitemur dominum nostrum, & dimittamus si quid in nos peccatũ fuerit, & remittamus his qui in nos deliquerunt: quando autem in deum peccatum refertur, tunc pœnas exigamus. Sed nescio quî fit vt omnia secus faciamus, omnino peccata quæ ad deũ pertingunt, inulta esse sinimus: si quis autẽ parum quid in nos peccauerit, eius graues sumus vltores & accusatores, non ignorantes quòd ea ratione misericordem dominum magis exacerbamus. Quòd enim mos sit deo vt sæpe dimittat quæ in se peccata fuerint: verũ quæ in proximum, ea cum magna seueritate exquirat, Audi beatum Paulum, dicentem: Si quis vxorem habet infidelem, & 1.Cor.7.c
sibi gratum fuerit cohabitare illi, nõ dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelẽ, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat illum. Vidisti quanta ibi verborũ attẽperatio pro humana imbecillitate? Etiam si gentilis fuerit, etiam si infidelis, probet autem cohabitationem, non refugiat. Et iterũ: Et si gentilis fuerit mulier, & infidelis, vultq; cohabitare, nõ repellat. Quî scis, inquit, mulier, num virum saluatura sis? aut qui scis vir num mulierem saluaturus sis? Vide quo modo nõ prohibet deo infidelẽ quempiam vel quampiam in cõtubernij legem assumi. Audi iterum ipsum Christũ dicẽtem discipulis: Dico enim vobis, omnis qui dimiserit Matth.5.e
vxorẽ suam (excepta stupri causa) facit illam adulterari. Quàm excellens misericordia, etiã si infidelis fuerit vel pagana, retine. Si autem in te peccauerit, & fœderũ obliuiscitur, & magis aliorũ prætulerit cõmunionem, licet tibi illã eiicere & repellere. Hæc cogitantes, studeamus etiam domino par rependere, & sicut ipse vult dimittere ea quæ in se peccata sunt: quæ autem in nos, vlciscitur, idq; magna seueritate: eodẽ sanè modo & ipsi faciamus, & quęcunq; in nos peccant proximi, remittamus: quæ autẽ contra deum, ea magno studio curemus vltum iri. Quod & vobis proderit plurimum, & eis qui corriguntur nõ minus. Fortassis hodie prolixius iusto proœmium fecimus. At quod accidit, præter sentẽtiam mihi contigit, verborum fluxu rapto. Quoniam autem omnis sermo noster de diluuio est, opus nobis erat charitati vestræ ostendere, quòd pœnæ à deo nobis illatæ, misericordiæ magis sunt quàm pœnæ: sic quoq; erat & diluuiũ. Nã sicut benignus erga filios pater, omnia ob curã in genus nostrũ fecit. Vt autẽ ex iis quæ nunc pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

posita, & hodie lecta, discatis misericordiæ illius magnitudinẽ, audiamus ipsa diuinæ scripturę verba. Nam quia heri docuit nos beatus Moses, dicens: Quòd exaltata est aqua super terram diebus centum quinquaginta: & eò vsque docendo processimus, hodie dicit: *Et recordatus est deus Noe, & omnium ferarum, & omnium iumentorum, & omnium volatilium, & omnium reptilium quæcunque erant cum illo in arca.* Vide hic obsecro iterũ, quàm se attemperat nostrę infirmitati diuina scriptura. Et recordatus est, inquit, deus. Dilecti intelligamus hæc vt dignũ est de deo intelligere, & crassa hæc verba naturæ nostræ infirmitati asscribamus. Nam quantum ad ineffabilem naturam attinet, indignum fuisset hoc verbum: quantum autem ad nostram imbecillitatem, appositè est dictum. Recordatus, inquit, est dominus deus Noë. Quoniam narrauit nobis in iam dictis sicut prius charitati B vestræ diximus, quòd quadraginta diebus, & totidem noctibus fuerit pluuia, & diebus centum quinquaginta eadem durauerit aqua, quindecim cubitis super mõtes exaltata: & quòd (cum hæc fierent) iustus mãserit in arca, & neque aërem spirare valens, habitãtibusq; cum eo brutis vniuersis. Et idcirco, inquit: Et recordatus est deus. Quid est recordatus est? misertus est, dicere vult, iusti in arca agentis. Misertus est, quòd in tãta esset angustia, & rerum difficultate cõstitutus, ignoraretq; quãdo nam molestiæ illæ finem habituræ essent. Cõsidera hic quæso, quales tunc illius fuerint cogitationes post quadraginta dies & quadraginta noctes, quibus impetu magno pluuiæ ingruebãt, quum videret diebus centum quinquaginta in eadem altitudine manere aquas, neque omnino desistere: & quod multò grauius, neque oculus videre potuit quæ facta sunt: sed ineluctus, quum non posset aliquo loco oculis assequi quãta essent ma- C la, maiorẽ sustinebat dolorem, grauioraq; quotidie suspicabatur. Ego verò admiror, quo modo præ tristicia non fuerit absorptus, cùm mentẽ illius subirent humani generis interitus, sua solitudo, & difficilis illa vita. At causa bonorum omnium fuit sua in deum fides, per quam & restitit, & omnia fortiter tulit: cumq; spe pasceretur, nihil triste sentiebat. Et quia quod suum erat præstitit, tam patientiã monstrãdo, quàm copiosam fidem afferendo, necnon & mirã fortitudinẽ præ se ferendo: vide quãta sit, & quàm multiplex dei erga ipsum misericordia. *Et recordatus est*, inquit, *deus Noe.* Non simpliciter & absq; causa dixit, Et recordatus. Sed quia prius diuina scriptura manifestauerat nobis testimonium de iusto illo, dicens: Ingredere in arcam, quia te vidi iustũ in generatione hac: Ea propter nũc, inquit, Et recordatus D est deus Noë, hoc est, testimonij quod cũ illo pepigerat. Neq; valde neglexit iustũ, sed distulit, quousque ferre potuit, & tunc ei suum beneficium & gratiam impartitus est. Nam sciens infirmitatem nostræ naturæ si quando permittit tẽtationem inferri, eousq; finit quousque scit nos posse sustinere: vt & retributionem quæ nostræ congruat fortitudini tribuat, & suã misericordiam declaret: sicut & Paulus inquit: Fidelis autẽ deus, qui nõ sinet vos tentari suprà quàm potestis, sed faciet cum tentatione & exitum, vt ferre possitis. Quoniã igitur iustus ille fortitudinem & patiẽtiam præ se ferebat, sua in deum fide arcæ tædia sustinens: & propter hoc, inquit, Et recordatus est dominus deus Noë. Deinde vt discas abyssum diuinæ misericordiæ, addidit diuina scriptura: *Et omnium ferarum, & omnium iumentorum, & omnium volatilium, & omnium reptilium quæcunque erant cum illo in arca.* Vide quo modo omnia in honorẽ hominis fa-

1. Cor. 10. c

A cit. Nam sicut de his qui diluuio perierunt dictum est, quòd cum illis omne brutorum animalium genus perdidit: ita hic suam erga iustum illũ misericordiam declarare volens, in honorem eius, suam & bonitatem, ac curam etiam in bruta, & feras, & volatilia, & reptilia vsque extendi voluit. *Et recordatus est*, inquit, *deus Noe, & omnium ferarum, & omnium iumẽtorum, & omnium volatilium, & omnium reptilium quæcunque erant cum illo in arca. Et adduxit deus spiritum super terram, & cessauit aqua.* Et recordatus est, inquit, dominus Noë, & omnium quæ cum illo erant in arca, præcepitq; aquæ impetum detineri, vt paulatim suam commonstret misericordiam, & postea respirare faciat, & à turbatione cogitationum liberatum, in tranquillo statu constituat, concesso & lucis vsu, & aëris respiratione. *Et adduxit deus*, inquit, *spiritum super terram, & cessauit aqua. Et* *revelati sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli. *ἐπεκαλύ-
Vide quo modo more humano loquitur nobis om- φθησαν
nia. Reuelati sunt, inquit, fontes abyssi, & cataractę cœ- operti, clau-
li, & cohibita pluuia cœli. Quasi diceret, quòd placuerit *sti sunt. In-*
domino vt iterum in sua regione maneãt aquæ, neque *terpres legit*
vltrà abundent, sed paulatim desinant. *Et cedebat aqua se videtur,*
de terra, & minuebantur aquæ post centũ quinquaginta dies. Quę ἀπωκλύ-
ratio poterit hoc vnquam comprehendere? Stetit plu- φθησαν.
uia, cohibiti fontes non amplius exundabant, & cataractæ cœli cohibitæ sunt. Aqua tanta quo modo desiit? Omnia abyssus erant, quo modo igitur tãtus aquarum impetus subitò minor factus est? Quis hoc humana ratione inuenire poterit vnquam? Quid igitur est? Dei præceptum, quod facit omnia. Ne igitur nos curiosius exploremus quo modo, sed tantũ credamus quod iussit, & exaltata est abyssus: & præcepit, & iterum suũ continuit impetum, & ad proprium cõcessit locum, quem C solus ipse dominus scit, qui condidit. *Et sedit arca mense septimo, vicesima septima mensis super montes Ararat. Aqua autem [ibat &] decrescebat vsque ad decimum mensem, & apparuerunt cacumina montium in decimo mense prima mensis.* Vide quanta simul facta mutatio, & quanta simul aquarum natura desierit, vt supra montes arca resideret. Supra enim dixit, quòd quindecim cubitis super montes exaltata est aqua: nunc dicit, quod sedit arca super montes Ararat, & paulatim postea aqua vsq; ad decimum mensem decrescebat, & tandem decimo mẽse visa sunt cacumina montium. Cõsidera obsecro, iusti constantiã, quo modo durare potuerit tot mensibus, qui quasi in tenebris erat inclusus. *Et factum est*, inquit, *post quadraginta dies, & aperuit Noe fenestram arcæ quam fecerat, & emisit coruum, vt videret num cessasset aqua.* Ecce iustus ille nondum per se audet videre, sed coruum mittit, ac per illũ discere vult, an bona rerũ mutatio aliqua sit expectanda. *Et egressus*, inquit, *non rediit, donec siccaretur aqua* [à facie terræ.] Et † à terra.
adiecit scriptura verbum hoc, donec, non quòd postea redierit, sed idioma est scripturæ diuinæ. Et hanc consuetudinem sæpe quis inueniet, & possent multa talia inueniri, ac in medium afferri: sed ne omnia à nobis discentes faciam negligentiores, vobis relinquimus, vt scripturam scrutemini, & inuenietis scio, vbi proprietatibus & idiomatibus huiuscemodi vtatur. Iam autem operæprecium, vt dicatur causa, quare non redierit hęc auis. Fortasis auis illa vti est immunda, cùm desiissent aquæ, incidit in cadauera hominum & brutorum, quibus inuento sibi congruo cibo, insedit. Quod etiam ipsum non paruum bonæ spei argumentum fuit iusto. Quòd si minus, & neque consolationem inuenisset aliquam, reuersa vtiq; fuisset. Postea iustus meliore spe cõcepta, emittit columbam, auem mitem & familiarem,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

*ἐυγνωμοσύνην, *simplicitatem, benevolentiam, & animæ gratitudinem.*

quæ miram præ se fert *sapientiam, & nō nisi seminibus pasci solita, ex puris est auibus. *Et emisit*, inquit, *[post illū] columbam, vt videret num cessasset aqua à facie terræ. At columba non inuenta requie pedibus suis, rediit ad ipsum in arcam: quia aqua erat super omnem faciem terræ.* Par est vt hic disquiramus quo modo cùm suprà dixerit scriptura sancta, quòd cacumina montium fuerint visa: nunc dicit, quòd columba non inuenta requie, ad ipsum in arcam redierit: quia aqua erat super omnem faciem terræ. Diligenter legamus quid sit dictum, & sciemus causam. Non enim simpliciter dixit, non inuenta requie: sed apposuit, pedibus suis, vt doceat nos, quòd licèt desierant ex parte aliqua aquæ, & cacumina montiū apparuerant, sed adhuc ob abundantiam aquarum, etiam cacumina limo plena erant. Et ideo columba nondum stare, neque cōuenientem sibi cibum inuenire valens, reuersa est, redditu suo docēs iustum, esse adhuc magnam aquarum copiam. *Et extenta*, inquit, *manu, accepit illam, & introduxit illam ad se in arcam.* Vidisti quanta auis gratitudo, quo modo rediens iustum docuit, vt aliquantisper adhuc longanimitatem habeat? *Ideo & sustinens*, inquit, *adhuc septem dies, emisit columbam ex arca, & reuersa est ad ipsum columba ad vesperam, & habuit folium oliuæ *siccum in ore suo.* Non absque ratione, neq; temerè adiunxit, ad vesperam: sed vt discamus, quòd tota die fuerit pasta, & inuento sibi conuenienti cibo, ad vesperam rediit, in ore ferens †siccum folium oliuæ. Animal est mite, & nostra familiaritate gaudens, & idcirco rediit, & sicco oliuę folio multum solacij iusto attulit. Sed dixerit fortasse aliquis: Et vbi inuenit folium oliuæ? Totum hoc factū est dispensatione diuina, & quòd columba inuenit, & quòd ore receptū ad iustum attulit. Alioquin & arbor hæc semper virens est, & verisimile est quòd cùm aquæ redierint, arbor hæc adhuc habuerit foliorum comam. *Et vt continuit*, inquit, *adhuc septem dies, emisit columbam, & non adiecit vt ad illum rediret.* Vide quo modo iustus in omnibus cōsolationem iustam accipit. Nam vt bona spe recreatus est, cùm rediret, & oliuę folium in ore ferret: ita & nunc cùm egressa nō redit, maximum illi indicium fuit, quòd sufficientem inuenerit refocillationem, & aquæ in vniuersum desierint. Et hoc ita esse, audi ex sequentibus. *Et factum est*, inquit, *in vno & sexcentesimo anno vitæ Noe, primo mense defecit aqua à facie terræ. Et reuelauit Noe tectum arcæ quod fecit, & vidit quod defecit aqua à facie terræ.* Iterum hic me inuadit stupor, vt admirari cogar iusti huius virtutem, & dei misericordiam. Quo modo enim (dic mihi) post tātum tempus, vt se aëri commisit, & oculos ad cœlum spectandum intendit, non captus est oculis & excæcatus? Scitis enim bene quòd solet hoc cōtingere hominibus, etiam ad paruam diei partem in tenebrosis caliginosisq; locis agentibus, quum subitò in lucis fulgorē aspicere volunt. Iustus autē ille anno integro, & tot mensibus in arca, quasi in tenebris agens, etiam nunc viso lucis iubare, nihil tale expertus est. Dei enim gratia erat, & patientia ab ea illi concessa, quæ etiam corporis sensus firmiores reddiderat, & potētiores quàm qui à corporalibus necessitatibus vincantur.

In mense autem secundo arefacta est terra, vicesimo & septimo die mensis. Non absque ratione tantam diligentiam facit diuina scriptura, sed vt discamus quòd vsq; ad primum diei anni illius completio fuerit facta, quo monstretur iusti patientia, & totius orbis purgatio facta. Deinde postquam quasi à sorde quadam abluta est omnis creatura, & deposuit omnem maculam, quam ex humana contraxerat malicia, faciesq; ei pura reddita est: tunc denique præcipit, vt iustus ex arca exeat, liberēq; à graui illo carcere fiat, & inquit: *Dixit dominus deus ad Noe: Egredere tu & vxor tua, & filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum, & omnes bestiæ quæcunque sunt tecum, & omnis caro, à volatilibus vsque ad pecora, & omne reptile quod mouetur super terram educ tecum, & crescite & multiplicamini super terram.* Expende hic dei bonitatem, quo modo per omnia iustū consolatur. Nam quia imperauit illi, vt exiret ex arca ipse & vxor, & filij, & vxores filiorum, & bestiæ omnes: vt ne & istuc ipsum mœrorem aliquem ei afferret, & anxium relinqueret cogitantem quo modo in solitudine esset futurus, tantam terræ latitudinem solus inhabitans, nullo iam alio viuēte: ideo postquam dixit: Egredere & educ tecum: addit, Crescite & multiplicamini super terram. Vide quo modo iustus ille denuo supernam accipit benedictionem, quam ante transgressionem acceperat Adam. Nam sicut quando ille formatus est, audiuit, & benedixit eis deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & dominemini mari: ita & illi nunc dicitur. Crescite & multiplicamini super terram. Quippe sicut ille origo & radix fuit omnium qui nati sunt ante diluuium: ita & iustus hic fermentum quoddam, origo & radix est omnium qui post diluuium fuere: & hinc postea humanæ cōstitutionis principium factum est. Creatura quoque omnem suam accepit ornatum. Et terra ad ferendos fructus idonea facta est, aliaq; omnia quæ propter hominis ministerium sunt condita.

Et egressus est Noe, inquit, *& vxor illius, & filij illius, & vxores filiorum illius cum eo, & omnes bestiæ, & omnia pecora, & omne volatile, & omne reptile quod mouetur super terram, iuxta genus suum exierunt ex arca.* Postquam accepit mandatum à domino & benedictionem dicentem, Crescite & multiplicamini: exiit ex arca cum aliis omnibus. Et posthac in tota terra solus viuebat iustus ille cum vxore, & filiis, & vxoribus illorum. Mox autem vt egressus est, suam declarans gratitudinem, tam pro iis quæ præterierant, quàm quæ futura erant, gratias domino referebat. Verùm si placet, ne sermo fiat prolixior, reseruabimus in diem posterum, quæ ad gratitudinem iusti pertinēt, missum hic facientes sermonem: & obsecrantes vestram charitatem, vt continuò beatum istum in memoria vestra geratis, & illius virtutis pulchritudinē bene discatis, quò melius eum imitemini. Animaduerte enim obsecro, quantus virtutis illius thesaurus, quia per tot dies nunc de illo disseruimus, & nondum finem imponere narrationi potuimus eorum quæ †de illo polliciti sumus.] Quamuis autem & nos, & qui nos sequuntur, multa de illo dicere possumus, nondum tamen totum dicere poterimus. Tanta res est virtus. Porrò si & nos naturam nostram sic docere voluerimus, poterit ad virtutis imitationem & ipsa induci. Nam si ille † in medio tot molestiarum iactatus,] neque habens familiarem aliquem, in tantum virtutis fastigium peruenisse inuentus est: quæ nostra erit excusatio, cùm nec talia nobis sint præpedimenta, & tamen negligentes sumus ad bona opera? Nolo enim dicas mihi solam illam quingentorum annorum vitam quando subsannabatur & irridebatur, versabaturq; in medio flagitiosorum: sed & annum illum narra, quem totum in arca transegit, qui sanè conferendus mihi videtur toti tempori superiori. Tantam ibi afflictionem ferre cogebatur iustus ille, in tanta existēs angustia, & neque auram recentem captare valens, & ferarum brutorumq; conuictum ferens: qui & in omnibus mentē suam solidam declarabat, & voluntatem flecti nesciam, & fidem erga

† *ad illum attinent.*

† *inter tot improbos versans.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

deum,per quã facilè & leuiter omnia ſuſtinebat.Atque idcirco, quoniam quod ſuum erat, totum afferebat: & eorum quę deus dat,abundè potitus eſt.Quanuis enim multam ferret in arca anguſtiam, attamen terribilem tempeſtatem, & communem omnium internecionem effugiebat. Et propterea poſt anguſtiam illãm & intolerabilem carcerem,ſecuritatem & quietem adeptus eſt vnà cum diuina benedictione.Et iterum ſuam gratitudinem operibus indicauit, & vbiq; inuenies primatum illum obtinere.Nam ſicut per ętatem primam omnem virtutẽ ſectatus eſt,& à vicijs ſe alienauit, quib⁹ qui tũc viuebant, infecti erant: vnde neque pœnarũ particeps fuit,& cùm alij omnes ſuffocarentur, ipſe ſolus ſeruatus eſt:ita rurſus quia fidem quoque habuit, & cum gratiarum actione ſuam in arca habitationẽ tulit, iterum diuina dona copioſè illi cõceſſa ſunt'. Et cùm egreſſus ex arca,& in priſtinum ſtatum reſtitutus eſſet,ſtatim benedictionem cõſequutus eſt, & iterum ſolitam præ ſe tulit gratitudinem, factaq; gratiarum actione etiam tũc maioribus beneficijs diuina gratia ipſum cumulauit. Mos enim diuinæ miſericordiæ eſt, vt ſi nos tenuia quędam & vilia obtulerimus,multa liberalitate nos remuneret. Et vt diſcas, quanta ſit humana tenuitas, & quanta dei magnificentia: Nos etiam ſi quid voluerimus offerre,quid amplius offerre poſſumus,quàm quãtum verbis gratias referimus?Ea ſanè quæ ipſe exhibet, opere præſtat.Quàm imparia autem ſunt verba & opera?Et dominus nullarum rerum indigus eſt, nullaq; rerum noſtrarum eget præterquam verbis: atque hãc ipſam in ſermonibus gratiarũ actionem exigit, nõ quòd ea ipſe opus habeat, ſed vt nos doceat gratos eſſe, & agnoſcere tantorum bonorũ ſuppeditatorem. Et illam ob cauſam Paulus quoque ſcribens,dicebat: Grati eſtote.Nihil enim ſic requirit à nobis dominus, vt iſtucipſum.Proinde ne ſimus ingrati,neque dum re ipſa beneficia experimur, grauemur offerre domino verbis noſtris gratiarum actionem: redundat enim lucrum in nos. Quòd ſi de primis grati fuerimus, cũ eo quòd maiora nãciſcimur,etiam fiduciam nobis magnam comparamus. Vnum hoc obſecro, ſingulis diebus & horis ſupputemus nobiſcum, non communia tantum beneficia quæ toti naturæ omnium opifex contulit, ſed & priuata & quotidiana, & quæ ignorantibus nobis confert,proq; his gratias agamus. Quandoquidem pro ſalute noſtra ſolicitus,multa etiam in nos neſcios beneficia collocat, ſæpe ita & è periculis eripit, atque alia beneficia præſtat.Fons enim eſt miſericordiæ,ſua fluenta ſemper humano generi profundens.Igitur ſi hæc cogitamus,operamq; damus vt & pro primis ſuis donis gratias offeramus domino, & pro poſterioribus, dum nos nõ videmur indigni ſuis beneficijs, ſtatim vitam egregiam inſtituemus, & maliciæ periculũ effugiemus. Beneficiorum enim memoria, idonea nobis eſt magiſtra ad vitam virtute prædita, non ſinens nos in torporem obliuionemq; incidere, & malum ſectari. Mens enim ſobria & vigilans, nõ ſolum cùm feliciter res ſuccedunt, ſed etiam quando præter ſententiam noſtram omnia aduerſa eueniunt, non minus gratiam agit, nihiloq; ex rerum viciſſitudine remiſsio fit:ſed magis roboratur, & ineffabilem domini miſericordiam conſiderat,qui quum ſit diues & potens,etiam per res aduerſas,quanuis hoc intelligere non poſſimus, ſuam declarat prouidentiam.Igitur ſic & nos omnia noſtra faciamus,vt qualitercunque cadant, vnicum noſtrum opus ſit continuò pro illis gratias agere. Propter hoc enim rationales facti ſumus & à brutis differimus, vt laudemus,celebremus, glorificemus iugiter dominũ omniũ conditorem. Ea propter & animam nobis inſpirauit, & linguam dedit,vt ſua in nos beneficia animis percipientes,dominum agnoſcamus,& nos gratos exhibeamus,& pro viribus gratias agamus.Nã ſi homines,cum quibus eadem eſt natura nobiſcum,paruum aliquando nobis beneficium præſtiterint, expectant à nobis gratitudinem, non ob noſtram gratitudinem per ſe, ſed vt ipſi inde celebriores fiant: quãto magis id nobis faciendum in iis quæ à deo accepimus,qui hoc ſolùm ob noſtram vtilitatem vult fieri? Nam ſicut cùm grati ſumus hominibus qui nobis benefecerũt, † clariores reddimur ſ: ita & ſi in deum fuerimus grati, noſipſos illuſtriores facimus.Quoniam non vt noſtra celebratione opus habens,hoc fieri vult: ſed vt quicquid id lucri eſt iterum ad nos redeat,& dignos faciamus noſipſos maioribus ſubſidiis.Quanuis autem non poſsimus id facere, vt dignum eſt. Quî enim hoc fieri poſſet, cum tam fragiles natura ſimus? Et quid dico humanã naturam? ipſæ etiam incorporeæ,& inuiſibiles virtutes & principatus,& poteſtates, & cherubin, & ſeraphin, vt dignus eſt,glorificare illũ non poſſunt, etiam ſi iuxta vires ſuas gloriam illi offerant.Nihilominus iuſtũ fuerit pro viribus gratiarum actionem offerre, & indeſinenter glorificare dominũ noſtrum, & per benedictionẽ crebram, & per vitam optimam.Iſta enim eſt clariſsima dei magnificatio, quãdo per innumeras linguas glorificationem offerimus.Nã qui virtute prędituſ eſt,facit vt omnes qui intuẽtur eum,dominum ſuum laudent: & glorificatio hæc ei qui occaſionẽ præbuit, magnam & ineffabilem dei miſericordiam cõciliat. Quid igitur nobis beatius foret,ſi glorificaremus nõ ſolùm noſtris linguis bonum deum, ſed & proximos quoque, vt noſtro nomine eum glorificent, incitaremus? Tantum enim virtutis robur eſt, vt innumeris linguis conditorẽ laudare queat.Dilecte, nihil vtique vitæ virtutis ſtudioſæ comparari poteſt. Vnde & Chriſtus dicebat:*Luceat lux* *Matth.5.b* veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis. Vidiſti quo modo lumen, cùm apparuerit,diſpellit tenebras:ita & virtus, ſi conſpicua fuerit, & maliciam effugat,& erroris tenebras abigit, mentemq; videtium excitat ad eum glorificãdum. Quocirca ſatagamus,vt ſic luceant opera noſtra,quò & dominus noſter glorificetur.Hæc autem dixit,non vt ad oſtentationem aliquid faciamus,abſit:ſed vt diligenter,& vt ſibi probatur, vitam agamus, non blaſphemiæ cuipiam locum concedẽtes: ſed bonis operibus in laudẽ dei prorumpere facientes omnes qui nos vident. Tunc enim, tunc ipſius nobis gratiam maiorem cõciliabimus, & pœnam effugere, bonaq; ineffabilia adipiſci poterimus gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cui cum patre & ſpiritu ſancto ſimul ſit gloria, imperium, honor nũc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

† illos clariores reddimus:

Coloſſ.3.c

Et ædificauit Noe altare domino, & accepit de omnibus pecoribus mundis,& obtulit holocauſtum ſupra altare.

Homilia XXVII.

VIdiſtis heri miſericordis domini bonitatem, quo modo ex arca iuſtum,é triſti illo & moleſto carcere liberauit, & patientiã illius remunerauit, dicens: Creſcite & multiplicamini? Diſcamus hodie quàm beneuolus, & quàm gratæ animæ fuerit Noë, & vnde ipſe ſibi multò vberiorem dei erga ſe beneuolentiã elicuerit. Nam quãdo deus talem aliquem

aliquem videt, qui gratus est de prioribus, largius & cumulatius sua dona in illum profundit. Demus igitur & nos operam, vt gratiarum actiones pro virili domino offeramus, pro donis quæ ab eo pridem nobis præstita, vt & maiora inde consequamur, & non obliuiscamur dei beneficia in nos collocata: sed semper ea in mente nostra versemus, vt ad continuam gratiarum actionē mentem nostram compellant, rametsi tot sint vt mens nostra non sufficiat ad comprehendendum & enumerandum magnam, quæ nobis contigit, illorum vbertatem. Quo modo enim quis cogitare sufficeret ea quę in nos iam sunt collata, quæ item promissa, quę & quotidie conferuntur: quòd ex nihilo produxit vt essemus, quòd corpus & animā dedit, quòd rationales nos formauit, quòd aërem respirationi concessit, quòd creaturam omnem propter humanum genus produxit: quòd ipse quidem ab initio voluit hominem in paradiso vitam agere citra omnem dolorem & laborem, & nihil minus habētem angelis & incorporeis illis virtutibus, existentem in corpore, & corporalibus necessitatibus non obnoxium? Deinde quando ob negligentiam deceptione diabolica per serpentem allata supplantatus fuit, neque sic destitit præuaricatori benefacere: sed & per illa ipsa per quæ punierat, sicut heri diximus, excellentem suam misericordiam declarauit. Atque multas alias innumeras beneficiorum species in illum collocauit. Et postea procedente tempore, & crescente genere, ac in omnem maliciam vergente: quia videbat incurabilia esse vulnera, operatores malos, quasi fermentum quoddam inutile aboleuit, relicto iusto illo, qui radix & origo fieret generis humani. Et vide iterum, quantam erga iustum illum declaret liberalitatem, totum humanum genus ab eo & filiis eius instaurauit, & in tantam multitudinem excrescere fecit, paulatimq; iustos eligēs, patriarchas dico, præceptores dedit reliquo hominum generi, qui sua virtute omnes nos instituere, & quasi medici ægrotantes curare possint. Et interim eos in Palæstinam, interim in Aegyptū deducit, simul & seruorum suorum patientiam exercens, & suam virtutem clariorem monstrans, mansitq; semper eodē modo humanæ salutis curam gerens. Exhibuit prophetas, & per illos signa & prodigia fecit. Atq;, vt succinctius dicam: quemadmodum enim maris fluctus, quāuis iterum atque iterum conemur, enumerare nunquam poterimus: ita neque beneficiorum dei quæ in nostrā contulit naturam, varietatem. Tandem vbi vidit post tantam suam prouidentiam adhuc multa & ineffabili misericordia indigere humanum genus, & nihil profecisse vel patriarchas, vel prophetas, vel signa admirabilia, vel pœnas, vel admonitiones illas quotidie adhibitas, & captiuitates illas, sibi inuicem succedentes: quasi miseratus genus nostrum, misit ad nos animarum corporumq; medicum, vnigenitum suum filium, ex paternis suis sinibus † exurgentem: fecitq; susceptā serui forma, è virgine nasci, & nobiscū cōuersari, & omnia nostra ferre, vt genus nostrum peccatis oppressum iacens, à terris in cœlū subuehere possit. Et hoc obstupescens tonitrui filius, considerāsq; charitatis diuinæ excellentiā, quam erga genus nostrū declarauit, clamabat & dicebat: Sic enim dilexit deus mundum. Vide quāto miraculo plena hæc dictio: Sic, inquit, magnitudinem expendens, quam dicturus erat, propterea ad hūc modum exorsus est: Sic dilexit. Dic igitur nobis beate Ioannes, quo modo sic? dic mensurā, dic magnitudinem, doce nos excellentiam. Sic enim dilexit deus mundum, vt filium

† *excitans:*

Ioan.3.b

A suum vnigenitum daret, vt omnis qui crēdit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Vidisti causam aduentus filij hanc esse, vt per fidem in illum ij qui perituri erant, salutis occasionem inuenirēt? Quo modo cogitarit quis magnam & admirabilē illam, & quę omnem rationem vincit, liberalitatem, qua naturæ nostrę per donum baptismi, omnium peccatorum nostrorū remissionem donat? Sed quid dicam? neq; mēs sufficit, neq; sermo valet cætera enumerare. Nam quantūuis dixero, multo plus prætereo. Iam quis pœnitentiæ viā cogitauerit, quā humano generi nostro ob ineffabilem misericordiam suam concesit? & post baptismi gratiā; mirabilia illa mandata, per quæ, si vellemus, possemus gratiam nobis cōciliare? Vidisti dilecte abyssum illius beneficiorū. Vidisti quanta enumerauerimus, sed nondum partem eorum partē dicere potuimus. Quo mo-
B do enim humana lingua, quæ à deo nobis facta, pertractari possent? Et licet tāta ac talia sint, multo maiora & ineffabiliora sunt beneficia, quæ in futuro seculo per virtutum viā incedentibus, & hinc migrantibus daturū se promisit. Quorum magnitudinem vt paucis verbis nobis cōmendaret beatus Paulus, inquit: Quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis nō ascenderunt, pręparauit deus iis qui diligunt se. Vidisti dona excellentia? vidisti beneficia illius omnem humanā cogitationem transcendētia? Dicit enim, in cor hominis non ascenderunt. Si igitur volumus illa animo reuoluere, & pro viribus nostris gratias agere, poterim° multo maiorem illius gratiā nobis conciliare, & ad virtutē magis idonei fieri. Memoria enim beneficiorū dei sufficiēs est, quæ ad virtutū labores nos adhortetur, & prę-
C paret vt præsentia omnia despiciamus, & vt ei qui tāta in nos beneficia contulit, adhæreamus, amorē in illum singulis diebus augeri declarantes. Hinc etenim beatus iste tantā dei gratiā sibi conciliauit, quia de prioribus valde gratus fuit. Sed vt manifestior vobis ille sermo fiat, operępreciū est, vt initiū eorū quę hodie lecta sunt, charitati vestræ proponā. Nā postq̄ ex arca exiuit iuxta mādatū domini eū filiis, & sua vxore, & vxoribus filiorū suorū, & omnibus feris & volatilibus: & accepit post egressum à deo benedictionē illā tantū sibi afferentē solatij, & dicentē: Crescite & multiplicamini: docens nos scriptura iusti gratitudinē, dicit: *Et ædificauit Noe altare, & accepit de omnibus pecoribus mundis, & de omnibus volatilibus mundis, & obtulit holocaustum super altare.* Considera iterū diligenter charissime ex præsentibus verbis, quo modo in natura nostra conditor omniū inseuit certā
D virtutis scientiā. Vnde enim, dico oro, iusto illi hoc in mētē veniisset? Nullus erat alius, quē videbat, vel à quo discebat. Sed sicut principio dixi, Abel ille protoplasti filius à seipso cōmonitus, magna diligentia oblationē perfecit: sic vtique nunc & iustus ille, sua voluntate & arbitrio sano, quantum humanis viribus potuit, cēsuit domino per sacrificia gratiarum actionem offerēdam. Et vide ipsum quāta sapiētia exequitur omnia. Neq; enim amplo opus habebat ædificio, neq; templo, neque domo admirabili, neq; alio quopiā. Sciebat enim, sciebat certo quòd mentem solā requirat dominus, & extructo tumultuaria opera altari, cum accepisset ex iumēntis mundis, & auibus mundis, holocaustū obtulit, suæq; voluntatis gratitudinem quanta potuit facultate ostēdit: quam approbans misericors deus, & voluntatē coronauit, & iterum suam liberalitatē erga illū declarauit. Dicit enim scriptura: *Et odoratus est dominus odorem fragrantiæ.* Vide quo modo animus offerentis fumum & nido-

Supra 4.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

& nidorem & omnem quæ inde naſcitur inſuauitatẽ, multa fragrantia impleuit. Idcirco & Paulus dicebat,
2. Cor. 2. d ſcribens, quòd bonus odor Chriſti ſumus, in iis qui ſaluantur, & in iis qui pereunt: & his quidem odor mortis in mortẽ, illis autem odor vitæ in vitã. Odorẽ fragrãtiæ. Ne offendaris verbo craſsiore: ſed huius verbi attẽperationẽ tuæ infirmitati aſſcribẽs. Intellige hinc, quòd accepta fuerit deo oblatio iuſti, vt & per res ipſas ſciatur dominum nullius indigere, & quòd propter nihil aliud hęc fieri permiſit, quàm vt homines ad gratitudinem adduceret. Et propterea conceſsit vt igni conſumerentur: vt ex iis quæ fiunt, diſcant etiã ij qui offerũt, quòd omnia propter ſuã vtilitatem fiãt. Quare autem, dic oro, hæc fieri omnino permittit? & in hoc noſtræ infirmitatis habetur ratio. Quia enim homines paulatim à vero dei cultu defecturi erãt, & proprios deos effecturi, quibus ſacrificia immolarẽt, prius voluit vt ſibi B dona offerrẽtur: quò vel ſic depelleret à pernicioſo errore eos quibus inde periculum imminebat. Et vt ſcias quòd hæc omnia indulta & conceſsa ſint ob noſtram infirmitatem, attende quo modo poſtea tempore procedente, voluit circunciſionẽ pro lege ſtatui, nõ quòd ad animę ſalutẽ perficere hæc poſsit aliquid: ſed vt hoc gratitudinis indiciũ, quaſi ſignum & ſigillum circũferrent Iudæorum pueri, & ne liceret eis commiſceri gentium commixtionibus. Hinc beatus Paulus ſignũ hoc
Roma. 4. b vocat, dicens: Et ſignum dedit circunciſionem ſigillũ. Nam quod ad iuſticiam nihil conducat, ecce & hic iuſtus, nondum ſtatuta circunciſione, ad candẽ peruenit virtutem. Et quid dico? Ipſe patriarcha Abrahã priuſquam circunciſionem acciperet, iuſtificatus eſt. Nã ante
Roma. 4. b circunciſionem, inquit: Et credidit Abraham deo, & imputatum eſt illi in iuſticiam. Quid igitur ſuperbis Iu C dæe in circunciſione? Diſce, quòd ante hanc fuerunt iuſti multi. Etenim Abel fide oblationem fecit, quemad-
Heb. 11. a modum & Paulus dicit: Fide vberiorem hoſtiam obtulit Abel deo quàm Cain, & Enoch tranſlatus eſt. Et Noë ob multam iuſticiam tempeſtatem illam grauiſsimam effugit. Et Abrahã ante hanc ob ſuã in deũ fidem prędicatus eſt iuſtus. Sic ab initio per fidem humanum genus ſalutem aſſequutum eſt. Sanè propterea permiſit miſericors deus ſacrificia ſibi offerri, vt quoniam natura noſtra imperfectius ſe habebat, ſimul & ſuam gratitudinem declarare, & idolorum pernicioſum cultum effugere poſsit. Nam cum tantũ nobis permiſerit deus, multi tamen à ruina ſibi non caueruntuti hoc non fuiſſet factum, quo pacto quis damnum hoc effugiſſet? Et odoratus eſt dominus deus odorem fragrantiæ. At nõ ita eſt de ingratis Iudæis: ſed quo modo, audi prophe- D tam dicentem: Thymiama in abominationẽ mihi eſt: quaſi oſtendat voluntatis offerentium maliciam. Quẽadmodum hîc iuſti virtus fumum & nidorem fecit odorem fragrantiæ: ſic apud illos offerentium nequicia, bene olens thymiama in abominationem conuertit. Igitur vbiq; ſtudeamus mentem afferre incorruptam. Iſta enim cauſa eſt omnium bonorum. Bonus enim dominus non conſueuit attendere ad ea quæ à nobis fiũt, ſed ad internam mẽtem, à qua, vt hæc faciamus, impellimur. Et ad hanc ſpectans, vel approbat ea quę à nobis fiunt, vel auerſatur. Itaq; ſiue precemur, ſiue ieiunemus, ſiue eleemoſynam faciamus (illa enim ſunt ſpiritualeſ noſtræ hoſtiæ) ſiue aliud ſpirituale quoddam opus facimus, hoc faciamus bona mente incitati: vt & laboribus dignã referamus coronam. Eſſet enim per abſurdũ, laborem nos ſuſtinere, & retributione fraudari, quando

A nõ iuxta leges ab illo nobis datas virtutem exercemus. Fieri autem poteſt ob magnam dei miſericordiã, vt opere nondum completo, coronam quis accipiat à ſola pia mẽte. Et vt hoc diſcas, aduerte obſecro hoc in eleemoſyna. Nam ſi quando vides iacentem in foro, & extrema inopia detentum, & condoles mente in cœlum ſublata, quæ gratias agat domino, tum propter ea quæ tibi conceſſa ſunt, tum propter inopis patientiã: etiam ſi non poſsis explere & ſoluere illius famẽ, propter mentem piam, conſummatam recipies mercedem. Et ea de cauſa dominus quoque dicebat: Si quis potauerit cali- Matt. 9. f
cem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, amẽ dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Num quid poculo aquæ frigidæ tenuius? ſed animus pius mercedem inde ſibi cõciliat: hoc & in oppoſito inuenim⁹. Operę precium enim eſt, vt de iis loquamur charitati veſtræ, quò vobis hæc tenentibus, maius gratitudinis ſtudium ſit. Audi enim quid dicat Chriſtus: Qui ſpectat mulie- Matt. 5. d
rem ad hoc vt concupiſcat eam, iam adulteratus eſt eã in corde ſuo. Vides & hîc iterum malam mẽtem ſequi condemnationem, & ob inconſideratũ intuitum, quaſi completum eſſet adulterij opus, pœnam inferri? Itaque cum hæc ſciamus, vndequaque mentem noſtram bene muniamus, vt per eam fiant accepta quæ facimus. Nam ſi fumum & nidorem fecit fieri odorem ſuaueolentiæ: quid nõ é ſpiritualibus noſtris faceret cultibus, & quãtam non gratiam cœlitus nobis procuraret? Et odoratus eſt, inquit, dominus deus odorem fragrantiæ. Vidiſti quę fecerit iuſtus, quo modo, quantum ad externum ſpectaculum pertinet, rem paruam: quantum autem ad animum, permagnam? Attende autem & vltrà immenſam miſericordis domini bonitatem. Et dixit dominꝰ deus in mente ſua: *Non adiiciam vltra vt maledicam terræ propter opera hominum, quia incumbit mens hominis intentè in mala opera à iuuentute. Non igitur adiiciam vt percutiam omnem carnem viuentem, ſicut feci, vltrà omnibus diebus terræ.* O magnum beneficentiæ pondus, ô plurimam miſericordiæ magnitudinem, ô ineffabilem tolerantiæ excellentiam. Et dixit dominus deus in mente ſua. Iterum humano more loquitur, & quaſi ad noſtrum genus, Non adiiciam vltrà vt maledicam terræ propter opera hominum. Et de protoplaſto dicebat, quum illi malediceret: Spinas & Gen. 3. & 4.
tribulos oriri faciet tibi & de Cain ſimiliter. Quia autẽ nunc communem omnium inuexerat interitũ, vt conſolationem det iuſto, & fiduciam ei addat, ne forte cogitet apud ſe, quæ vtilitas factæ benedictionis, quòd dixit, Creſcite & multiplicamini: cum iterum vbi multiplicati fuerimus, pereundum ſit nobis. Nam olim & ad Adam dixerat, Creſcite & multiplicamini: & ſuperue- Gen. 2.
nit tamen diluuium. Vt ergo ne cogitando ſecum talia in perpetuo angore eſſet, vide miſericordiam domini. Non adiiciam inquit, vltrà maledicere terræ propter opera hominũ. Vide quo modo aſsignauit, quòd propter horum maliciam maledictionẽ terræ inuexit. Deinde vt ne putemus quòd ideo hanc promiſsionem fecerit, quia ipſi iã in melius ſe conuerterint, inquit: Quia incumbit mens hominis intentè in mala opera à iuuentute. Rara miſericordiæ ſpecies. Quia, inquit, incumbit mens hominis diligẽter in mala opera à iuuentute. Propter hoc inquit: Non vltrà adiiciam vt maledicã terræ. Ego enim, inquit, quæ ad me pertinent, ſemel atq; iterũ exhibui. Quia autem video maliciã ita increſcere, promitto me non vltrà maledicturum terræ. Deinde oſtẽdens ſuæ miſericordiæ magnitudinem ſubiunxit. Non adiiciam igitur vltrà vt percutiam omnem carnẽ viuentem,

Universidad de Deusto

uentem, sicut feci, omnibus diebus. Vide obsecro, quantam consolationem affert iusto: imò non iusto tantum, sed & propter suam bonitatem etiam vniuerso hominum generi post illum futuro. Nam quòd dicit: Nõ adiciam ultrà vt percutiam omnem carnem viuentẽ: & quod dicit, Sicut feci: item quòd dicit, Omnibus diebꝰ: per hoc nobis demonstrare vult quòd non sit vltrà tale diluuium venturum, & quòd neq; talis hominũ communis interitus totum orbem inuadet. Deinde etiã indicat beneficentiæ suæ perpetuitatem. Omnibus enim, inquit, diebꝰ, hoc est, In omnia secula promitto me nõ inducturum huiusmodi indignationem, neq; facturũ tantam confusionem & intemperiem temporũ, & qualitatum aëris. Ideo subdit: Sementis & messis, frigus & æstus, æstas & ver,* dies & nox, non requiescent. Immobilis, inquit, erit hæc ordinatio: terra nunquã desinet suppeditare quæ hominum generi necessaria, neq; cessabit proferre laborũ & agriculturæ retributiones, neq; anni partes aliis versionibus mutabũtur: sed & frigus, & calor, & æstas, & ver in anni circulo erunt. Nam quia per diluuij tẽpus fuit cõfusio quædam totius istius ordinis, & iustus ille in arca erat toto illo tẽpore, quasi continua nocte, ideo nunc, inquit, Neq; nox, neq; dies suum relinquẽt cursum, sed ad vsq; seculi consummationem immotum illorũ permanebit ministerium. Vidisti dignam consolationem, quæ potuit iusti mentem refocillare: vidisti qualem retributionem acceperit iusti gratitudo? Sed & ex sequentibus iterum audi ineffabilem liberalitatem. *Et benedixit*, inquit, *deus Noe, & filiis illius, & dixit eis: Crescite & multiplicamini, & implete terram, & dominemini ei. Et tremor timorq; vester erit super omnes bestias terræ, & super omnes volucres cœli, & super omnia quæ mouentur super terram, & omnes pisces maris in manus vestras dedi. Et omne reptile quod est viuens, vobis erit in cibum. Quasi olera herbarũ dedi vobis omnia. Veruntamen carnẽ in sanguine animæ ne comedatis.* Dignum est vt hîc admiremur excellentẽ domini benignitatem. Vide enim hîc quo modo iustus ille iterum eandem benedictionẽ consequitur, quam olim Adam: amissum renocat principatum virtute sua, imò ineffabilis domini misericordia. Nã sicut de illo dicebat, Crescite & multiplicamini, & dominemini terræ, & imperate piscibus maris, & reptilibus, & volatilibus, & feris: sic nũc inquit: Et tremor & timor vestri erit super omnes bestias terræ, & super omnes volucres. Omne, inquit, reptile quod est viuens, vobis erit in cibũ. Quasi olera herbarũ dedi vobis omnia. Veruntamen carnẽ in sanguine animæ ne comedatis. Attende eandẽ regulã, quę aliter seruanda tamen. Nam vt protoplasto dictum est, postquã ei traditum est dominiũ super omnia, vt frui possit omnibus quæ sunt in paradiso, abstineret tantũ ab vnico ligno: ita & hîc post benedictionem, & postquàm terribilis factus est bestiis, & sub manus eius venerunt aues & volatilia, inquit: Omne reptile viuẽs vobis erit in cibũ: vt olera herbarũ vobis dedi omnia. Hîc est initium edendarũ carnium: non vt ipsos ad ventris ingluuiẽ paret & instruat, sed quia ex ipsis erat Noë sacrificaturus, & deo gratias actur⁹, vt ne videamur quasi † cõsecratis abstinere: idcirco edendi facultatem concedit, & valde securos reddit. Quasi olera herbarũ vobis dedi omnia. Dein sicut de Adam dictum est, vt de vno ligno ex omnibus non ederet: ita hîc dictum est, cum illi omnia ad esum valde licenter permissa essent.

Veruntamen carnem in sanguine animæ ne comedatis. Quid est caro in sanguine animæ: hoc est suffocatum. Bruti enim anima sanguis est. Quia igitur sacrificia perfecturi erant ex brutis, quasi docet illos, dicẽs: Quia sanguis mihi segregatus est, vobis caro. Hoc autem facit ideo, vt primis illis temporibus comprimat illorum impetum, & propensionem ad homicidia. Et quòd hoc sit verũ, quia per hoc eos magis pios facere voluerit, audi quæ sequuntur. *Etenim* † *ipsum*] *sanguinem*, inquit, *animarum vestrarum exquiram, de manu omnium bestiarum exquirã illum. Et de manu hominis fratris exquiram animam hominis.* Quid ergo? Animâne hominis sanguis est? Non hoc dicit, absit: sed humana consuetudine vsus est, quasi quis dicat alicui: Sanguinem tuum porto in manibus meis: hoc est, potestatem habeo interficiendi te. Nam quòd anima hominis non sit sanguis, audi Christum dicentẽ: Ne timueritis ab eis qui occidunt corpus, animam enim occidere non poterunt. Et vide quantam fecerit diuersitatem.

Qui effuderit, inquit, *sanguinem hominis, pro sanguine eius effundetur: quia in imagine dei feci hominem.* Cogita obsecro, quantus hîc terror verbo adstructus est. Et si quod eiusdem naturæ est, inquit, non te auocat, neque à tam peruerso conatu repellit naturæ communio: sed etsi totus impie flagitiosus fraternum fœdus & compassionẽ nõ agnoscis, cogita quòd ad imaginem dei formatus est, & quantis eum deus dignatus sit prærogatiuis, & quòd omni creaturæ præfectus sit, & quiescas à mala volũtate. Quid ergo si innumeras quis patrauerit cædes, & tãtum sanguinis effundat, quo modo dignam dabit pœnam † sanguinis effusi] Non hoc considera homo, sed intellige quod tale non multo post accipiet corpus incorruptibile, quod poterit continuam & æternam pœnam ferre. Illud item considera, quàm diligenter præceptum sit. Nã de homine, inquit: Ne effundas sanguinem: de brutis autem non dixit, ne effundas: sed, verũ tamen carnem in sanguine animæ ne comedatis. Illic dicit, Ne effundas: hîc, ne comedas. Vides quàm nihil molestum habeãt eius leges? quo modo leuia & facilia mandata? quo modo nihil græue, neq; onerosum requirit à nostra natura? Dicunt enim aliqui, brutorum sanguinem, grauem, terrestrem, & multarum ægritudinũ causam, si comedatur. At nos propter prædictũ sermonem magis piè philosophicum, & domini mandatum id obseruare debemus. Deinde vt discas quare tam diligenter hoc præceptum statuit, cohibẽs hominum cædis auidas mẽtes, dicit: Vos autem crescite, & multiplicamini, & implete terram, & dominamini ei. Non temerè, & absque causa dixit, Vos autem: sed quasi diceret, Vos qui pauci, & in paruo numero, omnem terram implete, & dominemini ei: hoc est, dominium habete & potestatem, & fructum. Vide obsecro dei misericordiam, quo modo prius magna beneficia donat, & tandem vnicum & leue mandatum dat. Et sicut de Adam dictum est, postquam ei concessit, vt habitaret in paradiso, & tot ac tantis frueretur, tandem ei præcepit, vt ab vnico ligno abstineret. Ita & hîc postquã promisit nõ vltrà talem se illaturum generalem ultragem, neque ita indignaturum: sed vsque ad consummationem mundi immota permansura omnia elementa, ita vt queque suum cursum & ordinem impleant: & postquam ipsi benedictionem sunt cõsecuti, donatiq; pristina super bruta omnia potestate, ac carnium esu securè permisso, tũc inquit: Veruntamen carnem in sanguine animæ ne comedatis. Vidisti quo modo prius benignitate ac ineffabili liberalitate vtitur, & tũc demum præcipit id quod inter homines nunquam fieri solet. Homines enim primum volunt ea quæ præcipiunt opere compleri, magnaque obedientia & beneuolentia erga se vti subditos man-

Cap. IX.

* ἡμέραι καὶ νύκτα i. diẽ & nocte, siue die & nocte.

† cõsecratis.

† effuso ipso sanguine?

Gene. 9.

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tos mandata suscipientes, ac tunc vtique cogitant de remunerandis iis qui multam obedientiam præ se tulerint. Non ita se gerit cõmunis omnium dominus: prius enim benefacit, & multitudine beneficiorum nostram naturam ad se allicit, & postea imperat facilia atque leuia, vt facilitate mandatorũ & beneficiis prioribus excitati, ad ea implenda inducamur. Ne igitur negligentes simus dilecti circa mandatorum obedientiam: sed beneficia priora cogitantes, & mandatorum facilitatẽ, & præmiorum post impleta mandata promissam magnitudinem, sobrijq; simus, & festinemus ad facienda mandata à deo nobis tradita: & ne dimittamus vias quas ad perficiendam animarum nostrarum salutem præscripsit, sed tempore nostræ vitę quod reliquum bene vtamur, & peccata abluamus, & in hac vita nobis fiduciam quandam reponamus, maximéque nunc cum adhuc est relicta quadragesimæ pars. Neque enim paruus est dierum numerus qui relinquitur, si voluerimus parumper resipiscere. Hoc autem dixi, non quòd solum tanto tempore opus habet peccatorum correctio, sed quia dominũ habemus misericordẽ & benignũ, & non indiget magno tempore, tantum magno feruore & sobrietate ad ipsum accedamus, reiectis secularibus curis omnibus, & supernæ gratiæ innitamur. Nam & Niniuitæ tanta peccatorũ multitudine aggrauati, quia magnam & veram pœnitentiam egerunt, non indigebãt ampliori quàm trium dierum tempore ad prouocandam dei bonitatem, & irritandã quæ aduersum se lata erat sententiam. Et quid dico Niniuitas? latro in cruce neq; vno die opus habebat. Et quid dico, die vno? neq; breui hora. Tanta est dei erga nos misericordia. Nam vbi viderit voluntatis nostrę firmũ propositũ, & feruẽti nos desiderio ad se accedere, non tardat, neq; differt: sed accelerat, suamq; solitam liberalitatem exhibens, di
Esaiæ 65. d cit: Adhuc loquente te, dicam: Ecce assum. Itaq; exauditurus est & nos, si voluerimus in paucis diebus illis studij specimen quoddam afferre, & ieiunij subsidio non abuti, & excussa socordia cõtinuis precibus placare dominum, calentes profundere lachrymas, delicta nostra sedulò confiteri, & quasi medico proponere nostra vulnera, & animarũ vlcera declarare, nec abiicere quã ille dat medicinam, necnon & alia quæ à nobis exiguntur afferre: animo inquam conteri & compũgi, eleemósynam dare largam, affectiones quæ mentem nostrã interturbant refrænare, & ex anima eliminare: ita vt neque ab diuitiarum cupiditate expugnemur, neque iniurias illatas vindicare cupiamus, neq; hostiliter in proximum affecti simus. Nihil enim omnium deus ita odit & auersatur, vt hominem vltionis auidũ, & in animo suo perpetuas aduersus proximum seruantem inimicicias. Tantum enim eius peccati damnum est, vt misericordiam dei reuocet, nec locum habere sinat. Quod vt
Matth. 18. c sciatis, Euangelicam vobis parabolam refero. Quo modo ille decem milium talentorum debitor, remissionẽ omnium à domino consequutus, eo quòd supplicabat & orabat. Misericordia enim motus, inquit, dominus noster, & fœnus ei remisit. Vidisti misericordiam domini? Ille procidit, supplicat, orat, vt longius sibi tẽpus præfiniatur. Longanimis esto in me, inquit, & omnia tibi reddam. Sed bonus dominus, misericors, nostriq; curam agens, supplici bene volens, non solum quantũ petiit, sed quantum ne cogitare quidem ausus fuit, dedit. Is enim eius mos est, vt vincat, & præueniat petitiones nostras. Illo itaque orante, vt seueritatem dominus remitteret, & promittente soluturum se omnia, dominus bonitate sua vincens nostra delicta, misericordia motus, inquit, Dimisit eum, fœnusq; totum ei dimisit. Vidisti quid seruus orauerit, & quantum ei dominus dimiserit? Vide è diuerso & serui insolentiam: debebat enim iuxta tantam misericordiam & indicibilem beneficentiam sibi exhibitam, & ipse proximo fuisse compatientissimus. Verũ ipse planè diuerso modo egit. Egressus enim, inquit, ille decem milium talentorum debitor, & remissionem assequutus. Audite obsecro, diligẽter: nam quæ illi acciderunt, sufficiunt, ad corripiendas animas nostras, & ad persuadendum, vt tollatur grauis ille morbus è mente nostra. Hic igitur, inquit, egressus inuenit vnum è conseruis suis, qui debebat sibi centum denarios. Vide quantum interest. Hîc conseruus debebat centum denarios, illic dominus erat qui repetebat decem milia talentorum. Nihilominus quia vidit supplicantem & orantem, dimisit. At iste apprehensum seruum strangulabat, dicens: Redde mihi si quid debes.† Et quid nã conseruus, qui supplicabat, dixit? Vide quo modo subinde Euangelista verbum, conseruus, versat non temerè: sed vt discamus quòd pares illi nihil differebant. Veruntamen conseruus ei supplicabat, eodem modo vt ille antea domino, dicens, Longanimis esto in me, & omnia tibi reddam. Ille autem, inquit, egressus, coniecit hunc in carcerem, donec omne debitum sibi dinumeraret. O summam ingratitudinem: habebat adhuc in recenti memoria quanta dominus liberalitate secum egerat, neque sic aliqua compassione motus est: sed prius quidem suffocabat, nunc verò in carcerem coniicit. Cęterum vide quid fit. Vt viderunt, inquit, conserui illius, contristati sunt: & vt venerunt ad dominum, rem omnem manifestarunt. Non ille quidem qui ita malè affectus erat (quo modo enim potuisset ille qui in carcerem coniectus?) Sed alij conserui, & qui nulla iniuria affecti, quasi iniuria affecti, ita mœsti erant, dominóque quem accesserunt narrauerunt. Iam vide & domini indignationem. Tunc accersito eo, inquit, dicit, Serue male. Verè hîc videre licet, quantũ malorum sit iniuriarum reminisci. Quoniam cum decem milia talenta consumpsisset, non vocauit eum malum: sed nunc quia cõseruo crudelis fuit. Male serue, inquit, omne debitum illud remisi tibi, quia rogasti me. Vide quo modo declarat excellentem eius maliciam. Num aliquid amplius feciste? inquit. Nõne paucula tantũ verba dixisti, & suscepta petitione tua totum illud grande & indicibile debitum remisi? Nónne & te misereri oportebat conserui tui, sicut ego tui misertus eram? Qua dignus eris venia? Ego dominus tantum pondus debitorum propter pauca illa nuda verba dimisi: tu autem conseruo tuo, qui est eiusdem naturæ, non es misertus, neque inflecti potuisti, neque recordatus eorum quæ à me tibi concessa, vllam compassionem præ te tulisti: sed inhumanus fuisti & crudelis, conseruóque misereri noluisti, idcirco hîc tandem re ipsa disces quantorum tibiipsi malorum author fueris. Et iratus dominus eius, tradidit illum tortoribus. Vide & nunc ipsum irasci ob inhumanitatem erga seruum, & tortoribus illum tradere: id quod prius non fecit cum tot debitorum reus esset, nunc fieri iubet. Tradidit enim illum tortoribus, donec omne debitum redderet: donec, inquit, decem milia talenta, quæ iam remissa erant, dinumeraret. Magna & ineffabilis dei misericordia, cum in se quidem peccatum est, ad nudas tantum preces totum remittit: cum autem in conseruum videt crudelem & inhumanum, suam reuocat liberalitatem, monstrans illi re ipsa

† *Quid igitur? Præcedit, inquit, cõseruus ei.*

quòd

quòd non tam illum quam seipsum offendisset. Et sicut conseruum in carcerem coniecit, donec debitum redderet: ita & ipse tortoribus traditur, donec quod debebat rependat. Hæc de talentis & denariis non simpliciter dixit, sed de peccatis erat sermo, & delictorum magnitudine: vt discamus quòd nos quidem infinitorum peccatorum pœnas domino debentes, propter ineffabilem illius misericordiam, remissionem ab ipso accipimus. Si verò erga conseruos & proximos, & eos qui eandem quam nos naturam sortiti sunt, crudeles & inhumani fuerimus, & quæ in nos commissa sunt nõ dimiserimus, sed pro re friuola importuni fuerimus (quantum enim interest inter centum denarios, & decem milia talenta: tantum & inter ea quæ nos in dominum, & ea quæ alij in nos deliquerunt) tunc & nos in indignationẽ domini incidemus, & ea quæ iam antea dimissa erant soluere iterum in tormẽtis cogemur. Porrò vt diligenter discamus parabolam hanc ob animarum nostrarum salutem à domino adductam, audi
Matth.18.c quę inferuntur. Sic & pater vester cœlestis faciet vobis, inquit, si non vnusquisque fratri suo remiseritis è cordibus vestris delicta illorum. Magnum parabolæ lucrum, modo attẽdere voluerimus. Quid enim tantum poterimus dimittere, quantum nobis à domino dimittitur? Et nos quidem si hoc voluerimus, cõseruis remittimus, ipsi verò à domino remissionem accipimus. Et vide vt diligenter singula sunt dicta. Non enim dixit simpliciter, si non dimiseritis hominibus peccata: sed, si non vnusquisque fratri suo è cordibus vestris delicta illorum. Aduerte quo modo vult cor nostrum in quiete & tranquillitate esse, & mentem nostram à perturbationibus alienam, affectionibúsque omnibus liberam, plurimúmque nos erga proximum misericordiæ stu-
Matt.6.b dium declarare. Et alio quoque loco iterum dicit, Si dimiseritis hominibus delicta illorũ, dimittet & vobis pater vester cœlestis. Ne igitur putemus quod dum benefacimus, alteri gratificemur, aut magnum quoddam beneficium apud illum deponamus. Nam ipsi sumus qui beneficio fruimur, & multum lucri inde nobis conciliamus: sicut etiam si hoc non fecerimus, omnino nihil eos lædere poterimus, nobisipsis autem intolerabilem gehennæ pœnam paramus. Idcirco obsecro, vt cogitãtes hæc, nunquam admittamus vt eorum qui nos contristarunt, vel aliâs offenderunt, iniurię reminiscamur, vel inimico animo erga illos afficiamur: sed considerantes, quanta hoc nobis afferat beneficia, & quantam ad dominum fiduciam: & ante omnia, quòd reconciliari cum iis qui nos iniuria affecere, peccatorum nostrorum absumptio quædam est: festinemus & anhelemus vt paratum inde lucrum reputantes tam officiosi in eos simus, qui nos offendêre, quàm sumus in eos qui verè nobis benefaciunt. Nam si sapimus, non ita nobis prodesse poterunt qui candidi in nos sunt, & demereri cupiunt, atque ij per quos diuino fauore digni efficimur, & peccatorum sarcinis exoneramur. Cogita obsecro dilecte, quanta sit huius virtutis magnitudo, & disce vel ex præmiis, quæ propter illam vniuersi dominus promisit. Nam cum dixisset, Diligite inimicos
Matth.5.g. & Luc.6.d vestros, benedicite eis qui persequuntur vos, orate pro calumniantibus vos: quia sublimia sunt præcepta, summúmque verticem tangentia, inquit, vt efficiamini similes patri vestro qui in cœlis est: quia solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vidisti duntaxat pro humanis viribus, cui similis fiat, qui non solum non vlciscitur eum qui offendit, sed & pro eo orare studet? Ne igitur negligentia nostra talibus nos fraudemus bonis, & præmiis quę omnem * rationem transcendunt: sed modis omnibus boni huius operis nobis cura sit, cogatúrque & erudiatur mens, vt pareat dei præceptis. Nam propterea hãc admonitionem & ego nunc feci, & parabolam in medium attuli, & quanta sit huius boni operis magnitudo, & quantum inde lucrum nobis accrescat, ostendi, vt cum adhuc tempus est, si quis ex vobis est qui alium habeat sibi infensum operam det, vt officiosè reconcilietur. At ne quis mihi dicat, Semel atque iterum orauí, & non assensit. Si hoc synceriter facimus, non prius quiescamus donec multa sedulitate victoriam adepti, illum nobis conciliemus, & à suis in nos inimiciciis abducamus. Neque enim illi quid largimur, sed in nos transeunt beneficia. Dei fauorem hinc assequimur, peccatorum nostrorum maculas detergi facimus, magnã apud deum fiduciam accipimus. Si hoc fecerimus, poterimus pura conscientia ad sanctam terribilemque hanc mensam accedere, & verba illa quæ precationi inserta sunt, fidenter dicere. Sciunt initiati illi quid dicatur. Proinde vniuscuiusque conscientiæ relinquo, quo modo mandato illo impleto, per illud terribile tempus fidenter dicere possimus. Quòd si negligentes fuerimus, quanta hinc nobis condemnationis causa, qui diuersa facimus & dicimus? Audemus temerè verba precum pronunciare, & maiorem nobisipsis ignem extruere, irámque dei in nos prouocare. Gaudeo & lætor, quia video vos tanta voluptate quæ dicimus audire, & plausu tanto excipere, promptósque esse, & ad dominici mandati adimpletionem paratos. Hæc enim animarum nostrarum medicina est, hoc vulnerum nostrorum pharmacum. Hæc optima deo placẽs via. Hoc certissimum piæ animæ indiciũ, suscipere omnia propter legem domini, & à cogitationum infirmitate non retrahi, sed affectionibus imperare, animo versare beneficia nobis à deo quotidie exhibita, & quantumuis conemur vix vllam partem exponere poterimus eorũ vel quę olim in nos collocata, vel quæ quotidie accipimus, vel quæ in futurum reposita sunt bona, si voluerimus mandata domini opere complere. Igitur hinc exeuntes istud in primis agendum quique proponant, & quasi ad thesaurum maximum festinent, neque differant, vt fieri solet. Etiam si labore, vel inquisitione, vel longo itinere opus sit, etiamsi molestiæ multæ sint, omnia hæc auferamus impedimenta. Vnica nobis cura sit, quo modo mandatum domini adimpleamus, & obedientiæ nobis afferatur merces. Scio quòd graue & molestum videtur, ad eum qui hostiliter in te affectus sit, abire, cúmque eo stare & loqui: at si mandati cogitaueris dignitatem, & retributionis magnitudinem: & quòd non in illũ, sed in te recurrant beneficia, omnia tibi leuia & facilia videbuntur. Hæc igitur in mentibus nostris versantes, consuetudinem nostram vincamus, piáque mente dominica mandata adimpleamus, quò & à Christo remunerari mereamur, gratia, & misericordia bonitatis eius. Cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit dominus deus ad Noe & ad filios eius cum eo. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum & cum semine vestro post vos, & omni animę viuenti vobiscum tam in volucribus quàm in pecudibus, & omnibus bestiis terræ.

Homiliæ XXVIII.

* λόγον, rationem sermonẽ oratio nem.

Dimitte nobis sicut & nos dimittimus.

Heri

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERi propoſita benedictione, quam conſequutus eſt à domino iuſtus, qui poſt egreſſum ex arca, altare ædificauit, & oblatis hoſtiis ſuã declarauit gratitudinẽ, vlterius neq; progredi, neq; lectionem totam enarrare, neq; quantũ ſe humilitati noſtræ miſericors deus attemperet, oſtendere potuimus: nam ſermonem noſtrũ, quia prolixius ſe extendebat, celeriter ſuccidimus, vt ne multitudine veſtra memoria adobrueretur, non ſine iactura eorũ quæ dicenda erant. Non enim hoc ſolũ nobis curæ eſt, vt multa dicamus: ſed tanta, quæ vobis facilẽ ſit mẽte capere, quò cũ lucro hinc abire liceat. Nam ſi nos plura q̃ par ſit dixerimus, & vos nihil inde percipiatis, quæ vtilitas? Scitis enim, quòd propter veſtram vtilitatẽ hunc laborem ſuſcepimus, & iuſtã nos mercedẽ accepiſſe credimus, ſi veſtrũ videamus profectũ: & quòd diligẽter quę dicuntur teneatis, in ſinibus animi veſtri repoſita, continuò ea memorantes & ruminãtes. Memoria enim olim dictorum, faciet, vt maiori cõmoditate, & dicẽda capere poſsitis. In hoc enim inuigilamus & incũbimus, vt omnes vos perfecti & cõſummati ſiatis, & nihil eorum quæ in diuinis ſcripturis continentur, vos lateat. Etenim eorũ noticia, ſi vigiles, ſobriiq; eſſe volumus, & ad melioris vitæ frugẽ plurimũ nobis confert, alacrioresq; ad virtutũ labores facit. Nam cũ erudimur, omnibus iuſtis magnã apud deũ eſſe fiduciã, qui afflicti & tẽtati per omnem vitam ſuã, patientiã & gratitudinem declararunt, & ſic prędmia ſunt adepti: quo modo nõ & nobis curæ erit, vt eandem incedamus viã, quò & eadẽ præmia obtineamus? Ideo obſecro, vt quotidie aliquid accedat boni operis, & creſcat veſtrum ædificium ſpirituale, & bona opera quæ olim feciſtis, diligenter cuſtodiatis, & ſi quæ adhuc deſiderantur adiiciatis, & ſic in ſummum virtutis perueniatis faſtigium, in veſtram gloriam, in ædificationẽ eccleſiæ, in honorẽ Chriſti. Sanè ego vidẽs inexplebilẽ veſtrã ſpiritualiũ doctrinarũ auiditatẽ, etiam ſatis conſcius magnæ meæ tenuitatis, non intermitto quotidie apparare ex diuinis ſcripturis conuiuium, & quæcunq; dei gratia propter ſuam miſericordiam & veſtram vtilitatem ſuppeditauerit, proponere. Age igitur & hodie indicabimus charitati veſtræ eminentem dei miſericordiam, quam humano generi cõtulit, & ob id verba quæ deus ad Noë dixit, afferimus. Et dixit deus ad Noë, & filios illius. Poſtquam benedixit illum & filios illius, & dixit, Creſcite & multiplicamini: & tradidit illis dominium ſuper bruta omnia, poteſtatemq; dedit hiſce quaſi oleribus herbarum veſci, necnon & mandauit vt carnes in ſanguine non comedant: adhuc gerens curã iuſti & poſteritatis, beneficiiſq; noſtrum genus adobruẽs, denuò maiora adiicit beneficia, & inquit, *Dixitq; dominus deus Noe & filiis illius cum ipſo, dicens: Ecce* † *ſtatuam teſtamentum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos, & omni animæ viuenti vobiſcum, à volucribus & pecoribus & omnibus beſtiis terræ quæcunq; ſunt vobiſcũ & omnibus quæ egreſſa ſunt ex arca, & ſtatuã teſtamentũ meum vobiſcũ. Et non morietur vltrà omnis caro ex aquis diluuij, nec erit vltrà diluuium aquæ, quod omnẽ terram corrumpat.* Quia veriſimile erat iuſtum adhuc in angore eſſe, & mentẽ illius formidine teneri: & ſi quando ingrueret paruus aliquis imber, futurum triſtem & attonitũ, quaſi denuò talis tẽpeſtas mundum inuolutura ſit: ideo vt & ipſe fidere poſsit, poſteritasq; omnis, optimus deus bene ſciens quòd & paruus mœror turbare queat. Nam præteritorũ experientia ad formidinem incutiendã multum habet momẽti. Itaq; quia veriſimile erat, & à parua pluuia formidaturũ, id-

† ſtatue.

A circo miſericors deꝰ, quaſi fiduciã illi adhibituꝰ, & ab omni formidine ſolutũ, in magnam ſecuritatẽ & incũditatem inducturus, promittit ipſi, quòd eiuſmodi pœnam vltrà nõ ſit illaturus. Et hoc quidẽ pridem & ante benedictionem promiſerat, dicens, quemadmodũ audiuiſtis, Nõ adiiciã vltrà, vt maledicam terram, etiam ſi hominum malicia increſcat, non tamen ego humanum genus tali ſubiiciam pœnæ. Nam monſtrando ineffabilem ſuam miſericordiã, idipſum nũc denuò promittit, vt bene cõfidat iuſtus, nec cogitet apud ſe, ac dicat, Et olim benedictionem generi noſtro dedit, & vt valde multiplicaretur effecit: ſed poſtea communem illam omnium internecionem ſubiunxit. Quocirca, vt omnem è cogitationibus illius tumultũ expelleret, copioſis argumentis certum ipſum fecit, non futurum vltrà tale diluuium: Quaſi ſcilicet diceret, diluuiũ ex miB ſericordia induxi, vt & malicia impediatur, neq; vlterius progredi poſsit: ita & nunc eadẽ miſericordia pollicitor me id nõ vltrà facturũ, vt ſepoſito omni mœrore, præſentem vitam tranſigatis. Et ideo dixit, Ecce ſtatuo teſtamentum meum, hoc eſt pactum facio. Nam ſicut in humanis negociis ſi quis promittit aliquid, pactum facit, & certis argumentis & indiciis ſecurum alium facit: ita & benignus dominus, inquit, Ecce ſtatuo teſtamentum meum. Et bene dixit, ſtatuo, pro eo quod eſt, Ecce ego inſtauro ea, quæ ex peccatorum ruina acciderant: & ſtatuo teſtamẽtum meum vobiſcũ, & cum ſemine veſtro poſt vos. Vide miſericordiam domini: quaſi diceret, Nõ tantum vobiſcum ſtatuo pactum: ſed & iis qui vos ſequentur ſtabile & firmum fore pronuncio. Poſtea vt ſuam declaret liberalitatem, inquit, *Et omni animæ viuenti vobiſcum, à volatilibus, & à pecoribus, & omnibus beſtiis terræ, quæcũque vobiſcum ex omnibus quæ egreſſa ſunt ex arca, & ſtatuo* † *teſtamentum meum vobiſcum, & nõ morietur omnis caro vltrà ab aqua diluuij. Et non vltrà erit diluuium aquæ, vt corrumpat omnem terram.* Vidiſti pactorum magnitudinẽ? vidiſti promiſsionum ineffabilem liberalitatem. Conſidera quo modo miſericordiã ſuam denuò facit vſq; ad bruta & feras pertingere: & meritò. Quod enim ſæpe dixi, hoc & nunc dico. Nam quia propter hominem hæc producta ſunt, ideo & illorum beneficiorum partem habent, quæ homini conceſſa ſunt. Et videtur † mihi commune eſſe teſtamẽtum & homini, & brutis. ¶Nã & hoc homini ſolatio fuerit, vt ſcire poſsit in quãto ſit honore, quòd non ſolum in ſe collocẽtur beneficia, ſed propter ſe in alia quoque animalia extendatur liberalitas: Et non morietur, inquit, omnis caro vltrà ab aqua diluuij, & non erit vltrà diluuium, vt corrumpat omD nem terram. Vidiſtis quo modo & ſemel, & iterum, & ſæpius pollicetur ſe non vltrà immiſſurum communẽ omnium internecionem, vt ex mente iuſti hanc ſolicitudinem adimat, & de futuris vt bonam ſpem ille habeat. Dein non ad ſuam naturam ſpectãs, ſed noſtram infirmitatem: non contentus eſt promiſsione ſua, quã verbis dedit: ſed iterum oſtendit, quo modo ſe noſtræ infirmitati attemperat, & ſignũ dat quod perpetuo durans tali metu humanum genus liberare poſsit, vt etiãſi ſæpe pluuiæ deferantur: & violentæ tẽpeſtates fiant: etſi aquarum magna ſit inundantia, neq; ſic metuendũ, ſed confidendum, nobis ad datum ſignum reſpicientibus.

Et dixit dominus deus ad Noe, Hoc eſt ſignum teſtamenti, quod ego do inter me & te. Vide quanto honore iuſtũ dignatur, ita cũ eo paciſcitur quaſi homo homini loquens, & dicit, *Hoc eſt ſignum teſtamenti quod ego do inter me & te, & omnem animam viuentem, quæ vobiſcum eſt in generationes æternas.*

Vidiſti

† pactum.

† quidẽ commune eſſe pactum ipſ & brutis, ſed non ita eſt.

Vidisti quo modo signum dandum omni viuenti duraturum sit in generationes æternas? Non solũ cõmuniter omnibus viuentibus dat signũ, sed & perpetuum & æternum illud facit, quoad mundus subsistit. Quod ergo signum? *Arcum meum pono in nube, & erit in signũ inter me & terram.* Ecce post pollicitationem verbo factã & hoc signum do, iridem dicẽs, quam aliqui fieri dicũt sole radios suos contra nubes mittẽte. Si sermo meus, inquit, non sufficit, ecce & signum do, nunquam vlterius talem me pœnam inducturum. Hoc ergo signum videntes, à formidine liberemini. *Et erit cum nubilauero,* †*apparebit.* inquit, *nubes super terram, & † apparuerit arcus meus in nube, & recordabor testamenti mei quod est inter me & vos, & inter omnem animam viuentem super omnem terram.* Quid dicis ô beate propheta? Recordabor, inquit, testamenti mei, hoc est pacti mei, promissionis, pollicitationis. Non quia ipse opus habeat recordatione, sed vt nos ad illud signũ respicientes, nihil durum suspicemur: sed statim recordemur diuinę promissionis, & roboremur, & confidamus, vtpote nihil tale passuri. Vidisti quantũ deus verbis se propter nostram infirmitatem humiliet, quantã curam gerat nostri generis, quantam misericordiæ magnitudinem declaret: non quia hominum conuersionem vidit, sed vt per omnia nos doceat excellentem suam bonitatem? Et non erit vltrà aqua in diluuium, ita vt deleat omnem carnem: quia sciuit hoc timere humanam naturam. Vide quo modo continuò hoc pollicetur, quasi dicens, Etiamsi videritis multos imbres fieri, neque sic aliquid duri vobiscum concipite. Non enim erit aqua in diluuium, ita vt deleat omnem carnem. Talis imber non erit vltrà, tantam indignationẽ non vltrà experietur humanum genus. Et erit, inquit, arcus meus in nube, & videbo vt recorder testamenti æterni inter deum, & inter animam viuentem in omni carne. Considera quo modo volẽs humanam naturam ad fidem & firmam credulitatem inducere, quãta verborum vsus sit humilitate. Et videbo, inquit, vt recorder. Ergóne visus ipsum in memoriam ducet? absit. Non enim vt hoc suspicemur, ita dicit, sed vt quando videmus signum hoc, dei promissioni confidamus, certi quòd non sit possibile dei promissiones intercidere. Et dixit dominus deus, inquit, ad Noë, Hoc signũ testamenti mei, quod posui inter me, & inter omnem carnem quæ est super terram. Accepisti, inquit, signum id quod dedi inter me & omnem carnẽ, quæ est super terram. Ne vltrà confundaris mente, ne turberis animo: sed ad hoc respice, & ipse bonam spem habeto, & omnes qui post te futuri sunt, hinc consolationem accipiant. Et aspectus signi fiduciam eis præstet, quòd nunquam talis tempestas terram inuadet. Nam quãuis peccata hominum crescent, ego tamen quæ promisi adimplebo, & nunquam talem indignationem in omnes faciam. Vidistis quàm excellẽs domini bonitas? Vidistis quantum ad nostram humilitatem verbis se demittat? Vidistis quanta sui erga nos curæ magnitudo? Vidistis quanta promittentis liberalitas? Non enim beneficium suum vsque ad duas vel tres, vel decem generationes extẽdit, sed promisit quoad subsistit mundus extendẽdũ: vt ex vtroq; emendatiores reddamur, & ex eo quòd illi propter multitudinem peccatorum tali pœna puniti sunt, & ex eo quòd nos tãta promissione dignat' est. Nam cordatos beneficia magis quàm pœnæ alliciunt ad mandatorum obedientiam. Igitur ne simus ingrati. Nos enim antequam vllum bonitatis specimen exhibuerimus, imò etiam cum pœnis digna fecerimus, tanta dignatus est beneficẽtia. Si grati fuerimus, & de prioribus gratitudinem declarauerimus, conuerterimusq; nos ad meliora, quanta tum deniq; nos dignabitur liberalitate & gratia, qui indignis ita benefacit, & tam misericors est peccatoribus? si à peccatis destiterimus, & virtutẽ sectemur, quæ nõ cõsequuturi sumus? Enimuero hac de causa prior ipse multa in nos beneficia collocat, & cum peccauerimus iterum nobis veniam impartit, & supplicia non è vestigio infert: vt per omnia nos alliciat, & dum nobis benefacit, & dum longanimis est. Sæpe etiam dum aliquos punit, alios per hoc inducere vult, vt illorum metu castigati supplicij periculum effugiãt. Vidisti sapientissimi dei misericordiam, quo modo omnia quæ per ipsum fiunt, propter vnũ solum, nempe humanam salutem, fiunt? Idcirco cum hæc cogitamus, ne simus desides, ne virtutem negligamus, ne præter eamus leges ab illo statutas. Nã si viderit nos conuerti, & quiescere, & principiũ aliquod facere, ipse quoq; sua simul afferet, facietq; nobis omnia leuia & facilia, & non permittet vt virtutis laborem sentiamus. Nam quando anima ad deum cogitationem suam intendit, non iam decipi potest à visibilium aspectu: sed præteriens omnia, ea quæ non videntur corporalibus oculis, quæ nullam sciunt vicissitudinem, sed perpetuò manent, fixáque sunt ac immota, diligentius speculatur quàm ea quę ante pedes sunt posita. Tales enim mentis sunt oculi, qui ad illorum spectaculũ continuò intendunt, & supernis radiis illustrati, omnia quæ in hac vita sunt quasi vmbram & somnium transeunt: non vlli vltrà deceptioni obnoxij sunt, neque ipsis imponi potest: sed etiam si opes viderint, statim derident: scientes quòd fugitiuo quouis infideliores, ab vno ad aliũ transeant, & nunquã apud eundẽ subsistant, & infinita mala possidentibus afferant, quos & in ipsum maliciæ, vt dicitur, præcipitium impulsos deturbant. Et si corporis formositatem intuiti fuerint, neq; illam magnifaciunt, cogitantes tam fragilem ac instabilem, quòd superueniens morbus repentè omnẽ illam formositatẽ obscuret, & quòd nonnunquam ante morbũ, si inuaserit senectus, facies quæ antea formosa erat fiat indecora, & iniucunda: mors autem superueniens, omnẽ corporis pulchritudinem corrumpat. Et si quẽ viderit gloria & potentia inflatum, & qui in summũ dignitatum verticem peruenerit, omniq; felicitate fruatur, etiã illũ prætereunt, quasi nihil stabile & solidum habentem, sed de illis gloriantẽ quę fluminibus ipsis ocyus præterlabuntur. Quid enim omni huius vitæ gloria vilius, quę flori herbæ confertur? Omnis enim gloria hominis, inquit, *1. Pet. 1. d* sicut flos fœni. Vidistis dilecti, quo modo quàm acutè videant oculi fidei, si quando in deũ mens intenta fuerit? Vidistis quo modo à nulla re visibili decipi possũt, sed rectũ habent rerum iudiciũ, neq; in vllo falluntur? Sed si gratum est, iterũ ad contextum sermonis reuertamur, & paucis propositis finem sermonis faciamus, vt dictorũ memoria mẽti vestræ infigatur. Nam postquã scriptura sermonẽ de diuino signo finiuit, voluit iterũ nos docere alia quæ ad iustum illum & filios illius pertinent, & dicit: *Erant autem filij Noe, qui de arca egressi sunt, Sem, Cham, Iaphet. Cham autem erat pater Chanaan. Tres † illi sunt à quibus } dispersi sunt super omnem terram.* Dignum hîc fuerit, vt inquiramus, quare diuina scriptura hos tres filios cõmemorando, subdit, Cham autẽ erat pater Chanaan? Ne putetis, obsecro, hoc absque causa fuisse adiectũ. Nihil enim in diuina scriptura continetur quod non aliqua ratione dictũ sit, quę nõ & latentẽ in se habeat vtilitatem. † *sunt filij Noe, ab istis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

litatem. Quare ergo assignauit, Cham autem erat pater Chanaan? Voluit autem per hoc nobis illius intemperantiæ nimietatem insinuare, & quòd neque calamitatis magnitudo illum coërcere potuit, neque tãta in arca angustia irrefrænatam illius concupiscentiam sedauit: sed quanuis senior nondum filios procreauerat, hîc incontinentiæ deditus, in tempore tantæ indignationis, & generalis interitus, quo orbis comprehensus est, rei Venereæ deditus fuit, & cupiditatis intemperantiã non refrænauit, sed iam statim ab initio mentis suæ maliciam monstrauit. Itaq; cũ non multo post, propter cõtumeliam in parentem, maledictionẽ susceperus erat eius filius Chanaan: Ideo scriptura diuina nomen eius prius assignauit, pariter & filij nomen, docens & patris intemperantiã: vt cũ eum postea videris magna ingratitudine erga patrẽ vti, scire possis quòd iam olim talis fuerit, vtpote neque à tanta calamitate humiliatus. Sufficere enim debebat ad extinguendã libidinem tantus luctus. Et nihil flammã & insaniam hanc ita cõprimere potest, vt tristiciæ vehemẽtia & calamitatis excellentia. Igitur qui in tanta malorũ magnitudine tãtæ rabiei & insaniæ in procreandis pueris fuit, qua venia dignus fuerit? At hîc nobis alia quæstio nascitur, celebrata, & quæ vbiq; circunfertur, Quare patre peccãte, filius maledictum accipit? Sed ne longum sermonẽ hunc faciamus, in aliud tempus illam reponemus, vt cum ad eum locum peruenerimus, tũc & solutionem afferamus, quã deus donauerit. Nihil enĩ in sacra scriptura (sicut dixi) inuenire licet, quod absq; ratione aliqua sit scriptum. Iam hoc igitur interim sciamus, quòd nomen filij non absq; causa fuit à Mose cõmemoratũ, cum dixit, Cham autem erat pater Chanaã. Tres, inquit, sunt ij filij Noë, & ab iis dispersi sunt in omnem terram. Neque hoc dictum obiter prætereamus dilecti, sed cogitemus ex illo ipso virtutis dei magnitudinem. Tres, inquit, erant ij filij Noë, & ex illis dispersi sunt super omnem terram. Quo modo ex tribus tanta multitudo succreuit? quo modo potuerunt * durarare? Quo modo ex paucis illis totus mundus constitutus? Quo modo eorũ permanserunt corpora? Non medicus erat qui medicinam adhibebat, neq; erat aliqua alia cura. Nondum enim erãt ciuitates conditæ, sed post tantã miseriam & vitam illam in arca, é qua salsuginosi & incuruati ob compressionem exierunt, & in tanta solitudine existentes, & indicibili vastitate, quo modo nõ corrupti sunt? quo modo non perierunt? Timorẽ enim & metum, dic oro, nõ putas cõmouisse eorũ mentem, & concussisse animam? Ne admireris dilecte: deus enim erat qui omnia faciebat, & deus naturæ opifex erat, qui omnia præpedimenta auferebat mandato suo, quo dixit, Crescite & multiplicamini, & implete terram. Hoc enim incrementum dedit. Quia & Israëlitæ cũ in Aegypto in luto & latere conficiendo onerati essent, in tanto maiorem multitudinem excrescebant, quo magis opprimebantur. Et neque immisericors & crudele præceptũ Pharaonis, quod præcipiebat masculos in flumina proiici (& alioqui mirè vexabant præfecti operarum) valuit imminuere illorum multitudinem, sed in maiorem multitudinem increscebant. Erat enim diuina gratia, quæ omnia diuerso modo operatur. Quando igitur dominus præcipit, ne quæras vt iuxta humanum morem opera perficiantur. Potentior enim quàm natura, non eget naturę ministerio, sed & per ea quæ alioquin impediunt res augmentat. Eo modo & nunc: per tres illos totũ orbẽ impleuit. A tribus enim illis, inquit, dispersi sunt in vniuersam terram. Vidisti dei potentiam? vidisti quo modo & si sint multa obstacula, nihil tamẽ illius moratur voluntatem? Idipsum & in fide licebit videre. Cum enim tales sint, qui infestent, tanti sint qui insidientur, & reges, & tyranni, & populi seditiosi, & omnia facientes vt extinguant scintillam fidei per insidiatores, per eos qui vetare volebant tanta pietatis flamma erupit, vt totum orbem habitatum & inhabitatum inuaserit. Etiam si ad indos abieris, & ad Scythas, & ad fines orbis terræ, etiã si ad ipsum Oceanum, vbique inuenies Christi † fidem illustrantem omnium animos. Hoc enim admirabile & stupore plenum, quòd effera barbarorũ corda demulsit, & placida fecit pietatis sermo, didicerunt̃q; philosophari, & abiecta pristina consuetudine ad pietatẽ transiati sunt. Et sicut per tres illos hominum genus multiplicauit vniuersi cõditor: ita quoq; & in fide per vndecim piscatores illiteratos & idiotas, qui neque os aperire audebant, omnem sibi orbem conciliauit. Et illiterati isti, & idiotę, & piscatores, philosophorum obturauerunt ora, & transcurrerunt orbem quasi alati, seminantes veritatis sermonem, & spinas execantes, & pristinas affectiones reuellentes, Christiq; leges vbique plantantes. Et neque quòd pauci essent, neq; quòd priuati & illiterati, neque quòd austera & insolita docerent, neque quòd veteri consuetudine humanum genus præuentũ esset, obstaculo eis esse potuit: sed prævia gratia sustulit hæc omnia, magnãque facilitate operati sunt omnia, per ipsa obstacula maiorẽ accipientes alacritatẽ. Enimuero interdum flagellati decedebant gaudentes, non propter flagella simpliciter, sed quia pro nomine Christi digni habiti sunt ignominiam pati. Interdum autẽ in carcerẽ coniecti, posteaquam ab angelo educti fuerunt, iterũ eadem continuauerunt: & in templũ abeuntes, doctrinę sermonẽ seminauerunt, piscati multitudines ad pietatem. Et iterum detenti, non solum non segniores inde facti sunt, sed & maiorem libertatem prę se tulerunt, in medio insanientis populi, & dentibus frementis stantes, ac dicẽtes, Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Vidisti libertatis magnitudinem? vidisti illiteratos piscatores contemnere tot furentes populos, & ad cędes ac mactationes paratos? At tu dilecte audiens hæc omnia quæ fiunt, ne tribue illis: sed diuinę gratiæ, quæ confirmat & instruit illorum alacritatem. Quia & ille beatus Petrus, cum ex vtero matris claudum rectum faceret, omnibus obstupescentibus & admirantibus, suam ipse gratitudinem declarans, inquit, Viri, quid in nos intenditis, quasi qui propria potentia vel pietate fecerimus illum ambulare? Quare, inquit, sic obstupescitis, & stupefacti estis in hac re? Num nos sumus hoc operati, vel propria virtute incolumitati illũ restituimus, & ambulare fecimus? Quid in nos intenditis? Nihil amplius nos attulimus, quàm quòd linguam nostram commodauimus. Qui autem omnia fecit, dominus est, & ille naturę conditor, deus Abraham, Isaac, & Iacob, quos patriarchas cẽsetis. Ille quem vos tradidistis, & negastis coram facie Pilati, iudicantis illum dimittẽdum. Ille est qui omnia operatus est, quem vos sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam vobis tradi: principem autem vitæ condẽnastis, quem deus excitauit à mortuis, cuius nos testes sumus, & in fide nominis illius, hunc quem videtis & nostis, solidauit nomẽ illius, & fides quę per ipsum, dedit huic icolumitatem coram omnibus vobis. Magna & multiplex liberi huius sermonis excellentia. Ineffabilis potentia virtutis, quæ supernè illis collata. Manifestissima resurrectionis

† *de illis*

Actorum 4 *& seq.*

Ibidem.

Ibidẽ. c.

Actorum 3 *& seq.*

Matthæi 26 *Marci 14* *Lucæ 22* *Ioannis 18* *& 19*

* Μιαρὴν δὲ durare, *subsistere.*

Exod. 1. & seq.

resurrectionis demonstratio beati illius in dicendo libertas fuerit. Quod enim maius miraculũ illo quis quęreret, cùm is qui ante crucem etiã abiectæ puellæ minas ferre nõ potuit, nunc ad eum modũ aduersus Iudæorũ populum insurgit, tantaq; fiducia? & cùm vnicus esset, contra tantam tamq; incõpositam & tam rabidã multitudinem se opponit, & loquitur quæ insaniam illorum magis exasperare queant? Vidisti dilecte id quod in proœmio dicebam, etiam nunc declaratũ: Quòd si quis amore in deum accendatur, non sustinet postea ad corporales res oculos intẽdere, sed alios oculos possidens, oculos inquã fidei: illa semper speculatur, & ad illa mentem habet intentam. Ambulansq; in terra, tanquã municipatum habens & conuersationẽ in cœlis, ita omnia agit, nullis humanis præpeditus à virtutis cursu. Nã qui talis est, non posthac respicit ad secunda huius vitæ, neque ad dura & aspera, sed omnia illa prætercurrit, ad patriam suam festinans. Et sicut qui sensibilem cursum magna contentione peragit, nullum occurrentium videt, etiam si sæpius in illum incidat: sed animo suo ad cursum intento, facilè omnia transit, festinans ad destinatum scopum: Eodem modo, qui cursum virtutis vt currat, festinat, & à terra in cœlum redire concupiscit: omnia enim quæ videntur deorsum relinquit, & totum se cursui dedit, neque prius subsistit, donec in verticem ascendere potuerit. Ei enim qui sic affectus est, etiam quæ videntur esse terribilia in præsenti vita, contemptibilia fiunt: quin & talis neque gladium timet, neque præcipitium, neque ferarum dentes, neque tormenta, neque lictorum manus, neque aliquid quod triste in hac vita: sed & si carbones videat substratos, quasi prata & paradisos videns transilit. Et si aliam quandam tormentorum speciem intentari videat, non deficit ad aspectum, neque auersatur. Desiderium enim futurorum mentem ipsius transtulit. Et quasi frustra corpore amictus, ita affectiones suas magistratur, & superna gratia munitus, corporis dolores ne sentit quidem. Quocirca obsecro, vt facilè virtutis labores ferre possimus, magnũ habeamus in deum amorem & desiderium, & illuc mente nostra intenta, à nulla re huius vitæ supplantemur in cursu illo: sed futurorum bonorum fruitionem continuò cogitantes, omnes huius vitæ molestias mansuetè feramus. Et neque ignominia nos contristet, neque inopia grauet: neque morbus corporis mentis sensum laxet: neque contemni à multis, & inter viles haberi, segniores nos faciat in virtutis studio: sed omnibus iis, quasi puluis essent, excussis, assumptoq; generoso & sublimi spiritu, magnum per omnia fortitudinis specimen exhibeamus. Et sicut heri vestram charitatẽ obsecraui, cum inimicis magna alacritate conciliemur, & ex animabus nostris affectionum eliminemus reliquias, & si qua concupiscentia interturbet, eam effugemus: & si furor ad iram extimulet, emendemus inflammationẽ cantu spiritualium admonitionum, quę monstrant quàm pernicioſæ sint affectiones. Vir enim, inquit, iracundus, non honestus est. Et iterum, Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit gehennæ ignis. Et si pecuniarum cupiditas incessat, demus operam, vt mens vitet tantam perniciem, & sicut radicem malorum omnium exscindamus. Sic studeamus singulas affectiones malas corrigere, quò & abstinendo à malis, & sectando opera bona, possimus in die illo tremendo à deo misericordiam assequi, gratia & miserationibus vnigeniti eius filij, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matt.26.g Mar.14.g Luæ 22.f Ioan.18.e

Prou.26.b & 29.d Eccli.28.b Matth.5.c

Tomus primus.

A *Et cœpit Noë homo agricola terræ, & plantauit vineam, & bibit de vino, & inebriatus est.*

Homilia XXIX.

AD finem tandẽ argumenti, quod de hoc iusto est, venimus: ideo obsecro mente intenta adeste, & diligenter quę dicũtur auscultate. Nam & ex iis quę hodie lecta sunt, non paruum, neque vulgarem percipere licet fructum: quandoquidem quę priscis euenerũt, si discere voluerimus, maximæ nobis doctrinæ sunt occasio. Hac enim ratione nõ solum opera sanctorũ bona nobis sunt scripta, sed & peccata, vt hæc quidem fugiamus, illa verò imitemur. Neq; hoc solum, sed monstrat insuper diuina scriptura, & iustos sæpe lapsos, & peccatores magnam agentes pœnitentiam, quò vtrinq; sufficiens nobis esset remedium: & neque qui stetit cõfidentior sit, videns & iustos cecidisse: neque qui in peccatis est, desperet, visis tot qui resipue-
B runt, & ad summũ virtutis apicem peruenire potuerunt. Itaque nullus, tametsi multorũ bonorum operum sibi cõscius, præsumptuosus sit, sed anxius sit & solicitus: & audiat beatum Paulum admonentẽ & dicentem, Qui stare sibi videtur, videat ne cadat. Nullus item, qui in profundum ipsum maliciæ descendit, salutis suæ spem abiiciat: sed ineffabilem dei misericordiã cogitans, audiat iterum deum per prophetam dicentem: Num qui cadit, non resurgit: & qui auersatur, non reuertitur? Et iterum, Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Vidisti dilecte, quòd omnia in diuinis scripturis scripta, non alia de causa memoriæ sunt tradita, quàm propter nostrã vtilitatem, & humani generis salutem? Hæc secum quisq; expendat, suisq; congrua vulneribus pharmaca imponat. Propterea enim tot cuiuis sunt proposita, & licet volenti conueniens suis affectionibus re-
C medium apponere, & sanitatem accipere celerrimam, tantum medicinæ curam ne quis reiiciat, sed suam declaret gratitudinem. Nulla enim est in humana natura vel corporis, vel animæ passio, quæ medicinam hinc accipere nequeat. Quo modo? dic obsecro. Ingreditur quis huc, tristicia & negociorum solicitudine oneratus, & ingressus huc, ita mœrore adobrutus, statim vt audiuit prophetam dicentem, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in deum, quoniam confitebor ei: Salutare vultus mei & deus meus: sufficienti cõsolatione susceptа abit, & omnem illam mentis tristiciam excutit. Alius item extrema premitur inopia: grauatim fert & mœret, videns alios diuitiis affluere, & valde inflari, & magno apparatu & pompa stipari: audit & hic eundem prophetam dicentem, Iacta in dominum solicitudinem tuam: ipse te enutriet. Et
D iterum, Ne timeas cùm ditatus fuerit homo, vel cùm multiplicata fuerit gloria eius: quia cum morietur non accipiet omnia. Est & alius quoque qui insidias & calumnias sustinens dolet, & insuauem putat vitam, nusquam humanũ inuenire valens auxilium: docetur & hic ab eodem propheta, in talibus angustiis non ad humanum præsidium confugiendum. Audi quid ipse dicat, Ipsi detrahebant mihi, ego autem orabam. Vidisti vnde quærat auxilium? Alij, inquit, dolos plectebant, & calumnias & insidias: ego autem ad inexpugnabilem murum confugio, ad tutam ancoram, ad portum fluctuum expertem, preces inquam, per quas omnia difficilia leuia & facilia mihi fiunt. Insuper alius ab iis qui prius sibi ministrabant, despicitur & contemnitur, & ab amicis relinquitur, & hoc est quod mentem eius maximè conturbat & confundit: sed & hic si huc venerit, audit

1.Cor.10.c Hiere.8.b Ezech.18.g Psal.41.b Psal.54.d Psal.48.d Psal.108.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.37.b beatum illum dicentem, Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et proximi mei à longè steterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam: & qui quærebant mala mihi, loquebantur vanitates, & fraudulentias tota die meditabantur. Vidisti struentes insidias vsque ad mortem ipsam, & perpetuum bellum gerentes? Nam hoc indicat, cùm dicit, Tota die, quia per totam vitam. Quid ergo ille interim, dum insidiantur, & varia instruunt, egit? Ego autem, inquit, quasi surdus non audiens, & quasi
Ibid.c mutus non aperiens os suum. Et factus sum quasi homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Vidisti excellentem philosophiam, quo modo diuersa via vicit? Illi dolos struebant, ipse aures obturabat ne audiret. Illi omni tempore non cessabant linguam acuere, & vanitates & fraudulentias meditari: hic autem silentio illorum insaniam comprimebat. Et quare sic se gerit, & illis hæc apparentibus ipse sic se disponit quasi surdus & mutus, & quasi neq; aures, neque linguam habeat? Audi ipsum tantæ philosophiæ causam di
Psal.140.c centem, Quia in te speraui domine, quia à te pendet spes mea, inquit, & in te me proieci, nulla mihi cura est, quid illi agant. Tua enim gratia satis potens est ad dissipanda hæc omnia, & irritandas illorum machinationes & insidias, vt nihil eorum impleatur quod apparant. Vidisti quo modo quacunque calamitate humanam naturam premente, conueniens ex scripturis antidotum accipere liceat, & omnis vitæ huius repellatur anxietas, neq; ab vllo quod accidit, grauemur? Propterea obsecro, vt subinde huc veniatis, & diuinę scripturæ lectionẽ diligenter auscultetis: non solum cùm huc veniatis, sed & domi diuina Biblia in manus sumite, & vtilitatem in illis positam, magno studio suscipite. Inde enim multũ lucri nascitur: primùm quidẽ, lectione lingua reformatur: deinde anima pennas assumit, & eleuatur, iubareq; solis iusticiæ illustratur, pérque tempus illud ab immundarum cogitationum illecebris liberatur, multa quiete ac tranquillitate fruens. Insuper, quod ad agendas vires corpori sensibilis ille cibus facit, id animæ lectio præstat. Spirituale enim alimentum est, & fortem reddit animam, & constantiorem, & magis philosophicam: non permittens vt ab affectionibus absurdis capiatur: sed leuem & alatam faciens, in cœlum ipsum, vt dicitur, transfert. Tantum igitur lucrum, oro, ne per negligentiam amittamus, sed etiam domi vacemus diuinarum scripturarum lectioni, & hîc præsentes non in nugis & inutilibus colloquiis tempus decoquamus. Sed propter quod conuenimus, attendamus quæ legantur, vt maiori inde fructu percepto discedere liceat. Quòd si huc ingressi, ad intempestiuas & inutiles confabulationes vos confertis, & absq; ampliori fructu hinc abitis, quæ vtilitas? Quo pacto nõ absurdum, eos qui ad seculares nundinas veniunt, solicitos esse vt antequam redeant, omnia quæ ex nundinis oportet, capiant, licet pecuniæ impendendæ sint: huc autem in spirituales has nundinas venientes, non omne studium impendere vt acceptis vtilibus, & in anima depositis, redeant: maxime cùm nullo pecuniarum sumptu hîc opus sit, sed alacritate sola & intenta mente? Vt igitur ne deteriores fiamus iis qui ad seculares mercatus vadunt, operã demus vt perquam vigilantes simus, ne desint hinc migraturis viatica: imò vt habeamus quæ nõ solum nobis sufficiant, sed & quæ suppeditare possimus & aliis, & vxorem corrigendo, & famulos, & vicinum, & amicum, & etiam inimicum. Tales enim sunt spirituales doctrinæ,

A vt communes omnibus proponantur, nullaque sit in eis diuersitas, nisi quando quis magis intentam affert mentem, & feruentiori desiderio alium transcendit. Itaque quia tantum est è nostris doctrinis lucrum, age hodie lecta in medium proponamus, & fructu quopiam inde collecto, domum redeamus. *Et cœpit*, inquit, *Noë homo agricola terræ, & plantauit vineam, & bibit de vino, & inebriatus est*. Vide quantæ vtilitatis occasio est huius lectionis proœmium. Quando enim audimus, quòd iustus ille & perfectus, & qui tantum superius accepit testimonium, bibit & inebriatus est: quo modo nos posthac, qui tantis & tam variis peccatis immersi sumus, nõ magna contentione damnum ebrietatis effugere studebimus? quanuis non sit simile iustum illum hac affectione capi, & nos in eandem incidere. Multa enim sunt quę iustum illum venia dignum declarant: quæ non dico qualiſe- *Ebrietatẽ*
B brietatem illius excusaturus, sed monstrans quòd non *excusaturus, sed mõ*
ex intemperantia supplantatus sit, sed ignorans magis. *strans quòd non*
Et quòd non ita simpliciter vini potationem inuenit, *audi scripturam*
audi scripturam eius apologiam afferentem, cùm dicit: *iustus.*

Et cœpit Noë homo agricola terræ. Istucipsum quod inquit, Cœpit, ostendit quòd ipse vini bibendi primus inuentor fuerit: & per ignorantiam, & nesciens sumendi mensuram, in ebrietatem inciderit. Neque hoc solum est in causa, sed quia magna tenebatur tristicia, & sibiipsi consolationem inde excogitare volebat, sicut & sapiens quidam dicit, Date vinum iis qui in tristicia, & *sicera iis qui in dolore: monstrans quòd nullum est tam *Prouer.31.* *μὰ ὑπερβ-
præsens tristiciæ remedium atque vini vsus, tantum vti- *tum, mo-
litatem eius ne perdat intemperantia. Quòd autem in *lentiam.*
tristicia & mœrore fuerit iustus ille, videns seipsum in tanta solitudine, & illorum hominũ corpora ante oculos proiecta, & commune omnium sepulchrum hominibus & brutis factum, quis contradiceret? Mos enim prophetarum & iustorum omnium, non solum pro iis duntaxat dolere qui sibi proximi sunt, sed & pro reliquis omnibus. Et si quis recensere velit, inueniet omnes hanc compassionem præ se ferre: & audiet Esaiam quidem dicentem, Non valebitis consolari me in contri- *Esaiæ.22*
tione filiæ generis mei. Hieremiam autem, Quis dabit *Hiere.9.*
capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Ezechielẽ verò, Heu mihi domine, delebis tu reliquias *Ezechiel.9*
Israël? Et Danielem lamentantem, & dicentem, Paucu- *Daniel.9*
los nos fecisti vltra omnes gentes. Et Amos, Pœniteat te domine super hoc. Et Habacuk, Quare ostendisti mi- *Habacu.1*
hi labores & molestias? Et iterum, Et facturus es homi- *Ibid.2*
nes, quasi pisces maris. Et beatum illum Mosem quoque dicentem audiet, Siquidem dimittis eis peccatũ, dimit- *Exod.32*
C te, aut & me dele. Et iterum, cùm promisisset illi deus ma *& 9.*
ioris populi ducatum se traditurum, & dixisset, Dimit- *Ibidem*
te me & delebo homines istos, & faciam te in gentem magnam: neque hoc voluit, sed præesse istis maluit. Item orbis doctor beatus Paulus, Optabam ipse ego anathe- *Roma.9*
ma esse à Christo, pro fratribus meis cognatis secũdum carnem. Vidistis quo modo iusti omnes magnam compassionẽ erga proximos præ se ferebãt? Cõsiderate nũc, quo modo & iustus ille se habuerit, quo modo verisimile est eum fuisse affectum, & quo modo à tristicia deprimebatur, vidẽs tam immensam solitudinem, & terram illam quæ antea tam variis luxuriabat plantis, & floribus ornabatur, repentè quasi desectis comis, & nudam, & solitariam. Cùm ergo tam inualuerat mœror, paruam quandam sibi cõsolationem excogitans, terræ colendæ sese dedidit: & idcirco inquit, Et cœpit Noë homo agricola terræ, & plantauit vineam. Sed iure hîc quæritur,

an ipse

an ipſe nunc plantã inuenerit, vel antea & ab initio fuerit producta. Veriſimile eſt quòd antea & ab initio fuerit in ſex illis diebus creata, quando vidit deus omnia quæ fecit, & erant valde bona (quieuit enim dicente ſcriptura, deus die ſeptimo ab omnib⁹ operibus ſuis quę fecit) nec tamen vſum fructus ex illa manifeſtum fuiſſe. Nam ſi fuiſſet ab initio notus, omnino Abelis tempore inter oblatas hoſtias & vinum libaſſent. Verùm quia ignorabant adhuc fructus vſum, planta hac vſi non ſunt. Hic autem agriculturæ ſtudioſus, & magnæ diligentiæ, fortè etiam fructum deguſtauit, & contritis botris vinum fecit, eoq; vſus eſt. Et quia neque ipſe guſtauerat prius, neque alium ſciebat qui guſtauerat, ignarus qua menſura vti debebat, per ignorantiam in ebrietatem incidit. Præterea, quoniã carnis eſus in vitam hanc introductus fuit, poſtea & vini potus acceſſit. Vide autem dilecte quo modo paulatim mundi ſtatus diſpenſatur, & quilibet iuxta ſapientiam à deo naturæ inditam, initio artis alicuius inuentor fit. Sic in hanc vitam artium ſtudia ſunt introducta. Primus enim agricultu-
Cain. Gen.4. ram inuenit, ſecundus artem paſtoralem, alius fabrilem,
Abel. alius muſicam, hic autem iuſtus vineaticam naturali ſo-
Tubalcain. lertia excogitauit. *Et cœpit*, inquit, *Noë homo agricola terræ,*
Iubal. *& plantauit vineam, & bibit è vino, & inebriatus eſt.* Conſide-
Noë. Gen.9 ra quo modo hoc quod erat triſticiæ medicamentum, & ſanitati conducibile, ei qui modum per ignorantiam tranſcendit, non ſolum nihil profuit, ſed & ſtatum eius offendit. Iam fortè quęrat aliquis, Quare planta tot malis plena, in hanc vitam producta eſt? Ne ita temerè loquaris homo omnia quæ in buccam incidunt. Non eſt planta hæc mala, neque vinum malum, ſed illius abuſus: quia non propter vinum, ſed propter peruerſam voluntatem nefaria ſcelera fiunt, & cùm in eo ſit vtilitas, vt noceat in cauſa eſt intemperantia. Quocirca nunc poſt diluuiũ oſtendit tibi vini vſum, vt oſtendat quòd & ante vini vſum in immodicam luxuriam humanũ genus inciderit, multiſq; peccatis ſe contaminauerit, cùm adhuc vini vſus neſciretur: vt & quando videris vſum vini, non vino totum tribuas, ſed corruptæ volũtati ſuæ ſponte ad malum ruenti. Alia quoque ratione conſidera vbi vinum fuerit vtile, & horreſcito. Nam per hoc materia bonorum ſalutis noſtræ perficitur. Sciunt initiati & eruditi quid dicatur. *Et cœpit*, inquit, *Noë agricola terræ, & plantauit vineam, & bibit de vino, & inebriatus eſt, & nudatus eſt in domo ſua.* Grauiſſimum quiddam eſt ebrietas dilecti, & quod poteſt excæcare ſenſus, & ſubmergere mentem, & hominem rationale animal, qui ſuper omnia dominium ſuſcepit, iniectis vinculis inſolubilibus, quaſi mortuum & operatione carentem iacere facit: immo deterius habentem, quàm mortuum. Nam mortuus neque bona, neque mala operari poteſt: ebrius autem nihil boni valet operari, ad malum tamen faciendum
†*plus poteſt* non omnino impotens eſt, ſ iacetq; ibi ridiculus omnibus, & vxori, & pueris, & famulis. Amici enim ſuam ignominiam cogitantes, ſeſe abſcondunt, & confunduntur: inimici autem oblectantur, & irrident, & execrantur, quaſi hæc dicentes verba. Hunccine oportebat viuere? &, hunccine oportebat ſpirare aërem? ô pecus, ô porcum: & adhuc graniora loquuntur. Qui enim ex prælijs redeunt, cæde coinquinatis manibus, & tumultuoſè reportantur, non tam atroci aſpectu ſunt, vt illi. Sunt enim fortaſſis qui illos laudibus extollunt, propter trophæa, propter victorias, propter vulnera & cædes: ebrios autẽ miſeros proclamant, ærumnoſos vocant, & innumera eis mala imprecãtur. Quid enim eo miſerius

A fuerit, qui ebrietati quotidie deditus eſt, & vinum profundit, & mentis ſuæ iudicium corrumpit? Eapropter & ſapiens quidam admonebat, dicens. Principiũ vitæ ho- *Eccle.29.d*
minis panis & aqua, & veſtis, & domus tegẽs turpitudinem: vt ſi quis ebrietate vincitur, ne euulgetur: ſed à ſuis contegatur: & non ſit omnibus riſus & turpitudinis argumentum. Et cœpit, inquit, Noë homo agricola terræ, & plantauit vineam, & bibit de vino, & inebriatus eſt. Ebrietatis nomen chariſſime, in ſacra ſcriptura nõ vbique de temulentia dictũ eſt, ſed & ſatietatem ſignificat. Hoc itaq; fortè quis de iuſto hoc dicet, quòd nõ vt intemperans inebriatus fuerit, ſed ob ſatietatem hoc ei cõ
B tigerit. Audi enim Dauid dicentem, Inebriabuntur ab *Pſal.35.b*
vbertate domus tuæ: hoc eſt, implebũtur. Alioqui ebrietati vacantes, nunquam ſatiantur, ſed quantum ingurgitant, tantum & ſiti flagrant, & inflammatio quædam eſt eis vini vſus: & voluptates quidem euaneſcunt, ſitis autem inexplebilis in præcipitium ebrietatis eos qui illi ſeruiunt deducit. Et plantauit, inquit, vineam, & bibit ex vino, & inebriatus eſt, & nudatus eſt in domo ſua. Conſidera quòd hoc non foris illi accidit, ſed in domo ſua. Idcirco enim aſſignauit diuina ſcriptura, In domo ſua: vt ex iis quæ ſequuntur, maliciæ vehemens ſtudium videas, eius qui nuditatem euulgare fuerit auſus. *Et vidit*, inquit, *Cham pater ille Chanaan, nuditatem patris ſui, & egreſſus annunciauit duobus fratribus ſuis foris.* Fortaſſis ſi & alij quidam affuiſſent, & illis nunciaſſet patris ſui turpitudinẽ: tanta erat pueri nequicia. Propterea enim, vt diſcas iam pridem & ab initio eum corruptæ mentis fuiſſe: non ſimpliciter dicit ſcriptura, Vidit Cham nuditatem patris ſui: ſed quid? Et vidit Cham, pater Chanaan. Quare dic mihi, & hoc loco filij vocabulum aſſignat? vt diſ-
C cas illum fuiſſe intemperantem, & incontinentem, & mente qua in tanta turbatione procreandæ proli vacauit, eadem etiam nunc in contumeliam patris prorupit. Et egreſſus, inquit, annunciauit duobus fratribus foris. Vide obſecro hîc dilecte q̃ non in natura ſita ſunt vicia, ſed in arbitrio & voluntate. Ecce enim omnes fratres fuerunt, & eiuſdem naturæ, & eundem habuerũt patrem, eodem vtero fuerunt editi, eadem diligentia fuerunt educati, ſed non eandem mentem declarauerunt. Sed ille quidem in maliciam incidit, ij verò parenti debitum impenderũt honorem. Fortaſſis autem & irriſit, ac ſubſannauit patrem, turpitudinẽ illius nunciando. Et non audiuit ſapientem quendam, dicentem, Ne glorieris in ignominia patris. Verùm fratres non ſic egerunt. *Eccli.3.b*
Et quo modo? *Cùm hæc audiniſſent, acceptis*, inquit, *veſtib⁹ ſu-*
D *per humeros ſuos, Sem & Iaphet ingreſſi ſunt retrorſum, & operuerũt omnem nuditatem patris ſui: & facies eorum retrorſum, & nuditatem patris ſui non viderunt.* Vidiſti beneuolentiam filiorum? ille euulgauit, iſti neque videre ſuſtinuerunt: ſed retrorſum ibant, vt ne recta adirent patris confecturi nuditatem. Et vide illorũ cum magna beneuolentia & manſuetudinem. Neque increpãt, neque verberant fratrem: ſed vt audierunt, mox curarunt emendari & honeſtari factum. Faciesq; illorum auerſæ erant, & nuditatem patris ſui non viderunt. Magna puerorũ reuerentia, quam nobis ſcriptura monſtrat, quòd non ſolum tegunt, ſed & videre non ſuſtinent. Erudiamur hinc, & ex vtriſque lucri faciamus aliquid: & hos quidem imitemur, illius autem mores fugiamus. Nam qui ſenſibilem nuditatem euulgauit, maledicto ſe fecit obnoxium, & excidit ab honore quem parem habuit cum fratribus, condemnatus vt illis ſeruiret: licet autem non ipſe, omnes tamen qui ex ipſo, ſerui facti ſunt. Quid patientur qui peccata

Universidad de Deusto
Biblioteca

fratrum euulgant: & non ſolum non contegunt & excuſant, ſed magis ea faciunt manifeſta, multaq; ex hoc operantur peccata? Quãdo enim manifeſtas fratris peccatum, non illum tantum ignominioſiorem feciſti, & ſegniorem fortè ad virtutis viam: ſed & eos qui audiunt facis negligentiores, & ad ſocordiam inducis: neque etiam hoc ſolum, ſed & deum blaſphemari facis. Iſtud autem quantum affert ſupplicium iis qui cauſam præbent, nemo eſt mentis compos qui ignoret. Fugiamus igitur obſecro mores Cham, nec imitemur. Imitemur autem gratorũ illorum filiorum pudorem, quem in cõtegenda parentis nuditate declararunt. Et ita adumbremus fratrum peccata, non vt ipſos negligentiores per hoc reddamus, ſed vt hac ratione maiorem illis occaſionem præbeamus, vt ſtatim ab hoc malo liberentur, & in virtutis viam redeant. Nam ſicut non habere multos teſtes ſuorum delictorum, reſipiſcenti faciliorem reditum præbet: ſic ſi frontem perfricuerit anima, & viderit quòd nemo ignoret quę mala admiſerit, non facilè deſiſtere ſolet: ſed quaſi in profundum lutum incidiſſet, & deorſum ab innumeris raperetur fluctibus, difficilè emergere poterit. In deſperationem enim cadit, & nullum ſibi reditum promittit. Idcirco precor, ne detegamus proximorum lapſus, & ſi ab aliis eos dicerimus ne ſatagamus, vt nuditas videatur: ſed ſicut grati illi pueri obtegamus, adumbremus: admonitione, & conſiliis lapſam animam erigere ſtudeamus, miſericordiæ dei magnitudinem docentes, & bonitatis
1.Time.1.b eius excellentiam, & miſericordiæ immenſitatem: vt maiorem quàm illi benedictionem ab omnium domino conſequamur, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: qui non vult mor-
Ezech.18.g tem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Et nuditatem patris ſui non viderunt. Vide quo modo per legem naturæ inditam prius impleuerunt, quæ poſt ad erudiendum humanum genus ea quæ in lege ſcripta fue-
Exod.20.b runt: Et id quod lex dicebat, Honora patrem tuum, &
Exod.21.b matrem tuam vt bene ſit tibi: &, Qui maledicit patri
& Leuit. vel matri, morte moriatur: hoc iam operibus impleue-
20.b runt. Vidiſti quo modo natura prius ſufficientẽ habuit doctrinam? *Euigilauit*, inquit, *Noë à vino, & cognouit quæ fecerat ſibi filius iunior.* Sui autem factus compos, inquit. Audiant qui totis diebus in conuiuiis verſantur lapſus grauitatem, fugiántque quod ex ebrietate ad damnum. Sin autem factus compos, inquit. Quid eſt, Sui autem factus compos? Id quod nos dicere ſolemus de mente captis, ſi quando in exceſſu fiant, vel ſi quis ſibi reſtituatur, qui à dæmone vexatus, & ab illius tyrannide liberatur: hoc & hîc vocat ſcriptura. Verè enim ebrietas voluntarius eſt dæmon, & grauius quàm dæmon mentem obtenebrat, & captum omnium beneuolentia deſtituit. Sæpe enim dæmoniacum cùm videmus, miſericordia mouemur, & condolemus, magnámque erga illum beneuolentiam declaramus. Contrà autem facimus apud ebrios: indignamur enim, importuni ſumus, innumera imprecamur. Quare & quæ cauſa eſt? quia ille qui à dæmone agitatur, inuoluntarius operatur, etiamſi recalcitret, etiamſi rũpat veſtem, & obſcœna quæpiam loquatur, venia dignus eſt. At qui ebrius eſt, quicquid fecerit, non eſt venia dignus: ſed & valde inculant illum familiares, amici, & vicini, & in ſumma omnes: quia ſponte & voluntario in hoc tranſiit, & ebrietatis tyrannidi ſeipſum dedidit. *Sui autem compos factus Noë, inquit, à vino: & cognouit quæcunque fecit ſibi filius ſuus iunior.* Et hæc dico non vt iuſtum incuſem:

A multa enim erant propter quæ illi venia debebatur. Et cum primis, quòd non in id vicij poſtea relapſus eſt, id quod maximum fuerit indicium quòd ignorantia, non negligentia prius deliquit. Nam ſi hoc fuiſſet negligentiæ, oportebat iterum eodem peccato capi: id quod non euenit. Nam ſi denuò id acciduiſſet, ſcriptura vtique non obticuiſſet, ſed ſignificaſſet nobis. Vnus enim ſcopus & terminus ſcripturæ diuinæ eſt, ne quid factorum intermittat, ſed veritatem nos doceat. Neque propter inuidiam, iuſtorũ virtutes præteriit, neque propter gratiam peccata adumbrat: ſed omnia in medium nobis proponit, vt præſcripta & doctrinas quaſdam habeamus: & vt ſi quãdo etiam nos per ſocordiam in id vicij incideri-
B mus, cautiores ſimus poſtea, & denuò non incidamus. Neque enim tam graue eſt peccare, quàm in peccatis perſeuerare. Itaque non attende ſolum quòd inebriatus eſt iuſtus, ſed quòd poſtea non iterum hoc ei acciderit. Iam vero cõſidera eos qui in tabernis vinariis quotidie conſumuntur, & fermè dixerim, quotidie moriuntur: etiam ſi quando ſui compotes fuerint facti, neque ſic ſibi cauent ab eodẽ periculo, ſed quaſi ad opus quoddam ſtrenuum redeunt. Inſuper & hoc quis iure cogitabit, quòd iuſtus ille, quia prius non expertus erat naturam vini, nec ſciebat qua menſura vtendũ erat, non mirum ſi bibens inebriatus ſit. Sed quia iuſtus, & bonis operibus pollebat, peccatũ quod caſu euenit obtegere & adumbrare potuit. Nos autem cum ab innumeris aliis affectionibus infeſtemur, hoc addimus vt & ab ebrietate ſubmergamur: Quid excuſabit? vel quis, dic oro, nos dignabitur venia, quos nulla experientia facit caſtigatio-
C res? *Sui autem compos factus eſt Noë, inquit, à vino, & cognouit quæ fecit ſibi filius ſuus iunior.* Vnde cognouit? fortè fratres ſignificauerunt, non accuſationis quidem gratia, ſed rem vt facta erat docentes, vt conueniens ille ſuo vulneri remedium acciperet. Et cognouit, inquit, Noë quæcunque fecerat ſibi filius ſuus iunior. Quid eſt, quæcunq; fecerat? Magnã & intolerabilem rem dicere vult. Animaduerte enim, quo modo intus in domo viſa patris turpitudine, quod debebat obtegere, egreſſus euulgauit, & riſui & ſubſannationi patrem (quantum in ipſo erat) expoſuit, fratreſq; prauæ ſuæ voluntatis ſocios fieri voluit: cum deberet, ſi omnino proditurus erat, illos intra domum vocare, & ſic nuditatem effari: ſed ipſe foras exiit, quaſi ſi etiam alia adeſſet multitudo, & eam facturus eſſet paternæ turpitudinis cõſciam, propter hoc inquit: Quæ fecerat ſibi. Contumelioſius patri fuit, oblitus eſt honoris quem debent parentibus filij, prodidit peccata, fratres voluit allicere & ſocios facere ſuæ contumeliæ. Quæ fecerat ſibi, inquit, filius ſuus iunior. Atqui
D non hic erat iunior, ſecundus enim erat, & maior natu quàm Iaphet: licet autem ætate illo prior erat, voluntate tamen minor, & ‡temeritate illum exceſſit.] Nam quia noluit intra ſuos limites manere, amiſit honorem ſibi à natura traditum. Et ſicut ille id quod natura habuit, nequicia voluntatis amiſit: ita Iaphet quod natura non habuit, ſaniorem ob mentem accepit. Vidiſti quo modo nihil temerè & fortuitò in diuina ſcriptura continetur? *Quæ fecerat ſibi*, inquit, *filius ſuus iunior, & dixit: Maledictus Chanaan filius, ſeruus erit fratribus ſuis.* Ecce peruenimus ad quæſtionem illam vbique celebrem: multos enim audimus dicentes: Quare cùm peccauerit pater, & prodiderit nuditatem, filius maledictum ſuſcipit? Obſecro, attendite diligenter, & ſolutionem ſumite. Illa enim dicemus, quæ videlicet ſuppeditauerit diuina gratia propter veſtram vtilitatem. Et dixit: Maledictus

‡temeritate illũ exceſſit.]

Chanaan

Chanaan filius, seruus erit fratrũ suorum. Non simpliciter, neque in vanum cõmemorauit filium, sed ob latentem rationem. Volebat enim simul & ipsum corripere propter peccatum, & contumeliã qua se affecerat, & simul nolebat præiudicare benedictioni quæ illi prideà deo facta fuerat. Benedixit enim, inquit, deus Noë, quando exiuit ex arca, & filios illius. Vt igitur ne videatur maledicere, quem deus semel benedixerat, præterito illo qui se contumelia affecerat, filio maledictum intulit. Esto, dixeris, hoc quidẽ ostendit, quòd propterea Cham non est maledictus, quia prius à deo benedictionem acceperat. Quare autẽ cùm ille peccauerit, hic pœnam luit? neque hoc absq; ratione factum est. Quia pater non minorẽ pœnam & cruciatũ habuit, quàm filius. Scitis enim quo modo sæpenumero patres orant vt filiorum pœnas ipsi ferant: & quo modo grauius illis est videre filios supplicio affici, quàm si ipsi iis forent obnoxij. Factum igitur est hoc, vt ille ob naturalẽ in puerum amorem, maiorem sentiret dolorem, & benedictio dei seruaretur inuiolata, & puer accepta maledictione, suorum propriorum pœnas peccatorum lueret. Nam licet propter patris peccatum, nunc maledictioni sit obnoxius, attamen verisimile est, quòd & propter sua delicta dederit pœnam. Non enim solum propter peccatum patris maledictionem accepit, sed † vt propter se ille maiorem pœnam pẽderet. Nam neq; patres pro filiis, neque filij pro patribus pœnam luunt, sed vnusquisq; pro suis peccatis pœnam luit. Vbiq; hoc à prophetis dictum inuenimus, sicut cùm dicunt: Comedentis vuas acerbas, dentes obstupescunt. Et anima quæ peccauerit, ipsa & morietur. Et iterum: Non morientur patres pro filiis, neq; filij pro patribus. Nullus igitur vestrum quasi ignorans diuinæ scripturæ scopum audeat scripta hæc reprehendere, sed grato animo quæ dicuntur accipiat, admireturq; diuinæ scripturæ miram diligẽtiam, & expendat quantũ malum sit peccatum. Ecce enim fratrem eâdem natum puerpera, eodem egressum vtero, vt sibi vindicauit peccatum, seruũ fecit, & ablata libertate, subiectionem illi iniũxit: vnde postea seruitus sumpsit originem. Neq; enim antea solebant ita molliter agere, deliciari, & aliorũ ministeriis indigere, sed sibiipsis ministrabant quique. Eratq; par omnium honor, & ablata è medio erat omnis honorũ diuersitas. Peccatũ autem vbi intrauit, libertatem perdidit, & corrupit potestatem naturæ datam, seruitutemq; introduxit, vt continua sit doctrix & admonitrix humanæ naturæ, vt fugiamus seruitutem peccati, & ad virtutis libertatem redeamus. Hinc enim si volunt, & dominus & seruus cõtinuam habent vtilitatem. Cogitet itaq; seruus ideo seruitutem incepisse, quia Cham in tantã peruenerat temeritatem: & dominus quoq; cogitet, quòd nõ aliunde subiectio & seruitus cœperint, quàm ex ille peruersam habuerit voluntatem, & à pari fratrũ dignitate exciderit. Verùm si sobrij simus, & prudentes, nihil nos offendent hæc propter peccata parentum nostrorũ introducta in hanc vitam, cùm res in nominibus solis versetur. Quia & primus parens propter transgressionem, mortis pœnam, vitamq; in laboribus mœroribusq; consumendam intulit, & hic seruitutẽ. Verùm superueniens dominus Christus hæc omnia sustulit, ad nomina vsque tantum, si volumus. Neque enim mors, mors vltra est, sed nomen tantum habet mortis, immo & ipsum nomen sublatum est. Nam neq; mortem ipsam vltrà dicimus, sed soporem & somnũ: proinde & Christus ipse dicebat: Lazarus amicus noster obdormiuit. Et Paulus Thessalonicẽ-

† etiã vt per ipsum.

Hiere.31.& Ezech.18.a
Ezech.18.a
Deut.24.c

Ioan.11.b
1.Thes.4.d

sibus scribens, inquit: De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres. Et seruitus quoq; similiter nomen est: ille enim est seruus, qui peccatum operatur. Et ꝙ etiam hanc abstulerit aduentu suo Christus, nec nisi nomen esse permiserit, immo & vocabulũ ipsum deleuerit, audi Paulum dicentem: Qui autem fideles habent dominos, non contemnant eos, quia fratres sunt. Vides quo modo vbi virtus subintrauit, eos in fraternitatis nomẽ congregauit, qui prius seruitutis nomine erant obnoxij? *Et erit*, inquit, *Chanaan filius seruus fratribus suis*. Abusus es, inquit, honore, non bene te gessisti, cùm par esses dignitate: propterea subiectione emẽdari te volo. Hoc ab initio & mulieri contigit. Quoniam enim par erat viro dignitate, & honore abusa est, propterea ablata est ab illa potestas, & dictum est ad illam: Ad virum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Proinde etiam hic nũc, vt se emendet, pœnam fert, & † propter puerum quoque cruciatur: vt discas, quòd etsi senex nunc esset, attamen quia pœna in filium transiit, id ipsi luctuosam & insuauem vitam faciebat, cogitanti quòd etiam post suam mortem filius pœnã luiturus esset. Nam quòd filius per se malus, & omnes qui ab illo nati fuerint abominabiles, & ad malũ perpensè declinarint, audi scripturam dicentem per modum maledicti: Pater tuus Amorrhæus, & mater Chettæa. Et alius quidã increpans: Semen, inquit, Chanaan, & non Iuda. Porro operæpretium fuerit audire nunc post pœnam, quam accepit is qui nuditatem inuulgauit, quos honores & retributiones assecuti sunt alij, pro honore quem patri impenderunt. Et dixit, inquit, benedictus dominus deus Sem, & erit Chanaan seruus illius. Hoc fortè quis dixerit, non est benedicere Sem: immò valde benedixit illum. Quãdo enim deus benedicitur, & aguntur illi gratiæ ab hominibus, tunc vberior ab illo solet istis benedictio dari, propter quos ipse benedicitur. Itaq; benedicẽs deum dẽbitorem ipsum facit maioris benedictionis, authorq; fuit Sem maioris retributionis: quia deus propter Sem benedicitur. Sicut enim quando benedicitur propter nos, multum id nobis conciliat fauoris: ita & contrà, quãdo propter nos alij illum blasphemant, maior hinc nostra fit condemnatio, qui causam dedimus. Quocirca obsecro, demus operam, vt ita viuamus, & tãtæ virtutis specimen exhibeamus, quò omnes qui nos viderint, benedictionis laudes afferant domino deo. Nam quia bonus & misericors est, per nos vult glorificari: nõ quòd ipsi aliquid ad suam gloriã accedat (nullius enim indigus est) sed vt occasiones ipsi præbeamus, vt maiorem nobis gratiam impartiatur. Benedictus dominus deus Sem, & erit Chanaan seruus illius. Attende hîc, quo modo paternam pœnam profert, quæ tamen emendatio potius erat, quàm pœna. Pater enim erat, & clemens pater, neque iustam pœnam volebat inducere, sed ita vt vlteriori maliciæ obesset, ideo ait: In seruitutem te condemno, vt iugem & indelebilẽ habeas facti memoriam.

Dilatare deus Iapeto, & habitet in tabernaculis Sem, & fiat Chanaan seruus illius. Iterum hæc quoque maxima benedictio est, fortè latentem aliquem habens thesaurum. Dilatare, inquit, deus Iapeto. Non aberrabit quis, si dixerit benedictiones iusti prophetias esse. Nam si pater Noë non simpliciter, neq; frustra vocabulũ indidit Noë, sed vaticinatus est per nomen futurũ diluuium: multo magis iustus ille non simpliciter, neque frustra benedictiones protulit. Opinor enim, quòd benedicẽdo hos duos, duorum populorũ vocationem significare voluerit: & per Sem quidem Iudæos, ex illo enim & Abraham, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæorum genus multiplicatum est: per Iaphet autem, gentium vocationem. Vide autem,quòd & benedictio hanc prænunciet. Dilatare enim,inquit,deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Hoc in gentibus adimpletum videmus. Dicendo enim, Dilatare, omnes gentes significauit. Sed dicendo,Habitet in tabernaculis Sem: quia gentes frui cœperunt iis quæ iudæis parata: & erit Chanaan seruus eius. Vidisti quales & ij gratitudinis acceperunt mercedes, & quanta ille propter temeritatem & impudentiam ignominia punitus est? Sint hæc perpetuò in nostra mente scripta, vt horum æmulatores & imitatores fieri possimus: huius autem excellentem temeritatem, & nequam voluntatem fugiamus. *Et vixit*,inquit, *Noë post diluuium annos trecentos quinquaginta, & fuerunt omnes dies Noë, nongenti quinquaginta anni, & mortuus est*. Neque hoc putes absque causa assignasse scripturam, sed vide & hoc loco iusti continentiam. Quia cùm tanta frueretur vbertate & prosperitate, superuiueretq; tanto annorum numero post egressum ab arca,noluit vltrà indulgere puerorum procreationi. Non enim cõmemorat scriptura illum alios præter tres istos habuisse pueros. Hîc iterum cogita magnam salacitatem Cham, quia neque patrem videns tantæ continentiæ,castior ipse factꝰ est,sed omnia diuerso modo quàm pater agebat. Proinde merito omne suum genus in seruitutem condemnatum est, vt malæ voluntatis frænum habeat. Deinde hîc narrat scriptura eos qui ex filiis nati sunt,& inquit: *Cham autem genuit Chus. Et iterum Chus genuit Nemroth, qui cœpit esse gigas super terram*. Hic fuit gigas venator coram domino. Quidã dicunt hîc,coram domino,id est aduersarius deo: ego autem nõ puto scripturam hoc insinuare, sed quòd robustus quis fuerit & virilis. Et quòd dicit coram domino:hoc est,à domino constitutus,eo quòd acceperat aliquam ab illo diuinam existimationem: vel quòd deus per hunc esset in admiratione habendus,quòd talem produxisset,& super terram monstrasset. Sed hic iterum proauũ suum imitatus, & abusus naturæ priuilegiis, alium seruitutis modũ adinuenit,& princeps atque rex fieri attentauit. Rex enim nondum erat,cùm nondum essent subditi. Ista autẽ magis videbatur esse libertas: Seruitus autem grauissima est in ordine libertatis,præsertim si liberis imperetur. Et vide habendi auiditatem quæ faciat. Vide corporis robur non manens intra suos limites, sed plura expetens, & gloriæ appetentem naturam. Non enim vt defenderet illos,imperabat: sed & ciuitates ædificabat, vt hostes subigeret. *Inde enim*,inquit,*ex terra illa exiuit Assur,& ædificauit Niniue*. Animaduerte hîc quoque,quòd nihil offendit naturam nostram progenitorum malicia. Hi enim,Niniuitas dico, misericordiam dei pœnitentia sibi conciliarunt, reuocata illius sententia. Attamen inter primos progenitores habuerunt Cham parricidam, deinde Nemrod hominem tyrannum pertinacem, nepotem quoque Assur. Dicuntur autem fortè & alij fuisse inter illos molles & delicati, & dissolutã & corruptam agentes vitam,ebrietati & risui, & subsannationibus, & scõmatis dediti. Sed quia manifestam præ se tulerunt pœnitentiam, nihil ipsis obfuit progenitorum malicia, sed tantum sibi cœlestis fauoris conciliarunt, vt vsque nunc celebretur præclara eorum pœnitentia. Proinde illos & nos imitemur, & cùm sciamus quòd neque parentum malicia nos offendet, si voluerimus resipiscere: neque parentum virtus nobis proderit, si fuerimus negligentes: magnum itaque nobis sit studium virtutis, & gratam voluntatem ostendamus, quò eandem cum Sem & Iaphet consequamur benedictionem: & vt à maledictione & seruitute, quam Chanaan accepit, liberemur: & ne simus serui peccati, sed veram possidentes libertatem, ineffabilia bona adipiscamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, imperium, & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Cap.X. *Ionæ 3.b.* *Matt.12.& Luc.11.d.*

Et erat omnis terra Labium vnum & vox vna omnibus.

Homilia XXX.

HEcce tandem ad finem sanctæ quadragesimæ venimus, & ieiunij nauigationem perfecimus, appulimusq;,dei gratia,in portum. Verùm nõ ideo negligentes simus, sed hac de causa iterum maius studium,maiorem diligẽtiam, maioremq; vigilantiam exhibeamus. Nam & naucleri cùm per multa maria transierint, & plenis velis, oneratisq; mercibus in portum ingressuri sunt, tunc maximã curam & solicitudinem gerunt ne in scopulũ vel petram quandam impingant,quę omnes priores labores simul disperdat. Et cursores quoque ita faciunt: cùm enim ad finem stadiorum perueniunt, vehementiorem seruant cursum,vt metam attingant,& præmia mereantur. Athletæ quoq; post plurima certamina & victorias, cùm pro corona certandũ est,maiori nisu omnia faciũt,vt coronati abeant. Itaque quemadmodum naucleri, & cursores,& athletæ,vbi ad finem veniunt, magis enituntur & vigilant,eodem modo & nos facere oportet. Quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus dei gratia,nunc maximè & ieiunij cursus intendendus, & magis cõtinuandæ sunt preces, faciendaq; diligens & pura peccatorum confessio, & in bonis operibus sedulitas, eleemosyna larga, æquitas,mansuetudo,aliæq; virtutes: vt talibus ornati virtutibus,vbi in diem dominicum venerimus,domini liberalitate fruamur. Magnam autem vocamus hebdomadam,non quòd plures horæ in ea sint,neque quòd plures dies habeat. Est enim idem numerus in hac aliisq; omnibus. Quare ergo illam vocamus magnam? quia magna quædam & ineffabilia bona contigerunt nobis in illa. In illa enim solutum est bellum diutinum,extincta mors, maledictio interempta, diaboli tyrannis dissoluta,vasa eius direpta. Deus hominibus reconciliatus est,cœlum penetrabile factũ est, angeli hominibus conuiuunt, distantia coniuncta sunt, sepes sublata, septum remotum. Deus pacis pacifica fecit omnia,quę in cœlis, & quæ in terris. Et hac de causa magnam hebdomadam vocamus. Quia tantam nobis donorum multitudinem in illa largitus est dominus. Et ideirco *fideles & ieiunium intendunt,& vigilias, & pernoctationes sacras,& eleemosynas faciunt,vt hebdomadæ huic honorem habeant. Nam si dominꝰ talia bona in illa nobis donauit, quo modo non & nos debemus quantum possumus, reuerentiam & honorem ostendere? Enimuero & reges ipsi declarãt quàm venerabiles illos dies habeant,mandantes, vt omnibus sint inducię & feriæ, qui ciuilibus funguntur negociis,claudendo fores iudiciorum,& auferendo omnes litium & contentionum species, quò magna tranquillitate ac quiete liceat ad spiritualia rectè perficienda festinare. Et non hoc solum,sed & aliam liberalitatem ostendunt. Habitantes enim in carceribus à vinculis soluunt, & pro humano virili dominum suum imitantur. Quia sicut ipse graui nos peccatorum carcere exoluit, & innumeris bonis frui fecit: eodem modo & nobis faciendum est, vt simus imitatores misericordiæ domini dei nostri. Vidistis quo modo singuli reuerentiam & honorẽ exhibeamus diebus iis, qui

longius *in ea sc horæ, sc enim ꝺ quæ mu prolixio horas he bent.*

πολλοὶ multi im præ legi πίστοι.

nobis

Universidad de Deusto

nobis tot bonorum sunt authores? Proinde rogo nunc, si vnquam aliàs, vt repulsis vanis cogitationibus, & mẽte purgata ac vigili assimus. Nullus ecclesiam ingressus seculares curas aduocet, vt digna laborum mercede recepta, iterum domum proficisci liceat. Age igitur consuetam vobis mensam iterum proponamus, & vestram charitatem refocillemus, prolaturi in medium quæ lecta sunt ex beato Mose, & indicaturi diuinæ scripturæ diligentiam. Nam postquam historiæ de beato Noë finem imposuit, genealogiam consequenter à Sem exorditur, & dicit: *Et Sem nati sunt & ipsi patri omnium filiorum Heber, fratri Japheth maioris filij.* Deinde confecto nominum catalogo, ait: *Et Heber nati sunt duo filij, nomen vni Phalek: quia in diebus illius diuisa est terra.* Considera quo modo signi non multo post futuri præscientiam, vocabulo nati pueri indidit, vt cùm videris rem opere adimpletam, non vltrà mireris, videns diuinitus hoc pueri nomine prædictum. Nam postquam catalogum eorum fecit qui
Cap. XI. postea nati sunt, inquit: *Et erat omnis terra labium vnum & vox vna omnibus.* Non de terra loquens, sed de hominũ genere, vt nos doceat vnam linguam omni hominum fuisse naturæ. Et erat omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus. Labium vnum, sermonẽ dicit, & idipsum iterum per vocem, significans omnes vsos eadem voce & lingua. Et q̃ de loquela dictũ sit, & fuerit omnis terra
Psal. 13. b. labium vnum, audi scripturam alio loco dicentem: Ve-
& 139. a. nenum aspidum sub labiis eorum. Ita solet scriptura labiorum nomine loquelam appellare. *Et factũ est cum mouerent illi ab Oriente, inuenerũt campum in terra Sennaar, & habitauerunt illic.* Vide quo modo humanũ genus non potest subsistere intra suos limites, sed amplius concupiscens, maiora supra se appetit. Atque hoc est quod humanum genus potissimũ perdit: quia non vult naturæ suæ mensuram agnoscere, sed semper maiora desiderat, & quæ supra suam sunt dignitatem votis concipit. Hinc & qui ad mundana respiciunt opera, si quãdo multo abundauerint auro, & potentes fuerint, quasi obliti suæ naturæ, in tantum se fastigium efferri volunt, vt vsque in profundum ipsum deducantur. Et hoc videmus quotidie contingere, quãuis nec hac ratione emendatiores euadant alij. Et si ad paruum tẽpus corripiantur, subitò tamen omnium obliti, iterum eandem vadunt viam, & in eadem precipitia deferuntur: id quod & nunc videre licet apud illos factum. Et factum est cùm mouerent illi ab Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt illic. Vide quo modo paulatim docet nos lubricam illorum voluntatem. Quoniam viderunt, inquit, campum, migrantes, & relicto priori loco illic habitauerunt. Deinde dicit: *Dixit homo proximo suo, venite conficiamus lateres, & coquamus eos igni. Et facti sunt illis lateres in lapidem, & bitumen erat illis cœnum. Et dixerunt: Venite ædificemus nobis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit vsque in cœlum. Et faciamus nobis ipsis nomen, priusquam dispergamur super omnem terram.*

Vide quo modo abutuntur vocis æqualitate, & quo modo vanum viuendi consilium sit multorum malorum occasio. Venite, inquit, faciamus lateres in lapidem, & bitumen in cœnum. Vide quanta securitate vo-
Psal. 126. a. lunt ædificare, nescientes quòd nisi dominus ædificauerit domum, frustra laborant qui ædificant eam. Et ædificemus, inquit, nobis ciuitatem: non deo, sed nobis ipsis. Vide oro quàm inualuit malicia, habentes adhuc recentem memoriam generalis in diluuio interitus, in tantam inciderunt insaniam. Et ædificemus, inquit, nobis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit vsque in cœlũ. Nomine cœli, audacem illorum temeritatem scriptura

A diuina per hyperbolen docet. Et faciamus, inquit, nobisipsis nomen. Vidisti radicem mali? vt, inquit, perpetuam memoriam consequamur, vt nostri perpetuò memores sint posteri: tale erit nostrum opus, vt vnquam obliuioni tradatur. Et hoc faciamus priusquã dispergamur super faciem omnis terræ. Adhuc, inquit, congregati, †gloriam nostrã operemur,] vt posteritati perpetuum nomen relinquamus. Sunt multi etiam hodie qui illos imitantur, & talibus operibus celebrari volunt, qui splendidas domus ædificant, & lauacra, & porticus, & deambulacra: quorũ si aliquem rogaueris, quare ita laboret, tam miser sit, tantosq; pecuniarũ faciat sumptus, cosq; inutiles: nihil aliud audies, quàm hæc verba, vt im-
B mortalẽ seruet memoriam, & audiat quòd illius est hæc domus, illius hic ager. Sed hoc non est tam laudẽ, quàm crimen sibi pãrere. Nã statim ad hæc subiungentur plurimarum contumeliarũ verba: Domus hæc huius est, huius auari, huius rapacis, huius viduarum & orphanorum spoliatoris. Igitur hoc non est memoriam assequi, sed perpetuis obiici criminibus, & etiam post mortem infamari, & spectatorũ linguas acuere in blasphemiã & accusationem eius qui illam possidet. Quòd si omnino ęternam memoriã amas, ego tibi viam monstrabo: qua poteris semper celebrari, & quæ dabit tibi fiduciã in futuro seculo. Hoc pacto igitur poteris & cõmemorari, & celebrari quotidie, encomiisq; euehi & post hãc vitam, si has pecunias in manus inopum dispenses, relictis lapidibus, & splendidis ædificiis, & villis, & balneis. Hæc memoria immortalis, hęc memoria innumeros tibi thesauros conciliat, hęc memoria à sarcina peccatorum alleuiat, hæc multã tibi fiduciam apud deũ conciliat. Co-
C gita obsecro & hæc verba, quæ singuli dicturi sunt: Ecce hunc misericordem & benignum, hunc mansuetum, hunc suauem, hunc tam largum dispensatorem. Dispersit enim, inquit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in seculum. Pecuniarum ita dispersæ diuitiæ expendentem non relinquunt, sed expectant: retentæ autem, simulq; inclusæ, etiam se seruantem secum perdunt. Dispersit enim, inquit, & dedit pauperibus. Sed audi quod sequitur: Iusticia eius manet in seculum. Vno die diuitias dispersit, & iusticia eius manet in seculum, & memoriam facit immortalem. Vidisti memoriam, quæ se in omne seculum extendit? vidisti memoriam magnis & ineffabilibus plenam bonis? Tali ædificio nostri memoriam relinquere studeamus. Nam lapidibus ædificasse non solum nihil nobis prodesse poterit, sed nos continuò & clara voce infamabit. Et nos hinc abimus, deferentes peccata inde parta, & ędificia hîc relinquimus: quin nec
D frigidam & inutilem memoriam consequimur, sed potius probris deturpamur, nomenq; statim transit ad alterum. Etenim sic res habent, vt ab hoc ad alium transeant, & ab illo iterum in alium. Et hodie quidem domus dicebatur huius, cras vel alio die & mox dicetur alterius. Interim sponte nosipsos decipimus, putantes nos dominiũ quoddam possidere, nescientes quòd solum vsu fruimur, & siue velimus, siue nolimus, aliis concedemus: & iam prætereo quòd iis etiam quibus non fauemus. Omnino tamen si memoriã concupiscis, & huius tibi tantum studium est: audi quo modo viduæ memores sunt Tabithæ, & quo modo circunstant Petrum *Act. 9. f.*
flentes, & demõstrantes togas & vestes, quas faciebat illis, cùm adhuc supereset Dorcas. Vidisti domus animatas, vocem emittentes, & tantæ virtutis, vt à morte ad vitam reuocare queant? Nam postquã circunsteterunt Petrum, calidas lachrymas profundentes, cibũmque &

† quod nobis visum est efficiamus pro τὸ δόξαν, vi-detur legisse τὴν δόξαν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus opus habebant quærentes, Petrus eiectis omnibus,& positis genibus,orauit:& cùm excitasset illam,vocauit sanctos & viduas,& assignauit istis viuam. Si memoriam quæris, si veram gloriam amas, hanc imitare, tales domus extrue, noli sumptus tuos inanimatis impendere, sed cum illis qui eiusdem sunt generis misericordiam facito.Hæc laude digna est memoria,hoc magnum lucrum affert.Cęterum,ad institutum redeamus, & videamus illorũ virorum, qui tunc erant, audaciam. Illorum enim affectiones, nostræ, si sapere voluerimus, emendationi seruiunt. *Et ædificemus*, inquit, *nobis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit vsque in cœlum. Et faciamus nobismetipsis nomen, priusquam dispergamur super terram.* Vide quo modo superbiam mentis illorum ostendit. Et ædificemus, inquit, nobis ciuitatem. Et iterum: Faciamus nobismetipsis nomen. Etiam post diluuium,& generalem omnium interitum non minoribus malis occupantur. Quid ergo fiet? quo modo ab insania sua reprimentur? Pollicitus est deus, se non vltrà facturum diluuium, nimirum misericordiæ suæ consuetudinem seruans. Illi autẽ neque pœnis emendatiores facti sunt, neq; beneficiis meliores. Audi quæ sequuntur, vt discas ineffabilis misericordiæ dei magnitudinem. *Et descendit*,inquit, *dominus deus, vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij hominum.* Vide quo modo humano more scriptura loquitur. Et descendit,inquit,dominus,non vt humano modo intelligamus, sed vt per hoc erudiamur, nunquam temerè fratres condemnandos,neque auditu solo iudicandum, nisi pluribus argumẽtis prius certi reddamur. Omnia enim à deo ideo fiunt, & ob hoc tanta ad erudiendum humanum genus vtitur sermonis attemperatione.Descendit,inquit,dominus deus, vt videret ciuitatem & turrim. Vide quo modo non statim ab initio illorum reprimit insaniam, sed longanimi lenitate vtitur,& expectat,donec malitiã suam opere declarent, & tunc conatus eorũ impedit. Ne enim quis dicere possit, deliberasse quidem illos, sed quæ decreuerant, in opus non deduxisse,prestolatur donec animo destinatũ opus aggrediantur,& tunc monstrat eis quàm inutilia attentarint.Descendit,inquit,dominus deus,vt videret ciuitatem ac turrim quam ædificabant filij hominum. Vide misericordiæ excellentiam, permisit illos laboribus sese affligere, vt rerum experientia,præceptoris loco illis esset.Et quoniam vidit maliciam inualescere,& morbum increscere, non vsque ad finem permittit, sed suam declarat bonitatem: quemadmodũ medicus bonus videns morbum augeri, & vlcus incurabile fieri, statim sectione vtitur, vt omnem morbi causam aboleat. *Dixit*,inquit,*dominus deus,ecce genus vnum,& labium vnum omnibus*: hoc est, vox vna & lingua vna. *Et hoc cœperunt facere, & nunc non cessabunt ab iis quæ decreuerunt facere.* Attende domini misericordiam.Quoniam conatus illorũ impedi-
†*defensionẽ conficit.* turus erat,primùm† cum illis expostulat,‡ & quasi ostendit peccati eorum magnitudinem, & ingratitudinis excellentiam, & quòd abusi sunt linguæ & vocis vnitate. Ecce enim,inquit,genus vnũ & labium vnum omnium. Et hoc cœperunt facere, & nunc non cessabunt ab iis quæ decreuerunt facere. Hic enim dei mos est,vt puni-
†*& veluti defensionẽ aliquam cõponat.* turus prius indicet quàm magna sint peccata, †& quasi expostulans etiam ipse satisfaciat nobis,‡ ac tunc tandem corripere incipiat. Nam & cùm terribile illud diluuium interminaretur, dicit scriptura: Vt autem vidit deus,quòd multiplicatæ sunt malitiæ hominũ, & vnusquisque cogitat in corde suo diligẽter in mala à iuuentute,delebo hominẽ.Vidisti quo modo prius monstrauit malitiæ eorum excellentiam?& postea dicit,Delebo hominem:ita & nunc,Ecce genus vnum,& labiũ vnum omnium,& hoc cœperunt facere. Si in tanta cõcordia, & linguæ vnitate in tantam inciderunt insaniam: vbi tempus processerit, quo modo non deteriora attentabunt?Non cessabunt enim ab his quæ decreuerunt vt faciant: nihil eorum impetũ & ardorem morari poterit, sed omnia quæ statuerunt secum,studebunt perficere,ni statim pro attentatis pœnã luant. Id quoq; inueniet aliquis & de protoplasto factũ esse. Execturus enim illum deus à paradisi incolatu:age,inquit,quis annũciauit tibi quòd nudus esses?& iterum: Ecce Adam factus est,quasi vnus ex nobis,vt sciat bonũ & malum.Et nunc ne forte extendat manum,& accipiat de ligno vitæ & comedat, & viuat in seculũ.Et emisit illum dominus de paradiso. Etiam nunc inquit: Ecce genus vnum & labium vnum omnium,& hoc cœperũt facere, & nunc non cessabunt ab iis quæ decreuerunt facere. *Venite, & cùm descenderimus, confundamus illorum linguas, vt ne audiat vnusquisque vocem proximi.* Vide iterum verborũ humilitatem. Venite,inquit, & cùm descenderimus: quid volũt sibi verba hæc? Opúsne habet cooperatione dominus ad correctionẽ, & subsidio ad illorũ destructionem?Absit.Sed sicut iam dixit scriptura, Descendit dominus: docẽs nos per hoc quòd euidenter maliciæ illorum vidit excellentiam:ita & hic dicit, Venite & cùm descenderimus. Dictum est ceu ad honore pares.Venite inquit,& cum descenderimus,confundamus illorum linguas, vt ne audiat vnusquisque vocem proximi. Pœna hac quasi perpetua nota fugillabo illos,quæ eos omni seculo comitabitur,neque huius vllo tempore obliuiscantur. Nam quia abusi sunt vocis vnitate,ideo vocis diuersitate castigare volo. Sic enim vbiq; facere consueuit dominus. Hoc ab initio & in muliere factũ est. Abutebatur honore cõcesso, vnde subiecta est viro. Et similiter Adæ cõtigit: quia enim ex multa prosperitate, paradisiq; incolatu nihil lucrifecit, sed prævaricando pœnæ obnoxius est factus,eiecit eum ex paradiso,& pœnam ei perpetuã iniunxit,dicens: Spinas & tribulos germinabit tibi terra. Hi quoq; honore pares, & eiusdem linguæ, honore concesso in malum abusi, quàm grauiter peccarint ex linguarum varietate sunt experti.Et confundamus illorum,inquit,linguam, vt ne audiat vnusquisque vocem proximi. Vt sicut linguæ vnitas cohabitationem fecit, ita linguæ diuersitas dispergat. Nam quibus non est idem sermo & lingua, quo modo cohabitare possunt? *Et dispersit illos*, inquit, *dominus deus ab illo loco super faciem vniuersæ terræ, & cessauerunt ædificantes ciuitatem & turrim.* Considera domini misericordiam,in quantam animi hæsitationem ipsos impulit.Amentibus enim postea similes fuerunt.Et ille quidem imperabat hoc, & alius suppeditabat aliud, inutilisq; fuit omnis illorum conatus:ideo cessauerunt etiam ædificare ciuitatem & turrim. *Et idcirco vocatum est nomen illius confusio, quia illic confudit dominus deus labia omnis terræ.* Vide quot res fiunt, vt memoria huius facti in omnia secula producatur. Primùm linguarum fit diuisio, imò ante hoc nominis appellatio. Phalek enim nomen, quod Heber puero imposuit, partitionem significat: deinde loci agnominatio: confusio enim vocatus est, id quod Babylon sonat. Postremũ Heber ipse mansit, idem seruans idioma quod & antea habebat,vt manifestum diuisionis huius signum foret. Vidisti per quot res immortalem, nullaq; oblitione delendam huius facti memoriã seruari voluerit? Hinc enim pater filio postea cogebatur dicere causam tam diuersæ vocis.

Et puer

Et puer à patre discebat quare Babylon à cõfusione nomen sortita fuerit, nempe quòd illic dominus deus confudit labia vniuersæ terræ, & ab illo loco dispersit illos. Nam vtrũque loci appellatio mihi significare videtur, & quòd linguas confudit, & inde dispersio orta sit. Audistis dilecti, vnde dispersionis varietatisque linguarum orta sit causa. Fugiamus obsecro, ne hos imitemur: & iis quæ nobis deus cõcessit, ne abutamur: & naturam humanam considerantes, ea consultemus quæ homines deceant qui mortales sunt: & cõsidera præsentis vitæ fragilitate, quia breue est tempus vitæ nostræ, reponamus & thesaurizemus prius fiduciam, operãdo bona opera. Et non solum per hos dies seruemus ieiunij feruorẽ, sed etiam eleemosynæ largitatem, & precum cõtinentiam. Etenim ieiunio preces semper coniunctas esse oportet. *Matt.17.c. et Mar.9.d* Et quòd hoc verum sit, audi Christum dicentẽ: Hoc genus dæmoniorum non egreditur, nisi in precatione & *Acto.14.d* ieiunio. Et iterum de apostolis dicitur: Nam cùm orassent, inquit, & ieiunassent, commendauerunt eos domino, in quem crediderant. Et iterum inquit Apostolus: *1. Cor. 7.a.* Ne fraudetis inuicem, nisi in precatione & ieiunio. Vidisti quo modo ieiunium hoc subsidio indigebat? Tũc enim potiss. cum preces cum attentione fiunt, cùm expeditior est mẽs nostra, neque grauata, neque malo deliciarũ onere pressa fuerit. Magna arma sunt preces, magna securitas, magnus thesaurus, magnus portus, refugij locus, modo sobrij & vndequaque mente nostra collecta, inimicóque nostrę salutis nullo aditu permisso, dominum adeamus. Scit enim hostis noster, quòd per tempus illud possimus de iis quæ ad nostram salutem attinẽt, loqui, & peccata confiteri, & vulnera medico ostẽdere, & sanitatem consequi: ideo maximè obsistit, omniaq; facit & tractat, vt nos supplantet, negligentesque faciat. Proinde sobrij simus obsecro, & scientes illius insidias, maximè tempore isto operam demus, vt illi quasi præsentem illum, & ante oculos stãtem videntes, obluctemur: & cogitationem omnem, quæ nos interturbare possit, repellamus: totiq; nitamur ita loqui, vt nõ solum verba, sed & mẽs verborum comes deum accedant. Nã si lingua quidem proferat verba, mens autẽ foris sit, sua tractãs negocia, & imaginans quę in foro agantur, nulla nobis vtilitas est, fortassis autem & maior condemnatio. Enimuero si cùm homines accedimus, tam intẽti simus, vt propè stantes sæpenumero non videamus, sed colligimus mẽtem, & ad eum solum spectamus quẽ accedimus: quanto magis apud deum idem facere conuenit & iugiter precibus insistere cõgruit? Propter hoc *Ad Ephe. 6.g.* & Paulus scribens, dicebat: Orantes in omni tempore, orate & in spiritu: non lingua tantum, & cum perpetua, inquit, vigilantia, sed & in spiritu. Spirituales enim, inquit, sint vestræ petitiones, sobria sit ratio, & iis quæ dicuntur mens intendat. Talia petite qualia à deo petere conuenit, vt & petita obtineatis. Et in illud incumbentes, & toti expergefacti, sobrij, & mẽte solicitu, non oscitantes, & vt somniculosorum mos est, vos fricantes, & hinc & inde mentẽ vertentes: sed magno timore & tremore salutem vestrã operemini. Beatus enim, qui propter reuerentiam metuit omnia. Magnum bonum sunt preces. Nam si homini quis loquatur virtute prædito, non paruum inde fructum percipiet: quantis bonis fruetur is, cui cum deo colloquium fuerit? Oratio enim col- *Psal.103.d.* loquium est cum deo. Quod vt scias, audi prophetã dicentem: Iucundum sit deo eloquium meum: hoc est, sermo meus appareat deo. An non enim præstare potest priusquam petamus? Verùm propter hoc differt & expectat, vt occasionem accipiat, qua iustè nos sua cura dignos faciat. Siue autem consequamur quod petimus, siue non cõsequamur, perseueremus semper in oratione. Et non solum gratias agamus si cõsequamur, sed etiam si repulsam passi fuerimus. Nam cùm deus aliquid nobis denegat, non minus est quàm si concessisset. Nescimus enim nos, quæ nobis conducant, sicut ipse nouit. Itaque siue voti compotes, siue impotes simus, gratias agere debemus. Et quid miraris, si nos nescimus quid nobis prosit? Paulus talis & tantus, qui ineffabilia illa consecutus fuit ignorabat, & quæ non expediebant precabatur. Nam quia videbat se tot molestiis cingi, ac circundari crebris tẽtationibus, orabat vt ab eis liberaretur: idque non semel, neque iterum, sed & sæpius. Tertiò enim, in- *2.Cor. 12.b.* quit: dominũ rogaui. Tertiò autem, vocauit sæpe † & nõ † *& nõ uim* vulgariter.] Videamus quo modo affectus fuerit. Num *patrauit* grauatim tulit? num segnior fuit? num langueſcebat? Nõ. Sed quid inquit? Dixit, sufficit tibi gratia mea. Vir- *2.Cor.12.c.* tus enim mea in infirmitate perficitur. Non solũ nõ liberauit illum præsentibus malis, sed in ipsis perseuerare permisit. Esto: vnde autem manifestum quòd non tulit grauiter? Audi ipsum qui dicit, postquam didicit hoc probari domino: *Volupè igitur gloriabor in infirmitatibus meis. Non solum, inquit, postea liberari non requiro, sed & magna voluptate gloriabor in illis.* Vidisti gratam animam? Vidisti eius in deum amorem? Audi etiam dicentem: Quid enim precemur vt oportet, nesci- *Rom.8.c.* mus. Impossibile, inquit, est, cũ nos homines simus, † id] † *omnia* certò scire. Relinquendum ergo hoc est omnium cõditori, sumendaq; sunt cum gaudio & voluptate quæcunque ipse voluerit: nec spectandum ad speciem eorũ quę fiunt, sed quid acceptum sit domino. Magis enim scit quid nobis prosit, quàm ipsi nos. Ipse nouit quo modo salus nostra paranda. Nostrum ergo sit opus, continuis insistere precibus, & nõ ægreferre si differatur quod petimus, sed longanimes esse. Neque enim renuens preces nostras differt: sed hac arte sedulos nos efficiens, ad semetipsum attrahere vult. Nam & pater, quanuis benignus, cùm à puero rogatur, abnuit, quasi non volens dare: non vt neget, sed vt ardẽtius petat, & sibi magis concilietur. Hæc itaque legentes, non desperemus, non deficientes accedamus ad eum, & preces dicamus. Equidẽ *Luc.18.a.* cùm crudelem & inhumanum illum iudicem, qui neq; deum timebat, neque homines reuerebatur, mulieris sedulitas coëgit, & prouocauit, vt sibi succurreret: quanto magis nos, si voluerimus illam imitari mulierẽ, ad opitulandum nobis prouocabimus mansuetum & misericordem nostrum dominum, compatientem, & ad saluandum nos occurrẽtem? Discamus ergo vt ipsi à precibus auelli nequeamus, sed perpetuò incumbamus illis, tam die quàm noctu: & magis noctu, quãdo nullus interturbat, quando magna cogitationum tranquillitas, quando absunt turbulentiæ, quãdo nullus est qui ab accessu prohibet & abducit, quãdo collecta mens omnia diligenter referre potest animarum medico. Cùm enim beatus Dauid, rex simul ac propheta, tantis implicitus negociis, purpura & diademate amictus, dicat: Media *Psal. 118.b.* nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iusticiæ tuæ: quid nos dicemus, qui priuatam & ociosam vitam agimus, neque eadem quæ ille facimus? Nam cùm in die multis circundaretur curis, negociis, & tumultibus, nec tempus inueniret aptum suo ad deum accessui: relaxationis tempus, quod alij somni tempus faciunt, in mollibus stratis recumbentes, & hinc & inde se versantes, rex tantis vinctus curis, accedendi ad deum tempus faciebat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciebat,seorsim deo loquens.Et syncere intentæq; precationi deditus,perficiebat quæcunque volebat, & orationibus suis bella conficiebat,trophæaq; statuës,victoriam victoriæ copulabat.Habuit enim inuicta arma,supernа scilicet præsidia,quæ non solum ad humana bella conficienda sufficiunt, sed etiam ad dæmonũ cohortes peruincẽdas. Igitur & nos hunc imitemur priuati & idiotæ regem, ociosam & quietam vitam agentes, eum qui in purpura & diademate monachorum vitam trãscendit.Audi enim eum iterum alibi dicentẽ:Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Vidisti animã in continua compunctione? Alimonia mea,inquit, panis meus,cibus meus, conuiuium meum, non erant alia quàm lachrymæ tam die quàm nocte.Et iterum: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum. Quid dicemus,vel quid respondebimus, neque eam compunctionem declarare volentes,quam rex tot obseptus negociis egit? Quidnam, dic oro, oculis illis formosius,perpetuo lachrymarum imbre, & quasi margaritarum decore ornatis? Vidisti regem, qui noctibus atque diebus lachrymis precibúsque deditus fuit? Specta & doctorem orbis in carcere cõpeditum, vnà cum Sila orantem tota nocte, neque dolore,neque vinculis prohiberi: sed eo magis ingentem feruidúmque amorem declarare erga dominum. Paulus enim, inquit, & Silas media nocte orantes, laudabant deum. Dauid in regno & diademate, lachrymis & precibus totam vitã insumebat. Apostolus,qui in tertium cœlum raptus, cui arcana sunt reuelata mysteria, media nocte in vinculis preces & laudes offerebat domino. Et rex media nocte expergefactus confitebatur.Et apostoli media nocte cõtinentes preces & laudes reddebant. Illos imitemur & nos,& precum continuitate vitam nostram muniamus, & nullum nobis vnquam erit obstaculum. Nihil enim est quod obesse nobis potest, modo sobrij simus.Nũ loco & tempore nobis opus est? Omnis locus,omne tempus huic accessui conuenit. Iterum audi magistrum orbis dicentem: In omni loco leuãtes sanctas manus absque ira & disceptatione: si mentem habueris purgãtem se ab illicitis affectionibus etiamsi in foro,etiamsi in domo,etiamsi in via, etiamsi in carcere, etiamsi in mari, etiamsi in diuersorio,etiãsi in officina, & vbi vbi fueris cõstitutus, poteris inuocato deo precum fieri compos. Quod cùm scimus, obsecro vt cũ ieiunio precum faciamus diligẽtiam,subsidiũ nobis inde parantes:quò & supernã assecuti gratiam,& præsentem vitam ita agamus vt deo probetur, & in futuro misericordiã aliquam adipiscamur, gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi,cũ quo patri & spiritui sãcto sit gloria, imperiũ & honor,nunc & semper,& in secula seculorũ,Amen.

Psal.41.a. *Psal.6.b.* *Act.16.c.* *2.Cor.12.a.* *1.Timoth. 2.b.*

Et accepit Thara Abram & Nachor filios suos & Loth filium Aran filij sui, & Saram nurum suam,vxorem autem Abræ filij: & eduxit eos ex terra Chaldæorum, vt proficiscerentur in terrã Chanaan:& venerunt vsque Charran, & habitauit illic.

Homilia XXXI.

INGENTES vobis habeo gratias, ꝙ hesternum de oratione sermonem tanta voluptate suscepistis,& tanto studio in auditorium confluitis. Facit enim hoc etiã nos alacriores, vt spirituale cõuiuium largius vobis proponamus. Quia & agricola siquãdo videt agrũ seminatum viresscere & germinare, nihil quod ad se attinet,intermittit, quotidie cógruã illius curã agens: & die noctuq; cõsiderans,ne forte quid labores suos lædat.Simili modo & ego spiritualem hũc agrum vestrum florere, & semen hoc in finibus vestræ mentis vtiliter recondi videns, gaudeo & lætor, multúmque sum anxius,non ignorãs quàm malignus sit hostis,qui vestræ saluti insidiatur.Et quemadmodum piratæ,quãdo vident nauem multis mercibus oneratam,& plurimas adducentem diuitias: tunc potissimum variis moliuntur insidiis, vt possint mercibus omnibus nauigantes illos spoliare. Ita sanè & diabolus, cùm viderit spirituales diuitias coaceruatas, alacritatem feruidam, mentem vigilem,& quotidie diuitias augeri, cruciatur, & dentibus frendet,& quasi pirata circumit,& innumeras excogitat artes,vt si quà vel paruum inueniat aditũ, quicquid nobis est spiritualium diuitiarũ deprædetur. Igitur sobrij simus,obsecro: & quanto magis spirituales nostræ facultates crescunt,tanto & vigiliæ nostræ intẽdantur,vt vndequaque excludamus eius insidias,& gratiam dei vita optima nobis conciliantes,superiori loco stemus, quàm vt illius iacula nocere queant. Mala enim bestia est,& multiplices machinationes struit.Et quãdo non potest rectâ nos ad vicia allicere,& suis dolis inescare (non enim cogit, vel vim facit. Absit, sed decipit tantum, & quos negligentes videt supplantat) quando igitur salutem nostram manifestè lædere nequit, sæpe per opera virtutis quæ agimus, clãculò esca illata, diuitias nostras auehit omnes. Quid igitur? Hoc quod dico, operæprecium fuerit manifestius explicare, vt illius cognitis insidiis, damnum quod inde nascitur, vitare possimus. Quando videt nos à manifestariis viciis abhorrere, & fugere intemperãtiam, continentiam verò amplexari:ad hęc auersari auariciã,odio habere iniustitiam:ridere & contemnere delicias,ieiuniis autẽ & precibus vacare, ac eleemosynis dare operam: tunc alium cõminiscitur dolũ, quò pessundet omnes nostras opes, operaq; nostra faciat inutilia. Nam eos qui magna constantia machinationes suas vicerunt facit vt bonis operibus inflentur, & ad humanam spectent gloriam, quò scilicet à vera eos gloria faciat excidere. Quippe spirituale quid faciẽs,& humanam respiciens gloriã,mercedem suam hìc accipit, & iam vltrà deũ non habet debitorem. Accipit enim laudes suas,à quibus vt glorificetur quærit, & se priuat illis quas dominus promisit, vtpote maioris faciens momẽtaneam hominum laudem, quàm dei omnium conditoris:id quod Christus de precibus, eleemosynis, & ieiuniis antea docuit, sic dicens: Quando ieiunas,vnge caput tuum,& laua faciem tuam, vt ne videaris hominibus ieiunans,sed patri tuo qui est in occulto: & pater tuus qui videt in occulto,reddet tibi in propatulo. Et iterum: Quãdo facis eleemosynam, ne tuba canas,inquit, ante te,sicut hypocritæ faciunt in synagogis & plateis,vt glorificẽtur ab hominibus.Amẽ dico vobis, acceperunt mercedem suam. Vidisti quo modo,qui hanc inquirit, illam amittit? Qui autem virtutem ita operatur, vt latere velit homines, in die illo terribili in manifesto accipiet à domino retributionẽ. Nam pater tuus,qui videt in occulto, reddet tibi in manifesto. Quasi diceret: Ne cogites, nullus homo laudabit te, & virtutem clàm facis: sed hoc cogita, tanta erit domini liberalitas, quòd non sinet hoc clàm vel in occulto esse:sed præsente omni hominũ genere, ab Adam vsque ad consummationem seculi te prædicabit,& coronabit,& retributiones laborũ virtutis dabit tibi.Qua igitur excusatione digni erimus,& laborem virtutis sustinentes,& propter momentaneam, euanidamq; & vilem hominũ gloriam, æterna illa nosmetipsos priuantes? Obsecro igitur,vt nos bene muniamus, & quodcũque spirituale opus aggredimur,studeamus in prõptuarijs ani-

Matth.6.c. *Ibidem.*

rius animi nostri reçidere, vt laudet nos oculus ille qui nunquam dormitat: non vt ab hominibus celebremur & laudemur, & ita indigni efficiamur quos dominus laudet. Ambo enim hæc pernicialia sunt, & saluti nostræ detrimentosa, & spirituale aliquid operando ad humanam spectare gloriam, & bene aliquid operando sublime de se sapere. Idcirco sobrios esse oportet ac vigiles, & conquirere nobis quotidiana è sacris literis pharmaca, ita vt perniciosis affectionibus istis non irretiamur. Nam etsi quis innumera bona opera fecerit, virtutemq; omnem absoluerit, si tamen magnum quid de se sentit, maximè omnium miserabilis est & miser. Quod nobis manifestum est ex iis, quæ pharisæo acciderunt, qui vt magna de se sensit, & publicanum cõtempsit, subitò deterior factus est publicano, & omnes virtutum diuitias lingua sua effudit: & se nudans exhauriensque, pertulit rarum & nouum naufragium: apprehenso enim littore omnes merces suas simul perdidit. Nam si ita accidat aliquid propter preces indignè dictas, perinde est ac si quis in portu naufragium faciat. Propterea & Christus discipulis suis præcipiens, dicebat: Quando omnia feceritis, dicite: serui inutiles sumus. Quo dicto munire eos vult, & quàm lõgissimè à perniciosis illis affectionibus alienare. Vidistis dilecti, quo modo neque qui humanã gloriam ambit, eius gratia virtutis agens opera, vtilitatem aliquam percipit: & quòd qui omnibus virtutibus præditus est, si post bona opera infletur, & magnum aliquem se existimet, nudus omnino fiat, & omniũ vacuus: Fugiamus igitur obsecro, pernicioſas illas affectiones, & ad illum semper vigilem oculum spectemus tantum: & nihil †quantum ad hoc attinet, commune habeamus cum hominibus†, neq; ab eis laudari quæramus: sed contenti simus dominica laude. Cuius laus, inquit, non ex hominibus, sed ex deo. Et quò magis virtutibus locupletamur & crescimus, hoc magis modesti simus & humiliemur. Nam etsi ad summum virtutis apicem pertigerimus, & cõtrà supputauerimus iusta gratitudine dei in nos beneficia, bene videbimus quòd nihil obtulerimus, adeo multa ille in nos cumulauit. Hinc enim omnes sancti probati fuerunt, & deo accepti. Hoc vt scias, audi doctorem orbis, animam illam quæ in cœlo versata fuit, quo modo post tot præclara opera, post tãtum de cœlo testimonium (Vas enim, inquit, electionis est mihi hic) nõ obliuiscitur suorum delictorum, sed vtrisque manibus, vt aiunt, ea versat, & neque eorum memoriam obliterari patitur, de quibus certissimus erat quòd per baptismum fuerant dimissa: sed clamat & dicit: Minimus sum apostolorum, & nõ sum dignus vt vocer apostolus. Et postea, vt excellentem eius discamus humilitatem, addit: Eò quòd persecutus sum ecclesiam dei. Quid agis ô Paule? dominus per misericordiã suam deleuit & ignouit omnia peccata tua, & tu ea adhuc subinde versas, & memoras? Etiam. Scio enim, dicit, & nõ ignoro q; ea dominus meus dimiserit: sed dum mecum considero quæ fecerim, & video diuinæ misericordiæ pelagus: bene disco q; gratia & misericordia dei sum, quod sum. Nã cùm dixisset, non sum dignus, qui vocer apostolus, eo quòd ecclesiam dei sum persecutus: Subdidit, Gratia autẽ dei sum id quod sum. Ego quidẽ inquit, tãta ferebar insania. Ineffabilis autem eius bonitas & gratia remissionẽ dedit. Vidisti animam cõtritam, & circunferentem continuò memoriam peccatorum, quę ante baptismum commiserat? Illum & nos imitemur, & eorum quæ post baptismum admisimus, quotidie simus memores, continuò ea in mente versantes, nunquam permittamus vt ipsorũ obliuiscamur. Hoc enim frenum sufficiet ad humiliãdum nos, & modestiam ingenerandam. Et quid dico Paulum tãtum & talem? Vis videre etiam eos qui in veteri lege hinc maximè claruerunt, quòd post innumera bona opera, & indicibilẽ ad deum fiduciam, humiles fuerunt? Audi quid dicat patriarcha, postquam consuetudinem cum deo habuit, & facta est ei promissio. Ego autem, inquit, terra sum & cinis. Cæterum quia in patriarchæ mentionẽ incidimus; si placet, hodie lecta proponamus charitati vestræ, quò illis explicatis videamus excellentem iusti virtutem.

Et accepit, inquit, Thara Abram & Nachor filios suos, & Loth filium filij sui: & Saram nurum suam, uxorem autem Abrę filij sui, & eduxit eos ex terra Chaldæorum, vt proficiscerentur in terrã Chanaan, & venerunt vsque ad Charran, & habitauit illic. Et fuerunt omnes dies Thara in Charran, anni ducenti quinque, & mortuus est in Charran. Attendamus diligenter obsecro, quæ sint lecta, vt mentem eorum quæ in scriptis latent, deprehendamus. Ecce enim mox in principio videtur esse quæstio. Nam cùm beatus ille propheta, Moses, inquam dixisset: accepit Thara, Abrã & Nachor, & eduxit ex terra Chaldæorum, vt proficiscerentur in terram Chananæorum: & venit vsque ad Charran, & habitauit illic. Beatus autem Stephanus Iudæos laudans, inquit: Deus gloriæ visus est patri nostro Abraham, cùm esset in Mesopotamia, priusquã habitaret in Charrã, & illinc postquã mortuus est pater eius, migrare eum fecit. Quid igitur? dissidentne à seipsis diuinæ scripturæ? Absit: sed ex hoc animaduertere licet, quòd cum patriarcha deo acceptus esset, visus ei deus imperauit vt inde migraret. Quod vt agnouit Thara pater eius, licèt infidelis esset, attamen ob amorem in filium, socius illi peregrinationis esse voluit. Et vt venit in Charran, ac illic habitauit aliquandiu, vita hæc excessit. Patriarcha autem tunc ad imperiũ dei in Chananęã concessit. Denique nõ antea eum deus inde euocauit, donec mortuus est Thara.

Tunc enim illo defuncto, inquit. Et dixit dominus Abrę: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. Et faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus, & benedicam benedicentes te, & maledicentes te maledicam, & benedicentur in te omnes tribus terræ. Singula dicta persecutemur, vt religiosam & piam patriarchæ mentem videamus. Et dixit, inquit, dominus Abræ, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam mõstrauero tibi. Ne prætereamus obiter dicta, sed animaduertamus quantum imperij põdus. Egredere, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. Quasi diceret: Relinque certa, & omnibus confessa, & elige magis incerta & non apparentia. Cõsidera quo modo ab initio exercetur iustus, vt præeligat nõ apparentia præ apparentibus, & futura præ iis quæ in manibus sunt. Neque enim vulgare & paruum aliquid erat id, quod ei vt faceret præcipiebat deus: nempe vt terrã relinqueret, quam inhabitarat tãto tempore, & omnem cognationem, & totam patris domum: iretq; nescius & ignorans quorsum. Non enim dixit ei, in quam regionem transferre eum velit, sed mãdato indefinito pium patriarcham exercuit. Veni enim, inquit, in terrã, quam monstrauero tibi. Considera quæso dilecte, quantam mentẽ requirebat hoc mãdatum, & quæ planè nulla vel affectione, vel familiaritate impediri potuerit. Si enim nunc post tanta religionis incremẽta, multi adeo sunt consuetudini suæ alligati, vt potius multa, & si necessitas vrgeat,

Cap. XII.

Ioan.12.g. Isa.28.b. Ibidẽ.17.c. †commune habeamus cum nostri generis hominibus, Ioan.12.g. Actu.9.c. 1.Cor.15.b. Actu.7.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas vrgeat, omnia ferre velint, quàm loca mutare in quibus prius habebant domicilium. Id quod non ſolum à vulgaribus hominib⁹ fieri videmus, ſed etiam ab iis qui è medio tumultu fugére, & monaſticam vitam delegerunt: quanto magis veriſimile erat iuſtum illum ad hoc mandatum tardiorem & difficiliorẽ potuiſſe fieri? Egredere, inquit, & relinque cognatos, & domũ paternam, & veni in terram quam monſtrauero tibi. Quem non turbarẽt verba iſta? neque locum, neque regionem certam ei deſignat, ſed indefinito præcepto mentem explorat iuſti. Nam ſi quis è vulgò fuiſſet, dixiſſet vtique: Age, iubes relinquam terram quam inhabito, cognationẽ, domum paternam: quare non, †imperando vt locum hũc relinquam,] certiorem me reddis quantum ſit iter? Vnde enim mihi illud innoteſceret, quòd hac quam relinquo vberior & præſtantior ſit illa? At iuſtus nihil horũ vel dixit, vel cogitauit: ſed reſpiciẽs ad magnitudinem eorum quæ imperata erãt, iis quæ in manibus habebat, incerta præferebat. Atqui ſi non tam generoſum ſpiritum, nec tam philoſophicam mentem habuiſſet, vtpote eruditam per omnia deo parendum eſſe: fuiſſet tamẽ ei & aliud etiam ipſum non paruum impedimentum, nẽpe mors patris. Scitis enim quòd ſæpenumero propter ſepulchra cognatorum in illis locis mori deligunt, vbi parentes eorum mortui ſepulti ſunt. Veriſimile igitur erat & iuſtum hunc, niſi deum plurimum amaſſet, talia potuiſſe cogitare. Ecce pater propter ſuũ in me amorem, è domo ſua profectus, priſtinas conſuetudines deſpexit, & contemptis omnibus hucuſque †hîc fuit]: & quaſi diceret, propter me in aliena terra vita defunctus eſt: ego autem non daturus ſum operam, vt poſt mortẽ par ei reddam, ſed relicto eum cognatione patris ſepulchro, hinc abeam? Atqui nihil horum promptitudinem eius remorari potuit: ſed omnia leuia & facilia ei apparere faciebat ſuus in deum amor. Fortaſſis & illud mente tractaſſet, ſiquidem humanis rationibus res ſuas moderari voluiſſet, In hac ætate, qua nunc ad poſtremã ſenectam tendo, quorſum abiturus ſum? Non fratres mecum ducens, neque cognatos mecum habens, ſed ab optimis quibuſq; amicis ſequeſtratus, vt ſolitarius & peregrinus, in terra aliena verſabor, neſcius vbi errandi finis futurus? Quod ſi in medio itinere cõtingat me vita defungi, quæ tantæ miſeriæ fuerit vtilitas? Quis me *ſepeliet ſenem, peregrinum, carentem ciuitate, carẽtem domo? Fortaſſis vxor vicinos exorabit vt compaſſionem quãdam in me declarent, & *iuſta ex collaticia ſtipe faciet. Quanto ſatius vt ipſe breui quod ſupereſt tempore, hîc reſidẽs vitam terminem, quàm quòd ſenex hinc & inde vager, & omnium ſcommatis inceſſar, qui neq; in ætate illa quietus viuam, ſed loca locis mutans nullibi ſubſiſtam? Cæterùm iuſtus ille nihil horũ cogitauit, ſed præcipiẽti obedire feſtinauit. Sed fortè dixerit quiſpiam: Ad exhortandum ſufficiebat ei, Veni in terrã quã tibi monſtrauero, & faciam te in gentem magnã, & benedicam te. Verùm iſtucipſum, niſi pius fuiſſet, ſatis erat ad reddendum eum ſegniorem, & ad obedientiam magis cunctabundum. Nam ſi fuiſſet ex magno illo numero, dicere potuiſſet: Quare me peregrè proficiſci iubes, & in alienam terram abducis? Quare ſi me magnum facere vis, non hîc magnum facis? Quare in domo paterna verſantem, tua benedictione non dignaris? Quòd ſi cõtingat priuſquàm perueniam in locum quem iubes, defatigatum me itineris laboribus perire, & vitam finire, quæ mihi ex promiſſis vtilitas? At nihil horum vel in mentem ſuſcipiendum cenſuit, ſed ſicut voluntarius ſeruus ad ſolum imperium obediuit, nihil curioſè quærens, nullúmque aliud negocium prætexens: certiſſimus enim erat, neutiquam mendacia eſſe dei promiſſa. Et faciam te in gentem magnam, inquit, & benedicam te, & magnificabo nomẽ tuum, & eris benedictus. Magnum promiſſionis pondus. Faciam te, inquit, in gentem magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum: non ſolum genti magnæ te præficiam, & nomen tuum extollam: ſed & benedicam te, & eris benedictus. Ne putes dilecte, tautologiam eſſe, & idem bis dici, cùm dicitur: Benedicam te, & eris benedictus. Tãta enim te, inquit, benedictione dignabor, vt illa in omne ſeculũ ſit duratura. Eris enì benedictus, ita vt omnes ſummi honoris loco habituri ſint, ſi eis cũ Abram familiaritas cõtingat. Vides quo modo antea & ab initio ei prædicit claritudinem, quam illi daturus erat? Faciam te, inquit, in gentem magnam, & magnificabo nomen tuũ, & benedicam te, & eris benedictus. Ideirco & Iudæi in patriarcha ſuperbientes, volebãt ſe in eius familiam intrudere, & dicebant: Filij Abraham ſumus. Sed vt diſcant quòd propter malos mores indigni ſunt ea familia & genere, dicit eis Chriſtus: Si filij Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis vtique. Ioannes quoque, Zachariæ filius, cùm ad Iordanem confluerent baptizari cupiẽtes, dicebat eis, Progenies viperarum, quis monſtrauit vobis vt fugeretis à futura ira? Facite igitur fructum dignũ pœnitentia, & ne præſumatis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quòd poteſt deus ex lapidibus iſtis excitare filios Abrahæ. Vidiſti quo modo magnum apud omnes eius nomen fuerit? ſed ante euẽtum iuſti pietas mõſtratur, quo modo dictis dei crediderit, & omnia quæ videbantur eſſe grauia, magna facilitate ſuſceperit. *Et benedicam, inquit, benedicentes te, & maledicẽtes te, maledicam: & benedicentur in te omnes tribus terræ.* Vide quo modo attemperat ſermonem deus, & quantæ amicitiæ monſtrat argumenta. Illos, inquit, amicos faciam, qui germanè erga te ſunt affecti: & illos inimicos habebo, qui erga te diuerſo modo habẽt: id quod vix filij patrum nomine faciendum putarent, vt fiant inimici & amici. Maxima dilecti in patriarcham dei eſt hæc beneuolentia. Illos enim, inquit, benedicam, qui benedicunt tibi: & illos maledicam, qui maledicunt tibi: & benedicentur in te omnes tribus terræ. Ecce & alterius liberalitatis †argumentum. Omnes enim tribus terræ enitentur vt in tuo nomine benedicantur, & res ſuas tua agnominatione honeſtiores faciant. Audiſtis dilecti, qualia imperauit dominus Chaldæo vetulo, qui neque legem ſciuit, neque prophetarum audiuit vaticinia, neque vllã aliam doctrinam didicit? Vidiſtis quanta præceptorum moles? quo modo ad ea perficienda ſublimi & iuuenili animo habebat opus? Videte poſthac & patriarchæ gratitudinem ac obedientiam, quo modo nobis eam ſcriptura manifeſtet. *Et profectus eſt, inquit, Abram, ſicut locutus eſt ei dominus, & iuit cum eo Loth.* Non ſimpliciter dixit, Et profectus eſt Abram: ſed, ſicut locutus ei dominus, Omnia, inquit, fecit, quæ ad præceptum hoc pertinebãt. Dixit, quòd reliquerit omnia, dimiſerit cognationẽ & domum. Dixit, quòd iuit in terram quam neſciret: & munere ſuo functus eſt. Promiſerat deus ſe facturum eũ in gentem magnam, & benedicturum: credidit Abram etiam hoc euenturum. Sicut locutus eſt ei dominus, ita profectus eſt: id eſt, credidit iis quæ ſibi à deo ſunt dicta, nihil fluctuans, nihil *cedẽs, ſed firmato animo ita profectus eſt: idcirco & à domino magnã obtinuit gratiam. Et iuit, inquit, & Loth cum eo. Quare cum dominus di-

† etiam locũ manifeſtiũ facis in quẽ me proficiſci iubes, atque

† venit:

*ταφήσεται θάψει, proteget, tumulabitur, cooperiet

*κατ. ἐλάττονα πληρώσει iuſtæ & conuenientia faciet

† additamentum

*ἱδρύσατο dicens

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus dixerit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: hunc assumpsit, non fuit inobediens domino. Sed fortè quia iuueni erat patris loco præfectus: & ille ob singularem amorem, morumq; suauitatem à iusto duelli noluit. Et hac de causa Abram cũ assumpsit, & filij loco postea habuit, præsertim quòd tã grandæuus nullum adhuc habebat filium, propter Saræ sterilitatem. Aliter etiam dicere licet: Mores adolescẽtis non multum à iustitia aberant. Nam cùm propositi ei erãt duo fratres, & ipse iustiori adhærebat. Quantæ enim prudentiæ erat, diiudicare & probare cui patruorum sui curam permittere deberet? Insuper & peregrinationem eligere, honestatis morum erat indicium. Nam licet tandem in quibusdam errasse videatur, quãdo potiores sibi partes vsurpauit, attamen vestigium iusti subsequi proximè studebat. Atque ideo iustus illum in socium itineris accepit, & ipse magna alacritate alienam vitam domesticæ prætulit. Porrò vt sciamus hæc à deo fuisse imperata patriarchæ, nõ cùm iuuenis esset, sed iam ad senectam vergenti, quando plerique hominum ad peregrinandum difficiliores sunt, inquit: *Abram autem erat annorum septuagintaquinque quando exiuit ex Charran.*

Vidisti quo modo nec ætas ei fuit obstaculo, neque aliud quiddam quod potuit eum detinere vt domi resideret: sed vicit omnia ipsius in deũ amor. Anima enim vigilans & sobria, cuncta dissecat impedimenta, totaq; fit ei° quod amat, & à nullo quod in medio apparet difficile, remorari se patitur: sed omnia præterit, nec subsistit, priusquam re desiderata potiatur. Propterea & iustus iste neque senectute, neq; aliis maioribus causis prohiberi potuit, quin omnibus disruptis vinculis, quasi iuuenis & ætate florẽs, ac à nullo prohibitus, festinabat & anhelabat domini præceptũ perficere. Neque enim possibile est, vt rem fortem & egregiam quis vnquam aliter faciat, nisi antea aduersus omnia quæ obsistere possunt, se armet & instruat. Hoc vtique clarè sciens & iustus ille, omnibus præteritis non curabat vel consuetudinem, vel domum paternam, vel sepulchrum, vel senectutem ipsam: sed *in hoc duntaxat* figebat mentem, quo modo implere posset quod à domino fuerat imperatũ. Licebat hic videre rem multis miraculis plenam, quòd homo in profundissima senecta, cum vxore, etiam ipsa ætatis prouectæ, & multis famulis se aliò transferat, maximè quòd nescius vbi nam errãdi futurus finis. Quòd si quis & illud prudenter expendat, quantæ per illud tẽpus viarum difficultates erant. Neque enim sicut nunc, licebat impauidè cum aliis versari, & tam facilè profectiones suscipere. Nam singula loca propriis principatibus distincta erant, erãtque necesse iter agentibus ab aliis ad alios principes transire, & ferè quotidie de regno in regnum progredi. Erat igitur & hoc nonnihil obstaculi iusto, nisi tantum habuisset diuina mandata perficiendi desiderium. Verùm omnibus illis impedimentis, quasi araneæ telę essent, disruptis, mẽteq; fide roborata, bene fidens dignitati promittentis, iter aggressus est. *Et accepit*, inquit, *Abram Saram vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamq; substantiam, quã possederant in Charran, & exiuit vt proficisceretur in terram Chanaan.* Vide scripturæ diligẽtiam, quo modo nobis omnia narrat, vt per omnia discamus iusti pietatem ac religionem. Accepit, inquit, Saram vxorẽ suam & Loth, vniuersamq; substantiam quam possederant in Charran. Non simpliciter dixit: Omnia quæcunque possederant in Charran: sed vt discamus quòd nihil ex bonis Chaldaicis accipiebat patriarcha, sed paternis illis omnibus relictis fratri, exiit, ea solum secum ferens quę & in Charran possidebat. Et hoc faciebat, nõ quòd vsqueadeo illa magnifaceret: sed vt ex facultatibus illis posset omnibus testari, quãta dei erga se fuisset prouidẽtia. Qui enim ex terra Chaldæorum eum euocauit, & iterum inde migrare iussit, ipse & substantiam illius quotidie augebat, & omnem molestiam auferebat. Itaque quòd hæc secum ferebat, & per omnem viam sic procedebat, specimẽ erat piæ religioseq; mẽtis. Quicunque enim videbat, meritò causam requirebat quare iustus ille peregrinus esset: Dein intelligens, quòd iussu dei in alienam terram, relictis propriis trãsiret, per opera ipsa docebatur & discebat quàm pia esset iusti obedientia, & quàm excellens dei erga illum cura. *Et exiuit*, inquit, *vt proficisceretur in terram Chanaan.*

Vnde sciebat, quòd in terra Chananæa futurus esset suæ peregrinationis exitus? Quanuis præceptum ita cõtinebat: Veni in terram quam monstrauero tibi: †attamen deus ei & hoc significauit, indicans menti eius terram, in qua ipsum constituere volebat. Propterea enim cùm præciperet ei, indefinitè dicebat: Veni in terram, quam mõstrauero tibi, vt nobis iusti virtutem detegeret. Deinde postquam ille quod suum erat magna largitate attulit, mox deus ei significauit, in qua terra vellet eum domicilium habere. Quia enim eximias iusti virtutes præuidebat, ideirco eum ex domo euocauit, & neq; fratrem vt acciperet iussit: quoniam volebat hunc doctorem fieri, nunc iis quidem omnibus Palæstinis, paulo post autem etiam Aegyptiis. Vidisti quo modo non in natura, sed in voluntate mentis nostræ sita sunt, tam quæ ad virtutem, quàm quæ ad vicia pertinẽt? Ecce natura quidem fratres erãt, ipse patriarcha & Nachor, voluntate autem non item. Sed ille, licèt frater ad tantas virtutes peruenerat, adhuc errore prę occupatus fuit: hic autem omnibus quotidie per opera ipsa mõstrabat virtutis suæ erga deum incrementa. *Et venit*, inquit, *in terrã Chanaan, & pertransiuit Abram terram in* ‡*latitudinem eius, vsque ad locum Sychem, ad quercum excelsam.* Docet nos scriptura locum regionis, in quo nũc iustus habitaculum facit. Deinde vt sciamus quo modo se illic res habebant, inquit: *Chananæi autem tunc inhabitabant terram.* Neque hoc simpliciter & absq; causa beatus Moses assignauit, sed vt discamus etiam illinc mentem philosophicam & bene institutã. Quia cùm loca illa præoccupata essent à Chananęis, cogebatur quasi vagus & peregrinus, & quasi abiectus & vilis aliquis diuersari vt fortè obtingebat. Et fortè neque diuersorium facilè inueniebat: attamen neque sic ægreferebat, neque impatiẽs intra seipsum dicebat: Quid hoc? Ipse ego qui tanto cum honore, & tãta cum obseruatione agebam in Charran, nunc cogor sicut ciuitate carens, & peregrinus & aduena obambulare, idq; gratiæ loco ducere, & quietem in vili quærere diuersorio, & neque hoc inuenire possum, sed in tabernaculis & tugurijs versari, aliasque miserias ferre cogit me necessitas. Hoccine est, quod dicebat: Veni, & faciam te in gentem magnam? Pulchra scilicet præludia, quid suaue posthac expectandũ? At nihil tale dicebat iustus neque fluctuabat, sed integra mente & perfecta fide, bene fidens dei promissis, immoto perstitit animo, vnde statim & supernam consolationem accipere meruit. Verùm ne sermonem producamus longius, hic sermoni finem imponamus, illud vnum orantes charitatẽ vestram, vt mentem iusti illius imitemini. Etenim absurdissimum esset, quòd iustus ille, cùm de terra in terram vocaretur, tantam præ se tulit obedientiam, & neq; senectus, neque alia quæ enumerauimus præpedimenta, neque

† *fortasse*

‡ *longitudinem*

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque temporum difficultas,neque vlla alia quæ remorari ipſum poſſe videbantur, ad obediẽdum tardiorem eum facere potuere:ſed omnibus vinculis ruptis,cucurrit & feſtinauit ſenex, quaſi iuuenis reſumptis viribus, cum vxore & fratris filio,& famulis,vt perficeret opere quod ſibi à deo demandatum erat.Nos autem qui non de terra in terram vocamur,ſed de terra in cœlum, nõ eandem quam ille iuſtus alacritatem obediendo exhibemus,ſed frigidas plerũque & inutiles prætexímus cauſas. Et neque nos promiſſorum magnitudo,neque viſibilium rerum vilitas, neque quòd terrenæ ſunt & momentaneæ,neque vocantis dignitas attrahit: ſed tantæ ſumus negligentiæ, vt præferamus momẽtanea ſemper manentibus,terram cœlo: ea quæ auolant antequam habeantur, iis quæ nũquam finem accipere poſſunt. Quouſque enim, dic quæſo,ita inſanimus in colligendis pecuniis?quæ rabies cogit quotidie à tam moleſta concupiſcentia infeſtari, & nunquam ſatiari, ſed deterius habere quàm ebrij? Nam ſicut illi quanto magis mero ſe diſtendunt,tanto magis flagrant ſiti,& caminũ ſuccendunt minus tolerabilem: ita nimirum & iſti qui ſeſe tyrannidi auariciæ ſubiecerunt, nullum cõcupiſcentiæ finem ſciunt:ſed quanto plura affluunt, tãto magis flamma creſcit, & caminus ardet validius. Non videmus ꝙ ij qui ante nos fuere,quãuis totius orbis vt ita dicam, victores eſſent, nudi & ſolitarij ex hac vita abrepti ſunt? hoc ſolum inde conſecuti, quod rationes & pœnæ pro omnibus illic ab eis exigentur. Et ſæpenumero inimici facultates eorum inter ſe diſtribuerunt: peccata autem quæ ex illis contracta, ipſi ſolum ſecum ferentes,abiere, & pro iis magnę indignationis ſupplicia ſuſtinẽtes,conſolatione vndique deſtituuntur. Quare igitur,dic oro, tam negligentes ſalutis noſtræ,ita conſultamus de anima noſtra,quaſi aliena eſſet & non noſtra? Non audis Chriſtum dicentem:Quam dabit homo commutationem animæ ſuæ? Et iterum: Quam vtilitatẽ accipit homo, ſi totum mundum lucrifacit,animæ autem ſuæ detrimentum patiatur? Num habes quod pro hac rependatur dignè? Etiam ſi totum orbem dixeris,nihil dices. Quæ enim vtilitas,ſicut dixit Chriſtus,totum mundum lucrifacere,animæ autem detrimentũ pati, qua nihil nobis magis familiare? Verùm eam quæ tam precioſa eſt, cuius tantam curam agere debemus,vt nihil illi præferri debeat, ſic deſpicimus vt quotidie diſcerpatur, & interim ab auaricia expugnetur, aliquãdo à luxuria excorietur,interdum ab ira confundatur,& à quibuſuis affectionibus multifariam vexetur: & ita erga eam affecti ſumus, vt nullam illius geramus curam. Quis nos poſthac dignabitur venia, & ab imminẽte pœna eripiet?Idcirco obſecro, vt cùm tẽpus habemus, detergamus eius ſordes largis eleemoſynis, & illis peccata noſtra extinguamus.Ignem enim,dicit,ardentẽ extinguit aqua,peccatũ verò eleemoſynæ. Nihil enim prorſus ita nos eximere poteſt à gehenna ignis, atque largitas eleemoſynarum.Iſtam ſi præſtiterimus iuxta leges à domino traditas, nempe nihil ad oſtentationem facientes, ſed ob amorem in deum, poterimus & peccatorum noſtrorũ maculas abluere, & diuinam miſericordiã aſſequi, gratia & miſerationibus vnigeniti filij dei, domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſimul ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum,Amen.

Matt.16.& Marc. 8.d.

Ibid.& Luca.9.d.

Eccli.3.d.

Et viſus eſt dominus Abræ & dixit ei,ſemini tuo dabo terram hanc,& extruxit ibi altare domino qui viſus eſt ei.

Homilia XXXII.

PLVRIMVS & ineffabilis in recẽs dictis theſaurus latet dilecti, & opus eſt intenta mente, ſobriáque & vigilanti ratione,ita vt nihil eorum quæ in breuibus verbis latent, nos prætereat. Nam propter hoc & miſericors deus nõ facili & perfunctoria lectione voluit nobis omnia quæ in ſcripturis continentur manifeſta & perſpicua eſſe, vt excuſſa ſomnolentia noſtra,vigiles ipſi multam decerpamus vtilitatẽ. Solent enim ea quæ labore & inquiſitione aliqua inueniuntur, magis infigi noſtræ menti: ea verò quæ facilè conquiruntur, citius è corde noſtro auolare. Obſecro igitur ne ſimus negligentes,ſed excitemus mentem noſtram,& in ipſam ſcripturarum profunditatem intueamur,vt maiori inde lucro accepto, domũ redire liceat. Eſt enim eccleſia dei mercatus quidam ſpiritualis, medicorumq; officina animabus: & par eſt, vt ſicut qui ad nundinas veniunt, inde multis mercibus cõquiſitis redeamus: vel quaſi è medici domo, receptis quæ animabus noſtris congruunt medicamentis,exeamus.Non enim ideo quotidie confluimus, vt duntaxat conuentus fiant ſimpliciter: ſed propterea congregamur, vt vnuſquiſque pharmaco ſuis affectionibus congruo ſuſceptо, domũ concedat. Quo modo enim non fuerit abſurdiſſimum, quòd à puellis noſtris quotidie à ſcholis redeũtibus petimus quid amplius diſcẽdo profecerint, & adiecerint(neque enim ſineremus eos fruſtra & abſque vtilitate in ludum ire, niſi fructum ampliorem inde cõſecuturos videremus)nos autem qui iuſtam ętatem habemus & in ſpiritualibus ſcholis ſumus, non par illis ſtudium exhibemus, maximè cùm hæc in lucrum & ſalutẽ animarum ſpectent?Igitur obſecro,vt ſeipſum quotidie ſcrutetur vnuſquiſque,quid ex hodierna quid ex proxima lectione vtilitatis retulerit, vt ne videamur & nos temerè atque fruſtra adeſſe. Quod ſanè nos extra culpã facit,offerimus quicquid noſtri eſt officij, & nihil prorſus quod poſſumus intermittimus: quod vero iis qui nobis ſuccenſent, nec occurrunt, nec dicta diligenter auſcultãt,maioris condẽnationis erit occaſio. Audi Chriſtum, dicẽtem ei qui talentum defoderat: Maligne ſerue, oportebat te pecuniã meam apud nummularios depoſuiſſe, & veniens ego repetiſſem eam cum vſura. De Iudæis autem: Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non habuiſſent: nunc autem excuſationem non habent. Cæterùm nos nunc non hoc agimus, vt prorſum crimine careamus, & in nullo arguamur, ſed veſtrum profectum videre cupimus.Et noſtram lęticiã imminui arbitramur, etiam quantumuis innocẽtes ipſi ſimus,niſi & vos ſtudium laboribus noſtris dignum exhibueritis.Hæc enim noſtræ lęticiæ materia eſt,ſi veſtra in ſpiritualibus incrementa videamus. Et ſcio quidem quòd gratia dei tantũ polletis intellectu,vt & alios valeatis exhortari: ſed iuxta beatum Paulum, memoriam veſtram refrico, & prouoco veſtrum zelum & promptitudinem animi,ſubinde hæc admonens,& cupiẽs vos perfectos & abſolutos fieri.Nihilominus etiã argumentum mihi eſt hoc veſtri in diuinis profectus,quòd tanta promptitudine quotidie huc conuenitis, & ſpirituali doctrina expleri non poteſtis. Nam quemadmodum corporalis cibi appetitus, indicium eſt bonæ valetudinis: ita deſiderium ſpiritualis doctrinæ, manifeſtiſſimũ argumentum eſt animæ bene habentis. Quapropter & ego bene conſcius veſtri deſiderij, quòd ſcilicet quantumuis producam ſermonem,non poſſim vel ſic explere deſiderium,& alimento ſpirituali vos ſatiare, nõ deſiſto pro mea virili, ea quæ dei gratia ſuppeditat in veſtram

Matt.
Luc.
Ioan.
Roma.

ſtram vtilitatem quotidie vobis proponere, & diuinæ ſcripturæ doctrinam mentibus veſtris inſerere. Age igitur & hodie miſericordem deum obſecremus, vt linguam noſtram dirigat ad inueniendũ quod quærimus, & pro more noſtro afferamus doctrinã, propoſitis primum his quæ lecta ſunt charitati veſtræ. *Et viſus eſt*, inquit, *dominus Abræ.* Nunc primùm inuenimus in ſcriptura dictum, quòd viſus ſit. Et dixit ei. Nónne bene dicebam ab initio, latere in paucis illis verbis magnũ theſaurum? Ecce enim ſtatim rarum & admirabile proœmium. Et viſus eſt, inquit, dominus deus Abrę. Neque enim ſcriptura diuina verbo hoc vſa eſt, cum de Adam, vel de Abel, vel de Noë, vel de alio quopiam locuta eſt. *Exod.33.d.* Quid igitur eſt quod dicit: Et viſus eſt? Et quo modo alibi dicit: Nullus videbit deum, & viuet? Quid igitur dicemus nunc ſcriptura dicente: Et viſus eſt? Quo modo viſus eſt iuſto? Num ipſam ſubſtantiam vidit? Nõ, abſit. Sed quid? Sic viſus eſt, vt ipſe ſolus ſit, & vt illi poſſibile erat videre. Sapiens enim & miſericors dominus noſter multas ſcit vias, quibus ſe humanę attemperat naturæ, & ſemetipſum his qui ſe antea præparauerũt **χαΐ ἀλλὰ λῶς cõcinne congruè conuenienter* dignè manifeſtat. Idq; demonſtrat per prophetam, dicẽs: Ego viſiones multiplicaui, & in manibus prophetarum aſſimilatus fui. Quoniam & Eſaias vidit eum ſedẽtem: hoc autem deo indignum. Deus enim non ſedet. Quî enim poteſt, cùm ſit incorporea, & locis incomprehẽſa natura? Et Daniel quoque vidit eum, vt antiquum dierũ. Zacharias autem aliter eum contuitus eſt. Sed & Ezechiel aliter, vnde dicebat: Ego viſiones multiplicaui: hoc eſt vnicuique apparui pro ſua dignitate. Et nũc quoq;, quia iuſtum à domo eius euocarat, & imperauerat vt in alienam iret terram, in quam cum veniſſet tanquam vagus agebat & peregrinus, (vtpote Chananæis illic adhuc habitantibus) inquirens vbi domiciliũ haberet: Bonus igitur dominus cõſolari eum, & eius ſolidare alacritatem volẽs, vt ne torpeſceret, neque dubitaret ad promiſſionem iam ſibi factam, qua dixit: Veni huc, & faciam te in gentem magnam. Quãdoquidem diuerſa à promiſſione videbat fieri, & ſe obambulare vti abiectum & vilẽ, & omni præſidio deſtitutum, neque habentẽ vbi diuerteret: vt igitur mentem eius excitet, inquit: *Et viſus eſt dominus Abræ, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.* Eſt & hæc pollicitatio magna, & aſſimilis illi per quam eum à domo euocarat. Dixerat enim: Magnificabo nomẽ tuũ: & propterea nunc iterum dicit: Semini tuo dabo terram hanc. Nam cùm iam ſenex eſſet, filioq; careret ob Saræ ſterilitatem, promittitur ei quòd terram acceptурus ſit ex eo naſcendus. Miſericordiam dei hîc, oro, cõſidera, quo modo cùm præſciret iuſti virtutem, vult eũ omnibus manifeſtũ facere, & ita elaborare vt quaſi margarita aliqua clareſcat. Vnde cùm promiſſionem promiſſionibus adiunxiſſet, iterum paruam moram facit & differt, vt hac potiſſimũ ratione patriarchæ pietas monſtretur: quia res ſecus quàm promittebantur euenire videns, non inquietus erat, nec impatiens, nec turbabatur, ſed immotum habebat animum, certus ea quæ ſemel à deo ſibi promiſſa, rata & firma fore. Paulatim vero perſcrutemur ſingula, vt ſic & artificioſam optimi dei ſapientiam, & ſimul curam quam erga iuſtum hunc declarauit, & patriarchæ in dominum amorem addiſcamus. Et viſus eſt, inquit, dominus deus Abræ. Quo modo viſus eſt? Sicut ipſe ſolus ſcit, & ille videre potuit. Non enim hoc dicere deſinam, quandoquidem modũ ignoro: audio enim ſolum ſcripturam dicentem: Et viſus eſt dominus deus Abræ, & dixit ei: Semini tuo dabo terrã hanc. Diligenter memores eſtote promiſſionum quæ à deo fiunt, vt cùm audieritis iuſtum variis caſibus iactari, diſcatis quàm fuerit excellentis ſapientiæ, quàm ſolidæ fortitudinis, quàm firmi & immoti in deum amoris. Et ex iis quæ iuſto illi contigerũt, erudiamini, vt ne exiſtimetis derelictum eſſe à deo, ſi quando videritis probum aliquem, tẽtationibus vel aliis huius vitæ afflictionibus vexari: ſed cogitantes multiplicem diſpenſationum dei varietatem, relinquatis hoc incomprehenſibili eius prouidentiæ. Nam ſi iuſtum illum tam pium, tantamq; præ ſe ferẽtem obedientiam permittit tentari talibus, quæ ſtatim bene ſcietis: non deſpiciens famulum ſuum, ſed aliis omnibus volens illius detegere virtutẽ. Solet enim ita cum iuſtis omnibus agere, & quotquot diuinarum lectionum eſtis ſtudioſi, poteritis ex ſuperioribus diſcere & inuenire, quòd ita famulorum ſuorũ vitam diſpenſet. Quo modo igitur nõ fuerit extremæ ingratitudinis & maleuolentiæ, non habere pro maximo ſigno magnæ curæ & ineffabilis miſericordiæ dei, ſed pro derelictione talem permiſſionem? Monſtrãs igitur eminentem ſuam virtutem, duo hæc iſto loco efficit, & vt ſeruorum ſuorum tolerantia fortitudoq; manifeſtetur omnibus, & ſuæ prouidentiæ ſapientia etiam in mediis periculis, difficultatibuſque ſummis eluceſcat. Nam cùm propè deploratæ ſint res, tunc quorſum vult, dirigit omnia, neque aliquid difficultatis in medio eſt quæ impedire queat. *Et viſus eſt*, inquit, *dominus deus Abræ, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.* Magna & deſiderabilis promiſſio, præſertim iuſto. Scitis enim, quo modo qui iam prouectæ ſenectutis ſunt, & omnem vitã abſq; pueris tranſegerunt, optãt pueros. Itaque dominus obedientiæ mercedem ipſi daturus, quia mox vt audiuit: Egredere de terra tua: non moras nexuit, non diſtulit, ſed obediens imperanti, quod imperatum erat mox facit, inquit: Semini tuo dabo terram hanc. Vide quo modo per verbum mentem eius erigit, & ſufficiẽtem ei tribuit laborum retributionem. Proinde & iuſtus ſuã gratitudinem declarans, ſtatim ad gratiarum actionẽ conuertitur. *Et extruxit illic*, inquit, *altare domino, quem viderat.*

Vide piæ mentis ſpecimen. Et locum ipſum, ob ſuam cum deo conſuetudinem ibi habitam, conſecrauit, & gratiarum actionem pro viribus declarauit. Hoc enim quod dicit, Extruxit altare: idem eſt quod gratias pro promiſſis egit. Et ſicut homines nõnunquam amicicia mouẽtur vt domos ædificent iis qui ſinceriter & amicè ſibi afficiuntur, & nonnunquã etiam ciuitates condiderũt quibus familiarium nomina indidere: Ita & iuſtus ille, vbi viſionem dei aſſecutus eſt, altarium illi cõſecrauit. *Et extruxit*, inquit, *illic altare domino, quem viderat, & diſceſſit inde.* Quid eſt, & diſceſſit inde? Quia deo locus ille ſegregatus & ſanctificatus erat. *Diſceſſit & trãſiit in montem verſus Oriẽtem Bethel, & erexit ibi tabernaculum ſuum.* *†vbi cũ germanis & ſinceris amicis verſantur & colloquuntur.*

Tumultuarium, inquit, domicilium fecerat. Vide quo modo erat frugalis, & luxum fugiebat, quo modo tã expeditus vt cum vxore & famulis tã facilè migraret. Audiant viri, audiant mulieres. Nam ſæpe in villam tantũ exire volentes, multa molimur, valdeq; occupati ſumus vt multa nobiſcum attrahamus, quę non ſolũ non ſunt nobis vſui, ſed & ſuperuacanea, & inutilia, & põpæ gratia apparata, & tantum vt ea nobiſcum ex imaginatione quadam circunferamus. Verùm iuſtus ille non ſic egit, ſed quia dominus dignatus eſt cum ipſo habere familiaritatem, vt locum conſecrauit, & altarium extruxit, migrauit magna facilitate aliò. *Et erexit illic tabernaculum ſuum Bethel iuxta mare & Agge, verſus Orientem. Et ædificauit,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

†*domini. fecit*, inquit, *altare domino, & inuocauit in nomine* †*eius.* Vide quo modo per omnia religiosam mentē præ se fert. Illic enim ob promissionem sibi à deo factam aram extruxit,& à loco consecrato discessit: hîc autem quia tabernaculum fixerat,iterum ædificauit,inquit,altare domino,& inuocauit in nomine domini. Vidisti mentem bene institutam,& sapientiæ deditam? Vidisti quo modo quod scribens admonuit admirabilis orbis doctor
1.*Timo.2.b* beatus Paulus,dicens: In omni loco leuātes sanctas manus: id patriarcha prius opere complenit,in singulis locis altaria condens,& domino gratias agens? Sciebat enim,sciebat manifestè,quòd nihil aliud requirat ab humano genere dominus vniuersi,post innumera & ineffabilia beneficia sua,quàm animā gratiarum actioni studentem,& scientem habere gratiam pro iis quę iam accepit. Cæterùm videamus,quo modo & hinc iustus migrat. *Et discessit*,inquit, *Abram,& profectus castrametatus est in solitudine.* Vide iterum religiosam eius mentem,& sapientiæ studiosam. Iterum, inquit,discessit, castrametatúsque est in solitudine. Quare illinc discessit? Fortè videbat quibusdam incolis non placere suum aduentum, proinde eximiam suam mansuetudinem declarans, & quo modo trāquillitatem magnifaceret, & ne cum vllo aliquid haberet negocij, solitudinem apprehendit. Profectus,inquit,castrametatus est. Aliena dictione vsa est diuina scriptura. Nam quemadmodum de militibus solemus dicere, ita & de iusto hic dicit,quòd castrametatus sit,vt ostēdat expeditum patriarcham, quòd sicut milites absque difficultate nunc huc, nūc illuc tentoria sua erigunt: ita & iustus ille,quāuis secum duceret vxorem & fratris filium, & tātum seruorum numerum: maiori tamen facilitate migrare solebat. Vidisti frugalem senis cum vxore & tot seruis vitam? Mihi magis admirabilis videtur mulieris fortitudo. Cùm enim cogito muliebris sexus infirmitatem,& animaduerto quo modo tam facilè tanta alacritate cum iusto peregrè vadit, & subinde migrat, neque ipsa molestè fert, neque iusto negocium facit: obstupesco,& censeo quòd non minorem animum & fortitudinem, quàm Abram possederit & ipsa. Et hoc maximè sciemus, cùm ea quæ consequenter lecta sunt pertractauerimus. Vidisti quòd postquam audiuit. Semini tuo dabo terram hanc: quo modo non quieuit iustus ille,& nunc huc,nunc illuc transiuit: sed vide quo modo iterū à solitudine exigitur,non ab hominibus,sed necessitate famis. *Et facta est*, inquit, *fames super terram.* Audiāt qui temerè & incircumspectè loquuntur & diuinant,dicētes, quoniam quispiā aduenit,fames facta est,& quoniam ille adfuit,hæc contigerunt. Ecce etiam in aduentu iusti fames, & fames valida,& non turbatur iustus, neque aliquid humanum patitur, aut suo aduētui tribuit famis causam. Sed quia vidit naturam coarctari,& inualescere famem: *Descendit*, inquit, *in Aegyptum Abram,vt habitaret illic, quia inualuit fames super terram.* Attende quo modo ampliora fiunt iusto septa, & remotior fit meta. Dispensabat enim dominus vt non solum Palæstinam incolētibus esset doctor, sed & iis qui in Aegypto erant,& lux suæ virtutis manifestaretur omnibus: quasi enim luminare quoddam,eū qui in Chaldæorum delituerat terra, illinc euocarat,vt eos qui in tenebris errorum sedebāt, ad veritatis viam introduceret. Sed fortè diceret aliquis: Et quare nō potius eos qui in Chaldęa erant,vt ad religionē venirent, per ipsum effecit? Verisimile quidem est, illorum salutē
Mat.13.g.et per aliorum prouidentiam procuratam: At tamen audi
Mar.6.a. Christum dicentem: Non est propheta absque honore, nisi in sua patria. Vt igitur opere impleret promissionem, quam illi fecerat dicens: Et magnificabo nomen tuum, propterea & famem oriri permittit, & cogente necessitate in Aegyptum eum ire facit, vt discerent & qui illic erant, quanta viri virtus. Nam fames quasi lictor,ceu vinculis iniectis,ita vi è deserto in Aegyptum eum abstraxit. Sed videamus quæ hinc sequuntur,& in quantas difficultates iustus incidit: vt & eius fortitudinem discamus, & vxoris illius sapientiæ studiosam mētem. Postquam igitur multum itineris processerant, & proximè Aegyptum erāt,iustus angore mentis afflictus est: &, vt ita dicam, de vita sua timens & tremens, dicit vxori suæ. *Factum est*,inquit, *quando Abram appropinquabat, vt intraret in Aegyptum, dixit Sarai vxori suæ: Scio quòd formosa fis mulier, futurūitaque vt cùm te viderint Aegyptij, dicāt: Ista est vxor eius,& occident me, te autem vendicabunt. Dic igitur, soror eius sum, vt mihi propter te bene fiat,& viuat anima mea propter te.* Vidistis ex verbis, in quanto angore & metu constitutus fuerit iustus, & neque turbabatur animo, neque cogitans intra se, dicebat: Quid hoc? num derelicti sumus? num decepti sumus? num nos prouidentia sua destituit dominus, qui dixit: Magnificabo te, & semini tuo dabo terram hanc? Num ille nos relinquit nunc de extremis timere,& in manifestum incidere periculum? Nihil horum vel in mentem admittendum existimauit iustus, sed vnum hoc curabat, quo modo arte aliqua excogitata posset & famis cōsolationem inuenire, & Aegyptiorum manus effugere. Scio, inquit, quòd formosa mulier sis. Vide quanta mulieris erat formositas: nam & cum in senectam iam vergeret, & post tot annorum numerum adhuc durauit vigor pulchritudinis in facie,etiam post tantam miseriam & malorum sustinentiam, quam in via fuit experta, de locis in loca transeundo, & à Chaldæorum regione in Charran, & à Charran in Chanaan, & rursus in Chananæa huc atque illuc, & nunc iterum in Aegyptum. Quem non fortium virorum defatigarent tot continuæ peregrinationes? Verùm egregia hęc mulier,etiam post tot exantlatas ærumnas, luculenta adhuc est facie, vnde & vehementem ac congruam curam afferebat iusto: ideo & dicebat, Scio quòd mulier formosa sis: futurum itaque vt cùm te viderint Aegyptij, dicant: Ista est vxor eius,& occident me, te autē vendicabunt. Confidera, quantum confidebat moribus mulieris, non timens ne fortè laudibus remissior fiat, quin & tale inducit consilium,dicens: Vt ne me quidem occidant,te autem vendicent: die igitur,Soror eius sum,vt mihi bene fiat,& viuat anima mea propter te. Quoniam non vulgare erat quod imperabat, propterea verbis quæ subdidit, allicere & ad misericordiam flectere, persuaderēque eam volebat, vt promptè in hac fabula partes suas ageret. Futurum itaque,vt cùm te viderint Aegytij, dicant: Ista est vxor eius,& occident me,te autem vendicabunt. Non dixit, contumeliis te afficient: non vult enim eam nunc verbis cōtristare. †Propter eum qui famem fugit, operaberis manibus apud Aegyptios, erisq; mihi salutis causa, vt mihi bene sit propter te.] Miserabilia sunt hæc verba, sed & multus erat timor propter insaniam Aegyptiacam. Et quia nōdum mortis erat soluta tyrannis, propterea in adulterium vxoris consentit iustus,& quasi seruit adulterio, in mulieris contumeliam, vt mortē effugiat. Erat adhuc terribilis facies mortis, nondum erant æreæ portæ confractæ, nondū erat aculeus eius hebetatus. Vidisti vinculum charitatis viri & mulieris? Vidisti virum qualia mulieri suggerere sit ausus?

†*Alinq; etiā mendosè hāc sequentia vsq; ad finem paragraphi omittit.*

ausus? & quale consilium acceperit mulier? Et non renuit, neque grauatim fert: sed omnia facit, ita vt actus & fictio illa lateant. Audiant viri & mulieres, & imitentur horum concordiam, vinculum charitatis, pietatem insignem, & beatam Saræ continentiam, quæ & vetula in tanta venustate permanens: certabat cum iusto virtutibus: ideo & tantam eius curã habuit deus, tantúmque supernè illi retributum est. Nullus igitur accuset pulchritudinem, nullus inutilia verba hæc dicat: Hanc perdidit forma, huic pulchritudo causa fuit interitus. Non pulchritudo in causa est: Absit, opus enim dei est & ipsa: sed peruersa voluntas malorum omnium causa est. Vidisti admirabilem hanc mulierem vtrinque relucẽtem, & ob pulchritudinem animæ, vestigia iusti proximè sequentem, & ob formositatem faciei? Hanc imitentur mulieres. Ecce & venustatis decor, & sterilitas, & tantum tempus, & facultatum abundantia, & tot migrationes & peregrinationes, & continuæ crebræq; tentationes, & quicquid tale, mentem eius mouere non potuerunt: immobilis enim mãsit. Vnde ob patientiam, dignam mercedem reportauit. In extrema enim senectute, ex vulua sterili, & vtero emortuo pârere potuit, *Vt mihi*, inquit, *bene fiat propter te, & viuat anima mea propter te.* Quasi diceret: Nihil aliud relictum est quo saluer, quàm vt dicas: Soror eius sum. Fortassis enim effugiam periculum quod expecto, & posthac propter te viuam, & tibi quod reliquum vitæ fuerit, acceptum feram. Sufficiebant hæc verba ad compassionem vxori mouendam, & ad persuadendum. Hoc verè est coniugium, quoniam non solum in prosperitate, sed & in periculis simul obambulant. Hoc germanæ charitatis indicium est, hoc signo certissimè internoscitur amicitia. Non sic diadema in capite positum regem illustrat, atque obedientia illa, qua consilio iusti paruit, hanc fœminam beatam & illustrem & claram demonstrauit. Quis non obstupescceret hanc parendi facilitatem? Quis hanc satis laudauerit, quòd post tantam continentiã, & in tali ætate ad hoc vt iustũ seruet, quantum in sua voluntate pendebat, etiam adulterio se exposuit, & barbarorum tulit congressum? Sed paulisper expecta, & videbis mirificè sapientem dei prouidentiam. Nam propter hoc deus tantam præ se tulit longanimitatem, & opitulari distulit, vt iustum clariorem faceret: & per ea quæ illic fiebant, non solum Aegyptij, sed & Palæstini erudiebantur. Quantam beneuolentiam domini omnium experitur patriarcha. *Factum est*, inquit, *quando intrauit Abram in Aegyptum, vt viderunt Aegyptij vxorem quòd esset valde pulchra. Et viderunt eam principes Pharaonis, & laudauerunt eam apud Pharaonem, & introduxerunt eam in domum Pharaonis, & Abram bene vsi sunt propter illam. Et fuerunt ei oues, & vituli, & asini, & serui, & ancillæ, & muli, & cameli.* Vide quo modo ea quæ prius iustus suspicabatur, re ipsa euenerunt. Nam vt in Aegyptum intrauit, vt viderunt Aegyptij mulierem quòd pulchra esset valde. Non simpliciter inquit pulchra, sed excellenter, ita vt omnes qui eam videbant, allicerentur. Et vt viderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt eam coram Pharaone. Oro dilecte, ne temerè prætereas quod dictum est, sed admirare quo modo nullus Aegyptiorum mulieri, vtpote peregrinæ, & à terra aliena aduentãti manus iniecerit, neque contempserunt virum: sed ingressi, regi omnia nunciarunt. Cæterùm hoc factum est, vt res fieret manifestior, & vltio non in priuatum & plebeium aliquẽ, sed in regem sæuiret, vt vbique diuulgaretur hoc factũ.

Et introduxerunt eam in domum Pharaonis. Protinus ab vxore iustus abducitur, & ipsa ad pharaonem introducitur. Considera quanta dei longanimitas, quo modo non ab initio, neque à proœmiis suã declarauit prouidentiam: sed permisit omnia fieri, & quasi in fauces bestiæ mulierem incidere, & tunc tandem manifestã facit omnibus suam virtutẽ. Et introduxerunt eam in domum Pharaonis. In quo statu putas per illud tempus erat mulieris mens? quo modo turbata erat ratio? quo modo fluctus eleuabantur? quo modo naufragium non fecit, sed mansit quasi immobilis petra ad cœlestẽ gratiam semper spectans? Quid autem dicam mulierem? qualem animum verisimile est fuisse iusto, illa in domum Pharaonis introducta? *Et Abram*, inquit, *bene vsi sunt propter illam. Et fuerunt ei oues, & vituli, & serui, & ancillæ, & muli, & cameli, & asini.* Hæc autem ipsa quæ honoris & ministerij gratia data sunt ei, quo modo non magnum rogum in eo succenderũt? quo modo autem non eius exussit mentem, & deflagrare fecit rationem cogitatio causæ tantorum donorum? Vidisti quo modo propè ad finem venerint pericula? Vidisti quo modo nulla iuxta humanam consequẽtiam spes correctionis relicta? Vidisti quo modo iuxta humanam opinionem res deploratæ? Vidisti quo modo quasi in gulam bestiæ mulier inciderit? Vide consequẽter ineffabilem dei misericordiam, & obstupesce †patientiæ eius excellentiam. †potentia *Et examinauit*, inquit, *deus Pharaonem examinibus magnis, & grauibus, & domum eius, propter Saram vxorem Abrã.*

Quid est, examinauit? pœnam, inquit, exegit flagitij & mali conatus: examinationibus magnis. Non simpliciter puniuit regem, sed pœnis magnis. Nam qui flagitium nõ erat vulgare, sed valde magnum, ideo & pœna magna. Et domum eius, inquit: non ipsum solum, sed & domũ eius. Et qua de causa, cùm rex peccet, omnes de domo eius pœnæ sunt participes? Nõ absque ratione hoc fit, sed vt per hoc regis insania compescatur. Graniori enĩ plaga indigebat, ita vt ipse exterreretur. Et vbi, inquies, hoc iustum, propter illum alios puniri? Non propter illum solũ pœnam sustinuerant, sed verisimile est eos cooperatos fuisse, vt aliquãdo committeretur iniquitas. Audisti enim suprà scripturam dicentẽ: Quia vt viderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt, & introduxerũt eam in domum eius. Vidistis eos lenonis agere officium in regis gratiam, auferẽdo iusti vxorem? Quapropter non ipse solus, sed & omnes qui adhærebant, pœnæ fuerunt participes: vt discant quòd non in peregrinum simpliciter furorem suum exercuerint, neque in hominem è medio vulgo, sed in virum cuius tutor deus, tanta illum cura dignans. Et idcirco acerbissima pœna concutiens eius mentem, discedere fecit ab nephario flagitio, coërcuit ab irrationali impetu, cohibuit incontinentem mentem, alligauit concupiscentiam indomitam, refrenauit furoris insaniam. Propterea consequenter vide quanta lenitate loquitur rex tyrannus hospiti, quasi vago obãbulanti, cui & vxorẽ auferre ausus fuit. Et bene dixit scriptura, quòd examinauit Pharaonẽ & domũ eius ob Saram vxorẽ Abrç. Sẽsum ei pœna prestat, ꝙ sit vxor iusti. Et enim & in domum introducta, manuit vxor iusti. *Cum vocasset autem Abram Pharao, dixit ei: Quare hoc fecisti mihi?* Vide qualia verba rex profatur: Cur hoc feci sti mihi? Inquit, Egóne tibi feci, qui peregrinus, qui nulli notus, qui propter famẽ adsum: tibi regi, tyrãno, & imperanti super Aegyptũ? Quid feci tibi? Tu abstulisti vxorẽ: nónne sicut peregrinũ & hospitem despexisti, contempsisti, nullius mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

menti me habuisti? Omnino intemperanti concupiscē-
tiæ tuę obsecutus es, & quæ tibi placebāt, opere volebas
compleri. Quid nā feci tibi? magna mihi fecisti, & gra-
uia in me commisisti. Vide quanta rerum vicissitudo.
Rex priuato dicit: Cur fecisti mihi? Deum dicere vult
inimicum mihi reddidisti, iram eius super me induxi-
sti, pœnæ obnoxium me fecisti. Fecisti vt pœnam lue-
ret tota mea domus, eorum quæ in te admissa sunt. Cur
hoc fecisti? Quare non annūciasti mihi quòd vxor tua
esset? Quare dixisti: Soror mea est, & accepi eam mihi
vxorem? Ego, inquit, quasi sororem tuam volebam du-
cere. At vnde didicisti quòd vxor fuit iusti? Vtor tan-
tæ iniquitatis ille mihi rem indicauit. Cur fecisti mihi
hoc, & non indicasti mihi quòd vxor tua esset? non ac-
cepissem eam mihiipsi vxorem peccaturus. Quasi soro-
rem tuam habiturus hoc feci. Attende quo modo sup-
plicij grauitas concussit eius mentem, ita vt & iusto ra-
tionem redderet, & omne erga eum declararet officiū.
Quanuis nisi dei fuisset gratia, quæ mentem eius emol-
liebat, consectaneum erat quòd in maiorem furorē in-
ductus, quasi deceptorem puniuisset, & extremis affeci-
set suppliciis. At nihil horum fecit: timor enim supplicij
inflammatam eius iram humiliauit & restrinxit. Vnde
vnum hoc curat, vt in iustū officiosus sit. Resciuit enim
tandem, quòd nō esset possibile eum vulgarem quem-
piam esse, qui tanta superna gratia fruebatur. *Et nunc
ecce vxor tua coram te, accepta ea ocyus vade.* Nunc, inquit,
quia cognoui quòd non est soror tua, sed vxor, ecce ha
bes eam. Neque enim offendi in aliquo coniugium ve
strum, neque priuaui te vxore tua. Sed ecce vxor tua co
ram te, accepta ea ocyus vade. Quæ lingua, quæ mens
poterit dignè quæ facta sunt admirari? Mulier præfulgida forma, simul cum viro Aegypto, & rege, & tyranno, & sic insano, & incontinenter affecto concūbens, intacta egreditur, seruata castitate sua. Talia enim, sicut prius dixi, sunt quæ à deo dispensantur, rara semper & admirabilia: & quando apud homines desperatum est,
Daniel.14. tunc potētiam & sapientiā suam deus declarat. Enimuerò sicut admirabile & rarum erat videre virum desideriorum stare in medio ferarū, & nihil pati: sed quasi oues eum circunstetissent, ita illæsum egredi è lacu. Et
Daniel.3. tres pueros in camino, quasi in prato & paradiso versa-
†tanquam statuas ri, & nihil ab igne lædi, sed egredi inde †vt virorū fortissimos: Ita admiratione dignum est & hoc facinus, q iusti vxor nullam contumeliam experta à rege Aegyptio, tyranno, intemperante, exiuit salua. Deus enim erat qui faciebat omnia, & in inuiis viam dabat, & spem bonam semper in rebus deploratis afferre valet. Et nunc inquit: Ecce mulier tua coram te, accepta ea ocyus vade. Ne existimes, inquit, à nobis violatam illam. Nam licēt per ignorantiam attentauerimus qsiç facta sunt: sed nunc quia cognouimus quæ sit, & quem habeat defensorem, indignatio enim quæ in nos desęuit, docuit nos quantum gratiæ tibi sit apud deum omniū. Accepta igitur vxore tua ocyus vade. Terribilis postea erat eis iustus, & propterea magnis officiis cum prosequi contendunt, placantes ipsius dominum propter ea quæ in illū commiserant. Vidisti dilecte, quantum bonum est patientia & fortitudo? Hic quæso memor esto verborum illorum quæ dicebat Aegyptum ingressurus: Scio quòd mulier pulchra sis: futurum itaque vt cùm te viderint Aegyptij, me quidē occidant, te autem seruent. Illis igitur in mentē resumptis, considera etiam quæ nunc fiūt, & admirare simul iusti tolerātiam & misericordis dei virtutem, quanta cum gloria redire facit iustum, qui cū tanto timore & metu descenderat. *Et præcepit*, inquit, *Pharao viris super Abram, vt inde deducant eum, & vxorem eius, & omnia quæ eius erant, & Loth cum eo.* Magna cum claritate & gloria, locupletatúsque diuitiis redit iustus: & fit doctor per ea quæ contigerunt non solum Aegyptiis, sed etiam omnibus qui in itinere erant, & qui in Palæstina habitabant. Nam quotquot viderant eum quādo descendit fame coactus, cum timore & tremore, nunc verò redeuntem cum tanta claritate & facultatibus, & diuitiis, discebāt virtutem prouidentiæ dei erga illum. Quis vidit vnquam? quis audiuit? Abiit vt famem suam mitigaret, & diuitiis abundans, ineffabilique gloria redit. Ne admireris dilecte, ne factum hoc ita rarum tibi videatur: immo admirare & obstupesce, & glorifica communis omnium domini virtutē. Et vide etiam illius nepotes ob eandem famis necessitatem in Aegyptum descendisse, & cùm ibi in graui seruitute vixissent multáque pertulissent ærumnas, magna tamen fœlicitate tandem rediisse. Talis enim est sapientissimus & optimus deus noster, quādo permittit augeri & coacer uari molestias, tunc iterū discussa tempestate, serenitatem rerumq; miram vicissitudinē facit, docens nos suæ potentiæ magnitudinē. *Ascendit autem Abram ex Aegypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ eius erant, & Loth cum eo, in solitudinem.* Opportunè hic quis accommodarit verba illa, quæ beatus Dauid iis qui à Babylonica redibant captiuitate dicebat: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autē venient in exultatione, gestātes manipulos suos. Vidisti descensum anxietate atq; timore plenum, habētem secum & mortis formidinē? Vide nunc reditum claritate & dignitate conspicuū. Omnibus posthac venerabilis erat iustus ille, tā iis qui in Aegypto, quàm iis qui in Palęstina. Quis enim non reueritus fuisset eum, qui sic à deo custoditus sit, & tantam beneuolentiam assecutus? Neminē enim fortè latebant ea quæ regi & domui eius acciderant. Omnia enim deus propterea permisit, & eousq; durauerunt tentationes iusti, vt eius patiētia clarior fieret, & facta eius in totū orbem diuulgarētur, ita vt nullus esset, qui iusti virtutem ignoraret. Vidistis dilecti, quantū ex tentationibus lucrum? Vidistis quantū patientiæ præmiū? Vidistis & virum & mulierē, & senem, & vetulam, quātum philosophiæ præ se tulerunt? quantū fortitudinis, quantū mutuę dilectionis, quātum charitatis vinculū demonstrarunt? Illum omnes imitemur, & nunquā tristemur. Ne existimemus esse signum quòd nos dereliquerit & despiciat dominus, si tentationes nobis inferātur: sed hoc maximum sit nobis indiciū quòd deus nostri curā gerat. Nā & si habeamus peccatorū sarcinas quæ nos premāt, poterimus magnā patientiam & gratitudinem declarando leuiores eas facere: & si non multa habeamus peccata, iterum maiori fruemur gratia, si grato animo tulerimus. Quia enim deus noster liberalis est, & nostræ salutis curā gerit: ea de causa quasi luctā & exercendi materiam nobis proponit, & pro theatro tētationes inferūtur: vt si quod nostrū est declaremus, largiore dignetur nos cura. Quod cùm scimus, ne tristes simus in tētationib⁹, neq; afflictiones grauatim feramus: sed & gaudeamus, iuxta beatū Paulum: Nunc enim, inquit, gaudeo in *1.Thes.2.* afflictionibus meis. Vidisti animā gratam? Nam si in afflictionib⁹ gaudebat, quo modo potuit vnquā in tristicia esse? si quæ alios afficiunt tristicia, ipsi pariant læticiæ occasionem. Cogita, oro in quo statu illius erat anima. Et vt discas quòd non sit possibile aliter nos promissa

Cap. XIII.

Psal.125.

bona

bona assequi, & regno cœlorũ dignos fieri, nisi per af-
flictionẽ vitam præsentem transeamus, audi Apostolos
dicentes eis qui nuper ad fidem conuersi erant: Et cùm
Act.14.d docuissent, inquit, multos, reuersi sunt Lystram, & Ico-
nium, & Antiochiã, denuò confirmantes animas disci-
pulorũ, exhortantesque vt perseuerarẽt in fide, & quòd
per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum
cœlorum. Qualis igitur posthac erit nobis excusatio, si
noluerimus fortiter ferre quæ inferũtur: præsertim sci-
entes quòd non sit possibile aliter salutem nos assequi,
Ioan.16.g. nisi hanc iuerimus viam? Audi & Christum dicentẽ: In
mundo afflictionem habebitis, sed confidite. Vt ne au-
dita tristicia, spe excidant, statim fiduciam eis affert, &
suam pollicetur gratiam. Sed confidite, ego vici mun-
dum. Habes, inquit, eũ qui grauia alleuiet, qui non per-
mittet te submergi ab illatis tentationibus, qui cum ten
tatione & exitum præbebit, & non permittet supra no-
1.Cor.10.c. stras vires inferri grauia. Quid tristaris? quid mœres?
quid impatiens es? quare tam abiecto animo es? Num, si
quæ nostra sunt attulerimus, patientiam dico, & forti-
tudinem, & mentis gratitudinem, nos sinet despici? Nũ
etsi desperatæ sunt res, vincere possunt sapientiam do-
mini nostri? Nos quæ nostra sunt exhibeamus, & since-
ram habeamus fidẽ, scientes quàm sint hæc facilia ani-
marum nostrarum præsidi. Et ipse prorsus melius nouit
quàm nos, quid conducat: & ita res dispẽsabit, vt sibi ho
norificum, & nobis vtile: quò & patientiæ mercedẽ ac-
cipiamus, & eius gratiam consequamur, gratia & mise-
rationibus domini nostri Iesu Christi, cum quo patri si-
mul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nunc
& semper, & in secula seculorum, Amen.

Abram autem erat diues valde pecoribus & argẽto & auro,
& profectus est vnde venerat, in solitudinem vsque Bethel,
vsque ad locum in quo prius fuit tabernaculum eius inter Be-
thel & Agge, ad locum altaris quod ibi principio fecerat.

Homilia XXXIII.

CVM alacrem vestrum conuentum, & ingens
audiendi desiderium hodie videam, æs alie-
num, quod charitati vestræ debeo, dinumera-
re volo. Et scio eius vos oblitos esse, eo quòd
multi dies interceserint, sermóque noster ad alia in-
terim sit egressus. A dicendorum enim consequentia
impediuit nos sanctarũ feriarum aduentus. Incógruum
enim erat, vt festa crucis dominicæ celebrantes, de aliis
sermonem afferremus. Mensa autem vobis proponen-
da erat suis congrua temporibus. Et idcirco quãdo ve-
nit dies traditionis & passionis, continua docẽdorum
serie resecta, præsentibus quæ vrgebant nos accommo
dantes, primum in proditorem linguam laxauimus.
Deinde de cruce aliqua in medium protulimus. Post-
ea, illucescente resurrectionis die, necessarium erat, vt
de resurrectione domini charitatem vestram doceremus. Et sequentibus diebus, propter miracula quę tunc
facta sunt, resurrectionis demonstratio iterum afferen-
da erat. In quibus etiam in manus accepimus Apostolorum acta, inde vobis continua proponentes conui-
uia, & crebris quotidianisque admonitionibus eos qui
nuper baptismi gratiam acceperant, exhortãtes. Nunc
autem necessarium vt debiti memor sim, & vobis satis-
faciam, tametsi vos debiti genus ignoretis, vtpote cu-
ris multis impliciti, & soliciti pro vxoribus & liberis, &
quotidiana alimonia, multisque aliis negociis. Verum
nos qui nullis id genus curis turbamur, & vobis debi-
ti memoriam suggerimus, & ad restituendum nos pa-
ramus. Neque admiremini hanc nostram gratitudinẽ.

A Huius enim alieni æris genus à corporalibus pecuniis
diuersum est. In illis enim nunquam debitor tantum
gratitudinis præ se fert. Scit enim quòd dinumerando
pecunias, suam imminuat substantiam, & accipientis
augeat facultates. Non autem ita est in spirituali debi-
to, sed in eo & dinumerans dum soluit, magis abun-
dat, & accipientibus maiores accrescunt opes. Et idcir-
co illic magna ingratitudo esse solet, hic autem vtris-
que lucrum est, & dinumeranti, & accipientibus. Atque
id quod de charitate admonuit beatus Paulus, dicens:
Nemini quicquam debeatis, nisi vt diligatis inuicem. Rom.13.b
Quo indicat, hoc debitum semper solui, & nihilomi-
nus durare semper. Et quia vos ad capiendum parati
semper estis, istucipsum & nos debitores locupletiores
facit, & vobis magnæ vtilitatis est materia. Igitur quo-
niam talis est huius debiti natura, vt quanto magis de-
B penditur, tanto auctiores nostras reddat opes: age do-
ceamus nunc & debiti materiam, vt & ipsi alacriores
dicenda suscipiatis, & nostram gratitudinem boni con
sulentes, nos diligenti auscultandi studio remuneretis.
Quænã igitur debiti materia? Scitis, & memores estis,
quando de patriarcha quædam in medium attulimus,
quo modo demonstrauerimus descẽsum eius in Aegyp
tum propter famem, & rapinam Saræ à Pharaone fa-
ctam, & indignationem dei quam in Pharaonem &
domum eius ob suam erga iustum curam immisit, & re-
ditum patriarchæ ab Aegypto magna cum gloria.

Mandauit enim, inquit, *Pharao viris super Abram, vt dedu-*
cant eum & vxorem eius, & omnia quæ habebat, & Loth cum eo.
Ascendit autem Abram ex Aegypto, ipse & vxor eius, & omnia
quæ erant illius, & Loth cum ipso in solitudinem. Hic sermonẽ
missum fecimus, & eum mediis diebus transtulimus in
C doctrinam, quam requirebant tunc occurrentes feriæ.
Ideo hodie fuerit operæprecium, vt dicẽda cum dictis
contexamus, & quasi in vnum corpus coaptemus, quò
sermo fiat magis perspicuus. Et quò manifestiora sint
quæ dicuntur, operæprecium fuerit, vt charitati vestræ
proponatur principium eorum quæ hodie sunt lecta.

Abram autem, inquit, *erat diues valde pecoribus, & argento,*
& auro: & profectus est vnde venerat, in solitudinem vsque ad Be-
thel, vsque ad locum in quo prius fuit tabernaculũ eius, inter Bethel
& inter Agge, ad locum altaris, quod illic principiò fecerat: & in-
uocauit ibi Abram nomen domini dei. Ne prætereamus obi-
ter lecta, sed discamus clarè diuinarum literarum dili-
gentiã, quo modo nihil nobis superuacuũ narret. Abrã
autem, inquit erat diues valde. Cõsidera primùm istuc-
ipsum, quod non frustra assignauit. Neque enim teme-
rè & inuanum diuitem nunc vocat, id quod nullibi a-
liâs meminit, sed nunc primùm dicit quòd diues fue-
D rit. Quare hoc, & quam ob causam? vt discamus diuinæ
pientiæ solertiam & suæ in iustum prouidentiæ immen
sam & excellentem potentiam. Nam qui famis necessi-
tate in Aegyptum peregrinari coactus fuit, & angustias
quas in Chananæa experiebatur ferre non poterat, is su
bitò diues factus est: & non simpliciter diues, sed valde,
& non tantum pecoribus, sed & argento & auro. Vidi-
sti quanta dei prouidẽtia: abit, vt aliquam famis conso-
lationem inueniat: & redit, non solũ fame mitigata, sed
& diuitiis, & indicibili gloria conspicuus, & omnibus
manifestus qualisnam esset: postea enim & Chananæ
inhabitatores clarè iusti virtutem didicerunt, videntes
rerum mutationem tam repentinam, & tantis diuitiis
affluentem, qui vt peregrinus & quasi fugitiuus & va-
gus in Aegyptum descẽderat. At tu vide quo modo hic
neque prosperitate, neque diuitiarum affluentia remis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sior vel negligentior factus est: sed iterum cõtendit ad eum locum, vbi prius fuerat priusquã in Aegyptum cõcederet. Venit enim, inquit, in solitudinẽ, vsque ad locum vbi prius fuit tabernaculum eius, ad locum altaris quod fecerat ibi principiò, & inuocauit nomen domini dei. Cogita obsecro, quantus erat quietis & tranquillitatis amator, & in diuino cultu quàm sedulus. Ad eũ enim locum, inquit, accessit, quem prius ædificauerat, & in quo nomẽ domini inuocauerat. Ecce iam multis antea seculis impleuit hoc quod postea à David dictũ est:
Psal. 83.a. Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Solitudo enim propter inuocationem nominis domini dei gratior ei erat quàm ciuitates. Sciebat enim, sciebatq; clarè, quòd ciuitatis magnitudinem non facit ædificiorum pulchritudo, neque inquilinorum multitudo: sed inhabitantium virtus, propter quam & solitudo ciuitatib⁹ dignior est, quæ virtute iusti ornatur, & orbe toto fit fulgidior. *Et Loth*, inquit, *qui cum Abram ibat, erant & oues, & boues, & pecora, neque capiebat eos in terra, vt simul habitarent. Erat quippe substantia eorum multa, & non poterant habitare simul.* Non solũ patriarchæ facultates auctæ sunt, sed & Loth, inquit, erant oues, & boues, & pecora. Fortè partim Abram, vtpote liberalis, illa Loth fratris filio donauerat, partim alij dederant in patriarchæ gratiam. Et nõ capiebat, inquit, eos terra: erat quippe substantia eorum multa. Vide quòd facultatum multitudo statim causa fit discessus, diuisionem operatur, concordiã impedit, & cognationis vinculum dirimit. *Et facta est pugna inter pastores pecorum Abræ, & inter pastores Loth. Chananæi autem & Pherezæi tunc inhabitabant terram.* Attende quo modo valde familiares discessionis initium faciunt. Hinc enim semper omnia mala pullulant à famulorum nequicia. Facta est enim, inquit, pugna inter pastores. Hi diuisionis occasionem prębuerunt: dicere vult, ij concordiam dirimebant, ij multam morum inciuilitatem præ se ferebant. Chananæi autem & Pherezæi tunc inhabitabãt terram. Quare nobis hoc assignauit? quoniã dixerat, quòd non capiebat eos terra vt habitarẽt simul: causam quoq; docere voluit diuina scriptura, quòd ideo eos non capiebat, quia à gentibus illis præoccupata erat. Verùm nos religiosam patriarchę mẽtem videamus, quo modo sua lenitate exarsurum incendium restinguit, *Dixit autem*, inquit, *Abram ad Lot: Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & tuos, quia homines fratres sumus nos.* Vide insignem modestiam, vide sublimem philosophiam, ætate & dignitate senior, iuuenem, fratris filium, fratrem appellat, & in eãdem in qua ipse erat dignitatem euehit, nihilq; minus illi quàm sibi tribuit: sed dicit, Ne sit rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos. Indignè enim hoc
1.Cor.6.b. fieret, quoniam fratres sumus. Vidisti quo modo Apostoli legem implet, quę dicit. Itaque iam quidem omnino delictũ in vobis est, quòd lites habetis inter vos inuicem. Cur non potius iniuriã patimini? cur non potius damnum accipitis? immo vos iniuriã facitis, & damno afficitis, idq; fratres. Hæc omnia operibus implẽs patriarcha, dixit: Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & tuos quoniã homines fratres nos sumus. Quid hac anima pacatius? Proinde non frustra, neque temerè principiò dicebam, quòd amore quietis & tranquillitatis solitudinem locis frequentibus prętulerit. Attende enim quo modo & nunc videns pastores cõfligere, statim in initio tentat restinguere incendiũ, quod eruptorum erat, & contentionem sedat. Debebat enim ipse, vtpote missus omnibus Palęstinæ cultoribus sapientiæ

A doctor, nullam scandali dare occasionẽ, vel ansam cõcedere: sed morum lenitate, tuba clarius omnes erudire, & suæ virtutis facere imitatores. Ne sit, inquit, rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos, quoniam homines fratres sumus. Multa verborum lenitas, inter me & te. Cõsidera quo modo ei loquitur ceu honore pari, quãuis opinor non aliunde rixas fuisse exortas, quàm quòd pastores patriarchę non permiserunt illis eãdem copia frui, qua ipsi. Sed iustus æquabiliter omnia facit, specimen præbens eminentis suæ sapientiæ, ac docens non tantũ præsentes, sed posteros etiam omnes, †nunquam cum proximis esse litigandũ, etiam iis qui nobis præstantiores nõ sunt. JNam eorum cõtentio magnam nobis affert ignominiam, & non illis imputantur quæ fiunt, sed in nos trãsfertur quod reprehendendũ. Quo modo enim rationi cõsentaneũ, quòd homines qui fratres sunt, qui eandem naturam sortiti, qui eiusdem sunt familiæ, qui eodem loco habitaturi sunt, quos mansuetudinis, lenitatis, & omnis philosophiæ doctores esse oportebat, inter se contendant, & digladiẽtur? Audiãt hæc qui se extra crimina putant esse, quãdo propter familiaritatem suis ministris permittũt & connituntur rapere, decipere, multa mala machinari, & in ciuitatibus & in agris, & auferre vi à vicinis, nũc agrum, nunc domum. Eaq; de causa maiori tales benevolentia prosequuntur. Nam licèt iniusticiæ illæ opus alienũ tibi sint, tamen & ipse negocio communicas: non solum quòd oblectaris facto, & credis inde facultatibus tuis incrementum accedere: sed quòd non prohibes, ne facinus committatur. Nam qui prohibere potest eum, qui iniuriam facit, & nõ prohibet, is non minorem luet pœnã, quàm qui iniuriam facit. Obsecro igitur, ne seducamus nosmetipsos: sed & ipsi fugiamus rapinas, & fraudes, &
C ex istiusmodi artibus emolumenta & lucra: & familiares nostros erudiamus ne quid tale operentur. Non enim hoc nos insontes facit, sed potius maiori cõdemnationi obnoxios: quia in nostri gratiam illi suam amittentes salutem, iniusticiam audent, & ipsi intereuntes nos secum rapiunt. Quod si prudentes esse voluerimus, & ipsi ab eo damno liberabimur, & illos à malis conatibus abarcebimus. Porrò nolo mihi dicas friuola illa verba: Nihil mihi curę est: nunquid ego rapui? nihil mihi ea de re constat: alius fecit, non fui particeps iniusticiæ. Prætextus illa sunt, & inane commentum. Si vis declarare, quòd nõ communicaueris iniusticiæ, neque auariciæ fueris operarius, emenda factum, solare eum qui iniuria affectus est, redde ablata. Sic enim & teipsum à criminibus liberabis, & †iniuria affectum eriges. JSi declaraueris, quòd non sunt hæc facta iuxta vo
D luntatem tuam, & obsecraueris pauperem, non sines eum à tristicia absorberi, quam ablatis bonis suis passurus erat. Ne sit, inquit, rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos: quia homines fratres nos sumus. Vidisti mansuetudinem: vidisti lenitatem? audi & sequentia, vt discas excellentem eius philosophiam. Quo modo rixa dirimitur, & cõtentio restinguitur? *Ecce, an non omnis terra*, inquit, *coram te est? Discede à me, si tu ad sinistram, ego ad dextram: si tu ad dextram, ego ad sinistram.* Cõsidera optimos mores, & insignẽ modestiam huius iusti. Sed ante hęc obsecro, cogita quantũ ex diuitiis dãnum, & quanta ex multis opibus contentio. Aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluxerũt diuitiæ multę, & statim discinditur concordia. Antea erat pax & charitatis vinculum nunc rixa & contentio. Vbi enim meum & tuum, illic omne litium genus & contentionis occasio: vbi autem

hæc

† cũ quo iniuriam fiat corrigit

„ hæc non sunt, ibi secura versatur pax & cõcordia. Et vt
Actu.4.f. discas, audi quid dicat beatus Lucas de iis, qui ab initio ad fidem conuersi sunt. Erat, inquit, omnium cor vnum & anima vna: nõ quòd vnam animam habuerint omnes: quo modo enim hoc, cum in diuersis corporib⁹ fuerint? sed concordiam illorum excellentem nobis demonstrat. Iam nisi plurimæ æquanimitatis fuisset iustus ille, & insignitam præ se tulisset philosophiam, succensuisset forsitan, & ita ei dixisset: Quis furor ille? Ausine sunt familiares tui os distringere aduersus operas meas? non cogitarunt, quantum inter nos distet? Vnde enim tibi illa abundantia? nõnne ex mea cura? Quis te apud homines tãtum apparere fecit: nõnne ego qui pro omnib⁹ tibi fui? Patris ego vices egi per omnia, & has mihi pro tot ministeriis mercedes reddis? Haccine spe vbique te comitem itineris habui? Esto nihil eorum quæ à me habes in mentem tibi veniat, nõnne saltem vel senectam meam & canos reuereri oportebat? Sed connitendo permisisti pastores tuos in meos debacchari, nescius quòd sicut contumelia, qua illi affecti, in me transit, ita & tuorũ temeritas tibi adscribitur. Sed nihil horum iustus vel in mentem accepit, sed omnibus illis à mente repulsis, vnũ hoc agebat, quo modo quod erupturum erat incendium extingueret, & suaui separatione excogitata, absque turbelis habitaret: dicit enim, Ecce, nũquid omnis terra coram te est? discede à me, si tu ad sinistram, ego ad dextram: si tu ad dextram, ego ad sinistram. Vides mansuetudinem iusti? operibus enim monstrabat, quòd non facit hoc sua sponte, neque separari vult: sed ob cõtentionis necessitatem, vt ne in domo sit perpetuum bellum. Vide quo modo verbis illius bilem mãsuefacit, & ei electionis potestatẽ dat, & proponit omnem terrã, & dicit: Ecce, nunquid omnis terra coram te? quamuis elige: & ego, quam tu reliqueris, magna cum voluptate accipiam. Magna est iusti huius philosophia. Per omnia nõ vult esse onerosus fratris filio: quasi diceret, Quoniam fit id quod nolebam, & vt cessent contẽtiones, necessariũ est vt separemur: propterea te dominum electionis & arbitrum constituo, & omnem tibi potestatem do, vt terram quam meliorem censes, tu eligas, & reliquam sinas esse meam. Num hoc quis vnquam vel æquali vel fratri faciẽdum censuit, id quod fratris filio patriarcha? Nã si ipse electionem retinuisset, & primum locum sibi seruasset, concessissetq; illi reliqua, nõnne & hoc magnum quiddam fuisset? At excellentis virtutis suæ exhibens specimen, desiderium iuuenis explere volebat, ita vt nulla ex separatione nasceretur mœrendi occasio: vnde ei proposita potestate omni, dicit: Ecce omnis terra coram te. Separare à me, & qualẽ volueris terram, elige. Oportebat igitur fratris filium, cùm tantam experiretur æquitatem patriarchæ, parem rependere honorem, & ei potius liberã electionem concedere. Solemus enim fermè cuncti homines, si obluctantes videamus aduersarios, ac contendentes, in primum locum ascendere, non ferre nos inferiores esse, neque eis cedere: quos si cedere viderimus, & verbis idoneis potestatem omnem nobis permittere, quasi reuerentes magnam mãsuetudinem, & à contentione desistimus, & versa vice, omnem potestatem eis concedimus, etiamsi minores esse videantur ij qui nobiscum litigant. Debebat igitur & Loth cum patriarcha hoc facere. At ille vt pote iuuenis, & maiori concupiscentia tractus, potiores tum sibi visas partes arripit, & electionem facit. *Et sublatis*, inquit, *Loth oculis suis vidit omnem regionem circa Iordanem, quòd tota esset rigua, antequam dominus subuerteret Sodoma & Gomorrha, quasi hortus dei, & sicut terra Aegypti, vsque dum veniatur in Segora. Et elegit sibi Loth omnem circa Iordanem regionem. Et recessit Loth ab Oriente, diuisiq; sunt vterque à fratre suo.* Vidisti virtutem iusti excellentem, quo modo radicem malicię ne germinare quidem permisit, sed statim cùm iam oriretur funditus exeuit & aboleuit, multa vsus lenitate, & indicibilem temporalium contemptum præ se ferens, declarauitque omnibus, quo modo pacem habere, & à contentione liberari, omni substantiæ suæ præferret. Nam vt ne quis condemnet iustum, quasi ingratum circa Loth, & quòd quem è domo sua eduxerat, in terra aliena nunc à cohabitatione eiiceret, nèue putet ipsum inimicitiarum gratia hæc facere: sed vt discamus omnes quòd pacis studiosus hæc faciat, ideo & electionem ei concessit: neque molestè tulit quòd prima ferret: vt omnibus notum foret, quo modo mens sua ad pacis charitatisque scopum spectaret potissimum. præterea & aliud quoddam mysterium iam antea dispensabatur, vt multa post hac inciderẽt, per quę Loth rebus ipsis erudiretur quàm indignè electionem sumpsisset, & vt discerent Sodomitæ virtutem Loth, & separatione facta promissionem patriarchæ datam euẽtu compleri, qua dictum est ei: Tibi & semini tuo dabo terram hanc: id quod paulatim procedendo videbimus, diuina scriptura nobis ea faciente manifesta. *Et Abram*, inquit, *habitauit in terra Chanaan, Loth autem habitauit in ciuitate* †*quæ sita circa Iordanem, & tabernaculum habuit in Sodomis. Qui autem homines Sodomis agebant, mali erant, & peccatores coram deo valde.* †finitimorum

Vides Loth tantùm spectantem terræ naturam, & nõ aduertentem inhabitantium maliciam? Quæ enim vtilitas, dic oro, si terra sit fructuosa & ferax, homines autem adeo mali? Quid damni è solitudine & infrugifera terra, si homines sint humaniores? Caput enim & summa bonorum est inhabitantium gratitudo. Cæterùm Loth ad vnum tantum respexit, nempe fertilitatem terræ. Et idcirco scriptura manifestare nobis volens habitantium illic maliciam, dicit: Qui autem in Sodomis agebant, homines mali erant, & peccatores coram deo valde. Non solum, inquit, mali, sed peccatores: & non simpliciter peccatores, sed & coram deo: hoc est, prodigiosa erat eorum iniquitas. Ideo & subdidit, coram deo valde. Vidistis maliciæ magnitudinem? Vidistis quantum est malum primum locum capere, & non quod vtile est considerare? Vidistis quantum bonum sit humanitas, & primo loco cedere, & inferiorem fieri? Ecce in processu doctrinæ videbimus nihil profuisse primum locum ei qui elegerat: & eum qui inferiorem se fecit, clariorem quotidie factum, opeq; illius per omnia auctas, omnibusque factum spectabilem. Cæterùm vt ne prolixiores simus docendo, hoc loco subsistat sermo, & quod reliquum est, in sequentem seruetur sermonem. Illud autem vos rogauerim, vt imitatores sitis patriarchæ, & nunquam concupiscatis primatus: sed obtemperate beato Paulo dicenti: Honore alius alium præcedẽtes, & date operam vt in omnibus humiliemini. Hoc est enim primatum habere, sicut & Christus dicit: Qui seipsum humiliat, exaltabitur. Quid igitur huic par fuerit vel æquale, quando per ea in quibus aliis cedimus, ipsi maiori fruimur honore: & per quæ alios præferimus, ipsi in summũ honorẽ euehimur? Itaq; obsecro, vt studeamus ita imitari patriarchæ humilitatẽ, & sequi vestigia eius, qui ante legẽ tantam philosophiam præ se tulit, nos qui in gratia versamur. Ista enim vera est humilitas, quam eximius ille vir

Rom.12.c.

Luca.14.& 18.c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

declarauit erga eum qui multo se fuit inferior, non solum ob virtutis rationem, sed & propter ætatem, & alia omnia. Cogita enim ꝙ senex iuueni cessit, & patruus nepoti: & qui tantã à deo sortitus gratiam, ei qui in nullo magnum aliquod specimen præbuerat: & ea quæ oportebat illum dicere, vt iuuenem ad senẽ ætate & dignitate, & patruum, illa patriarcha ad iuuenem dicebat. Igitur nos quoque non eis tantum qui ætate nobis sunt maiores, vel etiam æquales, honorem exhibeamus. Non est enim humilitas, facere quod necessitate debes vel cogeris: hoc, inquam, non est modestiæ, sed debiti. Vera autem modestia est, quãdo cedimus iis qui nobis videntur esse minores, & eos veneramur qui nobis videntur esse magis indigni quàm nos. Quòd si rectè sapimus, nullos etiam nobis esse minores arbitrabimur: sed nos superari ab omnibus hominibus dicemus. Et hoc dico non de nobis, qui innumeris immersi sumus peccatis: sed etiam si quis sibi plurimorum bene gestorum conscius sit, nisi apud se sentiat quòd omnium sit postremus, nulla ei futura vtilitas ex omnib⁹ bonis suis operibus. Hæc est humilitas, quãdo quis occasiones habet vt extollatur, & seipsum humiliat & supprimit, & modestè se gerit: tunc enim ad verum subuehetur fastigium, iuxta promissionem domini, quæ dicit: Qui se humiliat, exaltabitur. Satagamus igitur, obsecro, verticem illum omnes apprehendere per modestiam, vt eãdem illam, quam iustus ille à domino gratiam consequamur, & ineffabilia bona mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus Abræ postquã separatus est ab eo Loth: eleuatis oculis tuis vide à loco in quo tu nunc es, ad aquilonem & Affrirum & Oriẽtem & mare; quia omnem terram quam tu vides tibi dabo eam.

Homilia XXXIIII.

CHARISSIMI, didicistis heri eximiam patriarchæ modestiam, vidistis lenitatem egregiã. Neque enim erat res vulgaris, quòd senex (quem omnium dominus tantis prosequutus fuerat beneficiis, tãtàque gratia frui fecerat) pari honore dignaretur iuuenem, & fratris filium, & primatu illi cederet, inferioraq; ipse deligeret, nihilque non faceret quò bellum impediret, & contentionis materiam è medio tolleret. Hunc omnes imitari studeamus, & nunquam super proximum extollamur, nunquam de nobis sublimia sentiamus: sed modestia cõspicui cedamus aliis, & inferiores haberi conemur, tã verbis, quàm operibus. Neque enim vnquam eis qui nobis iniuriã faciũt aduersemur, etiamsi prius multum in illos contulerimus beneficiorum. Hæc enim optima est philosophia. Neque contumelia affecti feroces simus, etiamsi contẽptiores & magis inopes nobis sint, qui nobiscum contendunt: sed mãsuetudine & lenitate furorem comprimamus. Nihil enim illa potentius, nihil illa fortius. Illa animam nostram in perpetua tranquillitate, & quasi in portu constituit, & omnis recreationis ac quietis occasio nobis est. Ea propter & Christus diuina illa docens, dicebat: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: inuenietisq; requiem animabus vestris. Nihil enim animam ita in tranquillitate & quiete esse facit, vt mãsuetudo & modestia. Hæc omni diademate se possidenti est vtilior. Hæc omni claritudine & gloria conducibilior. Quid enim beatius, quàm intestino liberari bello? Nam quanuis plurima pace & cura externa fruamur, si intra nos cogitationum nascãtur tempestas, tumultus, & seditio, nihil externa pax nobis proderit. Sicut & neque miserabilius est aliquid ciuitate, quę licèt præsidiis & muris bene sit munita, intus tamen ciues foueat proditores. Hoc igitur obsecro, vt ante omnia nobis sit curæ, quo modo animam à turbulentia vindicemus, & in tranquillum statum educamus, & ab omni liberemus amaritudine, quò & ipsi multa fruamur quiete, & iis qui familiaritatem nobiscum habent, simus blandi. Hoc enim certissimum signum, quo internoscitur vir ratione præditus, si mansuetus fuerit, si lenis, si mitis, si modestus & quietus: si nõ quasi seruus ducatur & trahatur, aut ab ira, aut ab aliis affectionibus: sed ratione vincat internos illos incompositos motus, nobilemque suam generositatem seruet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret. Et vt discas quantum mansuetudinis & lenitatis sit robur, & quòd sola hæc virtus sufficiat se colentem diligenter ineffabilibus laudibus dignum reddere, audi beatum Mosen hinc potissimum prædicari, & ex hac ei coronam plecti. Et moses, inquit, erat mitissimus omnium hominũ qui super terram. Vidisti encomij magnitudinem? Omni eum humano generi parem pronunciat, immo omni hominum generi præfert. Et iterum de Dauid dicit scriptura: Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Hinc patriarcha sibi maiorem cœlitus conciliauit benenolentiam, & afferens quæ sua erãt, à misericorde deo maiora assequutus est. Hoc scietis & vos, vbi attulerimus in medium ea quæ hesterna dicta sequuntur, & quæ prius sunt lecta charitati vestræ declarauerimus. Nam quia Abram multam præ se tulit mansuetudinem, & Lotho potiorem partem cessit, & omnem ei eligendi facultatem permittens contentus fuit minore, modo auferretur omnis contentio: vide quantam statim mercedem à deo consequitur, & quo modo adhuc maiori retributione, vt per omnia multum abundet, patriarcham dignatur deus? Talis enim est dominus noster, vt si quando vel paruũ quid attulisse nos viderit, largissimas suas nobis remunerationes suppeditet, tantámque præ se ferat liberalitatẽ, vt ea quæ à nobis sunt facta, multis numeris à nouis suis beneficiis vincantur. Et hoc in omnib⁹ nostris factis inueniet quis ab eo fieri. Quid enim, dic mihi vilius duobus obolis? Attamen quia vidua illa duos obolos in corbonam misit, inde celebris facta est ab eo tempore vsque in præsens toti mũdo. Et quid dico duos obolos? Etiam si quis calicem aquæ frigidæ præbeat, & pro eo magnæ decernuntur retributiones. Semper enim coronat eos qui virtutem operãtur, iuxta operantium volũtatem. Similiter in precum assiduitate istucipsum ab eo fieri videre licet. Nam si quis alacriter eum adit, statim ei dicit: Adhuc loquẽte te, ecce adsum. Quòd si quis ampliorem sedulitatẽ teneat, & magno desiderio, feruentiq; mentis alacritate fiãt petitiones: iterũ liberalitate certat, & prædicat & coronat: id quod & in Chananæa muliere declarauit. Quoniam enim vidit infatigabilem eius constantiam & perseuerantiã, primùm eam prædicauit, & præconiis (vt ita dicam) coronauit totiq; mũdo celebrauit, postea liberalitate magna preces eius etiã superauit. Nam, vt dixit: Mulier, magna est fides tua: tũc subdidit, Fiat tibi sicut vis. Et si vellemus singula scripturæ diuinæ exempla afferre, vbique magnam domini munificẽtiam essemus visuri. Sciebat hoc patriarcha ille, cedentem minoribus assequuturum maiora, sicut heri audiuistis. Et cessit Lotho, regionemq; deteriorem elegit vt contentionis resecaret

Matt.11.d

Psal.131.a

Matt.20.d

Esa.65.d

Matt.15.d

ſecaret occaſiones,& ſeruata virtute ſua peculiari, totã domum pacatam redderet. Cæterùm videamus ex recens lectis, quid ei retributum ſit à domino pro tanta manſuetudine. *Et dixit*, inquit, *deus Abræ, poſtquam ſeparatus eſt ab eo Loth: Eleuatis oculis tuis cerne à loco in quo tu nunc es, ad Aquilonem, & Aphricum, & Orientem, & mare: quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo eam, & ſemini tuo vſque in ſeculum.* Vide quo modo diuina ſcriptura acceleratã dei prouidentiam & retributionem iuſto factam demonſtrat: volens nos docere, quantum approbata fuerit à miſericorde deo patriarchæ humilitas. Poſtquam, dixit, ſeparatus eſt Loth, & abiit in terram quam elegit, vt in præſtantiorem: ſtatim ſubdidit, Et dixit deus Abræ. Deinde vt diligẽter diſcamus, quòd deus remunerauerit eum pro iis quæ in Loth collocauerat, hæc addidit: Et dixit deus Abræ, poſtquam ſeparatus eſt ab eo Loth, quaſi manifeſtè hęc ei verba dicens: Ceſſiſti ob tuã mãſuetudinem regione meliore & amœniore fratris filio, & eximiam præ te tuliſti humilitatẽ, tantamq; pacis gabuiſti curã, vt nihil non potius delegeris, quàm eſſe inter vos contentiones, ea propter largas illas à me retributiones accipe. Eleuatis, inquit, oculis tuis, vide à loco in quo tu nunc es, ad Aquilonẽ & Aphricum, & Orientem, & mare: quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo eam, & ſemini tuo vſque in ſeculum. Vidiſti retri
†facta eius butionem, †facti genus] multis modis præcellentem? Iiſdem verbis vtitur miſericors dominus, quibus & patriarcha ceſſionem fecerat. Nam ſicut patriarcha dicebat: Ecce, an non omnis terra coram te? ſeparare à me: ſi tu ad dextram, ego ad ſiniſtram: ſi tu ad ſiniſtrã, ego ad dextram. Ita & dominus dicit: Eleuatis oculis tuis vide à loco in quo tu nunc es: quia omnẽ terram quam tu vides, tibi dabo eam, & ſemini tuo vſque in ſeculũ. Hic quæſo animaduerte excellentem munificentiam. Dicit enim: Tu quidem dato illi electionis arbitrio: ea, quam ille voluit eligere, terra ceſſiſti, relictam autem ipſe apprehẽdiſti: ego verò tanta te liberalitate proſequar, vt omnem quam ante oculos tuos terram vides ſitam, ex vtroque latere dextro & ſiniſtro, à Septẽtrione & Meridie, ab Oriente & occidente, & in ſumma, omnem terram quam vides, tibi ſum conceſſurus: neq; tibi ſolum, ſed & ſemini tuo vſque in ſeculum. Vidiſti dignam diuina bonitate munificentiam? Vidiſti quantis ceſſit, & quãta eſt aſſequutus? Hic erudiamur vt magna in dandis eleemoſynis largitate vtamur, quò datis paruis, adipiſcamur magna. Quo modo enim paria ſunt, dic obſecro, dare parum argenti, & obtinere peccatorum remiſſionem? paſcere eſurientem, & in die illa horribili fiduciã aſſequi, & audire verba nulli regno conferenda: Eſuriui, & dediſti mihi quod comederem?
Matt. 25.d. Num qui tibi tantam rerum dedit vbertatem, potuit & illius inopiam leuare & ſolari? Hac de cauſa reliquit illum inopia vexari, vt & ipſe patiẽtia multum mercedis acquireret, & tu per eleemoſynam tibi fiduciæ materiã illuc præmitteres. Vidiſti miſericordiam domini, quo modo propter noſtram ſalutem diſpenſat omnia? Itaque dum cogitas, quòd propter te & propter tuam vtilitatem, ille cum inopia conflictans fame perit, ne abſque miſericordia trãſeas, ſed eſto fidelis eorum quæ ti-
†vt illius ſublenãdo penuriam bi à domino conceſſa ſunt, bonorum diſpenſator, †vt adiutus illius penuria,] tibi ſupernam cõcilies gratiam. Et glorifica dominum tuum, quòd propter te & ſalutẽ tuam permittat illum in paupertate verſari, vt tibi via pateat per quam peccata poſſis abluere: & diſpenſatis bene iis quæ à domino tibi ſunt conceſſa, laudes illas

mereare quę omnem ſermonem & rationem tranſcendũt. Audies enim: Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pau- *Matt.25.b.*
ca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: ingredere in gaudium domini tui. Talia animaduertentes, ita reſpiciamus pauperes, quaſi operarios, qui occaſiones ſalutis dare nobis poſſunt, & eis largiter, hilarique prõptitudine communicemus, nunquam renuẽtes dare, ſed magna lenitate cum eis colloquentes, & multam manſuetudinem declarantes, Inclina, inquit, pauperi au- *Eccli.7.d*
rem tuam, & reſponde ei pacificè in mititate, vt & antequam des, verborum clementia deiectum eius animum erigas. †Adeo etiam verbum animam roborare, †græc⁹ hic
conſolationẽmque multã afferre ſolet. Igitur non tan- *addit, melius enim eſt, inquit, ſermo quã datio*
tum attendentes eum qui accipit, in dandis eleemoſynis ſimus liberales: ſed ratiocinantes potius quis ille ſit, qui ea quæ in pauperem collocata vt ſibi facta vindicat, & pro datis ſolutionem pollicetur. Atque ita animo illum intuentes, magna prõptitudine dare ſtudeamus, & largam, dum adhuc tempus eſt, ſementem faciamus, vt & vbertim metamus. Nam qui ſeminat par- *2.Cor.9.b*
cè, inquit, parcè & metet. Manu igitur minimè parca, ſemina illa bona ſpargamus, vt ſuo tempore multum metamus. Nunc enim ſeminandi tempus eſt, quod ne prætereamus obſecro: vt in die retributionis pro iis quæ hîc ſeminauimus, fructus percipiamus, & domini miſericordiam aſſequamur. Nullũ enim omnino aliud bonum ſic poterit reſtinguere peccatorum noſtrorum incendium, vt eleemoſynæ largitas: iſta & peccatorum noſtrorum abolitionem operatur, & magnam nobis fiduciam conciliat & pręparat, vt ineffabilibus illis bonis frui tunc liceat. Et de iis quidem ſatis dictum eſt charitati veſtræ: & demonſtratum quòd ſi parua dederimus, à domino noſtro magna conſequamur. Hinc enim ſermo in eleemoſynæ admonitionem digredi cœpit, quòd patriarcha dum partẽ terræ meliorem Loth conceſſit, & viliorem ipſe retinuit, tantam à domino conſequutus eſt †gloriam, vt omnem cogitationem tranſ- †liberalitatem
cendat promiſſio quam ei dominus fecit. *Eleuatis enim oculis tuis*, inquit, *vide à loco tuo, in quo tu nunc es, ad Aquilonem & Aphricum, & Orientem & mare, quia omnem terram quam tu vides, eam tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſeculum.* Parte terræ, inquit, ceſſiſti. Ecce ego totam tibi terram polliceor, neque hoc ſolum, ſed & ſemini tuo polliceor eã vſque in ſeculum: hoc eſt, perpetuò. Vidiſti quo modo certat beneficiis? Sciens enim deus quòd hoc maximè cuperet patriarcha, & nihil eius alacritatem ita roboraret, inquit, Et hoc tibi concedam, vt qui ex te naſcentur, tibi ſuccedẽt, & ſimiliter terra fruentur, habebũntque perpetuam illam poteſtatem. Deinde, vt ne reſpiciens ad naturam & ſenectutem ſuam, Saræq; ſterilitatem, promiſſionem minus curaret, ſed bene fideret polli
citis virtuti, inquit: *Et faciam ſemen tuum ſicut arenã terræ.*
Si quis poteſt numerare arenam terræ, & ſemen tuum numerabitur. Verè ſupra naturam humanã eſt hęc promiſſio: non ſolum promiſit ſe facturũ eum patrem inter tot impedimenta, ſed in tantam multiplicaturum filiorum numeroſitatem, vt arenæ terræ coæquentur. Et innumeram multitudinem fore tam hyperbolica ſimilitudine declarare voluit. Attende quo modo miſericors deus paulatim virtutem iuſti huius exerceãt. Nam cùm ſuperius dixerit, Semini tuo dabo terram hanc: nunc iterum dicit, Et ſemini tuo vſque in ſeculum dabo, & faciam illud quaſi arenam terræ. Et tunc ſermonibus tantum facta eſt promiſſio, intercedítque inter rem & promiſſionem multum temporis, vt religioſam

Universidad de Deusto
Biblioteca

patriarchæ mentem, & ineffabilem dei virtutem discamus. Data enim opera differt ac moratur, vt cũ in profundam peruenerint senectam, & de humanis viribus, vt ita dicam, omnino desperauerint, tunc suã sciant infirmitatem, & cognoscant inenarrabilis potentiæ dei eminentiam. Hoc loco expendas quęso, à temporis tanta intercapedine, quàm solida fuerit prophetæ mẽs, quo modo humanis omnibus præteritis, ad potentiam eius qui pollicitus erat respexerit. Nõ impatiens erat, nõ turbabatur. Scitis enim quòd plerunque quãdo quis semel atque iterum pollicetur, & promissa implere tardat, segniores sumus ad credendum iis quę iterum promittit: id quod in homine non iniuria locũ habet. De deo autem, qui res nostras maxima dispensat sapientia, si qua semel promissa fuerint, etiamsi innumera intercedant obstacula, confidendum est ad magnitudinem potentiæ suæ respicientibus, firmandaque est ratio, & sciendũ quòd omnia quæ ab illo sunt dicta, euenire modis omnibus oporteat. Nihil enim est quod morari queat eius promissiones, quoniam deus est, cui omnia sunt possibilia & idcirco quorsumcunque vult, res trãsfert: & vbi nõ sunt viæ, inuenire scit vias: & desperatos in bonam spem adducit, quò excellentia potentissimæ suæ sapientiæ nobis manifestior fiat. Dicit enim: *Surge, & perambula terram in longitudinem eius & latitudinem, quia tibi dabo eam.* Vide quo modo in rebus omnibus certitudinem summam & ineffabilem iusto inserit. Dicit enim: Surge, & circumi, & addisce tam latitudinem quàm longitudinem, vt scire possis & magnitudinem terræ qua fruiturus es, & antequam fruaris, spe pastus, magnam inde animi voluptatem haurias. Nam quantumcunque terræ circumieris, tibi dabo: vt scias quòd non tantum dimiseris, quantum accepturus es. Ne igitur putes quòd minorem terram tu sortitus sis, quoniã ille arripuit quę prima sibi visa est & potior. Scies enim non multo pòst reb⁹ ipsis, quàm nihil profuerit ei potioris terrę electio, & ipsusmet discet quantum malum est primatum amare. Tu autem nũc accipe modestiæ & clementiæ, quam erga fratris filium declarasti mercedẽ: & iam cognosce terram omnem, cuius dominus es, & quam non multo pòst & ipse tu & semen tuum in æternum possidebitis. Et semini tuo, inquit, vsque in seculum. Magna diuinæ promissionis magnitudo, magna nostri omniũ domini, vt vincat beneficiis, liberalitas. Magna mercedis prę stantia, quam dat misericors & clementissimus dominus beato illi, & ex illo nascendo semini. Vt hæc audiuit patriarcha, de ineffabili bonitate dei obstupefactus,

Motis tabernaculis, inquit, *venit, & habitauit iuxta quercum Mambre, quæ est in Chebron.* Postquã, inquit, accepit promissionem, & separauit se Loth, tunc transtulit tabernaculum suum ad quercum Mambre. Vide mentem optimis moribus præditam, vide spiritus sublimitatem, quo modo facilé inde migrat, nec grauatur de locis in loca transire. Inuenies enim eum nulla familiaritate prędentum & alligatum: id quod multis euenit, etiam iis qui se philosophos, & è mediis liberatos tumultibus iactant: & si quando tempus vocet, spiritualis negocij gratia, vt in alium locum concedant, sæpenumero morosi sunt, tristes, & migrationem ægreferentes, eo quòd consuetudine præoccupati sint. Verùm non ita iustus, sed iam tum [nondum fulgente Euangelij luce] philosophũ agebat: & quasi peregrinus & hospes, ita nunc hinc illuc, & nũc illinc huc transmigrabat, & per omnia religiosam suam mentem operibus ipsis declarare studebat. Nam postquam tabernaculum fixit apud quercum Mambre, statim ibi extruxit altare domino. Vidisti mẽtem gratam? quia mox vt tabernaculũ fixit, statim pro facta sibi promissione, gratiarũ actiones obtulit domino. Et in singulis locis vbi tabernaculum fixit, inuenies hoc præ omnibus ei fuisse curæ, vt extructo altario preces offerret, & Apostoli præceptum impleret, iubentis vt in omni loco oretur, & eleuentur sanctæ manus. Vidisti animam diuino amore succẽsam, & ad diuina prõptam, pèrque omnia gratias agentem? Non enim expectauit, donec promissa complerentur: sed & mox pro promissione gratias egit, & faciebat quod in se erat, vt de præuiis dignam & sinceram gratitudinem præ se ferens, dominum suum prouocaret ad promissiones suas implendas. Illum sanè & nos imitemur, & promissionibus diuinis fidamus, & neque alacritas obsolescat tempore, neque mens remissior fiat præpedimentis quæ interueniunt: sed virtute diuina fidentes, quasi iam ante oculos videremus promissiones impleri, ita puram & inadulteratam declaremus virtutem. Magna enim & immensa promisit dominus, & quæ nostram transcendũt rationem, nempę participes regni, & ineffabilium bonorum fore, vtpote conuersationẽ cum angelis habituros, & liberationem à gehenna. Cæterùm neq; diffidamus ideo quòd ea non videntur corporalibus oculis, sed cogitemus mentiri non posse eum qui promisit. Et potentiæ suæ magnitudinem oculis fidei metiamur, & ex iis quæ iam concessa, etiam de futuris bonam spem habeamus: ea enim de causa & hic multa nobis donata sunt, vt ex iis adiuuemur, manũque ducamur, vt illa quoque bene credamus. Nam qui filium suum tradidit propter suam in nos charitatem quo modo non omnia nobis & reliqua largiturus est? Sicut & Paulus inquit: Qui non pepercit proprio filio suo, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, quo modo non & omnia nobis cum illo tribuet? Si filium suum exposuit pro peccatis nostris, si baptismatis donum largitus est, si priorum peccatorum remissionem tribuit, si pœnitentiæ viã nobis aperuit, si innumera alia ad salutem nostram operatus est, manifestum quòd & futura bona nobis reposita præbebit. Nam qui propter suam bonitatẽ, antea quàm esse inciperemus hæc pręparauit, quo modo non & frui concedet? Quòd autem prius hæc bona nobis præparauerit, audi quid dicat stantibus à dextris. Venite benedicti patris mei, hęreditate accipite regnũ paratum vobis ab origine mundi. Vidistis bonitatis excellentiã, quanta erga nostrum genus misericordia vsus sit, vt & ante iacta fundamenta mundi nobis regni cœlorum fruitionem præparare dignãtus sit? Igitur ne simus ingrati, obsecro, neque indignos talibus nos donis constituamus: sed diligamus, vt decet, dominum nostrum, nihilque faciamus, quod eius erga nos beneuolentiam impediat. Num enim nos priores illum huc prouocauimus? Immo ipse prior magnam & indicibilẽ charitatem erga nos declarauit: quo modo igitur non absurdum fuerit, si eum qui sic dilexit non diligamus omnibus nostris viribus? Ipse propter suã erga nos charitatem omnia cum voluptate sustinuit: & ex ipsis paternis sinibus exiliens, vt ita dicam, serui formam assumere voluit, & experiri omnes hominum molestias, & ferre à ludæis cõtumelias & opprobria, denique & crucem, & mortẽ ignominiosissimam, vt nos qui humi trahimur, & infinitis peccatorum sarcinis oppressi sumus, nostra in se fide liberos faceret. Vnde omnia hęc mente recogitans beatus Paulus, feruidus Christi amator, & quasi alatus in vniuerso orbe currens, in corpore incorporea facere studens,

A B C D

1. Tim. 2. b.

Rom. 8. f.

Matth. 25.

2.Cor.5.c studens, clamabat dicens: Charitas dei detinet nos. Vide gratitudinem, vide omnis charitatis excellentiam, *συνέχει. Charitas *detinet nos: hoc est, compellit, cogit, constringit. Deinde volens interpretari quòd à se dictum, inquit: Iudicantes hoc, quoniam vnus pro omnibus mortuus est, vt & viuentes posthac non sibiipsis viuant, sed illi qui pro eis mortuus est & resurrexit. Vidisti quòd iure dixit, quia detinet nos charitas Christi? Si enim pro nobis, inquit, omnibus mortuus est, propter hoc mortuus est, vt nos viuentes posthac non nobisipsis viuamus, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Audiamus igitur apostolicam admonitionem, & non nobisipsis viuamus, sed ei qui mortuus est, & resurrexit. Et quo modo, dicet quispiam, poterimus Galat.2.d non nobisipsis viuere? Audi cum iterum dicentem: Viuo autem, non iam ego, viuit autem in me Christus: Vidisti quo modo super terram ambulans, & carne circundatus, quasi cœlum inhabitans, & inter incorporeas virtutes conuersans afficiatur? Proinde alibi iterum di- Galat.5.d cebat, Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum affectionibus & concupiscentiis. Hoc igitur est non sibiipsis viuere, sed ei qui pro nobis mortuus est, & resurrexit: quando quasi mortui sumus præsenti vitæ, & ad nihil eorum quæ videntur respicimus. Nam idcirco dominus noster crucifixus est, vt hanc vitam pro illa commutemus, immo per hanc illam nobis negociemur, Præsens enim vita, si volumus esse sobrij & vigiles, ducit nos ad fruitionem vitæ æternæ: & poterimus, si parum voluerimus vigilare, & aperire mentis oculũ, quietis illius semper apud nos meminisse, & ita præsentia præterire & superuolare, ad futura autem & semper durantia mentem intendere, sicut beatus ille qui nos eru- Galat.2.d diuit, dicens: Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij dei: qui dilexit me, & tradidit semetipsum propter me. Vide animam ignitam, vide mentem alatam, vide rationem incensam dei amore. Quòd enim, inquit, nunc viuo, in fide viuo. Non enim, inquit putetis me facere aliquid huius vitæ causa. Nam licet carne vestitus sim, necessitatibusq; carnis alligatus: in fide tamen viuo, quæ in Christum, despiciens omnia præsentia, & spe quæ in illum est, omnia prætercurrens, intentam in cœlum mentem habeo. Deniq; vt discas excellentiã amoris sui dicit: In fide viuo filij dei, qui me dilexit, & tradidit semetipsum propter me. Considera quàm eminens gratitudo. Quid dicis ô beate Paule? paulo antè dicebas, Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro Roma.8.f nobis omnibus tradidit eum: & nunc dicis, Qui dilexit me: & vt proprium vsurpas cõmune beneficium, Profectò inquit: Nam licet pro omni hominum genere sacrificium oblatum sit, tamen propter amorem in eum, id quod factum est omnibus, proprium mihi facio. Ita Psal.17. & & prophetis mos est facere, & dicere: Deus deus meus, 117. & 142. quamuis totius orbis sit deus. Sed peculiare hoc est amori, vt ex communibus propria faciat. Filij dei, inquit, qui dilexit me. Quid dicis? te solum dilexit? Omnem, inquit, hominum naturam dilexit, sed ego ei gratias debeo, quasi me solum dilexisset, & tradidisset semetipsum pro me solo. Quid igitur, pro te solo crucifixus est? an non ipse dicit, Quando exaltatus fuero, traham Ioan.12.c ad me omnes? Nõnne tu dixisti, quòd pro nobis omnibus tradidit semetipsum? Profecto, inquit, non loEphe.5.a quor pugnantia, sed meum amorem ita solor. Iam vide iterum & aliud, quid dictis illis nos docere velit. Cùm enim superius dixerit de patre, quòd pro nobis omnibus illum tradiderit: hic dicit, Semetipsum tradidit: & illic quidem, vt concordiam indicet, & parem honorem patris & filij, Quia & alibi dicit: Factus Philip.2.b pro nobis obediens, vsque ad mortem: vbique dispensationem fideliter docet. Hic autem verbum, tradidit, idem est quod seipsum posuit vt indicet, quòd voluntariè passionem susceperit, & non necessitate, neque vi, sed volens & sponte, vt totius humani generis salutem operaretur crucem sustinuit. Qualem igitur vicissim gratiarum actionem exhibere poterimus, tam diuitem erga nos charitatem declaranti? Etiamsi animam ipsam impendamus pro suis legibus, & obseruatione mandatorum, quæ ab ipso sunt data: neque sic ad charitatis modum pertingere poterimus, quam erga nostrum declarauit genus. Ipse enim deus existens, pro hominibus hoc subiit, & dominus pro seruis, & nõ pro seruis simpliciter, sed pro ingratis, & perpetuis inimicis. Et ipse prior in indignos, & toties lapsos tantam contulit beneficentiam. Nos autem, etiamsi nos facimus quæcunque facere poterimus, nihil magnum faciemus, vt ei qui nos tantis beneficiis præuenit, aliquid rependamus. Nostra enim, si qua sequuntur, retributio quidem sunt & debitum: illius autem sunt gratia, & beneficia & largitionis magnitudo. Hęc igitur omnia cogitantes, diligamus Christum, sicut Paulus ipsum dilexit, nullam præsentium rationem habeamus, sed perpetuum eius amorem animæ nostræ insidentem seruemus. Ita enim & omnia quæ in hac vita sunt deridebimus, & terram quasi cœlum inhabitabimus, neque fœlici huius vitæ successu remissiores erimus, neque aduerso & tristi consternabimur: sed omnibus præteritis, ad amabilem dominum nostrum hinc festinabimus, neque præsentia conturbabunt, neque dilationem grauatim feremus, sed nunc & nos sicut beatus ille dicemus, Quod nunc viuimus in carne, in fide viuimus filij dei, Galat.2.d qui dilexit nos, & semetipsum tradidit pro nobis: vt & præsentem vitam absque mœrore perficiamus, & futuris bonis frui mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & sancto spiritui gloria, imperium, honor nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Factum est autem in regno Amraphal regis Semaar. Arioth rex Elasar, & Chodollogomor rex Delam & Tardal rex gentium gesserunt bellum cum rege Sodomorum.

Homilia XXXV.

INgens bonum est dilecti, diuinarum scripturarum †peritia. Hæc enim facit animam optimis moribus præditam, hæc in cœlum mentem transfert, hęc gratitudinis studiosum reddit hominem. Hæc facit, ne ad aliquid præsentium respiciamus: sed vt perpetuò in alia vita mente nostra versemur, & ad domini mercedem respicientes, omnia operemur, alacritatèque magna virtutum labores aggrediamur. Ex ipsis discere licet dei celeriter succurrentis prouidentiam, iustorum fortitudinem, domini bonitatem, retributionum magnitudinem. Hinc possumus ad æmulationem & imitationem optimæ generosorum virorum vitæ excitari, vt non torpescamus in virtutis certaminibus: sed confidamus, etiam antequam eueniant, diuinis promissionibus. Proinde magna diligentia diuinarum scripturarum lectioni vacemus. Ita enim & scientiam assequemur, si ad ea quæ ibi sita sunt continuò accedamus. Neque enim fieri potest, eum qui in diuinis scripturis magno studio, feruentiq; desiderio vacat, †semper] negligi: sed licet desit nobis hominis magisterium ipse dominus supernè corda nostra intrans illustrat †lectio. †vnquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

illustrat mentem rationi iubar suum infundit, detegit occulta, doctorq; fit eorum quæ ignoramus, tantum si nos quæ à nobis sunt afferre velimus. Non vocabitis enim, inquit, magistrum super terram. Quando igitur in manus spiritualem librum capimus, omni seculari cura repulsa, cogitationem nostram compescamus, & mentem ne distrahatur cohibentes, lectioni vacemus magna pietate & attentione, vt possimus à sancto spiritu ad scriptorum intelligentiam duci, & multum inde fructum percipere. Nam si Barbarus ille reginæ Aethiopū eunuchus, qui in tanta erat gloria, & curru vehebatur, illo tempore lectionem nō negligebat: sed prophetam in manibus habens, magnū lectioni adhibebat studiū, idq; nescius quid in libris cōtineretur, & afferebat quicquid in se erat, nempe studium, alacritatem, attentionē. (Cogita enim obsecro, quantum erat neque in itinere lectionem negligere, & præsertim sedentem in curru.) Audiant exemplum ij qui neque domi vt hoc faciant, persuaderi possunt, sed putantes superuacuam esse horum lectionem, quia vel mulieri cohabitant, vel militiæ asscripti sunt, vel puerorum & seruorum aliorumq; negociorum agunt curam, non conuenire sibi opinantur quòd diuinæ scripturæ lectioni incumbāt. Ecce hic eunuchus & barbarus erat, quæ vtraq; ad reddendum negligentiorem sufficiebant, & ad hæc dignitatis amplitudo, & opum abundantia. Adde quòd & in itinere erat, & curru ferebatur. Hoc enim modo irer facienti non est facile lectioni esse attentum, immò valde molestum: attamen desiderium & ingens studium omnia obstacula è medio auferens, in lectione retinebat. Vnde non dicebat ea, quæ nunc pleriq; dicunt: Non intelligo ea quę scripta sunt, non possum intelligere profunditatem scripturarum. Quare frustra, & incassum labo-
*Ista ad textū vsque proximū hactenus desiderata nūc ex regia bibliotheca Greco codice huc fuerunt translata.
rem sustinerem? lego, & nō habeo qui manuducat. Nihil iis simile cogitabat ille, lingua quidē barbarus, mente autem philosophus: sed cogitans potius se non contemptum iri, sed superna gratia adiuuandum, modo quod suū erat pro viribus adferret lectioni incūbebat. *Propterea benignus dominus ipsius videns desideriū, eum minime neglexit, neque sua cura destituit, sed protinus ipsi doctorem misit. Tu autē expende quo modo expectauerit vt ipse quæ ipsius erant prius adferret, & tunc suum patefaceret auxilium. Cùm igitur omnia perfecta essent quę ab illo fuerant exhibenda, deinceps angelus domini Philippo apparuit dicens, Surge & vade meridiem versus ad viam quę descendit ab Hierusalem in Gazam. Hæc est deserta: & ecce, inquit, vir Aethiops præfectus Candaces reginæ Aethiopum, qui venerat adoraturus in Hierusalem: & ipse reuertebatur sedens super currum suum, legebatq; Esaiam prophetā. Quàm accuratè nobis narrauit qui librum scripsit, dicens, Aethiops, vt quòd barbarus esset cognosceremus: deinde ait, *Præfectus, quo nomine maximus dignitatis honor significatur. qui venerat, inquit, adoraturus in Hierusalem. Vide etiā peregrinationis illius causam idoneam quæ animi ipsius pietatem declaret: expende enim quātum itineris susceperit vt dominū adoraret: tunc enim adhuc diuinum cultum arbitrabantur vno loco cōcludi: ideoq; longo peracto itinere, illic suas preces fundebant: propterea & iste eò venerat vbi templū erat & cultus Iudaicus, vt adorationē domino persolueret. Et posteaquā quod cupiebat impleuisset, reuertens, inquit, & in curru suo sedens legebat. Deinde cùm accessisset Philippus, dixit ad illum: Intelligisne quæ legis? (Vides animum diligentē ac solicitum, lectioni etiam illi quā non intelligeret, incumbentem, & doctorem qui ipsum instrueret requirentem?) ac statim per interrogationem illius excitat affectum. quòd enim dignus esset qui doctoris opera in lectione reconditorum intelligentiam consequeretur, ipsa viri responsio declarat. Cùm enim *apostolus veste vili indutus accessisset, ac rogasset, num quæ legebat intelligeret, non ægrè tulit nec indignatus est, neque se cōtumelia affici existimauit, quod pleriſque insulsis accidit, quos pudet ignorantiam suam confiteri, & ab iis discere qui docere valeant. & frequēter malunt in perpetua versari ignorantia. At huic nihil tale euenit, sed piam depromit responsionē animi sui statū declarās, aitq;, Quinā enim possim, nisi quis mihi ostenderit? nec verbis tantum mansuetè respondit ac postea discessit, sed rursus morum suorum virtutem nobis demonstrans ista locutus præfectus ille, barbarus, curru vectus eum qui vilis videbatur & ex vestitu facile contemptibilis: rogauit vt ascenderet ac secum sederet. Vides animi promptitudinem, vides pium barbari animum, quo modo sapientis cuiusdam dictum illud impleuerit, Si videris virum prudentem, mane surge ad eum, & gradus ostiorum illius deterat pes tuus. Vides quî meritò non sit neglectus, vides quî meritò supernam sit consecutus prouidentiam? Vides vt nihil omiserit quæ ab ipso adferri cōueniebat: propterea deinceps doctorem nactus, eorum vim quæ proposita erant accuratè discebat & animo illuminabatur. Videtis quantum sit commodi attentè & studiosè diuinas scripturas legere? Propterea enim & hanc de barbaro historiam in medium vobis produxi, vt ne quenquam nostrum puderet imitatorem fieri Aethiopis, eunuchi, eius qui ne in profectione quidem lectionem neglexerit. Idoneus enim est barbarus iste qui nobis omnibus doctor fiat: tum priuatam vitam sectantibus, tum militiæ adscriptis, tum dignitate & honore præditis, &, vt in summa dicam, omnibus non viris solum sed & mulieribus, vt quæ assiduè domi versentur, quinetiam iis doctor fuerit qui monasticam vitam delegerunt, vt discant nullum esse tempus ad diuinorum eloquiorum lectionem incommodum: sed fieri posse vt non solum domi, verumetiam in foro versantes, & iter facientes, & in multorum cœtu agentes, ac variis negociis impliciti, horum studio teneamur, vt quæ à nobis præstanda sunt conferentes, citò directorem adipiscamur. Dominus enim videns nostrum ad res spirituales affectum, non negliget, sed cœlitus illustrationem præbebit, ac nostrum illuminabit animum. Ne igitur, obsecro, scripturarum lectionem negligamus. verum siue contentorum vim intelligamus, siue ignoremus, illa continuo adeamus. assidua enim meditatio memoriam efficit indelebilem. & non raro euenit vt quod hodie inuenire non potuimus legentes, hoc rursum postero die aggredientes repente & cumulate inueniamus: deo videlicet pro sua clementia occulte mētem nostram illustrante. Cæterum ista ad assiduam diuinarum scripturarum lectionem suscipiendam diximus. Sed vt discatis quòd in aliis etiam omnibus hoc dominus facere consueuerit, vt cùm quæ à nobis sunt contulerimus, ipse sua abunde suppeditet: & quod in scripturarum lectione fecit, multa cum celeritate misso ad barbarum doctore, hoc & in iis qui virtutem exercere volunt efficiat, audi quæ dicuntur. Verùm vt manifestior nobis iste sermo reddatur, consentaneum fuerit rursum quę ad patriarcham attinent in medium adducere, & quæ heri dicta subsequuntur nunc assumere.

*Nonnulli putant hūc Philippū posthāc fuisse, alij diuersum fuisse asserunt.

Ecclus.6.d

Cognouistis

*Στρατηγός. i. præfectus, primas, præpotens, optimas.

Cognouistis enim ex iam dictis, quo modo maximę illius humilitatis erga Loth exhibitæ qua illi potioribus partibus cessit magnam à deo retributionem sit consecutus, & promissionem acceperat longe ipsius facta superantem. Videamus autem deinceps etiam ex hodie lectis rursum ipsius iusti virtutem: vt ita procedentes dicamus ineffabilem dei erga illum prouidẽtiam. Nos enim omnes per patriarchæ philosophiam docens finit ipsum per singula tempora prius demonstrare animi sui pietatem, & tunc suam adfert compensationem, vt & nos ad patriarchæ imitationem studiosè adnitamur prius virtutis labores capessere, atque ita ab ipso retributionis vicem expectare. Sed tempus est vt quæ hodie lecta sunt vobis proponam: ea enim vix interpretatione opus habent. Nam vel ipsa lectio excellentem iusti virtutem satis demonstrare potest. *Factum est autem*, inquit, *in regno Amarphal regis Sennaar, Arioch rex Elasar, & Chodellogomor rex Aelam, & Thargal rex gentium fecerunt bellum cum Balla rege Sodomorum, & cum Barsa rege Gomorrhæ, & cum Sennaar rege Adama, & cum Symor rege Seboim, & rege Balak, ipsa est Segor. Omnes vi conspirauerunt in valle Salsa, quæ nunc est mare salis.* Vide scripturæ diligentiam, quo modo nomina etiã regum & nationum cõmemorauerit, non sine causa, sed vt ex horum appellatione discas barbarorum istorum animum. Isti enim, inquit, bellum gesserunt aduersus Sodomorum regem & reliquos. Deinde belli causam etiam docet vnde principiũ habuerit, dicens. *Duodecim annis seruierunt Chodellogomor, tertio autem decimo anno defecerunt. Quarto autem & decimo anno venit Chodollogomor, & reges qui cum eo erant, & trucidarunt gigantes in Astaroth, & Carnain, & gentes fortes vnà cum ipsis & Emmæos, qui erant in Saue ciuitate: & Chorræos, qui erant in montibus Seir, vsque ad Therebinthum Pharan, quæ est in eremo. Et reuersi venerunt ad fontem iudicij, ipsa est Cades, & occiderunt omnes principes Amalek, & Amorrhæos, & habitantes in Asasonthamar.* Ne prætereamus obiter dilecti, quæ dicta sunt, neque putemus inutilem esse narrationem. Dedita enim opera diuina scriptura diligenter omnia nobis narrat, vt discamus quantum fuerit robur, & quanta potentia barbarorum, & quãto impetu in bellum venerint, qui & gigantes, hoc est proceros & fortes corpore debellarint, omnesq; gentes in fugam verterint. Nam sicut torrens, qui valde excurrit & inundat, omnia secum rapit, & perdit: ita & barbari illi inuaserunt omnes gentes, & omnes prorsus perdiderũt, ita vt & principes Amalechitarum, & alios omnes in fugam verterint. Et forte dixerit quispiam: Et quæ vtilitas, scire barbarorum robur? Non temere, neque frustra narrationi talia immiscuit scriptura diuina. Alioqui neque vos, vt eorum memores essetis inhortaremur: sed vt discatis & excellentẽ dei potentiam, & patriarchæ virtutem: id quod procedendo docebimus. Contra illos igitur, qui tanto robore præditi erant, & tot gentes in fugam verterant. *Egressus est*, inquit, *in prælium rex Sodomorum & Gomorrhæ, & rex Adama, & rex Seboim, & rex Balak, ipsa est Segor: & direxerunt aciem in prælium, in valle Salsa, contra Chodollogomor & Thargal regem gentium, & Amarphal regem Sennaar, & Arioch regem Elasar. Quatuor reges contra quinque. Valles autem Salsa, putei putei bituminis.* Deinde vt discamus quo modo confracto eorum robore, & consternata magnanimitate, in fugam versi sunt, inquit, *Et fugit rex Sodomorum & Gomorrhæ, & ceciderunt illic vbi fontes erant: qui autem reliqui, fugerũt in montana.*

Vidisti quanto robore pollebant isti viri, quo modo hostes suos etiam aspectu suo terruerũt & in fugam verterunt? Vide cõsequenter quo modo illis fugam ineuntibus, isti ablatis omnibus quæ illorum erant, redierunt. *Acceperunt autem*, inquit, *omnes equos Sodomorum & Gomorrhæ, & omnes comeatus eorum, & abierunt. Acceperunt quoque & Loth filium fratris Abræ, & supellectilem eius, & abierunt. Habitabat enim in Sodomis.* Ecce id quod heri dicebam, id nunc euenit: nihil enim profuit Lotho quod potiora elegerit, sed re ipsa didicit, priores partes non appetere. Nam ex hoc non solum nihil vtilitatis ei accreuit, sed ecce captiuus etiam abductus est, & didicit re ipsa quòd multo satius ei fuisset vti consuetudine iusti, quàm separatum, & in libertate viuentem in tam multas calamitates incidere. Ecce enim vt diuisus est à iusto, & putabat se in maiori esse libertate, & potiora se assequutum & abundare, repentè factus est seruus, carens domo, carens & foco: vt discas quantum malum sit diuisio, & quantum bonum concordia: & quòd conuenit non maiora temerè capessere, sed potius minoribus cõtentum esse, Tulerunt, inquit, Loth, & sarcinas eius. Quanto melius erat eum cum patriarcha viuere, & omnia ferre, vt ne concordia solueretur: quàm separatum, & electis potioribus, in tanta repentè pericula incidere, & in Barbarorũ venire potestatem? *Venit autem quidam*, inquit, *ex iis qui seruati erant, & nunciauit Abræ transitori. Ipse autem habitabat iuxta querecum Mambre, Omori fratris Eschol, & fratris Aunan, qui erant coniurati Abræ.* Quo modo tantum bellum conflatum ignorauit patriarcha? Fortassis magna distantia aberat, & ideo ignorauit. Aduenies autem quidam annunciauit Abræ transitori. Hoc dicit, vt nos memores faciat quo modo ex Chaldæa exierit. Nam quia trans Euphratem domicilium habuerat, dictus est *transfluuialis, vel transitor. Et antea etiam ab initio parentes ei hoc nomen indiderant, iam antea significantes eum inde migraturum. Vocatus enim est Abram, quia migraturus erat trans Euphratem, & in Palæstinam venturus. Attende quo modo & parentes eius, licet infideles forent, ductu potentissimæ sapientiæ dei nomen puero imposuerunt, sicut & Lamech suo Noë, Est enim & hoc diuinæ misericordiæ, futura per infideles dicere. Aduenies itaque quidam, inquit, nunciauit transitori quæ acciderant, captiuitatem videlicet filij fratris, & regum illorum magnam potentiam, Sodomorumq; populationem, & fœdam fugam. Ipse autem, inquit, habitabat iuxta quercum Mambre, Omori fratris Eschol, & Aunan, qui erant coniurati Abræ. Iam forte hîc aliquis interrogauerit: Quare cum effugerint Sodomitæ alij, iustus Loth in captiuitatem abducitur? Non simpliciter hoc, neque frustra: sed vt discas his euentibus & patriarchæ virtutem, & quòd propter ipsum seruantur & alij, & vt erudiaris primatum non appetere, sed maioribus cedere. Audiamus igitur consequenter quæ sequuntur, vt discamus & iusti virtutem, & indicibile subsidium dei. Verùm diligenter dictis auscultate, mentemq; recolligite. Multum enim lucrifacere hîc poterimus, & ex his quæ Loth euenerunt discere, nunquam ægreferendum, siquando iusti incidant in tentationes, improbi verò & mali euadant: neque vllo modo prima quærenda, neque aliquid iustorum familiaritati & conuictui præferendum: & seruitutem apud bonos viros, libertate apud malos vtiliorem habendam. Et interim discamus & patriarchæ insignem tolerantiam, propensum in Loth amorem & beneuolentiam, fortitudinis magnitudinem, opum contemptum, ineffabilem diuini erga illum adiutorij virtutem. *Nam vt audiuit*, inquit, *Abram, quòd captus esset Loth frater sui filius, numerauit proprios vernaculos suos trecentos decem & octo, & perse-*

& perse-

* ἀπὸ τοῦ πέραν

Universidad de Deusto
Biblioteca

& persequutus ist illos vsque Dan, & irruit super eos nocte ipse & pueri eius, & percussit eos, & persequutus est eos vsque Chobam, quæ est in sinistra Damasci. Et reduxit omnem equitatum Sodomorum. Et Loth filium fratris sui reduxit, & substantiam eius, & populum, & mulieres. Considera hîc dilecte magnanimitatẽ & fortitudinem iusti, quo modo bene fisus misericordiæ dei, non perculsus est animo, cùm audisset virorum fortitudinem, & stragem quam fecerant, primùm in omnes gentes irruptione facta, debellatisq; Amalechitis & cæteris omnibus. Deinde quòd irruerint in Sodomos, & in fugam ipsos verterint, omnemq; eorum diripuerint substantiam. Et idcirco superius hæc omnia narrauit nobis scriptura, & qualia sua virtute strenuè gesserunt, vt scias quòd non corporali robore eos deuicerit patriarcha, sed sua in deum fide, & superno præsidio adiutus omnia illa gesserit, non arma mouerit, nec tela, nec lanceas, nec arcus intenderit, nec scuta obiecerit, sed solum cum vernaculis. Dixerit aliquis, Et quare numerauit trecentos decẽ ac octo vernaculos? vt scias quod non vniuersos assumpsit, sed vernaculos, & qui cũ Loth educati erant, vt vltionẽ sponte & benenolè facerent, vt pote serui pro suo domino certantes. Et vide obsecro miram dei potentiam, quanta velocitate contigit victoria. Irruit enim, inquit, super illos nocte, ipse & serui eius, & percussit eos, & persequutus est eos. Erat enim manus superna, quæ adiuuabat & commilitabat. Et ideo neque armis, neque machinis opus habebant: sed tantum vt comparuit cum famulis, & alios quidem percussit, alios autem fugam inire fecit, & vtrunque impauidè, cum nullus esset qui obturbaret, & tam equos regis Sodomorum reduxit, quàm Loth fratris sui filium, & omnes eius substantias & mulieres. Vides quare aliis fuga elabentibus, permissus sit Loth in captiuitatem venire? nempe vt & patriarchę virtus clarefieret, & propter ipsum alij multi salutem assequerentur. Rediit autem magno & præclaro triumpho insignis, cum Loth equos, & mulieres, & cæteras substantias reducens, & clara ac plena voce prædicans, tubaq; vocalius clamans, quòd non humana virtute, neque corporali robore & illos fugarit, & victor euaserit: sed superna manu faciente omnia. Vidisti per omnia iustum clariorem fieri, & quotidie magis declarari dei erga eum prouidentiam? Vide consequenter, quo modo studet vt Sodomitis diuini cultus doctor fiat. *Dicit enim Egressus est rex Sodomorum in occursum ei, postquam reuersus est à strage Chodollogomor, & regum qui cum illo.* Attende †quanta sit virtus aliquem diuino frui adiutorio.] Rex peregrino & seni in occursum egreditur, & omnem honorem impendit. Iam enim didicerat quòd nihil prosit regnum ei, qui superno auxilio destitutus: & quòd nihil potentius sit eo qui manu dei adiuuatur. *Et Melchisedek rex Salem protulit panes & vinum. Erat autem sacerdos dei altissimi.*

†quanti sit virtus, & quod aliquis diuino fruatur auxilio.

Quid vult hæc obseruatio rex Salem, & sacerdos dei altissimi? Illum enim nobis & beatus Paulus scribens ad eos qui ex Hebræis crediderant, cùm in medium adduxisset, & nomen eius tractaret, ciuitatem simul interpretatur cum significatione nominis eius, vsus etymologia quadam: Melchisedek rex iusticiæ. Nam iuxta Hebraicam linguam, Melchi regnum significat: & sedek, iusticiam. Et cùm ad nomen ciuitatis venit, rex pacis, inquit. Salem enim idem quod pax est. Sacerdos autem erat, fortè à semetipso ordinatus: sic enim tunc erant sacerdotes: vel quòd quia ætate prouectior erat, à suis colebatur: vel quòd & ipse sacrificare studuit, sicut & Noë, Abel, Abram, quando sacrificia obtulerunt.

Heb. 7. a

Alioquin & typus Christi futurus erat, vnde & Paulus ipsum extollens, sic dicit: Absque patre, absque matre, absque genealogia, neque initium dierum, neque vitæ finem habens: assimilatus autem filio dei, manet sacerdos in perpetuum. Et quo modo, dicis, possibile est hominem absque patre & matre & genealogia esse, & nõ habere vel initium, vel finem vitæ? Audisti, quòd figura fuit: ne ergo admirare, neque omnia require in typo. Neque enim typus esset, si omnia quæ veritati accidunt, haberentur. Quid igitur est quod ibi dicitur? Igitur sicut ille, inquit, eo quòd non sit memoria eorum qui genuerunt, dicitur sine patre & sine matre: & quia non recensetur eius genealogia, dicitur sine genealogia: ita & Christus, quia nõ habet vel in cœlo matrem, vel in terra patrem, absque genealogia dicitur. Et vide propter honorem in patriarcham collatum, quo modo sacramentum insinuatur. Extulit enim illi panem & vinum. Videns typum, cogita oro & veritatem, & admirare diuinarum scripturarũ accuratam diligentiam, quo modo superioribus seculis & ab initio futura præsignata sint. *Et benedixit*, inquit, *Abramum, & dixit: Benedictus Abram deo altissimo, qui condidit cœlum & terram: & benedictus deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manus tuas.*

Non solum ipsum benedixit, sed & deum glorificauit. Vt dixit enim, Benedictus Abram deo altissimo, qui condidit cœlum & terram, & à creaturis virtutem dei nobis declarat. Si enim deus est ille qui produxit cœlum & terram, non sunt iam dij qui ab hominibus coluntur. Dij enim, inquit, qui cœlum & terram non fecerũt, pereant. Benedictus, inquit, deus qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Vide oro, quo modo nõ solum iustum prędicat, sed & dei prędidium agnoscit. Neque enim absque illius gratia potuisset tanta potentia munitos vincere. Qui tradidit, inquit, ipse est qui totum operatus est, ipse est qui fortes fecit infirmos, ipse est qui per inermes armatos deiecit: ab eo est gratia, quæ tantam tibi virtutem concessit, qui tradidit, inquit, inimicos tuos in manus tuas. Vides quo modo ostendit ipsius concordiam, & propensum amorẽ in Loth, quòd pro suis propriis inimicis istos habuit, propter ea quæ in fratris filium fecerant? Et dedit ei, inquit, decimas de omnibus. Hoc & Paulus dicit. Considerate autem quantus ille, cui decimas Abram dedit de primitiis patriarcha, *videlicet ex spoliis quæ adduxit, remunerauit Melchisedecem & decimas ei segregauit de omnibus quæ attulit. Per hoc doctor factus omnibus, vt declarantes gratitudinem, primitias eorum quæ sibi à deo conceduntur, offerant. Post hæc Sodomorum rex patriarchæ magnanimitatem obstupescens, dicit ei: *Da mihi viros, equitatum autem tolle tibi.* Honesta regis gratitudo, sed vide & optimos mores iusti. *Dixit autem Abram regi Sodomorum: Extendam manum meam ad deum altissimum, qui fecit cœlum & terram, si à funiculo vsque sphæroterẽ calceamenti accipiam de omnibus tuis: vt ne dicas, Ego ditaui Abram.* Magna patriarchæ in cõtemnendis diuitiis virtus, & cuius gratia abiurat & dicit: Extendam manum meam ad deum altissimum, qui fecit cœlum & terram? Duo simul docere vult Sodomorum regem, & id quod præstantius erat iis quæ ei offerebantur. Nam & vitæ honestæ formam indicauit, & pietatis doctor ei fieri studet, quasi docens eum. Illum tibi testem adhibeo, quòd nihil tuarum rerum accipiam, illum qui omnium est cõditor, vt scire possis deum omnium, & ne credas esse deos ea quę ab hominũ manibus fabricantur. Ille enim cœli & terræ conditor, ille & nobis in hoc bello victoriæ & triũphi autor.

Hebræis

**Melchisedech*

obtulerat primitias

interpretatur

autor. Ne igitur expectes me permissurum, vt mihi des quippiam. Neque enim mercedis gratia vindictam feci, sed primùm ob amoris affectũ quem erga fratris mei filium gero: deinde & propter ipsius iusticiæ officium, vt é barbarorum manibus eriperem iniuste abductos. Si à funiculo, inquit, vsque ad sphæroterem calcei accipiam de tuis omnibus: hoc est, nihil tam vile, nec tam contemptibile existimatũ quod accipiam. Nam sphæroterem solent vocare apice calcei qui in acumen desinit. Quo calceorum genere barbari consueuerunt vti. Exin & causam, quare accipere detrecter, dicit: Vt ne dicas, Ego locupletaui Abram. Habeo deum, qui innumera mihi suppeditet bona, supernæ gratiæ innitor: nõ opus mihi diuitiis tuis, non indigeo humanis facultatibus, contentus sum dei in me beneficentia. Scio illius largitatem. Paucis & vilibus cessi meo Loth, magnas & ineffabiles promissiones assequutus sum, & nunc maiorum diuitiarum negociatio mihi est, & maiorem eius gratiam mihi cõcilio, quare opes tuas nõ accipio. Ideo autem opinor & iuramentum adhibuit, & dixit: Extendam manũ meam ad deum altissimum, vt ne putet eum ita simulare, vt probabile est sæpe contingere: sed vt sciat hoc ita planè decretũ apud Abram, vt ne vel minimum quid inde sibi feligeret. Atque ita implebat mãdatum illud, quod à Christo discipulis dictum: Gratis accepistis, gratis date. Non enim ego, inquit, aliud quid ad belli rem attuli, præterquã voluntatem & promptitudinem. Victoriam autem & triumphum, ac cætera operatus est ille ineffabili virtute. Deinde vt ne putet rex quòd propter contemptum & despectionem, quę ab eo dabantur non acciperet, declarans suam & in hoc humanitatem, & bene moratam mentem, inquit, *Non accipiam, exceptis iis quæ comederunt iuuenes, & portione virorum qui mecum venerunt Eschol, Aunan, Mambre, ij accipient portionem.*

Hos, inquit, permittam accipere portionem aliquam, quoniam ingentis amiciciæ specimen declararunt. Hi enim erant, dicit, coniurati Abræ: hoc est, amiciciæ coniuncti: quod ostendit, quia voluerũt periclitari cum eo. Vnde remunerare volens eos, facit vt partem aliquam accipiant, Apostolicã legem etiam in hoc implens, quæ dicit: Dignus est operarius alimento suo. Nihil enim vltra vsum suum accipere permittit. Dicit enim: Exceptis iis quæ comederunt iuuenes, & portione eorum qui mecum venerunt Eschol, Aunan, Mambre, ij accipient portionem. Vidisti euidentẽ patriarchæ virtutem, quo modo & philosophiam exercuerit, opes cõtemnendo, & modestiam præ se ferendo, vt nihil per arrogantiam & contemptum facere videatur, neque è victoria superbiat? Talem imitemur & nos, obsecro, & operam demus, vt inuictos nos custodiamus, & neq; ptætextu virtutis arrogantes, vanam gloriam quæramus, neque prætextu modestiæ virtutem neglgamus: sed vbique modum seruemus, & bonis operibus nostris humilitatem, quasi fundamentũ & basim, substruamus: vt securè virtutes superextruere valeamus. Virtus enim non est, nisi coniunctam habeat humilitatem. Qui hoc fundamentum rectè iecerit, poterit in quantam voluerit altitudinem structurã excitare. Hæc maxima est munitio, hæc, murus inconcussus, hæc inexpugnabilis turris, hæc omne continet ædificium, non sinens ipsum vel à ventorũ violentia, vel ab imbrium impetu, vel à spirituum vi deiici: sed omnibus insidiis inaccessum facit & inuictum, quasi ex adamante constructum esset, magnasq; nobis diuinæ largitatis retributiones affert. Per hanc & patriarcha tantarum promissionum accepit magnitudinem. Scietis enim, permittente deo, & ex iis quæ in contextu dicentur, quo modo nunc, vt contempsit ea quæ daturus erat Sodomorum rex, magna & ineffabilia dei dona consequutus est. Per hanc non ille solum, sed & iusti omnes deo fuerunt grati: id quod, si fueritis diuinarum scripturarum lectionis studiosi, addiscere poteritis. Misericors enim dominus, quando nos videt despicere præsentia, etiam ipsa largius suppeditat, reponitęq; plurima quibus olim fruemur. Videre hoc potes in diuitiis, in gloria huius vitæ, & in omnibus aliis temporalibus rebus. Despiciamus igitur præsentes diuitias, vt veras diuitias inuenire valeamus: despiciamus vanam hanc gloriam, vt vera illa & solida fruamur: despiciamus præsentem prosperitatem, vt præ ineffabilibus illis nihili faciamus præsentia, vt ad futura præmia excitari valeamus. Neque enim possibile est vt qui præsentibus est mancipatus, ineffabilium bonorum desiderium concipiat vnquam. Sicut enim lemæ quædam oculos opplentes, ita præsentium cupiditas intellectum obscurat, & non permittit videre quid oporteat facere. Contrà nõ est possibile, vt qui solida & immobilia illa bona amant, momentanea ista, & quæ anteaquam appareant marcescunt, cõcupiscant. Nam sanctus amore diuino, & qui futurorum desiderio tenetur, *aliis oculis videt præsentium statum, & videt quòd* omnis præsens vita figura est & deceptio, & à somniis nihil differt. Idcirco & beatus Paulus dicebat, scribens: Præterit figura mundi huius: monstrans quòd omnia humana in figura tantum sunt, & sicut vmbra & somnium transeunt, nihil solidum, nihil verum habentia. Quo modo igitur non fuerit mens puerilis, ad vmbras spectans, & de somniis superbiens, & alligata iis quæ paulò post præteribunt? Præterit enim, inquit, figura huius mundi. Itaq; cum audieris quòd præterit, quid posthac amplius quæris? Quando audis, figura solum sunt humana omnia, veritate destituta: quare voluntarius impostura fers, & non cogitas quàm sunt instabilia & mutabilia, & ea præteris: ad illa autem quæ semper durant, semper immobilia, semper stabilia, nullius vicissitudinis capacia, quare desiderium non transfers? Nam vt scias prudentiam doctoris orbis, vide quo modo alio loco iterum omnia præclara huius vitæ, nullius esse momenti demonstrare volens, quali vtitur dictione, dicens: Quæ enim videntur, momentanea sunt, etiamsi diuitiarum abundantiã dicas, etiamsi gloriam, etiamsi claritudinem, etiamsi principatum, etiamsi potentiam, etiamsi regnum, etiamsi diademate redimitum illum, etiamsi thronum summum: omnia hæc quæ videntur, in breue tempus dispensata, non admodum diuturnum sui fructum nobis sinunt. Quæ igitur nos inquirere vis, si omnia momentanea sunt? Illa, inquit, quæ non videntur, non hæc quæ videntur, sed ista ipsa quæ oculis corporalibus non spectantur. Et quis hoc consuleret, vt quæ videntur prætereantur, & quæ non videntur, inquirantur? Ipsa rerum, inquit, natura doceat nos. Nam hæc quidem licet videantur, statim tamen præterfluunt: illa autem licet nunc ea videre non possimus, sunt tamen perpetua, continuò durant, terminum nesciunt, finem non accipiunt, vicissitudinem ignorant, stabilia & immobilia sunt. Fortassis tandem & molestus esse videor, quotidie frustra consulens. Sed quid faciam? magnum maliciæ damnum est, magna pecuniarum tyrannis, magna virtutum raritas. Et idcirco vellem admonitione continua morbum vincere, & incolumitati integræ huc conuenientes restituere. Eam ob rem

Matt.10.a

Luc.a 10.b

1.Cor.7.f

2.Cor.4.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob rem & scripturas enarrandi tantum nobis est studium, & iustorum virtutes in medium afferimus: nec piget eadem sæpius repetere, vt per omnia vos inducere ad æmulationem iustorum valeamus. Saltem vel tandem salutis nostræ curam faciamus, & bene vtamur statuto huius vitæ tempore nobis dato: & dum adhuc tempus est, ad pœnitentiam & lapsuum correctionem festinemus, & pecuniarum abundantiam in animarum nostrarum salutem expendamus, superfluáque indigentibus insumamus. Quare enim, dic mihi, permittis† filium aurum & argentum prodigere,] quæ oportebat in pauperum ventres euacuare, reponendo in tutum prõptuarium, vt tempore quo maximè opus habes, eorum adiutorio consolationem inuenias: & qui à te hîc pasti sunt, alibi fiduciæ fores tibi aperiant, & accipiant te in æterna sua tabernacula? Vestes quoque non sinamus à vermibus rodi, & absque vsu in arculis putrescere, cùm tot sint qui indigeant, & obambulent nudi: sed pluris æstimemus nudum Christum quam tineas, & induamus eum qui propter nostram salutem nudus obambulare vult, vt cum ipsum induerimus, audiamus in die illo: Nudus eram, & me vestiistis. Num onerosa sunt præcepta? num molesta? Ea quæ pereunt, inquit, quæ à vermibus arroduntur, quę absque vsu & frustra consumuntur, hæc dispensa, vt tibi fiant vtilia: vt & detrimenti damnum effugias, & ex ipsis lucrum maximum tibi paras, Excellentis enim & magnæ inhumanitatis est post tot spirituales admonitiones, arculis & muris includere superflua, & non illis subleuare proximorũ inopiam: sed sinere à rubigine & tinea potius corrumpi, & ante prædonum iacere manus, & propter illa supplicijs potius plecti, quàm vbi rectè dispensaueris pro eis remunerationem accipere. Obsecro, ne simus tam negligentes salutis nostræ, sed expensis in pauperes superfluis, magnam nobis fiduciam antea reponamus: vt ineffabilibus olim bonis frui mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto & viuificatore spiritu, gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† à rubigine aurũ & argentũ consumi] i. id est, rubigine vel ærugine interpres legit ú ğ.i. à filio.

Matt. 25. d

Post hæc autem verba factus est sermo domini ad Abram per visionem noctis dicens. Ne timeas Abram ego protector tuus sum, merces tua multa erit valde.

Homilia XXXVI.

THESAVRO cuipiam assimilatur iustorum virtus, in quo plurimæ & ineffabiles diuitiæ continentur. Nam sicut qui ex illo vel paruam quandam partem capere potest, breui sibi copiam rerum quanta satis est, parat. Ita euenire & in virtutibus patriarchæ, videre quis potest. Ecce ferè quotidie ex historia eius proposita vobis doctrina, magna largitate conuiuium præbemus, & hucusque nondum paruam bonorum illius operum partem enarrare potuimus, tantis abundat virtutibus. Et sicut à fonte largis fluente riuis, etiam si omnes hauriant, non solum non imminuuntur é fonte scaturientia: sed quanto plures sunt qui inde hauriant, tanto magis aquarum natura scaturit: Ita etiam in patriarcha nostro fieri videmus. Quot enim à tempore quo fuit, vsque in præsens ex fonte bonorum illius operum hauriunt: & non solum non euacuarunt flumina, sed tanto abundantior est scaturigo bonorum operum. Narrationem enim de illo in diuina scriptura, quasi catenam auream inuenimus contextam. Et omni tempore primùm quidem ipse præ se fert optimè moratam vitam, statim autem subsequitur diuina remuneratio. Et vt discatis quòd ita se res habeat, operæprecium fuerit breuiter vobis† enarrare quæ superius dicta,] vt sciatis eximiam iusti fidem, quam in promissionibus diuinis declarauit, & liberales dei retributiones, quas ei misericors deus reddidit. Sufficit enim vnus ille iustus, vt omnes nos erudiat, vt alacriter aggrediamur virtutis certamina, confidentes supernis remunerationibus, & scientes misericordis dei nostri liberalitatem, & vt susci piamus omnia magna facilitate, quæ dura & ardua in hac vita videntur, spe remunerationũ nutriti. Attendite itaq; obsecro, quo modo ab initio, †quando à *sua domo, vt vocant, quæ sua erant obtulit, ex scientia quæ in natura nostra sita est,] nullum externum sortitus doctorem: sed & ab infidelibus parentibus educatus, diuinam illustrationem accepit. Quia non prima ætate sequutus est errorem paternum, sed pietatem diuini cultus seruauit, ideo super nam visitationem statim obtinuit, adhuc in Chaldæa existens: & hoc nobis beatus Stephanus exponit manifestius, sic dicens: Deus gloriæ visus est patri nostro Abraham, cùm adhuc esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran. Vidisti quo modo eum inde visio euocauit? Verisimile enim, quòd cum sedula in deũ pietate, eximiam quoque parentibus reuerentiam exhibuerit: tantoq; amore parentes sibi conciliauerit, vt inde ad relinquendũ amore filij suam patriam, & ad quærendum alienam moti sint. At diligenter vide obsecro, quo modo & hæc quæ à deo fuit ob priorem virtutem, eius visitatio, iterum clariorem ipsum reddidit. Elegit enim paternam regionem relinquere, & alienam inhabitare, vt præceptũ dei perficeret: & paratus erat etiam absque familiaribus, vt mihi videtur, peregrinus fieri: sed vt dixi, viri virtus, & insignis erga parentes pietas, effecit, vt pater comes fieret itineris. Deinde occupata Charran, postquam illic tabernaculũ fixerunt, & morte functus est Tharra (hoc enim patri eius nomen erat) iterum præceptum est ei à deo, vt exiret inde. Egredere enim, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. Nam postquã cum tota domo in Charran migrarunt, propterea illic imperans ei vt egrederetur, addidit de terra & cognatione tua: manifestans quòd ipsum solùm per se vult peregrinationem suscipere, neq; fratrem, Nachor dico, neque alium quenquã secum trahere. De terra autem tua dicebat, quia nõ paruo tempore ibi habitarant, & quasi in propria patria illic habebant domicilium. Et cùm in lugendo parente maximè foret occupatus, essentq; difficultates aliæ multæ, tunc præceptum peregrinandi magna perfecit alacritate, idq; ignorans vbinam futurus errandi finis. Veni enim, inquit, non in hanc vel illam terram, sed in eam, quam monstrauero tibi. Nihilominus licet indefinitum esset mandatum, omissa curiosiore percontatione, imperatum faciebat. Porrò & fratris filio assumpto, suam demonstrauit virtutem: quem, quia iuuenem acceperat, paulatim suæ virtutis imitatorem effecit. Vnde eum relinquere noluit, sed peregrinationis socium fecit. Quasi diceret: Si pater qui infidelis fuit, ob suum in me amorem, domum paternam, in qua nati sumus & adoleuimus, relinquere, & me comitari voluit, vitaq; in aliena terra defunctus est: multo magis ego fratris filium, iuuenem, indole sua pollicentem paulatim virtutis incrementa, nõ permiserim hîc relinqui. Itaq; monstrans modis omnibus suam religionem, etiam istam peregrinationem fecit. Postquã autem in Palæstinam venit, & Chananæorum fines intrauit, apparuit ei deus, volens eius alacritatem

† prius quam domi suæ natus esset. † ante quam esset, † ante quam ipse natus esset.

Actor. 7

tem confirmare, & manum porrigere: dicit ei, Semini tuo dabo terram hanc, eo ꝙ filios sibi succedere valde optabat, ac desiderabat: illud etiam statim promittit, retribuens tantis laboribus mercedem. Quoniã enim natura infœcundus erat, & ætas quoq; prouectior, ne sibi quid polliceri posset, faciebat, promissione deus excitat & erigit athletam, & alacrẽ fieri & reiuuenescere facit aduersus sequẽtia certamina. Proinde vide quo modo post hanc promissionẽ iustus aliud certamen aggreditur. Inualescente enim fame, & Chananæa magnis pressa necessitatibus & angustiis, in Aegyptum contendit, fami illic mitigationem quærens, maioribus sese periculis inuoluit. Vxoris enim venustas & pulchritudo mortem ei quasi ante oculos monstrabat. Ideo cum iam in confinio esset Aegypti, ingressurus dixit vxori. Scio ꝙ mulier formosa sis, scio tuæ pulchritudinis speciem, & timeo Aegyptiorũ intemperãtiam. Nam si te viderint, & cognouerint quòd vti vxorem te mecum ducam: te quidem in vita asseruabunt, vt sui furoris impetũ opere compleant: me autem ocident, quò liceat eis impauidè suam libidinem explere, vt nemo sit qui adulteriũ eorum prodat. Dic igitur, Soror illius sum. Vide adamantinam animam, vide mentem ferro solidiorem: nõ turbauit eius mentem calamitas quam expectabat. Non cogitabat, neque dicebat intra semetipsum: Ideóne propria relicta patria tantam prę me tuli obedientiam, inq; alienam veni terram, vt hisce malis implicarer? Nónne paulò antea promisit mihi: Semini tuo dabo terram hanc? En & adulterij & mortis timor mentem meam concutit. Sed nihil horum neque in mentem accipere dignatus est. Vnum ei duntaxat curæ erat, quo modo miseram hanc fabulam ita ageret, duobus hinc inde periculis vrgentibus, vt vel vnum saltem effugere posset. Igitur postquam ipse quæ sua erant attulit, consilio videlicet vtens & animi fortitudine: mulier quoq; singularem erga virum affectionem & obedientiam declarans, cooperata est, & his quæ decreuerant ministrauit. Vbi igitur quod suum erat perfecerunt, cumq; iam iuxta humanum morem desperaretur, & ferè opere cõpleta fuisset Aegyptiorum malicia, tunc magna dei in eum prouidentia declarata est. Mulierem enim deus non solum à contumelia eripuit, indignatione sua in regem & in domum eius immissa: sed & patriarcham cum magna gloria in Palęstinam ex Aegypto redire fecit. Considera quo modo misericors dominus in mediis auxilium afferens tentationibus, athletam suum ad ferenda sequentia certamina fortiorem reddit: nec vnquam eum suo destituit adiumento, sed in omnibus monstrat ei, quòd semper parua illa, quæ faciebat patriarcha, magnis & mirum in modum magnis, humanumq; captum transcendentibus remuneret. Vidisti iusti patientiam? vide item post reditum ex Aegypto humilitatis magnitudinem, & insignem mensuetudinem. Nam cùm rediisset ab Aegypto, multámque possideret substantiam, tam ipse quàm fratris filius. Non capiebat, inquit eos terra vt habitarent simul, quia multas facultates habebãt: vnde & rixa orta est inter pastores Loth, & Abram. Tunc iustus animæ suæ mansuetudinem, & præclaram sapientiam monstrans, vocato Loth, dixit: Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos. quasi diceret: Nihil pace præstantius, nihil contentione damnosius & grauius. Vt igitur è medio tollamus omnem rixandi materiam, elige quem volueris regionem, & reliquam mihi relinque, vt à litium & contentionum molestia simus alieni. Vidisti viri virtutem? cessit iuniori potiorum electione, ipse contentus viliore terra. Sed vide hîc etiam quantam mercedem nactus sit pro iis suis officiis. Statim enim separatiõe facta, inquit ei deus: Eleuatis oculis tuis vide omnem terram ab omni parte: quia omnẽ quam tu vides, tibi dabo, & semini tuo vsque in seculum. Considera quantis beneficiis merito afficitur ob modestiam quam erga fratris filium declarauit: & ipse quidem, vt paruis cessit, multo maiora consequutus est: ille autem tanta auiditate potiorem partem deligens, non multo post in pericula incidit: & non solum nihil commodi ab electione accepit, sed & captiuus, & domo atque foco repentè simul priuatus est: rebusq; ipsis didicit quàm eximia virtus iusti, & ipse ‡postea dedit operam, ne quid vnquam tale attentaret. Nam postquã Sodomis habitare cœpit, statim excitatum est graue bellum: & vicinarũ gentium reges insurrexerunt, & omnem regionẽ simul depopulati sunt: gigantibusq; occisis, & Amalechitis expulsis, etiam Sodomorũ regem & Gomorrhæ in fugam verterunt: & montanis omnibus occupatis, & equitatu regis Sodomorũ auecto vnà cum Loth captiuo, & vxoribus, & omnibus sarcinis, abierunt. Sed vide iterũ ingentem dei prouidentiam. Volens enim simul & Loth à captiuitate liberum reddere, & patriarchæ gloriam magis illustrare, excitat iustum vt fratris filio succurrat: nam vt didicit quæ erant facta, cum vernaculis suis impetu facto in reges illos, eos paruo labore perculit, & Loth & vxores, & omnem equitatũ regis reduxit. Quibus tam claris triumphis, omnibus patefacta est ingens dei erga illum beneuolentia, & quòd ille nõ sua virtute tantam stragem cõfecisset, sed superna virtute munitus. Et ipse quoque patriarcha enitebatur vt Sodomitis doctor diuini cultus fieret, verbis illis quæ regi loquebatur. Quia cùm occurrisset rex, & pro exhibitis gratias egisset, ac omnem equitatũ ei se donaturum dicebat, hominesq; duntaxat accepturũ: vide iterum iusti magnanimitatem, quo modo optimæ suæ vitæ specimen exhibet, quòd *melior sit iis quæ ab illo dabantur, eumq; ad veræ religionis noticiam inducit. Non enim simpliciter dicit: Non patiar, vt aliquid tuorum munerum ad me redeat nõ mihi tali mercede opus est: sed quid? Extendo manũ meam ad deum altissimum (quasi docens eum: Non sunt dij, qui à te colũtur, sed ligna & lapides: sed vnus est deus super omnia, qui creauit cœlũ & terram) quòd non accipiam de funiculo vsque ad sphæroterem: vt ne existimes me illorũ gratia vltionẽ sumpsisse, & ne dicere possis, quòd mihi abundantiæ factus sis author. Nam qui me triumphare & vincere fecit, idem & diuitias abundè mihi suppeditat. Vidisti quo modo, siquidem lucrũ facere voluisset rex, authorem agnoscere victoriæ ex patriarchæ verbis potuisset? Decebat enim posthac non fidendum propria sua virtute, sed agnoscendũ authorem omnium, ridẽdosq; manufactos deos, & colendũ deum qui est super omnia, qui omnia condidit, qui & bonorum omnium fons est. Et in summa, discebat ex omnibus patriarchæ virtutem. Nam ne existimet, quòd per arrogantiam & fastum data contemneret, idcirco dicit ei: Ego quidẽ nihil sumam. Neque enim opus habeo, neque indigeo, vt meæ facultates augeantur ab aliis: eis autem qui periculorum meorum fuerunt socij, permitto vt suas portiones accipiant, quo paruam aliquam suorum laborum consolationem habeant. Ita Sodomorum regi respondit iustus. Postquam autẽ & Melchisedek rex Salem †panes & vinum attulit (erat enim sacerdos, inquit, dei altissimi) ab illo accepit

‡ reducta est, me postea, *κρείττων, id est, potior superior. †panes & vinum cum ipsi attulisset, obtulit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accepit oblata. Dein vt rependeret benedictionem quam ab eo acceperat, & glorificationem in deum (dixerat enim, Benedictus Abram deo altissimo, & benedictus deus qui tradidit inimicos tuos in manus tuas) decimas ei dedit de omnibus spoliis quæ attulerat. Vidisti quantam pietatem & religionem in omnibus præ se ferat iustus? & quo modo à rege Sodomorum à funiculo vsque ad sphæroterē accipere nihil voluit? accepit autem ea quæ à sacerdote sunt oblata retribuens & sua. Quibus nimirum nos docuit, habendum aliquem delectum, & non passim ab omnibus dona accipienda. Nam quanuis Sodomita ille quantum ad liberalitatem attinebat, sapiebat: erat tamen alioquin incredulus, & institutione multa indigebat. Proinde patriarcha dona quidem despexit, omnem autem curam adhibuit: & per ea quæ accipere refutauit, & per ea quæ dixit, curauit vt illum ad pietatem induceret. A Melchisedek autem non iniuria accepit. Viri enim virtutē diuina scriptura assignauit, dicens: Erat autem sacerdos dei altissimi. Quāuis aliâs etiam quę fiebant, Christi typus erant, & oblata sacramentum quoddam præsignant, ideoque non renuit. Cæterùm vt accepit, vicissim illum suis remunerando, docebat virtutis suæ magnitudinem. Decimas enim ei dedit, etiam hac ratione piam suam mentem significans. Fortassis prolixius sese extendit sermo noster, atqui nō caret causa, neque frustra erit. Cognouimus enim paucis ab initio vsque ad hodiernam lectionem, quæ iusti huius fortitudo, magnanimitas, excellens fides, mens optimis moribus prædita, insignis modestia, admirabilis diuitiarum contemptus, diuinæ erga eum benevolentiæ perpetua prouidentia, quæ eum iugi adiutorio firmans, quotidie clariorem & illustriorem reddidit. Nunc autem si volueritis, & non defatigamini, ad ea quæ recens lecta sunt accedamus, & paucis quibusdā propositis, absoluamus sermonem: vt discatis quanta denuò ei rependatur merces, eo quòd contempserat donata sibi à Sodomorū rege. Quid igitur, inquit, Post hæc autem verba factū est verbum domini ad Abram. Quare sic incipit, post hæc autē verba? num indicat verba, quę cum Sodomorum rege colloquutus? Post contemptum illum, inquit, postquam ea quæ ab illo oblata sunt repulit, post doctrinam illam, quam reiectis donis pronunciauit, vt pietate & agnitione conditoris omnium regem initiaret, post hæc autem verba, postquā decimas Melchisedek obtulit: quando, inquit, omnia quæ ex se erant impleuit, tunc post verba hæc.

Cap. XV. *Factum est verbū domini ad Abram in visione noctis, dicens: Ne timeas Abram, ego protego te, merces tua multa valde erit.* Vide misericordiā domini, quàm statim & è vestigio sequēs, beneficiis suum athletā remunerat, & ad vlteriora certamina iterum instruens, vigore nouo roborat. Factum est verbum domini in visione noctis. Quare in nocte? vt in silentio & quiete melius quæ dicuntur accipiat. Et dicit ei: Ne timeas Abram. Attende immensam dei curam. Quare dixit, ne timeas: quia tantas opes contēpserat, non curatis his quæ rex dabat: hoc est, Ne timueris quòd despexisti tanta dona, neq; anxius sis quasi imminutiores sint tuæ facultates. Ne timeas. Deinde vt animum magis excitet, adiecit verbo & appellationem, & inquit: Ne timeas Abram. Non enim parū ad expergefaciendum facit, cùm quempiā proprio nomine cōpellamus: deinde ait, Ego protego te. Multam habet & hoc verbum emphasin. Ego qui à Chaldæis te euocaui, ego qui te huc duxi, ego qui te à periculis Aegypti liberaui, ego qui semel atq; iterum promisi tibi atque semini tuo daturum me terram hanc, ego te protegam: ego qui indies magis & magis omnibus te clarum ostendo, ego protego te: hoc est, ego scuti vice tibi ero, ego pro te certo, ego propugnator fio, ego curā gero, ego omnia difficilia facilia tibi reddo, ego protego te. *Merces tua multa erit valde.* Noluisti mercedem accipere pro laboribus quos sustinuisti, tantis periculis teipsum obiiciendo, sed contempsisti & regem, & munera eius. Ego tibi mercedem dabo, non tantam quantam accepturus eras, sed multam, & valde multā: merces enim tua multa erit valde. Vidisti liberalitatē domini? vidisti verborum pondus? Vidisti quo modo excitat pietatis athletā? vidisti quo modo animā eius cōfirmauit? Ipse enim qui arcana cordium nouit, sciebat illi opus esse huiusmodi verborum cōsolatione. Et vide quid ex his verbis concepta fiducia patriarcha dicit, *Domine, quid mihi dabis? ego autē sine liberis dimittor.* Postquā merces tibi valde copiosa promissa, exponit animæ suæ dolorem, & tristitiam propter prolis inopiā, quæ interim in pectore eius toto illo tēpore fuit, dicit: Domine, quid tale mihi dabis? Ecce enim ego vsq; ad senectā perueni, & prole carens *dimittor. Vide quo modo priscis illis seculis iust° ille philosophabatur: *dimissionē siue absolutionem vocās ex hoc mundo discessum. Nam qui vitā honestè & in virtutibus egerunt, quādo ex hac vita emigrant, verè liberantur, & quasi soluūtur à certaminibus, & à vinculis relaxantur. Est enim mors his, qui bene viuunt, translatio quædā ad meliora: à momentanea vita ad perpetuā & immortalem, finemq; non habentē. Ego autē dimittor, inquit, prole carens. Et vt misericordem dominum sibi conciliaret, non iis contentus fuit verbis. Et quid dicit? †*Filius autē Maseck vernaculæ meæ, hic Damascus Eliezer. Et dixit Abram. Quoniam non dedisti mihi semen, ille hæres meus erit.* Ingentem dolorem animæ eius declarant hæc verba, quasi diceret deo: Neque ea sum assequutus quæ ancilla mea vernacula: sed ego quidem abibo sine prole, & sine filio: hic autem vernaculus meus hæreditatem accipiet, quæ à te mihi data, idq; cum semel atq; iterum promissionem à te acceperim, dicente: Semini tuo dabo terrā hanc. Considera obsecro & hoc loco iusti virtutē, quòd cogitationes in animo versans, nunquā indignatus est, neq; aliquid durū loquutus est: sed & nūc instigatus verbis quę loquutus est ei dominus, magna fiducia dominū alloquitur, manifestamq; facit internam cogitationem, ostendens animæ suæ vlcus, vnde & acceleratū accepit medicamentum. *Et statim vox dei facta est ad eum.* Vide quo modo signanter scriptura loquitur. Statim, inquit. Non permisit iustū ad paruulū tempus ægrè habere, sed festinatam ei consolationē affert, & grauitatē mœroris emendat verbis quæ tunc ei loquutus. *Et statim,* inquit, *vox dei facta est ad eum, dicens: Nō erit hic hæres tuus, sed qui egredietur ex te, hic hæres tuus erit.* Hoccine timuisti? hoccine mentē tuam turbauit? hoccine tristitiā tuam auxit? Scias igitur, quòd nō erit hic hęres tuus, sed qui egredietur ex te, hic hæres tuus erit. Ne igitur ad humanā spectes naturam: ne tuam senectam, Saræue sterilitatem cogites: sed eius qui tibi promisit potētiæ bene fide, & tristitiam ponēs, consolationē quę tibi sufficiat accipe, persuadeq; tibi, quòd hæredē habiturus sis, qui ex te nascatur. Porrò quia supra naturā erat promissio, & vincebat humanam rationem (magnam enim in eo turbationē excitabant tot naturæ præpedimenta, senectus eius, & q; Sara sterilis, ac vtero emortuo erat) auget dominus promissorum magnitudinē, vt iustus ad promittentis liberalitatē respiciens, bene speraret, confideretq; sic euenturū.

Ego.

†*Filius autē Maseck vernaculæ meæ, hic Damascus Eliezer. Et dixit Abram.* [illegible] *xit Abram. Quoniam non dedisti mihi semen, ille hæres meus erit.* [illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

† *ſuſpice.* *Eduxit autem eum foras,& dixit ei:* † *Eia ſuſpice*] *in cælum & numera ſtellas, ſi poteris numerare eas.Et dixit ei: Sic erit ſemen tuũ. Et credidit Abram deo,& reputatum eſt illi in iuſticiam.* Quare aſsignauit,quòd duxit eũ foras? Quia enim ſuperius dixit,quòd in viſione noctis apparens ei, verba illa ei loquutus ſit: nunc autẽ vult ei oſtẽdere, q̃ innumerabiles ſint in cœlo ſtellæ,inquit: Eduxit eũ foras: & dixit. Suſpice in cœlũ,& numera ſtellas,ſi poteris eas dinumerare.Et dixit ei: Sic erit ſemẽ tuũ. Magnũ promiſſum, varia promiſsionis magnitudo: ſed ſi ipſam promittentis virtutẽ cogitabim⁹,nihil nobis apparebit magnũ. Qui enim de terra corpus formauit,& quod nõ erat,eſſe fecit,& cõdidit omnia quę videtur,ille etiã dare poterit quæ ſupra naturã ſũt. Vidiſti domini liberalitatẽ, q̃ certet beneficiis: Poſtquã enim dixit,abſq; prole dimittor,

† *mortis.* quaſi apud portas † inferni exiſtens, & nihil amplius operari valens vt procreentur pueri: ſic verba illa protulit,dicẽs: † Filius Maſech vernaculæ meæ, † hæres meus

† *filius vernaculæ meę* erit. Ideo volẽs ſpiritũ eius erigere,& nouũ vigorẽ mẽti addere,ab imminente timore eũ liberat, promiſsioneq; ac doni magnitudine mentẽ eius erigit, & oſtẽdẽdo ſtellarũ multitudinẽ,& promittẽdo naſcẽdos ex eo illis pares futuros,in bonã ſpẽ adducit. Vidẽs enim dei promiſsionẽ,reiecta omni humana ratione, & neq; ad ſeipſum, neq; ad Sarã minus procreationi aptã, reſpiciens: ſed præteritis humanis omnibus,ſciens quòd potens eſt deus etiã ea quæ ſupra naturã ſunt largiri: fidẽ habuit dictis,nullã dubitationẽ admittens, neq; eũ dicta fuerũt hæc,ambiguus fuit. Hoc enim veræ fidei eſt,

Fidei definitio. quãdo promiſsiones nõ iuxta ſolitũ morẽ, & hominibus cognitũ fiũt,nos promiſſoris virtuti fidimus. Fides enim eſt,quemadmodũ beatus Paulus ait,eorũ quę ſperantur ſubſtantia, rerũ quæ non videntur argumentũ. *Heb.11.a*

Roma.8.c Et iterũ: Quòd autẽ videt quis,cur & ſperat? Hoc igitur eſt fides,quãdo illis credimus quæ nõ videntur,& mẽtem ad dignitatẽ eius qui promiſit intẽdimus: id quod profectò & iuſtus ille fecit,ſyncerã & eximiã promiſsis fidẽ habẽs: Idcirco & à ſcriptura diuina laudatur, mox enim addidit: Credidit Abrã deo,& reputatũ eſt ei in iuſticiã. Vidiſti quo modo & ante euentũ & impletionem promiſſorũ,eo ipſo quòd credidit,iuſtã mercedẽ accipit? Nam in iuſticiã ei reputatũ eſt, quòd credidit promiſsioni diuinæ,& non humana ratiocinatione curioſius ea quæ dicta ſunt,explorauit. Diſcamus igitur & nos obſecro à patriarcha,dei credere dictis,& ei⁹ promiſsionibus fidere,neq; ea cogitationib⁹ noſtris indagare, ſed magnã gratitudinẽ exhibere. Hoc enim nos & iuſtos declarare poterit, & aſſequi promiſſa faciet. Atqui Abræ promiſſum eſt, quòd ex ſemine eius maxima futura eſſet multitudo,erantq; præter ſolitum naturæ modum quę promiſſa erant: proinde & fides in deũ iuſticiam ei attulit. Nobis autẽ,ſi ſapimus,multo maiora promiſſa ſunt,quæ & ipſa multis modis humanas cogitationes tranſcendũt, modo tam potenti promiſſori credamus,vt & eam quæ ex fide eſt, iuſticiam reportemus,& adipiſcamur bona promiſſa. Ea enim quę nobis maximè promiſſa, humanã tranſcendunt rationẽ, & omnẽ cogitationem excedunt: tanta promiſsionũ eſt magnitudo. Neq; in præſenti vita ſolum nobis promiſit huius vitę ſtatum,& viſibilium fruitionem: ſed & poſtquam hinc emigrauerimus, & poſt corporis corruptionem,quando in cinerem & puluerem noſtra diſſoluta fuerint corpora, tunc reſurrectura ea promiſit, & in maiori gloria futura. Oportet enim(inquit beatus

1.Corĩ.15.g Paulus) corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Et poſt corporum reſurrectionem regno frui, daturum ſe nobis pollicitus eſt,& conuerſationem cum ſanctis, & in perpetuo ſeculo quietem, & ineffabilia illa bona,quæ oculus *1.Cor.2.c* non vidit,& auris non audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt. Vidiſti quanta promiſsionum excellentia? Vidiſti donorum magnitudinem? Hæc cogitantes,& ſcientes quòd mentiri nequit is qui ea promiſit: magna alacritate præparemus nos ad virtutis agones,vt & promiſsis bonis frui poſsimus: & ne præferamus ſaluti noſtræ & tantis bonis momentanea: neque cogitemus labores virtutis,ſed retributiones in mente ponamus: neque pecuniarum ſumptus tantum ſpectemus,ſi quando opus eſt eas pauperibus erogare,ſed potius quantum inde nobis accreſcat. Ea enim de cauſa ſemini eleemoſynam comparauit diuina ſcriptura, vt cum gaudio & multa alacritate eam operemur. Nam ſi ij qui ſemina terræ concredunt,& collecta,& intus repoſita ſpargentes,ita negociantur, & bona ſpe fouentur, & tunc manipulos imaginantur ac plenas areas: multo magis quibus datum eſt ſemẽ hoc ſpirituale ſeminare,gaudere & exultare cõuenit, quòd meſſuri ſint in cœlo hoc quod in terra ſerunt: & nummos expendendo, peccatorum autem remiſsionem accipiunt, & fiducię materiam inueniunt,cociliantes ſibi per ea quę hîc dant,perpetuam quietem,& cum ſanctis conuerſationem. Et continentiam eligere volentes, non ſpectemus quòd laborem habet virtus, neq; quòd virginitas magnum habet certamen: ſed quietẽ quæ nos excipiet, cogitemus: hanc ſemper ante oculos noſtros depingẽtes malæ concupiſcẽtiæ refrenemus rabiem, vincamus carnis motus indecẽtes, & reſpectu mercedis laborum moleſtiam ſubleuemus. Sufficit enim bonorum ſpes,vt etiam pericula contemptim aggrediamur: quãto magis vt virtutis labores fortiter feramus. Quando enim animo verſas,quòd ſi ad breue tempus certaueris,& fulgidam ſeruaueris virginitatis lampadẽ,nam beata vita cenſeberis dignus,& cum ſponſo intrare poteris, modò accenſas habeas lampades & ſufficiens oleum, (bonorum operum actionem inquam) quo modo non cũ omni facilitate difficilia omnia tranſcurrere, cogitans illud quod à beato Paulo dictum eſt: Pacem ſectemini *Heb.12.d* cum omnibus, & ſanctificationem, abſque qua nullus videbit dominum? Vidiſti quo modo ſanctificationi pacem coniunxit. Nam vt ſciamus quòd non ſolũ corporis requirit puritatem,ſed & pacem, opportunè nos monet,vtrinque volens munire, vt & cogitationes ſedemus, ita vt nulla ſit in nobis turbatio, nullúsque tumultus: ſed in tranquillitate & quiete verſemur, & cum omnibus pacificè agamus, & mãſueti ſimus & mites, & humani, atque adeò vt omnes virtutis colores in facie noſtra reluceãt. Ita enim deinceps & gloriam præſentis vitæ poterimus deſpicere, veram gloriam præferentes, & humilitatis maiorem habentes curam, riderèque omnem præſentis vitæ proſperitatem,vt vera & ſolida felicitate fruamur,& Chriſtũ videre mereamur. Beati enim, inquit, puri corde, quoniam ipſi *Matt.5.c.4* deum videbunt. Purificemus itaque noſtram conſcientiam, & magna cura vitam noſtram gubernemus: vt cum præſentem vitam in omni virtutum genere tranſierimus, horum laborum præmia mereamur accipere in futuro ſeculo,gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre,& ſancto ſpiritu ſit gloria, nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dixit autem ei. Ego sum deus qui eduxite de terra Chaldæorum, vt darem tibi terram hanc vt in hæreditatem possideas eam. Dixit autem: domine domine secundum quid cognoscam quòd in hæreditatem accipiam eam.

Homilia XXXVII.

MAgna diuinæ scripturæ virtus est,& multæ in verbis latent sententiarum diuitiæ. Ideo congruit, vt diligẽter intẽdamus,& solicitè scrutemur, quò ampliorẽ vtilitatem inde percipiamus. Nam propter hoc & Christus præcepit, dicens: *Ioan.5.f* Scrutemini scripturas: vt non tantũ nudæ lectioni vacemus, sed indagatis profundis, verũ veritatis sensum percipere valeamus. Talis enim scripturæ mos est, vt & in paruis verbis plurima sæpe multitudo sensuum inueniatur. Diuina enim sunt dogmata, non humana, & propter hoc omnem illam videre licet secus se habere quàm humanam. Et quo modo hoc? ego dicam. Illic enim, in humana sapientia, omne studium concinnandis verbis adhibitum est: hic verò prorsus aliter. Nullæ scripturæ habent rationem pulchritudinis vel compositionis verborum: habent enim domesticam gratiam *† sententiæ.* effulgentem & pulchritudinem,† quæ dicuntur. ‡ Et illic post longam,& indicibilem nugacitatẽ, vix dignæ aliquæ sententiæ venantibus occurrunt: hic autem vt scitis, etiam parua dictio sæpe totum nobis sermonem contexit. Propterea & heri, quanuis initia lectionis attigerimus, quia tamen tantũ inuenimus sensuũ thesaurum, non potuimus vltrà progredi, vt ne dictorũ multitudine memoriã vestram obrueremus, & iam dictis obesse mus. Ideo ea nunc attingamus, dicendaq; heri dictis copulemus, vt ita enarrata lectione tota, vos hinc dimittã. Sed oro, ea quæ dicuntur, auscultate diligẽter. Nam etsi labor noster, vtilitas tamen vestra, imò communis. Et quid dico labor noster? donũ est gratiæ dei. Cũ attentione igitur suscipiamus & nos ea quæ à deo donantur, vt hinc lucri facientes aliquid in animarum salutem, inde abeamus. Hãc ob rem quotidie spiritualem hanc apponimus mensam, vt admonitione continua,& multa diuinarũ scripturarũ exercitatione, omnes maligni dæmonis excludamus insidias. Cum enim nos viderit multũ in spiritualibus occupari, nõ solũ nõ inuadet, sed neq; aspicere audebit: sciens quòd inuanũ moliatur, & aduersus caput suũ ausus suos conuertat. Age igitur heri dictorum repetito contextu, quod reliquũ fuit enarremus. Quid autẽ quod heri fuit dictũ? Promissionẽ quã deus fecit Abræ descripsimus, vbi imperauit ei, vt suspiceret in cœlũ, & spectaret stellarum multitudinẽ. Numera enim, inquit, stellas, si poteris eas numerare,& dixit ei: Sic erit semen tuũ. Deinde eũ demõstraret nobis diuina sciptura religiosam mentẽ patriarchæ,& quòd ad promittentẽ vidẽs,& virtutẽ promittentis cogitans, crediderit dictis, dicit: Et credidit Abram deo,& reputatũ est ei in iusticiã. Hucusque heri sermonẽ produximus, neque vlterius progredi potuimus: ideo operæpreciũ est vt addamus sequẽtia. Quid ergo dicit? *Dixit autem ei deus, Ego sum deus, qui eduxi te de terra Chaldæorum, vt darem tibi terram hanc, vt in hæreditatẽ possideas eam.* Vide quo modo sermonẽ nostræ infirmitati attemperet, quo modo fidem illius corroborare velit, & persuadere copiosis argumentis de his quæ nuncianta sunt: quasi diceret, Memor esto, quòd ego te à domo tua euocaui. Ecce quę à domino deo dicũtur, cõsona sũt beati Stephani dictis, q et de domo,& de Chaldæa domini præcepto euocatũ eum dicit, Et eius sentẽtiæ obsequutus pater, Et, vt antea diximus, quãuis infidelis esset, magnã tamẽ societatis causam habẽs, nẽpe amorũ, comes fuit,& simul exiit. Itaq; reminisci eũ facit hoc loco quantã ab initio eius curam gesserit, declarãs ei quòd volens eũ ad magna prouehere, tãta videlicet promittendo & implendo, tantũ itineris transire fecerit. Ego sum deus, qui eduxi te de regione Chaldæorũ, vt darem tibi terrã hanc, vt in hęreditatẽ possideas eã. Num te absq; causa illinc euocaui? Num frustra & inuanũ te illinc eduxi: Propter hoc ego iussi vt te in Palæstinã conferres,& relicta paterna domo ires in terrã hanc, vt in hæreditatẽ eam possideas. Cogitans igitur quantis fruaris nunc per meã prouidentiã, ex eo tẽpore quo Chaldæam reliquisti vsq; in præsens,& quo modo clarus es factus,& per meum subsidiũ & curã tui quotidie clarior euadis, confide & meis dictis. Vidisti excellentem misericordiam? Vidisti quàm congruat huius imbecillitati diuinus sermo, quo eius animã corroborare,& fidem confirmare voluit, vt ne posthac ad naturæ obstacula spectare possit: sed eius cogitare potentiã qui promisit,& ita credere & confidere, quasi iam impleta essent promissa? Verum iterum attende & patriarcham, quo modo post fiduciam ex dictis acceptã certiora inquirat argumenta. *Dixit enim: Domine domine, secundum quid cognoscam quòd in hæreditatem accipiam eam?* Tametsi scriptura prius testata fuerit, quòd credidit dictis dei,& ideo reputatũ est ei in iusticiã, veruntamen quia audiuit: Propter hoc te eduxi è regione Chaldeorũ, vt darẽ tibi terrã hanc, vt in hæreditatem possideas eam: dicit, His quidẽ quę à te dicuntur, impossibile est vt diseredam: attamẽ vellem & hunc modum discere, quo modo eam in hæreditatẽ sum possessurus. Video enim me nũc prope modum ad extremam senectutem peruenisse,& vsq; in hunc diem obambulare quasi erronẽ. Et non possum humana ratione deprehẽdere, quo modo hoc sit futurum. Nam licet prius crediderim dictis tuis, † quòd potes ex nihilo res producere, ‡ & omnia facere & transformare. Non igitur vt incredulus hoc interrogo, sed quia iterũ mihi hæreditatem nominas, volebã & crassius atq; clarius signũ accipere, quod possit ifirmas meas cogitationes solidare. Quid igitur bonus dominus? morẽ gerit suo famulo, & volens eius corroborare animã, quoniã vidit confitentem suã imbecillitatem,& credentẽ quidẽ promissioni, cupientẽ autem certiora quædam argumenta accipere, dicit ad eum: *Sume mihi vaccam triennem,& capram trimam,& arietẽ, & turturem & columbam.* Vide quo modo more humano init cum eo fœdera. Quemadmodum enim nos homines, quando aliquid promittimus, & volumus certum reddere eum cui promissio fit, ita vt de promissis nihil ambigat, signum aliquod damus, & pignus, vt ad illud spectans scire queat promissa omnino euentura: Ita & misericors domin° postquam dixit Abrã: Quo modo cognoscam? inquit, Ecce & hoc tibi prębeo, sume mihi vaccã triennẽ,& caprã trimã,& arietem, & turturẽ, & columbã. Attende obsecro, in quantã crassitudinẽ descendẽdũ sibi duxerit bonus dominus, quò patriarchã argumentis copiosis certiorem reddat. Nam quia olim eis ita mos erat paciscendi,& pacta firmãdi, ideo & ipse via hac ingreditur. *Et accepit,* inquit, *& diuisit ea in duas partes.* Obseruandũ quòd non absq; ratione, neq; inuanum etiã tẽpus assignauit. Triẽnia enim accipere iussit: hoc est, perfecta & absoluta. *Et diuisit ea in duas partes,& vtrasque partes inter se posuit obuersas: aues autem non diuisit: Et sedẽs obseruabat, vt ne possint diuisas partes ladere aduolantes aues: & per totum diem hoc facere perseuerabat. Descenderunt autem*

† tanqui delicet dictis potes ifi nõ est effice

autem eius in corpora & diuisiones eorum, & assidebat apud eas A *Abram. Cumq; sol iam accumberet, irruit extasis in Abram, & ecce timor magnus & tenebrosus inuasit eum.* Quare tempore occasus solis, cum iam ad vesperã inclinaretur dies: Quia omnibus modis attentiorẽ eum facere vult, ideo ecstasis & horror magnus & tenebrosus inuadit eum, vt per omnia quæ fiunt, sentiat se videre deũ. Eum enim morem deus vbique habet. Nam & postea quãdo Moſi in
Exod.19.c *Psal.103.d* monte Sinai daturus erat legẽ & mandata: Tenebræ, inquit, & caligo erat, & mons fumigabat. Propter hoc & scriptura inquit: Qui tangit montes & fumigant. Enimuero quia incorporeũ videre per sensibiles hosce oculos nõ est possibile, ideo aliter suã nobis operationem significare vult. Igitur quoniã attonitus & percussus erat animo iustus ille, & concusserat eius mentẽ ti-
† *quæ eum tangerat ecstasis,* mor, & † actus qui fiebat, ‖ Dixisti (inquit ad eũ) quo modo cognoscam: & ſignum voluisti accipere, quo pacto B
† *magnatibi opus est fide,* terram hanc in hereditatem possessurus sis. Ecce do tibi signũ † magna reuerendũ fide, ‖ vt scias quòd possim ex desperatis rebus quoslibet in spem bonã adducere.

Et dixit ad Abram: Cognoscens scies quòd peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & redigent eos in seruitutem, & affligent, & humiliabunt eos annis quadringentis: Gentem autem cui seruient, iudicabo ego: postea autem egredientur huc cum sarcina multa. Magna sunt hæc dicta, & quæ ad animũ masculum pertinent, qui transcendat, & infra se relinquat humana omnia. Nisi enim generosum & fortẽ, & optimis moribus præditum habuisset patriarcha, tanta erant hæc vt perturbare potuissent. Sciens enim, inquit, scito, quòd peregrinum erit semen tuũ in terra non sua, & redigent eos in seruitutem, & affligent, & humiliabunt eos annis quadringentis: Gentem autem cui seruient, iudicabo ego: post hæc egredientur huc cum sarcina multa. C Ne admireris, inquit, teipsum respiciens, & senium tuũ & Saræ sterilitatẽ, & vterum eius emortuũ: & ne putes magnum aliquid esse dictũ, quòd dixi, Semini tuo dabo terram hanc. Nõ solum enim hoc tibi prædico, sed addo quòd & illud semen tuum in alienam abducetur. Et non dixit, in Aegyptum, neq; indicauit terræ nomen: sed dixit, in terra non sua: & seruitutem ferent, ac miseriam: idq; non ad breue tempus, neque ad paucorum annorum numerum, sed vsque ad quadringentos annos. Vltionem sanè eorum ego faciam, & gentẽ illam seruitute prementem ego iudicabo, & sic eos magna cum sarcina huc redire faciam. Interim & prædicens ei, quæ posthac certò euentura essent, & seruitutẽ declarat, & descensum in Aegyptum, & indignationẽ quam propter eos Aegyptij sensuri erant, & glorioſum
τροφεὺς, nutritus, adultus, sustinens legẽdũ, τροφεὺς. i. sepultus vt aly interpretãtur Chrysostomus τροφεὺς legisse videtur. Luc.16.g eorum reditum. Et ostendit ei, quòd non in ipso dun- D taxat ea quę super naturam sunt, euenient: & post tanta impedimenta quæ à deo promissa implebuntur, sed & in toto semine eius hoc continget. Hæc autem, inquit, iam tibi dixi, vt priusquam vitã finias, scire possis quæ & nepotibus & posteris euenient. Tu autem, inquit, abibis ad patres tuos, * conuersus (in pace) in senectute bona. Non dixit, morieris: sed, abibis: quasi peregrinaturo eo, & migraturo à patria in patriam. Abibis, inquit, ad patres tuos. Nõ carnales dicit: qui enim poterat: Incredulus enim erat pater eius, & non erat possibile vt eundem locum caperet, quem ille. Chasma enim, inquit, magnum est inter nos & vos. Quare dixit ad patres tuos: iustos infimãs vt Abel & Noë, & Enoch. † Cõ
τεταξαι senectute bona. uersus enim, inquit, in senectute bona. ‖ Et qualis hæc senectus bona, fortasse dicet aliquis, ad quam tantis molestiis per omnem vitam venit? Verum ne hoc at-

tendas homo, sed spectа quæ illi omni tempore fuerit gloria, & quo modo glorioſus vixerit peregrinus, qui ciuitate foco; carebat, & quanto frui ei datum est omni tempore dei subsidio. Non igitur iuxta præsentem opinionem iudica res, neq; senectutem esse bonã censse, versari in luxu, deliciis & crapula, & possessione diuitiarum & magna pecorum & mancipiorum multitudine. Non enim fecerint ista senectutẽ bonam, sed & multam condemnationem attulerint, neq; in senectute continentiam nouisse, neq; ad extremos spiritus de his quæ decebat consulere: sed quotidie indulgere ventri, & sectari conuiuia & ebrietates: de quibus omnibus non multo post reddẽdę sunt rationes. Sanè qui in via virtutis ambulauit, hic verè * cõuersus in senectu
τροφεὺς i. nutrit⁹, adult⁹ fusticer legẽdũ, τροφεὺς. i. sepultus, scripserat, nisi legerit τροφεὺς. te bona, vita defungitur, & laborum præsentiũ inuenit mercedes & retributiones. Et ideireo inquit: Tuis quidem nepotibus talia euenient, tu autem abibis * cõuersus in senectute bona. Cõsidera obsecro, quo modo tibi si multiplex fuisset fortitudo & virtus eximia. & hæc quoque conturbare eius mentem potuissent. Dicere enim potuisset, quare promittis mihi tantum semen ex me futurum & propagandũ, si tantis erunt malis & ca-
τροφεὺς, vt supra vitam agens, lamitatibus obnoxij, seruituteq; tot annis toleraturi? Quæ hęc mihi vtilitas? Verum nihil horum iustus cogitauit, sed quasi gratus famulus, omnia quæ à deo fiebãt boni consuluit, & quæ deo videbantur, sua præferebat sententiæ. Deinde & tẽpus ei significat, quo à seruitute sunt redituri. Nam postquã annos quadringentos seruituros dixisset, subdit: Generatione autẽ quarta reuertentur huc. Verum hic merito quis addubitet, quo modo quadringentis annis dicit seruire eos, quamis neque dimidium eorum fuerint ipsi in Aegypto. Et propterea nõ dixit, quòd in Aegypto futuri sint annis quadringentis, sed in terra nõ sua: ita vt possit connumerari cum annis in Aegypto, & tẽpus patriarchæ, ex quo ei imperatum est, vt ex Charran egrederetur. Ab illo enim tempore, tempus annorum nobis manifestum fecit scriptura, quæ dixit, quòd septuaginta quinq; annorum fuerit Abram, quando exiuit ex Charran: ex eo igitur tẽpore vsque ad exitum de Aegypto, inueniet quis numerum saltum & integrum. Dici potest etiã aliter, quòd cum dominus sit misericors, & imbecillitati nostræ respondentes faciat pœnas, quia vidit eos ita labore pressos, & Aegyptios magnam in eos crudelitatem exercere, ante definitum tempus vltionem fecit, & ad libertatem eos reduxit. Dei enim mos est, quoniam in omnibus salutem nostram operatur, vt etiamsi minetur se puniturum, si nos voluerimus conuersionis exhibere specimina, possimus eius reuocare sententias. Et e-
Quarta autem generatione reuertentur huc. Nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorũ vsque nunc. diuerso si pollicetur aliquid suaue nobis daturum, nos autem non attulerimus quod ex nobis est, neque ipse promissum adimplet, vt ne nos ea ratione deteriores fiamus. Atque hęc inuenire poterunt studiosi sacrarum literarum omnes. Tunc, inquit, erit tempus vt & illi reducantur in libertatem, & ij pœnam luentes pro multitudine peccatorũ è terra expellantur. Ambo itaque fient tempore opportuno, & illorum instauratio, & horum excidium. Nondum enim impletæ sunt iniquitates eorum quasi dicat aliquis. Nondum in tanto numero peccata fecerũt, vt talem ferant pœnam. Deus enim cum misericors sit, non solũ non inducit pœnas peccatis grauiores, sed & valde minores. Atq; propter hoc tantam ostendit longanimitatem, vt cum sibipsis pœnarum sint authores,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullam posthac excusationē habeāt. Vidistis quo modo patriarchæ, omnia diligēter iudicauit, vt vndequaque eius roborāret fidem, & vt ex his quæ ad eum dixerat habere posit fidem, quod etiam hęc posteritati eius omnino accident: & vt ex prædictis vicissim firmā habeat fidē, quòd necesse sit iam fieri quod de eo dictū? Postea vbi compleuit prophetiā, accepit etiā ille signū quod ei factum. *Postquam fuit sol ad occasum*, inquit, *facta est flamma, & ecce clibanus fumigans & lāpades ignis, quæ trāsierunt inter diuisiones illas*. Et flāma, & clibanus, & lāpades existunt, vt signū habeat iustus firmiorum fœderum, & aduentus diuinæ operationis. Deniq; postquam cōpleta & perfecta sunt omnia, igne consumēte quæ proposita erant, *Testatus est*, inquit, *dominus in die illo Abræ testamentum dicens: Semini tuo dabo terrā hanc, à fluuio Aegypti vsq; ad fluuium magnum Euphraten: Cinæos, & Cenezæos, & Cedmonæos, & Chetteos, & Pherezæos, & Raphaim, & Amorrhęos, & Chananęos, & Aenæos, & Gergesæos, & Iebusæos*. Vide quo modo adhuc perseuerat, vt cōfirmet suam in illum promissionem. Testatus est enim, inquit, testamentum: Semini tuo dabo terram hanc. Deinde vt ex latitudine terræ, & amplitudine terminorum scire possit quantum extendetur eius semen, inquit: A flumine Aegypti, vsque ad flumen Euphraten, tantum erit semē tuum. Considera quo modo semper excellētiam multitudinis declarare ei vult. Superius enim dixit, se sicut innumerabilem stellarū numerum illud facturū: hīc & latitudine finiū idipsum declarat, vt & hinc discat, quàm sit se dilatatura multitudo futura. Neq; hoc solū, sed & † iuxta genera gentiū memorat, qualem promissionem Semini eius sit daturus, quò copiosis argumentis vndique fulciatur iustus. Et cū tantæ promissiones essent factæ, adhuc māsit Sara sterilis & senectus eius appetebat, vt allata maxima fidei suæ coniectura, sciant & humanæ naturæ infirmitatem & diuinæ virtutis magnitudinē. Verum ne iterum aliquanto prolixius sermonem extē damus, hic finem imponamus: attamen obsecraueri-

† *specialiter gentiū mentionē facit quarum possessionem.*

mus vos, vt imitatores sitis huius patriarchæ. Cogita enim dilecte regē Sodomorū, quo modo propter verba illa, quæ faciebat, imò & propter virtutem aliā omnem, quam per omnem vitam suam declarauit, tanta mercede eum dignatus sit, & quàm cōgrua humilitate cum eo agere deus voluerit: monstrans per ea quæ in patriarcham contulit nobis omnibus suæ liberalitatis immensitatem. Et quòd vel minimis operibus prouocatus, nos absq; mora magnis donis remunerat, si synceram fidem, sicut iustus ille, declarauerimus, & nunquam mente fluctuauerimus, sed munitam habeamus. Hinc enim & ille, probatus fuit. Audi igitur beatū Paulum dicentem de eius fide, quam ab initio ostendit: dicit enim, Fide vocatus Abram, obediuit vt exiret in locum, quem occupaturus erat: & exiuit, ignorans quò iret. Illud nobis insinuans, quòd à deo dictum est: Egredere de terra tua, & veni in terram quam mōstrauero tibi. Vidisti fidem firmam? vidisti mentem synceram? Hunc & nos imitemur & egrediamur mente & alacritate à præsentis vitæ negociis, & eamus in cœlum. Possibile enim est, si voluerimus & hic versantes eò pergere, quando digna cœlis operamur, quando nō spectamus ad ea quę sunt huius mundi, quando non gloriam vanam huius vitæ inquirimus: sed hac contempta, illam desiderare studemus, veram illam dico & semper manentem. Quando non in luxu vestium occupati sumus, neque corpus ornare studemus: sed omnem illum externum cultum in animæ transferimus curam, & non permittimus eam nudam & spoliatam indumētis virtutum: quando ridemus delicias, quando gulam & crapulam fugimus, quando non conuiuia & cœnas sectamur: sed frugalitatem habemus iuxta apostolicam admonitionem: Habentes victum & indumentum, his contenti simus. Quæ enim vtilitas superfluorum, dic mihi, ita vt ventrem distendas præ nimia voracitate, & mētis iudicium destruas præ immodica potatione? An non inde corporis & animæ mala nascuntur omnia? Vnde enim multiplices illæ ægritudines & membra distorta: nónne hinc quòd plus quàm vtile est, ventrem oneribus grauamus? Vnde autē adulteria, stupra, rapinæ, auarorum fraudes, cędes, latrocinia, & totius animæ destructio? nónne quia plus cōcupiscimus quàm nobis congruit? Sicut enim Paulus radicem omnium malorum auariciam vocauit: sic non quis aberrauerit, si fontem omnium malorum dicat immoderantiā, & quòd transgredi volumus suum † quisq; vsum. Nam si vellemus in alimētis & vestibus & domiciliis & aliis corporalibus cunctis vsibus nihil immodicè concupiscere, sed necessaria tantum quærere, multis damnis liberaretur humanū genus. Verum nescio, quī fiat quòd omnes & singuli pro suis viribus auariciæ morbo laboramus, nunquā enitentes vt intra necessitatis maneamus limites, sed planè cōtra apostolicum mandatum, quod dicit, Habentes victum & amictum: omnia facimus, nescientes quòd de omnibus quæ vltra vsum nostrum sunt, rationē daturi simus, quòd abusi simus diuinis muneribus. Non enim hæc nobis tantū concessit, vt nos tantū eis vtamur: sed & vt proximorū indigentiam subleuemus. Quali igitur venia dignādi sunt, qui & in vestimentis multam vanitatē ostentant? & vt vermium texturas gestēt soliciti sunt: &, quod grauissimū, in his superbiunt? Quos oportebat tremere & se abscōdere & vereri præ confusione, quòd ipsi quidē ob nullam vtilitatem, neq; necessarij vsus gratia: sed tantum ob vanitatem & inanem gloriam, & vt vulgo ac forensibus admirationi sint, talibus induantur: obambulat autem eiusdem naturæ consors, nudus, qui neq; crassissima veste amicire se potest: & neq; natura ad compassionem ducuntur, neq; conscientia ad opitulandū proximo incitat: neq; memoria horrēdi illius diei, neq; gehennæ timor, neq; promissionum magnitudo: neq; istuc ipsum, quòd communis dominus noster vt sibi facta vsurpat quæ proximis fiunt: sed quasi lapideum cor haberent, & non eiusdem naturę forent, ita se putāt ob vestium cultus etiā aliis hominibus superiores esse, nó perpendētes secū quantis malis seipsos reos cōstituāt, qui concredita sibi à domino malè dispensant, & nolunt conseruis partem concedere: sed potius à vermibus consumi permittentes, grauiorem gehēnæ ignem sibi præparant. Nam si omnia quæ intus reposita habēt, indigentibus diuites distribuerent, neq; sic supplicium effugerent eorum peccatorum quæ in deliciis vestium & conuiuiorum admittunt. Quo enim supplicio non sunt digni, qui modis omnibus dant operam vt sericis & auro intertextis induātur, & post se pompā trahunt in foro: Christum autem despicere nudū, & neque cibum necessarium impetrantem? Maximè autem sermo iste aduersus mulieres congruerit. Maiorem enim apud eas inuenimus ornādi cupiditatem & * intemperantiam, cum auratis vestibus & auro in capite, in ceruice, & in aliis corporis partibus ornātur, & in his quoque superbiunt. Christus vero nudus obambulat necessario alimento destitutus. Quot pauperum ventres poterant

† *singulę.*

* *ἀπόλαστον, prodigalitatem luxuriam, vanam profusionem.*

Universidad de Deusto

terant inde pasci,& quot corpora nudè agentium poterant contegi ex his quæ à solo collo & humeris pendent,nullius alterius vsus gratia, quàm in damnum & nocumentum animæ? Propter hoc & doctor ait: his, cũ habeamus victũ & amictũ: vertit statim ad mulieres sermonem,& dicit: Non in tortis crinibus vel in auro,vel margaritis,vel veste sumptuosa ornẽt se. Vides quo modo non vult eas talibus ornari,neque auro circundari,neq; margaritis,neq; veste sumptuosa: sed verum ornatũ in animam inducere, & per bonorũ operum actionẽ,pulchritudinem animę illustrare,& ne illa quæ in talia respicit, contẽnatur sordida, squalida, pannosa,famelica, geluq; rigescẽs: Hoc enim studium in ornando corpore internam indicat deformitatem, & huius deliciæ illius manifestã faciunt famem: & huius vestium sumptus illius indicat nuditatem. † Impossibile enim est aliquã agere curã animæ, & tanti facere corporis pulchritudinẽ & ornatum: sicut & impossibile, in externo illo cultu tantopere occupatum illius agere curam. Quo modo enim posset anima talis aliquid vtile contẽplari, vel in cogitationem spiritualiũ venire,quæ semel terrenis ita dedita cœpit esse, & humi,vt ita dicã,trahitur,& nunquam caput attollere potest,& obstipa innumeris peccatorum sarcinis,seipsam grauat? Nã quot inde nascantur mala,non possum nũc sermone complecti: sed satis est vt relinquã conscientiæ eorum qui in iis occupati sunt, quantas inde quotidianas molestias experiuntur. Etenim vel aliquid decidit ex aureo illo cultu,magna tempestas, magnusq; tumultus oboritur in tota domo: vel famulus surripuit, & omnes flagellantur & verberantur, & in carcerem coniiciũtur: vel inuidi quidam insidiati sunt, & subitò spoliarunt,quantus tũc & quàm intolerabilis mœror? vel rerum difficultas ingruens in extremam inopiam redegit,& grauiorẽ morte vitam eis attulit: vel aliud quiddam incidens multam tristiciã peperit. Et in summa,nunquam inuenies animam istiusmodi occupatã, à turbationibus alienam. Sed sicut maris fluctus neque numerari,neq; terminari queunt,semper nouis succrescentibus: ita & turbationes inde orientes nemo dinumerarit. Idcirco obsecro,fugiamus in omnibus habendi cupiditatem,& modi transgressionem. Veræ enim diuitiæ sunt,& inexhaustæ facultates, desiderare tantũ quãtum vsui satis,& ea quæ ad vsum pertinẽt rectè dispensare. Neq; enim ille qui hoc facit,inopiã timere poterit,neq; calumniam sustinet, neque turbationem sentit: sed & extra calumniam erit, & liberabitur ab insidiantibus, & vt summatim dicã, in perpetua tranquillitate erit, & quiete ac ocio fruetur: & quod maius est omnibus,capútque bonorum, & deum habebit propicium,& superna fruetur gratia, vtpote fidelis factus dispensator pecuniarũ domini. Beatus enim,dicit, seruus ille,quem cum venerit dominꝰ, inuenerit sic facientẽ, & sic dispensantem conseruis,& non † arcis & vectibꝰ includentem, & vermibus escam fieri permittentem: sed inopum miseriam subleuantem, bonumq; & fidelẽ dispensatorem factum eorum,quæ à domino suppeditantur. Vt & pulchræ huius dispensationis magnã mercedem assequi, & promissa bona obtinere mereatur, gratia & misericordia domini nnstri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria,imperium,honor nunc & semper & in secula seculorum,Amen.

† fieri enim nõ potest vt qui animæ curam habeat, eiusq; pulchritudinẽ plurimi faciat, is externo cultui inhiet:

Luc. 12.e

† iannis.

Sara autem vxor Abram nõ peperit ei, sed habebat ancillam Aegyptiam nomine Agar. Homilia XXXVIII.

Tomus primus.

ETiam hodierna lectio linguam nostram denuò in memoriam patriarchę vocat neq; vos admiratio teneat,quòd nũc tot diebus historiam eiusdẽ toties in medium afferimus: nam nec hodie illã absoluere poterimus. Magna enim abũdantia est virtutũ iusti,& eximia sunt illius bona opera,atq; adeo vt omnem humanã linguã vincant. Quẽ enim deus supernè prædicauit & celebrẽ fecit,quis hominum dignè laudare poterit? Quamuis autẽ lõgè inferiores sumus,quàm exposcant illius merita, nos tamen vel saltem pro nostris viribus, quæ de illo scripta sunt in medium afferentes,ad æmulandum & imitandum virtutem illius, vos inducere cupimus. Sufficit enim huius viri philosophia ad omne hominum genus eruiendum, & ad trahendum diligenter auscultantes in virtutum viam: Cæterum obsecro, vt intendatis his quæ dicuntur, quò liceat etiam ex nuper lectis iusti vitam,quàm fuerit bonis moribus prædita,addiscere. Potest enim hic locus docere & viros & mulieres,vt magna inter se concordia viuant, & coniugij vinculum indisruptum seruent: & neq; vir insurgat aduersus mulierem,sed vt vasi infirmiori maiorem illi veniam tribuat: neq; mulier viro se opponat, aut ab eo dissideat, sed vt vicissim alter alterius onera ferre certent,domesticámque pacem omnibus bonis præferant. At operæprecium fuerit audire verba ipsa, vt fiat nobis doctrina manifestior. *Sara autem, inquit, vxor Abræ, non peperit ei: cæterum habebat ancillam Aegyptiam, cui nomen Agar.* Considera dilecte hoc loco indicibilem dei tolerantiam, & eximiam fidem & gratitudinem iusti,quam in factis sibi promissionibus declarauit,Cum enim toties promisisset deus se daturum semini eius terram, & in tanto multiplicaturum numero,vt multitudini stellarum adæquaretur: videns quòd nulla promissionum opere impleretur, sed ex promissionibus nihil præterquàm verba acciperet, non turbabatur ratione, non commouebatur mente: sed mansit immotus & inflexus, credens potentiæ promittentis. Et idcirco etiam hîc assignauit scriptura diuina, dicens: Sara autem vxor Abræ nó peperit ei,quasi hoc declarans. Post pacta cum eo inita,post pollicitationem innumeræ multitudinis ex eo procreandæ,nihil fluctuabat secum,videns nihil dictorum opere impleri,sed omnia cõtrario modo sese habere: & propterea dicit, Post illa omnia Sara vxor eius non peperit ei: vt discas quòd nihil illi accesit post tantas promissiones,quãuis Saram sterilem & vtero emortuo esse, in mente iusti multam hæsitationem ingenerare poterat. Verum patriarcha non spectabat ad impedimenta naturæ, sed omnipotẽtiam domini cognoscens, qui naturæ dominus & cõditor est, viámque in inuiis potest inuenire: sicut gratus seruus non quærit curiosè modum eorum quæ fiunt, sed relinquit incomprehensibili domini prouidentiæ,& credidit dictis: idcirco inquit, Sara autem post tantas promissiones nõ peperit ei. *Habebat autem ancillam Aegyptiam, cui nomen Agar.* Non absque causa etiam hoc loco scriptura diuina nobis ancillæ memoriam facit, sed vt sciamus vnde habuerit illam. Et idcirco adiecit, quòd Aegyptia fuerit, vt ad superiorem historiam recurramus, & quòd fuerit ex his quæ Pharao Abræ donauerat, quando tanta vltione ab omnium deo potitus est, redeundo etiam hanc accepit. Studiosè enim nobis & nomen & gentem significauit diuina scriptura. Verum vlterius hic considera,quo modo & Saræ mens bonis prædita fuerit moribus, & mirum in modum con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

†atq; quam fuerit ipse patriarcha illi obsequēs & supra quàm dici potest obediens.]

dum continēs, † & suprà quàm dici potest patriarchæ obediens.] *Dixit autem Sara*, inquit, *Abræ in terra Chanaan: Ecce conclusit me dominus, ne pârerem: ingredere igitur ad ancillam meam, vt ex ea prolem procrees.* Vide beneuolentiā mulieris: nihil tale dixit, quale post hæc Rachel inquit ad Iacob: Da mihi filios, quòd si minus, morior ego. Sed quid dicit? Ecce conclusit me dominus, vt ne pariā. Et quia inquit, sterilem me fecit naturæ cōditor, & priuauit me filiorum procreatione, vt ne propter meam sterilitatem, cum in profundā veneris senectā, postea maneas absque liberis, ingredere ad ancillā meā vt ex ea filios procrees. Multiplex & indicibilis mulieris probitas. Quæ enim vnquā mulier hoc sustineret facere, vel viro consulere, vel ancillæ coniugali thoro cedere? Vidisti quo modo ab omni affectione fuerint alieni: Vn* erat ei scopus, ne absq; pueris hinc decederent, & spectabant quo modo etiam illinc consolationem acquirerēt & indissolubile pacis vinculum seruarent. Obserua igitur hîc patriarchæ insignem continentiam, admirabilemq; mansuetudinē. Neque enim difficilior fuit vxori * propter ancillam, vt imprudentes nōnulli: neque amor eius erga mulierē imminutior factus est. Scitis enim multos hanc potissimum ob causam mulieres despicere, sicut ob contrariam adamare. Vtrunq; stolidè & imprudenter agunt, qui vxoribus asscribūt sterilitatem vel fœcunditatē, quasi nescientes quòd à naturæ conditore fiant vniuersa: & quòd neq; coitus, neque aliud quiddā ad procreandos pueros sufficere potest nisi cooperetur manus superna, quę naturā ad procreandum excitet. Quæ sanè iustus ille sciens, vxori nō imputabat quòd carebant filiis: sed congruum honorē semper ei tribuebat. Atq; hanc ob causam, ipsa gratitudinis studiosa, volēsq; declarare quāto amore erga virum afficiatur: non quòd suiipsius erat spectabat, sed quo modo illi consolationem quandam * sterilitatis excogitaret, quasi manibus suis acceptam puellam Aegyptiam, in lectum induxit. Quin & verbis ipsis ostendit, qua de causa faciat, & quis eius sit scopus. *Quia ego*, inquit, *inutilis visa sum, & ad generandum non idonea. Concluſit enim me dominus, vt ne pariam.* Vide prudentem animam, quo modo nihil asperum loquitur, sterilitatem nō deplorat: sed solum hoc nobis declarare vult, quòd naturæ domino & opifici hoc asscribens, fortiter & leniter ferat, malens quod deo placebat, quàm quod ipsa concupiscebat: & hoc vnum spectans, vt virum soletur. Quoniam, inquit, dominus me concluſit, vt ne pârerē. Quanta huius verbi emphasis est, quàm ineffabilem ostendit dei potentiam & prouidentiam: quasi diceret, Sicut nos aperimus & claudimus domos: ita & dominus in natura operatur, & suo præcepto claudit, & iterum quādo vult aperit, & iubet naturā quod suū est operari. Quoniā igitur concluſit me dominus, vt ne pârerem, ingredere ad ancillam meam, vt ex ea prolem procrees. Scio quòd ego sum causa quare non habeas pueros, propterea nolo te priuare eo solatio. Fortassis autem etiā suspicabatur Sara sterilitatē illam nō à se sola esse, sed etiā ex patriarcha: ideo volens certo experimento cōperire, ancillæ cedit, & illam in lectum illius ducit: vt re ipsa discat se solā in causa esse, sibiq; soli ascribendā sterilitatem. *Obediuit autem Abram voci Sarę.* Magna iusti virtus. Id quod dixi, hoc & nūc dico: quia neq; prior hoc cōsuluit, quāuis in extrema senectute esset, & nunc à Sara admonitus, prōptè obediuit: docens quòd non concupiscentiā vel affectiones sectādo, cōgredi illi voluerit, sed vt seminis reliqueret successorē.

* διὰ τὴν παιδίσκην. propter ancillā, si librarius non fallat, propter sequentia tamen potius legendū videtur διὰ τὴν ἀπαιδίαν. i. propterea quod liberos non haberet.

* ἀπαιδίας orbitatis, carentię liberorū

Et vt accepit Sara vxor Abræ Agarem Aegyptiam, ancillā suā, postquàm decem annos cohabitasset viro suo in Chananæa, dedit eam Abræ viro suo in vxorem. Attende obsecro scripturæ diligentiam: vt enim discamus, quòd non mox post hæc verba quæ ad eū fecit Sara, in opus prosiluerit: ideo dicit, Et accepit Sara vxor Abræ Agaram Aegyptiā ancillam suā: quasi monstrans nobis quòd vxorem suam consolaturus, & obedire ei volēs, hanc rem fecerit. Nā vt euidenter scias patriarchæ continentiā & eximiam temperantiā, dicit: Postquā decē annis cohabitasset viro suo in terra Chanaan. Nō absq; causa tēpus assignauit, sed vt scire possimus quot annis iustus fortiter infœcunditatem tulerit, & affectionibus superior, magnā declarauerit continentiā: neq; hoc solū, sed vt & aliud quiddā inde discam*: Propter hoc enim adiecit. Postquàm decem annis cohabitasset viro suo in terra Chanaan: vt significaret quòd nō omne tēpus cohabitationis nobis declararit, sed solū quòd in Chananæa consumptū. Quare, & ob quā causam hoc? Quia statim vt venit in Chananæam misericors dominus promissionem fecit, dicens: Semini tuo dabo terram hāc: & post hæc quoque semel atq; iterum promissiones ei fecit: vt scias dilecte, quòd quanuis tanto tēpore dominus distulit, & promissa nōimpleuit, patriarcha tamen nō fuerit animo turbatus, sed prætulerit suæ sententiæ diuina dicta. Propterea dicit, postquā decē annos cohabitasset viro suo in terra Chanaan. Vidisti masculum animum? Vidisti philosophiæ huius exercitationem, quo modo dominus vt eā magis declaret, cessat, ac differt? Nam quia plurimū ei curæ sunt famuli sui, non ita simpliciter in eos conferre beneficia, sed simul etiā claros facere, fidemq; ipsorum omnibus manifestare vult. Si enim statim vt promisit se daturum semini eius terrā hanc, aperuisset Saræ vuluā, & successores dedisset pueros, neq; tam magnum monstrasset miraculum, neque tam clara apud omnes fuisset virtus iusti. Virtus enim dei & tunc manifesta quidem fuisset. Nam emortuam naturæ officinam, & inutilem ad procreandos filios factam, suo præcepto iterum viuificasset: at non ita suarū laudum corona redimitus fuisset propheta, statim promissa accipiens, vt nunc cum tāto tempore sua probata est virtus, & quotidie facta est clarior. Et vt scias q deus non solū benefacere vult, & dona sua dare: sed solit* sit sua beneficia accepturos facere clariores: vide quo modo hoc & i Chanança illa faciat, & idcirco cessat & differt, vt non solū petitionē illius exaudiat, sed & vt illam ipsam in toto orbe nobilē faciat. Quandoquidē cum supplicaret ac diceret: Miserere mei domine, quia filia mea malè à dæmonio torquet: neq; respō so eam dignatur misericors & clementissimus dominus, alioqui preces nostras semper præueniens. Et discipuli quidem nescientes quid futurum esset, & quòd curam ageret mulieris, nolletq; thesaurum latere, ac ideo non responderet: quasi magis compatiētes accesserūt, inquit, & obsecrabant eum, dicētes: Dimitte eam, quia clamat post nos: quasi monstrarent se iam non ferre illius molestiam. Dimitte enim eam, inquiunt, non quia tam ærumnosa est, non quia preces eius rationabiles, sed quia clamat post nos. Quid igitur dominus? Volēs & paulatim illius thesaurum detegere, & docere quantum apostoli à sua misericordia abessent, responsum dat, quod & mulieris occæcare mentē, nisi tanto succensa desiderio alacritatèque viguisset, & apostolos ab interpellatione deterrere potuisset. Non sum missus, inquit, nisi ad oues domus Israēl, quæ perierunt. Et hoc quidem

Matth.

quidem dictũ illos absterruit ne pro muliere intercederent: sed illam segniorẽ non fecit, immo fecit vt magis vrgeret. Ita enim se habet anima dolens, & feruenti affectione accedẽs, nihil attẽdit quod dicitur, sed vnũ solum spectat, quo modo ea quæ sibi curę sunt assequatur: id quod & ista fecit. Auditis enim his, iterũ, inquit, adorauit eum, dicẽs: Miserere mei. Sciebat domini misericordiã, & proinde magna sedulitate vtebatur. Sed vide sapiẽtem illum & solertem, quo modo neque sic annuat, sed asperius & vehementius illam concutiens, responsum det. Sciebat enim fortitudinem mulieris, & volebat eam non occultè accipere beneficium, sed ita vt discipuli discerent ex facto dilationis causam, & alij omnes docerentur, quanta sit † longanimitatis potentia & mulieris virtus. Nam dicit: Non est bonũ sumere panem filiorum, & obiicere canibus. Hîc obsecro animaduerte, quæ fuerit mulieris constantia, quãta alacritate succensa, quanta in deum fide alata fuerit, cum interim viscera ipsa, vt ita dicam, præ dolore dissecarentur, & multum filiæ compateretur: non auersatur, nec retrò cedit ob verbi contumeliã: sed audito canis nomine, boni consulit, & fatetur se catellũ, vt à canum liberetur brutitate, & in filiorum allegatur ordinẽ. Audi nunc quid ad hæc mulier dixerit, vt discas quantũ differente deo lucrum concedatur. Non solum enim nõ abegit mulierẽ dictorum asperitas, sed in maiorẽ alacritatem excitauit, nempe postquam audiuit hæc verba, inquit: Etiam domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt à mensa dominorum suorum. Vidisti quare hucusque distulerit? vt per verba mulieris, fidem illius eximiam discamus. Vide enim quo modo statim eam laudauit, & prædicauit dominus, dicens: O mulier, magna est fides tua. Quam principio neque respõso dignabatur, cum admiratione & laudibus dimittit. Magna, inquit, est fides tua. Erat enim reuera supra naturam magna, quòd cum videret semel atque iterum & sæpius auersantem preces, non segnior fuerit facta, neq; retrocesserit: sed perseuerãtia sedula, puocauerit dominũ, ita vt voti cõpos fieret. Fiat enim tibi, inquit, sicut vis. Vidisti quo modo qui prius illam neque responso dignatus fuerat, nunc largitionibus certat? Non enim simpliciter annuit precibus illius, sed prædicauit & celebrauit illam. Nam dicendò, O mulier: mõstrauit quo modo fidem eius obstupescat: dicendo autem. Magna est fides tua: diuitias quoque mulieris ostendit. Deinde inquit: Fiat tibi sicut vis. Quantum vis, quantũ animo concipis, tantum præbeo. Tanta enim tua perseuerantia dignam te declarauit tua petitione. Vidistis mulieris constãtiam? vidistis diuinæ dilationis causam videlicet vt mulierem clariorem redderet: Redeamus autem, si placet, ad propositam historiam, & discamus quòd propter nihil aliud promissiones patriarchæ factas, tot annis implere distulit, quàm vt multa cum gloria eas illi concederet, omnibúsque monstraret iusti fidem: & idcirco dicit, *Postquam decem annos cohabitasset viro suo in terra Chanaan.* vt discas quantum præterierat temporis ex quo promissiones accepisset. Statim enim vt venit in Chanaan, audiuit, Semini tuo dabo terram hanc: & tanto interuallo temporis absque pueris manserat, minúsque apta generationi Sara fiebat. Et dedit, inquit, Agar Abræ viro suo in vxorẽ. Vide quantum etiam olim virtutis studium apud veteres exercebatur, quo modo & viri temperati erant, & magnam continentiæ habebant rationem, mulieres zelotypiæ carebant vicio. Dedita enim opera sæpius dicit scriptura: Et vt tulit Sara Agarem ancillã. Et iterum: Dedit eam in vxorem: vt discas quo modo absq; affectione negocium egerit, & quantum apud eos virtutis studiũ.

† *sedulitatis & perseuerantiæ.*

Et ingressus est, inquit, *ad Agar, & concepit.* Vide quo modo discit Sara quòd non iustus in causa fuerit quare caruerint filiis, sed sua potius sterilitas: statim enim congressum cum ancilla subsequuta est conceptio. Cæterum vide & ancillę ingratitudinem, & muliebris sexus infirmitatem: vt discas etiam hoc loco patriarchæ miram lenitatem. *Et vidit*, inquit, *quòd vterum gereret, & contempta est domina coram ea.* Ille enim fermè seruorum mos est, vt cum partum prosperitatis eis aspirauerit, nequeãt intra suos limites manere: sed statim sui ordinis obliuiscãtur, & in ingratitudinẽ propẽsi sint: id quod & huic ancillæ accidit. Nam vt vidit vteri sarcinã, neque dominæ admirabilem honestatem, neque suæ conditionis vtilitatem cogitauit: sed inflata & superbiens contempsit dominam, quæ illam tam commendatam habebat, vt & in viri thalamum admitteret. Quid igitur Sara? *Dixit*, inquit, *ad Abram: Iniuria à te afficior. Ecce dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ quia vidit quòd vterum gerit, contempta coram ea habita sum. Iudicet deus inter me & te.*

Hîc quæso animaduerte incredibilem longanimitatem & reuerentiam iusti, quam erga Saram declarauit, veniã ab ea petẽs tam immeritò obiecti criminis. Quæ enim manibus ancillam viro tradiderat, & dixerat, Ingredere ad ancillam meam: quæ à semetipsa & sua sponte ad congressum hortata fuit, ista nunc mutato animo, inquit, Iniuria à te afficior. Mulier, nunquid ipse ad ancillæ congressum festinauit? Nunquid intemperantia impellẽte, ad rem habendam cum ancilla accelerauit? A te persuasus & tuo mandato obtemperãs, hoc tandem fecit. Qua te iniuria maritus affecit? Ecce dedi ancillam meam in sinum tuum. Si igitur fateris quod ipsa dederis, nec ipse eã sua spõte acceperit, Quare iniustitiã improperas? Etiam, inquit: nam quantus ego dederim, sed videns eius temeritatem, debebas cohibere mentem tam petulantem. Nam vt vidit se vterum gerere, contempsit me. Iudicet deus inter me & te. Verè hæc mulieris verba sunt, & infirmi illius sexus, quasi enim hæc inquit ad eum: Ego quidem volebam tuum mœrorem solari, quem habes ex prolis inopia. Tam officiosam ea in re me gessi, vt & ancillam meam meis manibus traderem, & ad congressum inhortarer: tu autem videns hãc inde fieri temerariam propter veteri sarcinam & magno fastu inflari, debebas reprimere & vlcisci eius in me iniurias: Attamen quasi omniũ priorum oblitus, me despicis etiam tu, me quæ tibi tot annis cohabitaui, & ab Aegyptia ancilla mea contemnor. Iudicet deus inter me & te. Dolentis animæ verba. Et nisi tantis virtutibus præditus fuisset patriarcha, & in tanta reuerẽtia Saram habuisset, ægrè tulisset hæc verba, & ex dictorum asperitate dolorem concepisset: Verum eximius ille ad sexus fragilitatem spectans, omnem dedit ei potestatem. Iudicet deus inter me & te. Cogita quantam rem egerim, vt te consolarer, volens te vel in senectute patrem fieri, & ancillam meam in locum meum adduxi: tu autem videns illã tam ingratam, non vltus es, non rependisti mihi vices beneuolentiæ, quam in te declaraui. Iudicet deus inter me & te. Ille, inquit, qui abscõdita omnium cordium nouit, ipse erit iudex inter nos. Et quo modo ego quidem victis omnibus affectionibus, tuam consolationem meæ prætuli, & in lectum meum ancillam meã induxi. Ipse autem nihil horum quæ à me facta sunt, in mente accipiens, per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

piens,permittis illi vt contra meam insurgat lenitatẽ: nec audaciam reprimis,neq; ingratam castigas. Quid igitur adamas ille,fortis ille athleta,qui vndequaq; coronas sibi plectebat:monstrans etiam in hoc suam virtutem,vide quid dicat ei. *Dixit autem Abram ad Saram: Ecce ancilla tua in manibus tuis, vtere ea vt tibi libitũ fuerit.* Ingens iusto virtutis studium,mira æquanimitatis excellentia.Non solum enim non ægrè tulit ea quæ Sara dixerat,sed & opidò mansuetè respõdit & inquit: Suspicaris me authorem esse contumeliarum quibus affecta es,& putas me oblectari in his quæ ancilla aduersum te ausa fuit,quoniam semel cõmunicauit mihi in lecto: disce quod & primum, nisi hoc suscepissem vt tibi gratificarer, nunquam admisissem ancillã in lectum meum:veruntamen vt re ipsa certior fias,ecce in manibus tuis est,vtere ea vt tibi placuerit.Num quis potestatem tuam minuit.Num dominium tuum à te ablatum est? Nam licet cũ ea congressus fuerim,salua tamen adhuc est potestas tua,ipsa sub manibus tuis est, puni, castiga, increpa:vt vis & tibi placuerit,sic facito cum ea, tantũ ne succenseas,tantum ne mihi imputes quę illa temerè egit.Neq; enim meis affectionibus incitatus rem cum ea habui,vt illi ita afficiar quò contra æquitatem ei patrociner.Scio quem tibi debeam honorem, Nõ ignoro familiarium ingratitudinem.Nulla mihi eius rei cura vel ratio. Vnum tantum est cui studeo, vt tu mœrore careas & turbatione, ac in omni sis honore. Hoc est verum contubernium,hoc mariti officium, quãdo non magna diligentia ad mulieris spectat verba, sed imbecillitati sexus veniæ nonnihil concedit, hoc vnum satagens, vt è medio tollatur tristicia, & pax atq; concordia constringantur arctius.Audiãt viri & imitentur iusti lenitatem, & tantum honorem ac reueren tiam mulieribus tribuant,& tanquã imbecilli vasculo parcant,vt concordiæ vinculum crescat.Illę enim veræ sunt diuitiæ,illæ maximæ sunt facultates, si vir cum muliere non discordet,sed coniuncti sint vt corpus vnum.Erunt enim,inquit,duo in carnem vnam:tales & si in paupertate sint,etsi in vilitate,omnium sunt beatissimi,veram percipiunt voluptatem,& in continua cõsistunt tranquillitate.Sicut contrà, qui hac non fruuntur, sed zelotypia laborant, & bonum pacis amittunt, etiãsi magnis affluãt diuitiis, etiãsi sumptuosas habeãt mensas,etiamsi clari fuerint ac nobiles, miserrimi omnium sunt:turbelas & fluctus sibi quotidie excogitant & vicissim suspicantur,nullamq; voluptatẽ habere possunt,interno bello omnia confundente, multamq; eis amaritudinem inuehente.Verum hîc nihil tale, sed patriarcha indignationem matris familiâs sua placauit lenitate,& data ei contra ancillam potestate, domum pace repleuit. *Et afflixit eam,* inquit,*Sara, & aufugit à facie eius.* Postquam domina illius puniuit insolentiã, fugã iniit ancilla,Talis scilicet seruorũ mos est, quando nõ permittitur eis more suo agere, sed impediuntur eorũ conatus,statim dominorũ ruptis frænis, fugam capessunt.Cæterum vide & hoc,quo modo ancillæ superna prouidentia nõ deest,quò iustus in maiori sit honore. Nam quia iusti semẽ intra se gerebat,ideo & angeli aspectum videre meruit.Inuenit enim eam,inquit, angelus domini prope fontẽ aquæ in solitudine in via Sur. Considera misericordiã domini,quo modo nullũ despicit,sed etiãsi seruus sit vel ancilla, suã erga eũ declarat prouidentiã.Non ad dignitatũ respiciens eminentiam,sed ad animæ affectionem.Hîc autem non propter ancillæ meriũ angelus astitit, sed ob honorẽ iusti.

A Nam sicut dixi,digna erat quæ nõ negligeretur,ob dignitatem seminis iusti,quod in ea conceptum. *Et vt inuenit eam angelus,dixit ei: Agar ancilla Saræ,vnde venis, & quò vadis?* Vide quo modo & angeli dicta,eam in memoriam suæ conditionis inducunt. Nam vt attentiorem reddat, statim appellationem nominis eius in mediũ affert,& dicit, Agar.Solemus enĩ diligẽtius auscultare, quãdo nostris nominibus vocamur. Deinde dicit, ancilla Sarę:quo recordari eam facit dominæ suę,vt sciat quòd licet particeps fuerit herilis lecti, attamen dominam agnoscere debeat Saram.Et vide angelum interrogantem, vt eã ad respondẽdi necessitatem cogeret.Vnde,inquit,nunc in solitudinem hanc aduenisti, & quò contendis?Atque ob hoc in hac solitudine cõpâret angelus, vt ne putet aliquem ex vulgaribus viatoribus eum esse qui interrogat. Solitudo enim erat, B & nullus alius aderat: & idcirco vt sciat non esse vulgarem aliquem,qui sibi colloquitur, eapropter vt in eremo apparuit,rogauit ex ea. *Et* inquit,*illæ: A facie Saræ dominæ meæ ego fugio.* Vides quo modo non negat dominam,sed confitetur verè omnia? Non est,inquit,homo qui interrogat,vt possim decipere. Primum dixit nomen meum,& dominæ meæ meminit, congruũ est vt & ego vera dicã.A facie,inquit, Saræ dominæ meæ ego fugio.Vide quo modo citra odiũ meminit dominæ.Non dixit,malè me afflixit: non dixit, grauia mihi fecit,non possum ferre molestiã eius, & ideo fugã inij: nihil asperum loquuta est,sed solum seipsam vt fugitiuam accusauit.Vidisti eius gratitudinẽ? Vide quid iterum angelus ei dixit. *Dixit autẽ ei angelus domini,* inquit, *Reuertere ad dominam tuam,& humiliare sub manibus eius.* Ad hoc quidem,quod dicit:A facie dominę meę fugio:in- C quit,Reuertere,& ne sis ingrata erga dominam tuam, quæ de te tam bene merita est. Deinde quia ex fastu & superbia mentis dominam suam in iram excitauerat, inquit:Et humiliare sub manibus eius, subiecta esto ei: hoc enim tibi proderit.Agnosce seruitutem, ne ignores dominium,nihil sublime sapito,ne plus de te quàm oportet senti.Humiliare sub manu eius, magnã præ te fer obedientiam.Satis eius animam demulserãt angeli dicta,satis eius spiritum compresserant, satis frænauerant eius furorem,multam in cogitationibus serenitatem fecerant.Cęterum ne putaret temerè & absq; causa id curæ in eam impensum, sed discat quòd propter semen iusti tantam beneuolentiam assequuta sit: vide quo modo eam consolatur, & mentem eius erigit, & consolationem dat,quæ abundè sufficiat,cum ita subiungit: D *Et dixit ei angelus domini,Multiplicãs multiplicabo semen tuum, & præ multitudine non numerabitur.* Et tibi, inquit, prædico tantum fore semen tuum,quòd neq; numero subiaceat.Ne igitur mœsta sis,neq; succumbas,neq; turberis animo,sed præ te fer omnem obedientiam. *Ecce enim vterum geris, & paries filium,& vocabis nomen eius Ismael.* Ideo inquit,& partum tibi prędico,& nomen iam impono puero qui nascetur,vt re certius comperta viam remetiaris,& emẽdes quod deliquisti:quia audiuit dominus † humilitatem tuã. Hinc discamus, quantum sit in afflictionibus lucrũ,quanta calamitatis vtilitas.Postquam enim secesit,& dolor auctus est, multisq; circũdata est afflictionũ molestiis in solitudine, in vastitate & angustiis versans, post tantã prosperitatem, & postquam in parem cum domina sua dignitatem euecta fuisset : ideo acceleratũ nacta est subsidium.Hæc enim tibi erunt, inquit, quæ promisi, & paries filium, & semen tuum innumerabile erit, quia probauit dominus

† *afflictionẽ*

† *exaudiuit dominus afflictionem tuam.*

humilitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

humilitatem tuam. ¶Ne igitur grauatim feramus, si molestiis prementibus humiliemur. Nihil enim ita nostræ naturæ conducit, vt mentem subducere, & humiliare superbum spiritum, & inflationem mentis deprimere. Tunc enim nos magis audit dominus, quãdo cum dolore animæ, & corde contrito ipsum inuocamus, maiorem in precibus sedulitatem adhibentes: quia audiuit dominus* humilitatem tuam. Postea prædicit pueri qui nasciturus erat studium. *Hic erit*, inquit, *agrestis homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: contra faciem omnium fratrum suorum tabernacula figet.* Prædicit ei quòd virilis & fortis erit, quòd bellator, quòd agriculturæ vacabit. Vidisti propter patriarchæ honorem quanta sint & ancillę facta? Quicquid enim illi impensum est, ad honorem patriarchæ pertinet. Hæc vbi angelus cõsuluit & felicia annũciauit, recessit. Cæterùm vide iterum ancillę* gratitudinem. *Et vocauit*, inquit, *nomen domini, qui loquebatur sibi: Tu es deus qui vidisti me: quia dixit, Etenim coràm vidi eum qui apparuit mihi. Propter hoc vocauit puteum, puteum vbi coràm vidi, inter Cades & inter Barad.* Vides quo modo & hæc vult perpetuam memoriam infigere loco per vocabuli impositionem? Vocauit enim locum, puteum vbi coràm vidi. Vidisti & ancillam crescentibus afflictionibus aliquãto castigatioribus moribus fieri, & magnam gratitudinem declarare erga eam propter quam tanta ei collata beneficia? *Et peperit*, inquit, *Agar Abræ filium, & vocauit Abram nomen eius, quem peperit sibi Agar, Ismael.* Hic discimus quantum bonũ sit mansuetudo, quantum lucri habeat, & quanti fructus ex afflictionibus proueniant. Nam mansuetudine patriarcha placauit Saram indignabundam, & famulæ potestatẽ ei dedit, domumq; pace replenit: afflictionis autem fructus in ancilla videre licet. Quia postquàm ab hæra afflicta fugit, & multum ęrumnosa fuit, dolenteq; anima dominũ inuocauit, statim supernam visitationem assequuta est. Vt enim discat quòd per humiliationem & afflictionem tantam benecuolẽtiam inuenerit, dicit angelus ei: Vterum geris, & paries filium, & vocabis nomen eius Ismaël, quoniã audiuit dominus afflictionẽ tuam. Itaque dilecti cùm sciamus quòd si sobrij & prudẽtes fuerimus, tribulationes nos magis domino appropiare facient, & tunc poterimus eius gratiam nobis conciliare, quando dolente anima & feruidis lachrymis ipsum accedimus: ne doleamus in afflictionibus, sed lucrum quod ex afflictionibus prouenit cogitãtes, omnia quæ nobis eueniunt placido feramus animo, & discamus humani esse & mansueti erga omnes quidem, maximè autem mulierum nostrarum curam agamus, vt siue iustè siue iniustè nos arguãt, ne ita ad viuum & accuratè excutiamus causas: sed vnius rei nobis cura sit, vt tristiciæ causa è medio tollatur, crescatq; ac roboretur pax domestica: vt & illa ad virum suum habeat cõuersionem, & vir ab externis ac forensibus negociis & turbationibus ad eã quasi ad portum confugiat, & omnigenam inueniat consolationem. In adiutorium enim data est, vt contentus eius consolatione, † quæ occurrunt aggredi queat alacrius. ¶Nam si fuerit ornata virtutibus & mansueta, non solum viro suo communicationis præbebit consolationem, sed & in aliis omnibus multum fiet vtilis: omnia illi leuia & facilia reddit, & percipere non sinit illas externas malicias, neq; difficultates quæ quotidie domi nascuntur: sed quasi gubernator optimus omnẽ animi tempestatem in serenitatem sua sapientia conuertit, intelligentiaq; sua magnam confert consolationem. Enimuero qui sic cõiuncti fuerint, à nulla rerum difficultate malè habebunt. Quando enim concordia & pax & vinculum dilectionis cum muliere & viro fuerit, omnia simul affluũt bona, & nullis insidiis expositi sunt, magno & inexpugnabili quodam muro circundati, sua iuxta dei præceptum concordia. Hoc adamante firmiores, hoc ferro fortiores eos reddet, hoc omnibus diuitiis & abundãtia magis locupletabit, hoc supernam gloriam eis conferet, hoc & dei beneuolentiã eis vbertim conciliabit. Proinde oro, ne quid illi præferendum existimemus: sed omnia faciamus & agamus, ita vt tranquillitas & pax sit cohabitantibus. Tunc enim & filij qui nascuntur parentum virtutem sequentur, quos imitabũtur & serui, & vndequaque domus virtute florebit, eritq; multiplex rerum prosperitas. Quando enim diuina præferimus, facilè alia omnia prosperè nobis succedent, & † nihil difficile putabimus, ſsuppeditante nobis omnia largiter diuina gratia. Vt igitur etiam ipsi absque tristicia, & temporis istius vitam trãsigamus, & maiorem domini beneuolentiam nobis conciliemus, concordiam & pacem in domum nostram introducere conemur: amplexanteſq; virtutem, cura nobis sit vt honestè enutriãtur pueri, curæ nobis sint mores famulorum: vt pro omnibus, largis acceptis remunerationibus, mereamur & promissa bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, imperiũ & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Quando autem factus est Abram nonaginta nouem annorum apparuit ei deus.

Homilia XXXIX.

SAtis vidistis dilecti, quo modo nihil sit ociosè in diuina scriptura positũ? Scitis quantum vtilitatis heri percepimus, cum de Agar ancilla fugitiua differeremus? Didicimus enim magnã patriarchæ lenitatem, eximiam continentiam, reuerentiam, qua Saram complexus est, & quo modo concordiam bonis omnibus præferẽdam duxerit. Vidistis dei ineffabilem misericordiam, quo modo in honorem iusti non solum reduxit Agar, quæ in solitudine errabat, & ob timorem dominæ aufugerat, sed & ei Ismaëlem prolem dedit, inde iusto magnum solacium excogitans, tantæq; patientiæ mercedes ei tribuens. Et postquam natus est Ismaël, vult nos docere scriptura tempus & numerum annorum patriarchæ. Vnde assignauit, dicens: *Quando natus est Ismael, annorum octoginta sex erat Abram.* Videamus autem & hoc loco, id quod & ex sequentibus discemus, † eminentiam iusti & ineffabilem atque eximiam misericordiam domini. Sciemus autem vtraque euidenter, si iterum tempora vitæ iusti addiscere poterimus: & quo modo bonus deus quæ ad se attinent omni tempore dispensat, probans suum famulum, & piam eius mentem detegens. Ipse enim clarè præsciebat famuli sui gratitudinem, & animę eius pulchritudinem sciebat, margaritamq; hanc euidenter agnoscebat. Sed quia voluit omnibus tũc præsentibus eũ manifestare, vt & posterioribus seculis ipsa iusti virtus ad imitationem ac zelum, eos qui æmulari volunt, prouocaret: ideirco paulatim mẽtem iusti tam opulentam nobis detegit, vt discamus & nos diuinis promissionibns non diffidere, neque dilationem grauatim ferre: sed maiorem spem in inuisibilibus quàm visibilibus ponere, quæ dominus omnium promiserit: & sciamus, quòd non sit possibile vt vnquam excidant promissa dei: sed & si lõgo post tempore eueniant aliqua

* τὰπεινώσεως. humiliationẽ, afflictionẽ.

* ἐυγνωμοσύνην gratitudinẽ, beneuolentiã, probitatem.

† aduersus ingruentia resistere valeat.

† nullã sentiemus molestiam.

† patientiã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua diuinis promiſsis diuerſa, ne propterea mens turbetur, ſed cognoſcamus eius qui promiſit inuictã virtutem & ſapientiam: & quòd quandocũque voluerit, opere quæ probãtur complere poterit, omnia quòd ei cedent & obtemperabunt. Nam quia dominus eſt naturæ & opifex, potens etiam eſt dare ea quę ſupra naturam ſunt. Ne igitur ad propriam imbecillitatem reſpicientes, curioſius quæ à deo fiunt inquiramus, neque ad naturæ ordinem intendentes, mente claudicemus: ſed ſicut grati famuli immenſam domini noſtri potẽtiam non ignorantes, credamus eius promiſsionibus: & humanis viribus ſuperiores facti, promiſſa aſſequamur omnino: & cum eius fruimur beneuolentia, pro noſtro virili deum quoque veneremur. Maximus enim hic eſt noſter honos, quem offerre poſſimus, vt virtuti ipſius fidamus, etiam ſi præ oculis videamus diuerſa. Et quid admiraris apud deum honorem maximũ eſſe non dubitare, cum apud nos maximum honorem ſibi impenſum putent homines, quãdo aliquid vile & modicum promittunt, noſq; de promiſsis nõ fluctuamus, ſed promittentibus bene fidimus? Quòd ſi hoc in hominibus, qui tam crebrò fallere ſolent, vel ob infirmitatem præſtare nihil valent: quanto magis omnipotẽtis dei promiſsis credere debemus, etiamſi interim multum temporis interfluat? Quæ nunc nõ abſque cauſa dicta ſunt, ſed vt ſcire poſsimus, cùm venerimus ad principiũ eorum quæ hodie nobis ſunt propoſita, quo modo miſericors deus volens apud omnes nobilem reddere patriarcham, qui tot annis ſuam longanimitatẽ ſeruauit: & iuſtus non ægrefert, nec ſegnior fit, nec deſperat: ſed bona ſpe vegetatus, religioſum animũ in omnibus præ ſe fert. Sciemus autem liquidò omnem patriarchæ virtutem, ſi didicerimus quantũ tempus interfuerit. Omnia enim beatus Moſes ſpiritu ſancto afflatus docebit. Quid igitur ille dicit? Quando obediuit mandato dei, & migrans à Charris, in Chananæam contendit, annorum erat ſeptuagintaquinque. Et ſtatim vt venit in Chananæam, dominus promiſit ei & ſemini eius daturum ſe omnem terram: & tanto numero multiplicaturum, vt innumerabile fiat ſicut ſtellæ & arena. Et poſt promiſsionem hanc multa interim acciderunt iuſto, nempe deſcenſus in Aegyptum propter famem, rapina Saræ, & ſtatim diuina conſolatio. Iterum poſt reditum ab Aegypto, aliæ in Sarã moleſtiæ à rege Gerarorum, & ſtatim ſubſidiũ. Atque hæc omnia videns iuſtus, poſt promiſsionem quæ ei euenerat, nõ turbabatur animo, neque curioſius diſquirebat quare accepta promiſsione tali, in tantas taleſq; tẽtationes quotidie incidat, & tanto tẽpore maneat abſq; prole. Noluit enim, vtpote pius, humanis rationibus ea quæ à deo fiebant ſubmittere, & boni conſulebat, grateq; ſuſcipiebat quæcunque deo fuerant viſa. Et poſt decimum annum ſuſcepit Iſmaëlem ex ancilla, & in illo putat, quòd reliquum erat promiſsionis adimplendũ. Erat enim patriarcha quando natus eſt ei Iſmael, annorũ octogintaſex: & iterum tredecim annis exercetur à miſericorde deo in patiẽtia, donec eius promiſsio impleatur. Nam quemadmodum vidiſti aurũ in conflatoria fornacula purgari, ita temporis acceſsione iuſti virtus clarior fit & illuſtrior.

Quando enim, dicit? Factus eſt Abram annorum nonagintanouem, apparuit ei deus iterum. Et quare nam tanto tempore diſtulit? vt non ſolum iuſti patientiam & virtutem diſcamus, ſed & immenſam ſuam potentiã videamus. Cùm enim nihil ſpei & expectationis eſſet in natura, quæ ad procreandam prolem inutilis erat, & membra præ ſenectute languida & frigida eſſent, tunc tandem iuſti virtutem detexit, & ſuam potentiã indicauit, promiſsionem implendo. Sed operæ precium, vt iterũ audiamus ea ipſa, quæ cum illo deus loquutus eſt verba.

Cùm factus enim eſſet, inquit, *nonagintanouem annorum, apparuit ei deus & dixit ei.* Cùm autem audieris, apparuit, nihil humile ſuſpiceris, neque putes oculis carnalibus videri diuinã illam & incorruptibilẽ ſubſtantiam, ſed piè omnia intellige. Apparuit, inquit, ei deus: hoc eſt, viſitatione ſua illũ dignatus eſt, & dignum duxit eum cuius curam ageret, vſus magna ſermonis attemperatione. *Dixit enim*, inquit, *ad eum: Ego ſum deus tuus, eſto probatus coram me, & eſto irreprehenſibilis, & ponam teſtamentũ meum inter me & inter te, & multiplicabo te valde. Et procidit Abram ſuper faciem ſuam.* Magna iuſti gratitudo, excellens item clementiſsimi dei in illum miſericordia. Ego ſum, inquit, deus tuus: quaſi diceret, Ego ſum qui vſque in preſens res tuas variis modis diſpẽſo. Ego ſum, qui te è domo tua euocaui, & huc duxi, qui omni tẽpore ppugnator tuus ſum, & qui te inimicis præualere feci. Ego ſum: & nõ dixit ſimpliciter, ego ſum deus ſed, ego ſum deus tuus. Vide mirã bonitatem, quo modo hoc etiam additamẽto amorem ſuum erga iuſtum declarauit. Nam qui totius mundi eſt deus, & vniuerſi opifex, creator cœli & terræ, dicit: Ego ſum deus tuus. Ingens profecto honor, qui iuſto tribuitur. Sic & prophetis loqui mos eſt. Nam ſicut ipſe nũc, cum ſit dominus cõmunis omnium, à ſeruo vt peculiaris vocari voluit, & inueniemus cum poſt hæc dicentem, Ego ſum deus Abraham, *Exod. 3.* deus Iſaac, deus Iacob, ita & prophetæ dicere cõſueuerunt: Deus deus meus: non concludentes eius dominium, ſed amorem immenſum declarãtes. Non igitur *Pſalm.* mirum ſi homines hoc faciãt, cùm & ipſe idem faciat. Cæterùm ne miremur dilecti, ſed audiamus prophetã dicentem: Melior eſt vnus faciens volũtatem domini, *Eccleſiaſt.* quàm decies mille peccatores. Et iterũ audiamus Paulum dicentem: Obambulauerũt in melotis, in pellibus *Hebræ.* caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus nõ erat dignus hic mundus. Sic propheta quidem pronunciat vnum qui facit voluntatem domini impiis decẽ millibus meliorem. Beatus verò Paulus doctor orbis, memorans bonos omnes in afflictionibus hic agentes, inquit: quibus non erat dignus hic mũdus. Ita cùm dixiſ- *Ibidem.* ſet totum mundum, mundo oppoſuit eos qui hic vexantur & affligũtur, vt diſcas quãta ſit virtutis magnitudo. Atque ob hoc dominus deus inquit ad patriarcham: Ego ſum deus tuus, ſis probatus corã me, & eſto irreprehenſibilis. Neque enim contemnam tuæ virtutis ſudores, ſed ponam teſtamẽtum meum inter me & inter te, & multiplicabo te valde. Non tantum faciam te in multitudinẽ magnã creſcere, ſed valde: manifeſtans augmentationem plurimam. Quod ſuprà dicebat, cum diceret ſient arenã & ſtellas: id hic per aduerbium, valde ſignificauit. At gratus & religioſus famulus, videns tantam dei erga ſe miſericordiam & obſequium atque curam, obſtupefactus, animoq; verſans & naturam ſuam & bonitatem, immenſamq; miſericordiam dei. Cecidit, inquit, in faciem ſuam. Qua figura ſuam indicauit gratitudinem. Non ſolum enim tunc non fuit factus arrogãtior, neque ſuperbiebat propter fauorẽ dei, quem experiebatur, ſed & multo magis humiliabatur. Et cecidit, inquit, in faciem. Ita enim gratæ animæ, quãto maiori fruuntur fiducia, tanto maiorem deo reuerentiam exhibent. Cecidit, inquit, in faciem ſuam. Et quia poſt tantam fiduciã iuſtus ſeipſum & naturæ

turæ suæ imbecillitatem considerans, neque oculos attollere ausus fuit, sed in facie pronus multam declarauit reuerẽtiam: vide iterum boni dei ineffabilem liberalitatem. *Loquutus est enim*, inquit, *ei, deus dicens: Ecce ego & testamentum meum tecum, & eris pater multitudinis gentium, & non vocabitur vltrà nomen tuum Abram, sed erit nomen tuũ Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te, faciamq; te crescere valde valde: & ponã te in gentem, & reges ex te egredientur.* Cõsidera dilecte, quo modo prædicit iusto & nunc manifestè omnia, & vt maioribus eum argumentis certum reddat, etiam literam addit nomini eius, & inquit: Eris pater multitudinis gentium. Non vocabitur enim
Abram. nomen tuum Abram, sed Abraham: quia patrem multarum gentiũ constitui te. Nam sicut prius nomen eius transitum indicabat, iuxta Hebræorum linguam: & hoc sciunt qui linguę illius sunt periti: Itaq; parentes B eius nomen hoc indiderant, eo quòd à patria sua in Chananæam transiturus erat. Iam fortasse dixerit quispiam: cùm parentes eius infideles fuerint, vnde illis scientia hæc, vt quod multo tempore posteà futurum erat, nomine complecterentur? Sed est etiam hoc omnipotentis sapientiæ dei argumentum, quæ sępenumero per infideles eiusmodi res dispẽsat: & multa similia inuenimus etiã in aliis facta. Statim enim occurrit nobis & Noë vocabulum: neque enim absque causa & inuanum etiã huic nomen indiderunt parentes, sed prę signarunt subsequuturum diluuium. Enimuero & patrem huius non ideo nomen puero indidisse, quòd ipse iustus esset, audi scripturam dicentem: Noë solus inuentus est iustus, perfectus in generatione sua. Non autem obticuisset scriptura, neque dixisset, Noë solus iustus erat, si & Lamech pater eius virtutem iusti fuisset imitatus. Impositurus itaque puero nomen, inquit: Et C vocabitur nomen eius Noë, hic faciet nos quiescere ab operibus nostris, & à molestiis manuum nostrarum, & à terra quàm maledixit dominus deus. Vnde illi esset præscientia eorum, quæ post tot secula erant euentura?
Noe. dicit enim: Vocabitur Noë, hic enim nos quiescere faciet. Nomen autem Noë, lingua Hebræorum, quies dicitur. Itaque quia ingruente diluuio hic solus mũdum seruaturus, & posterioris seculi futurus autor erat: idcirco, inquit, hic faciet nos requiescere: requiem diluuium vocãs. Nam omnem terram fatigatam, & valde deteriorem factam inhabitantiũ malicia, superueniens diluuij aquarum inundantia, quæ finem maliciæ malorum istorum hominum faciebat, & terram repurgauit, quam fecerat immundam inhabitãtium malicia, & illos punièdo quiescere fecit. Mors enim, vt inquit ille, D requies viro. Vidisti quo modo & per incredulos multa sæpe præsignari facit: eodẽ modo & patriarchæ nomen parentes indiderant, statim ab initio declarantes quòd peregrinus erat futurus & transiturus flumen in terram alienam veniret. Inquit igitur: Quoniam nomen à parentibus tibi inditum illud præsignauit: accipe & vnius elementi additionem, vt scias quòd hoc tibi declarat te multarum gentium fore patrem. Et vide quàm accurate sit loquutus. Non dixit omnium gentium, sed multarum gentium: quia erant & aliæ gentes expellẽdæ, vt semen iusti hæreditatem acciperet: ideo dicit, Patrem multarum gentium constitui te. Sciens, inquit, tuæ virtutis magnitudinem, multarum gẽtium doctorem te faciam, & crescere te faciam ac multiplicari valde valde: & ponam te in gentes, & reges ex te egredientur. Dilecti, ne perfunctoriè transeamus quæ dicuntur. Nam si cogitauerimus patriarchæ ætatem, & quòd hæc in extrema senecta audiit, stupescemus iusti virtutem, & misericordis dei eximiam potẽtiam: quia ex homine propemodum mortuo, & membris inualido, qui & quotidie mortem præ oculis imaginabatur, in tantum auctum iri significauit semen, vt & in multas gentes fiat, & ex eo reges egrediantur. Vidisti quo modo crescant promissiones: Faciã te crescere, inquit, valdè valde. Duplicationem huius aduerbij nõ frustra adiecit, sed vt significet iusto mirã multitudinem dandam. †Proinde in nomine,] quasi in columna quadam indelebili promissionẽ ei inscripsit. Iterum dicit: *Statuam testamentum meum inter te, & inter semen tuum post te in generationes eorum, in testamentũ sempiternum, vt sim deus tuus.* Non solum erga te hanc meam declarabo prouidentiam & curam, sed & erga semen tuum, & post tuam mortem. Vide quo modo refocillat animam iusti, promittens ei quòd & seminis eius multã curam sit habiturus. Et quæ virtus testamenti: vt sim deus tuus, inquit, & seminis tui post te. Hoc enim erit tibi & semini tuo summa & caput bonorum. *Et dabo tibi & semini tuo post te terram in qua peregrinus es, omnem terram Chanaan in possessionem sempiternam, & ero eorum deus.* Propter tuam, inquit, virtutem & posteri tui erunt mihi cõmendatiores, & dabo eis in possessionem ęternam terram Chanaan, & ero eorũ deus. Quid est, Et ero eorum deus? hoc est, multam me eorum curam habere ostendam, & meum subsidium illis præstabo. Et dixit deus ad Abraham: Tantum tu testamẽtum meum obserua, tu & semen tuum post te in generationibus eorũ. Nihil aliud à vobis requiro, quàm obedientiam & gratitudinem, & ego omnia quæcunq; pollicitus sum, opere cõplebo. Insuper volebat eos qui ex ipso nascendi erant, facere suum peculiarem populum: & vt postea cùm multitudo propagaretur, non se gentibus illis, quarum hæreditatem occupatura erat, commisceret. Et aliter: Quia iuxta prædictionem suam in Aegypto seruituri erãt. Vt igitur ne gentibus se cõmisceren in Aegypto, circunciſionem, signi gratia, iusto præcipit, & inquit: *Hoc est* testamentum quod seruabis inter me & vos, & inter semen tuũ post te in generationibus illorum. Circuncidetur in vobis omne masculinum. Circuncidetis carnem præputij vestri.* Deinde vt doceat & illos & omnes nos, quare hoc iniunxit, & quòd non alterius cuiusquã gratia, quàm vt esset assignatus & sibi segregatus populus, inquit: Et erit in signum testamenti inter me & vos. Et postea etiam de tempore imperat, quo conueniat hoc fieri. *Puellus enim*, inquit, *octo dierum circuncidetur vobis, & vernaculus, & emptitius: & omnes in summa sic ita dicam, qui apud vos sunt, hoc signum suscipient. Et quisquis non circuncidetur in die constituto, perdetur: quia testamentũ meum dissipauit*, quia transgressus est (dicit) præceptum. Vide sapientiam domini, quo modo cùm sciret prauas eorum mentes futuras, signum circũcisionis quasi frẽnum quoddam imposuit, ad indomitos eorum impetus cohibendos, vt ne gentibus commiscerentur. Nam quia sciebat eorum lasciuiam, & quòd licèt infinities moniti vt se ab illicito contineant, non parẽrent. Ideo dato eis perpetuo memoriali, iniecit eis circunciſionis signum, quasi vinculum quoddam: deditq; eis terminos & regulas, vltra quas transire eis non liceat, vt in nullo cum gẽtibus se commiscerent: sed sua gente cõtenti essent, vt patriarchæ semen impermixtum maneret, vt sic & promissa in eis compleri possent. Et quemadmodum vir aliquis prudens & lenis, ancillam habens petulantem, terminos & regulas illi dat ne vnquam extra vestibula prodeat, neque cum prætereuntibus conueniat & nõnunquam

† *Quoniam igitur per elemẽti additionem.*

* *Διαθήκην hoc loco potius fœdus aut pactum significat, vt alibi sæpe, quàm testamentum & vltimã morientiũ voluntatem.*

quam pedibus cõpedes addit, vt sic illius intemperantiam coercere valeat: ita & misericors dominus circunciſionis ſignum carni eorum indidit, quaſi pedibus vinculum quoddam: vt domeſticum habẽtes ſignum, non vltra doctrina aliorum opus habeãt. Atqui ingrati, inſenſatiq; Iudæi etiam hoc tempore circũciſionem ſeruare volunt, puerilemq; declarant mentem. Cuius enim gratia, dic mihi, circuncidi volũt? Nam tunc quidem, vt ne impiis gentibus ſe commiſcerent, hoc in mandatis acceperunt: nunc autem per dei gratiã omnibus ad lucem veritatis adductis: quæ circunciſionis vtilitas? Nunquid ad animæ libertatem confert carnis depoſitio? Non audierunt manifeſtẽ deum dicentem: Et erit in ſignum teſtamẽti: quaſi demõſtrantem quòd ob multam inſipientiã tali ſigno indiguerint. Ita enim & in humanis rebus nonnunquam fieri ſolet. Quando non habemus aliquibus fidẽ, curamus vt ab ipſis ſignũ pignoris loco recipiamus. Similiter & omnium dominus, ſciens ipſorum animi inconſtantiam: hoc ab eis ſignum petere voluit: non vt ſemper maneat ſignũ hoc, ſed vt poſtquam ſignata finem acceperint, & ſigni vſus auferatur. Nam ſicut qui ſignum repetunt, & pignus accipere volunt, cùm negocium perfectum fuerit, tunc & ſignum tollunt: ita etiã hic cùm ſignaretur populus patriarchæ, ſignum hoc apud vos introduci oportebat, quoad gentes illæ, propter quas ſignum accepiſtis, eſſe ceſſarent: at nunc cùm illæ ad veritatis lucem accelerent, veſtrum eſt non iam propriẽ ingratitudinis indicium circũferre: ſed liberos eſſe, & ad priſtinam generoſitatem redire. Cõſidera enim quòd eximius ille patriarcha, priuſquã acciperet circunciſionis mandatum (nonaginta enim & nouem annorum erat, quãdo hoc ei præceptum eſt) & acceptus fuerit deo, & multis modis à domino prædicatus ſit. Et quia propediã promiſſiones erant implendæ, naſcenduſq; Iſaac, & augẽdum genus, & patriarchæ emigrandum ex hac vita: nũc demum accipit mandatum circunciſionis, & in tali ætate circunciditur, vt poſteris omnibus lex quædam & regula fierent ea, quæ patriarcha prior fecerat. Et vt euidenter diſcatis dilecti quòd hoc nihil ad animæ virtutem cõducat, ex his quæ fiunt videri poteſt. Cur enim, inquit, octo dierum infans circunciditur? Tempus autem definitum à miſericorde deo duabus de cauſis opinor. Vna, vt in ætate immatura facilius circũciſionis in carne moleſtiã ferre queat: alia, vt rebus ipſis diſceremus, quòd id animæ nihil cõducat, ſed hoc fiat ſigni gratia. Pueri enim immaturi, cùm ea quæ fiunt ignorant, neque ſenſum eorum habẽt: quam inde in anima ſua vtilitatem accipere poſſunt? Illa enim ſunt verè bona opera animæ, quæ ex electione fiunt. Animæ enim bonum opus eſt virtutem eligere, & maliciam fugere. Animæ bonum opus eſt, vt ne plura quàm oportet cõcupiſcat, & facultates tribuat indigentibus. Animæ bonum opus eſt, nõ addictum eſſe rebus præſentibus, ſed eas quidem deſpicere, futuras autẽ continuò in animo habere. In carne verò ſignum accipere, quale bonum opus fuerit? Verùm ingrati illi & inſenſati Iudæi: quanuis iam illuxerit veritas, adhuc in vmbra ſedẽt: & quãuis ſol iuſticiæ affulſerit, qui lucis ſuæ radios vndique emiſit, adhuc candelari luci ſunt addicti: & quanuis ſit tempus vt ſolido paſcantur cibo, ipſi adhuc lacte nutriuntur. Neque beatum Paulũ audire volunt clamantem & dicentem de patriarcha: Et ſignum accepit circũciſionis, ſignaculum iuſticiæ fidei in præpucio. Vide quo modo vtraque nos docuit, & quòd acceperit ſigni loco circunciſionem, & quòd cùm præpuciatus erat, iuſticiam ex fide declarauerit, quippe ne impudenter Iudæus dicat, Nõnne circunciſio ei iuſticiam cõciliauit? Idcirco beatus ille ad pedes Gamalielis eruditus, & in lege apprimè inſtitutus, inquit: Ne putetis impudentes Iudæi, quòd circunciſio †vobis aliquid ad iuſticiã conferat:] nam cum tempore præpucij fidem præ ſe ferret, audiit: Credidit autem Abraham deo, & reputatum eſt ei in iuſticiam. Cùm igitur eſſet iam iuſtus ob ſuam in deum fidem, in ſignum circunciſionẽ accepit. Et prius quidem nomini eius litera additur, deinde autem circunciſio imperatur: quo oſtẽdit deus, quòd ob multam virtutem iuſtũ iam peculiariter poſſederit, & propter illum etiam eos qui illi naſcituri erant. Et quemadmodum †ſi quis ſeruum poſsidet, nomen eius & figuram] ſæpe immutat, omniaq; facit vt ſciatur ſuus eſſe, & dominium ſuum innoteſcat: ita nimirum & omnium dominus, quaſi poſthac ſeparare eos volens ab aliis hominibus, adiecta quidem litera, declarauit quòd multorum populorum eſſet pater: circunciſione autem, quòd electus eius populus futurus eſſet, & ab aliis gẽtibus ſequeſtratum ſemen ex eo naſciturum. Quòd ſi & illi ob cæcitatem ſuam adhuc ſeruare volũt circunciſionem, non audientes iterum Paulum dicentem: Si circũcidimini, Chriſtus nihil vobis proderit. Nam propter hæc aſſiſtit dominus, vt omnia illa tolleret, atq; propter hoc legem impleuit, vt legis obſeruatio finem haberet. Et idcirco dicebat beatus Paulus: Quicũq; in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Verùm nos credamus beato huic, & non manufactam circunciſionem ſuſcipiamus. Dicit enim, In quo circunciſi eſtis circunciſione non manufacta, in deſpoliatione peccatorum carnis, in circunciſione Chriſti. Deinde docens nos diligentius quid ſit circunciſio, ſubdit: Conſepulti ei in baptiſmo. Sicut enim illos circũciſionis ſignum ab aliis gentibus ſegregauit: & demonſtrabat quòd peculiariter ad deum pertinerent: Simili modo etiam apud nos, circunciſio per baptiſmum, euidentiorem facit ſeparationem & diſcretionem fideliũ & infideliũ. Dicit enim: In quo circunciſi eſtis circunciſione non manu facta, in deſpoliationem peccatorum carnis. Nam id quod illic operatur circunciſio in depoſitionem carnis, hoc hic agit baptiſmus in depoſitionem peccatorum. Igitur qui ſemel carnis peccata exuimus, & puram induti ſumus veſtem, maneamus dilecti in puritate, magiſtri ſimus affectionum carnis, virtutem amplexemur. Et qui ſub gratia ſumus, cum qui in lege, immo ante legẽ fuit, æmulemur: vt cùm veſtigia eius ſequendo, vitam noſtram rexerimus, mereamur in illius ſinus occurrere, & ſempiternis frui bonis, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſpiritu ſancto ſit gloria, honor, imperium nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Roma. 4. b

Et dixit deus Abrahæ: Sara vxor tua non vocabitur Sara ſed Særa erit nomen eius.

Homilia XL.

AGe reliquias heſternæ menſæ vobis proponamus, & finẽ hodie imponamus ſermoni, immo benedictioni & promiſſioni: †quem vniuerſorum dominus cum patriarcha habuit. Verùm audiens reliquias menſæ, ne quid ſenſibile ſuſpiceris. Neque enim quales ſunt eduliorum ſenſibilium, tales ſunt ſpiritualiũ reliquiæ. Illæ enim †licèt variæ ſint, non tamen] parem voluptatem cõmeatoribus præſtant: nam ſi in diem poſterum fuerint reſeruatæ, inutiles

† *quem ſi ut.*

† *ſingula.* *haud.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

inutiles fiunt omnes. Istæ verò non solum, si in vnum & alterum diem, sed & quātouis tempore relictæ fuerint, parem exhibent vtilitatem, eandēque seruant voluptatem: diuinæ enim sunt & spirituales, neque vllum eis à tempore nocumentū imminet: sed quotidie nouum vigorem afferunt, & eos qui illis frui volunt, multa implent lętitia. Proinde quia talis harum reliquiarum vis est, age alacriter & vos magnam inde voluptatem auferte, & nos fidentes earum efficaciæ, proponamus eas vestræ charitati. Verùm vt vobis sermo ille manifestior fieri videatur, operæprecium fuerit meminisse finis heri dictorum, vt sic facto contextu doctrinam attingamus. Heri præceptum circuncisionis adduximus in medium, & quòd dixit deus patriarchæ: Circūcidatur omne masculinū vestrum, & erit in signum testamenti inter me & vos. Et puer octo dierum circuncidatur. Et qui non circunciſus fuerit, peribit anima illa: quia testamētum meum dissipauit. Ibi sermonem finiumus in circuncisionis argumento: & ne multitudine dictorum vestram adobrueremus mentem, noluimus vltrà progredi. Neq; enim hoc solum curamus vt multa dicamus antequam abeatis, sed nostri sermonis doctrinam vestris viribus cupimus esse adæquatā, vt fructu quopiā inde percepto ex his quæ dicuntur, domum redeatis omnes. Age igitur ad ea quæ dicta sunt, adiūgamus & reliqua: & videamus post circuncisionis præceptum, quid misericors deus patriarchæ loquatur, & proponat. *Et dixit*, inquit, *deus Abrahæ: Sara vxor tua non vltrà vocabitur nomine suo Sara, sed Sarra erit nomen eius.*

Quemadmodum, inquit, †nomine tibi impositō ſignificaui quòd pater sis futurus multarum gentium: ita & vxori tuæ similiter appono literam, vt discas quod nunc tempus adest vt olim à me promissa impleantur. *Erit enim*, inquit, *nomen eius Sarra. Benedicam autem eam, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in gentes, & reges gentium ex eo exibunt.* Et ideireo prius literam adieci, vt scias quòd omnino fient quæ à me dicta sunt. Ne igitur ad infirmitatē naturæ spectaueris, sed potius ad virtutis meæ magnitudinem respiciens, fidem habe iis quæ à me dicta sunt. Benedicam enim eam, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in gentes, & reges exibunt ex eo. Excedūt humanam naturam promissa. Et simile fuit, quasi aliquis polliceretur ex lapidibus homines se facturum. Nihil enim à lapidibus differebant, quantum ad generationem attinet. Et patriarcha præ senectute propè impotens erat, & ad filiorum procreationem omnino inutilis. Et Sara ad hoc quòd natura sterilis erat, laborabat & ætatis & senectutis vicio. Cæterùm iustus hæc audiens, & putans olim dei promissionem impletam in Ismaële, quando dixit, Tibi & semini tuo dabo terram hanc: nō existimabat autem, quòd hoc tribueretur ei qui è Sara nasciturus erat: sed cogitabat secum quòd promissiones impletæ essent. Nunc autem audiens dominū deum dicentem: Benedicam Saram, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in gētes, & iterum: Ex illo reges gentium egredientur. Cùm nesciret quid diceret: neque enim dei verbis discredere potuit tam religiosus, ad suam respiciens ætatem, & Saræ sterilitatem, quæ ad illam vsque ætatem perduraverat, cōsilij inops & obstupescens promissionem dei: Cecidit, inquit, in faciem suam, & risit. Videns excellentem promissionē, & magnitudinem eius qui promiserat cogitās, cecidit in faciem suam & risit, hoc est, voluptate perfusus est. Et in animo cogitabat, quo modo iuxta humanum morem hoc fiat aliquando, & num centenario nascatur filius, & num sterilis & nonagenaria repentè possit idonea fieri ad partum: & cùm hæc animo cogitasset, non audebat tale quiddā lingua effari: sed monstrata sua gratitudine, oranit pro Ismaële, quasi diceret: Domine satis me cōsolatus es, & dolorem quem ex prolis inopia gerebam, dato Ismaële, in lætitiam vertisti. Nato enim illo, neque in mentē postea accepi vel cogitaui aliquādo quòd è Sara sit mihi futurus filius: sed neq; ipsa hoc expectauit, eo quòd Agar mihi tradidit, omnem sibi spem denegans. Satis consolationum accepimus nato filio Ismaële. Hic igitur qui à te datus est, viuat coram te, & abundè satis recreati erimus, & senectutem nostram illius vita solabitur. Quid igitur ad hæc misericors dominus? Quia satis piam iusti mentē tanto tempore probauerat, & Saræ fidem: quia viderat vtrunque nihil sibi de suis promittentem viribus, Abraham quidem propter senectutem, Saram autē propter sterilitatem & annos, dicit: Nunc quia omnino vobis hoc esse videtur impossibile, idcirco & ego tandiu distuli, vt ostendam quòd longè vltra naturam sit donum quod concedo, quò & vos alijq; omnes his factis discant quòd naturæ sim dominus, & ad quodcūque libuerit ea vtar, & ipsa obedit & cedit meis præceptis. Qui enim eā ex nihilo produxi, multo magis quum iam sit & claudicet, erigere possum. Vt igitur melius cōsidere possis, audi & expergiscere, & repulsis cogitationibus mentis tuæ, accipito ex his quę tibi afferuntur certum argumentū. Ecce enim Sara vxor tua, quam putas, tum propter sterilitatem, tum propter ætatem pārere non posse, ipsa pariet tibi filiū: & vt nihil hæsites, ecce tibi & nomen eius qui nascetur præmōstrabo. Eum enim qui nascetur vocabis Isaac. Et ponam testamentum meū ad eum in testamentum sempiternum, & semini eius post eum. Hic enim est quē primùm & ab initio tibi promisi, & in hoc promissiones meæ implebuntur. Proinde & omnia tibi prædico, non solum quòd nascetur, sed & quo modo eum vocabis, & quòd ei constituam testamentum meum. Et ad hęc quòd & semini eius post eum. Insuper dominus omnino accumulare volens beneficia, & excedere amplius quàm petierat: quoniam mētem iusti erexerat, & per ea quæ promisit ferè iuuenem ex sene fecerat, & eum qui mortuus erat, vt ita dicam, verbis fœcundarat, beneficiis eum largissimis prosequens, inquit: Et hæc quidem, quæ scilicet promisi, opere cōplebo: & etiam quod de Ismaële rogasti, concedā tibi. Audiui enim orationē tuam. Et ecce benedixi eum, & augebo eum, & multiplicabo eum valde valde. Duodecim gentes generabit, & dabo eum in gentē magnam. Quandoquidē enim, inquit, semen tuum est, sic augebo eum, & multiplicabo valde, vt duodecim gentes ex eo procedant. Cæterùm testamentum meum statuam cum Isaac quem tibi Sara pariet tempore hoc, anno sequente. Vide obsecro hic dilecte, quo modo iustus in vno temporis momento mercedes omnis tēporis accepit, & impletū est illud, quod Christus discipulis suis dixit: Quisquis reliquerit vel patrem, vel matrem, vel domum, vel fratres, propter nomen meum, & hic centuplum accipiet, & illic vitam æternā in hæreditatem accipiet. Considera enim quoniam iustus ille promptè præcepto domini obediuit, & relicta domo paterna, prætulit alienā natali: quo modo paulatim multā præ se ferens patientiam, in fastigiū virtutis progressus, ita illustris & spectabilis factus est, vt ex eo nati multitudine astris cœli adæquentur. Fortasse ū quis bene velit intueri,

†*telemēto tibi addito.*

Matt. 19. A & Mar. 10. d.

†*coram te.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

intueri, non ſolum cẽtuplum accepit hîc iuſtus ille, ſed deeies millies millecupla. Quòd ſi hic tanta conſequutus eſt, quis ſermo narrare poſſet, quibus poſt hæc fruiturus ſit ille: immo etiam hoc, quantum nobis poſsibile, ſermo oſtendere poterit. Quando enim audis quòd omnes iuſti ab illo tempore vſque nunc, & vſque ad conſummationem temporum, opus orationis faciunt, vt in ſinus patriarchæ occurrant: quem alium hoc maiorem honorem exhibere quis poterit? Vidiſti quanta res ſit patientia, quanta virtus, quantum ſit eſſe religioſum, & magnam præ ſe ferre gratitudinem in beneficiis dei? Quia enim quando oportebat ſua attulit, magna gratitudine omnia ferens, tam iucunda, quàm iniucunda, propterea miſericors deus caput bonorum, & id quod iuſtus maximè concupiſcebat, largitus eſt. Cõſidera enim, quo modo vigintiquatuor annis probauit iuſti virtutem. Quando enim exiuit à Charris, & obediuit præcepto domini, ſeptuagintaquinque annorum erat: nunc autem poſtquam hæc audiuit, nonaginta & nouem annos exceſſerat. Hæc audientes dilecti, diſcamus promptam exhibere obedientiam, & nunquàm in laboribus virtutum vel dormitare, vel torpeſcere: ſed ſciamus, quòd dominus noſter benignus eſt & munificus, & pro paruis laboribus magna reddit præmia: non ſolum in futurum immortalia bona reponens, ſed & in præſenti vita, noſtræ naturæ infirmitatẽ multis largitionibus conſolans. Quandoquidem ſemper aduerſis temperantur proſpera. Vniuerſorum enim deus noſtri curam agens, non ſemper in aduerſis nos manere relinquit, vt non opprimatur noſtra infirmitas, ſed celeriter & ipſe opitulatur, firmans noſtram alacritatem, & mẽtem excitans. Neque ſemper in proſperitate nos eſſe relinquit, vt ne fiamus negligentiores, & in vitiorum partes trãsfugiamus. Humana enim natura quando multum proſperè ei ſuccedit, ſuæ obliuiſcitur nobilitatis, neque intra ſuos limites ſubſiſtit: Ideireo quaſi clementiſsimus pater aliquando nobis indulget, aliquando caſtigat, vt variis viis noſtræ animæ ſalutem curet. Quoniam & medicus, quando infirmum curat, neque ſemper in fame detinet, neq; ſemper larga menſa frui ſinit, vt nõ voracitas febrim parĩs augeat morbum, fames verò infirmiorem eum efficiat: ſed conſectans apud ſe quantæ ſint ægrotantis vires, & diligenter vtens arte, omnia ſua in medium affert. Similiter & miſericors deus, ſciens quid cuiuis expediat, aliquando concedit nobis proſperitate frui, aliquando autem exercitationis gratia tentationibus nos circundat. Nam ſi virtute præditi ſunt qui tentationes experiuntur, clariores euadunt abundantiorem ſibi ſupernam gratiam conciliantes: ſi autem, vt nos, peccatores fuerint, & magna gratitudine tentationes ferunt, grauem deponunt peccatorum ſarcinam, multaq; venia & ipſi potiuntur. Ideo dbſecro, cùm ſciamus potentiam & ſapientiam medici animarum noſtrarum, nunquam curioſè eius diſpenſationes inquiramus. Enimuero cùm eas neque mens noſtra comprehendere valeat, magis obſtupeſcamus & glorificemus deum pro omnibus: quòd talem habemus dominum, † qui mentis noſtræ captum excedit. Et ſi ſciremus, quo modo res diſpenſaret: attamen neque ſic ſciremus quid nobis vtile foret, vt ipſe ſcit. Neque ſic noſtra nos curamus, vt ipſe ſalutem noſtram: & omnia facit & tractat, vt ad virtutem nos inducat, & à diaboli manibus eripiat. Et cùm videt nihil prodeſſe nobis proſperitatem, tunc ſicut bonus medicus qui animaduertit habitiores fieri eos quorum curam gerit, propter crapulam, ad ſanitatem per ſobrietatem reducit. Ita & eximius animarum noſtrarum medicus dimittit pauliſper nos tentari, vt ſentiamus quantum damni ex proſperitate acceperimus: & quando ſcit profuturà remedia, tunc celeri nobis ſubſidio concedit vt à tentationibus liberemur, & ſuæ prouidentię curam vbertim declarat. Itaque etſi aliqui præditi virtute in tentationes incidant, ne turbentur, ſed hinc meliorem ſpem concipiant: quia afflictiones & tentamenta præmiorum eis ſunt materia. Quòd ſi in peccatis fuerint, & aduerſa eis eueniant, ne propterea grauatim ferant, ſcientes quia ſemper peccatores purificantur aduerſis, modo grato animo ſuſcipiamus ea quæ eueniunt. Grati enim famuli eſt, non ſolum gratum eſſe domino, quando vbertim pro ſententia omnia ſuccedunt: ſed & vt in aduerſis eandem gratitudinem declaret. Sic enim patriarcha ille gratus fuit deo, & tantam apud deum obtinuit fiduciam, & dona accepit quæ ſupra humanam ſunt naturam. Sed operæprecium eſt vt ad inſtitutum ſermonem redeamus, & videamus iuſti obedientiam: & quo modo fecit quod à deo imperatum eſt, non quærens cauſam, ſicut multi inſipientes faciunt, & de his quæ à deo fiunt curioſè quærunt, & dicunt: Quare hoc, & quare illud? & quæ hinc, vel quæ illinc vtilitas enaſcitur? At non ad eum modum fecit iuſtus: ſed ſicut famulus diligens dominum, quæcunque præceperit implere ſtuduit, nihil vlterius percontans: & vt diſcas, audi quæ ſequuntur. Poſtquàm enim dominus promiſionem ei fecit, & compleuit ſermonem ſuum, ſtatim iuſtus quæ imperata fuerunt perfecit, & ſignum hoc quod à deo erat datum, indidit Iſmaëli, circunciſionem dico, & omnibus vernaculis & emptitiis, ſicut loquutus eſt ei deus. Circunciſus eſt autem & ipſe. Nonaginta enim & nouem annorum erat, inquit, quando circuncidit carnem præputij ſui: Iſmaël autem erat annorum tredecim. Ne putes abſque cauſa ſcripturã proponere nobis numerum annorum. Nam vt ex hoc diſcas iuſti magnam obedientiam quòd cùm iam in decrepita eſſet ætate, leniter tulerit dolorem propter præceptum dei, & propterea facit illam enumerationem, & non ipſe ſolum, ſed & Iſmaël, & omnes vernaculi circuncidantur. Neque hoc paruum & leue fuerit. Non enim idem eſt carnem ſanam, & malè habentem ſecare. Nam licet medici quoque membra infirma aliquando incidunt, at non eſt ſimilis dolor. Emortuum enim membrum, vt ita dicam, iam & vitali operatione deſtitutum tunc incidunt. Hic autem ſenex & decrepitus (centum enim annorum erat) cruciatum leniter tulit, ſimul & præceptum dei implere volens, & filium & vernaculos omnes promptiores reddens, vt ne cunctarentur, ſed magna alacritate dei præceptum implerent. Vidiſti quanta res ſit vir preſtans virtute, quo modo miniſtros omnes docet vt ſua veſtigia ſequantur? Nam id quod heri dicebam, hoc item & nunc dico, quòd propter hoc ferè ex illo die præceptum fuit à deo, vt immatura ætate hoc ferrent pueri, quò abſque ſenſu inciſionem carnis ferrent. Verùm conſidera dei miſericordiam, & ineffabilem eius erga nos beneficentiam. Illa enim circunciſio dolorem habet & laborem. Et nulla alia ex circunciſione fuit vtilitas, quàm hæc ſola, quòd ex hoc ſigno eſſent cognobiles, & ab aliis gentibus ſequeſtrarentur. Noſtra autem circunciſio, vel baptiſmatis inquam gratia, medicinam habet citra dolorem, & innumera bona nobis affert, & ſpiritus ſancti gratia nos impler,

† *cuius diſpẽſationem neque mens noſtra, neq; humana natura ratio capere poteſt. Neq; enim tã bene*

Universidad de Deusto
Biblioteca

implet, & nullum definitum habet tempus ſicut illic: ſed licet & in prima & in media & in vltima ætate hanc non manufactam circunciſionem recipere, in qua non ſuſtinetur labor, ſed peccatorum deponuntur onera, & remiſsio inuenitur omnium peccatorum, quæ per totam vitam geſta ſunt. Quippe cùm deus vidit grauem noſtram infirmitatem, & quòd ægrotaremus incurabiliter, ſummaq; indigeremus medicina, ac indicibili miſericordia diſpenſans noſtram ſalutem, largitus eſt nobis per lauacrum regenerationis innouationem: vt depoſito homine vetere, hoc eſt operibus malis, & induti nouum, in viam virtutis eamus. Verùm iterum oro, ne deteriores ſimus ingratis & inſenſatis, deteriores ludæis dico. Illi enim ſuſcipientes circunciſionis ſignaculum, bene ſe muniunt, & cauent ne vltrà cum gentibus ſe miſceant, quantum ad communionis rationem pertinet: quantum autem ad impietatem, ſæpe illos ingrati etiam excedunt. Atqui nos cùm ſemel ſuſcepimus baptiſmi circunciſionem, ita ſecurè noſtra corrigamus. Non dixerim quòd non liceat nobis verſari inter gentes: ſed licèt cum illis verſemur, noſtram tamen cuſtodiamus virtutem: ſic eos ad noſtram trahentes religionem, vt per bonorum operum adminiſtrationem, doctrinæ eis autores ſimus. Ea enim de cauſa communis omnium dominus permiſit ſimul verſari bonos & malos, pios & impios, vt boni lucrifaciant malos, & qui in malicia adhuc ſunt detenti, manuducantur ad pietatem. Nihil enim adeo gratum eſt deo, vt ſalus animarum. Proinde obſecro, ne ſimus negligentes, neque nobis neque aliis. Quantum ad nos attinet, ita inſtituamus vitam vt viſum eſt, & probatur deo: quantum autem ad proximum, ſic luceamus virtutibus, vt etiam ſilentibus nobis, omnes quotquot nos vident, ſatis doceantur. Nam ſicut ſi virtute præditi ſumus, maxima & ipſi lucramur, & infidelibus vſui ſumus: ita ſi negligentes fuerimus, & ipſi magnam feremus pœnam: & aliis argumentum ſcandali ſumus. Et ſicut virtutem amplexati, duplicem mercedem à deo accipiunt, tum quòd ipſi virtutem exercuerint, tum quòd alios ad virtutis communionem traxerint: ita & in peccatis, non ſolum punimur quòd ipſi peccauimus, ſed & quòd aliis ſcandalo fuimus. Verùm abſit vt aliquis eorum qui hic ſunt talis fiat, ſed omnes nos ad ædificandum eos qui nos vident, vitam inſtituamus, vt poſſimus magna fiducia ſtare apud tribunal Chriſti, & ineffabilia illa bona conſequi. Quæ nobis omnibus concedantur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri & ſancto ſpiritui ſit gloria, honor & imperium, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

A B C D

Apparuit autem ei deus apud quercum mambre ſedente ipſo ad ianuam tabernaculi ſui meridie.

Homilia XLI.

VNctabundus hodie nec admodũ alacris ad docendum enarrãdumq; accedo. Nam cùm mente repeto, quòd nobis quotidie inſonantibus, admonentibus, & ſpirituale hoc vobis conuiuium apponentibus, multi ex his ipſis qui aſſunt, & ſpiritualis huius doctrinæ, & horrendæ atque terribilis menſæ participes, totos dies in ſpectandis ludis equeſtribus perdunt, & perinde atque nõ doceremus, tam nihil proficiunt, ſed quaſi conſuetudini cuipiam ſeruientes, ſi tantum annuat eis diabolus, ſua ſponte accelerant ad impia illa ſpectacula, & ſeipſos voluntarij maligni dæmonis illaqueant retibus. Et neque noſtra admonitio, neque periculum ipſum, neque inutilis ipſa conuerſatio, docere eos poſſunt. Qua ergo poſt hac promptitudine docebo viros, quibus non eſt animus vt ex iis quæ dicuntur proficiant? Et ne mireris. Siquidem & agricola, cùm poſt multos labores & ærumnas ſterilem videt agrum, neque digna laboribus mercede reſpondentem, non pari alacritate illum ſeminat & colit. Et medicus quoque videns infirmum ſuis mandatis non obtemperare, ſed vacãtem quotidie his quæ morbum incrudeſcere faciunt, ſæpenumero in ſua illum ægritudine relinquit, vt experiẽtia ipſa vtatur magiſtra. Similiter & qui diſciplinas pueros docent, videntes illos priora reſpuere, & abiicere eorum quæ antea docta ſunt memoriam, ſæpe auerſantur: ſic negligentiam eorum correcturi, & ad maius ſtudium reducturi. Verũtamen agricola quidem meritò tardior fit, quia videt damnum ſuum maius fieri, vtpote qui laborem & ſumptus ferat, & fructibus deſtituatur. Medicus autem non immeritò ægrum ſæpe relinquit: corpus enim eſt quod curatur, & propter hoc dimittit, vt doloris acceſsio morbum ſentiri faciat, & ſic tandem medicinã non reſpuat. Magiſter autem ludi, eo quod tenera ſunt ætate vtiliter nonnunquã plagis pueros caſtigat. Verũ nos hodie præcellentes illos omnes, hoc agemus vt paternum erga [lapſos] amorẽ declaremus: & doceamus, ſi in illa negligentia manſerint, eos inde maiorem condemnationis cauſam habituros. Nam agricola quidem non pari alacritate ſeminat, cogitans ſumptus hactenus fuiſſe inutiles: nos autem ab hac cura liberi ſumus. Nam licèt iacto ſpirituali ſemine, ob auditorum ignauiam fructum non capiamus, perfecta nobis tamen futura merces: pecuniam enim concreditam expendimus, & mandatum domini impleuimus: cæterùm poſthac auditores rationem reddent ei qui cum vſura repetiturus eſt concredita. Verùm hoc nos non cõſideramus, quòd extra damnum ſumus, & quod noſtrum eſt implemus: ſed volumus vt & vos ex dinumeratis pecuniis multum negociemini, vt ne obnoxij fiatis ſupplicio quod luit ille qui talentum recondidit, & dominicam pecuniam non ſolum non multiplicauit, ſed & ipſam in terra defodit. Tales enim ſunt, qui ſermones audiunt (talentum enim hoc vocat & pecuniam,) neque operam dant vt fructum afferãt. Sed fortè dixerit quiſpiam, parabolam iſtam talentorum de doctoribus eſſe dictam: & ego hoc dicam. Verùm ſi diligenter eam intueamini, ſcietis quòd doctores quidem debent dinumerare pecuniam: ſed vos non ſolum eam ſeruare, ſed & ſimiliter negociari debetis. Atque vt diſcas, operæprecium fuerit eam in medium afferri. Paterfamilãs quidam, inquit, peregrè proficiſcẽs *Matth.25.b* vocauit ſeruos ſuos, & dedit vni quidem talenta quinque, alij autem duo, alij verò vnum. Poſt multum autem tempus, cùm aduenisſet ipſe, venerunt ſerui: & ille quidem qui acceperat quinque talenta, acceſsit dicens: Domine, quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque talenta ſuperlucratus ſum. Magna ſerui gratitudo, larga etiam domini miſericordia. Et quid dicit? Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: ingredere in gaudium domini tui. Quoniam, inquit, in iis quæ tibi credita ſunt, multam præ te tuliſti gratitudinem, dignus es cui & maiora tradantur. Acceſsit autem & qui duo talenta acceperat, dicens: Nónne duo talenta mihi tradidiſti? ecce alia duo lucratus ſum in eis. Habuit & ille in pecuniis domini

Universidad de Deusto
Biblioteca

domini sui debitam curam, & beneuolentiam, vnde & eadem quæ superior meritus est. Et quare ille qui duo attulit talenta, eundem consequitur honorem, quem ille qui talenta quinque attulerat? meritò: augmentationem enim & imminutionem, non vel huius diligentia, vel illius negligentia fecit, sed concreditorum quantitas. Nam quòd ad diligentiam attinet, ambo pares fuerunt, proinde & eandem dignitatem nacti sunt. Verùm alius ille nihil tale fecerat: sed quid? Accessit, dicens: Cognoui te, quòd austerus homo sis, metens vbi non seminasti, & congregans vbi non sparsisti: & reueritus abij & occultaui talentum in terra. Ecce habes quod tuum est. O maliciam famuli, ô immensam ingratitudinem. Nam non solum contempsit, & nihil negociatus est talento sibi concredito, sed & pro talento accusationem attulit. Ita enim solet malicia, obtenebrat rationem, & cum qui semel à via est auersus, in præceps ferri facit. Hæc autem omnia de magistris dicta sunt, vt talenta sibi concredita non abscondant, sed omni diligentia discere cupientibus apponant. Verùm vltrà audi dilecte ex indignatione erga illum, quo modo & discipuli rei sunt: & non solum illa repetuntur quæ concredita, sed & cum lucro operatio quæritur. Quid igitur dicit illi dominus? Serue maligne. Terribilis indignatio, & minæ valentes per se percellere animum. Sciebas, inquit, quòd metam vbi non semino, & congregem vbi non dispersi: oportebat igitur te pecuniam tuam dinumerare mensariis, & ego cùm venissem, cum *lucro repetissem illam. Pecuniam dicens eloquia preciosa: nummularios autem vos qui suscipitis. Tuum quidem fuerat, ait, tantum dinumerare, meum autem repetere ab illis non solum dinumerata, sed & vsuram. Videtis dilecti, quantus in dictis terror. Quid ergo dicent, qui concredita seruare negligunt, quando & lucrum ab eis requiritur? Et vide misericordiam domini. In his sensibilibus pecuniis prohibuit ne quis vsuram acciperet. Quare, & ob quam causam? quia vterque magno damno afficitur. Nam debitor quidem inopia atteritur, creditor autem augens diuitias, & peccatorum accumulat sibi multitudinem. Proinde ab initio olim Iudæis crassioribus tale dedit præceptum, dicens: Non fœnerabe-
Deut.23.d ris fratri tuo & proximo tuo. Qua igitur excusatione digni erunt, qui Iudæis sunt inhumaniores, & post gratiam, & tantam à domino misericordiam inueniuntur his qui sub lege fuerunt inferiores, immò peiores? In spiritualibus autem repetiturum se promittit vsuras. Quare? quia omnino diuerso modo se habent spiritualis vsura, & sensibilis. Illic enim à quo requiritur seueriter, subitò in extremam inopiam defertur: hic autem à quo exigitur, quando gratitudinem præ se tulerit, quanto maiorem vsuram afferet, tanto largiori fruetur remuneratione. Quocirca dilecti, cùm vobis cõcredita dinumerauerimus, vobis necessarium erit duplicem afferre laborem & vigilantiam, tum quòd dinumerata custodienda sunt vt fixa maneant: tum quòd operandum vt & aliis communicentur, & multos in viam virtutis inducant: vt bifariàm vobis lucrum accrescat, tum pro salute vestra, tum pro aliorum vtilitate. Quòd si hoc feceritis, & † vos reddetis beatos. Beatus enim, inquit, qui dicit in aures audientium: & facietis vt largior vobis spiritualis apponatur mensa. Igitur fratres vestros nolite negligere, neque solum spectate quæ ad vos attinent: sed vnicuique cura sit quo modo proximum suum è diaboli faucibus eripiat, & ab impijs illis spectaculis in ecclesiam adducat, monstrando ei multa lenitate & mansuetudine tum damni grauitatem, quod illinc fert, tum bonorum quæ hic conceduntur magnitudinem. Et non solum semel atque iterum hoc facite, sed semper. Nam etsi hodie verbis tuis non obtemperat, postea obtemperabit: etsi neque secundò vel tertiò admonenti obtemperabit, iterum tamen te videns vrgentem, fortè erubescet: & reuertitus tuam curam, ab his quæ offendunt desistet. Et nunquàm dic, quia semel & iterum & tertiò & sæpius dixi, & nihil perfeci. Ne quiescas dicere: nam quanto magis tu perseueraueris, tanto magis & merces tibi crescet. Non videtis quanta omnium deus nos longanimitate tolerat, & quo modo quotidie negligimus obtemperare eius mandato, & neque sic cessat à cura nostra, sed omnia sua suppeditat: solem oriri facit, pluuias concedit, aliâque omnia? Simili modo & nos erga fratres nostros bene affecti, magnam faciamus diligentiam, & obluctemur maligno illi dæmoni, vt irritos eius faciamus conatus. Nam si singuli qui adsint, vnum lucrifacere possent, cogita quantam nobis lætitiam ecclesia multitudine filiorum suorum ostenderet: & diabolus confunderetur, videns inuanum & frustra extendi sua retia. Quòd si hoc feceritis, audietis & vos in die illo: Serue bone & fidelis, in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Cæterùm bona spe sum vos hoc facturos: Video enim vultus vestros, & coniecturam sumo quòd admonitionem nostram magna voluptate acceperitis, atque hinc spero vos, quod vestrum fuerit, facturos. Proinde hanc admonitionem hic finiamus. Proponemus autem vobis tenuem nostram ac pauperem mensam, vt cùm solitam acceperitis doctrinam, domum concedatis. Operæpretium igitur & hodie in medium afferre patriarcham Abraham, vt discatis quantam ab hospitalitate mercedem acceperit. *Apparuit autem ei deus*, inquit, *apud quercum Mambre, sedente ipso ad ianuas tabernaculi sui meridie.* Singula verba diligenter excutiamus, & aperto thesauro, omnes in eo latentes diuitias discamus. Apparuit autem ei deus inquit: Quare sic exorsus est? Specta domini misericordiam, & considera famuli gratitudinem. Postquam enim superius apparuit ei, & praeter cætera etiam circuncisionis mandatum præcepit: eximius autem ille semper quæ à deo præcepta erant, diligenter perficere, reiecta omni mora, curauit: & circuncisus est ipse, implens mandatum domini, & Ismaëlem circuncidit, & vernaculos omnes, & in summa miram declarauit obedientiam: iterum ei apparet. Talis enim dominus est dominus noster, vt si quando viderit nos in prioribus gratos, accumulet beneficia, & nunquàm à sua beneficentia desistat, remunerans obedientium gratitudinem. Propter hoc, quia obediuit, iterum apparuit ei. Qua de causa sic dixit beatus Moses: Apparuit autem ei deus apud quercum Mambre, sedente eo ad ianuam tabernaculi sui, meridie. Considera, oro, hic virtutem iusti. *Sedente*, inquit, *ad fores tabernaculi sui.* Tantopere curabat hospitalitatem, vt nollet hospitum venationem cuiquam familiarium committere: sed trecentos decem & octo habens vernaculos, homo senex & nunc decrepitæ ætatis (centenarius enim erat) apud ianuam sedebat. Et hic quidem hoc opus faciebat, & neque senectus illi obstaculo erat, neque suæ quietis cura, neque intus super lectum recumbebat, sed ad ostium sedebat: alij autem sæpe non solum tantum studium non faciunt, sed & planè diuersum,

*τόκος, vsura, fœnore. sic & in aliis.

† nos.

sum, & horum congressus fugiunt & euitant, vt ne inuiti cogantur excipere. Verùm non iustus ille ita agebat, sed sedebat ad ianuam meridie. Hoc valde auget hospitalitatem & virtutem iusti. *In meridie, inquit, hoc faciebat.* Meritò, quoniam sciebat, quòd quibus est itineris necessitas, eo tẽpore maximè indigent cura: proinde tempus hoc vt idoneum elegit, & sedens eos qui præteribant venabatur, pro sua quiete ducẽs ministrare viatoribus: & eos qui calore æstuabant sub tectũ introducere studebat, nõ curiosè explorans eos qui præteribant, neq; requirens an noti vel ignoti essent. Neq; enim hospitalitatis fuerit diligenter singula perscrutari, sed omnibus simpliciter suam communicare benignitatem. Et quia hospitalitatis sagenam expenderat, meruit & vniuersitatis dominũ cum angelis suis suscipere. Eapropter & Paulus dicebat: Hospitalitatis ne obliuiscamini. Per hanc enim quidam nescij angelos exceperunt hospitio, patriarchã insinuans. Atque ob hoc Christus dicebat: Qui susceperit vnum ex his minimis in nomine meo, me suscipit. Audiamus dilecti, & hospicio excepturi nunquam quæramus quis, & vnde. Nã si patriarcha in rogando fuisset curiosus, fortè peccasset. Sed sciebat, inquis, aduenientium dignitatem. Vnde hoc tibi liquet? Quo modo, si ita est, admirationem promeritus fuisset? Neque enim sic admirabile erat, si suscipiẽdo hospites curiosius explorasset qui essent, sicut nunc cùm ignorãs qui nam aduenerint, tanta alacritate & honore accedit, verbis suis quasi seruus domino eis per verba tantum non vincula iniicit, & supplicat eis vt ne renuant, neq; maximo damno afficiãt. Sciebat enim quid faceret, quòd propter hoc magna cum voluptate fructum copiosum perciperet. Sed audiamus scriptorẽ ipsum, vt videas in extrema senecta iuuenilem alacritatem, & senem quasi iuuenẽ exultantem, & putantem se inuenisse thesaurum quendã hospitum aduentum. *Elevatis autem, inquit, oculis vidit, & ecce tres viri steterũt supra eum: & vt vidit, occurrit in occursum eis ab ostio tabernaculi sui.* Currit, & volat senex. Vidit enim prædam quam venabatur, & nulla infirmitatis suæ ratione habita, ad venationem cucurrit, & non vocauit famulos, neq; imperauit puero, nihilq; rusticitatis neq; deliciæ præ se tulit, sed ipse cucurrit: quasi diceret, Magnus thesaurus est, magna negociatio: per memetipsum hanc mercem inferre debeo, ne elabatur tantũ lucrũ. Et hæc faciebat [senex,] homines obscuros & viatores suscipere se existimãs. Discamus & nos, ac imitemur iusti virtutẽ. Nam si hoc fecerimus, verisimile est & nos aliquãdo eiusmodi præda potiri, immo semper assequimur si attẽdimus. Ob illam enim causam misericors dominus, vt ne ad talem benignitatẽ segnes simus, neque curiosius eos qui aduenium scrutemur, inquit: Qui acceperit vnum ex minimis in meo nomine, me accipit. Ne igitur ad vilitatẽ venientis spectes, neque vilem ex his quæ vides putes: sed cogita quod per ipsum, dominum tuum suscipias. Quando enim propter eius nomen ministerium tuum in illum declaraueris, mercedem accipies quasi illum susceperis. Esto sit deses & negligẽtioris vitæ, qui tua fruitur benignitate, non sit tibi eius rei cura: plena enim tibi & perfecta merces dabitur, in domini honorẽ hoc faciẽti, & imitanti patriarchæ virtutem. Et vt vidit, inquit, accurrit in occursum eis ab ostio tabernaculi. Bene & hoc verbum, accurrit, quadrat: vt discas quòd quasi ignoti affuerunt, & qui non sua sponte ad tabernaculum venerunt: propterea ne subterfugeret eum spirituale lucrũ, qui senuerat, incanuerat, & centenarius erat, accurrit, & cursu promptitudinem declarat. *Et conspicatus eos, inquit, adorabat super terram, & dixit: Domine, si inueni gratiam coram te, ne transeas seruum tuum. Sumatur saltẽ aqua, & lauent pedes vestros, & refrigerabimini sub arbore, & accipiam panem, & comedetis, & postea præteribitis, cuius gratia declinastis ad seruum vestrum.* Verba iusti sublimia valde sunt. Neque tantum miraculum, quòd eos susceperit, quantum quòd cum tanta promptitudine, & studio & non attenta aut sua aut aduenientium ætate. Nam fortasis videbantur sibi iuuenes, neque existimauit sufficere vt verbis duntaxat adhortaretur, adorabat, inquit, super terrã: quasi supplicans, & efficacem exhortationem afferens, vt ne putetur perfunctoriè adhortari. Et ideirco diuina scriptura monstrans nobis iusti virtutem, inquit: Adorabat super terram, & gestibus & verbis magnum seruorem, egregiam animi humilitatem, summam hospitalitatem declarabat. Et cum adorasset, inquit, dicit: Domine, si inueni gratiam coram te, ne prætereas seruum tuum. Quis pro dignitate laudauerit iustũ hunc, vel quo pacto eum quis innumeris etiam labiis prædicet? Dicere enim, Domine, est captantium beneuolentiam: dicere autem, *Si inueni gratiam in oculis tuis*, hoc est admirabile. Beneficium, inquit, das, non accipis. Verè enim eiusmodi res hospitalitas est, qua magis accipit quàm dat qui illam promptè & alacriter exercet. At ne quis auditorum eleuãs iusti virtutem, existimet quòd conscius, quales fuerint præsentes, hæc locutus sit. neque enim magnum quiddam tale fuisset, si sciens dixisset, sed admirabile & rarum est, quòd quasi homines alloquens, talia verba loquitur. Ne admireris autem, quòd cùm tres exceperit, ad vnum se conuerterit iustus, dicens, Domine. Fortasis enim vnus gloriosior cæteris apparebat, ad quem exhortationem suam conuertit. Deinde autem cùm progreditur, communem facit sermonem, & inquit: Sumatur aqua, & lauẽt pedes vestros: & iterum refrigerabimini sub arbore, & comedetis panem, & postea transibitis, cuius gratia declinastis ad puerum vestrum. Vides quo modo ignorans qui sint, quasi hominibus loquens transeuntibus, ita communi exhortatione vtitur, & semel atque iterum seruum se vocans. Et vide quo modo prædicit & mensæ suæ tenuitatem, immo lauticias. Sumatur, inquit, aqua, & lauent pedes vestros, & refrigerabimini sub arbore. Quia enim fatigati estis, & multum tulistis æstum, ideo oro ne prætereatis seruum vestrum. Num magnum quiddam est quod ego exhibeo? aquam vobis solum præstare possum, qua loti pedes vestros sub arbore fatigationem deponatis. Insuper & mensæ dicit speciem. Ne putetis, inquit, me splendida vobis appositurum, vel condimentorum diuersitatem, vel assatorum varietatẽ. Panem comedetis, & sic trãsibitis, cuius gratia declinastis ad seruum vestrum. Vidisti quo modo variis vtitur modis, precibus vincere prætereuntes, & gestibus & verbis & operibus attrahere eos volens. Primùm enim, inquit, adorauit, deinde dominos vocat. Postea dicit quæ illis exhibiturus sit, extenuans res, & nihili esse vocans. Aquam enim tepidam, inquit, habeo ad lauandos pedes, & panẽ, & tectum ab arbore. Ne parui feceritis meũ tabernaculum, ne despexeritis senectutẽ, ne renuatis ad exhortationẽ meam. Scio quantum fertis laborẽ, coniecto quantus sit caloris æstus, & propterea paululum vos refrigerare volo. Qualem pater, filios suos tenerè diligens, filiis exhibet benignitatem, talem ille ignotis & peregrinis, &

Hebr. 13. a *Matth. 25. d* *Matth. 18. a*

[*iustus.*] [*significãs. Ait enim, aquã hanc omnib⁹ expositam habeo.*]

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunquam ſibi cognitis. Verùm quia magna alacritate proceſsit ac contentione, aſſequutus eſt venationem, & prædam intra retia concludere potuit. *Et dixerunt*, inquit: *Sic fac, vt dixiſti.* Senis excitatus eſt iuuenilis vigor. In manibus, inquit, habeo theſaurum, diuitias hinc ſumam, ſenectutis obliuiſcar. Et vide eum exultantem in opere, & quaſi præ gaudio ſaltantem, perinde atque multa bona in manibus afferret, ita ſe oblectantem. *Et feſtinauit*, inquit, *Abraham in tabernaculum.* Sicut quando ad venationem contendebat, ſignificauit eius alacritatem & laborem diuina ſcriptura, dicens: Accurrit autem in occurſum eorum. Ita & nũc, quia adduxit viros, & id quod optabat perfecit, neque ſic ab alacritate deſiſtit: ſed magis feruentem declarat amorem, neque quia ſecurus fuit, ideo fit negligentior. Id quod nobis frequẽter euenit, & principiò valdè ſtudioſi ſumus: quando autem in negocium ventum eſt, non par ſtudium afferimus. Verùm iuſtus non ſic, ſed quid? Iterum feſtinat & anhelat, & currit ſenio confectus in tabernaculum ad Saram, *Et dixit ei. Accelera, & miſce tres menſuras ſimilæ.* Conſidera quo modo & Saram venationis ſociam facit, & quo modo eam erudit, vt ſuam imitetur virtutem. Etenim & illam incitat ne officio ſuo negligenter fungatur, ſed acceleret. Magnam, inquit, negociationem aſſequuti ſumus, ne perdamus theſaurum. Accelera & miſce tres menſuras ſimilæ. Quoniam ſciebat boni operis magnitudinem, volebat vitæ ſuæ ſociam etiam retribuendarum mercedum eſſe participem. Quare enim, dic mihi, nulli †famulorum hoc præcepit, ſed mulieri tam prouectæ ætatis? Nonaginta enim annorum erat. Non rebellat mandato Sarra, ſed parem alacritatem etiam ipſa affert. Audiant viri, audiant mulieres. Viri quidem vt ſic ſuas contubernales erudiant, vt ſi quando ſpirituale lucrum incidat, ne per famulos hoc perficiatur, ſed per ſeipſos faciant omnia. Mulieres autem, vt accelerent iuuare viros in tam bonis operibus, & non erubeſcant, aliquos accipiendo hoſpites propter Chriſtum, illis congruum præbere miniſterium, & par ſeipſas afferre: ſed imitentur Saram vetulam, in tanta ſenecta laborem libenter ſuſcipientem, & famulorum opera perficientem. Verùm ſcio, quòd nullus feret ea quæ à nobis dicuntur. Nunc enim omnes planè contraria via incedũt, & multa mulierum eſt mollicies, & omne ſtudium in cultu veſtium, in aureis ornamentis & monilibus & externo ornatu, animæ verò nulla eſt cura. Neque Paulus eas commonet, dicens: Non in crinibus tortis, vel auro, vel margaritis, vel ſumptuoſa veſte. Vide animam hanc in cœlo vagantem, quo modo non putauit indignum ſe & vile, etiam de capillorum ornamentis admonere. Meritò: omne enim ei ſtudium erat in bene colenda anima. Quia igitur ſciebat quòd hæc maximè animæ perniciem generent, propterea non refugit quæ conueniebant ad docendum ſic ægrotantes, ſed inquit: Si vis ornari, vero te ornatu cole, qui decet mulieres pias. Bonis te operibus orna, hic animæ cultus eſt, hic à nullis externis condemnatur, hunc nullus deprædari poterit, hic perpetuò manet indireptus. A cultu autem externo innumera fiunt mala. Et nondum dico animæ nocumenta, arrogantiam quæ inde naſcitur, deſpectum proximi, faſtum ſpiritus, animæ corruptionem, voluptatum illicitarum fomitem. Quid quòd facilè diripitur ille cultus & famulorum malignitate & latronum inſidiis & ſycophantarum calumniis? Et in-

†*famulariũ.*

1. *Tim. 2. c*

finita mala inuenire in eo licet, ac perpetuas amaritudines. Atqui Sara talis non erat, ſed verum poſsidebat ornatum: ideo & digna fuit patriarcha: & ſicut ille feſtinauit, & in tabernaculum cucurrit, ita & ipſa magno ſtudio fecit quæ imperata erant, & miſcuit tres menſuras ſimilæ. Nam quia tres erant qui aduenerant, tres menſuras iuſsit miſceri, vt citius panes pararentur. *Et vt hoc præcepit, ad boues ipſe iterum cucurrit.* O ſenis iuuentutem, ô animæ conſtantiam, currit ad boues, & non permittit aliquem famulorum eò tranſire: per omnia monſtrans his qui aduenerant, quanta voluptate perfuſus ſit, & quanti faciat eorum præſentiam, & quòd hunc pro theſauro haberet honorem. *Et accepit*, inquit, *vitulum tenellum & bonum.* Ipſe per ſemetipſum electionem fecit, & optimum qui aderat accepit, pueroq; dedit, & illum quoque vrget vt ſine mora quantum fieri poteſt approperet. Animaduerte, quo modo omnia cum velocitate, cum feruenti alacritate, cum hilaritate, cum gaudio, cum magna incunditate fiunt. *Et feſtinauit puer vt hoc faceret*, & neque hîc ſenex quieſcit, ſed iterum in miniſtrorum ordinem tranſit. Et vt accepit butyrum & lac & vitulum, quem mactauerat apposuit illis. Sic per ſemetipſum omnia facit & apponit. Et neque dignum ſemetipſum cenſuit qui conſidêret eis, ſed illis comedentibus adſtabat ipſe ſub arbore. O magnitudinem hoſpitalitalitatis, ô humilitatis excellentiam, ô mentem opidò piam. Adſtabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur tunc præ gaudio alacritateq; multa imbecillitate ſua factus ſuperior, & robur quoddam accepiſſe. Sæpe enim conſueuit alacritas animæ, ſi quando roborata fuerit, vincere corporis imbecillitatem. Adſtitit igitur patriarcha quaſi famulus, ſummum honorem ſuum exiſtimãs, quòd præſentibus miniſtraret, & ſolaretur itineris eorum laborem. Vidiſti quanta iuſti hoſpitalitas? Neque enim hoc ſolum conſidera, quòd panes propoſuit & vitulum: ſed illud cogita, cum quanto honore & quanta modeſtia exhibita ſit hoſpitalitas. Non ſicut multi qui, ſi quid tale fecerint, ſuperbiunt & deſpiciunt ſuſceptos, eo quòd miniſterium illis exhibeant. Hoc autem perinde eſt, ac ſi quis diuitias congreget & circunferat: & cum collegerit, omnia ſimul è manibus labi ſinat. Quiſquis enim cum arrogantia operatur quippiam, & ſic facit quaſi plus præberet quàm acciperet: neſcit quid faciat, proinde & mercedem quæ hinc proueniret, diſperdit. Verùm iuſtus ille ſciens quid operaretur, per omnia quæ faciebat oſtendit alacritatem mentis. Et poſtquam largiter & magna hilaritate ſeminauit hoſpitalitatem, ſtatim & manipulos vberrimos meſſuit. Nam vbi ea quæ ex ſe erant impleuit, & nihil intermiſit, & finem acceperunt quæ ad hoſpitalitatem pertinebant, declaratáque fuit virtus iuſti. Vt poſtea diſcas quantorum & qualium bonorum cauſa fuerit iuſto hoſpitalitas, manifeſtat ſe qui affuit, & paulatim iuſtum ſuæ magnitudinem potentiæ docet. Quia vbi vidit eum ſtantem apud quercum, & ſtando magnum honorem & miniſterium afferre, dixit ei: Vbi eſt Sarra vxor tua? Statim autem per interrogationem indicauit ei quòd non eſſet ex vulgaribus aliquis, quandoquidem & mulieris illius nomen ſciuit. Ille autem inquit: Ecce in tabernaculo. Et quia ſtatim tanquam deus pollicitus erat ei quæ ſuprá naturã, propter hoc & dicendo nomẽ Sarræ, ſignificauit quòd ſuper hominem eſſet qui in tabernaculum eius diuerterat. *Reuertens enim*, inquit, *veniã ad te ſecundum tempus hoc, in horas, & habebit filium Sarra vxor tua.*

Ecce

Ecce hospitalitatis fructus, ecce alacritatis illius miræ merces, ecce laborum Sarræ retributiones. *Illa autem, inquit, audiuit iuxta ostium tabernaculi, stans post illud. Et vt hæc audiuit, risit secum dicens: Nondum quidem mihi fuit vsque nunc, dominus autem meus senex.* Et vt respondeat diuina scriptura pro Sarra, prius asignauit, Abraham autẽ & Sarra profecerant in diebus suis. Et neque hoc cõtenta, adiicit: Et defecerant Sarræ fieri muliebria. Arefactus erat, inquit, fons, excæcatus oculus, officina erat inutilis facta: ad quæ respiciens Sarra, cogitabat apud semetipsam ætatem suam & senectutem patriarchæ. Verùm dum illa intra tabernaculum ita cogitat, is qui scit arcana mentis, demonstrare volens & virtutis suæ excellentiam, & quòd nullum occultum se lateat, dicit Abrahæ: *Cur risit Sarra apud seipsam, dicens: Nunquid verè pariam, ego autem senui?* Hæc enim illa apud semetipsam cogitabat. *Num impossibile, inquit, apud deum verbum?*

Ecce manifestè seipsum detegit. Non scitis, inquit, quòd naturæ dominus existens, omnia possum quãdo voluero, & emortuã quoq; vuluam fœcundam, & partui idoneam facere? *Num impossibile, inquit, apud deum verbum?* Nónne omnia facio & transformo? num vitæ & mortis potestatem habeo? num impossibile est aliquid apud deum? Nónne prius hoc pollicitus sum? Num à me dictum prodiit aliquod, & opere non perficitur? *Audi igitur quòd in tempore hoc reuertar ad te in horas, & erit Sarræ filius.* Postquam reuertero, inquit, tempore hoc, tunc sciet re ipsa Sarra, quòd neque senectus ei obstaculo fuerit, neque sterilitas: sed verbũ meum non poterit irritari, & partus eam docebit eorum quæ à me dicta sunt potentiam. Cæterùm vt illa audiuit, quòd neque illa quæ cogitarat essent à præsente occulta, negauit dicens: *Non risi. Timor enim concusserat eius mentem.*

Et propterea scriptura tribuens hoc infirmitati eius totum, inquit: Timore enim perterrita fuit. Verùm patriarcha dicit ei: non, sed risisti. Ne putes, inquit, licèt in animo hæc tractaueris, & quòd in occulto riseris, quòd possit abscõdi à præsentis virtute & scientia. Itaque negare factũ noli, ne addas ad peccatum: magna enim ab hac hospitalitate nobis prouenient bona. Hũc imitemur omnes, & magnam geramus hospitalitatis curam: non vt momentaneam & corruptibilem retributionem solum accipiamus, sed vt reponamus nobis etiam immortalium bonorum fruitionem. Nam si hoc facimus, susciepiemus & nos hîc Christum, & susciepiet etiam ipse nos in mansionibus illis quæ ab æterno
Matt.25.c præparatę sunt diligentibus se. Et audiemus ab eo: Venite benidicti patris mei, in hæreditatem accipite præparatum vobis regnum ab origine mundi. Cuius gratia, & propter quid? Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & potastis me: peregrinus fui, & collegistis me: in carcere fui, & inuisistis me. Quid minus molestum quàm hæc? non enim præcepit nobis curiosè scrutari & inquirere quibus nam deberemus curam exhibere. Tu quod tuum est, inquit, declara, licèt abiectus & vilis sit, vt apparet, quem foues. Quæ enim in illos facta sunt, ego vt mihi ipsi facta agnosco. Propterea addidit: Quatenus fecistis vni fratrũ meorum minimorum, mihi fecistis. Igitur cùm tanta ex hospitalitate sint lucra, non contemnamus, sed quotidie huius bonæ negociationis merces inferre studeamus, scientes quòd dominus noster alacritatem magnam, non ciborum pondus requirat, non mensam sumptosam, sed mentem hilarem, non tantum ministerium à nudis verbis, sed charitatem à puro syncero; corde. Idcirco & sapiens quidam dicebat: Melior sermo, quàm munus. Sæpe enim sermonis obsequium magis recreat accipientem, quàm donum ipsum. Proinde scientes hæc, ne simus difficiles erga eos qui nos accedunt. Quòd si poterimus eorum inopiam subleuare, hoc faciamus cum gaudio, lætitiaq; magna: non vt præbentes aliquid, sed vt ab eis accipientes. Quòd si non possumus, ne simus asperi in eos: sed vel verbis eorum curam agamus, & in mansuetudine respondeamus eis. Quare enim durè compellas eum, num cogit? num vim facit? orat, supplicat, obsecrat. Qui autem hæc facit, contumelia dignus non est. Quid dico orat & supplicat? innumera bene apprecatur, & hæc omnia facit pro vno obolo, & neque illũ erogamus. Et quam assequemur veniam? quam habebimus defensionem? Ipsi quidem quotidie lautam mensam apponentes, & sæpe plus quàm vsus requirit insumentes, illis vero neque paruum quid communicamus, idq; cum innumera bona per hos nos habituros expectemus. O magnam desidiam. Quantum hic damni facimus? quantũ lucri è manibus nostris excidere permittimus? Materiam nostræ salutis à deo nobis datam amandamus, neque in mentem accipimus, neque consideramus, neque paruitatem eorum quæ damus, neque immensitatem eorum quæ pro his accipimus: sed omnia arculis includentes, & aurum quidem à rubigine absumi permittimus, immo furum manibus proponimus: vestes quoque varias à tineis arrodi sinimus, nolumus autem vt ea quæ absque vsu iacent, bene dispensentur, vt iterum nobis custodiantur, ac per ea etiam ineffabilia bona mereamur assequi. Quæ nobis omnibus concedat gratia & misericordia sua dominus noster Iesus Christus, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Cùm surrexissent autem viri respexerunt in faciem Sodomorum & Gomorrhæ.

Homilia XLII.

Didicimus ex hesterna lectione charissimi, eximiam iusti hospitalitatem: age & ea quæ sequuntur tractantes, hodie discamus benignitatem & compassionem patriarchę. Possedit enim eximiè iustus ille virtutes omnes. Neque enim tãtum bene affectus erat in proximos, neque hospitalis tantum & compatiens, sed & alias virtutes omnes vbertim declarauit. Nam siue patientiam discere opus, inuenies eum in summum illius verticem progressum: siue humilitatem requiris, videbis & in hac nulli cedentem, sed omnes transcendentem, etiam si fides declaranda sit, & in ea præ omnibus aliis probatus est. Est enim anima eius imago quædam animata: varios virtutum colores in se ostentans. Quæ igitur nobis post hac relicta est excusatio, cùm vnus homo cunctas in se virtutes possideat, nos vero ita immunes earum sumus, vt ne vnam quidem perficere iuuet? Quòd enim non ex eo quod non possumus, sed quod non volumus, à bonis omnibus sumus alieni: manifestè indicat quòd multi † vicinorum nostrorum ‖ inueniuntur virtutibus conspicui. Et ipsum quòd patriarcha, qui ante gratiæ tempus & ante legem fuit, à seipso & à scientia quæ naturæ insita est in tantum peruenit virtutis fastigium, sufficit vt omnes nostras excusationes refutet. At fortè dicèt aliquis, quòd vir ille multam à deo gratiã cõsequutus sit, & omnium dominus, eius singularem habuerit curam. Fateor ita esse & ego. Verùm nisi primùm & ipse quod suum erat fecisset, non

† *eiusdẽ naturæ homines.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanta à domino obtinuiſſet. Eapropter non hoc ſolum vide, ſed in vnoquoque diligẽter attende quo modo primùm in omnibus virtutis ſuæ indicium exhibuerit, atque ſic diuinum meruerit præſidium. Atque hæc ſæpe vobis declarauimus: quando à patria ſua migrabat, quòd neque à progenitoribus ſemen fidei acceperit,& à ſeipſo valde religioſam atque piam mentem obtulerit:& homo ille cùm nuper à Chaldæa tranſlatus eſſet, iterum ſubitò iuſſus vt aliò perg̃at, & alienam terram ſuæ præferat:non fluctuauit animo,nõ diſtulit,ſed ſtatim imperata fecit:idq; neſciens vbi nam errandi futurus eſſet finis, & feſtinabat, & anhelabat, vt in iis quæ planè incerta erant tanquam certa eſſent, mandatum dei omnibus præferẽdum duceret. Vidiſti quo modo ab initio quæ à ſemetipſo erant attulerit, & propterea diuina quotidie vbertim ſuſceperit:Eodem modo dilecti,etiam nos,ſi voluerimus ſuperna frui gratia, imitemur patriarcham,& ne cunctemur ad obeundã virtutem:ſed quotidie ita eam exerceamus, vt oculum illum qui ſopiri neſcit,conciliemus nobis ad mercedem tribuendam.Etenim qui ſcit arcana mẽtis noſtræ,cùm viderit ſanam mentem noſtram,& nos conari & eniti ad virtutis agones, ſtatim & nutu ſuo nos adiuuat, ſimul & labores noſtros alleuians, & infirmitatẽ noſtræ naturæ confirmans,vbereſq; retributiones ſuppeditãs. Sanè in Olympicis certaminibus neutiquam quis tale quid inueniet:ſed ſubſiſtit adornator & magiſter, fitq; †certantiũ. ſpectator tãtum† vt cæteri,‡ neque in vlla re poteſt adiuuare,ſed expectat vt fiat victoria.Dominus autẽ noſter non ſic,ſed ſimul nobiſcum certat,& manum porrigit,& ſimul adiuuat,& quaſi vndequaq; aduerſarium noſtrum nobis tradit, & omnia facit ſatagẽs vt in certamine duremus,& vincamus, quò nobis immarceſsibilem imponat coronam. Coronam enim,inquit,gratiarũ accipies in capite tuo. Iam in mediis illis Olympicis certaminibus corona poſt victoriam nihil aliud eſt,quàm folia lauri,quàm applauſus & acclamatio vulgi, quæ tamen omnia veſpera ingruente marceſcũt & pereunt: at corona quæ pro virtute & eius ſudoribus datur,nihil habet ſenſibile,neque in hoc ſeculo nobiſcum diſſoluitur,ſed perpetua eſt,immortalis,extendẽs ſe in omnia ſecula. Et labor quidẽ eſt parui temporis: merces autem laborum, finem non habet,neque cedit tempori,neque marceſcit. Et vt diſcatis,ecce quot anni præterierũt, quot generationes,à quo Abraham hic in viuis fuit: Et ſicut heri ac hodie, ita fulgent eius pro virtute coronæ,& vſque ad conſummationem ſeculi, omnibus qui rectè ſapiunt, argumentum eſt ſermonis & doctrinæ.Proinde quia talis eſt virtus iuſti,ad æmulandum expergiſcamur,& vel tandem noſtram agnoſcentes generoſitatem,patriarcham imitemur,& de ſalute noſtra cogitemus,multa adhibita diligẽtia: ita vt non ſolum corpus ſanum ſit, ſed & vt diuerſi animæ morbi curentur.Nam ſi voluerimus ſobrij eſſe & vigiles, facilius morbos animæ quàm corporis emendabimus. Nam quoties nos affectio quæpiam perturbat, ſi volumus pia religioſaq; mente cogitare iudicium dei illius terribilis, & non ad præſentem voluptatem ſpectare,ſed ad cruciatus, quos propter illã feremus, ſtatim ab anima noſtra reſiliet ac reuolabit. Ea ppter ne ſimus negligentes,ſed ſcientes quòd agon eſt & certamina,& vt in prælio hoſtibus nos obiiciamus oportet, quotidie renouetur ac rigorem iuuenilem recipiat animus noſter,vt ſuperno freti præſidiõ,malæ huius beſtiæ,inſidiatoris dico ſalutis noſtræ, caput ſtatim conterere valeamus. Ipſe enim dominus nobis promiſit, dicens: Ecce do vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpios,& ſuper omnem virtutem aduerſarij.Sobrij igitur ſimus obſecro,ac prudẽtes,vt cùm veſtigia huius patriarchæ ſequimur, omnigenam virtutem amplexati,eaſdem coronas mereri poſsimus,& in eius occurrere ſinus, & effugere gehennæ pœnam, & aſſequi bona illa ineffabilia.Verùm vt amplior fiat noſtra æmulatio,& magis ad imitandum hunc iuſtũ prouocemur: age iterum ex hiſtoria iuſti illius cum veſtra charitate colloquentes,ſequentia aggrediamur.Igitur poſt largam illam hoſpitalitatem, quam fecerat, non qualitate ferculorum, neque quantitate, ſed promptitudine & liberalitate mẽtis exiſtimatam, ſtatim hoſpitalitatis mercedem obtinuit: & didicit quis nam præſens ille eſſet,& quanta eius virtus. Abituri illinc erant ad ſubuertenda Sodoma, comitatur eos patriarcha & deducit,vt inquit.Vide domini miſericordiam,quanta*obſequela vſus eſt. Simul & iuſto honorem impendit,& virtutem in anima eius latentẽ detegere voluit. *Cùm ſurrexiſſent autem,* inquit, *viri, reſpexerunt in faciem Sodomorum & Gomorrhæ.* de angelis dicit. Nã hic quidem † in tabernaculo.‡ Abrahæ, & angeli, & eorum dominus per idem tempus viſi ſunt:poſtea verò illi quidem vt miniſtri miſsi ſunt ad ſubuerſionem illarum ciuitatum,ipſe autem dominus manſit, & quaſi amicus amico iuſto communicabat quæ nam facturus eſſet.Vnde cùm illi profecti ſunt,dixit,inquit,dominus: *Num celabo ab Abraham puero meo,quæ ego faciam?* Mirum in modum deus obſequitur iuſto, & plurimo eum honore dignatur.Nã quaſi homo homini loquens,ſic quodam modo cum ipſo loquitur, monſtrans nobis,quãto honore dignos ducit virtute præditos.Et vt ne putes,honorem tantum iuſto conceſſum ſolius diuinæ eſſe bonitatis, vide quo modo diuina ſcriptura docet nos, quòd ipſe ſibi ipſi honoris ſibi fuerit autor, obediendo mãdatis diuinis magna ſedulitate.Quia poſtquam dixit: Non celabo ab Abraham puero meo, quæ ego facio: non ſtatim dicit quid futurum ſit, conſectaneum enim erat,quòd adderet,& diceret ſe incenſurum Sodoma. Verùm dignum eſt, vt neque illud prætereamus: neque enim ſyllabam: neque apicem in diuina ſcriptura præterire oportet. Quantæ enim dignitatis eſſe putas, quòd dicit Abraham puerum ſuum? quantæ affectionis? quanti amoris? Hoc enim potiſsimum monſtrat eximiam dignitatem & honorem in iuſtum. Deinde id quod dicebam,cùm dixit, Nõ celabo: non ſtatim affert & dicit quod erat futurum. Sed quid? Vt diſcamus quòd non abſque cauſa, neque temerè deus tantum erga illum declarans ſtudium,inquit: *Abraham autem futurus eſt in gentẽ magnam & populoſam.Et in ipſo benedicentur omnes gentes terræ.Noui enim quòd cõſtituet filiis ſuis,& domui ſuæ poſt ſe,& cuſtodiẽt vias domini dei,vt faciant iuſticiã & iudicium,vt adducat dominus ſuper Abraham omnia quæcunq; locutus eſt ad eum.* Papæ,quanta miſericordis domini magnitudo?Quoniã poſtea inducturus erat excidium Sodomorũ,nunc prius patriarcham animat & confidentem facit, ſimul pollicens ei benedictionẽ maximam, & quòd in magnam multitudinem futurus ſit: docens eum quòd mercedẽ hanc piæ ſuæ mentis accipiat.Cogita enim quanta eſt patriarchæ virtus,quãdo deus dicit: Scio enim quòd conſtituet filiis ſuis poſt ſe, & cuſtodiẽt vias domini. Magna hæc eſt virtutis augmentatio. Non enim tantum mercedem accipit, quia ipſe bene egit:ſed & quia præcipit natis ſuis,largas retributiones

Luc.10.

ſtatim

deſcendit

vidit

dicit.

ad tabernaculum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiones accipit, idque meritò. Is enim qui principium præbet ac initia, etiam eorũ quæ postea fiunt autor est. Et vide domini bonitatem, non solum pro præterita virtute, sed & pro futura remunerat. Scio enim, inquit, quòd constituet filiis suis. Quoniam dicere vult, prænoui iusti mentem, idcirco remunerationibus præuenio. Scit enim abdita cordis nostri, & quando videt volentes quæ oportet, ac sanam præ se ferentes mentem, manum porrigit, & ante labores remunerat, alacriores hac ratione efficiens: id quod in iustis omnibus fieri inuenies. Nam cùm sciat imbecillitatem humanæ naturæ, vt non in arduis & difficilibus nihil se posse putet, inter laborandum ita suum auxilium & remunerationes præbet, vt & labor alleuietur, & feruor crescat. Noui enim, inquit, quòd constituet filiis suis, & custodient vias domini dei. Nõ solum de ipso prædicit, quòd cõstituet, sed & de filiis eius, quòd custodiẽt vias domini dei, Isaac & Iacob insinuans. Vias domini, hoc est, mandata & præcepta. Vt faciant, inquit, iudicium & iusticiam: nihil præferendo iusticiæ, & viuendo citra omnẽ iniusticiam. Hæc enim maxima virtus est, ac propterea euenient omnia quæ locutus est ei dominus. Opinor autem quòd & aliud quiddam significet, cùm dicit: Abraham autem futurus est in gentem magnam & populosam: pro eo, Tu quidem qui virtutem amplexaris, & meis obtemperas præceptis, obediantiamq; præ te fers, in gentem magnam & populosam eris. Impij autem illi Sodomorum regionem inhabitantes, disperibunt omnes. Nam sicut virtus salutis causa est eam operantibus, ita & malicia interitus. Porrò postquàm benedictionibus & laudibus fiduciã ac animos dedit iusto, incipit quod dicturus erat argumentum. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ apud me multiplicatus est, & peccata eorum magna valde. Cum igitur descendero, videbo vtrum iuxta clamorem ipsorũ qui ad me venit, perficiunt, † an non, vt sciam.* Terribilia verba. Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorrhæ. Quanuis & aliæ ciuitates simul perierint, sed quia hæ fuerunt clariores, eas solum cõmemorauit. Multiplicatus est apud me, & peccata eorum magna valde. Vide quo modo mala coaceruentur. Non solum magna est multitudo clamoris & iniusticiæ. Nam quòd clamor Sodomorũ & Gomorrhæ multiplicatus est, opinor significare, quòd cum indicibili & veniam non merẽte iniquitate illa etiam omni virtute priuati sint, multasq; iniusticias alias patrarunt: & insurrexerunt potentiores contra inualidiores, ditioresq; contra pauperes. Proinde non solum, inquit, magnus erat plãctus clamoris, sed & peccata ipsorum non vulgaria fuere, sed magna, atque valde magna. Insolitum enim iniquitatis modum excogitauerũt, & alienas & illicitas coëundi leges inuenerũt. Atque tanta erat malicię procliuitas, vt omnes omni malo replerentur, & nullam postea correctionẽ admitterent, totiq; aboleri digni essent: neq; enim incurabiles illorum morbi medicos ferebant. Postea docens omne hominũ genus, quòd licet magna valde & confessa sint peccata, non antea tamen pronunciãdum sentẽtiã, quàm manifestè demonstrationes fiant, inquit, Cùm descenderim autem, videbo vtrum iuxta clamorẽ ipsorum, qui ad me venit, perficiant, vel non, vt sciam. Quid sibi vult, quòd sermonem suum ita attẽperat: cùm descenderim, inquit, videbo? Nunquid de loco in locum transit vniuersorum dominus? absit. Nõ hoc dicit: sed vt dixi, per verbũ crassius docere nos vult, quòd opus sit magna diligentia: & nõ auditu solo peccatores cõdemnandi sint, neque sententiæ ferendæ, nisi comprobatio præcedat. Audiamus hæc omnes: nõ enim solum ij qui pro tribunali sedent obseruare hanc legem debent, sed & nullus vnquàm ob nudam accusationem proximum condemnet. Idcirco enim & post hæc beatus Moses spiritu sancto afflatus admonet, dicens: Auditum vanum ne accipias. Et beatus Paulus, scribens, clamabat: Tu autẽ cur iudicas fratrem tuum? Et Christus quoq; præcipiens discipulis suis, & docens Iudæorum multitudinem scribas eorum & Pharisæos: Nolite, inquit, iudicare, vt ne iudicẽmini. Cur enim, inquit, ante tempus inuadis iudicis ius: Cur præuenis diem illum terribilẽ: Vis iudex esse, iudica temetipsum, & tua delicta. Nullus est qui vetet: sic enim & peccata tua emendabis, & nihil ex hoc incommodi capies. Quòd si relictis rebus tuis sedes ad iudicandum alios, maiores te tibi ipsi colligere peccatorũ sarcinas non sentis. Idcirco obsecro, fugiamus omnino ne condemnemus alios. Nam etsi iudiciariæ potestatis non sis particeps, attamen iudicasti mente, & peccato fecisti te obnoxium: præsertim quando nulla demonstratione audita, sed sola suspicione, & tenui accusatione cõdemnas. Quapropter beatus Dauid clamabat, dicens: Detrahentem clàm proximo suo, hunc persequebar. Vidisti virtutis eminentiam? Non solum non recipit quæ dicũtur, sed & abigit volentem fratri suo maledicere. Igitur si & nos peccata nostra imminuere volumus, hoc maximè omnium seruemus, ne condemnemus fratres nostros, neque detrehere cupientes admittamus: immo iuxta prophetã abigamus, & omnino auersemur. Hoc enim opinor & prophetam Mosem insinuare cùm dicit: Auditum vanũ ne acceperis. Et hac de causa etiam nunc dominus tam crasso verbo vsus est, in vtilitatem animarum nostrarum. Dicit enim: Cùm descendero autem, videbo. Cur enim? Num nesciebat? Ignorabatne peccatorum magnitudinem? Nesciebat lapsos correctionem non suscepturos? absit. Verum quasi satisfactionem quandam affert iis qui posthac impudenter accusare volunt: & monstrando eorum peruicaciam & virtutis penuriam, tanta vsus est longanimitate. Fortassis autem non propter hoc solum, sed & vt iusto detur occasio declarandi mentem suam condolentem, & bene in alios affectam. Angeli enim (vt dixi) abierant in Sodoma: patriarcha verò stabat coram domino. *Et vt appropinquauit*, inquit, *Abraham, dixit: Nunquid perdes simul iustum cum impio, & erit iustus sicut impius?* O quanta iusti fiducia, immo ô quanta animi compassio. Quodam modo compassionis ebrietate grauatus, nescit quid dicat. Et monstrans diuina scriptura, quòd magno timore & tremore preces faciat: Vt appropinquauit, inquit, Abraham, dixit: Nunquid perdes simul iustum cum impio? Quid facis ô beate patriarcha? Quid opus habet tua deprecatione dominus, vt ne hoc faciat? Verùm ne hoc cogitemus: non enim quasi domino hoc facturo dicit, sed quia manifestè propter fratris filium dicere non audebat, communes pro omnibus facit preces, volens cum aliis & hunc seruare, & cum hoc etiam alios eripere: incipitque patrocinari, ac dicit: *Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, perdes eos? Non parces toti loco propter quinquaginta iustos, si fuerint in ea? Nequaquam facies verbum hoc, vt occidas iustum cum impio, & sit iustus sicut impius. Nequaquam. Qui iudicas omnem terram, non facies iudicium?* Vide quo modo & in hac oratione suam religiosam & piam mentem declarat, & iudicem omnis terræ confitetur, precaturq;

† Si autem videbo vtrum iuxta clamorem ipsorũ qui ad me venit, perficiunt, † an non, J

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne pereat iustus cum iniusto. Postea mitis & misericors dominus annuit petitioni, & dicit: Facio id quod dixisti, & accipio tuam petitionem. Si inuenientur quinquaginta iusti in ciuitate, propter illos parcam omni ciuitati, & toti loco. *Dabo hoc*, inquit, *quinquaginta iustis, si inuenti fuerint, & alios saluabo, & petitionem tuam implebo.*

Verùm videamus iustum illum, quo modo arrepta fiducia, & agnita misericordia dei, iterum aliam petitionem affert, & inquit: *Nunc cœpi loqui ad dominum meum, ego autem sum terra & cinis.* Ne putes, inquit, domine me ignorare meipsum, & transgredi mensuram, & tanta vti fiducia. Scio enim, quòd terra sum & cinis: sed sicut hoc scio, & manifestè scio, ita neque illud ignoro, quòd copiosa est tuæ misericordiæ magnitudo, & quòd dives es in bonitate, & quòd vis omnes homines saluos facere. Nam quos ex nihilo produxisti, quo modo factos perderes, nisi tanta essèt peccatorum nostrorum grauitas? *Idcirco iterum oro & precor, si paciores quinquaginta inuenti fuerint, & quadraginta quinque fuerint in ciuitate iusti, num saluabis ciuitatem? Et dixit: Si inuenti fuerint quadraginta quinque, non perdam.* Quis pro dignitate dominum omnium laudarit, ob tantam longanimitatem & obsequelam: vel iustum beatum prædicaret, cui tanta est fiducia? *Et adiecit*, inquit, *vltrà loqui, & dixit: Si inuenti fuerint ibi quadraginta? Et dixit, non perdam propter quadraginta.* Exin quasi reueritus indicibilem dei longanimitatem iustus, & timens ne fortè videatur transcendere modum precando, dicit: *Nunquid domine si loquar, Si inuenti fuerint ibi triginta?* Et quia paratum inuenit ad misericordiã: non iam paulatim diminuit, neque quinque iustos detrahit, sed decẽ, & sic affert patrocinium. Si inuenti fuerint illic triginta? *Et dixit: Non perdam, si inuenti fuerint illic triginta.* Animaduerte quanta iusti cõstantia, quasi ipse foret obnoxius sententiæ, ita eripere † studet à pœna † Sodomitis inferenda.] *Et dixit, quoniam possum loqui ad dominum: Si inuẽti fuerint ibi viginti? Et dixit: Non perdam propter viginti.* Omnem sermonem transcendit, & omnem cogitationem, domini bonitas. Quis enim nostrum, qui in medio infinitorum malorũ versamur, vellet ferendo sententiam contra proximos tanta vti misericordia & obsequela? Veruntamen iustus ille videns diuitias misericordię dei, non subsistit, sed iterum dicit: *Nunquid domine, si loquar adhuc semel?* Nam quia ineffabilis erat longanimitas, propter hoc reueritus ne & indignationẽ aduersus se moueret eius qui rogabatur, dicit: Nunquid domine? Num temerariũ quiddam facio? dicit. Num impudentiam præ me fero? num opus condemnatione dignum facio, si loquar adhuc semel? pro magna & inenarrabili misericordia tua adhuc vnam orationem accipito à me. *Si autem inuenti fuerint illic decem? Et dixit: Non perdam propter decem. Et quia prius dixit: Adhuc semel loquar, Abiit*, inquit, *dominus postquam cessauerat loqui Abrahæ, & Abraham reuertitur in locum suum.* Vidistis dominum ad nostram infirmitatẽ se humiliantem? Vidistis & iusti erga alios affectionem? Didicistis, quanta virtus sit eorum qui virtutem exercent? Si enim inuenti fuerint, inquit, decem iusti, propter illos omnibus remissionem cõcedo peccatorum. Non bene dicebam, quòd hæc omnia facta sunt, vt nulla relinquatur impudenter loquentibus contradicendi occasio? Sunt enim multi insanientium, qui infręni lingua, & reprehendere & dicere audent: Quare incensa sunt Sodoma? si tulisset eos dominus longanimiter, fortè pœnituissent. Propter hoc ostẽdit tibi maliciæ nimietatem, & quòd in tanta multitudine tanta raritas fuit virtutis, vt alio quodã diluuio indigeret, & quale prius in mundo fuit. Sed quia promissio dei est vt nõ vltrà tale inferat supplicium, propterea alium pœnæ modũ excogitat, simul & illos in pœnam ducens, & posteris omnibus perpetuam præbẽs doctrinam. Quoniam enim naturæ leges irritas fecerant, & alienos & illicitos excogitarant coitus, idcirco insolitum supplicij modũ induxit propter illorum iniquitatem: & vẽtre terræ inutili facto, & relicto posteris monimẽto perpetuo, vt ne eadem attentantes in easdem incidant pœnas: & liceat volenti ad loca illa pergere, videre ipsam terrã (vt ita dicam) clamantem & ostendentem supplicij vestigia impressa, & quasi heri vel hodie facta: tam manifesta ostẽditur indignatio. Ideo obsecro, vt per illa per quæ alij pœnam dederunt, nos castigemur. Sed fortè dixerit aliquis: Quid ergo quòd illi sic puniti sunt? nõnne sunt & nũc multi qui eadem committunt quæ illi, attamen non puniuntur? Etiam: sed hoc potissimum maiorem pœnam conciliat his qui talia perpetrant. Quando enim non castigamur ex his quæ illis acciderunt, & non est nobis lucro longanimitas dei, cogita quo modo illum inextinguibilẽ ignem vehementius nobismetipsis succendimus, & acerbum vermẽ paramus. Aliter quoque: Quia propter gratiam dei sunt & nunc multi virtute prædĭti, qui placare possunt dominũ, sicut tunc patriarcha. Tametsi nos, cùm nosipsos attẽdimus, & nostram videmus desidiam, putamus miram virtutis raritatem: attamen propter illorum virtutem, longanimitatem deus in alios seruat. Et vt scias quòd talium fiducia nobis longanimitatem dei conciliet, audi ex hac ipsa historia: dicit enim patriarchæ: Quòd si decem iustos inuenero, nõ perdam ciuitatem. Et quid dico decem iustos? nullus inuentus illic ab iniquitate alienus, nisi solus Loth iustus, & eius duæ filiæ. Vxor enim propter illos fortè pœnam ciuitatis effugit, postea tamen pœnam dedit propter suam maliciam. Nunc autem propter ineffabilem dei misericordiam, *quia pietas incrementum sumpsit, multi etiã in mediis ciuitatibus ignorati possunt placare deũ, & alij in montibus & speluncis.* Aliorumq; virtus multorum tegere valet maliciam. Multa enim domini bonitas est & sæpe solet etiam propter paucos multis dare salutem. Et quid dico, propter paucos iustos? Sæpe quando non inuentus est in præsenti vita iustus, propter defunctorum virtutem, viuentium miseretur & curam habet: vnde clamat dicens: Protegam ciuitatem hãc propter me, & propter Dauid puerum meum: quasi diceret: Licèt ipsi indigni sint, & nullam salutis habeant occasionẽ: verùm quia solitus sum misericorditer agere, & ad miserandũ promptus sum, propter meipsum faciam, & propter puerũ meum Dauid: & qui ante tot annos è vita migrauit, hic author fit salutis his qui sua sese perdiderant desidia. Vidisti misric ordiam domini, quo modo eos qui virtute pollent, † toti multitudini opponit, & rependit?] Quapropter & Paulus dicebat: Obambulauerunt in ouillis caprinisq; pellibus, destituti, pressi, afflicti, quibus indignus erat mundus. Ille dicit: Omnis mundus, & totus orbis non est conferendus his qui in afflictionibus & pressuris, & nuditate agunt & obambulant, & in speluncis versantur propter deum. Igitur dilecte, quãdo videris virum vili externo habitu vestitum, virtute verò intrinsecus amictum, ne vilipenderis quod apparet: sed animæ diuitias disce, & internã gloriam, & videbis vndequaque fulgentem virtutem. Talis erat beatus Elias, qui melotem tantum habuit, & purpura vesti-

Psal. 32. a
Roma. 10. c
1. Tim. 2. b

† Sodomitarum gentem.]

4. Reg. 19. & 20. b

† præsumit, & temeritatem quandã Helias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra vestitus Achab, illius melote indigebat. Vidisti Achabi inopiam, Eliæ autem diuitias? vide & quantum potestate distent. Melote huius cœlum clausit, pluuiarum descensum sistit. Et lingua prophetæ frænum fuit cœlo, & annis tribus & sex mensibus pluuia non fuit: purpura autem amictus & diademate, circumibat quærens prophetam, & nihil lucri ex sua potestate habebat. Cæterùm vide domini misericordiam, quia vidit prophetam multo zelo & feruore moueri, & magnam hanc pœnam inferri contra totam terram, ne & ipse simul in supplicium incideret cum illis, dicit ei: Sur-
3.Reg.17.b ge, & vade in Sarepta Sidoniorum. Illic enim præcipiam mulieri viduæ, vt te pascat. Et vt exurrexit, abiit. Vide spiritus gratiam dilecte. Etenim & heri nobis totus sermo de hospitalitate fuit, & hodie hospitalis ista vidua sermonem nostrum complebit. Et venit, inquit, ad viduam, & inuenit eam colligentem ligna, & dicit B ei: Da mihi parum aquæ, & bibam. Illa exaudiuit. Et dixit ad eam iterum: Fac mihi subcinericios panes, & comedam. Illa verò postea detexit immodicam suam egestatem, immo inenarrabiles diuitias. Magna enim paupertas indicat diuitiarum illius magnitudinẽ. Et dicit: Non est ancillæ tuæ nisi pugillus farinæ, & parum olei in amphora, & comedemus ego & pueri, & moriemur. Miserabilia verba, quæ & lapideam animam inflectere possent. Nulla posthac nobis spes salutis. Mors in foribus est. Hoc solum nobis relictum est ad vitam, quod vix sufficiet mihi & pueris: id quod erat mihi possibile feci, aquam communicaui. Verùm vt discamus & mulieris hospitalitatem, & iusti magnam fiduciam, vide quid fit. Vbi propheta didicit diligenter hæc omnia, vt detegeret nobis virtutem mulieris. Nam deus qui dixerat: Præcepi mulieri, vt te pascat: ipC se erat qui tũc per prophetam operabatur. Dicit ei: Fac mihi primùm & comedam, & tunc filiis tuis. Audite mulieres, quæ diuitiis affluitis, & in multa inutilia vestras facultates insumitis, & post illa omnia duos vel tres obolos indigẽtibus, vel viro cuipiam virtute prædito, propter deum famelico, impendere non vultis. Ista autem nihil horum possidens, sed tãtum pugillum farinæ, & paulo post iuxta suam opinionem, puerorum mortem spectatura, vt audiuit à propheta, Fac mihi primùm, & tunc tibi & pueris tuis: non ægrè tulit, non neglexit, sed fecit imperata: erudiens omnes nos, præferendos nostræ refocillationi seruos dei: & non temere talia lucra prætereunda, sed attendendum quòd multa hinc nobis erit merces. Vide igitur hãc viduam, pro pugillo farinæ, & pauxillo oleo, quo modo perpetuum
†horreũ sibi comparauerit.] †oleum possederit.]Nam postquam pauit prophetam, D neque pugillus farinæ defecit, neq; amphora olei, cùm interim fame terra omnis corrumperetur. Est autem & hoc admirabile & rarum, quòd neque laboribus postea opus habebat, sed parata perpetuò erant farina & oleũ: & neque agricultura indigebat, neque boum cooperatione, neque vlla alia cura, sed super naturam eueniebant omnia. Et cum rex, qui coronam capite gestabat, anxius esset, & fame laboraret: pauper vidua omnibus destituta, quia prophetam susceperat, in perpetuam ve-
Matt.10.d nit abundantiam. Propterea & Christus dicebat: Qui susceperit prophetam in nomine prophetę, mercedem prophetæ recipiet. Vidisti heri quid patriarcha meruerit dapsili sua hospitalitate, & feruida alacritate: vide & nunc hanc Sidoniam repentè diuitias possidentem. Lingua enim prophetæ quæ cœli habenas moderabatur, farinæ pugillum, & olei amphoram iugiter scaturi-

re fecit. Hanc omnes imitentur & viri & mulieres. Ego quidem vellem nos prophetam imitari, & eius possidere virtutes. Sed quia hoc onerosum nobis videtur esse, quanuis & ille homo erat, carnemq; sicut & nos circunferebat, & eandem quam nos habebat naturam, verùm quia quæ sua erant largiter attulit, atque virtutem amplexatus est, supernam quoque gratiam assequutus est. Cæterùm interim nos vel mulierem hãc imitemur, & sic paulatim eò veniemus vt etiam prophetam imitemur. Aemulemur itaque eius hospitalitatem, & nullus posthac inopiam prætexat. Nam quantumuis inops sit aliquis, non erit hac egentior, cui ad vnum tantum diem erat alimentum: & neque sic fuit segnis ad petitionem prophetæ, sed magna promptitudine ei paruit & mercedem protinus recepit. Talia enim sunt, quæ à deo fiunt. Mos ei dare magna pro paruis. Quid enim, dic oro, tãtum attulit, quantum accepit? Verùm dominus noster, nõ quanta dentur consueuit attendere, sed voluntatis largitatem: & ab hac quæ parua sunt magna redduntur: & magna sæpe vilia efficiuntur, quando non hilari prõptitudine quæ fiunt, insumuntur. Et ea propter vidua illa euangelica, mul- *Matt.11.d*
tis multa in gazophylacium mittẽtibus, proiectis duo- *Luc.21.a*
bus minutis omnes vicit: non quòd immiserit plura aliis, sed quòd liberaliorem voluntatem ostenderit. Alij enim, inquit, ex eo quòd sibi abundabat eleemosynam faciebãt: ista autem omnia quæcunque possidebat, immisit. Omnẽ enim victum, inquit, iniecit. Ergo mulieres saltẽ imitemur viri, & non inferiores eis videamur: sed studeamus nõ solùm ad nostrũ vsum omnem substantiam nostram impẽdere, sed & egenorũ magnam habere curam, idq; cum alacritate & hilaritate. Etenim & agricola, terræ concredens semina, nõ hoc tristi facit vultu, sed gaudẽs & lætabũdus, & quasi iam spe manipulos videns, in terram, seminat. Et tu dilecte, ne solum respexeris ad eum qui recipit: sed cogita, quòd ipse quidem est visibilis qui à te accipit: alius autem quæ in illum fiunt, sibi facta dicit: neq; ille vulgaris quispiam est, sed omnium dominus: cœli terræq; conditor. Et †redituũ loc sumptus ille †accessio fit,]& nõ solũ non minuit tuam cii obtinet.] substantiam, sed auget magis, si cum fide & promptitudine hilari hoc feceris, addam id quod præcipuum est bonum: Præter hanc accessionem quæ ex hoc sumptu paratur, peccata etiam cõdonantur: cui bono quid par esse poterit? Si igitur volumus verè locupletari, & cum *Matt.6.c*
diuitiis etiam peccatorum inuenire remissionem, effundamus res nostras in egenorum manus, præmittamus eas in cœlum, vbi neque fur, neque latro, neque parietum effossor, neque famuli malicia, neque aliud quicquam nocere poterit diuitiis nostris. Regio enim illa omnibus istiusmodi dãnis superior est. Tantum ne vanam gloriam sectemur, sed vt iuxta leges à Christo traditas, non ab hominibus laudes percipiamus, sed à communi omnium domino: vt ne & sumptus faciamus, & lucro destituamur. Nam licèt non diripi possint diuitiæ per manus pauperum eò translatæ, vana tamen gloria absumuntur. Et vt tinea & vermes vestes corrumpunt, ita & inanis gloria diuitias quæ misericordia colliguntur. Idcirco obsecro, non solum faciamus eleemosynas, sed & cautè faciamus, vt magna percipiamus pro paruis, & pro fragilibus incorruptibilia, & pro temporalibus æterna, & cum his omnibus etiam peccatorum remissionem assequi possimus, bonaq; illa ineffabilia: quibus nos omnes potiri contingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui cum patre & spiritu sancto & viuificatore, sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Venerunt autem duo Angeli Sodoma vesperi.

Homilia XLIII.

QVemadmodum floridum quoddam pratum varios & omnigenos flores ostentat, ita & diuina scriptura iustorũ virtutes nobis demonstrat: non vt sicut illorum florum fragrantia paruo tempore fruamur, sed vt perpetuam inde vtilitatem recipiamus. Illic manu tantum carpimus flores, & potinus marcescentes suam gratiã amittunt: hic autem non sic: sed quando auribus iustorum virtutes accipimus, & eas in sinus mentis reponimus, per omne tempus (si volumus) eorum suaneolẽtia frui poterimus. Itaque quia tanta sanctorũ in diuina scriptura fragrãtia est, hodie Loth bonũ odorem inquiramus, vt sciamus liquidò quòd iustum hunc in tantum virtutis apicem euexit patriarchę consuetudo, quæ effecit vt vestigia illius sequeretur, & peculiariter hospitalitatem exerceret. Verùm vt manifestior sit sermo noster, operæ-
Cap. XIX. precium fuerit scripturæ verba audire. *Venerunt autem*, inquit, *duo angeli Sodoma vesperi.* Quare sic incepit, & dixit: Venerunt autẽ duo angeli Sodoma vesperi? Quoniam postquam diuersati sunt apud patriarcham, & inde surgentes abierunt, misericorsq; dominus & curator, pro sua bonitate in humana figura visus, mansit apud patriarcham, loquens cum eo, sicut heri audiuistis: volens omnes nos docere & excellentem suam longanimitatem, & patriarchæ charitatem. Angeli autẽ contendebant tunc versus Sodoma. Seruãs scriptura suum ordinem dicit iterum: Venerunt autẽ duo angeli Sodoma vesperi, facientes quod imperatum erat. Et vide diligentiam & obseruationem diuinæ scripturæ, quo modo & tempus nobis declararit, quando venerint eò: dicit enim, vesperi. Et quare tempus significauit? & quare ad vesperam eò venerunt? vt ostẽderetur nobis magna Loth hospitalitas. Sicut enim patriarcha sedẽs tempore meridiei, obseruabat aduentãtes, & venationẽ suã exercebat, & occurrebat, & magno gaudio viatores suscipiebat, ita simili modo & iustus ille, quoniam sciebat peruersitatem eorum qui in Sodomis habitabant, neque vesperi discedebat, sed manebat, necubi thesaurus aliquis ipsi elaberetur, & vt hospitalitatis fructum decerpere posset. Verè admirari licet vehementer iusti huius virtutem, quòd conuersans in medio tam impiorum, non solum nõ fuit inde negligentior factus: sed & maiorẽ virtutem præ se tulit: & cùm omnes (vt ita dicam) in præceps ruerent, ipse solus in tanta multitudine rectam ambulauit viam. Vbi igitur sunt qui dicunt, quòd non sit possibile in media ciuitate versantem seruare virtutem: sed opus esse secessu, & montana quadam conuersatione, & non posse domui suæ præfectum, & habẽtem mulierem, & filios curantem ac famulos, virtute præditum esse? Videant iustum illum cum muliere, & pueris, & famulis, & in ciuitate degentem, & inter tam malos ac impios conuersantem, & quasi scintillam quãdam in medio mari lucentem, & non solum nõ extingui, sed & quotidie lucem clariorem emittere. Et hæc dico, non prohibens secessum ab vrbibus, neque interdico montium & solitudinum conuersationem: sed monstro, volenti sobriè agere & vigilare, nihil inde obstaculi esse. Sicut igitur negligenti ac supino nihil prodest solitudo: neque enim locus nos virtute facit præditos, sed mens & mores: ita & prudens atque vigil non offenditur, etiam in media ciuitate viuens. Quocirca vellem, sicut beatum illum, virtute præstantes in mediis ciuitatibus esse, vt quasi fermentum facti aliis, multos ad sui imitationem trahant. Verùm quia hoc difficile videtur esse, saltem illud alterum fiat. Transit enim figura mundi huius, & breuis est vita præsens. Et nisi nunc, cùm adhuc *intra caueam sumus, labores virtutum aggrediamur, & laqueos maliciæ effugiamus, postea inuanum nosmetipsos reprehendemus, quando nulla erit pœnitudinis seræ vtilitas. Nam quandiu in præsenti vita fuerimus, possibile est vt pœnitentes inde fructum accipiant, & ablutis prioribus misericordiam domini assequantur. Quòd si præterierit tempus præsens, repentèq; abrepti fuerimus: pœnitentia quidẽ ducemur tunc, nullam autem vtilitatem inde capiemus. Quod vt discas, audi prophetam dicentem: In inferno autem quis confitebitur tibi? & iterum: Frater non redimit, redimet homo? Nullus, inquit, erit illic postea, qui eripiat eum qui sua desidia periit, neque si frater fuerit, neque si pater. Et quid dico pater & mater? neque iusti, quibus tanta apud deum fiducia est, poterunt nobis tunc aliquid prodesse, si nunc desides fuerimus. Dicit enim: Si steterit Noë & Iob & Daniel, filios suos & filias non eripiẽt. Et vide minarum grauitatem, & quales iustos in medium adduxerit. Quoniã & illi suis temporibus etiam aliis salutis causa fuerunt. Noë enim, cum terribilis illa dilluij tempestas terram occupasset, & mulierem & filios saluauit. Et Iob similiter aliis salutis author fuit. Et Daniel multos eripuit à morte, quando barbarus ille inquirebat quæ supra humanam sunt naturam, & interimere volebat Chaldæos, & Magos, & Gazarenos. Vt ne putemus in futuro seculo fore talia, & quòd qui virtute præditi, & fiduciam habent in deum, eos qui hic negligenter vixerunt, liberare illic à supplicio possint suos necessarios: propterea adduxit nobis iustos illos, terrorem nobis inferens, & docens in propriis bonis operibus cum superna gratia spem salutis nostræ habendam, & non in progenitorum virtutibus superbiendum, vel confidendum, si nos in peccatis esse non desinimus. Sed hoc vnum curandum, vt si parentes habuerimus virtute claros, imitemur eorum virtutem. Et si ediuersò accidat, & ex improbis simus parentibus, non putandum nobis aliquid accidere nocumenti, sed vt exerceamur ad virtutũ labores: nullum enim hinc nobis damnum erit. Nam vnusquisque per ea vel coronatur, vel condemnatur, quæ ipse gesit, quemadmodum & beatus Paulus inquit: Vt reportet vnusquisque ea quę per corpus fiunt, iuxta id quod fecit: siue bonum, siue malum. Et iterum: Qui reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Quę omnia cùm scimus, excussa omni negligentia, virtutis maximam habeamus rationem. Et cùm adhuc intra caueam sumus, & certandi tẽpus est, priusquam dissoluatur spectaculum, procuremus nostram salutem, vt in breui illo tempore virtutes exercẽdo, in seculo perpetuo illarum mercedes recipiamus, sicut & iustus ille. In medio enim tot malorũ habitans, & nullum habens qui suã imitaretur virtutẽ, sed videns omnes irridentes & subsannantes, non solum non factus est segnior, verùm & tanta virtute emicuit, vt & angelos susciperе meruerit: & cùm illi simul omnes perirẽt, solus ipse cũ filiabus effugit pœnam, quæ illis illata est. Cæterùm ad seriem sermonis redeamus. *Venerunt autem duo angeli in Sodoma vesperi.* Iusti huius virtutem tempus hoc potissimum indicat, quia & ingruente vespera permansit, & nõ destitit. Nam quia sciebat lucrũ quod

inde

ἐντὸς τῆς μιᾶς ταύτης σχολῆς, intra scholam hanc, pro athletico in loco certaminis.

Psal. 6. b

Psal. 84. b

Ezech. 14. c

2. Cor. 5.

Roma. 12.

inde nascebatur, ideo propter hoc diuitias assequi cupiens, valde sedulus erat, & neq; die impleto discedebat. Ita enim se habet anima feruida & vigilans, vt nullis impedimentis præpediatur, quò minus suam declaret virtutem. Quin & ipsa quæ prohibet maximè, magis efferuescere faciunt, & maiorem cupiditatis flammam accendunt. *Vt autem vidit*, inquit *Lot, surrexit in occursum illis.* Audiant hi qui aduenas orantes & supplicantes, & sedulò se coram eis humiliantes, multa inhumanitate auersantur & repellunt. Vide enim quo modo iustus ille non expectauit donec ad se venirent, sed sicut patriarcha, ignorãs qui essent hospites, & suspicãs viatores quosdã esse quasi præ gaudio saltabat, quia assequut⁹ erat quęsitã prędã, & nõ aberrarat ab eo quod cupiebat. Vt autẽ vidit, inquit, exurrexit in occursum illis, & adorabat facie super terrã. Gratias egit deo, quòd dignat⁹ esset eũ præter cuntiũ susceptione. Animaduerte illius animæ virtutẽ, magnũ dei beneficiũ arbitrabatur, incidisse in hos viros, vt susceptis illis suũ perficeret desideriũ. Iam ne dixeris, quòd angeli fuerint: sed hoc potius tecũ expẽde, quòd iustus ille nõdũ hoc sciebat, sed quasi homines ignotos & prætereuntes suscipiens, ita afficiebat. *Et dixit: Ecce domini, diuertite in domũ pueri vestri, & † quiescite, & lauate pedes vestros, & diluculo facto proficiscemini viã vestram.* Sufficiunt hæc verba ad detegendam virtutẽ quæ in pectore iusti latebat. Et quid mirũ si quis obstupescat eximiam humilitatẽ, & promptitudinem quã in hospitalitate declarabat: Ecce, inquit, domini, diuertite in domum pueri vestri. Et illos dominos vocat, & seipsum seruũ vocat. Audiamus hæc verba, & discamus. Glorioſus, nobilis, tam abundãs, tantus paterfamilias: viatores, hospites, ignotos, vt apparebãt viles, & nihil ad se attinẽtes, dominos nominat, & inquit: Diuertite in domũ pueri vestri, & quiescite. Vespera enim, inquit, ingruit. Morẽ mihi gerite, & lassitudinẽ diei solemini in domũ serui vestri diuertẽtes. Nunquid magnũ vobis promitto? lauate pedes vestros itinere longo fatigatos, & facto diluculo pergetis in viã vestram. Hanc gratiã donate mihi, & petitionẽ meam ne frustremini. *Et dixerunt: Minimè, sed in platea † quiescemus.* Etiam post tantã exhortationẽ quam fecerat, cũ vidit eos renuere, non fuit negligens, neque ab instituto suo destitit, neque fecit vt nos interdum facimus. Qui si quãdo aliquem hortari dignamur, & postea videmus parumper detrectantem & renuentem, statim desistimus: id quod contingit, quia citra desiderium & feruorem hoc agimus, & maximè quòd putamus sufficere excusationem, si dicere possimus feciſse nos officium nostrum. Amisisti in venatione prædam. Aberrasti à thesauro, & tuo functus es officio? Tũc tuo functus esses officio, si non abiecisses è manibus thesaurum, si nõ præterisses in venatione prædam, si non summis labris & verbotenus tantum hospitalitatem indicasses: at nõ iustus ille sic. Sed quid? Videbat oblectantes suis precibus, & in plateis manere volentes. Hoc autem faciebãt angeli, virtutem iusti manifestare volentes, & nos docere quanta eius fuerit hospitalitas. Postea autem non iam verbis cõtẽtus est exhortari, sed & vim facit. Propterea & Christus dicebat: Violẽti rapiunt regnum cœlorum. Vbi enim spirituale affulserit lucrũ, tempestiua fuerit violentia, & laudabilis coactio. Et compulit eos. Mihi autẽ videtur & inuitos eos trahere. Deinde vbi viderunt iustum ita feruentem & nolentem desistere, nisi voti compos fiat, *Declinauerunt*, inquit, *ad eum, & intrauerunt in domum eius. Et fecit eis conuiuium, & coxit infirmen-*

† manete.

Matth. 11. b

tatos, & comederunt antequàm irent cubitum. Vidisti & hîc nõ in sumptuosa mensa hospitalitatem, sed potius in liberalitate mentis. Nam statim vt eos induxit in domum suam, nullum hospitalitatis officium prætermisit. Et ipse quidem in ministerio occupatus erat, & cibos apposuit, & omnem honorem impendit hospitibus, homines eos & viatores quosdam esse putans. *Viri autem ciuitatis Sodomitæ circundederunt domum à iuuene vsque ad senem, omnis populus simul: & euocauerunt Lot, & dixerunt ei: Vbi sunt viri, qui sunt ingressi ad te nocte? educ eos ad nos, vt cognoscamus eos.*

Dilecti ne perfunctoriè transeamus quæ dicta sunt, & non solum videamus insaniam nulla venia dignandam: sed & cogitemus quo modo iustus in medio tam truculentarum bestiarum habitans, ita excellenti virtute fulserit, quo modo ferre potuerit iniquitatem eorum, quo modo non fugit eorum ciuitatem, quo modo eis loqui potuit. Quo modo? Ego dicam. Vniuersi dominus præuidens miram illorum maliciam, dispensauit vt iustus eo loci domicilium haberet, vt sicut optimus medicus morbos eorum emendaret. Verum videns se cura sua nihil proficere, & illos non emendari, non propterea à cura destitit. Habet enim hunc morem medicus, quanuis videat morbos esse graviores quàm vt arte curari possint, non omittit tamen officium suum: sed omnem artem suam profert, si fortè possit ægrum vel longo tempore reparare: quòd si nihil amplius proficit, habet excusationem maiorẽ, eo quòd nihil prætermittit quod ad se pertinet. Id sanè & hîc factum est. Iustus enim, qui versabatur in medio taliũ, etiam sic mansit iustus, vitamq; optimam egit. Illi autem propterea omni venia sunt destituti, quòd non solum à malicia non cessarunt, sed & magis auxerũt peccata. Vide enim: Circundederunt domum à iuuene vsque ad senem, omnis populus simul. Summa maliciæ conspiratio, vehemens malè agendi studium, inenarrabilis peruersitatis magnitudo, conatus nulla venia dignus: A iuuene, inquit, vsque ad senem. Non solum, inquit, iuuentus hæc mala inquirebat: sed &, inquit, prouectæ ætatis viri aderant, & omnis populus simul. Neque erubescebant tam turpe, tamq; impudens flagitiũ: neque infallibilem oculum cogitabant, neque iustum reuerebantur, neque hospitibus parcebant: sed absque rubore, & nudo, vt dicũt, capite, libidinis suæ verba dicẽtes, accesserunt. Et vocato iusto, dixerũt ei: Vbi sunt viri, qui ingressi sunt ad te nocte? educ eos vt cognoscamus eos. Propter hunc eorum illicitum conatum, & impiam peruersitatem, opinor iustum vsque ad vesperam sedisse: ita vt ne sineret viatores ignaros incidere in illorum laqueos. Et iustus quidem cum hospitalitate & tam excellenti pudicicia hanc quoque adhibuit diligentiam, vt omnes prętereũtes susciperet, nullusq; eũ lateret, etiãsi eos tunc nõ angelos, sed homines esse putans. Impij autẽ illi præter hoc quòd nihil tale agebant quod iustus ille, tantam etiã perpetrarũt maliciã, vt ad obtegenda alia ipsorũ scelera sufficere possit. Propter hoc autẽ in platea volebant manere, vt darẽt iusto occasionem declarandi hospitalitatẽ erga se: & monstrarẽt ei re ipsa quàm digne supplicijs in illos animaduertatur, qui tam stupendã impietatem agebãt. Sed videamus amplius magnitudinẽ virtutis iusti. *Vt exiit igitur*, inquit, *ad eos ad vestibulum, ianuam quidem clausit post se, dixitq; ad eos.* Vide quo modo timuit iust⁹, & tremuit pro hospitum salute. Neq; enim tantum ianuã clausit post se: sed sciens eorũ insaniam & audaciã, & suspicans eorum temeritatẽ, Deinde inquit ad eos: *Nequaquam viri fratres.*

† manebimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri fratres. O iusti longanimitatẽ,ô excellentẽ modestiã, Hæc vera virtus est,ita mãsuetè alloqui illos.Nullus enim ægrũ volens curare,& insaniẽtem castigare, cum furore & austeritate hoc facit. Et animaduerte quòd eos qui tam absurda patrare volebant,fratres vocat:& eorum conscientias tangere, & à nephario flagitio volens abducere. Minimè,inquit,fratres, nolite iniquè agere,nihil tale cogitetis,ne ponatis tam graue scel⁹ in mentẽ vestram,ne naturam ipsam traducatis,ne illicitos excogitetis coitus: sed si volueritis insaniæ vestræ furorem demulceri,ego quiddam præbebo quo flagitium vestrum leuius fiat. *Sunt mihi duæ filiæ, quæ viros non cognouerunt.* Adhuc,inquit,inexpertæ sunt nuptialis cõgressus,intactæ sunt,luculentę sunt,& adhuc in flore ętatis:eas omnibus expositas do,& vtimini eis sicut vobis placet:vt accipiatis eas,inquit, & expleatis vestram in eis libidinem, & impleantur vestræ malæ concupiscentiæ:tantum in viros illos ne feceritis iniusticiã cuius gratia intrauerunt sub tecta tignorũ meorũ. Quoniam,inquit coëgi eos,& induxi sub tectum meum, vt ne mihi adscribatur iniquitas quæ eis cõtigerit, & ego eis author sim cõtumeliæ:idcirco pro eis duas meas filias do,vt illi à manibus vestris liberentur. Quanta iusti virtus:omnẽ virtutẽ hospitalitatis superauit. Quid enim quis iusti huius benignitate sat dignum attulerit, qui neq; filiabus parcere voluit, vt seruaret hospitibus honorem,& liberaret eos à peruersitate Sodomitarũ? Et ille quidem filias suas prostituit,vt hospites viatores (iterũ eadẽ dico) omnino ignotos eriperet ab impiorũ contumelia: nos autẽ videntes sæpe fratres nostros in ipsũ ipietatis profundũ, & quasi dicerẽ, in fauces diaboli cadere,neq; sermone eos dignamur,neq; consulere,neq; verbis admonere & eripere à malicia,& ad virtutẽ manuducere. Qualem igitur habebimus defensionem,cum iustus neq; filiabus parcit,vt hospitum seruet curam: nos autẽ ita immisericorditer erga fratres nostros afficimur,& sæpe tam frigida & absurditatis plena verba proferimus? Quid enim, inquit, mihi cum eo commune:mihi non est curæ, nihil mihi negocij cum eo. Quid dicis homo? Nihil tibi commune cũ eo? Frater tuus est,eiusdem tecum naturæ,sub eodem estis domino,sæpe etiam eiusdem participes mensæ,spiritualis illius (inquam) & terribilis, & dicis, Nihil commune habeo cum eo:& immisericorditer præteris, & nõ porrigis iacenti manum. Et ludæris quidem lex imperabat, ne inimicorum lapsa iumenta negligerent: tu autem fratrem tuum à diabolo sæpe saucium & iacentem, nõ super terram, sed super peccati barathrum videns, tua exhortatione non reuellis, non admonitionẽm tuam adhibes,non alios in auxilium vocas, vt à faucibus bestiæ membrũ tuum eruere valeas, & ad suam reducere nobilitatem:vt & ipse,si quando ceciderit (quod absit) in laqueos mali dæmonis illius, possis habere aliquos qui te inuent,& liberent à manibus diaboli. Sic & Paulus excitare volens Galatas, vt suis prouideant mẽbris, inquit: Considerãs temetipsum,ne & tu tenteris: quasi diceret,Si absque compassione & misericordia fratrẽ præteris: fortè & te,si ceciderit, alius similiter præteribit. Si igitur vis non despici, sicubi labaris, ne ipse despexeris alium: sed magnam præ te fer benignitatẽ,& thesaurum crede maximũ,si serues fratrem. Nihil enim huic vnquã par fieri poterit,quod ad virtutem attinet. Nam si solum mente cogitaueris,quòd ille quẽ despicis & præteris, à domino tuo tanto in honore habitus est, vt propter ipsum non refugerit & sanguinem suũ

Exo.23.a. & Deute. 25.a

Gala.6.a

1.Corin. 8.c

effundere:sicut & Paulus dicit: Et perit infirmus frater in tua scientia,propter quẽ Christus mortuus est: quo modo non præ pudore sub terra te abscondis? Si igitur propter illum Christus sanguinẽ effudit, quid magnũ facis,si tuã in eũ declaras beneuolẽtiam, & exhortatione verborum iacentem erigis, & animam mersam fortè & summersam refers ex profundo maliciæ, & facis vt videat † veritatis lucem, ac non reuirrat ad viciorũ caligines? Imitemur igitur, obsecro, iustum illum, & si periclitandum etiã fuerit pro salute proximi, non hoc subterfugiamus. Nam tale periculum nobis salutis fuerit occasio, multamq; conciliabit fiduciam. Considera enim,obsecro,quo modo iustus ille toti populo, qui ita in maliciam conspirauerat,se opposuerit:& magnã clementiam, indicibilẽmque fortitudinem præ se tulerit:quanuis neque sic corrigere potuerit indomitam illorum insaniam. Quippe post verba illa, & tam eximiam mansuetudinem,cum verbis suis quasi manibus prostituisset filias: quid dicunt ad eum? Absiste hinc. O grauem ebrietatem,ô immodicam desipientiam. In hunc modum se habet efferata & mala bestia concupiscentia, quando rationem vicerit, nihil quod oportet videre sinit, sed quasi in tenebris & pugna nocturna omnia facit. *Recede illuc,dicunt: venisti vt esses aduena, num & iudicandi authoritatem vsurpas? Ergo nunc te affligemus magis quàm illos.* Vide quo modo iustus mansuetè cum eis loquitur, illi autem quanta ferocitate respondẽt? Enimuerò quasi à diabolo exagitati,& eo ducatum præbente, ita contra iustum insurgunt & dicũt: Venisti vt aduena esses, num & iudicandi authoritatem vsurpas? Aduenam te, inquit, suscepimus, num & iudicẽ nostri te facis? O excellẽs ingratitudo: oportebat erubescere, oportebat reuereri consilium iusti. Verum sicut insani etiam medicum impetere conãtur,ita & illi. Te aiunt, magis affligemus quàm illos. Si non vis, aiunt, silere & quiescere: discces quòd patrocinio tuo nihil aliud efficies,præterquam quòd illi quidem periculum effugiẽt, tu autem in ipsum incides. *Faciebant autem vim valde.* Vide iustum illum quantam fortitudinem declarat, & tantæ multitudini opponere se attentat. *Et appropiarunt,* inquit, *vt contererent ianuam.* Quia enim egrediens & horum insaniam prævidens clausit post se ianuam: non ferentes impij & scelesti illi admonitionem iusti, ipsum vi premebant, & ianuam conterere moliebantur. Sed quia operibus satis demonstrata fuit iusti virtus, & cura eorum qui hospites putabantur, & conspiratio totius populi in malum: tunc & ij qui aduenerãt, manifestarunt se. Et quia viderant iustum omne officium suum impleſſe,suam declarantes potentiam, suppetias ferebant iusto cui vis fiebat ab illorum insania.

† virtutis

Itaque, inquit, *viri manibus extentis attraxerunt Loth ad se in domum, & ianuam domus clauserunt. Viros autem qui erant apud ianuam,percussirunt cæcitate à paruo vsque ad magnum, & dissoluti sunt,quærentes ianuam.* Etiam iustus ille statim hospitalitatis accipit mercedes, & impij illi digna plectuntur pœna. Dicit enim: Attraxerunt Lotb in domum, & ianuam clauserunt: viros autem percussserunt cæcitate, à paruo vsque ad magnũ, & dissoluti sunt quæ rẽtes ianuam. Quoniam mentis eorum oculus excæcatus erat,propter hoc & visu priuati sunt:vt discãt quòd nihil sibi prosint corporales oculi, si oculi mentis fuerint excæcati. Et quia conspirauerant in malicia, & à malo conatu neque senes neque iuuenes abstinebant, ideo omnes excæcati sunt:& non solum excæcati sunt, sed & viribus corporis destituti sunt, quandoquidem

potiorem

Universidad de Deusto

potiorem hominis partē animam corruperant: & qui prius ianuā conterere nitebantur, & multum minabātur iusto, statim steterunt luxatis membris, & ante oculos sitam ianuam non videntes. Tunc quasi respiravit iustus, vides quales hospites essent, & quòd magnæ virtutis. Etenim dixerunt ad eum viri: *Est quis tibi hic gener, vel filij vel filiæ, vel alius quis in ciuitate?* Vide quo modo iusti hospitalitatem remunerant, & quo modo ei largiri volunt suorum omnium salutem. *Si quis est tibi*, inquit, *in ciuitate, si quem saluare cupis, si quem scis ab istorum crimine alienū, educ ex hoc loco, & de terra. Omnes qui tibi iuncti sunt educ: perdimus enim nos locum hunc.* Deinde & causam afferunt, iustum omnia diligenter docentes. *Quia exaltatus est*, inquit, *clamor eorum coram domino, & misit nos dominus vt extereremus eos.* Hoc fuit quod dictum est patriarchæ Abrahæ: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est ante me. Exaltatus est, inquit, clamor eorum coram domino. Grandis peruersitatis eorum magnitudo, & idcirco quia incurabilis morbus, & vulnus hoc nullā curā recipit, misit nos dominus vt extereremus eos. Et hoc
Psal.103.4 est quod dicebat Dauid: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Quia, inquit, aduenimus vt regio vndiq; deleatur: propter maliciam enim inhabitantium, etiam terra pœnam accipit. Egredere tu hinc. Hæc vt audiuit iustus, & didicit causam propter quam affuerunt viri quidem, vt apparebāt, angeli autem reuera & ministri dei omnium. *Egressus autem Loth, dixit generis suis, qui acceperant filias suas.* Atqui suprà dicebat impiis, Ecce duas filias habeo, quæ nōdum cognouerunt viros: quo modo igitur hîc dicit, Ad generos suos, qui acceperant filias suas? Ne putes diuersa esse hæc illis, quæ superius à iusto sunt dicta. Mos enim ille veteribus erat, antè multū tempus sponsalia facere: sæpe item & cohabitare desponsatis, & simul cū parentibus conuersari: id quod & nunc sæpe fieri solet. Quia igitur iam desponsatio facta erat, ideo vocat eos generos. Et dixit qui acceperant filias suas, proposito videlicet ac compromissione: *Et dicit, Surgite, & exite de hoc loco: quia exterit dominus ciuitatem.* Visus est autem tridiculus eorum generi suis. Vide quo modo é malo hoc fermento erāt & illi. Et propterea volens deus statim liberare iustum ab illorum affinitate, non permisit eis commisceri filiabus iusti: sed cum impiis etiam illos perdidit, vt egressus iustus cum filiabus effugeret eorum cognationem. Itaque cum audirent à iusto terribiles illas minas, quasi subsannabant, & putabant deliramenta esse quæ dicebantur: veruntamen iustus quod suum erat faciebat. Et quia semel illis filias desponsarat, voluit eripere eos à plaga: at illi noluerunt, sed in moribus suis māserunt, & re ipsa didicerunt ꝙ magno suo dāno consiliū iusti reiecerunt. *Vbi autem, inquit, mane factum est, studiosè adhortati sunt angeli Loth, dicentes: Surge, accipe vxorem tuam, & filias duas quas habes, & exi, vt ne & tu cum iniquitatibus ciuitatis pereas. Et turbati sunt.* Ne differ, inquit. Iam enim illis pernicies infligenda est: teipsum igitur & vxorem, & filias serua. Illi enim qui noluerunt admonitioni tuæ parēre, non longè post participes erunt communis interitus. Ne igitur differ, vt ne & ipse internecionis istorum impiorum particeps fias. Et turbati sunt. Hæc vt audiuerunt Loth & vxor & filiæ, turbati sunt, inquit: hoc est, attoniti fuerunt, & in nimium pauorem inciderunt, & propter minas anxij fuere. Et ideo angeli cum agentes iusti, apprehenderūt, inquit, manum eius. Iam non vt de viris loquitur de eis scriptura diuina, sed quia plagam inflicturi erant, angelos eos nominat,

tridicula loqui.

A & dicit: *Apprehenderunt manum eius, & manum vxoris eius, & manus filiarum eius, eo quòd parceret ei dominus.* Animabāt eos manuum contactu, & roborauerunt eorum alacritatem, vt ne timor eorum dissolueret robur: propterea adiecit, eo quòd parceret ei dominꝰ. Quia enim dominus iudicauit eum salute dignum, idcirco & angeli volentes eorum alacritatem roborare, manum eorum apprehendunt, & educentes eos foras, dixerunt: *Salua animam tuam: ne respicias post tergum: ne stes in omni loco per circuitum: in monte saluum te fac, ne forte simul abripiaris.* Quoniam liberamus te ab impiis illis, ne vltrà circunspicias post tergum, ne velis videre quæ illis eueniant: sed festina, & longè fias, vt effugere queas pœnam eis infligendā. Exin iustus timens, ne fortè non posset designatum locum assequi, & in montem peruenire, inquit: *Oro domine, quia inuenit puer tuus misericordiam coram te, & magnificasti iusticiam tuam, quam facis mecum vt viuat anima mea: ego autem*
B *non possum saluari in monte, ne apprehendant me mala, & moriar: ecce ciuitas ista propè, ad quam confugiam ego, parua est, ibi seruabor, & viuet anima mea [propter te.]* Quia enim, inquit, semel iudicastis salutem mihi dandam: ascendere autem in montis verticem, vires meas transcendit, ampliorem misericordiam mihi exhibete, & laborem meum alleuiate. Ne quando igitur apprehendar à pœna quæ infligitur illis, & particeps fiam interitus illorum, ciuitatem hanc vicinam & paruam segregate mihi. Nam licet vilis sit & parua, attamen illic seruatus, securé postea agere potero. Et dixit ei: *Ecce admiratus sum tuam faciem & in verbo hoc, vt ne subuertam ciuitatem de qua loquutus es.*

Accepi tuas preces, inquit, & faciam hoc: & petitionem tuam tibi exhibebo, propterq; te etiā ciuitati parcam. *Festina igitur, & occupa locum, & saluare. Neque enim fa-*
C *ciam aliquid, donec illuc venias.* Non potero, inquit, facere quicquā, vsquequo tu illuc ingrediaris, quia curā ago tuæ salutis. Expecto donec illuc abeas, & tūc eis infligā pœnam. *Sol igitur egressus est super terram, & Loth intrauit in Segor.* Circa solis ortum, inquit, venit in ciuitatem, & statim cum ipse esset intra ciuitatem, illi pœnam accipiebant. *Pluit enim*, inquit, *dominus super Sodoma & Gomorrha sulphur & ignem à domino de cœlo: & subuertit ciuitates illas, & quicquid circa eas habitabatur, & omnes qui habitabant in ciuitatibus, & omne quod exoriebatur de terra.* Dilecte ne ob hūc loquēdi modū tenearis admiratione: proprietas enim est scripturæ, & indifferenter sic sæpe ponit verba: id quod & nūc videre licet. Pluit enim, inquit, dominus sulphur & ignem à domino de cœlo: vt dicat, quòd dominus pœnam inducat: & non solum ciuitates subuertit, & omnem circa regionem, & omnes inhabitantes:
D sed & quæ exoriuntur de terra, aboleuit. Quia enim homines, qui tantam ciuitatem inhabitabant, multos impietatis fructus protulerunt: idcirco, inquit, & inutiles fructus terræ facio, vt & illis abolitis perpetuū sit monimentum sequentibus generationibus: omnes per suā sterilitatem docens, quāta fuerit inhabitantium malicia. Vidisti quanta res sit virtus, & quanta res malicia: & quo modo iustus saluatus sit, alij autem dignam suæ malicia pœnam receperint. Et sicut iustus per suam virtutem & filias saluauerit, & ciuitatis illius subuersionē prohibuit: ita & illi propter immodicam suam maliciam, non solum ipsi perierunt & corrupti sunt, sed & effecerunt terram inutilem in futurum. *Et respexit*, inquit, *vxor eius post tergum, & facta est columna salis.* Nā quoniam audiuit angelos præcipientes iusto vt ne se conuerterent retrorsum, sed cum magna festinantia secederent: neglexitq; verba, & præcepta non custodiuit,

prop-

Universidad de Deusto
Biblioteca

propterea suæ negligẽtiæ dedit pœnam. Cæterum nos audientes illa, nostræ salutis curam diligentiorem habeamus, & vicia illa imitari caueamus. Imitemur iusti illius hospitalitatem & alias virtutes, vt possimus & supernam iram depellere. Neque enim possibile est, vt qui virtutem hanc magno studio exerceat, non grandem inde reportet thesaurum. Etenim iusti illi sic supernam gratiam cõsequuti sunt. Item tam patriarcha, quam Loth, & qui homines susceipere se putauerũt, meruerunt susceipere angelos, & angelorum dominũ. Nobis quoq; & nunc, si voluerimus, susceipere licet. Ipse enim est qui dixit, Qui susceipit vos, me susceipit. Sic hospites susceipiamus, & non ad externam vilitatẽ respiciamus. Enimuerò, si tali mente hospitalitatẽ etiã nos exercuerimus, digni erimus & nos qui tales excipiam⁹ qui videntur quidẽ viri, angelorum autẽ virtutes operantur. Tantum ne curiosi exploratores & inquisitores simus, vt ne thesaurum perdamus. Quandoquidem & beatus Paul⁹ tales iustos insinuat, & docet nos, quo modo tales vt susceiperent, eis euenerit. Hospitalitatis, inquit, ne obliuiscamini: propter hanc enim nescientes quidam hospitio exceperũt angelos. Hoc enim eos potissimum fecit admirabiles, quòd curam eorum quos nescierunt egere. Et nos quoq; cum fide ac pietate rem obeamus, vt sic thesaurum assequi possimus. Quod nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amẽ.

Luce.9.f

Hebr.13.a

Diluculo autem venit Abraham ad locum vbi steterat coram domino. *Homilia XLIIII.*

HEri vos argumentum de muliere Samaritana satis docuit ineffabilem domini longanimitatem, & excellentem erga illam prouidẽtiam, atque illius gratitudinem. Vidistis quo modo, vt aquam sensibilem hauriret, aduenit, & ex spirituali fonte diuina flumina hausit, ac domum rediit, implens quod dictũ est à domino: Aquam quam ego dabo, erit in eo fons aquæ salientis in vitã æternã. Impleta enim ipsa diuino illo & spirituali fonte, nõ detinuit intra se flumina: sed superscaturiẽs, vt ita dicã, effudit & in habitatores ciuitatis concessi doni gratiam. Et prẽconis officium egit mulier Samaritana & alienigena. Vidistis quantũ bonũ sit animæ gratitudo? Vidistis domini misericordiã, quo modo nullũ contẽnit: sed etiã in muliere, etiã in paupertate, & vbicunq; inuenit animam excitatam & vigilem ac feruidam, statim gratiam suam illi largitur? Imitemur igitur, obsecro, & nos mulierem hanc, cũmque magna attentione accipiamus doctrinas à spiritu. Neq; enim nostra sunt quæ dicuntur, neq; ex propria lingua loquimur quæcunq; dixerimus, sed domini misericordia afflati propter vestram salutem & ædificationem ecclesiæ dei. Dilecte, ne igitur ad me dicentem respicias, neque ad tenuitatem meam: sed quoniam ea quæ domini sunt affero, ad eum qui me misit habens attentam mentẽ, collecto animo quæ dicuntur accipe. Quandoquidem & in humanis negociis, quando rex diademate coronatus literas mittit, tũc is qui eas affert, per se nullius momenti est, sed humilis quidam, sæpe neq; progenitores numerare sciens, obscurus & ex obscuris: sed nõ ad illũ spectant qui literas suscepturi sunt, sed propter regis literas, illi quoq; multũ exhibent honoris, ac literas magna cũ reuerentia & silentio recipiunt. Si igitur is qui hominis literas affert, & chartam tantum apportat, sic omnibus acceptus est: multo magis vos, † si fueritis iusti,] eloquia quę à spiritu vobis per nos mittuntur, magna attentione † susceipite, vt magnã gratitudinis recipiatis mercedem. Nam si viderit dominus omniũ, animarum nostrarum promptitudinẽ: & nobis largiores sumptus suppeditabit propter vestrã ędificationem, & vobis maiorem præbebit intellectũ, ita vt quæ dicũtur intelligere valeatis. Liberalis enim est spiritus gratia, & se in omnes effundens, nullã partitionẽ sustinet: sed cum distribuitur magis crescit, & quãto plures sunt eius participes, tanto & beneficiũ magis extẽditur. Age igitur, si videtur, & hodie ad seriem eorũ quæ prius dicta sunt veniamus: & videamus vbi sermo mãserit, & vnde eum repetere hodie congruat. Vbi igitur nuper sermonẽ in littus appulimus, & à doctrina cessauimus? De Loth vobis narrabamus, & de Sodomorum incendio: illic sermonem suspendimus, vbi iustus in Segor seruatus est. Sol enim egressus est super terram, & Loth intrauit in Segor, & tũc ira à deo immissa Sodomitas apprehendit, & terram illam aboleuit. Quando & mulier iusti, obliuiscẽs dictorũ ab angelis, vt spectauit retrorsum, facta est columna salis, perpetuum monimentum posterioribus seculis suæ negligentiæ præbẽs. Necessarium nunc, vt dicamus vestræ charitati pauca ex his quæ sequuntur, vt iterũ videatis charitatẽ & cõpassionem patriarchæ, & dei erga illũ benecuolentiã. Nam vbi orto sole iustus Loth in Segor seruatus est, qui autem Sodomis erant, pœnam luerunt: patriarcha simul & illorum interitum miserans, quem propter suũ peccatum sustinuerũt, & de iusto valde solicitus, mane veniens spectabat quæ ibi fierent. *Diluculo autem venit*, inquit, *Abraham mane ad locum, vbi steterat coram domino, & respexit in faciem Sodomorum & Gomorrhæ, & in faciem circumiacẽtis regionis. Et vidit, & ecce ascendit flamma de terra, quasi fumus camini.* In eo, inquit, loco, in quo colloquutus est cum domino, & pro Sodomitis rogauit: vidit terribilis illi⁹ pœnæ vestigia, & de iusto discere aliquid volebat. Is enim sanctorum mos est, vt plurimum afflictis afficiãtur, & compatiãtur. Et vt doceat nos diuina scriptura, quòd statim ipsi huius scientiam concesserit spiritus gratia, & iustum cura quã pro Loth gerebat liberarit, inquit, *Cum contereret omnes ciuitates circa regionem Iordanis, recordatus est deus Abrahæ, & emisit Loth è media subuersione.* Quid est, recordatus est deus Abrahæ? hoc est, petitionis quam fecit, dicẽs, Ne simul perdas iustum cum impio. Cur igitur, dixerit aliquis, propter orationem patriarchæ iustus seruatus est, & non propter suam iustitiam? Ita certè, etiã propter orationẽ patriarchæ. Quãdo enim quod ex nobis est simul afferimus, & accedit intercessio sanctorũ, plurimum nobis confert. Quòd si ipsi negligentes fuerimus, & spem in illis solis collocamus nostræ salutis, nihil amplius nobis prodest: non quòd infirmi sunt iusti, sed quia propter nostram desidiam nosipsos perdimus. Et vt discas quòd quãdo negligentes sumus, etiamsi iusti sint qui pro nobis orant, etiãsi prophetæ, nulla nobis inde fiat vtilitas. Illi enim suam virtutem & per hoc demonstrãt, nobis autẽ nulla erit vtilitas propter mores nostros. Audi deum omnium, ad eũ qui de vtero matris sanctificatus est, Hieremiam prophetam dicentẽ, Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te. Vide domini misericordiam, *Hier.7.d* *Hier.14.b* prædicit prophetæ, vt ne quum post orationem non exaudiatur, tribuat hoc suis demeritis: & ideo iam prędicit ei populi maliciam, & prohibet ne precetur, vt & ipse scire queat immodicam Iudæorum peruersitatẽ:

& illi

Ioan.4.b

† susceipite
† susceipe

& illi sciant, quòd nihil eis prodest propheta, nisi & ipsi quæ sua sunt proferre velint. Id scientes dilecti, confugiamus ad sanctorum preces, & oremus vt pro nobis intercedant: sed non illorum precibus tantũ confidamus, sed & ipsi nostra, vt oportet, dispensemus rectè, & ad meliora semper conuertamur, vt locum demus orationi quæ pro nobis funditur. Hoc & ad alium prophetam dicit dominus omnium: Non vides quid ipsi faciunt? incendunt adipem, & placentas faciunt exercitui cœli: quasi dicens ad eum, Pro illis me rogas, qui à peccato non desistunt, qui carẽt sensu infirmitatis suæ qua laborant, sed sic absq; dolore sunt affecti? Non vides plurimum eorum contemptum? non vides eorum magnam insaniam, quo modo nondum satientur impietate, sed se volutẽt in suis iniquitatibus, quasi sus in luto? Nunquid si vellent conuerti, audirent inhortantes? Nónne ego sum per prophetas clamans, & dicens, Et dixi, postquam ipsa omnia hæc admisit scortando, ad me conuertere, & non est cõuersa? Num aliud quæro, quàm vt quiescat à peccato tantum, & sistat mala? Num pro præterito rationem exigo, si videam resipiscentes? Nónne quotidie clamo, dicens, Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat? Nónne propterea omnia facio, vt ab interitu eripiam eos qui ab errore præoccupati sunt? Num si videam conuertẽtes, differo? Nónne ego sum qui dico, Adhuc te loquẽte dicã, ecce adsum? Num sic ipsi suæ salutis auidi sunt vt ego, cui maximè peculiare est velle omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire? An non vos ex nihilo produxi vt perdam? Num sine causa regnum futurum, & innumera bona præparaui? An non propter hoc & gehennam minatus sum, vt in regnum cœlorum huius metu intrare homines faciã? Ne igitur ô propheta illos relinquens, mihi afferas orationem: sed hoc tuo studio facias, vt illorum morbꝰ vincatur, & in sensum infirmitatis suæ, & ad sanitatem ipsi reducantur, & mea omnino sequentur. Neque enim moror, vel differo, quando video animam gratã: vnum enim tantum requiro, nempe vt confiteantur peccata, & ab eis abstineant, & non vltrà infero pœnam peccatis. Num graue & molestum est quod à me proponitur? Nisi scirem deteriores fieri quãdo priora peccata non confitentur, neque idipsum requirerem. Verum quia scio hominum genus magis ad peccatum vergere: propterea volo vt confiteantur priora peccata, & confessione prohibeãtur ne in eadẽ recidãt peccata. Hanc igitur dilecti, domini misericordiã in animo versantes, ne simus desides: sed magnã nostri ipsorum geramus curam, & peccatorũ maculas purgemus, atq; sic sanctorũ precibus nos cõmendemus. Nam si sobrij esse voluerimus, & expergefacta atq; strenua mẽte etiam per nosipsos orãtes, plurimũ nobis proderimus. Quia enim misericors est dominus noster, non sic annuit quum oratur ab aliis pro nobis, vt quũ à nobisipsis. Vide bonitatẽ eximiã: nam si viderit nos qui offendimus, & ignominiosi facti sumus, nullamq; habemus fiduciã, paululum excitari, & ad misericordiæ suæ diuitias confugere volentes: statim precibus annuit, & manum porrigit iacentibus, & lapsos excitat, clamatq; dicẽs: Nũquid qui cadit, nõ resurget? Verũ vt discatis etiam reipsa, quo modo multi per semetipsos orãtes id quod cupiebãt assequi valuerũt operępreciũ fuerit eos quibus id contigit in mediũ producere, vt & nos imitemur, & ad emulationẽ prouocemur: audiamꝰ igitur, quo modo Chananæa illa mulier, quum esset alienigena, & anima valde cruciaretur: vbi vidit medicum animarum, & solem iusticiæ qui exortus est his qui sedent in tenebris, accessit ad eum feruida & alacri prõptitudine: neque ideo segnior facta, quòd vel mulier, vel alienigena esset: sed omnibus impedimentis repulsis, vt accessit, inquit, Domine miserere mei, quia filia mea malè à dæmonibus torquetur. Verum qui scit abscondita cordium, tacet & nõ respondet, neq; sermone eam dignatur: neq; miseretur mulieri, quam videbat tanto cum eiulatu accedere: sed differt, volens occultum mulieris thesaurũ omnibus manifestũ facere. Sciebat enim reconditã margaritam, quam latere nos nolebat: & idcirco differebat, & nec responso dignabatur, vt posteris omnibus mulieris sedulitas magna foret doctrina. Et vide ineffabilem dei bonitatem. Ipse enim, inquit, non respondebat ei. Discipuli autem, qui misericordiores & maioris compassionis esse videbãtur, non audent manifestè dicere, Da ei quod petit: miserere ei: esto ei clemens. Sed quid? Dimitte eam, quia clamat post nos, quasi dicentes, libera nos à molestia, libera nos à clamore quẽ excitat. Quid igitur dominus? Putatis me, inquit, absq; causa tacuisse, & responso eam non fuisse dignatum? Audite, Nõ sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Nescitis, inquit, quòd alienigena mulier est? nescitis quòd & vobis iam præcepi, ne iretis in viam gentiũ? Quare tam temerè compassionem erga eam declaratis? Considera multifariã dei sapientiã, quo modo & quum respõdere videbatur, mulierẽ magis perstringebat quàm silẽdo: & quasi lętalem plagã dabat, prouocare paulatim eã volens, vt discerent ignorantes discipuli quanta in ea lateret fides. Sed neq; sic tardior negligentiorve facta est visis discipulis à cœpto suo desistentibus, neq; dixit intra semetipsam: Si non potuerunt illi dominum pro me exorare, quare ego frustra sequerer, & continuo instarẽ? Sed quasi ab igne calefacta & succensa, visceribus & ratione conturbatis, accedit adorans, & dicẽs, Domine, adiuua me. Ille autẽ neq; sic adiuuat mulierem, sed responsum dat superiore grauius. Nõ est, inquit, bonum vt tollatur panis filiorum, & detur canibus. Considera dilecte, & animaduerte hic animæ eius desiderium, & fidem eximiam. Vt audiuit se canem dici, nõ grauatim tulit, nõ retrocessit: sed magna ingenuitate inquit, Etiã domine: nam & catuli edunt de micis mẽsæ dominorum suorum. Confiteor, inquit, catulum me esse, igitur sicut catulum dignare me micis mensæ. Vidisti mulieris fidem & prudentiam? Suscepit quod dictum est, & statim id pro quo solicitabat tãto studio, obtinuit, obtinuitq; magnis cum laudibus. Quid enim dicit Christus? O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. O mulier, admirationis verbum, & dictum laude plenũ, Magnam, inquit, declarasti fidem, propterea tanta tibi erunt quãta vis. Vide liberalitatis amplitudinẽ, & admirare domini sapientiã: an non ab initio putabamus, quum sic repelleret eam, compassione carere illum? Et primum quidem non dignabatur responso, postea autem per primum & secundum responsum quasi abigebat, & eam quæ cum tanto aduenerat desiderio & feruore à comitatu segregabat. Verũ à fine discas dei bonitatem, quòd volens eam clariorem fieri, tanta dilatione fuerit vsus. Equidem si statim annuisset, nescissemus nos mulieris virtutem: quia autem parumper distulit, & domini cognouimus misericordiam, & illius fidem eximiam. Totam autem hanc historiam in medium afferre coacti sumus, vt discamus quòd non tantum

Hier.7.d

Hier.3.c

Ezec.18.c.g

Esa.65.d

1.Timo.2.b

Matth.15.c

Ibidem.

Matth.10.a

Psal.40.b & Esa.24.d. & Hier.3.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum perficimus per alios orãtes,vt per nosipsos, si quidem cum alacri & vigili mente accedimus.Enimuerò illa & discipulos habens pro se orantes, nihil profecit, donec ipsa per se assisteret,misericordiam domini sibi *Luc.11.a* concilians. Atq; parabola illa amici intempesta nocte venientis,& tres panes petentis,idẽ hoc significat. Nã licet nõ exaudiat eo quòd amicus sit,attamẽ vel propter importunitatem, quum surrexerit, ei dabit. Itaque quum videmus ineffabilem misericordiã domini nostri,accedamus ad eum,declaratis,& quasi ante oculos nostros propositis singulis peccatis nostris, etiam pro præteritis peccatorum veniã petamus,vt in futurũ maiori diligentia viuentes, vberiorem eius gratiam assequamur.Verum redeamus,si placet, ad lectionis seriẽ.

Ascendit autem,inquit,*Loth in Segor,& sedit in mõte, & duæ filiæ eius cum eo.Timuerunt enim habitare in Segor, & habitauit in spelunca ipse,& duæ filiæ eius cum eo.* Iustus inualescente adhuc timore,quem conceperat à plaga Sodomis introducta,procul abit,& in monte, inquit, habitat cum filiabus suis:& in solitudine & vastitate extrema postea fuit cum filiabus,in monte habitans. *Dixit autem*, inquit, *maior natu ad iuniorem:Pater noster senex est, & nullus est super terram qui ingrediatur ad nos vt congruit vniuersæ terræ:veni & potabimus patrem nostrum vino, & dormiemus cum eo, & excitabimus semen ex patre nostro.* Cum reuerẽtia & timore multo audiamus ea quæ in diuinis scripturis continentur: non enim temerè & absque causa scripta sunt, sed omnia vtiliter & nobis proficua,etiam si nos quędam ignoremus.Non enim omnia possumus euidenter scire:sed si & causas attentauerimus reddere pro nostro captu,habẽt tamen adhuc latentẽ quendam thesaurum, à multis absconditum,nec inuestigabilem.Considera igitur quo modo scriptura omnia manifestè narrarit, & nobis scopum ac finem ostenderit filiarum iusti: & nunc quidem pro illis, nunc verò pro iusto dignam satisfactionem afferens: vt nullus ad factũ respiciẽs, vel iustũ condemnet,vel iusti filias, quasi cõgressus ille propter incontinẽtiã fuerit.Quo modo igitur pro filiabus respondet:Dixit,inquit,maior natu ad iuniorẽ:Pater noster est senex, & nullus est super terram, qui ingrediatur ad nos iuxta morem vniuersæ terræ.Vide scopũ diligenter,& omni eas liberabis crimine. Putauerunt generalem totius orbis factum interitum, nullumq; amplius superstitem:deinde & patris viderunt senectutẽ. Vt igitur,inquit,nõ aboleatur genus,& pereat nomen nostrum.Hæc enim erat priscorum maxima cura,quo modo genus suum filiorum successione dilatarẽt:proinde dicit,Ne & nostri generis tota fiat abolitio, præsertim iam senio patre confecto : & nullus inueniatur vir qui nobis iungatur, vt possimus extendere & relinquere seminis nostri propagationem. Veni, inquit, vt ne hoc fiat,potemus patrẽ nostrum vino. Quasi dicere vult,nunquam ferret vel auribus hoc pater, vino decipiamus eum. *Potauerunt autem patrem suum vino nocte ista,& ingressa est senior,& dormiuit cum patre suo:& nescisuit quãdo illa accubuerit,vel surrexerit.* Vidisti,quo modo diuina scriptura & pro iusto rationem dederit semel atq; iterum:& prius quidem,quòd filiæ vino ei imposuerint, declarauit:& quòd non aliter potuerint persuadere patri quàm sic faciendo:Nũc autẽ opinor & superna dispensatione esse factum,ita fuisse eum aggrauatũ vino, vt omnino ignoraret,ne scilicet fieret criminum reus. Ea enim peccata nos condemnãt,quæ scientes & volũtariè facimus.Vide quo modo testimonium præbet iusto, quòd omnino factum nescierit.Verum iterũ quæstio surgit de ebrietate.Oportet enim omnia inuestigare,vt nulla rudibus & impudẽtibus calumniandi relinquatur occasio.Quid igitur & de hac dicemus? Nõ ex ebrietate vel incontinẽtia hæc facta sunt, sed tristicia. Nullus igitur audeat aut iustum, aut iusti filias condẽnare.Quo modo enim non esset extremæ demẽtiæ & desipientiæ,vt eos quos diuina scriptura ab omni liberat crimine, imò pro quibus tantam apologiam componit,nos innumeris peccatis pleni condemnemus,& nõ audiamus Paulum dicentẽ:Deus qui iustificat, quis est qui condemnat?Et vt discas, quòd hoc nõ inuanũ, & simpliciter factum sit:sed tristiciæ nimietas accedente vino nullum ei reliquerit sensum,audi quid dicat:

Et factum est die sequenti, dixitq; maior natu ad iuniorem, Ecce dormiui heri cum patre nostro: potabimus eum vino & nocte ista, & ingressa dormi cum eo, & excitemus ex patre nostro semen. Vides quo modo recta sententia hoc faciebãt?Nam,quia potui, inquit, ego quod quærebam implere, necessarium & te idem facere:fortè enim votorum nostrorum cõpotes erimus, & non in æternum genus nostrum peribit. *Potauerunt autem & nocte illa patrem suum vino, & ingressa est iunior, & dormiuit cum patre suo. Et ignorauit ille quando ipsa vel accubuerit,vel surrexerit.* Cõsidera dilecte quòd totum factum fuerit diuina dispẽsatione, sicut & protoplasto euenit.Nam sicut illic ex dormiẽtis latere portio sumpta est,eo non sentiente : sed qui finxerat latus illud,inde vxorem Adæ produxit : ita simili modo & nunc.Nam cum costę ablatio,excessu mentis à deo immisso,absq; illius sensu fuit:multo magis & quod nunc est factum. Nam id quod dixit illic diuina scriptura, quòd immisit ecstasim in Adam, & dormiuit : hoc & *Genes.* hic significauit, dicendo, Nescisuit quando vel accubuerit,vel surrexerit. *Et conceperunt*,inquit,*de patre suo.Et peperit maior natu filium,& vocauit nomẽ eius Moab:dicens, Expatre meo.Hic pater est Moabitarum. Peperit autem & iunior filium, & vocauit nomen eius Ammon:dicens,Filius generis mei.Hic pater est Ammanitarum.* Vides quòd non fuerit incontinentiæ opus:Nomina enim statim natis indiderũt quibus factum significabãt,& in filiorum nominibus quasi in columna quadam memoriã facti inscribebant: & iam tum præsignantes quòd gentes ex eis futuræ essent, & in multitudinẽ se propagaturum natorũ genus . Nam ille quidem,inquit, pater erit Moabitarum,iste autem Ammanitarum.Verum tunc quidem,quoniam origo & initia erant,& per generis successionem memoriam suam volebant conseruare:tantum eius rei studiũ fuit iusti filiabus.Nunc autem quia per gratiam dei religio maiora sumpsit incrementa,& iuxta beatũ Paulũ, præ- *1.Cor.7* terit figura mundi huius:bona opera agendo, memoriam nostri relinquamus:vt quum hinc migrauerim⁹, vitæ nostræ diligens & accurata cõuersatio sit monimentum & doctrina omnibus qui in nos spectant.Nã qui virtute præditi sunt,& castam vitam ducunt: non solum quum in hac vita sunt,sed & post vitę exitũ,plurimum prodesse poterunt his qui in se respexerint. Et vt discas,vide obsecro quantus annorũ numerus transiit,& vsq; in hodiernum diem,quoties voluerimus aliquos in æmulationem continentiæ prouocare, Ioseph in mediũ afferimus:speciosum,formosum,adolescentem,in ipso ætatis flore tantã castitatis constantiã præse ferentem : & sic ad imitationẽ iusti huius auditores prouocare studemus.Quis enim nõ admiraretur beatum illum,qui in seruitute existens,& in ipso flore ętatis,quando maximè fornax concupiscentiarum accenditur,quum videret dominam suam se inuadẽtem, & insanientem

insanientem in se, tantam ostẽdit fortitudinem, & ita ad castitatis agones se exercuit, vt ab intemperata illa muliere nudus quidẽ vestibus profugeret, castitatis autem indumẽtum seruaret. Licebatq; videre rem nouã & admirabilem. Agnum in lupi, immo leænæ vngues incidisse, & saluari potuisse. Et sicut colũba aquilæ dãnum effugit, ita & iustus ab illius manibus euasit. Non *Danie.3* sic tam admirabile mihi videtur esse, tres pueros illos in medio Babylonicæ fornacis ignẽ vicisse, illæsis eorũ corporibus: vt mirabile & rarũ est, quòd iustus iste, qui in fornacem hãc Babylonica multo grauiorem, in incontinentiã inquam Aegyptię incidit, & intactus permansit, puroq; castitatis indumẽto seruato, exiit. Et ne mireris dilecte: quia enim quod suum erat attulit, habuit supernam gratiam comitem, quæ incẽdium illud restingueret, & in media fornace rorẽ spiritus daret. Vidisti quo modo virtute præditi, & quum hîc adhuc B sunt ac præsentes, & post migrationem ex hac vita magnæ vtilitatis authores nobis sunt? Atq; ob eã causam & iustũ illum in mediũ adduximus: hunc omnes imitemur, & concupiscentias nostras vincamus scientesq;, quòd nõ est nobis pugna aduersus sanguinẽ & carnẽ: sed aduersus principatus & potestates, aduersus mũdi rectores tenebrarũ huius seculi, sic nosipsos armemus, cogitantes quòd corpore circundati, aduersus incorporeas virtutes certare cogimur. Muniamur armis spiritus. Propter hoc enim misericors dominus, quia carne vestiti sumus, & est nobis aduersus inuisibiles virtutes certamẽ, inuisibilia nobis præparauit arma, vt auxilio armorũ naturę aduersarios expugnemus. Bene igitur fidẽtes armis, quod à nobis est afferamus, & poterimus hac spirituali armatura muniti, ipsam diaboli faciem ferire. Neq; enim ferre poterit fulmẽ quod inde C egreditur, sed etsi conetur stare ex aduerso, excæcabit. Vbi enim continẽtia & honestas, aliarumq; virtutum cõcursus: illuc & larga spiritus gratia aduolat: quapropter & Paulus dicebat, Pacem sectemini cũ omnibus, & *Hebr.12 d* sanctificationem. Purificemus igitur, obsecro, conscientias nostras, & extergamus mentẽ: vt omni mala cogitatione liberati, spiritus gratiam nobis conciliemus, superemusq; daboli machinationes, vnde mereamur ineffabilibus illis frui, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et mouit illinc Abraham in terram versus Africum & habitauit inter Cades & inter Sur, & peregrin⁹ fuit in Gerari.

Homilia XLV.

QVoniã frequẽtes vos in auditorio magna cũ D voluptate doctrinã nostrã susc ipere video, gaudeo, & indies maiori alacritate pauperẽ hanc nostrã, & tenuem mensam proponere studeo. Vestra enim ciborũ immodica appetentia, mẽsæ nostræ vilitatẽ † honestat, ſ paruaq; facit vt magna appareant: id quod & in sensibilibus eduliis videre licet. Nam sicut cum magna sumptuosaq; fercula apponuntur, præcedens conuiuarũ satietas facit vt aliquid decedat splendori appositorũ: & magna nonnunquã nullius videantur momenti, eo quòd conuiuæ absque edendi auiditate aduenerunt. Contrà, qui susceperunt famelicos & esurientes, licet illis tenuem proponãt mẽsam, splendida tamen apparebit conuiuis, promptè apposita auidè comedentibus. Sic eodẽ modo & nos benefisi spirituali vestro appetitu, non grauamur pauperem & vilem hanc mensam vestræ charitati continuè

† obtegit,

apponere. Hoc & sapiens quidam dicebat, Melius est „ conuiuiũ olerum cũ charitate, quàm bos de præsepio „ cum odio. Quo docet, charitatẽ aliter videre apposita, *Prouer.15.b* illiusq; oculis vilia apparere sumptuosa, & parua magna. Quid igitur beatius nobis qui apud tot auditores, tamq; feruẽti & solicita charitate præditos disserimus? Nihil enim tantopere dicẽti necessariũ est, vt auditoris beneuolentia. Quandoquidẽ cum videt auditores feruere desiderio, firmatur & ipse: & sæpe robur, vt ita dicã, accipit, sciens quòd quanto sumptuosiorẽ mẽsam spirituali proponit, tanto & abundãtiæ suæ magis accedit. Secus enim se habẽt sensibilia, quàm spiritualia. Illic enim mensæ largitas sumptũ facit, & conuiuiũ exhibentis imminuit substantiã: hîc autẽ omnino aliter: quanto plures enim sunt participes, tanto plus substantiæ illius accrescit. Neque enim nostra dicimus, sed ea quæ in vestrã vtilitatem dei gratia per suã misericordiam suppeditat. Age igitur, quia tanta adestis alacritate & frequentia, iterũ iam lecta indagabimus, faciemusq; vt & quod hîc est lucrum, percipiamus. Nã quia iuxta magnã exhortationem Christi, dicentis, Scruta- *Ioan.5.f* mini scripturas, thesaurus magnus in scripturis est reconditus, & in profunditate latẽs: idcirco scrutatione opus, vt cum didicerimus virtutẽ quæ in profundo latet, multam inde vtilitatẽ accipere queamus. Etenim propterea iustorum omniũ virtutes, spiritus sancti gratia & dispensatione scripturis sunt traditæ, vt nos continuam habentes doctrinam, ad æmulationem & imitationem iustorum vitã nostram instituamus. Audiamus igitur diuinam scripturã quid & hodie nobis de patriarcha narrare vult. *Et mouit*, inquit, *illinc Abraham* *Cap.XX.* *in terram versus Africum, & habitauit inter Cades & inter Sur, & peregrinus fuit in Gerari.* Et mouit, inquit, illinc. Vnde mouit à loco vbi tabernaculũ fixerat, vbi & vniuersi conditorem cũ angelis susc ipere ei concessum erat. Illinc, inquit, vt mouit & profectus est, peregrinus fuit in Geraris. Vide iustorũ conuersationẽ, quàm contracta illis fuerit, & minimè superuacua suppellex: quo modo facilè transmigrabant, vitamq; suam instituebãt sicut peregrini & aduenæ: & nunc hic, nunc istic tabernacula erigebant, quasi in peregrinatione agẽtes: nõ sicut nos facimus, habitãtes in aliena terra quasi in patria, & domus extruimus splẽdidas, & vestibula, & deambulacra, & villas possidemus, & balnea facimus, aliaq; plurima. Sed vide quo modo iustus substãtiam suam in vernaculis tantum & pecoribus possidens, & nunquã in eodem loco stans: & aliquãdo quidem in Bethel figit tabernacula, interim autem apud quercum Mambre. Interdum in Aegyptum descendit, nunc autem in Geraris tabernaculũ figit, & omnia facilè sustinet, & gratitudinem erga suum dominũ per omnia manifestẽ declarat: & post tãtas ꝓmissiones quæ ei à deo factæ erãt, videns se in tantis versari difficultatibus, & in diuersas ac multiiugas tẽtationes incidere, quasi adamas imotus persistit: piamq; suam mentem ostendẽs, nullis obstaculis fiebat negligẽtior. Vide enim & nunc dilecte, qualis tentatio eum in Geraris inuadit, & admirare fortitudinẽ & virtutẽ iusti, quo modo quod omnibus intolerabile, & qd neq; auribus susc ipere quis vellet, hoc ipse sustinuit: nõ ægrè ferens, neq; exigens à domino † vt vlciscere tur ea] que fiebãt, sicut pleriq; homines faciunt, hiq; innumeris peccatorum sarcinis pressi. Nam cum in difficultates quasdã inciderint, statim obmurmurant, & curiosius inquirunt, & dicũt, Quare hoc & hoc euenit? & quare hoc permissum est? At iust⁹ ille nõ sic:

† rationem eorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic: vnde & amplior ei superna gratia cõcessa est. Hoc enim verè grati serui fuerit, vt nũquã obmurmuret & curiosior sit in his quæ à domino fiunt, sed in silẽtio & gratitudine suscipiat omnia. Et animaduerte, quo modo etiam per illas ipsas quæ sequuntur tẽtationes, iusti virtus magis emicuit, deo clarum illum semper ostendente. Nam sicut quando in Aegyptum descendit, vt ignotus & peregrinus, & nulli agnitus, subito magno cũ honore inde rediit: Ita & nunc, cũ peregrinus esset in Geraris, in ipsis quidem initiis quod suum erat fecit: postea verò tanto dei subsidio munitus est, vt & rex & omnes qui in ea regione habitabant, omni studio ministrare iusto studerent. *Dixit autem*, inquit, *Abrahã de Sarra vxore sua, Soror mea est: Timuit enĩ dicere, vxor mea est: ne forte occiderent eum viri ciuitatis propter illam.* Vide quo modo à violẽtissimis affectionibus anima iusti impugnetur, & timor eum incessat. Et quanuis prior timor, ne mulierem amittat, grauis fuerit: timor tamẽ mortis illum expulit. Vt enim hunc effugeret, sustinuit suis oculis videre vt socia vitæ suæ in regis manus incideret, quàm sit autem hoc toleratu difficile, sciũt qui vxores habẽt.

» Vnde & sapiens quidam dicebat, *Plenus zelo furor viri eius, non parcet in die iudicij, nullo precio mutabit*
» *inimicicias.* Verũ graue hoc, & omnibus intolerabile, vide quo modo propter mortis metum iustus ille tulit. Hoc sanè & in corporalibus affectionibus contingere solet: si quando duo morbi simul infestãt corpus nostrum, vnius incrementum tegit aliud, & totos nos ille grauior dolor sibi vindicat, ita vt minorem dolorem non sentiamus. Eodem modo iustus quoque ille nunc vidẽs vrgere dolorem mortis, omnia acerba toleranda censebat. Cæterũ hæc audiens dilecte, ne condemnes iustum ob pusillanimitatẽ, quòd mortẽ timuerit: sed potius admirare conditorẽ vniuersi, qui tantæ erga nos est misericordiæ, quòd mortem iustis illis & sanctis tunc terribilem, eandẽ nunc ita contemptibilẽ fecerit Christus, vt quam formidabãt illi virtute clari, & tanta erga deum fiducia freti, nunc derideant & iuuenes, & teneræ virgines. Nihil enim mors est vltrà q̃ somnus, & peregrinatio, & transmigratio à deterioribus ad meliora. Mors enim domini immortalitatẽ nobis donauit, & vt descendit in infernum, eripuit, dissoluit eius neruos, & robur destruxit: & quod antea terribile erat & implacabile, hoc nunc contemptibile fecit, adeò vt & multi exiliant & festinent cum hinc migrandum. Proinde & Paulus clamat, dicens, Dissolui cupio, & cum Christo esse multo melius. Verum hæc quidem nunc post Christi aduentum, postquã confractæ sunt portæ inferni æreæ, postquã sol iusticiæ vbiq; terrarum affulsit. Tunc autem terribilẽ adhuc habebat faciem, concutiebatq; iustorum illorum virorum mentem: ideo & omnia alia ferebant leuiter, etiam quæ intolerabilia esse videbãtur. Hinc est quòd & iustus ille, timens eorum qui in Geraris habitabant insidias, domicilium ibi habuerit: non vt vxorem, sed vt sororem secum habens. Et sicut cum in Aegyptũ eum descẽdere permisit deus volens & rudes illos & insensatos discere iusti virtutem: ita & hîc differt dominus, vt iusti patientia in omnibus eluceat, fiatq; dei in ipsum benignitas manifestata omnibus. *Misit autem Abimelech rex Gerarorum, vt acciperent Sarram.* Cogita hîc quæso tempestatem cogitationum quam tulit iustus, vidẽs vxorem suam adduci, & se nihil posse iuuare eam. Silẽter enim ferebat omnia, sciens quòd se nõ esset despecturus dominus, sed acceleratum adhibiturus subsidium. Admirabilis quoq; & Sarræ charitas est, quæ periculo mortis iustum eripere voluit. Poterat enim ipsa detegendo factum, cõtumeliã effugere: sed pertulit omnia fortiter, vt viro salutem pararet. Et impletum est illud dictum, *Gen.* Erunt duo in carnem vnam. Tanquã enim vna essent caro, ita mutuæ salutis curã vicissim agebant, & tantã declarabant concordiã, quasi vnũ essent corpus, & vna anima. Audiant hæc viri, audiãt & mulieres: & istæ quidẽ vt eandẽ erga suos viros charitatem declarent, & nihil aliud illorum præferant saluti: viri autem erga vxores habeant benecuolentiã, & quasi vnam animam & vnum corpus possiderent, omnia faciãt. Hoc enim verum est coniugiũ, quando tanta inter eos est cõcordia, quando vinculo charitatis ita sunt cõcatenati. Sicut enim corpus nunquam à semetipso dissidet, neque anima aduersus seipsam: ita virum & mulierẽ non cõuenit dissidere. Tunc enim bona infinita sibi coaceruare poterunt. Vbi enim concordia, ibi bonorum confluxus, ibi pax, ibi charitas, ibi spiritualis lætitia: nullum bellum, nulla rixa: nusquam inimicitiæ & contentio: sed hæc omnia è medio tolluntur per concordiã, bonorum omniũ radicem, quæ omnia illa simul abolet.

Misit autem Abimelech rex Gerarorum, & accepit Sarram. Et intrauit deus ad Abimelech in somno noctu, & dixit, Ecce tu morieris propter vxorem quam abstulisti: ista autem cohabitatrix fuit viro.

Vide dei misericordiam: quo modo, quia vidit iustũ propter metum mortis, Sarræ oblationẽ fortiter ferre, & regem eã vt sororem iusti abducere: suã postea declarat prouidentiã, iustum quoq; illustriorẽ reddit, & Sarrã ab iniuria, regẽ verò à peccato liberat. Et intrauit, inquit, deus ad Abimelech in somno noctu. Per ipsum, inquit, somni tempus, eripere eum volens ab iniquitate, dedit mẽti eius scientiã, & occulta manifestauit, multumq; metum auxit interminando mortẽ. Dicit enim, Morieris propter mulierem quam abstulisti: ista autẽ cohabitatrix fuit viro. *Abimelech autem non tetigerat illam.* Hæc autem omnia facta sunt, vt dei promissio facta patriarchæ impleretur. Enimuerò quia paulo antea ipsi promiserat, Isaac esse nascendũ, & propè aderat tẽpus: vt ne officeret promissioni dei, tantũ timorem in Abimelech immisit, vt perculsus animo Sarrã attingere non auderet. Propter hoc enim adiecit diuina scriptura, Abimelech non tetigerat illam, sed & de facinore se defendit, ac dicit: *Domine, gentem iustã & ignorantem perdes?* Nunquid sciens, inquit, mulierẽ eius esse, hoc feci? nũquid iniuria peregrinũ afficere volẽs? nũquid vt vxorem eius auferens? Vt sororem eã acceptu rus eram, ratus hoc nomine & hũc & illam honorari, Gent igitur iustã & ignorantẽ perdes? mẽne iusti officio functũ perdes? Deinde manifestãs quod dicebat, inquit: *Et ipse mihi dixit, Soror mea est: & ipsa mihi dixit, Frater meus est.* Vide quo modo habuerint concordiã & conspirationem. Et ipse, inquit, hoc mihi dixit, & ipsa adstipulata est dictis eius. *In corde puro, & in iusticia manuũ feci hoc.* Non vt iniquum facturus, inquit, sed vt legitimum & licitum, irreprehensibileq; hoc feci. Quid igitur misericors deus? *Dixit autem ei deus in somno.* Vide quo modo se attemperat omnium dominus, suam bonitatẽ per omnia declarans. *Et ego scio quòd corde puro hoc feceris.* Scio, inquit, quòd ipsi hanc fabulam cõmẽti sint, & quòd deceptus eorum dictis hoc feceris: *ob hoc, vt ne propter deceptionem hanc pecces: * cohibui ne tu peccares in me.* * ἐφεισάμην. Magna verbi est attemperatio, maxima domini est misericordia. In me, inquit, rediturum est peccatum. Nã sicut in hominibus, quando quis aliquem in multo ho *cohibui.*

Philip. 1.c

nore

Universidad de Deusto
Biblioteca

nore apud dominum ſuum iniuria quadam afficit, ſibi iniuriam factam putat dominus: & dicit, Mihi iniuriã feciſti per ea quibus à te ſeruus iniuria eſt affectus: ea enim quę in illum cõmittuntur, in me tranſeunt. Eodem modo & bonus dominus. Cohibui te, inquit, vt ne peccares in me. Mei, inquit, famuli ſunt, & adeò mihi commendati, vt mihi fieri exiſtimem quæcunque illis fiunt, ſiue bona ſint, ſiue non bona: *propterea non dimiſi te vt tangeres eam.* Quoniam magnã eorum curam gero, ſciens quòd per ignorantiam hanc eis contumeliam facturus eras, cohibui te, vt ne peccares in me, Ne ſimpliciter, vt quempiam vulgariũ attende hunc virum: ſed diſce quòd eſt ex his quorum ego maximam curam gero, & qui peculiariter mei ſunt. *Redde igitur vxorem viro, quia propheta eſt, & orabit pro te, & vives,* Vide quo modo virtutem iuſti detegit, prophetam ipſum vocat, quaſi præparans regem vt †precatorem eum faciat pro ſe. J Orabit enim pro te, & vives. Ille etenim, inquit, veritus ne occideretur à te, hanc comœdiam inſtruxit, & quaſi cooperatus eſt in cõtumeliam Sarræ: ſcias autem, quòd illius preces vitam tibi præbebunt. Deinde vt ne cõcupiſcentia flagrans, & pulchritudine Sarræ victus, minus faciat mandatũ: immittit ei timorem, & maiorem pœnam minatur ſe inducturum. *Quòd ſi non dederis,* inquit, *ſcias quòd morieris tu, & omnia tua.* Non ſolum tu inobedientiæ pœnam lues, ſed & omnia tua propter te mors perdet. Ob hoc autem per tẽpus noctis hęc omnia deus ei loquitur, vt in quiete accepta admonitione, magno timore imperata faciat. *Statim enim,* inquit, †*orto diluculo* J *Abimelech vocauit pueros ſuos, & loquutus eſt omnia verba hæc in aures eorum.* Vide quo modo rex ſit præco virtutis iuſti, & eum omnibus manifeſtum facit. Narrauit omnia ſibi à deo manifeſtata, vt omnes ſciant & dei erga illum benignitatem, & quantum ſit deo curæ illius propter eius mores & virtutem. *Timuerunt autem omnes homines valde.*

Vidiſti quo modo nõ fruſtra & abſq; cauſa toties trãſmigrat iuſtus? Nã ſi in tabernaculo ſuo primò manſiſſet, vnde potuiſſent Geraritæ ſcire quantã iuſtus apud deum haberet fiduciam? Timuerunt autem omnes homines valde. Magnus in eos timor immiſſus, de rerum ſumma faciebat anxios. Poſtea ſequitur: *Vocauit Abimelech Abrahamum.* Conſidera in quanta gloria iuſtus poſtea apud regẽ agit, qui paulo antea ab omnibus habebatur contemptibilis, quaſi erro & peregrinus. Igitur cùm omnes cõueniſſent, vocatur ſtatim patriarcha, qui nihil horum ſciebat, & diſcebat poſtea à rege ipſo quæ propter ſe à deo illi facta erant. *Dixit enim ei, Quare hoc feciſti nobis? quid peccauimus in te, quòd induxiſti ſuper me & ſuper regnum meum peccatum magnum? Rem quam nullus faceret, feciſti nobis. Quid videns feciſti hoc?* Quare in tantum, inquit, voluiſti me incidere peccatũ? Quid cogitaſti quòd hoc feciſti? Vide quo modo per verba ſua indicat minas, quæ à deo ſibi ſunt factæ. Quoniam enim dixerat ei, Quòd ſi non reddideris, morieris tu & omnia tua. hoc ipſum interpretatur Abimelech, & dicit, Quid peccaui in te, quòd induxiſti ſuper me & ſuper regnũ meũ peccatum magnũ? Non ſatis erat, ſi ego punirer? omne regnum meũ ſimul perdendũ eſt ex deceptione quam feciſti. Quid vidiſti in nobis vt hoc faceres? Cõſidera hîc dilecte iuſti prudentiã, quo modo ſatisfactionis loco, in agnitionẽ dei illos introducit. *Dixi enim,* inquit, *Nunquid forte nõ eſt timor dei in loco iſto, meq; occident propter vxorem.* quaſi diceret, Valde mecum anxius fui, ne fortè, eo quòd adhuc erroribus tenemini, nulla vobis iuſticiæ cura ſit: propter hoc ſimulaui, vobis parcens: vt ne, ſi intelligeretis eam vxorem meam fuiſſe, capti eius amore, occidere me tentaretis. Vide quo modo per pauca illa verba docet, quòd oportet eum qui deum in mente habet, nihil iniquum agere, ſed timere iudicem illum qui falli nequit: & ob pœnã quæ alibi infligetur, omnis iuſticiæ facere rationem. Poſtea volens pro ſe defenſionem afferre: *Ne putetis,* inquit, *me etiam ſic mentitum eſſe. Etenim ſoror mea eſt ex patre, ſed non ex matre. Data autem mihi eſt in vxorem.*

Quia eundem patrem vocat, quem & ego, ideo & ſororem ipſam vocaui. Ne igitur condẽnetis me. Nã etſi metus mortis in hanc me neceſſitatẽ coëgerit, & quòd timui ne fortè propter eam me occidereris, ipſam autẽ in vita cõſeruaretis: attamen neque ſic eſt mendacium quod à me dictum. Vide quàm diligenter agit iuſtus, vt monſtret quòd neque in hoc ſit mentitus. Et vt omnia, inquit, diligenter à me ſciatis, audite & cõſilium quod inter nos iniuimus. *Quando enim eduxit me dominus de domo patris mei.* Conſidera, obſecro, hîc magnam iuſti ſapientiã, quo modo in ſerie narrationis docet eos, quòd à principio fuerit peculiariter addictus deo: & q; deus ſe à domo ſua euocarit, & in eum locũ duxerit: vt ſciat rex, quòd ex eorum numero ſit Abraham qui magnam in deo habent fiduciam. *Quando enim,* inquit, *euocauit me deus ex domo patris mei, dicebam ei: Hanc iuſticiam facies in me, in omni loco in quem venerimus, dic, Frater meus eſt.* Quia enim ſuperius dixerat: Dixi enim, fortaſſis non eſt timor dei in loco iſto. Et videbatur eos nimium carpere, volens mitigare aſperitatem verbi, hîc dicit, Ne putetis me hoc ſolum veſtri gratia feciſſe. Statim enim quando eduxit me dominus de domo patris mei, dicebã ad eam, Hanc iuſticiam facies mihi in omni loco in quem venturi ſumus. De omnibus, inquit, qui terram hanc inhabitant, mandatum ei dedi: & docuit quod etiã ſic extra mendacium ſit ſimulatio. Mortis enim timor ad hoc nos cõpulit. Hæc vt dixit iuſtus, & iram eorũ demulſit, ſuamq; detexit virtutem, & ſufficientem religionis veræ cultum eis tradidit. Reueritus igitur rex magnã iuſti manſuetudinem, magna liberalitate remunerat patriarchã. *Dicit enim, Accepit Abimelech mille didrachmas, & oues, & vitulos, & ſeruos, & ancillas, & reddidit illi Sarram vxorẽ ſuam.* Vidiſti dilecte omnipotentem & variam dei ſapientiam? Qui in mortis periculo cõſtitutus erat, & omnia faciebat vt mortem poſſet effugere: non ſolum mortẽ effugit, ſed & magnam obtinuit fiduciam, & repentè glorioſus factus eſt. In hunc enim modũ agere ſolet deus: non ſolum à triſtibus liberat eos, qui fortiter ſe gerunt in periculis in quæ incidunt: ſed & tantam in aduerſis præbet lætitiam, vt in eorum obliuionem omnino veniant, & in multa ſint bonorum affluentia. Et vide inſuper regis erga iuſtũ illum officium. Non ſolum enim tantis muneribus illum honorat, ſed etiam poteſtatẽ ei dat vt in terra ſua habitet. *Ecce enim,* inquit, *terra mea coram te eſt, vbicũque tibi placuerit habita.* Nam quia didicit q; propter illum & propter illius preces vita ſibi data ſit, ideo ita in vagum, erronem, & antea nulli cognitum, quaſi in benefactorẽ & tutorem aliquem officioſus fuit. Sarræ autem, inquit, dixit: Ecce dedi mille didrachmas fratri tuo. Vide quo modo accepta à iuſto doctrina, vt credidit eius dictis, etiam ipſe fratrẽ huius illum vocat. *Ea quæ dedi,* inquit, *fratri tuo, tua erunt in honorem vultus tui, & omnia verè dic.* Quid eſt in honorẽ vultus tui, & omnia verè dic? Pro his quæ per ignorantiã attentaui, te quę es vxor iuſti, in domũ meam introducendo: pro hoc ſolũ quia cõtumeliæ tibi author fui, mille dedi didrachmas, reſarcturus ea quæ à me in te ſunt admiſſa. Verũ omnia

†ſupplicem ſe ei præbeat.

†mane ſurgens

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia verè dic. Quid significat omnia verè dic? Omnes, A inquit, à te discant, quòd nihil factũ est à me iniquum: quia intacta exiuisti de domo mea. Doce, inquit, virum tuum, quòd innocens sum à peccato: discat à te, quòd nihil à me factum sit. Quare hæc dicit? Vt cùm iustus ab ea didicerit, multisq; fuerit rationibus edoctus, pro eo preces domino offerat. Nam postquã ille dixit, Omnia verè dic: hoc est, doce virũ tuum ea quæ facta sunt: statim subdidit scriptura: *Et orauit Abraham deum. Et sanauit deus Abimelech, & vxorem eius, & ancillas eius, & pepererunt. Quia concludens concluſit extrinſecus omnem vuluam in domo Abimelech propter Sarram vxorem Abrahæ.* Vide quo modo dominus volens iustum per omnia reddere illustriorem, precibus patriarchæ salutem regis & omniũ quæ in domo illius, donat. Orauit enim, inquit, Abrahã ad deum, & curauit deus Abimelech, & vxorem eius, & ancillas eius, & pepererunt: quia cõcludens concluserat dominus omnem vuluam in domo Abimelech. Propterea quanuis alienus esset à peccato rex, plagã hanc induxit dominus, vt precibus iusti annuens eam soluat, & iustũ clariorem & illustriorem efficiat. Nam semper omnia ita facit & tractat, & singula dispẽsat, vt qui sibi seruiũt quasi luminaria reluceant, & eorũ virtutem vbiq; manifestam faciat. Et vide obsecro, postquã iustum ita liberauit à molestiis, quo modo iterum summa bonorũ iusto traditur: nempe quòd nunc eueniunt quæ olim à deo promissa sunt. *Et dominus, inquit, visitauit Sarram, sicut dixit, & fecit Sarræ sicut locutus est: & vt concepit, peperit Sarra Abrahæ filium in senectute, in tempore sicut loquutus est ei dominus.* *Cap. XXI.*

Quid est, sicut loquutus est? Quemadmodum, inquit, promisit, quando hospitio exceptus est cũ angelis apud quercum Mambre. Nam quòd dixit, Quia in tempore hoc veniam, & erit Sarræ filius: hoc nunc opere impletum est. Et quæ natura denegabat, ea videbant euenisse: non iuxta humanũ & solitum morem, sed per diuinam gratiam. *Et vocauit nomen filij sui, quem peperit ipsi Sarra, Isaac.* Non absq; causa assignauit, quem peperit ipsi Sarra. Non enim dixit simpliciter, vocauit nomen filij sui: sed adiecit, quem peperit ipsi Sarra, infœcũda illa, & vetula. *Et circumcidit eum, inquit, die octauo, sicut præceperat dominus.* Sic enim præceptũ acceperat, vt die octauo circunciderentur qui posthac nascerentur. Porrò vt vlterius discamus ineffabilem potentiã dei, quòd quæ apud homines impossibilia sunt, apud eum sint possibilia. Idcirco nobis tempus assignauit iterum diuina scriptura, & post partum docet nos: Abraham erat annorum centum, quando natus est ei Isaac filius suus. *Dixit autem Sarra, Risum fecit mihi dominus: nam qui audiet, gaudebit mecum.*

Quid est, Risum fecit mihi dominus? lætitiæ occasio D mihi partus est. Et quid mirum, si mihi gaudiũ? omnes etiam qui audiunt habebo congratulantes: non quia peperi, sed quia sic peperi. Tam admirabilis rarusq; partus omnes in admirationẽ adducet, & maiorem omnibus voluptatẽ afferet, cùm sciuerint quòd ego, quæ nihil à mortuis differebam quantũ ad generationem, subitò mater facta sim, & è vulua exsiccata puellũ peperi, & lactare possum, & fontes lactis emittere, quæ nullam spem pariendi habebam. *Et dixit, Quis annunciabit Abrahæ, quòd lactat puerum Sarra?* Nam propter hoc & lactis fontes concessi sunt, vt partum magis credibilem faciant: & ne quis suppositiciũ esse putet puerum. Fontes enim lactis omnibus prædicabant præter humanam expectationem hoc euenisse. Quis annunciabit, quòd lactat puerum Sarra? quòd peperi filiũ in senectute mea: quòd ego, quæ senui, pârere potui, & in hac ætate filium alere possum? *Et creuit, inquit, puer & ablactatus est. Et fecit Abraham conuiuium magnum die quo ablactatus est filius suus.*

Vidisti dei ineffabilem sapientiam, quo modo patientiam iusti modis omnibus probauit? quando ipse & omnes qui ipsum videbant, humanæ naturæ vires spectantes, nihil polliceri audebant, tunc ipsa promissio cõpleta est. Igitur dilecti, & nos eandem quam iustus ille patientiã habeamus, & nunquã desides simus: sed spe bona recreemur, scientes q; neque rerum difficultas, neq; aliud quid humanum obstaculum nobis esse poterit, si quãdo gratia dei suam declarare voluerit liberalitatẽ. Quoties enim ille annuit, omnia sibi cedunt & obtemperant, & difficilia facilia sunt, & impossibilia possibilia: tantum firmam in ipso fidem cõseruemus, & ad magnitudinẽ potentiæ suæ spectantes, humanis omnibus superiores fiamus. Nã qui futura bona & ineffabilia illa promittit his qui cũ virtute vitam hîc peregerint, quãto magis & ea quibus hîc opus est præbebit: & maximè si nos illa desiderantes, præsentia despiciamus? Tunc enim eis maximè & vbertim fruemur, quando ea contempserimus. Proinde hęc scientes, illa desideremus bona quę manent & immobilia sunt, & quę finẽ nescium: vt & præsentẽ vitam citra tristiciam transmittamus, & & illa assequi valeamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi cui cũ patre & spiritu sancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. B

Et dixit, Quis annunciabit Abrahæ quòd lactat puerum Sarra, quòd peperi filium in senectute mea.

Homilia XLVI.

AGE & hodie dilecti, heri dictorum seriem repetentes, cõuiuium hoc spirituale instruamus: vt iterum, sicut heri, discamus & boni dei ineffabilem benignitatem, qua nostra curat, nobis se attemperans, & magnã patriarchæ obedientiam atq; gratitudinẽ. Vidistis quo modo natiuitas Isaac Sarram exhilarauit? *Dixit enim, inquit, Risum fecit mihi deus. Nam qui audierit, gaudebit mecum.* Omnes dicit, auditores participes gaudij mei faciam. Magnum enim donum mihi à deo concessum est, & quod humanã transcendit infirmitatem. Quis enim, inquit, non obstupescat, videns me lacte meo enutricantem puerum in extrema senectute, quæ hucusque nõ peperi? Et quasi admirans & attonita de facto, subdidit, *Quis annunciabit Abrahæ, quòd lactat puerum Sarra, quòd peperi filium in senectute mea?* Quoniam, inquit, super naturam est hoc factum, propterea quis annunciabit, ac si diceret, quis mente cõcipiet? quæ mens cõprehendere poterit? quæ ratio sufficit vt inueniat facti huius euidentiã? Nõ sic admirabile fuit, quòd ex petra in deserto scaturierint fontes aquarũ, quando illam Moses virga percussit: sicut de vulua iam emortua puerũ nasci, & lactis fontes scaturire. Nã vt omnibus partus manifestus esset, & omnes tam eos qui tunc aderant, quàm qui postea audierunt, ad fidem miraculi introduceret, idcirco ipsa puerum alit, & lacte suo vult enutricari, & inquit, Quis annunciabit Abrahæ, quòd lactet puerũ Sarra? Hoc nouum & admirabile, & præter expectationem mihi concessum, quòd peperi filium in senectute mea. Quid hoc est, peperi filiũ in senectute mea? quia præter sterilitatem sufficiebat senectæ tempus, ne mihi prolem pollicerer. Veruntamen impedimenta hæc omnia è medio tulit dominus, & pueri partum, & lactis fluos fontes mihi concessit. Verùm videamus & sequentia. *Postquam impletum est & lactandi tempus, vidit, inquit, Sarra filium Agar Aegyptiæ, qui fuit Abrahæ, ludentem cum Isaac puero suo. Et dixit Abrahæ, Eiice ancillam hanc,* C

hanc, & puerum eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Durum autem apparuit verbum hoc coram Abraham super filio suo. Vide obsecro hîc dilecte Sarram iterum non ferentem Ismaëlis licentiam, neque patienter sustinere volentem ancillę filium cum suo Isaac conuersantem. Sicut igitur prius superbum spiritum Agar humiliare volens, vehementi indignatione fugam inire eam fecit: ita & nunc volens ab initio reprimere Ismaëlis temeritatem, & non ferens vt videat puerum suum, à deo sibi donatum cum ancillæ Aegyptiacæ filio simul versari, dicit Abrahæ, Eiice ancillam, & filium eius. Nõ enim erit hęres filius ancillę huius cum filio meo. Quoniam & se in extrema ętate esse videbat, & patriarcham quoq; decrepitum. (Erant enim ambo, inquit, pleni dierum) suspicans si fortè repentè morerentur, illum, eo quòd ex patriarchæ cõcubitu natus esset, attentaturum vt se in hęreditatem intrudat, particepsq; fiat & ęqualis Isaac: idcirco dicit, Eiice ancillam hinc & filium eius. Discat, inquit, iam, quòd nihil commune habebit filius ancillæ, cum filio meo Isaac. Neque enim congruum vt filius Aegyptiæ & ancillæ, cum filio meo & dominæ simul versetur. Cæterum Sarra non immeritò rem hanc egit, sed oppidò decenter, atque ita decenter vt & deus collaudarit eius dicta. Patriarcha verò bene affectus erga Ismaëlem, molestè accipiebat quæ à Sarra dicebantur. Durum enim, inquit, apparuit verbum hoc coram Abraham de filio suo. Neque enim de Agar multũ curabat, sed erga puerũ ita afficiebatur, vtpote adhuc adolescentem. Sed considera, obsecro, hîc misericordis dei miram ad nostram paruitatem humiliationem. Nam quia vidit & Sarram pati aliquid humanum, & ægre ferre parem filiorum honorem: idque meritò. Abraham autem non ferre æquo animo ejectionem Ismaëlis & ancillæ (nam licet non obluctaretur Sarræ ob singularem mansuetudinem, attamen durũ ei videbatur: hoc est, graue, molestum, & onerosum) tunc suam solitã seruans misericordiam, & concordiæ illorũ copulam constringens, dicit ad Abraham: *Ne durum sit coram te verbum hoc, de puero & ancilla. Omnia quæcunque dixerit tibi Sarra, audi vocem eius.* Ne accipias, inquit grauiter quod ab ea dictum est: sed omnia quæcũque dixerit tibi Sarra, audi vocem eius. Hæc omnia, inquit, quæ nunc tibi dixit de Ismaële & de Agar, accipe: & audi vocem eius. Ne velis, inquit, contristari eam, quæ tanto tempore tantum amorem erga te declarauit: quæ non solum semel, sed & secundo, vt te à morte eriperet, seipsam pro tua salute exposuit, & author tuæ istius gloriæ fuit. Primùm quidem te fecit cum tantis diuitiis ab Aegypto redire, D postea verò iterum in causa fuit vt ita te venerarentur ac obseruaret Abimelech. Ne igitur diuersa ab his quæ locuta est consulas: enimuero non aliter eueniet. In Isaac enim eius filio tuum semen vocabitur, & ipse erit tuus hæres. Filium autem illum ancillæ crescere faciam, & in gentem magnã faciam eum, quoniam semen tuum est. Fac igitur quæ illa tibi dixerit. Obedi voci eius. Cogita hîc, obsecro, quanta subitò concordia & pax in cõtubernium eorum concesserit, bonitate diuina vinculum eorum constringente. *Surrexit enim, inquit, mane, & accepit panes & vtrem aquæ, & dedit Agar, & imposuit super humerum eius, & puerum misit cum ea.* Vide obsecro hîc iterum religiosam iusti mentem: nam quãdo audiuit Sarram dicentem, Eiice ancillam & filium eius: durum ei videbatur, eo ꝙ bene afficiebatur erga Ismaëlem: verũ vbi dominus præcepit, statim fecit quod imperatum est: etiam genuini amoris oblitus, quasi diceret: Vbi quid

A præcipit dominus, facessant omnes affectiones: quia naturæ dominus est, qui præcipit. *Vt accepit igitur, inquit, ancillæ panes, & vtrem aquæ, egressa est cum puero.* Verùm (obsecro) vide iterum, propter gratiam quam habebat iustus apud deum, quo modo hæc quoque superna cura digna habetur. Vt ergo abiit, vagabatur per solitudinem, & cùm aqua cõsumpta nullam vsquam inueniret consolationem, *abiecit puerum, inquit, subter vnam abietem.* Disrumpebantur eius viscera, & dolebat multum ob immodicã erga puerum affectionem. *Sedit, inquit, aduersus eum, quasi ad iactum arcus. Dicebat enim: Non videbo mortem pueri mei. Et sedit è regione pueri. Clamans autem puer, flebat.*

Cæterum miserator & misericors deus, patris & matris erga nos curam sua transcendens pietate, *Exaudiuit vocem pueri de loco vbi erat.* Misertus est & pueri, & calamitatum Agar. Permisit tantum eam sentire quid sit solitudo, & statim suum concessit præsidium. *Et vocauit, inquit, angelus dei Agar de cœlo, & dixit ei: Quid est Agar? Ne timeas: exaudiuit enim deus vocem pueri de loco vbi est. Surge, accipe puerum, & apprehende manum eius: in gentem enim magnam faciam eum.* O misericordiam domini, non quia ancilla erat, despexit eam: sed quia patriarchæ promiserat, & illius hoc semen erat, tantam quoq; curam erga eam declarare dignatur. Dicit: Quid est Agar? Ne timeas, exaudiuit enim dominus vocẽ pueri. Surge & accipe illum, & apprehende manum eius. In gentem enim magnam faciã illum. Ne mœreas, inquit, eo quòd è domo ejecta sis. Tantam enim curam ego pueri agam, vt & in gentem magnam fiat. *Et aperuit, inquit, oculos eius.* non quia antea non viderit, sed quia nihil proderant ei aperti oculi ante supernam visitationem. Propterea cùm vellet suam prouidentiam declarare, inquit: Aperuit oculos eius: id est indicauit ignoranti, & mentem eius excitauit viamq; ei ostendit, vt videret locum in quo fontes aquæ scaturiebant. *Et vidit, inquit, fontem aquæ viuentis, & iuit & implenit vtrem, & potauit puerum.* In inuis viam præbuit: & perplexæ menti, nullamq; salutis spem habenti suam misericordiam exhibuit, simul eam consolans, & pueri curam agens. Sic quandocunq; voluerit deus, licet in solitudine simus, & in extremis afflictionibus, nullamq; spem salutis habeamus, nullo alio opus habebimus, diuina gratia nobis omnia suppeditante. Nam si eius gratiam nacti fuerimus, nullus nobis præualebit, sed nos potentiores omnibus erimus. *Et erat deus cum puero, inquit, & creuit, & habitauit in solitudine.* Sic quando amicum & beneuolum habemus deum, etiamsi in deserto fuerimus, multo securiores viuemus, quàm ij qui in ciuitatibus versantur. Maxima enim securitas, & inexpugnabilis murus est gratia dei. Et vt discas, quo modo qui in solitudinibus agit, securior fit, & potentior his qui in mediis ciuitatibus versantur, ingenti hominum præsidio freti: videamus quo modo Dauid de loco in locum transiens, & quasi erraticus vagans, manu superna munitus fuerit. Saul autem cùm esset in mediis ciuitatibus, & tantum secum duceret exercitum, & satellites habens, & armigeros, quotidie timebat & tremebat inimicorum insidias. Et ille quidem qui solus erat, nullumq; alium secum habebat, non indigebat humano præsidio: hic vero coronatus, & purpura indutus illius auxilio indigebat, & regi opus erat pastoris opera: & diademate redimito, priuati adiumentum necessarium erat. Sed si vultis, aliquãto superiora de serie huius sermonis petamus, vt omni hac historia in medium producta, discamus nihil fortius esse munito superna gratia, & nihil infirmius eo qui hac priuatus est,

1. Reg. 18. & seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam si innumeris circundetur exercitibus. Igitur Dauid ille cùm adhuc adolescens ob immaturam ætatem in paterna domo versaretur, quoniam tempus aliquando exposcebat vt clarior eius fieret virtus, admonitus à patre vt fratres suos inuiseret missus est ad eos. Porrò cùm ad illos venisset inuisendi gratia, vbi vidit instructam aciem contra alienigenam Goliath, & omnẽ populum iuxta Saulũ formidine perculsum, regemq; ipsum in summo constitutũ periculo, tunc spectator volebat fieri, & abiit vt videret nouũ & rarum spectaculum, quòd vnus homo aduersus tot milia se poneret. Verùm fratres eius non ferentes fortitudinem spiritus,
1.Reg.17. prouocati sunt in inuidiam, & dicũt ad eum: Non alia de causa venisti, quàm vt bellum videres? Non venisti nostri causa, vt nos inuiseres? At tu vide huius prudentiam & mansuetudinem: nihil temerarium, neque asperum eis loquitur: sed reprimens eorũ flammam, & demulcens inuidiam, inquit: Nũquid non verbũ est? nunquid, inquit, vidistis me arma arripere? nũquid vidistis me adordinari cæteris in acie? Tantum videre volui, & interrogare vnde huic tantum insaniæ. Quis enim est alienigena iste, qui exprobrat exercitum dei viuentis? Postea cùm audiret illius blasphemias & arrogantiam, & videret trepidationẽ eorum qui cum Saul erant, inquit: Quid erit viro, qui illius caput execuerit? Et magnum animi robur his verbis ostendebat, omnes in admirationem adducens. Hęc vt cognouit Saul, mittit ad iuuenem, qui præter pastoriciam artem sciebat nihil: & vt vidit eius ætatem, vilipendit eum. Deinde cùm didicisset ex eo, quo modo cum vrsis egisset qui greges suos inuaserant. Coactus enim fuit admirabilis ille vir hæc narrare, nolens hinc vanam gloriam aucupari, sed in necessitate constitutus, & vt illi animos adderet, & ne spectaret ad vilitatem eius quod apparebat, sed ad fidẽ quę intrinsecus latebat, supernumq; auxilium quo adolescens inermis viris armatis, & pastor militibus fortior erat. Ergo vbi rex vidit mentis eius fiduciam, suis illum armis induere volebat, indutus autem ea ferre non po-
*γυμνὸν i. nuda, manifesta, aperta tuit. Hoc autem factum est, vt virtus dei *apertè monstraretur: & non armis, quæ fiebant mira, ascriberentur. Nam quoniam indutus illis grauabatur, & minus expeditus erat: deposuit arma, & accepta pera pastorali & silicibus, contra carneam illam turrim egressus est. Et vide iterum alienigenã ad vilitatem ætatis spectantem, & ob hoc vilipendentem iustum illum, & quasi contra puerum humilem exurgentem. Nam postquam vidit eum cum pastorali pera contra se contendentem, & lapides solum aferentem, in hunc fermè modũ ad eum dicebat: Putasti te adhuc apud oues esse, & canes quosdam persequi: & ita aduersum me, quasi contra canem instrumentis illis instructus, in pugnam venisti? statim experientia disces nõ tibi cùm homine vulgari bellum esse. Et vsus magno verborum fastu, tumultuabatur, armaturamq; suam omnẽ mouebat, ac arma exerebat. Et ipse quidem armorũ virtute fidens, pugnam iniuit: Dauid autem fide, supernoq; præsidio munitus. Et prius verbis superbi elationem & superciliũ decutiens, vt dixit ad eum: Tu venis ad me in armis & lancea, & tua virtute victurum te putans: ego autẽ in nomine domini dei. Vt hæc inquam dixit, sumpto ex pera pastorali silice, quasi reuera canem aliquẽ gregem inuadentem abacturus, funda iaculatus est: statimq; in fronte percussum alienigenam, deiecit: & festinanter educto illius gladio, caput eius amputauit, & regi attulit, finemq; bello imposuit. Atq; illius opera & rex salutem inuenit, &

A omnis illius exercitus respirauit. Vidisses tũc inopinatas admirabilesq; res, armatũ ab inermi deiectum, reiq; militaris peritum ab eo prostratum qui præter pastoralem artem nihil sciebat. Quare, & ob quam causam? Quia hic quidẽ habuit supernam gratiam se adiuuantem: ille autẽ ea carens, in huius manus venit. Iam vide hîc, quàm absurda operatus sit inuidiæ morbus. Postquam enim rex vidit iustũ hunc tanta gloria celebrari, & tripudiantes clamare, vicit Saul in millibus, Dauid 1.Reg.18
autem in decem millibus: non ferens mansuetè quæ de hoc dicebantur, (quanuis iuxta rationẽ iustam ei magis tribuerãt quàm Dauid,) victus inuidia benefactori malum rependit. Et quem oportebat vt saluatorẽ & benefactorem agnoscere, eum interficere quęrebat. O excellentem insaniam, ô stuporis magnitudinẽ, eum qui vitam sibi seruarat, & omnẽ suum exercitũ ab alienigenæ Goliath furore liberauerat, vt hostẽ† despexit: & imme- †suspexit
B mor beneficij, ab affectione vincebatur: sed mente sua habuit obtenebratus ab inuidia, perinde ac ab ebrietate quadam, benefactorẽ vt hostẽ spectabat. Ita enim se habere solet huius affectionis malicia, primùm corrũpit eum à quo generatur. Sicut enim vermis qui à ligno producitur, lignum primò consumit: ita & inuidia illam primò animam corrumpit à qua nata est, & ei cui inuidetur planè diuersa quàm vult affert. Ne igitur vide ad principium eorũ quibus inuidetur, sed ad finem respice, & attende quia malicia inuidentium, eos quibus inuidet clariores efficit. Nam is cui inuidetur, subsidiarium habet dei auxilium, & gratia fruitur: qui autẽ inuidet, gratia spoliatur, & facilè vincitur ab omnibus: & antea à suis affectionibus, quàm externis hostib⁹ infestatus quasi consumitur, & quasi occultis maxillis deuoratur, & absumptus (vt ita dicam) submergitur. Quæ cùm nobis
C cõperta sint, obsecro fugiamus affectionis huius damnum, & omnibus viribus ab animabus nostris eliminemus. Perniciosissima enim est omniũ affectionum, no- Sapiens
stramq; salutem corrumpit, vtpote diaboli inuentum: propterea & sapiens quidam dicebat, Inuidia autẽ diaboli mors intrauit in mundum. Quid est, inuidia diaboli mors intrauit in mundum? Nam postquam mala hæc bestia primum hominem vidit immortalem, per suam malignitatem ad transgressionẽ mandati induxit, per quã fecit vt morti fieret obnoxius. Inuidia igitur deceptionẽ operata est, deceptio transgressionem, transgressio inobedientiã, inobedientia mortẽ. Propterea dicit: Inuidia autẽ diaboli mors intrauit in mundum. Vidisti quantum affectionis huius damnum? immortalitate insignem, mortalem fecit. Verùm inimicus quidem nostræ salutis, sua inuidia immortalem protoplastum, in mortem condẽnari fecit: misericors autem,
D solicitusq; pro nobis dominus, per mortẽ suam iterum immortalitatem nobis largitus est. Vnde & maiora quàm amisimus inuenimus: paradiso eiecit, & in cœlũ induxit: morte condemnari fecit, & immortalitatem nobis donauit: paradisi deliciis priuauit, & regnũ cœlorum nobis præparauit. Vidisti solertem domini tui sapientiam? & quo modo ea, quæ per inuidiam diaboli contra salutem nostram facta sunt, in caput illius conuertit? non enim solum nos maioribus dignatus est, sed & illum ipsum nobis subiecit, dicens: Dedi vobis pote- Luc.10
statem calcandi super serpẽtes & scorpios. Proinde hæc omnia cogitantes, & inuidiam ex animabus nostris effugemus, & studeamus vt diuinam consequamur gratiam. Hæc enim nostra armatura solida, & inexpugnabilis, hæc nostræ maximæ diuitiæ: per hanc & Ismaël,

quanuis

Universidad de Deusto Biblioteca

quanuis adoleſcens, & in ſolitudine, rerumq; omnium inopia, ſtatim creuit, & in gentem magnam factus eſt. Quia deus erat, inquit, cum puero. Hinc totus ſermo noſter egreſſus eſt. Deſpiciamus igitur, oro, præſentia, deſideremus futura: gratiam dei omnibus præferamus, & per vitam optimam multam fiduciam nobis antea reponamus: vt & præſentē vitam citra mœrorem tranſigamus, & futura bona conſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre ſimul & ſpiritu ſancto ſit gloria nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et factum eſt poſt verba hæc, deus tentabat Abraham.

Homilia XLVII.

INgens luerum, grandisq; theſaurus in verbis quæ hodie lecta, tametſi pauca ſint, latent. Eo enim modo ſe habent diuina eloquia, vt multas diuitias non in multitudine verborum, ſed breuitate ſermonū contineant. Age igitur aperiamus quæ dicta ſunt, & diſcamus diligenter eorum quę hodie lecta, vim & mentem. Nam ſic iterum ſciemus & patriarchæ copioſam virtutem, & dei excellentem miſericordiam. *Et factum eſt*, inquit, *poſt verba hæc deus tentabat Abraham.* Quid ſibi volunt verba hæc, Et factum eſt poſt verba hæc, tentabat deus Abraham? Conſidera obſecro, diuinam ſcripturam: quo modo iam vult detegere nobis iuſti virtutem: & quia narratura eſt, quo modo Abrahā à deo tentatus ſit: prius vult vt diſcamus tempus quo hæc patriarchæ præcepta ſunt, & quādo iuſſus eſt offerre Iſaacum: vt ſcias magnam patriarchæ obedientiam, & quo modo nihil †præferendum ſit his quæ deo placuerint. Quid igitur eſt, Factum eſt autē poſt verba hęc? Quoniam poſtquā natus eſt Iſaac, quando vidit Sarra Iſmaēlem ſimul verſari cum Iſaac, ſicut heri vobis diximus, ægreferens hoc, dicebat Abrahæ: Eiice ancillam & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo. Cumq; hoc videretur durum patriarchæ, volens eum deus conſolari, ait: Audi Sarram vxorem tuam, & fac quod ab ea dictū: neque videatur tibi durum, quod dictum eſt de puero hoc & ancilla. In Iſaac enim vocabitur tibi ſemen, & illum quoq; faciam creſcere in gentem magnam, quia ſemen tuum eſt. Et omnis promiſſio quam à deo habebat, eò tendebat vt nati ex Iſaac in magnum populū propagarentur. Itaq; aliquandiu bona ſpe alebatur iuſtus, & viciſſim affligebatur ac tentabatur, & afflictionū præmia recipiebat: nunc autē præ oculis videbat ſucceſſurū hæredem, magnamq; inde voluptatē percipiens, impauidè & ſecurè agebat. Verùm qui abſcōdita cordium nouit, volens nobis iuſti huius detegere virtutem, & magnū amorem quem erga ſe gerebat, poſt tot promiſſiones & hanc quoq; quæ recens facta, & cuius memoria adhuc in auribus illius ſonabat, cùm iam adoleſceret Iſaac, & in ipſo ætatis flore eſſet, creſceretq; patris erga illum dilectio, poſt verba promiſſionis, & poſtquam dixit: In illo vocabitur tibi ſemen, & ille erit ſucceſſor tuus. *Poſt verba hæc*, inquit, *tentabat deus Abraham.* Quid eſt, tentabat? non quòd ipſe ignoraret, tentatione illum probauit, ſed vt & hi qui tunc erant, & qui ab eo tempore vſque ad præſens, iſtucipſum patriarchæ deſiderium & obedientiā in præceptis dominicis præ ſe ferre diſcant. *Et dixit*, inquit, *ad eum: Abraham, Abraham. At ille dixit: Ecce Ego.* Quid vult verbi duplicatio: Magnæ beneuolentiæ erga patriarchā argumentum eſt, & monſtrabat ei vocatione ipſa, quòd magnum aliquid oſtenſurus eſſet. Vt igitur attentiorem redderet, vocationem geminabat, & dixit: Abraham, Abraham. *Ille autem dixit: Ecce ego. Et dixit: Accipe filiū tuum dilectum, quem dilexiſti, Iſaac, & vade in terram excelſam, & offer eum in holocauſtū ſuper vnum montiū quem tibi dixero.* Magnum præcepti pondus, & res humanam tranſcendens naturam. Accipe filium tuum dilectum, quem dilexiſti, Iſaac. Vide quo modo per verba iſta maius incendium ſuccendit: & fornacem amoris, quo iuſtus in Iſaac affectus erat, violentius excitat. Accipe filium tuum dilectum, quem dilexiſti, Iſaac. Vnumquodq; verbū per ſe ſufficeret ad ſaucianda animā iuſti. Non enim ſimpliciter dixit, Iſaac: ſed addidit, filium tuum, quem præter omnē expectationem genuiſti, & in ipſa ſenectute habere potuiſti: dilectum, deſiderabilem tuum, quem tam immodicè diligis Iſaacum, quem ſucceſſurū tibi expectas, ex quo & ſemen tuum multiplicandū promiſi: & in tantum multiplicandum, vt ſtellarū multitudini & arenæ quæ eſt iuxta littus maris adæquetur. Illum ipſum accipe, & vade in terram excelſam, & offer eū ibi in holocauſtū ſuper vnum montium, quē tibi dicam. Admiror ego, quo modo hæc iuſtus auribus ferre potuerit. Illum enim ipſum, inquit, tam deſiderabilē tibi, offer mihi in holocauſtum ſuper vnum montiū. Quid igitur iuſtus: non turbatus eſt animo, non confuſus eſt mente, non cōſilio deſtitutus eſt: in tam graui præcepto non cogitabat, non ratiocinabatur ſecum, Cur hoc? Qui mihi præter omnem expectationem beneficium exhibuit, qui per miſericordiam ſuam emortuā Sarræ vuluam generationi idoneam fecit: nunc poſtquā ablactatus eſt & creuit, & in flore ætatis eſt, occidere, & in holocauſtum offerri præcipit, qui paulo antea dixit, In ipſo vocabitur tibi ſemen: nunc diuerſa præcipit. Et quo modo implebuntur quæ ab eo ſunt promiſſa? Quo pacto enim fieri poteſt, vt radice execta rami pullulent, vel ſucciſa arbore fructus proueniant, vel fonte arefacto fluuij reddantur? Iuxta hominis rationem talia fieri nō eſt poſſibile, deo autē volente fieri poſſunt omnia. Cæterùm horum nihil cogitauit ſecum iuſtus ille, ſed ſicut gratus famulus, omiſſa omni ratione humana vnam tantū rem curabat, vt imperata opere impleret: & quaſi fact⁹ ab humana natura alienus, & poſtponendā ducens diuinis præceptis omnem affectionem & dilectionē, adimplenda iuſſa feſtinauit. *Et cùm ſurrexiſſet*, inquit, *Abrahā mane, ſtrauit aſinam ſuam: accepit autem ſecum duos ſeruos: & Iſaac filium ſuum & ſciſſit ligna in holocauſtum, cùm ſurrexiſſet profectus eſt. Et venit in locum, quem dixit ei deus: die tertio.* Vide miſericordem dominum, quo modo & interuallo loci, iuſti probauit virtutem. Cogita autem, quid probabile fuerit triduo illo ſuſtinuiſſe iuſtum. Reputabat enim ſecum, ſibi præceptum eſſe quòd ſuis manibus tam dilectum filium occidere debeat, & nec rem †illi cōmunicare & detegere audeat. Et obſtupeſcere pium religioſumq; & prudentem animum. Quia enim ſciebat magnitudinem præcepti, nemini prorſus hoc ſignificauit neq; pueris, neque ipſi Iſaac: ſed ſolus ſecum agonem illum decertabat, & quaſi adamas manebat inuictus, robur cogitationum tantum declarans, & non multa cauſatus obtemperabat magno cum deſiderio nutui diuino. *Et poſtquam ad locum illum peruenit, ſublatis*, inquit, *Abraham oculis ſuis, vidit locum à longè, & dixit ſeruis ſuis: Sedete hic cum aſina.* Vide & hîc iuſti magnā prudentiam, & pueris vult eſſe occultum: per omnia declarans quòd cum feruenti alacritate, & intento deſiderio implere vellet quod deo probabatur. Nam quia ſciebat quòd nouum & inauditum eſſet id quod ab ipſo faciendum erat, neque ab vllo vnquā tale quiddam factū erat antea, facit vt lateat pueros. *Et relictis eis cum aſino,*

†præferri ſuſcipiunt

Cap. XXII.

†illi

Universidad de Deusto
Biblioteca

asino, inquit, *Hic expectate. Ego enim & puer ambulabimus vsque illuc, & cùm adorauerimus, reuertemur ad vos*. Ignorans futurum quod dicebat, sed prophetauit quidem ignorans tamen fortassis. Dicebat autem hæc pueris, forte vt imponeret eis, & faceret vt ibi manentes non sequerentur. *Accepit autem Abraham ligna holocausti, & imposuit Isaac filio suo. Tulit quoque in manibus ignem & gladium, & perrexerunt duo illi simul*. O animæ fortitudinem, ô spiritus soliditatem. Et imposuit, inquit, Isaac ligna holocausti: ipse autem gladium & ignem accepit, & iuerunt ambo simul. Qualibus oculis spectabat puerum ligna afferentem, super quæ non multo post illum †impositurus erat? Quo modo manus ferre potuit ignem & gladium? Et manus quidem ferebat ignem, qui sensibilis erat, intus autem accendebat ipsius mentem, & rationem absumebat, & persuadebat vt vinceret amor in deum: faciebatq; cogitare, quòd is qui iam dederat supra humanam naturam factum esse patrem, iterum posset & nunc quæ humanam transgrediuntur rationem operari. Cæterùm vide obsecro præterea, ante sensibilem ignem, incendium internum, quod paulatim exardescebat, & iusti mentem concremabat. *Dixit autem*, inquit, *Isaac ad Abraham patrem suum: Pater*. Sufficiebat hoc verbum ad lancinanda iusti huius viscera. *Ille autē dixit: Quid est fili?*

†*mactaturus erat?*

Patrem vocas, paulò post futurum orbum: & ego filium appello, qui non multo post altare ascensurus est, meis occidendus manibus. Deinde puer inquit: *Ecce ignem affers, & ego ligna, vbi est hostia immolanda? vbi est ouis ad incensum?* Considera obsecro hîc, quo modo probatur iustus? quo modo tulit auribus? quo modo potuit respondere puero? quo modo non est confusus mente? quo modo futura occultauit à puero? sed inquit generoso spiritu, & forti anima: *Deus videbit sibimetipsi de oue ad holocaustum, fili*. Vide etiam hîc, ignarus insinuat iterum quod futurum. Videbatur enim per responsum decepturus Isaac, sed illum quidē verbis interim solatur: ipse autem maiorem grauioremq; dolorem pertulit, verba in anima versans, & cogitans pueri elegantiam externam, internamq; pulchritudinem, obedientiam, gratiam, ætatis florem. Cumq; irent ambo, venerunt ad locum de quo dixit ei dominus. Venerunt, inquit, ad mōtem excelsum, quem scilicet ei dominus indicarat. *Et ædificauit ibi Abraham altare*. Iterum obstupesco iusti fortitudinem, quo modo potuerit extruere altare, quo modo valuerit, quo modo non defecerit præ angustia: sed & altare ædificauerit, & imposuerit ligna. *Et ligatum filium suum Isaac imposuit super altare. Et extendit Abraham manum suam, vt acciperet gladium, & occideret filium suum*. Ne simpliciter prætercurramus, dilecti, quæ dicta sunt: sed consideremus quo modo non auolarit à corpore anima, quo modo potuerit suis manibus colligare, & lignis imponere tam dilectum, tam amabilem vnigenitum. Et extendit, inquit, Abraham manum suam, vt arriperet gladium ad occidendum filium suum. O religiosam animam, ô fortem mentem, ô ingens desiderium, ô rationem vincentem humanā naturam. Accepit, inquit, gladium, vt occideret filium suum. Vtrū admirer & obstupescā iustius, fortèmne spiritū patriarchæ, an pueri obedientiam: quòd neq; reluctatus est, neque factū ægrè tulit, sed cessit & obtēperauit his quæ à patre facta sunt? Et sicut agnus, cum silentio super altare accubuit, expectās patris dexteram. Verùm vbi illa pia mens sua omnia cō summauit, & nihil intermisit: monstrans bonus dominus, quòd non occidere puerū, sed potius iusti detegere virtutē volens, hæc imperauerit: coronato iusto ob voluntatem suam, & accepta cōsummata hostia ex mente patriarchæ, nunc & suam declarat misericordiā. *Et vocauit*, inquit, *angelus domini de cœlo, dixitque: Abrahā, Abrahā*.

Esaiæ 53.c

Nam quia videbat iustum iam accinctū & paratum ad immolationem, & volentem implere mandatū domini, ideirco vocat eum de cœlo, & dicit: Abrahā, Abraham. Bene & hîc geminatione vsus est, vt superetur impetus iusti, & quasi per vocem detineatur iusti dextera, iam tendens ad pueri cædem. *Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne iniicias manus tuas in puerum, neque facias illi quicquam. Nunc enim cognoui, quia times deum tu, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me*. Ne iniicias, inquit, manum tuam in puerum. Non hoc præcepi vt opus perficiatur, neque volo vt occidatur puer tuus: sed vt obedientia tua manifesta fiat omnibus. Igitur ne feceris ei quicquam. Contentus sum voluntate tua, & ex hac te corono & prædico. Nunc enim cognoui, quia times deum tu. Vides quo modo humiliter se nostræ infirmitati hoc verbo attēperat? Quid igitur? ignorabat ne ante hoc iusti virtutem, & nūc cognouit omniū dominus? Non hoc inquit, dicens nunc ipse cognoui. Sed quid dicere vult? Nunc inquit, omnibus declarasti, quo modo syncero timore deum colas. Nam ego noueram famulū meum. Quæ autē nunc à te facta sunt, in doctrinam sunt tam præsentibus, quàm futuris. Innotuisti enim nūc omnibus quòd timeas deum, & mandata eius opere cures implere: quia non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Illi qui tam dilectus, quē teneriter, tamq; germanè amas, non pepercisti propter me, propter mandatum meum: propterea quia ego tibi præcepi, prætulisti mandatum meum filio tuo: proinde & filium tuum accipe. †Propter hoc enim præcepi tibi, vt semen tuum extenderetur: redimitus ergo obedientiæ tuæ corona, abi. Ego enim volūtatem coronare soleo, & propter mentē præmia præsto. Opere enim impleri congruit quæ à te dicta sunt & pueris tuis, & Isaac: illis enim promisisti, Cū adorauerimus, redibimus. Ecce hoc nunc erit: & puero tuo rogante, Vbi ouis est ad holocaustum? deus videbit sibimetipsi de oue ad holocaustum, dixisti. Ecce cū respexeris, inquit, oculis, videt non procul à te ouem, quam scilicet pro puero sacrificabis. *Vt respexit enim*, inquit, *vidit: & ecce aries vnus detinebatur cornibus in arbusto Sabek: & tuit Abraham & accepit arietem, & obtulit illum in holocaustum pro Isaac*. Vidi religiosam tuam mentem, ecce id quod prius dixisti puero, hoc tibi præparaui. Et accepit, inquit, & obtulit in holocaustū pro Isaac filio suo. Vidisti dei misericordiam? Et sacrificium consummatum est, & patriarcha religiosam suam mentem declarauit, & à voluntate coronam reportauit: & Isaac accepto, rediit cum innumeris coronis. Hæc autem omnia figura fuerunt crucis, propterea & Christus Iudęis dicebat: Abraham pater vester exultauit vt videret diem meū: & vidit, & gauisus est. Quo modo vidit, qui temporibus præcessit? per figuram, per vmbram. Sicut enim hîc ouis oblata est pro Isaac, ita & rationalis agnus oblatus est pro mundo. Oportebat enim in vmbra describi, & præsignari antea veritatem. Vide obsecro hîc, quo modo omnia per vmbrā præfigurata sunt: vnigenitus illic, & vnigenitus hîc: dilectus illic & germanus, dilectus & hîc ac germanus. Hic enim est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. A patre ille in holocaustū offertur, & hūc pater exposuit. Et clamat Paulus, dicens: Qui sanè proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quo modo non & cum illo omnia nobis daturus est? Hucusque vmbra, postea rerum veritas magna excellentia monstratur.

Matt. 3
Luc. 3
Rom. 8

Agnus

Agnus enim hic rationalis pro toto mundo oblatus est, totum orbem terrarum purificauit, homines ab errore liberauit, & ad veritatem adduxit: terram cœlum fecit, non elementorum immutata natura, sed conuersatione cœlesti hominibus super terram degentibus allata. Propter hunc omnis dæmonũ cultus solutus est, propter hunc nõ adorantur lapides & ligna ab hominibus: & ante insensata insigniti ratione non procidunt, sed omnis abiit error, & veritatis lux orbem illustrauit. Vidisti veritatis excellentiã? vidisti quid vmbra, quid veritas. *Et vocauit*, inquit, *Abrahã nomen loci illius. Dominus vidit: vt dicant hodie, in monte dominus visus est.* Vide iusti religiosam mentem, quo modo vndequaq; ex his quæ acciderant appellationes locis imponit. Visitationẽ enim à deo factam, volens quasi in columna ærea insculpere loco per appellationem, vocauit nomen loci, Dominus vidit. Sufficiebat quidem iusto pro præmio, quòd viuus rediret Isaac, & quòd meritus erat illam eximiam laudem, nempe q̃ dicit: Nunc cognoui, quòd times deum tu. Veruntamen is qui donis certare cupit, & beneficiis semper vincit mentem nostram, coaceruat etiam nunc iusti voluntatis remunerationes, & inquit iterum ad illum: *Vocauit enim angelus domini Abraham secundo de cœlo dicens: Per memetipsum iurauí (dicit dominus) eo quòd fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me: profectò benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in littore maris. Et hæreditate possidebit semen tuum ciuitates hostium. Et in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, eo quòd audisti vocem meam.* Quia, inquit, impleuisti præceptũ meum, & tuam obedientiam per omnia declarasti, propterea audi: Per memetipsum iurauí, dicit dominus. Vide quo modo in sermone se demittit dominus: per memetipsum, inquit, iurauí, vt confidas omnino euentura tibi quæ à me dicta sunt. Quandoquidẽ enim homines promissis iuramenta adhibent, vt stabiliorem accipiant promissionem ij quibus promittitur: eapropter & dominus, humana vsus consuetudine, inquit: Per memetipsum iurauí, eo quòd fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Considera, obsecro, misericordiam domini. Non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Attamen viuum ipsum reducit. Non euentum considera dilecte, sed voluntatem & mentem disce, qua faciebat mandata citra ratiocinationem curiosam. Quantum enim ad voluntatem attinet, cruentauerat dextram patriarcha, & per ceruicem pueri immiserat gladium, perfectumq; obtulerat sacrificium: idcirco & dominus, quasi sacrificio reipsa consummato, laudat iustum, & dicit: Non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Tu quidem non pepercisti propter meum mandatum, ego autẽ peperci propter tuam obedientiam. Propter hanc tuam obedientiã remunerans te. Benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. Vide cumulatam benedictionem. Hic qui per voluntatẽ tuam occisus est, in tantam multitudinem propagabit semen tuum, vt stellis & arenæ adæquetur. Et omnes gentes in semine tuo benedicentur, eo quòd audisti vocem meam. Hæc omnia, inquit, tibi propter obedientiam erunt. Nõunc plurima nobis bona conciliat, quòd obedimus deo, & præceptis eius obtemperamus: Ideo sicut patriarcha ille, ne curiosius inquiramus, quare talia ab eo imperata sint: sed vt gratificemur impleamus mandata, rationemq; eorum relinquamus domino. Si sic docuerimus nosmetipsos, poterimus & eandem obedientiam declarare, quam iustus ille, easdemq; consequi coronas. Quo modo autem

obediemus? si mandata eius opere adimpleuerimus. Nõ enim auditores, inquit, legis iustificantur, sed factores. *Roma.2.b*
Quæ enim vtilitas, si quotidie audiamus, & opera negligamus? Ideo oro, vt ad agenda opera festinemus, neque enim aliter saluari nos possibile est: vt & peccata nostra abluamus, & misericordiam dei consequamur, gratia & miserationib⁹ domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Responderunt autem filij Chet, ad Abraham, & dixerunt: rex à deo es tu in nobis, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum.

Homilia XLVIII.

Vidistis heri patriarchæ fortitudinem? vidistis animam adamante solidiorem, †quam ille habuit ob magnã in deum charitatẽ? Sacerdos] pueri factus est, & proposito quidẽ cruentauit dextram, sacrificiumq; obtulit: per ineffabilem autem misericordiam dei saluo & sano filio suo recepto rediit: & propter voluntatẽ prædicatur, coronaq; fulgida redimitur, & summũ agonem certauit, & per omnia pietatẽ mentis suæ declarauit? Videamus autem & hodie iustum illum, quantã filij habuerit curam. Nam postquam à sacrificio illo nouo & admirabili rediit, excepit eum Sarræ luctus: cùm autẽ petiisset à filiis Chet possessionẽ sepulchri, empto loco imposuit mortuum. Hoc primũ principium possessionis fecit patriarcha propter Sarræ mortem: monstrans nobis scriptura diuina virtutẽ patriarchæ per omnia, & q̃ sicut peregrinus & aduena toto tẽpore egit: atque hoc assignauit, vt discamus q̃ tanto superno præsidio fruens, & sic illustris factus, & in tantam multitudinẽ diffusus, proprium sepulchrum non possedit, sicut nunc multi faciunt, agros & villas, infinitamq; aliam substantiam possidere studentes. Habebat enim sufficientes diuitias mentis, & de aliis non erat anxius. Audiant qui repente, & in vno temporis momento omnia corradunt, & vbique (vt ita dicam) suæ auaritiæ concupiscentiam extendunt: imitenturq; patriarcham, qui nullibi habuit locum, quo Sarræ collocaret reliquias: Sed tunc primùm, quando ab ipsa necessitate compulsus est, emit agrum & speluncam à filiis Chet. Nã quòd spectabilis erat apud Chananæos, audi filios Chet ad eum dicentes. *Rex à deo es tu in nobis, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum: nullus enim nostrum prohibebit te à sepulchro suo.* *Cap.xxiii.* Cæterùm vide iustum, quo modo operibus suis doceat optimæ vitæ mores, & non prius vult accipere monumentum, priusquam iustum dinumeret precium. Nam licet vos, inquit, ita benenoli erga me sitis: at ego non patiar, nisi prius debitum precium dependerim: & sic accipiam sepulchrum. Et data, inquit, pecunia, accepit sepulchrum. *Fuit autem*, inquit, *vita Sarræ centum viginti septem annorum, & mortua est, & sepeliuit Sarram vxorem suam in spelunca agri duplici, quæ est è regione Mambre.* Et qui tam clarus & spectabilis, & tantam apud deum habens fiduciam, & apud omnes qui ibi agebant in tanto honore erat, vt & à filiis Chet rex nominaretur, neque gradum pedis possidebat. Propterea & beatus Paulus prædicans virtutẽ iusti, scribens dicebat: Per fidem peregrinus fuit Abraham in terra promissionis veluti aliena, cùm in tabernaculis habitasset cũ Isaac & Iacob cohæredibus eiusdem promissionis. Deinde docens nos, quo modo fide peregrin⁹ fuerit, subdidit: Expectabat enim habentem fundamenta ciuitatem, cuius opifex & conditor est deus. Spe, inquit, futurorũ despiciebat præsentia & expectatione maiorum bonorum, *Heb.11.b*

†*quo modo,* *quantum in se erat, ob magnam in deum charitatem, mactator*

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus curabat ea quæ in præsenti vita sunt: atque hæc ante legem,& ante gratiam. Qualem igitur habebimus nos excusationem, dic oro, qui post tot annunciationes, & promissiones ineffabilium bonorum, inhiamus præsentibus,& emimus agros,& vbique clari esse studemus,colligimusq; hęc omnia per auariciam & rapinam?

Esaiæ 5.b Et id quod beatus propheta cum lamento dicebat: Væ his qui coniungunt domum domui,vt quid à proximo auferant: hoc nos operibus implemus. An non quotidie fieri videmus, spoliari orphanos, præde patere viduas infirmos à fortioribus opprimi? Verùm iustus ille nequaquam sic,sed & sepulchrũ emere cùm voluit,quoniam vidit eos à quibus petiit,dare volentes, non prius accepit, quàm iustum dependisset precium. Hæc itaque mente versantes dilecti, nos qui sub gratia eum qui ante legem imitemur: & ne multa possidendi cupiditate accensi, maiorem & grauiorem augmentemus ignem inextinguibilem,& flammam intolerabilem.Audiemus enim si in huiusmodi rapinis & auariciis manserimus,

Lucæ 12.c ea quæ dicta sunt diuiti illi: Stulte,ista nocte abs te animam tuam auferent: quæ autem præparasti cuius erunt? Quare (dic mihi) tantopere studes, vt colligas ea quæ nõ multo post hinc abripiendus, hîc relinques,& ex eis non solum nihil vtilitatis percipere valens: sed & onus peccatorum in humeris propriis ferens,& inutili pœnitudine ductus: nam ea quæ à te per auariciam collecta sunt,in hostium deuenient manus,tu autem pro his rationem & pœnam dabis. Quantæ igitur est dementiæ aliis laborare,& te propterea pœnam dare? Esto autem, hactenus ita negligenter nos gesserimus, nunc saltem quod decet,consultemus:& nõ tantum operam demus, vt nobis opes affluant,sed vt & iusticiæ magnam rationem & curam geramus. Neque enim res nostræ intra hanc vitam totæ conclusæ sunt, neque semper in aliena hac regione erimus: sed non multo post in propriam remeabimus patriam. Omnia igitur faciamus, ne alibi egeni simus futuri. Nam quæ vtilitas, in aliena regione multas diuitias relinquere, in propria autem, & in patria necessariis carere? Itaque oro, festinemus dum adhuc tempus est, vt illuc transferamus etiam quæ in hac aliena habemus. Enimuero licet multum inter se di-

†*Qui enim cò nostra securè transferant, parati sunt.* sient,facilis tamen est transuectio.† Et securè illuc transferimus, ‖& in thesauro indeprædabili reponimus quæcunque per pauperum manus præmittimus. Eorum enim manus in cœlestia promptuaria sibi data reponunt. Quoniam igitur tanta & facilitas & securitas:quare moramur, & non omni studio hoc facimus, vt ibi ea inueniamus vbi eis maximè opus erit? Propterea patriarcha ille quasi alienam inhabitat Chananæam: quia illam expectabat ciuitatem, cuius opifex & conditor est deus. Si igitur voluerimus iustum hunc imitari, & nos in illam occurremus, & in sinus patriarchæ veniemus. Operum enim communio, & fruitionis cõmunionem præstat. Verùm si placet redeamus ad sermonis seriem, & videamus post Sarræ mortem quantam iustus curam agit pueri, Isaac dico. Audiamus igitur diuinam scrip-

Cap.xxiii turam nobis narrantem. *Et Abraham erat senex, *qui processerat diebus. Et dominus benedixit Abraham per omnia.* Quare hæc nobis assignauit scriptura? quia patriarcha dili-

**πεπροκὼς i. processus, suspicor interpretem,processerat,scripsisse.* genter curaturus erat vt spõsa Isaaco adduceretur,ideo nobis eius ætatem assignauit. Quando enim,inquit, ad extremam senectutem peruenit,volens Isaacum à Chananæorũ cognatione liberum esse: ita ne inde vxorem duceret,vocato,inquit,famulo prudentiore, commendat ei negocium hoc, & dicit: *Pone manum tuam subter* A *femur meum.* Lingua Græca habet subter fœmur: Hebraica verò,subter lumbum. Et quare sic dicit? Mos ille veterum erat. Aliter autem dic, quòd hinc principium natiuitatis Isaac fuit. Et vt discas, quòd hoc facere consueuerint,vide: quia ipse imperat vt manum ille eo ponat. Statim autem vt apposuit, *Et adiuro,* inquit, *te per dominum deum cœli & deũ terræ.* Vide quo modo & famulũ docet, vt sciat vniuersorũ conditorem. Nam qui dixit, deum cœli & deum terræ, omnem creaturam comprehendit. Et quod iuramentum? *Vt non accipias vxorem filio meo Isaac de filiabus Chanaan, inter quos ego habito: sed in terram meam in qua natus sum vade, & ad cognationem meam,& inde accipies vxorem filio meo Isaac.* Viditti mandãtũ patriarchæ, quod fàmulo dedit? At ne perfunctoriè prætereas dicta, sed cogita mentem & propositum iusti, & quò spectarit:& attende quo modo veteres non quærebant

B substantiam multam, non diuitias,non seruos,& iugera agri tot & tot,non externę venustatis formam:sed animæ pulchritudinem,& morum nobilitatem.Nam quoniam videbat maliciam eorum qui in Chananæa habibant,sciens quantũ bonum sit sortiri coniugem iisdem moribus viuentem, præcipit seruo, & iuramentũ adhibet,vt ex sua cognatione vxorem adducat Isaac,& neq; interuallum locorum, neque aliæ difficultates segnem eum in his reddunt: sed sciens rei necessitatem, omni cura mittit seruum. Cæterùm patriarcha habens respectum virtutum animæ,& abhorrens à vicinorum malicia, ita quidem se gerit: at nunc omnes tale quiddã ne cogitarent quidem.Nam etsi malis innumeris plena sit, hoc solum inquirunt, quantũ abundet pecuniis cætera omnia posteriore loco habent, nescientes quòd cùm mens peruersa sit, licèt indicibiles affluant diuitiæ facile in extremam venient inopiam: & nihil proderunt

C opes, cùm non sit ibi mens quæ bene illas dispensare queat. Verùm patriarcha seruo satis magnum mandatum dedit, & iuramento eum adstrinxit. Videamus autem nunc & serui probitatem, quo modo imitatus sit pietatem domini. Nam postquam vidit tam serio iustum sibi præcipere,dicit ei: *Si noluerit vxor venire mecum, vis filium tuum in terram vnde existi inducam?* Vt ne, inquit, si difficultas aliqua incidat,transgrediar mandata tua: rogo, quid oportebit me obseruare: & num placet tibi vt illuc abeat Isaac, & accepta sponsa redeat, si non voluerit (vt mandasti) venire mecum? Quid igitur iustus? denegat hoc, & dicit: *Ne reducas filium meum illuc.* Non erit hoc tibi opus. Qui enim mihi hoc annũciauit, & promisit semen eius ita multiplicandum, etiam hoc prospere faciet succedere. Ne igitur abducas illuc filiũ meum: *dominus deus cœli & terræ.* Vide quo modo superius seruũ adiurans, ipsum de omniũ conditore docet:

D & nunc precaturus, iterum eadem verba dicit: per omnia docens vt seruus profecturus in illo fiduciã habeat, & de bono rei exitu bene speret. Docet enim eũ quantam olim ab initio beneuolentiã dei inuenerit,& quòd ille qui à domo paterna euocauerit, & vsque ad hoc tempus ita gubernarit, iamq; in tam prouecta senecta Isaac dederit, prospera etiam quæ adhuc restant faciet. *Dominus enim,* inquit, *cœli & terræ, qui assumpsit me de domo patris mei,& de terra in qua natus sum,ille ipse qui locutus est mihi dicens:Tibi dabo terram,& semini tuo.* Ille qui tantam erga me declarauit benignitatem & curam,ipse mittet angelum suum ante te, & inde accipiet filio meo vxorem. Bene animatus, inquit, abi: certus enim sum ꝙ qui tantis me beneficiis hactenus prosequutus est, prioribus etiam illud addet, & mittet angelum suum ante te. Ipse,inquit,

præcedet

præcedet te,& viam præparabit in omnibus, vxoremq; tibi notam faciet,vt accepta ea huc redeas. Quòd si cõtingat, quòd absit, vt reluctetur vxor venire huc, alienus eris à maledictione iuramenti. Tantum filium meũ illuc non reduces. Nullum enim mihi dubium est,quin dominus secunda tibi faciat omnia. Declarat itaq; quo modo virtute diuina bene fidat,& prohibet seruum ne filium illuc inducat. Postea, cùm diligenter mandasset seruo,curáque eum liberasset(verebatur enim,ne mandato nõ impleto periurij reus fieret.) *Posita*, inquit, *manu sua subter femur, iurauit ei super verbo hoc, quòd filium suum illuc non abduceret.* Vidisti quo modo ab initio seruus indicauit suam erga dominum beneuolentiam? Vide nunc quo modo ex patriarchæ doctrina melior euaserit,& imitatus fuerit domini pietatem atq; religionem.

Acceptis enim, inquit, *decem camelis: & de omnibus bonis quæ domini sui erant: surrexit & profectus est in Mesopotamiam, in ciuitatem Nachor, & Habulari eos fecit extra ciuitatem iuxta puteum aquæ vesperi, quando egrediuntur aquaturæ. Et dixit: Domine deus domini mei Abraham.* Vide serui sapientiam,orbis dominum à patriarcha nominat. Domine enim, inquit, deus domini mei Abraham,qui tanta in illum beneficia collocasti. Et quid miraris, si seruus cum vocat deũ Abraham? ipse omnium deus,monstrans quo modo iustorũ
Exod.3.b virtutem magni faciat,inquit,Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob: & dicit: Domine deus domini mei Abraham fœliciter occurre mihi hodie,& fac
†*domino meo* misericordiã cum †seruo tuo]Abraham? quasi diceret, Fac vt impleantur quæ ille vult, & iuxta eius sententiam prospera fac omnia, Fac misericordiam cum domino meo Abraham. Quid est, fac misericordiam? voti compotem eum fac. *Deinde*, inquit: *Ecce ego steti propter fontem aquæ, filiæ autem habitantium ciuitatem, egrediuntur vt hauriant aquam, & erit virgo cui ego dixero: Inclina hydriam tuam, vt bibã: & dixerit mihi, bibe & camelos tuos potabo, vsquequo bibere cesset. Illam præparasti puero tuo Isaac: & in hoc cognoscam quòd feceris misericordiam domino meo Abraham.* Vide serui prudentiã. Nam quia sciuit patriarchæ hospitalitatem, & quia virginem inde ducendam congruebat iisdem esse præditam moribus, quibus iustus: nullam aliam coniecturam inquirit, sed charactẽrem virginalis animi hospitalitate colligere vult, & inquit: Si quando ego aquam ab ea petiuero, dicens, Inclina mihi hydriam: & non solum faciet quod petiui, sed & candorẽ ac liberalitatẽ mentis suæ declarabit,& dicet: Etiam camelos tuos aquabo. Morum suorum mititatem satis ex aquæ præbitione ostendendo. Animaduerte obsecro,quãtum fuerit,quòd
†*aquatum profecta,* virgo tenera †aquam]non solum annuerit eius petitioni,& deposuerit ab humeris hydriam, & ad satietatem præbuerit petenti, viro peregrino, & prorsum ignoto: & non solum illi dederit, sed & camelos omnes aquauerit, & per ea quæ fiebant monstrauerit animæ suæ ingenuitatẽ. An nescitis quòd multi etiam viri denegant sæpe petentibus talia? Et quid dico de aqua quæ præbetur? Interdum cum faces tenent, & ab accedentibus orantur vt paulisper expectent,quò lumen accendant: id facere renuunt, tametsi nihil inde minuatur ignis, etsi multi sint qui accendere velint. Hìc autem & mulier & puella,& hydriam super humeros ferens,non solũ non grauatim tulit quòd ab ea peteretur: sed & plusquam petitum erat,cõcessit: & potum dedit vt petebat, & ex teipsa etiam camelos potare festinat. Annuerat enim misericors deus patriarchæ precibus, angeloq; sibi misso omnia illa dispositi fieri, sicut seruus petierat. Dein postquã vidit reipsa preces patriarchæ efficaces, & obtinuit virginem quam optabat,illiúsque eximiam vidit hospitalitatẽ: vide quid fit,dicit enim: *Festinauit & euacuauit aquã in camales, & cucurrit ad fontem vt hauriret aquam, & aquauit omnes camelos eius.* Vide locupletissimam promptitudinem. Per hoc enim quod ait,festinauit & euacuauit hydriam, & cucurrit, monstratur puellæ indicibilis alacritas: quia neque vt aliena aufugit, neque prætextu continentiæ petitioni renuit: sed cũ multa mititate inquit,Bibe domine. Cogita,obsecro,quãta etiam ea ætate fuerit continentiæ diligentia, & modestiæ eminentia,hospitalitatisque frequentia. Quibus nõ opibus hæc sunt preciosiora? Quibus non thesauris hæc sunt præferenda? Hæc summa dos, hæc innumera bona, hæc thesaurus qui non consumitur. Videns igitur prudens seruus efficacem dei prouidentiam. *Discebat eam*, inquit, *& silebat, vt sciret prosperumne fecisset dominus iter suum, an non.*

Quid est,discebat eam? Verba puellæ diligenter cõsiderabat, aspectum, incessum, habitum, aliaq; omnia: & expectabat, vt sciret an prosperũ fecisset dominus iter suum,an non. Nam quæ iam facta erant, insignitam & plurimam virginis indicabant virtutem. Et ideo remunerans eius obedientiam, & aquæ suppeditationem,

Apposit ei, inquit, *inaures aureas, & duas armillas, & diligẽter addiscebat vt se haberet. Et rogabat, cuius filia esset: & num esset apud patrem eius locus diuersorij.* Considera & hìc puellæ responsum. Nam sicut cum aquam peteret,nõ solum eam dedit, sed & camelos illius potauit: ita & hìc rogante seruo num esset locus, & cuius esset filia: inquit,
Filia sum Bathuelis, †*Melcha quem genuit Nachor.*] Dicit & patrem & auum, vt illis cognitis fiat alacrior. Vide prudentiam puellę: de patre rogatur,& non solum hoc indicat,sed & patrem patris. Et cùm rogasset seruus solũ an esset locus diuertendi,illa addit: *Et fœnum & pabulum multum apud nos.* Hæc vt audiuit seruus,& admiratus est miram & largã puellæ hospitalitatẽ. Et vt didicit quòd non ad ignotos quosdam venisset, sed in domum Nachor, qui frater erat patriarchæ. *Quod cùm probaret*, inquit, *homo, adorauit dominum, exhilaratus in his quæ cognouerat, & quæ ei puella dixerat.* Adorauit dominum, & gratias illi egit, eo quòd in patriarcham & in se tantam declarasset prouidentiam,& quòd omnia tam prosperè & facilè successissent. *Et dixit, Benedictus dominus deus domini mei Abraham, qui non abstulit* †*misericordiam & iustitiam*]*à domino meo.* Postquam vidit puellæ beneuolentiam & ab ea omnia manifestè didicit, tũc & ipse puellæ significat quis sit: & per gratiarum actionem in deum, manifestũ ei facit quòd nõ ex aliena domo veniat, sed frater Nachor sit,qui huc eum miserat. Hæc vbi didicit puella,cũ magna voluptate cucurrit, inquit. Vide quo modo in singulis declaret nobis hospitalitatis alacritatẽ, cursu, verbis,mãsuetudine. *Cucurrit*, inquit, *& annunciauit in domo matris suæ iuxta verba hæc omnia: ea quæ audierat à seruo, parentibus significauit. Et cucurrit*, inquit, *Laban ad hominem foras ad fontem.* Vide quo modo & hìc cursu desiderium suũ monstret. Et vt vidit hominem stantem apud fontem cum camelis, dixit ei: Veni, ingredere, benedictus †do-
†*deus* minus: cur foris stetisti? Ego disposui domum & locum camelis. Vide & hunc benedicentem deum in aduentu peregrini, & quo modo antequam hospitalitatẽ impleuit opere,multis eum exhortatus est. Veni, inquit, ingredere. Prius enim præparaui domum & locum camelis. Deinde ingresso eo, inquit: *Destrauit camelos, & dedit paleas & fœnum & aquam, vt lauarentur pedes eius.* Vide quo modo hi qui adhuc in errore tenebantur, magnam hospitalitatis curam agebant. Et dedit aquam, vt lauarentur pe-

†*filij Melchæ quẽ peperit Nachori.*

†*iustitiam suam & veritatem*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur pedes eius,& pedes virorum qui cum eo erāt.Et apposuit eis panem ad comedendum. Sed hîc attēde obsecro,magnam famuli prudentiam. Quare? dicit enim, *Non comedam, donec loquar verba mea.* Vos quidem, inquit,officium vestrum in me declarastis:ego autem nequaquam antea quietis meæ rationem habebo, donec causam vos docuero propter quā in hāc viam sim missus,& quare à Chananæa huc venerim,& quo modo in domum vestram huc ductus sim, vt cùm omnia didiceritis, tunc & vos vestram erga dominum meum beneuolentiam declarare poteritis. Et incepit narrare: & dixit: *Seruus Abrahæ sum ego: dominus autem bene dixit domino meo valde, & dedit ei oues & vitulos, aurum & argentum, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et peperit Sarra vxor domini mei filium vnū domino meo cùm ipse iam senuisset, & dedit illi omnia quæcunque habuit.* Vide quo modo cum diligentia omnia eis narrat. Illius sum,inquit, Abrahæ seruus, quē scitis.Discite itaque quantam ab omnium domino misericordiam consequutus sit,ita vt valde sit ditatus. Deinde docet & diuitiarum abundantiam,inquiens:Oues & vitulos,argentum & aurum, seruos & ancillas,camelos & asinos acquisiuit.Audite diuites, q tot & tot quotidie emitis prædia,& balnea,ac deambulacra,& splendidas domus ædificatis. Videtis, in quibus diuitiæ iusti fuerint constitutæ? Nusquam ager, nusquam domus, & supernacanea sumptuositas: sed oues & vituli,cameli & asinæ,serui & ancillæ.Et vt discas, seruorum multitudo vnde ei cōtigerit,addidit alio loco : Vernaculi omnes erant. Hic igitur, inquit, dominus meus, qui in tanta substantia fuit,& multam superné gratiam inuenit quādo iam senuit,Sarra filium peperit ei,hunc habens vnigenitum, eum hæredem omnium suorum constituit quæcunque habuit. Dein postquā narrauit domini gloriam, & Isaac partum, dicit insuper & mandata quæ acceperat,vt in Charras proficisceretur. Et adiurauit me, inquit,dominus meus,dicēs: *Non accipias vxorem filio meo Isaac de omnibus filiabus Chananæorum, inter quos ego habito: sed in domum patris mei vade, & ad cognationem meam, & inde accipe vxorem filio meo.* Et ipse quidē hæc mihi mandauit,ego autem difficultatem negocij mecum perpendēs, rogabam dominū meum, Si non voluerit vxor venire mecum. *Et dixit mihi: Dominus cui complacui coram eo, ipse mittet angelum suum tecum,& prosperabit iter tuum,& accipies vxorem filio meo ex cognatione mea, & domo patris mei: & tunc innocens eris à maledictione mea.* Igitur dominus quidē hęc mihi mandauit, & talibus precibus factis, viatico me instructum huc misit. Ego autem fretus illius precibus, vbi ad fontem veni,hæc verba loquutus sum, & dixi: *Domine deus domini mei Abraham, si tu prosperum facis iter, quod nūc abeo:Ecce ego sto apud fontem aquæ, filiæ autem hominum huius ciuitatis egredientur ad ferendas aquas. Et erit virgo, cui ego dixero: porrige mihi parum aquæ ex hydria tua:si dixerit mihi,Et tu bibe,& camelos tuos aquabo: ipsa erit vxor quam præparasti seruo tuo Isaac.Et in hoc sciam quòd fecisti misericordiam domino meo Abraham.* Hęc ego quidem, inquit, apud memetipsum deum rogaui, nondum autem finem acceperant quæ à me dicta sunt, & confestim adimpleta sunt. Nam priusquam ego dicendi finem facerem, ecce Rebecca exiit aquam ferens in humero suo : dicebam autem ei, Da mihi potum. Et accelerans deposuit hydriam suam, & dixit mihi: bibe & tu,& camelos tuos aquabo.Et cùm viderem iam euidentem fieri dei prouidentiā,interrogabam cuius esset filia. Et vt didici é quibus esset nata, dixi quòd non ad alienos veniissem,sed in domum Nachor fratris domini mei.Vnde sumpta spe bona,appendi ei inaures & armillas:& cùm hoc placeret,adorani dominum & benedixi deum domini mei Abraham,quia prosperum mihi iter fecit,vt assumerē filiam fratris domini mei.Verùm hæc ita à domino dispensata sunt, & ad preces domini mei ita euenerunt.Cæterùm vos si quam ipsi declarabitis,& facietis misericordiam & iusticiam cum domino meo,annūciate mihi.Iam mihi, inquit, significate,vt scire possim,quid oporteat me facere, Quòd si minus placet,& idipsum dicite, vt aliò iter faciam,& me conuertam vel ad dextram, vel sinistram. Postea quoniā deus erat, qui omnia propter preces patriarchæ secundabat, dicunt ei pater virginis & frater: *A domino exiit verbum hoc: non possumus tibi contradicere vel bonum, vel malum. Ex narratione tua satis intelligimus,totum hoc diuina dispensatione fieri. Ne igitur putes nos velle aduersari his quæ deo probātur. Ecce habes virginem, tolle eam & proficiscere,& erit vxor filio domino tuo, sicut locutus est dominus.* Vidisti quo modo solebant olim filiis suis vxores ducere? Quo modo magis animæ generositatem,quàm opum abundantiam inquirebant:nusquam instrumenta, nusquam pacta,& alia ridicula quæ nunc apud nos fiunt, & verba illa quæ in literis continentur: Si absque liberis, inquit, moritur, si hoc & hoc contingat. Verùm apud illos nihil tale, sed maximæ & securissimæ literæ erant virginis mores:nusquam cymbala & choreæ.Et hoc scies,quando ad sponsum virginem videris introduci. *Vt ergo audiuit seruus hæc à patre & fratre, adorauit deum super terrā.* Vide quo modo in omnibus quæ fiebant,vniuersorū domino gratias offert.Ipse enim erat qui antea præparabat omnia, & iuxta verbū patriarchæ prę̄mittebat angelum ante illum,qui omnia fœliciter ordinabat.Denique quia certior factus de negocio bene perfecto: *Prolata, inquit, vasa aurea & argētea,& vestem, dedit Rebeccæ.* Nunc cum fiducia ministrat ei,quasi iam verbis desponsatæ Isaac.Honorat autē donis & fratrem, & matrem: & quum vidit negocium & mandatum impletum, tunc tandem refici se passus est.

Comederunt, inquit, *& biberunt ipse & viri qui cum eo erant, & dormierūt. Cumque mane surrexisset, dixit: Emittite me: vt vadam ad dominum meum.* Quoniam omnia mihi tam fœliciter successerūt,& nihil est quod restet,sed vobis bene placet: dimittite me,vt abeam ad dominum meum.

Dixerunt autem, inquit, *fratres & mater: Maneat nobiscū virgo diebus quasi decem, & post hæc abibitis. Ille autem dixit ad eos: Ne me detineatis, etenim dominus prosperum fecit iter meum: dimittite me, vt abeam ad dominū meum.* Quare, inquit,differtis, quum deus tantam facilitatem mihi in omnibus dederit? Dimittite me, vt abeam ad dominum meum. *Illi autem dixerunt: Vocabimus Puellam, & interrogabimus eā. Et vocauerunt eam, dixeruntq; ei: Ibis cum homine? Illa autem dixit,Ibo. Et dimiserunt Rebeccam sororem suam, & substantias eius, & seruum Abraham, & eos qui cum eo erant. Et benedixerunt,* inquit, *Rebeccam, & dixerunt ei: Soror nostra es, fias in mille decem milium, & hæreditate possideat semen tuum portas inimicorū,* Vide quo modo & illi ignorantes virgini quæ futura sunt,dixerunt: deo mentem eorum ad hoc dirigente & incitante. Vtraque enim ei prædicta sunt,tum quòd in mille myriades fieret, tum quòd semē eius hæreditate possessurum esset portas inimicorum. Vidisti per omnia euidentem dei prouidētiam relucere, quo modo per infideles futura vt prędicantur,dispensat omnium dominus? *Cum surrexissent autem Rebecca & ancillæ eius, ascenderūt super camelos.* Vidisti qualem sponsam ducat patriarcha? aquantem, & hydriam super humeros ferentem,& nūc iterum ascendētem super camelos. Nusquam mulæ argento fulgentibus ceruicibus,neque famulorum turba,

neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque magna mollicies, quę nũc fieri solet: sed tantùm erat priscarum mulierum robur, vt & in camelos suos ascenderent, & sic iter facerent. *Et profectæ sunt*, inquit, *cum homine. Isaac autẽ egressus erat, vt meditaretur in agro ad crepusculũ & ibi elevatis oculis, vidit camelos venientes. Rebecca autem vt vidit Isaac, desilit à camelo, & dixit seruo: Quis est homo ille qui venit in campo nobis obviam?* Vide puellæ generositatem, postquam vidit Isaac, quærebat quis esset. Et vbi didicit quòd ipse esset spõsus, velauit se theristro: & veniens seruus omnia clarè annunciauit Isaac. Hic considera oro, quo modo nusquam superflua illa & inutilia, nusquam diabolica pompa, nusquam cymbala, & tibiæ, & choreæ, & satanica illa conuiuia, & scommata omni obscœnitate plena, sed omnis honestas, omnis sapiẽtia, omnis mititas. *Intrauit autem Isaac*, inquit, *in domum matris suæ, & accepit Rebeccam: & fuit ei vxor, & dilexit eam, & consolationem accepit Isaac super Sara matre sua.* Hanc imitentur mulieres, hanc æmulentur viri. Sic sponsas ducere curent. Quare enim, dic oro, statim ab initio sordibus impleri sinis puellæ aures, tam turpibus cantilenis, tam intempestiua illa pompa? nescis quo modo adolescentia per se in malum propensa? Cur honesta nuptiarum mysteria inuulgas? oportebat omnia hæc depellere, & verecundiam principiò docere puellam, & sacerdotes vocare, & precibus & benedictionibus concordiam coniugij constringere: vt amor sponsi augeatur, & puellæ continentia crescat, & omnia quæ fiunt eò spectent vt virtutis opera ingrediãtur in domum illam, tollanturque è medio omnes diaboli insidiæ: & ipsi fauore dei vniti, iucundè vitam perficiãt: quo nobis omnibus frui detur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre & spiritu sancto sit gloria in secula seculorum, Amen.

Hæ autem sunt generationes Isaac filij Abraham.
Homilia XLIX.

ITERVM vos ad consuetam mensam ducere volo, & ex verbis Mosis cõuiuium proponere, imò ex verbis sancti spiritus. Neque enim à seipso hæc nobis exposuit, sed spiritu sancto afflatus. Videamus igitur, quid & hodie nos docere velit. Neque enim simpliciter, neque inuanum vitas sanctorum exponit: sed vt imitemur eorum virtutem, & imitatores simus bonorum operum quæ illi fecerunt. Nam postquã nobis diligenter narrauit ea quæ ad sanctum patriarcham Abraham attinent, & docuit postremũ illius certamen in immolatione filij, quod & si non opere, voluntate tamen perfecit, finemq; imposuit narrationibus illis: nunc exponit nobis quæ ad Isaac occisum & non occisum pertinent, factum enim ænigmati
Heb.11.d. simile est. Audi enim Paulum dicentem: Fide obtulit Isaac, cùm tentaretur: & vnigenitũ obtulit, in quo promissiones acceperat. Deinde vt discamus quo modo fide hæc omnia acta sunt, & diuersa videns promissioni quæ iubebatur facere, non perturbabatur: subiicit vnde illum & in parabola & typo reduxit. Quid est, & in parabola reduxit? Nam postquam eum in sacrificiũ obtulit, & mentem perfectam declarauit, ipse corona redimitus est, & accepto puero rediit, & sacrificium per ouem impletũ est. Et ostendit per omnia vniuersi conditor suæ misericordiæ excellentiam: & quòd hoc imperando non occìdi Isaac, sed iusti exercere obedientiam voluerit. Cæterùm sicut vidimus patriarchæ virtutem in omnibus relucentem: age, & quæ de Isaac dicta sunt hodie in medium afferẽtes, videamus quo modo & ipse piam & religiosam mentem in omnibus præ
A tulerit. Dignum autem est, vt ipsa scripturæ verba audiamus. *Hæ autem sunt*, inquit, *generationes Isaac filij Abrahæ. Abrahã genuit Isaac. Isaac autẽ erat annorũ quadraginta, quando accepit Rebeccam filiã Bæthuelis Syri ex Mesopotamia, sororem Laban Syri, sibi in vxorem.* Considera obsecro dilecte, diuinæ scripturæ diligentiam, quo modo nihil superuacuè ponat. Quare nobis tẽpus Isaac ponit, & dicit: Erat autem Isaac quadraginta annorũ quando accepit Rebeccam? Non absque causa, neque temerè: sed quia nobis postea Rebeccę sterilitatem narraturus erat, & quòd ex precatione iusti procreatio prolis illi concessa sit. Vult autẽ docere nos magnitudinem patientiæ Isaac, & clarè indicare quanto tempore liberis caruerit: vt & nos æmulantes iustũ, assidui simus in diuinis precibus, si quãdo aliquid à deo petierimus. Si enim iustus ille ita virtute prędituS, & tantam apud deum gratiam habens, tãtam præ se tulit constantiã & studium, continuò deum
B orando, ita vt solueretur Rebeccæ sterilitas: quid dicemus nos, qui tantis peccatorum oneribus premimur, & neque minimam virtutis iusti partem ostendimus: sed etsi paruo tempore studium aliquod & diligentiam exhibuerimus, torpescimus, & resilimus, nisi statim exaudiamur? Propterea oro, vt ex his quæ iusto illi euenerunt eruditi, nũquam cessemus orare deum, vt ignoscat nobis peccata, feruẽnsque & æstuans desiderium ostendamus: & non ægræferamus, neque segniores fiamus, si non statim audiamur. Fortassis enim dominus continuam nostrã sedulitatem sapienter exercens ita differt, volens vt mercedem quoque patientiæ recipiamus. & quia ipse tẽpus scit quando nobis vtile est assequi quod quęrimus, Neque enim nos ita scimus quid nobis vtile, vt ipse euidenter nouit, qui etiam abscondita mẽtis nostræ cognoscit. Proinde par est, vt nihil curiosius quæ-
C ramus, vel incusemus in his quæ à deo fiunt: sed grati simus, & admiremur iustorum virtutes. Nã postquam dixit nobis diuina scriptura, quot annorum fuerit Isaac: dicit & de Rebecca vxore eius, quod sterilis fuerit. Vide obsecro, iusti religiosam mentem. Quoniam enim vidit naturam claudicantem, ad naturæ conditorem confugit, & vincula naturæ precibus soluere festinauit. *Deprecatus enim est*, inquit, *Isaac super Rebecca vxore sua, quia sterilis erat.* Vnum hoc in primis operæprecium vt quæramus: Quare, cùm & ipsa & vir eius vitæ fuerint eximiæ, & ambo continentiæ studiosi, sterilis fuit? Non possum carpere eorum vitam, & dicere quòd sterilitatem illam peccata fuerint operata. Et vt discas rem mirã, quia non solum ipsa sterilis fuit, sed & mater iusti Sara: neque mater eius sola, sed & nurus, Rachel vxor Iacob. Quid sibi vult ille sterilium chorus? omnes iusti, omnes virtute præditi, omnes à deo testimonium ha-
D bentes. Nam de ipsis dicebat: Ego sum deus Abraham, *Exod.3.* deus Isaac, deus Iacob. Beatus autem Paulus: Ideo non *Heb.11.d.* confunditur deus vt inuocetur eorum deus. Multæ ipsorum laudes in nouo, multæ in veteri, vndique clari & nobiles, & omnes steriles habuerunt vxores, multoq; tempore caruerunt liberis. Quando igitur videris virum & mulierem virtuti deditos, carereq; pueris: quando videris pios & religionis studiosos nõ habere liberos, ne tribuas hoc peccatis. Multi enim diuinæ dispensationis sermones nobis sunt arcani. Et pro omnibus gratias agere oportet: & solos illos miseros dicere, qui in peccato viuunt, non eos quibus filij desunt. Quippe sępenumero multa deus vtiliter dispensat, quorum nos causam nescimus. Eapropter vndequaque sapientiam eius admirari oportet, ac glorificari ineffabilem misericordiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ricordiam. Sed hæc quidem ad vtilitatem veſtram dicta ſunt, ideo vt multam gratitudinem exhibeatis, neque de diſpenſatione diuina curioſè rogetis. Dicamus tamen & cauſam, propter quã mulieres illæ ſteriles fuere. Quænam igitur eſt cauſa? vt cùm videris virginem noſtrum dominum parientem, ne ſis incredulus. Exerce enim hîc tuos ſenſus, inquit, in vulua ſterilium, vt cũ didiceris ligatam & emortuam vulnam diuina virtute ad procreationem aperiri, inde copioſis argumẽtis acceptis, non admireris audiẽs quòd virgo pepererit: imò admirare & obſtupeſce, ſed ne ſis incredulus miraculo. Quãdo igitur tibi dicit Iudæus, quo modo peperit virgo? dic ei: Quo modo peperit ſterilis & vetula? Duo impedimenta tunc erant, & ætas intẽpeſtiua, & natura viciata: in virgine autem vnum impedimẽtum fuit, quòd non eſſet particeps concubitus. Sterilitas igitur iam viã parat virginitati. Et vt ſcias quòd propter hoc ſteriles prius fuerunt, vt credatur virginitatis partus: audi verba Gabrielis, quæ ad virginem dixit. Poſtquã enim venit, & dixit: Concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum: obſtupefacta eſt & admirata, ac dixit: Quo modo erit mihi iſtud, quia virum nõ cognoſco? Quid igitur angelus? Spiritusſanctus ſuperueniet ſuper te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Ne quæras, inquit, naturæ modum & ordinẽ, quando ſuper naturam ſunt quæ fiunt. Ne ſpectes coniugij dolores, quãdo maior quàm in nuptiis natiuitatis mod⁹ erit. Et quo modo fiet iſtud inquit, quoniam virum non cognoſco? Sane propter hoc erit, quoniam virum non cognoſcis. Nam ſi cognoſceres virum, non fuiſſes habita digna vt huic miniſterio ſeruires. Itaque quamobrem dubitas eã ob rem crede: non quia malum nuptiæ, ſed quia melior virginitas. Hunc autem ingreſſum noſtri omnium domini digniorem eſſe oportet, quàm noſtrum. Regius enim fuit introitus. Oportebat autẽ & partim cum noſtra natiuitate communicare, & partim alienum eſſe: & vtraque hæc fuerunt. Et quo modo? audi. Nam de vtero prodire, commune habet nobiſcum: abſque nuptiali autem congreſſu naſci, ſupra noſtram eſt natiuitatem. Naturale eſt, conceptum fieri in vtero: ſupra naturam humanam eſt, abſque commixtione eſſe prægnantem. Et propterea vtraque, vt & excellẽtiam, & communionem quam habet tecum, diſcas. Conſidera autem quãta ſapientia hæc facta ſint, neque eminentia obfuit aſſimilationi & affinitati ſuæ nobiſcum: neque noſtra affinitas & ſimilitudo, eius obſcurauit excellentiam: ſed operibus vtraque oſtenſa ſunt, & alia perfectè habuit nobiſcum: alia nõ habuit, ſed ab eis totus liber fuit. Verùm, vt dixi, propter hoc ſteriles fuerũt iſtę, vt credatur †virginitatis partus, vt ipſæ nos manuducãt] ad fidem promiſſionis. Audi enim quid dicit angelus dei: Spiritus ſanctus veniet ſuper te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Sic, inquit, poteris pàrere. Totum enim operatione ſpiritus erit. Ne igitur ſpectes ad terram, è cœlis operatio venit. Spiritus gratiæ eſt quod fit, ne quæras naturæ modum, ne iuxta nuptiarũ leges intelligas. Verũ, quoniam maiora ſunt verba hæc quàm vt illa caperet, vult & aliam ei præbere demonſtrationem. Tu autem, obſecro, attende quo modo ſterilis iſtam manuducat ad fidem partus. Quoniam prior demonſtratio maior erat cogitatione virginis, audi quo modo & humiliorẽ ſermonem affert, per ſenſibilia ipſam manuducẽs. Et ecce, inquit, Elizabeth cognata tua & ipſa cõcepit filiũ in ſenectute ſua: & hic menſis ſextus eſt ei quæ vocatur ſterilis. Vides quòd ſterilis propter virginem? Quoniam cuius gratia alioqui retuliſſet partum cognatæ, cuius item gratia dixiſſet, quæ vocatur ſterilis. Planè per omnia manuducebat eam ad credendum annũciationi: propterea & tempus dixit, & naturæ ſterilitatẽ: propterea & tẽpus diſtulit conceptionis. Non enim ſtatim à principio ei annunciatum eſt, ſed præterito tempore ſemeſtri, vt vteri ſarcina conceptionem doceat. Et vide quãta Gabriel vtitur ſolertia. Non enim in memoriam ei reducit vel Saram, vel Rebeccam, vel Rachelem. Quare, & quam ob cauſam: Et hæ fuerunt ſteriles, & vetulæ, & magnum miraculum fuit: ſed quia erãt antiquæ narrationes, adducit eam ad hoc quod nuper cõtigerat, vt mẽtem eius ad credendum prouocaret. Sed neceſſarium eſt vt ad inſtitutũm ſermonem redeamus, & ſignificemus iuſti virtutem, quo modo precibus ſterilitatẽ Rebeccæ ſoluit, & vincula naturæ ſuperauit. *Deprecabatur autem, dicit, pro Rebecca vxore ſua, quoniam ſterilis erat, & exaudiuit eum deus.* Non quia mox ita ſubditur & ſcriptum eſt, putes è veſtigio & protinus aſſequutum eſſe quod optabat & quærebat. Nam viginti annis perſeuerauit orans & deprecans deum, & tunc tãdem aſſequutus eſt quod deſiderabat. Et vnde ſciemus hoc? Si diligenter ingredimur ad ea, quæ in diuina ſcriptura continentur. Non enim tempus à nobis abſconditum eſt, ſed ſignauit quidem, latenter tamen, ita vt prouocet deſiderium noſtrum & ad dignam inquiſitionem incitet. Nã ſicut docuit nos annorum numerum quot habuerit quãdo Rebeccam duxit, ita & hoc nobis manifeſtum fecit. *Erat enim*, inquit, *annorum quadraginta: quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri.* Didiciſti diligenter tempus? deinde poſtquã dixit: Deprecatus eſt Iſaac pro vxore ſua, quia ſterilis fuit: vt diſcamus annorum numerum, aſſignauit nobis quot annorum fuerit Iſaac, quãdo nati ſunt ei filij de Rebecca. *Erat autem Iſaac*, inquit, *annorũ ſexaginta, quando peperit Rebecca.* Si igitur quadraginta annorum erat quando duxit, ſexaginta autem quando peperit vxor: manifeſtum q̃ annis viginti perſeuerauit orans deum, & vterum Rebeccæ inutilem generationi, idoneum fecit. Vidiſti orationis vim, quòd & naturã ſuperet. Hunc omnes imitemur, & ita in precibus ſimus aſſidui, & anima ſobrij, & humiliata mẽte: audiamúſq; Paulũ admonentẽ & dicentem: Leuantes ſanctas manus abſq; ira & diſceptationib⁹, & ſtudeamus ſemper liberari à perturbatione, vt mẽs ſit in trãquillo, maximè autẽ precum tẽpore, quãdo multa nobis opus eſt à deo miſericordia. Nã ſi nos viderit operari iuxta leges quas ipſe dedit, ſtatim nobis donorũ ſuorũ largitatẽ liberaliter cõcedet, Quod nobis aſſequi liceat, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri ſit gloria ſimul & ſancto ſpiritui, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorũ, Amen.

* *Concepit autem Rebecca & colludebant paruuli in ea.*

Homilia L.

VVLTIS etiã hodie apponamus charitati veſtræ ea quæ in lectione heſterna relicta ſunt? Ad finem enim perducere totum argumentum nequiuimus, ſed oſtendimus quòd per ſuas continentes preces Iſaac valuerit Rebeccæ vulnam filiorum generationi reddere idoneam, naturámque ipſam inutilem factam (vt ita dicam) reparare. Hæc omnia heri ſatis vos docuimus, monſtrantes annorum numerum, quibus, vt hoc impetraret beatus ille, orãs & deprecans permanſit: & in ſermonẽ de ſterilibus egreſſi, dicta vobis cauſa propter quam iuſtorum vxores ſteriles fuere, ſermonem miſſum fecimus. Operæpreciũ autem vt & hodie diſcatis Rebeccæ religioſam mentẽ, vt non

† *virginis partus, vt ipſa inducatur*]

Ibidem.

non ſolum lucrum nobis à virtute iuſti accedat, ſed ex hiſtoria quæ de Rebecca nunciatur, ad æmulationem prouocare poſſimus auditores. *Poſtquam enim deus exaudiuit orationem iuſti, & uterũ geſſit Rebecca, colludebant*, inquit, *pueri in ea, & magno eam dolore affecerunt. Dixit enim*, inquit, *ſi ſic mihi futurum, cur mihi hoc?* Neque enim vnus erat naſcẽdus, ſed duo ſimul in vtero pueros geſtabat, & ex anguſtia multum cruciatum ſentiebat. Sed vide obſecro, hîc mulieris pietetem & religionem. Non enim fecit ſicut mulieres multæ, quę negligenter viuunt, facere cõſueuerunt. Non ad humanum confugit ſubſidium, non ad eos qui talia ſuis coniecturis, ſuæq; rationis obſeruationibus iudicare volunt: neque ſe expoſuit deceptioni curioſorum, & eorum qui polliceri audẽt quæ ſupra humanam ſunt naturã: ſed abiit, inquit, vt conſuleret dominum. Vide mulieris ſagacitatem, quoniã vidit quòd is qui vuluam eius reſerarat, is naturæ eſſet dominus, & infœcundum ventrem repentè ita fœcundum effeciſſet: vt videbat vteri ſarcinam magna quædam promittentem, *Perrexit*, inquit, *vt conſuleret dominum*. Quid eſt, perrexit vt conſuleret dominum? Cucurrit ad veram ſcientiam, & feſtinauit ad ſacerdotem dei miniſtrum, per quem latentium ſcientiam volebat diſcere: & enarrans omnia quæ ſibi contigerant, didicit diligẽter omnia, miſericorde deo per ſacerdotis linguam detegente ei omnia manifeſtè, & alacriorem eam reddente. Et vide quanta & tunc erat ſacerdotum dignitas. Nuſquã enim dicit, quòd ſacerdos ei reſponderit, ſed poſtquam dixit, Abiit vt conſuleret dominum: ſubiecit & dixit dominus ei, nempe per ſacerdotem: Duæ gentes in vtero tuo. Etenim & alio loco angelum vocat ſacerdotẽ diuina ſcriptura, monſtrans quòd illa loquatur quæ inſpirat ac ſuggerit ſpiritus gratia. Dixit igitur dominus ei:

Mal.2.b.

Duæ gentes in vtero tuo ſunt, & duo populi in ventre tuo diuidẽtur, & populus populo præſtabit, & maior ſeruiet minori. Vide quòd vaticinium prædicit ei omnia futura. Salientes enim pueri in vtero, & incompoſitis geſtibus ſe mouentes, iam omnia liquidò prædicebant. Et nũc didicit mulier quòd non duos ſolum pâreret pueros, ſed quòd illi in gentes propagandi ſint, & quòd minor maiori donabitur. *Et quando poſtea appropiauit tempus pariendi: exiit*, inquit, *primus rufus quaſi pellis hiſpidus. Agnominauit autem nomẽ eius Eſau. Et poſtea exiit frater eius, & manus eius cõprehendit calcaneum Eſau. Et vocauit nomen eius Iacob.* Quaſi iã & ab initio monſtret deus †quod prædicebatur.] Maior ſeruiet minori: dicit enim, Tenebat manu calcaneum Eſau: id quod erat ſignum defatigantis eum qui fortis videbatur: Et conſidera diuinam ſcripturam, quo modo propter ea quæ poſtea futura, iam prædicit: & ab initio monſtrat nobis vtriuſque ſtudium: & quòd ille quidem venationi deditus, hic verò *ruſticus erat homo futurus.

†quòd ſuperior eſſet futurus, iuxta id quod dictum eſt.]

*ἄγροικος ruſticus agreſtis, agricola, Aly tamen hãc etiã dictionẽ ad Eſau referunt

Simplex erat, inquit, *domum inhabitans, propterea Rebecca diligebat Iacob, Iſaac autem Eſau: quoniam venatio eius*, inquit, *cibus erat illi.* Vide quo modo pueros diſtribuit. Et mater quidem erga Iacob maiorem declarabat beneuolentiam, eo quòd ſimplicem videbat, & domi verſantem: pater autem diligebat Eſau, tum quòd primogenitus eſſet, tum quòd venatione eius veſcebatur. Hæc quidem illi faciebant naturalem dilectionem ſequentes, vaticinium autem paulatim implebatur, dicẽs: Maior ſeruiet minori. Vide enim ſtatim. *Coxit*, inquit, *Iacob cõfectionem: venit autem Eſau ex cãpo deficiens. Et dixit Eſau ad Iacob: Da mihi guſtare de edulio hoc ruſo, quia deficio: propterea vocatum eſt nomen eius Edom. Et dixit Iacob, *Da mihi hodie primogenita tua. Ille autem dixit: Quid mihi hiſce opus, cùm mors iam me inuadat, niſi accepero cibum? Alius autem iuramentum exigebat, vt ſtabilis ei fieret illa conceſſio. Et iurauit*, inquit, *Eſau.* Ecce nunc hîc inuerſus eſt ordo, & primogenituræ dignitas trãſiit ad eum qui virtute animi prefulgebat. †*Et dedit*, inquit, *Eſau primogenita.* Hoc eſt, vendidit cibi gratia dignitatẽ natura ſibi datã, ideo & ſubdidit. *Et parui pẽdit Eſau primogenita.* Quaſi diceret: Ingratus erat ac indignus ea, quã ſibi natura dederat, dignitate. Hoc autem totum factum eſt, vt illius demonſtraretur ingratitudo, & dei oraculum adimpleretur. Hæc audientes, diſcamus nunquam negligere dona à deo nobis data, neq; perdere magna propter parua & vilia. Quare enim, dic mihi, propoſito regno cœlorum, boniſque illis ineffabilibus, ita in diuitiarum cupiditatem inſanimus, & momentanea, & quę ſępe non vſque ad veſperam permanent, perpetuis ſempèrque duraturis præferimus? Et quid hac amentia deterius eſſe poſſit? quando & illis priuamur ob nimium in iſta amorem, & nũquam his frui purè poſſumus? Quæ enim vtilitas magnarum facultatum? An neſcitis quòd acceſſio multarum pecuniarũ nihil aliud nobis affert, quàm curarum incrementa, occupationes mentis, & vigiliam? Non videtis quòd hi omnium potiſſimum ſerui ſunt, quibus plura affluunt: & quotidie vmbras ipſas timent? Inde enim naſcuntur inſidiæ, inuidẽtia, odium graue, & innumera alia mala. Et ſępe vides eum qui habet decem millia talenta auri recondita, beatum vocare eum qui in officina operatur, & ex labore manuum cibum acquirit. Qualis igitur voluptas, & quale lucrum, quando neque his fruimur, & propter hanc concupiſcẽtiam etiam maioribus priuamur? Quid autem dico maioribus, cum poſt mala quæ hîc nos apprehendunt, & à bonis quæ alibi ſunt excidimus, & ad gehennam ipſam mittimur? Et nondum dico innumera peccata quæ hîc colliguntur, dolos, calumnias, rapinas & fraudes: verùm etiam ſi quis ab omnibus illis liber (id quod perquã difficile & rarum.) opibus abundat, & ipſe ſolus eis vtitur, & his qui opus habent nõ communicat, gehennæ ignẽ expectabit. Quod nos docet manifeſtè parabola in Euã gelio poſita, ſtatuẽs alios à dextris, alios verò à ſiniſtris: illis quidem præparatum eſſe regnum cœlorum ob curã egenis impenſam. Dicit enim: Venite benedicti patris mei, in hæreditatem accipite præparatum vobis regnum ab origine mundi. Quare & qua de cauſa? Eſurii enim, & dediſtis mihi vt comederem. His vero, ignẽ æternum: dicit enim: Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui præparatus eſt diabolo & miniſtris eius. Magnum verbi pondus, omnium dominus cõditor & ſuppeditator dicit: Eſurii, & non dediſtis mihi vt comederem. Cuius animam non mordebunt hæc verba, etiamſi lapidea ſit? Dominus tuus eſuriens obambulat, & tu es in deliciis: neq; hoc ſolum, ſed in deliciis ipſum deſpicis? tametſi non multum ſit quod à te petit: nã panem ſolum, quo famem poſſit ſubleuare. Et ipſe quidem frigore rigeſcens obambulat, tu autem ſericis indutus, ne reſpicis quidem, nullam compaſſionem præ te fers, ſed immiſericorditer præteris. Et qua venia ſunt hęc digna? Ne igitur ſit hoc ſtudium noſtrum, vt multas quibuſuis artibus opes conquiramus: ſed illud conſideremus, quo modo & hæc bene diſponamus, & egenis conſulamus: & ne ab illis excidamus quæ ſemper manent, & quę nullam admittunt viciſſitudinem ac mutationẽ. Quocirca diem mortis noſtræ incertum eſſe voluit dominus, vt nos præpararet continua ſobrietate & vigilãtia: & ita magis ad virtutum ſtudium nos prouocaret. Dicit enim: Vigilate, quia neſcitis neque diem, neque horam.

†*Et vendidit*,

Mat.25.

Mar.13.d & Lu.21.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

horã. Atqui nos planè diuersum operamur, & dormimus somnum grauiorem quàm sit naturalis ille. Nã qui naturali somno quiescit, nec bonum nec malum operatur, nos autem alium somnum dormimus, dormientes in virtutibus, vigilãtes in viciis: strenui in malis, desides in bonis: idq; facimus videntes quotidie multos hinc ad iudicem abduci: magnas autẽ aliorum esse vicissitudines, & neque tanta rerum mutatio ad virtutis amorem nos adducit, neque disponit vt dispiciamus præsentia, & desiderem° futura, præferamus somniis & vmbrę veritatẽ. Non enim differunt præsentia ab vmbris & somniis. Proinde ne decipiam° nosmetipsos, ne sectemur vmbras: sed vel tardè aliquando salutis nostræ curã habeamus, & opes indigis euacuemus, vt pro illis remunerationem à misericordi deo accipere mereamur æternam: qua nobis omnibus frui concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Facta est autem fames super terram, præter famem priorem quæ fuerat tempore Abraham.

Homilia LI.

ITERVM ex hesterna lectione doctrinã vobis afferã, & vt liquidò sciatis vbi heri sermonem missum fecerimus, & vnde hodie resumẽdus sit, ea quæ suprà dicta sunt, vestræ charitati in memoriam referre operæpretium fuerit. Fortassis enim vos, quia multis curis distrahimini, eorum obliti estis, & meum est vt in memoriam vobis reducã ea, quò fiat manifestior sermo hodie dicendus. Scitis enim, quòd nuper Rebeccæ pietatem enarrantes, inde ad Esau & Iacob deuenimus: & reliquimus vbi pri-
†vendidit, mogenita Esau, vt cibũ haberet, Iacob †dedit, & propter cibi cupiditatẽ semetipsum suo honore priuauit.
Malac. 1.a. Hoc autem non temerè factum, sed vt prophetia complerentur, quę dicit: Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui. Nã cùm deus futurorũ sit præscius, prędixit & illius virtutẽ, & huius, mentis maliciam. Quænã autem sunt illæ primogenituræ: Igitur, quia tunc tempus non permittebat charitati vestræ dicere, nũc necesse est vt doceã.
†*hinc autẽ honoris causã habuit,* Apud veteres summus honor erat primogenitury: † & quòd ita sit, hoc argumẽto collige. ¶ Cùm deus Israëlitarum gẽtem ex Aegypto liberare, & iuxta promissionem patriarchæ factam à tyrannide Pharaonis asserere vellet, obluctãte & detinere volẽte tunc Aegyptio: post varias plagas etiã hãc postremam eis intulit, quasi
Exod. 12.d. faciens vt Aegyptij suis manibus extruderẽt Israëlitarũ genus. Nam simul omnia Aegyptiorum primogenita occîdi iussit: vidissesq; in singulis domibus eiulatus & lachrymas. Neque sic putabant finiri plagam, sed illinc etiam expectabant vt mors qua cœperat pergens ad omnes perueniret. Itaque quia in Aegypto vna omniũ primogenitorum mors fuit, Israëlitę autem, diuina freti gratia, illesi permanserunt: mõstrabãtque etiam per hoc omnium deus suam erga illos beneuolẽtiam: imperauit in posterum vt propter interfectionem primogenitorum Aegypti, primogeniti Iudæorum pueri sibi
Exo. 13.a b. & 22.d. Leui. 27.c. Num. 3.b. & 8.c. &c. offerrentur. Hinc & tribus Leui in sanctum ministeriũ segregata est, & ex illo non solum primogenita hominum oblata sunt deo, sed & brutorũ, & in vniuersum omnium. Et præceptum erat, pro hominibus & brutis & immundis animalibus preciũ dependi. Quanuis autem legislatio hæc de primogenitis posterior fuerit: attamen iã suprà & olim videbantur aliquod habere priuilegium, qui vuluam matris primũ adaperiebant. Hãc igitur dignitatẽ, quam à natura habebat Esau: propter intemperantiam suam transtulit in fratrem. Et ille quidem perdidit quod à natura habebat: hîc autẽ & quod non habebat à natura, accepit. Et quia hæc antea oraculo promissa erant, ideo & Rebecca appellatione ei indita, Iacob eum vocauit: quod scilicet supplãtationem interpretari potes, Sicut & Esau post patris benedictiones eiulans dicebat, Rectè vocatum est nomẽ eius Iacob: supplantauit enim me iam secundò, & primogenita mea accepit, & nunc tulit benedictionem meã. Vide quantus erat priscorũ intellectus, vel potius, quanta fuerit dei sapientia, qui effecerit, vt & mulieres natis nomina non temerè nec fortuitò imponerent, sed appellarent filios iuxta futurorum prędictionem. Et raro inuenies eodem quo patres nomine appellari filios, vel fortè nusquam: sed siue mater, siue pater nomen filio impositurus erat, rarum quoddam & nouum imponebat, vt per illud aliqua futura præsignificaret. Ita & Lamech filium vocauit Noë, dicens: Hic nos requiescere faciet. Ita si singula nomina scruteris, omnino in omnibus inuenies aliquid insinuari: non sicut nunc faciũt qui simpliciter, & vt fortè euenit, à parentibus agnominare solent: sed omnino illuc spectabãt, vt perpetuam memoriam per appellationem illã filiis inderent. Cæterùm videamus nunc post primogenitorum permutationem, quid iterum nobis narret beatus Moses de patre illorum, & quo modo sicut de patriarcha dictũ est, ita & de hoc legimus, quòd fame ingruente multã dei curam senserit, tum propter promissionem patriarchæ factam, tum propter virtutem propriam. *Facta est autem fames super terram, præter famem priorem quæ fuerat tempore Abraham.* Vt ne putes de illa fame eũ dicere, propterea subdidit: præter famem quæ erat tẽpore patriarchæ, quasi diceret, alia similis nũc iterum fames venit super terrram tẽpore Isaac, qualis erat tempore patris illius. Et quia necessariorum raritas omnes in summã angustiam concludebat: è suis migrare, & ad illa loca transire anhelabat, vbi rerũ necessariarum copiã inueniret. Vnde cùm iustus ille famẽ videret, *Profectus est*, inquit, *ad Abimelech in Geraram: ecè enim & Abraham post reditum suum ex Aegypto venerat.* Verisimile autem & hunc propterea illuc abiisse, quod inde in Aegyptum contendere vellet: & quòd hoc ita sit, audi scripturam dicẽtem: *Visus est enim ei*, inquit, *deus, & dixit: Ne descendas in Aegyptum.* Nolo te, inquit, longam illam viam proficisci, sed hîc manere volo. Neque permitto vt angustiã experiaris, sed promissionem patri tuo factam implebo, & quæ illi promissa sunt, in te euenient: & tu promissionum, quæ illi factæ sunt, impletionẽ accipies. *Ne descẽdas in Aegyptum, habita autem in terra quam tibi dixero, & peregrinus esto in terra hac.* Deinde, vt ne putet iustus, quòd hoc imperet quasi volens eum famis angustiam experiri, & nõ permittere ei transitum in Aegyptum, inquit, *Ne sis anxius, neque curam habe: sed hic mane, ego enim ero tecum.* Igitur cùm suppeditatorem bonorum omnium habeas, ne sis solicitus: ego enim dominus omnium ero tecum. Et præterea benedicam te, hoc est glorioſum te faciam, & benedictionem meã præbebo. Quid hoc iusto beatius, qui talem promissionem à deo accepit? *Quia ero tecum, & benedicam te.* Hoc te declarabit omnib° fœliciorem, hoc te affluentem rebus omnibus faciet, hæc est summa gloria, hæc est vera securitas, hæc est summa & caput bonorum: quia ego tecum sum. Et benedicam te. Quo modo autem benedicam? *Tibi & semini tuo dabo omnem terram hanc.* Tu videris in hac regione versari, quasi hospes

hoſpes & vagus: ſcias autem quòd tibi & ſemini tuo dabitur omnis terra. Et vt bene confidas, diſce quòd iuramentum illud, quod iurans iuraui Abrahæ patri tuo, †tecum ſtatuam.] Vide quo modo ſermonẽ ſuum deus itẽm attemperat noſtræ infirmitati. Non dixit ſimpliciter, pacta quę feci cum patre tuo: neque, promiſſiones quas promiſi ſed quid? Iuramentum quod iurans iurauí, †ipſum complebo, & tecum ſtatuam:] & teneor, vt opere perficiam quod iuraui. Vides dei miſericordiã? non ad propriam dignitatem reſpiciens loquitur, ſed ad noſtram condeſcendens infirmitatẽ. Nam quia homines (ferè ſemper) illa opere perficere ſtudẽt, non quæ ſimpliciter promiſerunt alicui, ſed quæ cum iuramento promiſerũt: ſimili modo & deus iuſto plenam fidem faciens, q̃ omnino fient quæ à ſe dicta ſunt: dicit, Scias ea quæ à me iuramento firmata ſunt, opere implenda. Quid igitur Deus iurauit, inquit. Et per quẽ iurare potuit? Vides, quòd hoc erat ſuæ humiliationis: firmationem promiſſionis vocauit iuramentum. *Et ſtatuam*, inquit, *iuramentum meum, quod iuraui Abrahæ patri tuo.*

†iſtud ſtatuam.

†iurciurando ipſum cõfirmauit

Deinde docet eum quæ ſunt illa quæ promiſit, & de quibus ei iurauit. *Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli.*

Hoc & patriarchæ in principio dicebat: Tantum erit ſemen tuum, vt & ſtellis & arenæ adæquetur. *Et dabo*, inquit, *ſemini tuo omnem terram iſtam, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Propterea promiſſiones quæ illi factæ ſunt, in te implebo, eo quòd audiuit Abraham pater tuus vocem meam, & cuſtodiuit mãdata mea, & iuſtificationes meas, & omnia legitima mea.*

Vide dei ſapientiam, quo modo erigit mentem iuſti, & alacriorem reddit: & vt patris imitator fiat, efficit. Nam ſi ille, inquit, quia meæ obediuit voci, tanta pollicitatione dignus habitus eſt, & eam propter illius virtutem in te, qui ex eo natus es, ſum impleturus: ſi & ipſe illius imitator fueris, & eãdem qua ille via inceſſeris, cogita quantam apud me beneuolentiam habiturus ſis & quanta mea cura te dignaturus ſim. Nam ſi cui ob alterius virtutem bene futurum eſt, ſi & ipſe virtute prædituſ fuerit, multo maiore dignus habebitur cura. Quid autẽ eſt: Eo quòd obediuit voci meæ, & cuſtodiuit mãdata mea, & præcepta mea, & iuſtificationes? Dicebam ei, inquit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam demonſtrauero tibi: relinque quæ in manib⁹, & incerta ſequere. Et non fluctuabatur ſecum, neque negligens erat: ſed cum omni alacritate mandatum implebat, & obediebat voci meæ. Iterũ quę ſuper naturã ſunt ei promiſi, & cùm iã ætas eum à ſpe deiiceret, & vltrà neque ipſe, neque mater tua procreandæ proli idonei eſſent, cùm audiret à me quòd ſemẽ eius intantum propagandum vt omnem terram eſſet impleturum: neque tunc turbatus fuit ratione, ſed credidit. Ideo & in iuſticiam ei reputatum eſt: quia virtuti meæ credendo, & in promiſſionibus meis ſpem habendo, humana infirmitate ſuperior fuit. Et poſtquã tu natus es, cùm mater tua ſuccenſeret Iſmaëli ex ancilla nato, & vellet eum abigere à domo cum Agar, ita vt nihil commune illi tecum eſſet, licèt & illi patriarcha paterna & genuina dilectione bene afficeretur: audiens tamẽ à me, vt faceret quod viſum eſſet Sarræ, oblitus naturalis dilectionis, eiecit Iſmaelem cum ancilla, & ſemper obediuit voci meæ, ac cuſtodiuit præcepta mea. Denique cùm iuſſiſſem eum, vt mihi in ſacrificium offer: et filium in ſenectute tibi conceſſum, & tam dilectum, nihil cauſatus eſt, neq; curioſius de præcepto inquiſiuit, neque turbatus eſt mente, neque rem communicauit matri tuæ, neque pueris, neq; tibiipſi à ſe ſacrificando: ſed forti mente, & cõtenta alacritate feſtinauit, vt mandatum meum impleret: proinde voluntatem eius coronaui, opus autem vt perficeretur non admiſi. Ea propter, quia in omnibus declarauit magnam obedientiam, & mandatorum cuſtodiam, propterea te ex illo natum, promiſſionũ quæ illi factæ ſunt facio hæredem. Imitare igitur illius obedientiã, & his quę à me dicta ſunt crede, vt multo plurib⁹ remunerari dignus habeare, & pro patris tui virtute, & pro tua obedientia: & ne deſcendas in Aegyptũ, ſed hîc mane. Vidiſti dei miſericordiam, quo modo per mẽtionem virtutis patris, huius mentem roborauit? *Habitauit autem Iſaac in Geraris.*

A

Vide quo modo fermè in eadem pericula incidit ille, in quæ & pater eius. Nam cum domicilium haberet in Geraris, *Rogauerunt*, inquit, *viri loci illius de Rebecca vxore eius: & dixit, Soror mea eſt.* Timuit enim ne forte occiderent eum, victi pulchritudine vxoris: dixit enim,

B *Ne forte occidant eum viri loci propter Rebeccam, quia pulchra facie erat. Fuit autem illic longo tempore. Abimelech autem, cum proſpiceret per feneſtram, vidit Iſaac ludentem cum Rebecca vxore ſua, & vocauit eum, & dixit ei: Profectò vxor tua eſt. Cur dixiſti Soror mea eſt?* Poſtquam ex coniecturis deprehenſus eſt iuſtus, non vltrà negat: ſed fatetur, & cauſam manifeſtam affert, quare ſororem vocandam cẽſuerit. Dixi enim, inquit, ne fortè moriar propter ipſam. Mortis timor me hoc agere coëgit. Fortè autem edoctus erat, quòd & pater talem fabulam commentus erat, & ſe ſaluarat, cuius viam & ipſe ſequutus eſt. Sed rex adhuc habens recentem memoriam eorum, quæ tempore patriarchę rapta Sarra tulerat, increpabat eum, reumq; arguens dicebat:

Cur hoc feciſti? fortè cõcubuiſſet quiſpiam de genere meo cum vxore tua, & induxiſſes ſuper nos ignorantiam. Hanc deceptionem, inquit, & olim ſuſtinuimus à patre tuo, & nũc ni-

C ſi in tempore proſpexiſſemus, eadem laturi eramus. Et induxiſſes ſuper nos ignorantiam. Etenim & tunc per ignorantiam peccaturi eramus, & nunc quoque propter ignorantiam fermè in cauſa fuiſſes, vt in peccatum incideremus. Præcepit autem Abimelech populo ſuo, dicens: *Omnis qui tetigerit hominem hunc, & vxorem eius, mortis reus erit.* Vide dei prouidentiam, & ineffabilem curam. Nã qui dixerat ei: Ne deſcẽdas in Aegyptum & habita in terra iſta, & ero tecũ: ille erat qui hæc omnia diſpenſabat, & iuſtum in tanta conſtituebat ſecuritate. Conſidera enim regem procurãtem vt impauidè ibi agat, liberq; ſit ab omni cura. Mortẽ, inquit, interminatus eſt omnib⁹ quicunq; tetigerint aut eum, aut vxorem eius. Quia enim hic erat timor qui concuſſerat eius mẽtem, propterea & illum auferri fecit miſericors dominus, vt poſtea omnino ſecurè ageret. Et vide quo modo variæ viæ ſint ſapientiæ dei, & quo modo omnia iuxta ſuam

D voluntatẽ faciat, & in inuiis viam inueniat, per illa ipſa quæ maximè aduerſa videntur, ſalutem ſeruorum ſuorum conſeruans. Hinc enim eſt, quòd rex ille tantã habet curam iuſti, quaſi prædicans eum omnibus ciuitatis ſuæ inhabitatoribus, & declarans quàm glorioſus ſit & ſummo honore dignus, quem & maximi faciebat. Sic & Nabuchodonoſor poſtquàm pueros illos tres in for- *Daniel.3.*
nacem iniecerat, & re ipſa comprobauerat captiuorum adoleſcentum virtutem, tunc prædicare eos cœpit, & vbique lingua ſua fecit illuſtres. Hæc enim potiſſimum magna dei virtus eſt, quando facit vt per inimicos celebrentur ſerui dei. Et qui cum furore accẽdi fecerat fornacem illam: quoniam vidit quòd per ſupernum auxilium puerorum virtus ignis actionem vinceret, repente mutatus clamauit dicens: Serui dei excelſi. Vide, nõ *Ibidem 3.*
ſolum

ſolum illos excelſos prędicat,ſed & dominum vniuerſorũ: Serui enim,inquit, dei excelſi,Egredimini. Quid factum eſt?nónne tu eos tormento tradidiſti?nónne tu intantum fornacem flagrare præcepiſti? Profectò, inquit,ſed nũc video res admirabiles & nouas. Elementũ enim hoc ſuę operationis oblitũ,quaſi vinculis quibuſdã ligatum,tantã exhibuit obedięntiam,vt neq; contingerentur illorum capilli. Vnde videre poſſumus quòd factum ſupra humanam naturam eſt,& ineffabilis quędam ac diuina vis,quę hęc operatur,tantam puerorum habet curã. Vidiſti dei miſericordiam,quo modo nunquam derelinquat ſeruos ſuos? permittit in fornacem iniici,ſed eos volens clariores facere,& ſuam virtutem demonſtrare. Vnde & barbari demulſit mentẽ. Neque enim tã admirabile erat, ſi à principio prohibuiſſet eos in caminum iniici:ſicuti nunc admirabilius & rarius factum eſt, cum in medio ignis exiſtentes, nihil inſuaue ferre permittit. Nam quãdo vult, etiam eos qui in mediis ſunt periculis & pœnis,potẽtiores ipſis facit: & eos qui patiuntur, his qui illos affligunt. Hoc & in apoſtolis factum eſt. Nam qui eos vrgebant & adducebant in medium,& quaſi dentibus aduerſus eos fremebant,inter ſe dicunt: Quid faciemus viris iſtis?in manibus illos habebant, & dubitabant ſecum, quid de eis facerent. Tanta,tamq; valida res eſt virtus, tamq; imbecillis malicia: vt illa quidem, licẽt patiatur, vincat: hæc verò & ſi quid faciat,nihil proficit,quàm quòd ſuã prodit infirmitatem. Id ſcientes dilecti, magnã virtutis habeamus rationem, & vicia fugiamus:ita enim & ſupernam gratiam nobis conciliabimus, & futura conſequemur bona. Quæ nobis omnibus eueniant, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui ſit & gloria & imperium cum patre & ſpiritu ſancto,& nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Seminauit autem Iſaac in terra illa, & inuenit centuplicans hordeum in anno illo.

Homilia LII.

RELIQVIA'S heri dictorũ operępreciũ eſt hodie reddere veſtræ charitati, & repetita ſermonis ſerie iterum videre quantum & iuſtus Iſaac ſuperis gratus & curæ fuerit. Nam qui ei prohibuerat deſcenſum in Aegyptũ, & dixerat: Habita in terra hac,& ero tecũ: ille in omnibus tam clarum eũ fecit, vt non multo pòſt inuidioſus foret apud regẽ Gerarorum. Videntes enim eius ſubſtantiam quotidie augeri,ęgre tulerunt viri ibi habitantes eius cohabitationem,& tranſmigrare inde coëgerunt. Dignum autem eſt,vt ipſa ſcripturæ verba audiamus, vt per omnia videamus dei beneuolentiã,quam erga famulos ſuos declarat. *Seminauit autem*,inquit,*Iſaac in terra illa,& inuenit centuplicans hordeum in anno illo.* Conſidera obſecro,dei ſapientiam,quo modo oſtendat iuſto q; ipſe naturæ conditor ſit, & in rebus difficilib⁹ facilia omnia facere queat, & qui ab initio terrã ſuo mandato fecerit idoneam ad proferendos fructus, idem nunc efficiat vt centuplices reddat pro ſatis manipulos:& interim illũ in tãta affluentia conſtituit, vt nullius indigeat: atq; alij per opera diſcant quanta ſuperna gratia iuſtus fruatur. Omnipotens enim & ſapiens deus †re ipſa] cõprobat quàm benefaciat ſuis,& facit vt hi etiã qui adhuc in gentiliũ errore verſantur, ſuam virtutem & potentiam addiſcãt. Hoc poſtea & in Aegypto fecit:illis enim pœnas irrogabat,Iſraëlitas verò illæſos conſeruabat. Diſcebãt enim non ſolum per indignationem dei, qua ipſi puniebantur,omnium opificis virtutem:ſed & per miſericordiã, quam in illos exhibebat. Et illi iterũ non ex ſola miſericordia & prouidentia,quam experiebantur, diſcebant immodicã dei bonitatem:ſed etiam per eos,quibus videbant tot plagas irrogari. †Nã & in ſecundis & aduerſis rebus diuina monſtratur virtus. Et elementa ipſa ſuo miniſterio & obedientia cõſeruis monſtrant,quàm beneuolè]dominus erga illos afficitur. Et hoc vtique viderit aliquis huic iuſto contingere. Id enim quod alioqui natura terræ non habuit, hoc propter mandatum vniuerſorum dei nunc profert tanta vbertate, vt repẽte valdè abũdans effectus ſit Iſaac. *Benedixit enim*,inquit, *eum deus,& exaltatus eſt homo, & proficiens maior factus eſt,donec magnus factus eſt valde.* Nam quia tunc abũdantia iuſtorum erat in fertilitate terræ, & in multitudine pecorũ: propterea dicit,Benedixit eum deus,& exaltatus eſt homo,id eſt abundauit:& nõ ſimpliciter abundauit,ſed & maior, inquit, factus eſt, donec magnus factus eſt valde. Cõſidera quantum ſit,pro his quæ ſeminabat, cẽtuplum accipere. Quòd ſi hoc tibi magnum videtur, conſidera immẽſam dei clementiam, quam proceſſu temporis erga nos declarauit. His enim,qui bona in eum fiducia virtutẽ exercent,non ſolum centuplum hîc promittit,ſed & vitã æternam,& frui regno cœlorum. Vidiſti miſericordiã domini?vidiſti beneficentię augmẽtum?vidiſti quantũ nobis largitus eſt vnigeniti filij dei aduentus?& quo modo ineffabilem rerum cõmutationem operatus eſt?Hæc igitur vnuſquiſq; apud ſe expendens,& videns diuerſitatem,& quæ illis ante gratię tẽpus promitti ſolebãt,& quæ nũc poſt gratiæ tẽpus:glorificet etiam in hoc immenſam eius miſericordiam, & nemo tẽporum mutationi totum aſſcribat. At iuſtum eſt vt ad ſeriem ſermonis redeamus, & videamus quo modo Gerareni videntes affluere iuſto opes,in ęmulationẽ prouocati,abigere eũ inde conati ſunt. *Æmulati ſunt enim eum*,inquit, *Philiſtiim* Deinde mõſtrare volens ſcriptura diuina,in quo æmulationẽ declararunt, ſubdidit: *Et omnes fontes quos effoderant ſeni tempore patris eius,obturauerunt,& impleuerunt terra.* Conſidera quanta illorum malicia,qui & aquas iuſto inuidẽt:& neq; rex qui in tãta poteſtate erat, inuidiam continere potuit: ſed dicit, Abi à nobis, quia potentior nobis factus es valde. Magna maleuolentia. Cuius gratia abigis iuſtum?num aliqua in re tibi nocuit?num iniuriã intulit? Sed ita ſe habet inuidia,nihil cum ratione operatur. Oportebat eũ, quem omnium deus tãta gratia proſequebatur: dei exemplo magis fouere,ei ſeruiendo:vt honore in illũ collocato,etiam ipſi diuinum ſibi fauorem conciliarẽt. Illi autem non ſolum hoc nõ faciunt, ſed expellere tentãt, ac dicunt, *Abi à nobis,quia multo potentior factus es,quàm nos ſumus.* Ita agere ſolet inuidentia, nõ poteſt benigniter videre aliorum fœlicitatẽ: ſed fœlicitatem proximi ſuã putat infœlicitatem,& tabeſcit bonis proximi: id quod & hic fuit. Rex enim,ſub cuius poteſtate tota ciuitas erat,& habẽs omnes ſub manu ſua:peregrino,vago,huc & illuc migranti, dicit: Abi à nobis, quia potentior factus es quam nos ſumus. Et verè potentior erat,ſupernum præſidium habens in omnibus,dexteraq; dei munitus. Quò igitur abigis iuſtum? ignoras quòd quocũque eum ire coëgeris,ſemper erit in his quę domini ſui ſunt? Non docuit te rerum experiẽtia, quòd dei manus eſt,quæ illuſtrem facit,& conſeruat iuſtum? Quare igitur abigẽdo iuſtum, erga dominum ingratitudinẽ declaras? & neque magna viri manſuetudo tuam domare potuit inuidiam, ſed victus, inuidiam opere cõples, & iterũ migrare eum cogis,qui in nullo te læſit? Neſcis quòd

†per res eaſdem ſiequenter

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd licèt in ipsissimũ solitudinem eum fugaris, habebit tamen potentẽ dominum, qui se iuuare (sicut & illic factũ) multo clariorẽ facere nouit? Nihil enim fortius, quàm frui superno præsidio: sicut nihil infirmi, quàm eo auxilio destitui. Vidisti dilecte, & regis Gerarorũ & omnium qui ibi habitabant mentis maliciam? Vide & iusti magnã mansuetudinem, quo modo non superbiuit: neq; videns re ipsa diuinam sibi gratiã assistere, cõtra regẽ, fretus cõmilitantis virtute, insurrexit: sed quasi vir omni patrocinio carens, & nullũ auxilium alicũdè expectans, multa cum mansuetudine, ne verbis quidem resistens, faciebat quod sibi à rege præcipiebatur, & statim illinc discessit: & vlterius progressus, repressit affectionũ flammam, simul & eximiã suam mãsuetudinem declarans, † & suam affectionẽ consolans.] *Et abiit inde, & habitauit in valle Gerarorum.* Et id quod discipulis suis omnibus Christus aduenies præcepit, dicẽs: Quãdo persequentur vos, fugite in aliũ locum: hoc ille iam operibus declarabat. Et sicut Dauid Saulis magnam inuidiam reprimebat, secedens & subducẽs se, & illius refrigerabat calorem: eodẽ sanè modo & iustus ille apostolicum illud implebat: Date locum iræ. Et relicta ciuitate, exiit in vallem. Cæterùm vide, quantam iterũ mãsuetudinem prę se tulit. Neque enim hic finis est molestiarũ: nam cùm etiam illic esset, & fontes effodere vellet, rixari tentauerunt. *Foderunt enim*, inquit, *puteos, quos antea pueri patris eius fecerant, & obturauerunt eos Philistiim, postquam mortuus est Abraham pater eius: & imposuit eis nomina, quæ pater suus imposuerat. Et foderunt*, inquit, *pueri Isaac, & inuenerũt puteum aquæ viuentis: hoc est, desultus scaturientis, & litigauerunt pastores Gerarorum, dicentes suas esse aquas.* Et nihil hîc contẽdit iustus, neque obluctatur, sed etiam postoribus cedit. Hæc enim verè mansuetudo est, non quando quis offensus à potentioribus mansuetè fert: sed quãdo quis ab his etiam qui inferiores putantur offensus cedit. Sic rectè cognoscitur mansuetudo eius qui inuaditur. Nã aliàs contradiceret quis, quòd mãsuetudinem simulasset: quia non posset potentiæ offendentis resistere. Et vt discas, ꝙ regi cesserit non propter potentiam eius, sed suo more: vide quo modo idem apud pastores facit. Et sicut ille dicebat, Recede à nobis: & statim accepto mãdato abscessit. Ita & nunc, pastoribus lædere cupientibus, & puteum sibi vindicantibus, recedit. Et vt perpetuò posteri scirent hanc iniusticiã, nomẽ imponit fonti ex eo quod acciderat. Enimuero quia manifestã admiserãt iniusticiam, vocauit nomen fontis loci huius, iniusticia. Et erat postea, quasi in columna ærea, posteris nomen loci doctrina & mansuetudinis iusti, & maleuolentię illorum. Nomen enim loci faciebat, vt quisquis rogaret quare nam sic diceretur, addisceret & huius virtutẽ, & multam illorũ maliciam. Et animaduerte quo modo etiã hîc suam auget virtutẽ, per omnia declarans suam mansuetudinẽ: & illi excellentia malicię, etiã inuiti iustum illustriorẽ reddere attentant. Neque enim cõtenti sunt his quę fecerant, sed iterũ insidiãtur, cùm aliũ fodisset fontẽ. *Profectus enim*, inquit, *illinc, fodit fontẽ alium: litigãt autem etiã de illo, & nominauit eũ inimiciciar.*

Hîc iterum animaduerte iusti prudentiã. Non omnino puteũ (vt videtur) abstulerunt, sed contendebant: & visa manifesta iniusticia, discesserunt. Propterea inimicicias eum appellauit, quòd inimiciciarum fuisset occasio. Cæterũ quotidie (vt sic dicam) talia ferens ab his qui regionem incolebant, non grauatim tulit, non abiecto fuit animo, non cogitauit secum, neque dixit: Ecce ne fontis quidẽ vt sim dominus, mihi datur, an nõ super-

ter 3 fugitur, &c.

† & illius perturbatũ animũ mitigans

Matt. 10. c.

1. Reg. 19. & seq.

Rom. 12. d.

A na gratia destitus sum? an non dominus abiecta cura, mei oblitus est? Nihil talium vel dixit, vel cogitauit: sed omnia magna cum mansuetudine toleranit, & idcirco dignus fuit habitus qui ampliori diuino auxilio adiuuaretur. Nam ea quæ euenerunt (vt ita dicam) exercitatio quædam fuere virtutis iusti. Dicit enim. *Profectus illinc fodit fontem alium, & non contenderunt super illo: & agnominauit nomen eius latifundium, dicens: Quia nũc dilatauit nobis dominus, & crescere nos fecit super terram.* Vide gratitudinem iusti. Nam cum priores fontes diripere tentarent, non ægrè tulit, non obluctatus est: sed in sola fontiũ appellatione maliciæ illorum indelebilem reliquit memoriã. Hîc verò quia nulla fuerunt obstacula, sed absque omni pauore laboribus suis frui licuit, totum tribuit deo. Vocauit enim, inquit, fontem illum, latifundiũ: & deinde interpretatus vocabulum, dicit: Propter hoc latifundium voco, quia dilatauit dominus & auxit nos su-
B per terram. Vidisti piam mẽtem, quo modo non facta mentione tam atrocium difficultatum quæ obstiterãt, bonorum tãtum meminit, & pro illis gratiam deo offert, & dicit: Quia dilatauit domin⁹ nobis, & auxit nos super terrã. Nihil enim tam gratum deo, vt anima grata & gratias agẽs. Nam cum innumeris beneficiis quotidie omnes nos prosequatur, siue ea sciamus siue ignoremus, siue velimus siue nolimus: nihil tamen aliud à nobis exigit, quàm habere gratias pro his quæ nobis facta sunt, vt pro illa ipsa gratiarum actione ad ampliora danda prouocetur. Et vt scias, vide quo modo iustus ille, ob magnam suam gratitudinem iterum supernè meruerit illustrari. Nam quoniam condignum suæ virtutis specimen exhibuerat, & apud Gerarenos,
C & cùm rex eum expelleret, & cum pastores puteos auferrent: misericors dominus, veluti confirmaturus eius alacritatem, iam ob insignem illam mansuetudinem eum charum habens: postquam ascendit illinc ad fontem iuramenti, visus est ei dominus in nocte illa, & dixit: *Ego sum deus Abraham patris tui, ne timeas: tecum enim sum, & † benedixi te, & multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum.* Visus est ei, inquit, in nocte illa. Considera dei solicitudinem: vt illum refocillet ac fidẽtiorem faciat, apparet ei, & dicit: Ego sum deus Abraham patris tui, qui patrem tuum glorificaui: & peregrinum ac aduenam, illustriorem omnibus incolis feci. Ego sum ille, qui hũc ita crescere feci, & in omnibus curam eius gessi. Ego sum, ne igitur timeas, ne te istud perturbet, & mirum videatur quòd ab Abimelech sis expulsus, quòd à pastorib⁹ sis iniuria affectus. Multa talia & pater tuus pertulit, & inde glorioſior effectus est. Ne igitur hoc
D te terreat: ego enim tecum sum. Idcirco fieri hæc permitto, simul volens & declarare tuam virtutem, & manifestari mentis illorum prauitatem, vt & propter hæc te coronem. Tecum enim sum, ideo & inuictus eris, & infestantibus potentior, & inuadentibus fortior. Et tãtam tui curam habebo, vt inuidioſus illis sis futurus: Ego enim tecum sum, & benedicam te, & multiplicabo semen tuum, propter Abraham patrem tuum. Considera misericordiam dei. Nam cùm dixisset, Ego sum deus Abrahæ patris tui: ostẽdit quo modo sibi vẽdicauerit, & proprium fecerit patriarcham, ita vt dignatus sit se vocare deũ Abrahæ. Et dominus orbis ac conditor, vnius hominis deum se dicens, non concludit & abbreuiat cum patriarchæ appellatione suum dominium, sed magnam in illum suam beneuolentiam mõstrat. Ita, inquit, eum mihi feci propriũ, vt apud me reputetur tanti quanti alij omnes. Ideo & multiplicabo

† benedicã

Universidad de Deusto
Biblioteca

semen tuum propter Abraham patrem tuum. Multas, inquit, illi debeo retributiones ob suã in me obedientiam: igitur propter illum multiplicabo semen tuũ. Interim & iustũ ad æmulationẽ patris sui prouocauit, vt monstraret similem illi virtutẽ. Postquàm autem tãta ei bona promisit. *Ædificauit*, inquit, *ibi altare, & inuocauit nomen domini, & fixit illic tabernaculum suum.* Quid est, ædificauit illic altare? Gratiarũ actiones, inquit, illic domino obtulit, ꝙ tantam pro se gesserat solicitudinem. *Et foderunt illic pueri Isaac fontem.* Et fit securus iustus: nam qui dixerat, Ego tecũ sum, & benedicã te, & multiplicabo semen tuum: ipse simul eum & illustrauit, & omnibus fecit spectabilẽ. Itaque vide Abimelech illum qui abigere eũ conatus est, & dixit: Abi à nobis: nunc ad eum venietem: dicit enim, *Iuit Abimelech, & præfectus gynæcei, & dux exercitus, & dixit eis Isaac: Quare venistis ad me, vos autẽ odio me habuistis, & expulistis à vobis?* Vide obsecro, quãta man suetudo iusti. Videns eos à quibus fugatus erat, & qui tanto eum odio fuerant prosequuti, nũc veluti supplices ad se venire, nõ superbiuit cõtra eos, non elato fuit animo, memor eorum quæ sibi à domino fuerũt dicta, neq; virtute domini fretus insurrexit cõtra regem: sed iterum consuetam mansuetudinem præ se ferens, cum magna lenitate verborum dixit eis: Quare venistis ad me, vos autem odio me habuistis, & à vobis expulistis? Quare, inquit, censuistis, vt vobis veniẽdum sit ad me abactum, & odiõ habitum? Et dixerunt: *Videntes vidimus quia dominus tecum, & diximus:* **Fiat iuramẽtum inter nos & inter te, & disponemus fœdus tecum, vt ne feceris nobiscum malum, sicut nos non abominati sumus te, & quo modo te bene fecimus, ipsi, & dimisimus te cum pace, & nunc benedictus tu à domino.* Vide quantum mansuetudinis robur, & quanta virtutis potentia. Nam qui pridem abegerant, nunc veniunt ad peregrinum, ad virum ciuitate carentem, ad erronem: & non solum satisfaciunt, & excusant se de his quæ cõmiserant, [sed & peccatorũ veniã petunt, &] prædicãt iustum, & indicãt vnde suus metus, & cõfitentur suam infirmitatẽ, & iusti magnam testantur virtutẽ. Quid enim fortius eo qui secũ habet deum? Videtes, inquit, vidimus ꝙ dominus tecum est. Vnde vobis illa scientia? Profectò, dicunt, res ipsę nos docuerũt. Vidimus ꝙ abactus abigentibus fortior factus es, & ex rerũ serie contemplati sumus quòd superno auxilio niteris. Hoc autẽ diuinæ dispensationis opus est, quòd mens eorum obstupuerit iustum, & quòd hoc cognouerint. Quoniam igitur, inquit, dominus tecũ: fiat iuramentum inter nos. Vide quo modo impellente conscientia semetipsos reprehendere festinant, cùm nullus alius cogat, vel facta obiiciat. Nam nisi iniuriam feciſſetis, quare à iusto petitis vt cõponatur fœdus vobiscum? Sed ita se habet iniusticia, quotidie conscientia mordet, & silente eo qui offensus est, pœnam & rationem exigi putant qui iniusticiã sunt operati & quotidie anguntur, & quasi sibimetipsis præscribunt peccatorum suorum vltionẽ: id quod & illis euenit. Sit, inquit, iuramentum inter nos & inter te. Deinde dicunt & quale iuramentum fieri volũt. Et incamus fœdus tecum, vt ne feceris nobis malum, sicut nos non sumus te abominati. Vide quo modo pugnãtia inter se præ mẽtis angore & turbatione loquuntur: ne feceris nobis malum. Quare sic timuistis iustum, videntes quòd tantam præ se ferat mansuetudinem erga eos qui lacessebant? Sed incorruptus iudex mẽtem eorum excitauit, & animaduerterunt quòd erga iustum tam ingrati fuerint: propterea præ timore & formidine non attendãt, quod diuersa & pugnãtia loquantur.

A Ne feceris, inquit, malũ, sicut nos te non abominati sumus. Quare igitur abegistis? Verùm iustus nõ petit rationem neque expostulat, neque arguit ea quæ ab illis dicta. Et quo modo, inquit, bene te vsi sumus, & dimisimus te cum pace, & nũc tu benedictus à domino. Vides quòd supernam pœnam timuerunt? Sciuerũt enim quòd licèt ipse propter humanitatem suã non vlciscereturquæ fecerant, sed is qui tantã eius curam agebat, repetiturus esset rationem eorum quæ in iustum facta sunt: ea propter placant iustum, & cõponi cum eo student, simul & pro his quæ facta erãt rationem reddentes, & in futurũ securitatem sibi conciliantes. *Et fecit eis*, inquit, *conuiuium, & comederunt & biberunt: & cùm surrexissent mane, iurauit vnusquisque proximo suo, & dimisit eos Isaac, & discesserunt ab eo cum salute.* Vide iusti benignitatem, quo modo cum eis absque vindicandi cupiditate loquitur: &
B non solum obliuiscitur eorum quæ in se facta, sed magna hospitalitate illos excipit. Fecit enim eis cõuiuium & comederunt & biberunt. Conuiuio satis certa dat argumenta, se non fore memorem eorum quæ in se cõmiserant. Et dimisit eos, inquit, & abierunt cum salute. Significauit per hoc diuina scriptura, quòd magno cũ timore aduenerant, periculum expectates: & de salute sua omni (vt ita dicam) anxij vt excusarẽt se, ad iustum contenderunt. Vidisti quo modo nihil fortius virtute? nihil potẽtius supernis auxiliis freto? Postea dicit: *In die illo abierunt pueri Isaac, & foderunt fontem. & dixerunt: Non inuenimus aquam. Et vocauit eum iuramentum. Et idcirco vocatur locus ille:*] *puteus iuramenti, vsque in hodiernum diem.* Vide & nõ [vocauit eum
hìc, ex his quæ facta sunt loco nomen impositum. Nam quia effosso fonte nihil inuenerunt in die illo, quo iũramenta inter se fecerunt, Puteum iuramenti vocauerC runt nomen loci, vt factorum duraret memoria. Vidisti quo modo iustus ille, qui neque à lege eruditus fuit, neque ad aliquem virtute præditum respicere potuit, sed patris vestigia sequutus, & ductus à conscientia humanæ naturæ insita, tam bonis moribus præditam egit vitam? Quæ enim ab eo facta sunt, non solum mansuetudinem indicabant iusti, sed & præcepta Christi suis illum operibus implere ostendebant. Nam id quod Christus discipulis suis præcipiens, & admonens dicebat, ne solos diligentes diligerent, sed & inimicis charitatem exhiberent: hoc ille nunc multo antea implet, & tanta hospitalitate tractat eos, qui tanto odio ipsum prosequuti fuerant: omnemq; vindictæ cupiditatẽ animo suo exclusit. Qua igitur nos venia digni erimus, qui post gratiam & tãtam doctrinam, & saluatoris præcepta, neq; ad huius iusti mensuram peruenire valemus? Et
D quid dico, ad eius mensurã, neque propè adstare possumus. Tanta enim nunc maliciæ abundãtia obduxit omnia, vt rarum nunc sit, & diligentes diligere. Vnde igitur nobis salutis spes, si publicanis deteriores fuerimus? sicut dicit Christus: Si diligitis diligentes vos, quid amplius facitis? nónne & publicani hoc faciũt? Et Christus quidẽ volens nos ad summum virtutis venire fastigiũ, illis superiores vult esse, nos autem inferiores sumus. Et quid dico, publicanis? deteriores & latronibus, & sepulchrorum direptoribus, & homicidis. Etenim & hi omnes diligunt eos qui erga se bene affecti sunt, & sæpenumero etiam pro dilectis periclitantur. Quid igitur fuerit nobis miserabilius, qui tantam à domino misericordiã nacti sumus, & innumera mala faciẽtibus deteriores inuenimur? Obsecro igitur, vt cogitemus & supplicij magnitudinẽ, & confusionis quę alibi futura est gra uitatẽ, & vel saltem nũc nostram agnoscamus generositatem,

* ἀρὰ imprecatio, execratio, denotio, sic & in sequentibus

[& peccatorum veniã petunt, sed et]

sitatem, & obtemperemus doctrinæ Christi: & non solum diligentes diligamus germanè, omni odio & rancore ab animabus nostris eliminato: sed & eos qui hostiliter nos persequũtur, diligere studeamus: neq; enim aliter saluari nos possibile erit. †Et hac incedentes via, etiã magis illos diligere studeamus, vtpote eos qui nobis innumerorum bonorum sunt autores. Sic enim & peccatorum nostrorum remissionem inuenire, & humiliata mente & cõtrita anima deo precari poterimus. Quia cùm anima ab omni odio libera mente tranquilla est, dominumq; sedulò inuocat, multam sibi supernè gratiã conciliat. Quæ nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiũ cum patre & sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

†nisi hæc incedamus via. Et]

Erat autem Esau annorum quadraginta, & duxit Iudith filiam Beeth Chetthæi, & Basemath filiam Elon Euæi, & exasperabant Isaac & Rebeccam.

Homilia LIII.

AGE & hodie, si placet, aggrediamur ea quę heri dicta sequuntur: & singula, quantum nobis conceditur, aperiamus, vt domum cum vtilitate aliqua redire possimus. Videamus igitur, quæ primùm lecta sint. *Erat autem Esau*, inquit, *annorum quadraginta, & accepit Iudith filiam* †*Beeth Chetthæi in vxorem, & Basemath filiam Elon Euæi: & exasperabant Isaac & Rebeccam.*

†Beel

Vide quanta ex paucis verbis addisci possunt. Quare enim nobis numerum annorum Esau signauit? nõ absque causa, sed vt discamus decrepitam ætatẽ Isaac: quia iam prouectus erat ætate. Nã si memores fuerimus eorum quę antea dicta sunt, & quòd quando accepit Rebeccam, & ipse quadraginta annorum fuerit, quãdo autem nati sunt ei pueri, fuerit annorum sexaginta: scimus quòd nunc centenarius sit, & in profundissima senectute. Quoniã enim posthac narraturus est, quo modo præ senio hebetatos oculos habeat: ideo numerum annorum Esau signat, vt inde tempus Isaac scire possimus: propterea dicit, Erat autem Esau annorum quadraginta. Deinde vt sciamus pueri temeritatẽ, q vxores ducebat à gentibus, à quibus non oportebat: Declarat nobis, quòd vna fuerit ex genere Chetteorũ, alia autem ex genere Euæorũ, quanuis nihil tale audendũ didicisse eum oportebat, vel ex his quæ patriarcha tanta diligentia fecerat, præcipiẽs seruo suo, vt de cognatione sua filio Isaac adduceretur vxor: vel ex eo quòd mater ipsorum Rebecca nihil tale voluerit, quæ ex Charris venerat. Verùm vt statim in initio suos mores indicet, inconsultis parentibus illas duxit. Et vt sciamus quã malè moratæ mulieres fuerint, dicit scriptura. Et erant exasperantes Isaac & Rebeccã. Et quid est hac malicia peius, quando illæ quæ omnem honorem impendere debebãt, non solũ hoc non faciunt, sed & ad contentionẽ paratæ sunt? Hæc autẽ omnia non absq; causa historia nobis tradit: sed vt postea cùm videris Rebeccam Iacob maiori beneuolẽtia prosequi, discas q non iniuria rem eam fecerit. Iam autẽ ne seriem contextus præueniamus, scripta ipsa sequamur. *Factum est autẽ postquam senuit Isaac & hebetati sunt oculi eius ad videndum.* Iam enim, inquit, præ senio videre non poterat. *Et vocauit Esau filium suum natu maiorem, & dixit ei: Fili mi, ecce senui, & nescio diem mortis meæ: nunc igitur sume arma tua, & pharetrã, & arcum, & egredere in campum, & venare mihi venationẽ, & fac mihi edulia, sicut ego amo, & affer mihi vt comedam, quò benedicat te anima mea priusquã ego moriar.* Hic, obsecro, dilecte, animaduerte indicibilẽ dei sapiẽtiam, & quo modo pater quidem genuinã præ se ferens dilectionem, hæc imperauit Esau. Deus autem, sapiens & omnipotens dominus, per Rebeccã suam prædictionem impleri facit: docẽs nos, quantum valeãt virtus & morum suauitas. Ille enim & ob ætatem, & ob primogenituram, & ob patris erga se affectionem primatum se habere putans, simul destitutus omnibus inuẽtus est: quia quæ in se erãt, afferre noluit: hic autẽ, quia & domestica erat virtute præditus, & virtutem supernã habuit subsidiariam, etiam inuito patre illius benedictionem arripit. Nihil enim fortius eo qui dextra illa adiuuatur. Vide igitur diligẽter omnia, vt discas dispensationis excellẽtiam. Et quo modo hic quidem illa gratia fretus, magnum in omnibus auxiliũ & cooperationẽ adipiscitur, vt patris †in eũ trãsferatur. benedictio: ille autem omnia amittit, perdens semetipsum propter morum iniquitatem. *Rebecca autem*, inquit, *audiuit loquentem Isaac cum Esau filio suo. Iuit autem Esau in campum, vt venaretur prædam patri suo. Dixit autem Rebecca ad filium suum iuniorem.* Quare adiecit iuniorem? quia superius dixerat, Vocauit Esau filium suum natu maiorẽ, vt discamus cui nunc loquatur Rebecca, inquit: iuniorẽ, hoc est, Iacob. *Audiui*, inquit, *patrem tuum loquẽtem cũ Esau fratre tuo, & dicentẽ, Affer mihi venationem, & fac mihi edulia, vt cùm comedero benedicã te coram domino, priusquã moriar ego. Hæc quidem audiui patrem tuũ cum fratre tuo Esau loquentem. Nunc igitur fili audi me, sicut ego tibi præcipio, & vade ad oues, & sumito mihi inde duos hædos teneros & bonos, & faciam ex eis edulia patri tuo, vt amat: & inferes patri tuo, & comedet, vt benedicat te pater tuus priusquam moriatur ipse.* Vides magnum matris amorem, imò dispensationem dei? Ipse enim est, qui ei hoc consilium dedit, & omnia bene agere fecit. Vidisti matris optimum consilium? Vide & Iacob prouidentiam: & quo modo respondens, suorum morũ indicat mansuetudinem. *Dixit autem matri suæ: Ecce frater meus vir hispidus, ego autem vir lenis: ne forte contrectet me pater meus, & ero ante eum quasi contemnens, & inducam mihipsi maledictionem, nõ benedictionem.* Magna pueri gratitudo, & in patrem reuerentia. Timeo, inquit, ne in diuersum eueniant studia mea, ne videar aduersari patris sententiæ, & pro benedictione maledictionem mihi adducam. Quid igitur Rebecca, admirabilis illa & amans filij? Quia non ex sua tantum sententia faciebat, sed & diuino ministrabat oraculo, ideo omni studio conatur eximere puero metum, & addere animos, vt consilium perficiat: & nõ promittit ei quòd possit deludere patrem, & latere. Sed quid? *In me recidat maledictio hæc fili mi: tantũ obedi voci meæ, & vadens affer mihi.* Et si fuerit aliquid tale, inquit, nihil tibi nocebit. Ne igitur timeas, sed bene fidẽs obedi voci meæ, & fac quæ tibi consuluntur. Hæc verè materna dilectio est, vt pro puero parata sit omnia ferre. His dictis puerum à timore liberauit. *Cùm igitur abiisset, sumpsit & attulit matri suæ, & fecit edulia, sicut amabat pater suus. Et vt sumpsit Rebecca*, inquit, *Stolam filij sui seniores pulchram, quam habebat apud se domi, induit Iacob filium suum iuniorem, & pellibus hædorum brachia eius, & nuda colli eius circundedit, & dedit edulia & panes quos fecerat in manus filij sui, & obtulit patri suo.* Vide, obsecro, hîc Rebeccæ eum magna dilectione coniunctam raram sapiẽtiam. Nam quia superius dixit, quòd ille quidem hispidus esset, hic verò lenis: Stola, inquit, Esau induit eum, & pellibus circundedit eum, & cùm vndique eum ad deceptionem instruxisset, datis eduliis & panibus in manus, effecit vt patri afferret. Considera hîc, quo modo omnia superna gratia euenerint. Nam quando quod à nobis est offerimus, largiter diuinam operationem con-

Caput XXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequimur. Nam vt ne desides & supini simus, vult etiam nos aliquid conferre: quò sic sua declaret, & non totum sit superni auxilij, sed oporteat etiam nos aliquid simul afferre. Neque à nobis iterum exigit totum: sciens infirmitatis nostræ excellentiam, sed suam seruans misericordiam, & volès occasionem aliquam accipere, vt suam declaret liberalitatem, expectat vt afferamus quæ à nobis sunt: id quod & nunc factum est. Nam quia Iacob & Rebecca fecerunt ea quæ à se fieri oportebat: & ille quidem obediuit consilio matris, hæc autem omnia quæ ad se attinebant impleuit: tunc vltrà bonus dominus perfici fecit magna facilitate quod omnium erat difficillimum, ne fieret actus istius impostura manifestus Isaac. *Postquam autem attulit edulia patri: dixit ad eum, Quis tu es fili? Et dixit Iacob ad patrem suum: Esau primogenitus tuus: feci tibi sicut loquutus mihi es. Surge ergo, sede & comede de venatione mea, vt benedicat me anima tua.* Considera hîc, obsecro, quanta cum anxietate verba hæc loquutus sit Iacob, qui enim principiò dixerat matri: Timeo ne inducam super me maledictionem, & non benedictionem: nunc expende in quanto timore constitutus fuerit, qui tantum actum simulat? Verum quia deus erat qui cooperabatur his quæ fiebant, omnia opere sunt impleta. Quid igitur? cooperatúsne deus est mendacio? Dilectè ne indages tantum quod fit, sed attende etiam scopum, & quòd non factum sit temporalis commodi vel auariciæ causa, sed quòd patris benedictionem sibi comparare studeret. Alioqui si ita simpliciter quæ fiunt exquisiturus es, vide ne & patriarcham puericidam, & Phinees homicidam dicas: verùm neque Abraham pueri homicidam, sed & valde ei affectus, si quis alius: neque Phinees homicida, sed zelotes. Vterque enim quod deo probabatur, faciebat: atque ille per obedientiam, multam à deo remunerationem promeruit, hic verò propter zelum prædicatur. Dicit enim: Stetit Phinees, & placauit. Si igitur homicidium & puericidium placuerũt, quia iuxta dei sententiam fiebant, ne attendimus ad facta, sed ad scopum eorum quæ fiebant, & ad voluntatem eorum qui fecerunt: multo magis & hîc expendendum istud fuerit. Ne igitur hoc considera, quòd mentita fuerint quæ dicebantur à Iacob: sed illud cogita, quòd volens deus prædictionem impleri, omnia vt sic fiant dispensauit. Et vt scias, quòd deus omnia facilia reddebat, etiam quæ difficilia: vide quo modo iustus non potuit subolere fraudem, sed persuaderur dictis Iacob, & cùm edulia ista comedisset, benedictionibus eum remunerat. Et non prius à venatione affuit Esau, quousque omnia sunt impleta: vt per omnia sciamus, voluntate dei hæc gesta esse. *Dixit autem,* inquit, *Isaac: Quid hoc, quòd tam statim inuenisti fili? Ille autem dixit, Quod tradidit dominus deus tuus coram me.* Adhuc in angustiis stabat, Iacob, augebatúrque plurimum timor eius. Verùm hæc omnia propterea facta sunt, vt discamus rebus ipsis quòd non simpliciter dominus suam declaret solicitudinem & prouidentiam, nisi viderit & nostrum accedere feruorem. Ne enim prætereas obiter hunc agonem, sed cõsideres quòd causæ totius atque salutis erat periculum: & timebat & tremebat, ne propter benedictionẽ fieret omnis maledictionis reus. *Deinde,* inquit, *Dixit Isaac: Appropinqua mihi, & contrectabo te fili, an sis filius meus Esau, vel non.* Etenim ob vocem placidiorem dubitabat iustus: sed quia dispensatio implenda erat, non permisit deus vt dolus sentiretur. Appropiauit autem & cõtrectauit eum, & dixit:

Psal. 105. c.

A *Vox quidem vox Iacob, manus autem manus Esau: & non agnouit eum.* Vide quo modo ostendit quòd vniuersum à dei gratia erat: quæ efficiebat vt ipse nihil horum attenderet, & Iacob paterna frueretur benedictione. Et non agnouit eũ, inquit, *Erant enim manus eius sicut manus Esau, & dixit, tu es filius meus Esau?* Vide iterum, quo modo ostendit diuina scriptura quòd dubitauerit iustus.

Dixit enim, inquit, *Num tu filius meus Esau?* Vt ex hoc quoque sciamus, quòd pater victus naturali affectione, omnia fecerit. Deus autẽ futura præcognoscens, & virtutum nota seruos suos insignire solitus, rem totã hũc in modum dispensat. Et dixit Iacob, Ego. Postquam dixit, Num tu es Esau filius meus? & dixit, ego: dixit igitur, Affer itaque mihi, & comedam de venatione fili, vt benedicat te anima mea. Vix tandẽ à cura soluitur Iacob, & attulit patri edulia, attulitq; vinũ & bibit. Et dixit ei,

B *Appropia mihi, & osculare me fili. Et vt appropiauit, osculatus est eum: & odorauit odorem vestimentorum eius, & benedixit eum, & dixit.* Vide diuinæ scripturæ obseruationem. Postquã interrogauit, Num tu es Esau? & dixit, Ego: iterum contrectauit eum, & subdubitabat, & cum ex voce penè simulationem deprehendisset: iterũ interrogauit, Nónne tu es filius meus Esau? Et dixit, Ego. Et postea attulit ei, & comedit. *Tunc,* inquit, *osculatus est eum, & benedixit eum.* Nam vt ne quis opinetur quòd in personam Esau benedictionem fecerit, sed in illum quem osculatus est: propterea commemorat diuina scriptura, quòd osculatus est, & benedixit illum quem osculatus est.

Odoratus est enim odorem vestimentorum eius, & benedixit eum, & dixit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit dominus. Et dabit tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, & multitudinem frumenti & vini. Det, inquit, *dominus deus tibi, qui edulia attulisti, qui à me osculum accepisti: & seruiant tibi*

C *gentes.* Vide quo modo necessariorum copiam ipsi precatus sit, deinde principatum gentium prædicens, & futuram eius *religionem, & †incrementa quæ inde nascuntur. ‖ *Et adorent te principes.* Non solum ei appreca- *aspi*
tur gentes subdi, sed & principes. *Et sis dominus fratris tui.* Vide quo modo seruit iustus, etiam ignorans, dei *domi*
voluntati. Omnia enim hæc propter hoc dispensabantur, vt hic propter virtutem dignus recipiat benedi- *seruie*
ctionem. *Et adorent te filij patris tui.* Filios cõsueuit scriptura vocare omnem generationem: sicut & hic, filios *adora*
patris tui: quasi diceret aliquis, eos qui ex semine †Isaac *turos*
futuri. Non enim alios filios habuit Isaac, quàm hos †*Esa*
duos solos. *Qui maledicit te: sit maledictus: qui benedicit te,*
D *sit benedictus.* Ecce & coronas benedictionis, ecce summam omnium bonorum, esse benedictum. Vidisti dei misericordiam? Qui timuerat ne maledictionem acciperet pro benedictione, non solum cum tanta largitate benedictiones à patre reportat: sed & illi maledicũtur, qui attentant eum maledicere. Hinc discamus, quando quis iuxta voluntatem domini sua dispensare vult, tanto superno subsidio adiuuatur vt hoc planè re ipsa experiatur. Quis enim non admiretur & obstupescat dei ineffabilem dispẽsationem, quòd non prius Esau de venatione aduenit quousque solueretur actus illius argumentum, & quando ille accepta benedictione à patre discessit? Hoc enim nos docere vult beatus moses. *Et factum est postquam cessauit Isaac benedicere Iacob filium suum: & factum est quando exiuit Iacob à facie Isaac patris sui, Esau frater suus venit de venatione.* Vide quo modo post illius exitum alter statim aduenit. Nẽ hoc absque causa vel temerè factum, sed vt ignorans afferret & ipse edulia, & à patre addisceret rem totam vt acta erat.

Nam

Nam si prius nouisset,& in fratrẽ incidisset, forsitan & ipsum interemisset,victus ira. Nam qui hoc postea deliberauit,multo magis in negocio medio attẽtasset. Sed manus dei erat,quæ puerum saluabat: & hunc quidem dignum benedictione effecit, illum autem & benedictione priuauit & primogenitura. Vt autẽ aduenit, inquit,fecit & ipse edulia,& attulit patri suo,& dixit: *Surgat pater meus, & comedat de venatione filij sui, vt benedicat me anima tua.* Vide,obsecro,iterũ iustum perturbari,& mente cruciari:dicit enim,vt autẽ audiuit, dixit: *Quis es tu? Ille autẽ dixit,Ego sum filius tuus primogenitus Esau.* Vide quo modo superbit in causa. Non est cõtentus quòd dicat, ego sum Esau:sed addidit,primogenitus. *Obstupuit autẽ Isaac stupore vehementi, & dixit: Quis igitur venatus est venationẽ meam,& attulit mihi, & comedi de omnibus antequam tu venires: & benedixi eũ, & benedictus erit?* Vide quo modo in perplexitate constitutus iustus,& narrans factum,graniter illius animum vulnerauit. Et benedixi eum,& benedictus erit. Hoc autem faciebat iustus,sapientia dei illius linguam dirigente, vt cùm ille omnia diligenter didicerit, scire possit nihil ei profore vel primogenituras, vel venationem. *Auditis sermonibus patris. Esau clamauit voce valde magna & acerba.* Indignationem significauit per verbum, & iram qua succensus, cùm hæc didicisset: & dixit, *Benedic, obsecro, & me pater. Dixit autem ei, Frater tuus venit cum dolo, & accepit benedictionem tuam.* Prior, inquit, frater tuus benedictionem omnem vbertim & copiosẽ arripuit. Et vt scias, quòd superna gratia fuerit cooperata in hoc vt iustus deciperetur,vide quo modo ipse hoc fateatur,dicẽs: Venit frater tuus cum dolo:quasi excuset se apud puerum, & doceat, ignorans illi benedictiones impendi,& paratus eram tibi eas largiri: sed ille venit cum dolo,& accepit benedictionem tuã. Hæ tibi præparatæ erant,sed ille præripuit,nõ hoc mea culpa factum est. *Et dixit,* inquit, *Esau: Rectè vocatum est nomẽ eius Iacob, supplantauit enim me iam secundò: & primogenita mea tulit, & nunc accepit benedictionem.* Non inuanum, inquit, nomen hoc sortitus est: supplantationem enim interpretamur nomen eius: id quod hîc in me declarauit,& primogenitis & benedictione priuans. Quid igitur ad patrem Esau? *Non reseruasti & mihi benedictionem pater? Respondit autem Isaac, & dixit Esau: Disce,* inquit, *quòd omnes benedictiones in eum effudi, cum eum fecerim dominum tuum.*

Vide quo modo statim ab hoc exorditur. Nihil enim aliud ei quàm seruitutem significat & subiectionem,ac dicit: Cùm eum fecerim dominũ tuum, & omnes fratres eius seruos, frumento & vino stabiliui eum:tibi autem quid faciam fili? nihil aliud vltrà relictum est:cùm dominum fecerim tuum, & omnes famulos fratres, & rerum necessariarum vbertatem ei auxi. Quid aliud vltrà relictum est? *Dixit autem Esau ad patrem suum: Num benedictio vna tibi est pater? benedic, obsecro, & me.* Quoniã audiuit patrem dicẽtem: Et benedixi eum,& benedictus erit: tũc,inquit,Benedic, obsecro,& me pater. num vel vna tibi benedictio est? Non potes & mihi vel vnã benedictionem impartiri, qui ita à te diligor, qui primogenitus,qui à te in venationem missus sum? Adobruit patrem verbis. *Compuncto autem Isaac,* inquit, *clamauit voce magna Esau, & flenit.* Vidit patrẽ consilio destitutũ,& non posse neq; velle reuocare quæ facta sunt:& clamori etiam adiecit ploratum,ad maiorem compassionem. Misertus itaque eius Isaac,inquit,dicit ei: *Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua,& de rore cœli desuper,& in gladio tuo vives, & fratri tuo seruies: erit autem quando depones & exolues iugum eius à collo tuo.* Quoniam,inquit, & ipse meam benedictionem desideras, disce quòd non est possibile vt agã quæ diuinæ voluntati aduersa sunt: sed & tibi quidem apprecor, vt rore cœli fruaris. Scias autem quòd militarem vitam acturus es, & in gladio tuo vives, & fratri tuo seruies. Cæterùm nullus audiens hæc miretur, videns post hæc fratrem vagum factum ob illius metum, & in terram alienam contendentem. Neque initia attendens, existimet vaticinium excidere. Nam quãdo dominus aliquid pollicetur, etsi diuersa his quę pollicetur videamus in principio euenire, non turbemur: neque enim possibile est vt ad finem vsque aberrẽt. Hoc autem fit,vt dum iusti per omnia fulgidiores redduntur, abundantiam virtutis dei manifestam nobis omnibus fieri efficiãt. Et in vnoquoque sanctorum hoc inuenies, si volueris historias singulas diligenter animaduertere: quod sanè nũc quoque factum est. Ne hoc attendas, quòd nunc statim profugus fit,sed cogita gloriam quę posthac sequetur:quia temporis processu hic ipse sic terribilis illi factus, ‡vt ille magnam erga eum declararet‡ reuerentiam,in tantamq; venit gloriã post ærumnas, quas in terra aliena tulit, vt qui ex ipso nati in immensam multitudinem propagentur, & eius nomine tota gens cognominetur ac sit discreta. Nunc autem docens nos diuina scriptura fratris indignationem,& quòd homicidium spectarit,inquit: *Et odio grauis prosequebatur Esau Iacob, propter benedictionem qua benedixerat eum pater suus.* Et vt sciamus, quòd non fuerit simplex & subitanea ira, per verbum nobis significauit maliciæ eius excellentiam. Graui enim odio persequebatur dicit:hoc est,insidebat & perdurabat odiũ,ita vt & mentem in profundo latentem manifestaret per verba, inquit: *Dixit enim in corde suo, appropinquẽt dies luctus patris mei, vt occidam Iacob fratrem meum.* Nonne & irascens insanientibus ipsis non minus insanus est? Considera enim quo modo dæmon ille insanientes subingressus, mente destituit correptos, & persuadet vt faciant planè ‡alia quàm apparet.‡ Neque enim rectè vident illi, neque aliud quiddam vtile faciunt: sed quasi corruptis sensoriis, & diiudicandi vi amissa, faciunt omnia.Ita sanè & qui irascuntur,non agnoscunt præsentes, nõ memores sunt cognationis: non amicitiam,non cõsuetudinem, non dignitatẽ,neque quicquàm aliud in mentem accipiunt,sed iræ vi pressi,in præceps miserabiliter ferũtur. Quid igitur illis fuerit miserius, quando victi & capti ab affectione etiã homicidium meditantur? Propterea beatus Paulus radicem huius mali volẽs extirpare, admonet,& scribens sic dicit: Omnis ira & indignatio,& clamor auferatur à vobis cũ omni malicia. Nõ solum, inquit,nolovos succẽsere & indignari,& irasci,sed neque cum clamore proximis loqui:clamorem hîc dicẽs, qui ab ira nascitur. Quando enim affectio hæc intrinsecus excitatur,& cor tumet, nõ iam sinit vt lingua vltrà placidè loquatur:sed affectionẽ cordis demonstrãs, efficit vt clamosè cum proximo loquatur. Volẽs igitur beatus ille,sibi obtemperantes in perpetua versari tranquillitate,dixit:Omnis ira,hoc est,à qualicunque causa moueatur: & omnis indignatio, & omnis clamor tollatur à vobis.Deinde radicem huius mali volens arefacere & inutilẽ reddere,dicit: cum omni malicia. Nam qui sic afficitur,semper in portu sedet,à fluctib⁹ liber:& neq; tẽpestatem timet,neq; naufragiũ:sed quasi in tranquillitate nauigãs, vel in littore sedens, ita præsentem vitã trahit,non solum ab omni turbatione liber,sed & immortaliũ & ineffabilium bonorũ fructus sibi per omnia concilians.Qui nobis omnibus concedãtur,gratia & mi-

‡tãtã erga eũ declaret

‡contrarias qui oculis sunt præditi.

Ephe.4.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

& misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum pa A tre & sancto spiritu sit simul gloria, honor & imperiū, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Rebecca autem vocato filio suo iuniore, dixit ei.

Homilia LIIII.

VIDISTIS heri dilecti, & publicani magnā gratitudinem, & domini ineffabilem misericordiam, & Iudæorum stupiditatem immen sam: Vidistis quo modo omnes nos erudierit beatus Matthæus, statim obediens, & tantam morū mutationem præ se ferens: quòd in voluntate nostra, †comitante superna gratia, J sitæ sunt & virtutes & vicia: & q̄ opera adhibita, possumus fieri virtutibus conspicui: & contrà desides facti, in peccati præcipitiū deferri? Hoc enim est, quo à brutis differimus, quia ratione insigniti sumus à misericordi deo, & in natura nostra insita est scientia boni & mali. Nullus igitur prætexat, q̄ ignorās B virtutem negligat, vel quod non habeat aliquē viæ ducem & demonstratorem. Sufficiētem enim magistrum habemus cōscientiam. Et fieri nō potest, vt quis illo adiumento priuetur, Nam simul cum formatione hominis, implantata est scientia faciendorū & non faciēdorum: vt nostra gratitudine declarata, in præsenti vita, quasi in palæstra quadam exercitati, secundum virtutū labores præmia reportemus: & breui tempore laborantes, perpetuas coronas mereamur, & in momentaneo hoc seculo virtutē amplexati, æternis bonis in infinita secula fruamur. Id sanè scietes fratres, nostrā ne perda- †tantæ beneficentiæ mus generositatem, ne simus †tantis operibus J ingrati: ne sectemur voluptates, quæ tam breui tempore durāt, perpetuum dolorē nobis accersentes: sed ante nos sem per videntes oculū qui nunquam sopitur, qui & absco- C dita cordis nouit: res nostras ita instituamus & moderemur, & muniti armis spiritus nostrā declaremus gratitudinem: vt & gratiā, & auxilium supernè nobis accipiamus, ad vincendum communem salutis nostræ hostem, & ad irritandas eius machinationes, & ad promerendam illorū bonorum fruitionem quę promisit diligētibus se. Ne ergo spectet quis ad laborem virtutum, sed cœlestia lucra cogitantes prōptè labores obeamus. Nam si hi qui in terrenis versantur negociis, & in colligendas opes insaniunt, omnia promptè suscipiunt facienda: & videntes ante oculos pericula maris, piratarum insidias & naufragia, non franguntur, nec segniores fiūt, quātis (quod plus est) de fine nihil certi habeāt: qualem nos habituri sumus defensionem, si non omni studio & alacritate accingamur ad virtutū studia & agones, propter æterna illa bona? Quare ita ingrati sumus benefactori nostro, & neq; quæ iā donata sunt ver D samus animo, neq; promissa cogitamus: sed omniū (vt ita dicam) obliti, frustra & inuanū, quasi pecudes, vitam totā transigimus, animæ quidē nullam faciētes curam, ventrē autem solū impinguātes, atq; etiam propter hoc corpori multū nocentes: Etenim corpori ob voracitatem & immoderantiam multa paramus incōmoda, ani †præstātior mā verò fame perire sinimus: tametsi †potētior anima sit q̄ corpus, & ablata illa hoc mortuū relinquatur. Cū igitur oporteret & huic & illi congrua & cōuenientia præbere alimenta, modū neque hīc neq; illic seruantes vtrique nocemus: hoc plus q̄ oportet saginantes, hanc autem fame perire cogentes. Et quod omniū dominus loco maximè indignationis aliquādo interminatus est Amos.8.d. Iudæorum populo, dicens: Dabo vobis non famem panis, neque sitim aquę, sed famē audiendi sermonem domini: docens nos, q̄ illa quidem fames corpus emaciat, hæc autem animam attenuat: in hoc inquam quod dominus tūc supplicij loco illis minabatur, nunc nos spōte incidimus, idq; postquam deus tantam nostri curam declarauit, & dispensauit, vt post sacrarum scripturarū lectionē habeamus & à doctorib⁹ admonitiones. Ideo oro vestram charitatem, vt excussa desidia expergiscamini, & studium omne in animæ salutem transferatis. Sic enim & à deo beneuolentiam vberem habebitis, & nos alacriores ad docendum vos erimus, quos videbimus consilio nostro parēre. Quoniā & agricola, quando videt terram fœcundam & culturæ idoneam, parat se etiam ipse vt maiori studio illam colat. Eodē modo & nos, si viderimus vestrum in diuinis profectum, & q̄ ea quæ à nobis dicuntur, †alacriter susciptatis, J maiorē †fatis impleri cupi docendi laborem exhibebimus: vtpote scientes, quòd dat. nō in petris seminemus, sed in pingui & profunda terra. Ea enim de causa quotidie vobis cōcionamur, vt aliquid lucri faciatis, & virtutes vestræ crescāt, & nos lætemur videntes vestrū profectum. Num quid enim temere & inuanum dicere volūmus, vt à vobis laudū fructus recipiamus, & vt plaudētes manibus recedatis? nō hoc spectamus: absit. Sed vestra vtilitas, mea maxima laus est: & summus plausus, si quis à viciis ad virtutē cōuertatur: si qui antea deses, nostra adhortatione studiosus fiat. Hoc & mihi maximum affert solatium & laudē, & vobis lucrum & diuitias spirituales. Sed non ambigo, quin multū studiū declaraturi sitis. Scio enim, quòd à deo docti estis, potentes etiam alios admonere. Propter hoc hīc sistens meum consilium, pergam ad solitam doctrinam verborū beati Mosis, immò per eum dictorum à sancto spiritu: & vbi pauca quædā proposuero, hodiernū vobis illine conuiuiū apponam. Audistis nuper, quo modo Iacob omnia faciens iuxta consiliū Rebeccę, patris benedictionē arripuerit, laudatumq; furtū commiserit? Ideo & cooperatorē deum habuit, & conatus eius bene successit: sed quia Esau ob id ipsi valde inuidebat, & se ad cædē præparabat, Ita enim se habet mala hęc affectio, nō ante desistit, donec à se captum in præceps deiiciat, & ad homicidij currat scelus. Radix enim homicidij inuidia, & fructus inuidiæ homicidiū: ita & à principio fuit inter Abel & Cain. Ille enim nihil habēs, vel paruū vel magnum, de quo accusaret fratrē, vbi vidit illum domino probari propter oblationem munerū, se verò ob negligentiam suam reiici, ad inuidiā statim prouocatus est: & nata homicidij radice in mente eius, statim & pernicioſum illum fructum attulit, & homicidium cōmisit. Ita sanè etiam Esau, cùm accepisset frater benedictionem à patre, ab ira & inuidia ad homicidium prouectus, meditabatur mortē fratris. Verùm admirabilis illa mater hoc sentiens, iterum maternum amorem erga filium declarauit: & cōsilium affert, quo possit è fratris manibus eripi. Vocato enim, inquit, filio suo iuniore, dixit ei: *Ecce Esau frater tuus minatur tibi mortem, nunc igitur audi vocem meam.* Experientia te doceat, quòd vtilia consulo. Et sicut dudum audita voce mea, magnas illas à patre benedictiones assequutus es: ita & nunc audi vocem meam, vt effugere possis fratris manus. Sic enim & temetipsum à periculis liberum reddes, & me à luctu. Verisimile enim quòd ille, si hoc ausus fuerit, pœnā daturus sit, & ita vndequaque mihi grauis dolor & cruciatus erit. *Audi igitur vocem meam, & surge, statimq; vade ad Laban fratrem meum in Charran, & habita cum eo ad aliquot dies, vsquequo auertatur ira & indignatio fratris tui erga te & obliuiscatur quæ ei feceris: & mittam & reducam te inde, ne forte vno die vobis ambobus orber. Abi,* inquit, *ad fratrem*

meum

meum Laban, & habita illic cum eo. Verisimile enim, quòd separatio, & temporis processus poterit mitigare iram, & finire inuidiam, & obliuionem afferre eorum quæ in furto benedictionis gesta sunt. Et obliuiscatur, inquit, quæ feceris ei. Verisimile est, inquit, eum irasci: ideo congrùit vt iram eius declines, si fortè per tempus obliuiscatur, & postea cum libertate possis hìc domicilium habere. Et ne puer grauatim ferat, quòd cogatur in alienam terram abire: vide quo modo soletur pueri animam. Primùm quidem dixit: Abi ad Laban fratrem meum. Num ad extraneum & alienum ire te iubeo: ad fratrem meum ibis, & habita cum eo ad dies aliquot: breue, inquit, tempus, paucos dies, quousque quiescat ira. Nunc enim feruet indignatio eius, & aliquando ab affectione superatus, neque patris habebit reuerentiam: neque quantum fraternæ necessitudini debeat, in mentem accipiet: sed vnum hoc aget, vt furorem suum expleat. Et mittens reducam te. Statim autem, inquit, inde reducam: abi igitur bona cum fiducia, te enim nunciis eò missis reuocabo: Nam de vtroque anxia sum, & vtrique timeo, ne fortè vtroque priuer. Vide sapientiam matris, quæ à seipsa mota, imò dei prædictioni etiam nunc seruiens, illa consulit puero quę Christus discipulis suis consulebat, ne temerè periculis se immiscеãt, sed secessu insaniam malè affectorum demulceant: hoc igitur etiam illa puero consulit, primùm eius mentem animans & firmans †cùm autē secessum ille non detractaret, nec ęgreferret, tūc & causam honestam profectioni eius excogitat, ita vt non manifestè videatur propter fratris inuidiā cedere, neq; pater sciat verā peregrinationis causam, Esau scilicet indignationem contra illum. *Et ingressa*, inquit, *ad Isaac Rebecca, dixit: Grauis mihi vita est propter filias Chet. Si acceperit Iacob vxorem de filiabus terræ istius, ad quid mihi vita?*

†vt discessum non ægreferret, tunc deinceps]

Considera, quo modo honestum inuenit prætextum. Quando enim nobis superna gratia cooperatrix est, & difficilia facilia fiunt, & grauia leuia. Quia igitur & hęc habuit deum sententiæ suæ annuentem, omnia quæ ad futuram dispensationem & salutē pueri conducere poterant suggessit eius menti. *Grauis mihi, inquit, est vita mea propter filias Chet. Si acceperit Iacob vxorem de filiabus terræ huius, ad quid mihi vita?* Hìc mihi significare videtur pessimos vxorum Esau mores, & quòd ei fuerint multæ amaritudinis causa. Etenim de Esau superius narrauit nobis diuina scriptura, quòd accepit à Chettæis & Euæis vxores, & exasperabant Isaac & Rebeccam. Hęc igitur in memoriam ei suggerere volens, quasi dicat: Scis quo modo vitam meam amaricarunt vxores Esau, & quo modo propter illarum maliciā in omnes filias Chet malè afficior, & propter illas omnē illam gentem exosam habeo? Si igitur contingat & Iacob ex illis vxorē ducere, quæ mihi postea salutis spes? ad quid mihi tum vita? Nam si illas ferre non possumus, si etiam Iacob ex filiabus terræ huius vxores acceperit, actum est de vita nostra. Quibus auditis Isaac, atque maliciæ illarum recordatus, accersito Iacob, benedixit eum, & præcepit ei, dicens: *Non sumes vxorem de*

C.XXVIII

filiabus Chananæorum, sed surge & vade in Mesopotamiam, in domum patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus fratris matris tuæ. Neque his contentus verbis, voluit & alacriorem eum reddere in peregrinatione, & eum iterum benedictionibus confirmat, ac dicit: *Deus meus benedicet te, & augebit te, & multiplicabit te, & eris in congregationes gentium, & dabit tibi benedictionem Abrahæ patris mei, tibi & semini tuo post te: vt in hæreditatem accipias terram*

peregrinationis tuæ, quam dedit deus Abrahæ. Vide quo modo iustus prædicit ei omnia, & bona ei viatica dat & solatia: prædicit enim ei reditum & hæreditatem terræ, & quòd non solum in multitudinē crescet, sed & congegationes gentiū ex semine eius egredientur. Quæ vt audiit puer, impleuit iussa patris, & profectus est in Mesopotamiam ad Labā matris fratrem. Et iterum, vt hoc didicit Esau, & quòd benedictus fuerit à patre Iacob, contenderítque in Mesopotamiam, & quòd mandatū sit ei ne accipiat vxorem ex filiabus Chananæorū: quasi corrigere volens erratum suum, & placare patrem.

Addidit, inquit, *& accepit vxorem ad duas vxores suas, filiam Ismael filij Abrahæ.* Vidisti dilecte, quanta prudentia, & quibus affectionibus filium suum Iacob è periculis mater eripuerit: decenter pallians peregrinationis causam, & neque Esau maliciam prodens, neque patri causam manifestam faciens: sed & filio conueniens dans cōsilium, vt propter metum admoneri possit ne se opponat suis dictis, & patri congruam sententiam suggerēs? Vnde & iustus accedens eius dictis, viatico benedictionis instructum Iacob dimisit. Cæterùm si placet, & non defatigamini, videamus quo modo peregrinationem obiuerit Iacob. Non paruam enim & hinc cōmoditatem accipere possumus, si attenderimus. Iustorum enim conuersatio & vita, totius philosophiæ continet doctrinam. Vide igitur saltem vel hūc iuuenem, qui domi educatus, qui antea nunquam in peregrinatione fuerat, neque magnum iter fecerat, neque graue aliquid expertus erat, quo modo iter arripiat. Et discе quàm excellentibus præstiterit moribus eius vita. *Et egressus Iacob à fonte iuramenti, profectus est in Charran, & occurrit loco, & dormiuit illic. Occidebat enim sol, & accepit de lapidibus loci, & posuit ad caput suum, & dormiuit in loco.* Vidisti ineffabilem vitæ philosophiā? Vidisti quo modo veteres iter faciebāt? Vir domi educatus, tantæq; assuetus curę: simplex enim erat, inquit, & domi habitās: peregrinaturus neque iumentis egebat, neque ministris, neque viaticis: sed apostolicum morem imitatus, iter facit: & cùm occumberet sol, ibi dormiuit vbi eum nox comprehēdit. Accepit, inquit, lapidem, & posuit ad caput suum. Vide pueri robur, lapide pro puluinari vsus est, & super pauimentum dormiuit. Igitur quoniā bene moratam animam habebat, & masculū spiritum, & ab omni vanitate liberum, admirabilē visionem illam meruit. Hoc enim more agit dominus noster, quando videt animā præsentia non magnificientē, plurimam sibi illius curā esse declarat. Vide igitur iustū illum super solo cubātem, & visiones videntem, imò visione domini dignum haberi: dicit enim, *Obdormiuit, & ecce scala erat firmata super terram, cuius caput pertingebat in cœlum: & angeli dei ascenderunt & descenderunt super eam. Dominus autem innixus est super eam, & dixit: Ego deus Abrahā, & deus Isaac patris tui: ne timeas.*

Considera, obsecro, hìc eximiam curam misericordis dei. Quia videbat iuxta cōsilium matris propter timorem fratris susceptурum peregrinationem, & quasi erronem quendam viam facere, & solum, ac ab aliis abstractum, nullámque habentem cōsolationem vllo ex loco: sed totum in supernum auxilium proiectum: statim in ipso initio volens confirmare alacritatem eius, apparet, ac dicit: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac patris tui. Ego & patriarchā & patrem tuum in tantam gloriam crescere feci. Ne igitur timeas, sed crede quòd ego qui impleui illis suas promissiones, & te mea cura & prouidentia dignabor. Ne timeas, sed confide: & omni timore depulso, crede his quæ à me dicuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Etenim terram in qua tu dormis, tibi dabo & semini tuo, & erit semẽ tuum sicut arena maris. Ne putes, inquit, quia in terram alienam nunc vadis, priuandũ te terra in qua natus es: vbi educatus, vbi adoleuisti. Etenim tibi dabo eã & semini tuo: quod sicut arenam maris augeri faciam, & dilatabitur ad mare, & Africum, & Septentrionem, & Orientem: hoc est, vbiq; propagabitur. *Et benedicentur in te omnes tribus terræ, & in semine tuo.* Vide quo modo iã omnia ei quæ post longum tempus euentura erant, prædicit. Hic enim mos est omnium domino & opifici. Atq; hoc de omnibus iustis dici inuenies, vt polliceatur quidem, non autẽ continuò promissiones impleat: sed exerceat iustorũ obedientiam & patiẽtiam, atque sic multa cum liberalitate impleat promissa. Deinde vbi pollicitus est ei futura, & indigebat iustus in rebus præsentibus non vulgari cõsolatione: vide benignum dominum, & futura pollicetur, & per illa ipsa quę nunc in eũ declarat, de illis fidentem facit. Dicit enim: Ne putes quòd hęc sola tibi polliceor: sed & nunc tecum sum, custodiens te in omni via quò vadis. Ne putes, inquit, q̃ solus iter facias: me habebis itineris comitem, me habebis custodem in omni via, omnia tibi difficilia facilia reddentem. Exin magis augens consolationem, iã prędicit ei reditum ad sua. *Et reuerti faciam te, inquit, in terrã hanc.* Ne formides, inquit, quasi in aliena terra conuersaturus: quoniam reducam te in terram hãc, & minimè te derelinquã, donec fecero omnia quæ loquutus sum tibi. Non despiciam te, neque te consilij inopem finam: sed quæcunque tibi promisi, faciã. Quo modo quis prodignitate admirabitur & obstupescet diuinam misericordiam, & †insignium obsequelæ eius studium?] Vide enim quantum pondus promissionum dat iusto, & quo modo spiritum eius erexit? Cogita item & iusti huius gratitudinem, & q̃ post illas promissiones apud Laban viginti annis laboribus afflictus, non grauatim tulit, non segnior fuit tanto tempore: sed omnia fortiter sustinuit, expectans promissionum tempus, & sciens q̃ nõ sit possibile intercidere quæ à deo dicta sunt: & maximè si & nos afferre nostra studeamus, fidem & †obedientiam,] & ita bene fidamus his quæ à domino promissa sunt atq; si iam impleta essent. Hæc enim vera fides est, non attendere ea quæ vidẽtur, etiam si omnino sint aduersa promissioni, sed solam promittentis potentiam. Iam verò videamus iusti huius gratitudinẽ. *Euigilauit*, inquit, *Iacob de somno suo, & dixit, Domin⁹ est in loco isto, ego autem nesciui. Et timuit, & dixit: Quàm terribilis est locus iste. Non est hoc aliud, quàm domus dei: & hæc est porta cœli.* Stupescẽs iustus propter magnam misericordiam dei, timuit, inquit, & dixit: Nõ est hoc nisi domus dei, & ista est porta cœli. Hic locus mihi posthac pro domo dei reputabitur. Tanta ille gloria dignus est habitus & ipse, vt ita dicam, quasi cœli porta visus est. Iustum fuerit, vt debitam hic gratiarum actionem domino reddam & offeram. *Et surrexit Iacob, & accepit lapidem quem posuerat ad caput suum, & statuit eum in columnam, & infudit oleum super summum eius, & vocauit Iacob nomen loci illius, Domus dei.* Aliud enim erat nomen loco antea. Postquàm autem per visionem tam magna consequutus fuit, vocabulo memoriam loco inscribere vult, posterisque eum facere celebrem, lapide pro columna erecto, superfusòque oleo. Verisimile enim est quòd illud solum secum tulerit, vtpote iter faciens. Votúmque affert misericordi deo, omni plenũ philosophia. Et si vultis, etiam ipsa audiamus verba:

Vouit etiam votum, dicens: Si fuerit dominus deus mecum, & custodierit me in via hac qua ego ambulo. Quoniam dixerat,

A Ego tecum sum, & custodiam te in via hac qua ambulas: propter hoc & ipse dicit: Illa mihi eueniant, quę scilicet daturum promisit. Deinde & petitionem suam affert, dicens: *Si dederit mihi dominus panem ad manducandum, & vestem ad tegendum.* Non diuitias, non abundantiam quandam pecuniæ: sed panem & vestem: & hãc ad contegendum corpus, illum verò in necessarium alimentum. Consídera quo modo nobis apostolicũ characterem petitione sua significauit, tanto sapientiæ studio plenus erat iusti animus. Nam id quod Christus dicebat, Ne possideatis aurum, vel argentum, vel duas tunicas: hoc iste nondum à quoquam doctus, sed à seipso, & ab †insita natura (magistra nostra)] didicit, & optauit à domino suo præberi panem ad comedendum, & vestem ad tegendum. *Si hæc mihi fuerint*, inquit, *in terra aliena, & reduxerit me dominus saluum in domum patris mei, sicut promisit: erit dominus mihi in deum, & lapis ipse quem erexi in* B *columnam, erit mihi domus dei: & omnium quæ mihi dederis, decimas tibi offeram.* Vide iusti gratitudinem: petebat quidem, at nihil precio sum, sed panem & vestem: promittebat autem & sua domino. Sciens autem quàm certet muneribus, & quod nostras cogitationes retribuendo transcendat, inquit: Et columnam hanc in domũ dei habebo, & omnium quæ mihi suppeditabũtur decimas dabo. Vidisti mentem piam ac religiosam: nihil adhuc acceperat, & promisit se deo eleemosynas †oblaturum. Dilecti, ne simpliciter prætereamus quæ dicta sunt, sed æmulemur omnes hunc iustum: & nos qui in gratia, eũ qui ante legem: & nihil temporale petamus à domino. Neque enim expectat donec à nobis admoneatur, sed & non petentibus nobis largitur ea quæ ad vsum pertinent. Oriri enim facit solem super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Et credamus ei admonen C ti, & dicenti: Quærite primùm regnum dei, & hæc omnia apponentur vobis. Vide quòd nobis ipse etiam illa præparauit vt concedat, & hæc in lucri & auctarij parte daturum se promittit: Ne igitur ea quę sunt accessoria, quasi primaria pete: ne inuertamus ordinẽ, sed quęramus illa sicut præcepit, vt & hæc & illa habere liceat. Ea enim de causa in orationis nostræ verbis limites & regulas nobis dominus præscripsit, quatenus petenda sint temporalia. Verba illa iubet nos dicere, quæ omni philosophia sunt referta, Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie: diei alimentum inquit. Id quod iustus ille, tametsi nihil horum audierat, precatus est, dicens: Si dederit mihi dominus panem ad comedendum, & vestem ad tegendum. Ne igitur temporale aliquid ab eo petamus. Indignum enim valde est, à tam liberali & tanta virtute præstanti huiusmodi petere, quæ in præsenti vita dissoluuntur, & magnam vicissitudinem, D & mutationem experiuntur. Id genus enim sunt humana omnia, siue diuitias dixeris, siue potentiã, siue humanam gloriam: sed petamus semper manentia, sufficientia, vicissitudinis nescia. Et scientes domini nostri bonitatem, nihilipendamus præsentia, sed omne nostrum studium in supercœlestium desiderium transferamus. Nam si solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos: multo magis abstinẽtes à malicia, & iniusticiam fugiẽtes non despiciet: sed multa dignos ducet prouidentia, & sua solicitudine omni tempore dignabitur. Id sciẽtes, dilecti, ne diffidamus diuinis pollicitationibus: neque diuersa quàm ille iussit, faciamus. Enimuerò quantum ad ea quæ nunc à nobis fiunt, nihil ab infidelibus differimus. Quãdo enim ipse quidẽ futura nobis promittit, nos autem nolumus

confidere

†inestimabilem condescẽsionẽ] συγκαταβασιν, demissionem, attemperationem †patientiã

Matt. 10. & Luc. 9. b. †insita naturæ nostræ magistra

†decimas eorum quæ filius dare, Matth. 6. c.

Ibidem. d.

Matth. 6. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

confidere illius promissionibus, sed præsentibus sumus affixi: quod aliud incredulitatis indiciũ adhuc requiritur, rebus ipsis tam clara voce attestantibus? & Christo iubente nos nihil à se petere fragilium horum & tẽporalium, nos ei contrauenientes quę petere prohibuit, illa quærimus: & quæ iussit quæri, illa nõ quærimus. Et hæc facientes, & tam pigrè nostra instituentes, & exacerbantes mitem & humanum dominum, quasi obliti quę nos fecerimus, causam quærimus suæ erga nos indignationis, & quare nos sępe despiciat, in varia incidentes tentamenta: & non cogitantes peccatorũ nostrorum magnitudinem, nosmetipsos decipimus voluntariò. Ideirco obsecro, vt his omnibus repulsis, nihil saluti nostræ
Matth.16. Mar.8. & Luc.9.d præferamus. Quid enim vtile fuerit homini, si totum mundum lucretur, & animæ suæ detrimentũ patiatur? Et superuacuas diuitias iam euacuemus in pauperes, & magnũ sapientiæ studij specimen in omnibus exhibeamus, vanam gloriam despicientes, humanũ fastum conculcantes, & omne charitatis studium alij in alios mutuo impendentes: vt & præsentibus & futuris bonis perfrui mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit Laban ad Iacob. Quoniam frater meus es tu, non seruies mihi gratis, dic mihi quæ merces tua.

Homilia LV.

SATIS heri ex præludiis peregrinationis iusti edocti sumus quanta sit eius philosophiæ magnitudo, propter quam caulam tantam promissionem à deo consequutus est. Iterum autem per preces & votum, quæ fecit vniuersorũ domino, sufficientem doctrinã nobis omnibus dedit, si vellemus ad imitandã virtutem illius excitari. Etenim admiratione dignum est, quo modo virtutem sciens promittentis, & audiens magnitudinem sibi promissorum, neque sic magnũ aliquid & sublime postulare attentauerit: sed illa duntaxat petiit, quæ audistis heri: nempe ea quæ ad quotidianum alimentũ sibi sufficere possint, & vestimentũ ad corpus tegendum: & promittit, si reditum sibi in sua cõcedat deus, sicut sibi promiserat, daturum se omniũ quę ab eo accipiet, decimas: per omnia monstrans religionem suam, & ipsi asscribit vt datori omnia: & docet nos vt ei habeamus gratiam. Iam enim iustus ineffabilem immensamq; misericordiam sciens, & cõiectans ex his quæ in patrem suum & patriarcham exhibuerat, quòd & sibi magnam abundantiam concedat, horum quidẽ ipse nihil petit à domino, neque vult de his precari: sed ex eo quòd decimas omnium daturum se pollicetur, monstrauit omnibus, quo modo confidebat eius qui promiserat virtute. Propterea & ipse quando cũ eo loquebatur, dicebat, Ego sum deus Abraham & Isaac patris tui, ne timeas. Cogita, inquit, quòd & patriarcha quasi peregrinus & ignotus in terrã hanc aduenerit, & in tantam venerit gloriam, vt omniũ ore celebretur. Cogita item & patrẽ tuum, quòd in extrema senectute patri suo natus est, ac ita opibus auctus, vt & inuidiosus fieret indigenis. Eadem igitur & ipse expecta, omnemq; timorem & anxietatem depone, peregrinationemq; obi. Hęc secum cogitans iustus, non ad præsentem respiciebat statum: nihil enim omnino secum asserebat. Quo modo enim, qui solus erat, & iter facere cogebatur: sed iam fidei oculis non multo pòst futuram præuidens abundantiam, suam declarabat gratitudinem: & qui nihil adhuc acceperat, vouet, dignio-

A rem fide existimans promissionẽ domini, quàm rerum possessionem. Neque enim ita fidere debemus his quæ in manibus habemus & videmus, vt promissionib⁹ dei, etiam si non eueniant statim primo tempore. Iustus igitur sumpta ex his quæ deus dixerat fiducia maxima, peregrinationem obiit. Quo pacto enim nõ fisurus esset, cui dictum erat, Ecce ego tecum sum custodiens te in omni via qua iturus es: & multiplicabo semen tuum, & reducam te iterum in terram hanc: & non te derelinquam, vsquequo compleantur promissa omnia? Verùm vt heri dixi, cogita & omnipotentem dei sapientiam, & iusti illius magnam sustinentiam & gratitudinem. Surrexit enim post promissiones illas, & in Charras cõtendit. Et iterum agit vt peregrinus & vagus, & in omnibus diuina gratia fruitur, misericorde deo omnia ei prædisponente, & suam promissionẽ adimplente. Qui enim dixerat, Tecum sum, custodiens te in omni via
B qua iturus es, is duxit iustum ad fontem aquæ, vbi aquabant pastores terræ incolæ: à quibus cùm interrogasset de Laban fratre matris suæ, & didicisset omnia quę circa illum gerebantur: deinde cùm & huius filiam & greges oculis spectasset, videretq; pastores non sufficere vt lapidem à fonte ipsi amouerent & aquarẽt oues, accurrit: & id quod illi facere non valebant, ipse superno auxilio roboratus, præueniens beneficiis Laban, amouit lapidem, & adaquauit oues quas pascebat Rachel. Dein vbi osculatus est puellã, & significauit quis esset, & vnde venisset, mansit ipse apud fontem. Verùm, quia deus erat qui iusto disponebat omnia, hîc & puellam excitauit vt celeriter curreret, ac annunciaret hæc patri, qui
C frater erat huius matris: narraretq; beneficiũ quod ab eo factum & in ipsam & in greges: & q⁹ neque peregrinus sit, neque ignotus, sed sororis filius. Considera obsecro dilecte, diuinæ scripturæ euidentiam, quo modo nobis omnia manifestè recenseat, docendo nos mores veterum, & quantæ in excipiendis hospitibus fuerint alacritatis. Nam vt puellæ indicaret alacritatem, non simpliciter dixit, quòd abiit & annunciauit quæ facta sunt, sed quòd cucurrit præ magno gaudio. Deinde & de Laban, qui pater illius erat, dicit, quòd auditis his à virgine, cucurrit & ipse in occursum Iacob, & salutauit eum, & induxit in domum suam. *Postquam autem Laban omnia diligenter didicit ab eo, dixit,* inquit, *ei: Ex ossibus meis & ex carne mea es tu.* Sororis, inquit, meæ existens filius, nihil aliud quàm caro nostra es, & frater noster. Et erat cum eo, inquit, ad mensem dierum. Dein quasi in domo propria apud eum impauidè & ab omni cura liber
D agebat. Cæterùm quoniam deus erat qui omnia ad vtilitatem huius iusti dispensabat, & in omnibus ei suam præbebat cooperationem, ipse alacritatem Laban excitauit: & videns viri mansuetudinem, dicit ei: *Quoniam frater meus es tu, non seruies mihi gratis: dic mihi, quæ merces tua sit.*

Vide quo modo ipse quidem petebat nihil, Laban autem à se hoc proponit iusto. Et attende obsecro, quo modo ei cui diuina manus assistit, omnia fœliciter succedant. Non seruies mihi, inquit, gratis: indica mihi, quæ merces tua sit. Quanuis beatus ille magnæ charitatis loco habebat vel simpliciter quotidiano alimento frui, multamq; pro eo gratiam referebat: verùm quia miram humanitatem præ se ferebat, ideo Laban vltro mercedem ei pollicetur, quàm ipse proposuerit. Quid igitur iustus? Vide obsecro & hic excellentẽ eius sagacitatem, & quo modo nullam congregandarum opum habuerit curam. Non enim sicut mercennarius aliquis cum Laban cõuenit, & operam suam exquisitiore mercede

Universidad de Deusto
Biblioteca

†memor præceptorũ patris,

cede locat, & aliud quid petit: sed †memor patris, & memor matris, & mirificam continentiã præ se ferens, dicit Laban: *Seruiam tibi septem annis pro Rachel filia tua iuniore.* Hanc enim mox vt apud fontem vidi, amaui. Et vide beneuolentiam viri, sibiipsi & tempus præscribit, & tanto tempore sufficiens argumentum suæ continentiæ prębet. Et quid admiraris dilecte, audiens quòd septem annis seruiit pro dilecta puella? Vt enim ostendat nobis scriptura, quo modo amor magnus & laborem & temporis longitudinem succîdit, & breue videri fecit, dicit: Et seruiuit Iacob pro Rachel annis septem, & erant coram eo quasi dies pauci, eo quòd ipse illam diligeret. Septem, inquit, anni, pauci dies videbãtur ob ingentem erga puellam amorem, Quando enim quis sauciatur charitatis desiderio, nihil difficile spectat: sed id quod fuerit plenum periculis & multa miseria, leuiter fert, ad vnum hoc videns, quo modo suo potiatur voto & desiderio. Audiamus nos ignaui & supini, magna ingratitudine in deum viuentes. Nam si iustus ille propter puellæ amorem septennium seruire, ferreq; pastoralium laborum ærumnas decreuit, & non sentit vel labores, vel temporis longitudinem: sed omnia ei leuia & facilia videntur, expectationeq; & spe fructus alitur, ita vt dies paucos longum illud tempus putet: qualem nos habebimus excusationem, qui non pari studio erga dominũ nostrum & benefactorem & curatorem, & qui nobis sit omnia, afficimur? Sed quãdo proponitur lucrum tẽporale, omnia alacriter sustinere volumus, etiamsi quid laboriosum sit, & valde ærũnosum & sordidum, & pœnã in præsenti & futuro seculo præbens: propter nostram autẽ salutem, & vt supernum nobis fauorem conciliemus, remissi & supini, & dissoluti videmur. Et qualis nobis erit venia, qualisve excusatio sic negligentiæ deditis, qui neque quantũ beatus ille in puellam declarauit amorem, tantam in deum charitatem habemus: idq; cùm tanta possumus numerare beneficia in nos collocata, & quæ quotidie collocantur? Sed etsi nos tam ingrati, verùm non ita beatus Paulus qui tanta feruebat, & ignitus erat charitate in deum, vt verba illa, tanto viro digna loqueretur & clamaret, dicens: Quis nos separabit à charitate dei? Vide dictionis emphasin, & latentem vim: vide amoris violenti furorem, vide charitatem incensam. Quis nos separabit? Quid, inquit, est, quod potest nos à charitate dei separare? quid inter visibilia, quid inter inuisibilia? Deinde volens & particulatim omnia enumerare, & omnibus nobis manifestũ facere irrefrẽnabile desideriũ quod erga dominũ possidebat, subdidit dicens: Num afflictio? num angustia? num fames? num persequutio? num nuditas? num periculum? num gladius? ô animam, insania (quæ continentiæ mater est) furentem. Quid, inquit, ex his quæ nobis inferri possunt, nos auferre à charitate quæ est in deum, poterit? Afflictiones quotidianæ? minimè. Angustiæ? neque illæ. num persequutiones? neq; illæ. Sed quid? num fames? num nuditas? num pericula? Verùm quid dico famem, & nuditatẽ, & pericula. num gladius? num mors ipsa, si infligatur, hoc poterit efficere? impossibile est. Nullus alius sic dignatus est diligere dominum, vt beata illa anima. Quasi enim liberatus à corpore, & sublimis factus (vt sic dicam) & neque super terram ambulare se putans, ita loquitur. Amor enim in deum & succensa charitas mentẽ eius à sensibilibus ad spiritualia transtulit, & à præsentibus ad futura, & à visibilibus ad non visibilia. Talis enim res est fides & charitas in deum. Et vt discas magnam eius gratitudinem,

Rom.8.g

A vide eum qui sic dominum dilexit, & in eius charitate exarsit, fugari, persequutionem pati, flagellari, innumera grauia ferre, & dicere: In laboribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter: à Iudæis quinquies quadraginta vna minus accepi: ter virgis cęsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiũ feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronũ, periculis in falsis fratribus, in labore & ærũna: & talia patiens, gaudebat & exultabat. Sciebat enim, & argumentis multis certus erat, quòd labores præsentes maxima sibi præmia conciliarent, & pericula, coronas pârerent. Nam si Iacob propter amorẽ in Rachelem quasi pauculos dies septenniũ putabat: multo magis beatus ille omnia nihili faciebat, succensus simul amore in deum, & propter Christũ dilectum omnia ferens. Studeamus igitur obsecro & nos
B diligere Christum. Nihil enim aliud, inquit, Christus requirit à te, quàm vt ipsum diligas ex toto corde, & facias mãdata eius. Qui enim diligit, sicut oportet deum, manifestũ quòd & mandata eius facere nititur. Quando enim quis erga aliquem fraternè afficitur, omnia facere studet, vt dilectum attrahere possit in amorem suum. Et nos quoque, si dominũ fraternè dilexerimus, & mandata eius implere, nihilq; eorum quæ exacerbare poterunt dilectum facere studebimus. Hoc fuerit regnum cœlorum, infinitaq; bona, & fructus bonorũ assequi, si germanè, & sicut oportet eũ dilexeris: & propter charitatem in eum, & erga cõseruos multam declaraueris dilectionem. In his enim duobus mandatis, in- Matt.22
C quit, vniuersa lex & prophetæ pendent: nempe vt diligas dominũ deum tuum ex toto corde, & proximum tuum sicut teipsum. Hæc omniũ virtutum summa, hoc fundamentũ. Simul enim cum charitate in deũ, ingreditur dilectio proximi. Nam qui deũ diligit, non despiciet fratrem: neque opes pluris faciet, sed magnã præ se feret benignitatẽ, memor eius, qui dixit: Qui fecerit Matt.25.d
aliquid vni horum minimorum, mihi fecit. Et cogitans quòd propter ministerium in conseruum, deus ipse sit qui sibi vendicet factũ, magna cum alacritate hoc operabitur, magnumq; studium habebit eleemosynæ: non ad vilitatem *respiciens* pauperis qui apparet, sed ad magnitudinem eius qui promisit se habiturum perinde ac sibi factum esset, quæcunque illi facta fuerint. Ne igitur prætereamus simpliciter, oro, lucrum nostrarũ animarum, & remedium nostrorũ vulnerum. Hoc enim, hoc maximum pharmacũ ita curabit & abolebit vlcera animarum nostrarũ, vt neque vestigiũ neque cicatrix aliqua apparitura sit: id quod in corporis vulneribus non
D est possibile. Nam licet quis infinities cataplastra accepta à medicis superponat, necesse est cicatricem in corpore manere, & meritò: corpus enim est quod curatur. Hîc autem quia anima est, quando quis suam gratitudinem declarat, multo melius incipit sese habere, quàm antea habuerit: & sic omnia vlcera depellit, vt ventus vehemens puluerem deturbat. Atque horum omnium exemplis plenæ sunt scripturæ. Ita Paulus, apostolus fa- Actus.
ctus est ex persequutore: & qui prius impugnabat ecclesiam, postea factus est eius pronubus. Vidisti quanta rerum vicissitudo? Vidisti quanta transmutatio? Sic & latro, qui multa fecerat homicidia, in vno tẽporis puncto, propter pauca illa verba ita omnia abluit peccata, vt audiret à domino: Hodie mecum eris in paradiso. Luc.23.
Sic & publicanus, qui percussérat pectus, & sua peccata Luc.18.d
confessus erat, descendit iustificatus magis quàm pharisæus. Verùm omnes hi animæ suæ gratitudinem declararunt,

clararunt,& priora confessi peccata, remissionem obtinuere. Videamus autem & mandati robur,& quantam abundantiæ vim possideat larga eleemosyna, vt cùm didiceris lucrum quod inde nascitur, alacriter eam facias. Fortè enim tanta eius potestas, vt non solum peccata purgare, sed & mortem fugare valeat. Et quo modo? Ego dicam. Et quis, dicet aliquis, eleemosynam faciens, superior morte factus est? sanè omnes vidimus sub mortis potestatè venisse. Ne turberis dilecte, sed rebus ipsis disce quo modo eleemosynæ vis & mortis vicit tyrannidè. Tabitha erat mulier, cuius nomen si quis interpretatur dicitur Dorcas: hæc quotidie †faciebat opus, colligendo ex misericordia diuitias. Et vestiebat, inquit, viduas, & alios sumptus eis præbebat. Factum est autè vt infirmata ipsa moreretur. Sed vide quo modo hæ quę ab illa curabantur, & quas vestiebat, benefactricem remunerarint. Stabant enim circa Apostolum, & monstrabant, inquit, ei vestes, quas faciebat, cùm adhuc in humanis ageret Dorcas: & alumnam †dicebant: & fortè etiam lachrymas profundebant, adq; miserationè apostolũ prouocabant. Quid igitur beatus Petrus? Genibus positis, inquit, adorauit: & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha surge. Illa autè aperuit oculos suos, & vt vidit Petrum, resedit. Data autè ei manu, erexit eam: & accersitis sanctis & viduis cõmendauit illis eam viuam. Vidisti virtutè apostoli, imò operantis per eum domini? Vidisti quãta retributio beneficentiæ in viduas, etiã in præsenti vita? Quid enim tantũ præbuit illa viduis, quantum illæ ei rependunt? Vestes præbuit & alimenta, sed illæ ad vitam hanc reduxerunt, & mortè fugere fecerunt: imò nõ illæ, sed misericors deus propter curam quam illis impendit. Vidisti pharmaci potentiam? Hoc omnes nobisipsis paremus: neq; enim sumptuosum est, quanuis tantæ sit virtutis, sed & vili emitur, nec multo sumptu indiget. Magnitudo enim eleemosynæ non in multitudine pecuniarũ vel opum sita est, sed ex alacritate dantiũ iudicatur. Propter hoc & qui potũ aquę frigidæ dedit, acceptus est: & quę duo minuta in corbonã misit, grata est: vt discamus, quòd vbiq; mentem requirit dominus. Fieri potest vt qui parum habet, magnam præ se ferat liberalitatè, vtpote si valeat alacritate: & qui multa possidet, minor videatur his qui parum habent, propter sordidi animi tenacitatem. Effundamus igitur facultates nostras in egenos mente liberali, ex his quæ nobis dominus dedit: & quæ ab eo data sunt, ipsi iterũ demus, vt sic iterũ nostra cum lucro fiant. Tanta enim eius est liberalitas, quòd licet accipiat de his quæ ipse dedit, non putet tamen propria se accipere, sed magna munificentia nobis ea redditurũ se pollicetur, tantum nos & quæ nostra sunt facere velimus: & sic pauperibus erogemus, quasi deponentes ea in manus domini: scientes q̃ quæcunq; acceperit manus eius, ea non solũ reddit, sed multiplicatiora nobis iterum largitur, suæ liberalitatis gloriã declarans. Et quid, inquam, quòd ea reddat multiplicata, manus illa? non enim illa solũ reddit, sed cum illis regnũ cœlorum donat, & celebrat, & coronat, & innumera bona largitur, modo ex iis quæ ab ipso data sunt paruũ quiddã inferre voluerimus. Num graue aliquid & onerosum à nobis requirit? Ea quæ abundant & superuacanea sunt nobis, necessaria facere vult: & quæ frustra ac inuanũ reposita sunt, ea vult bene distribui, vt occasione accepta hinc nos coronet. Anhelat enim & vrget, ac omnia facit vt dignos faciat his quę ille promisit. Ne igitur nosipsos priuemus tantis bonis. Nam si agricolæ penu suum euacuant, & semina terræ concredunt, & collecta dispergunt, idq; cum voluptate faciũt, spe maiora recipiendi se solantes: & quãuis sciant q̃ aëris intemperies, nonnunquã & terræ sterilitas, & alia multa accidentia, vt locustarũ exercitus, & rubiginis insidiæ, spe excidere faciant: attamen bona spe sese alentes, ea quæ in promptuariis collecta, terræ concredunt: Multo magis nos quæ absq; vsu recondita sunt, dispergere in pauperũ vsus & educationem cõuenit. Vbi nunquã spes eluditur, neq; timenda aliqua terræ sterilitas. Dicit enim: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi. Breui tempore distribuit, & perpetuo seculo iustitia eius permanet. Quid hoc beatius vnquã fuerit? & idcirco, oro, vt iustitiã quę ex eleemosyna est arripiamus: vt & de nobis dicatur, Dispersit dedit pauperibus. Nam postquã dixit, Dispersit dedit pauperibus: vt ne putes dispersa perire, ideo statim subdidit: Iustitia eius manet in seculum. Illis, inquit, dispersis, iustitia eius manet in secula, & in omne seculũ se extendit. Iam cum eleemosyna etiã alias virtutes diligẽter curemus, & affectiones carnis reprimamus, & eliminemus ex anima omnẽ illicitam concupiscentiam, omnem malã cogitationem, iram, stomachationem, inuidiam: & ornemus omnibus modis animæ generositatem, vt claritate pulchritudinis suæ cõciliemus nobis vniuersorũ dominũ. Nam vbi viderit animę venustatem, statim assistet. Dicit enim: Super quẽ alium respiciam, quàm super mansuetũ & quietum, & tremen tem sermones meos? Vidisti quo modo nos docuit om nes colores, quibus animæ pulchritudo potest decorari? super mansuetũ, inquit, & quietum, & humilem. Deinde quod hæc omnia efficit, addidit: & trementẽ sermones meos. Quid est trementẽ sermones meos? obedientiam operibus implentem: quod & alibi dicit, Beatus qui timet omnia propter pietatem. Nam si nos cùm videmus famulum qui mandata nostra cum diligentia timoreq; multo implere curat, maiorem erga illum declaramus beneuolentiam: multo magis bonus dominus: propter hoc dicebat, Super illum respiciã qui tremit sermones meos. Tremamus igitur oro, & cum magno timore sermones eius impleamus. Nam eius sunt sermones. Et cum didicerimus quæ illi placent, & quæ probat, ea obeamus, & tales quales vult fieri studeamus. Quietem, mansuetudinem, humilitatem magnam exhibeamus, & omnia quæ ab eo mandata sunt, cum reuerentia apimpleamus: vt cùm approbarit affectionem mentis nostræ, placatus nostra obedientia, respicere etiam super nos dignetur. Quod si nobis cõtinget, erimus per omnia securi: dicit enim, Respiciam, hoc est cura mea dignabor, manum porrigam, in omnibus auxiliator ero, vbertim in eum meam liberalitatẽ profundam: Hæc igitur omnia faciamus, vt respiciat super nos dominus, quò & præsentem vitam absq; tristicia transigamus, & futura bona consequi possimus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Dixit autem Iacob ad Laban, da mihi vxorem meam: impleti sunt enim dies mei vt ingrediar ad eam.

Homilia LVI.

IERI cùm à dilectione Iacob, quam erga Rachelem declarauit, ad Pauli charitatem & magnitudinem amoris, quem erga Christũ gerebat, transiuimus: quasi ab impetuoso quodã torrente rapti, non potuimus ad seriem & contextũ sermonis regredi. Ideo si placet, hodie sequentia aggressi, ea quæ

†dabat operam vt colligeret Act.9.

†requirebant.

Matt.10.d Mar.9.f Luc.21.a

Psal.111.b

Esa.66.c

Prou.28.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea quæ nuper relicta sunt impleamus: vt ex his quæ hodie dicuntur, percepta vtilitate aliqua, domũ repetatis.

Igitur postquam impletus est septem annorũ numerus, & fuerunt coram Iacob quasi dies pauci tot anni, ob amoris vehementiam, dixit ad Laban: Da mihi vxorem meam, impleti enim sunt dies mei, vt ingrediar ad eam. Cõgregauit autem, inquit, *Laban omnes viros loci, & fecit nuptias: & factũ est vespere, & accepit Laban Lian filiam suam introduxitq; eam ad Iacob.* Vidisti cum quanta olim honestate nuptias egerint? Audite qui satanicas põpas admiramini, & statim ab initio nuptiarũ honestatẽ dedecore afficitis. Num tũc tibiæ? num tunc cymbala? num tũc choreæ diabolicæ? Quare enim (dic mihi) tantũ statim ab initio damnũ inducis in domum tuam, & eos qui in scænis & orchestris operã locant vocas, vt cum intempestiuo sumptu virginis lędas cõtinentiam, & iuuenem impudentiorẽ facias? Satis enim arduũ erat, absque illis sufflationibus illam ætatem posse ferre moderatè tempestatem affectionũ: cùm autem & hæc accedunt, tam quæ videntur, quàm quæ audiuntur, maiusq; accenditur incendiũ, & fornax concupiscentiarũ magis inflammatur, quo modo nõ pessum it adolescẽtis anima? Hinc enim omnia pereunt & corrũpuntur: quia ab initio castitas oppugnatur eorum qui inter se cõuenturi sunt, & sæpe primo die iuuenis oculis videns incontinentibus, telo diabolico in animã vulneratur: & puella per ea quę audit & videt captiua fit, & ab eo die postea crescũt vulnera, maiusq; fit malum. Etenim illinc statim discunt, vt & mutuam concordiã dilacerent, & amorem corrumpant. Quando enim ille mentem ad aliam vertit, huc & illuc diuidens cogitationẽ, & à diabolo †ipsius suo instigatur, multa amaritudine domum implet. Quòd si & illa comperitur ita affecta esse, ex ipsis fundamentis omnia (vt ita dicam) subuertuntur. Postea mutuũ se fugiunt & latere volunt, & ille quidẽ suspiciosè obseruat vxorem, & similiter illa virum. Et vbi oportebat concordiã esse & copulam, & qui debebant esse caro vna, (Erũt enim, inquit, duo in carnem vnam) hi in tanta viuũt diuisione quasi dissecti sunt. Diabol⁹ enim subingressus, tantũ in eis damnũ facit, vt quotidianæ pugnæ inter eos nascantur, & à malis nunquã habeãt quietem. Quid enim quis dixerit, quo modo postea à famulis cõtemnantur, quo modo à vicinis rideantur, quàm fœda operentur? Nam sicut quãdo gubernatores inter se dissidẽt, etiam qui in naui ferũtur, periclitantur, ac timent ne submergatur nauis: Ita & hîc, si discordes sint vir & mulier, verisimile est omnes qui apud illos sunt, participes esse malorum. Propterea oro, vt hæc omnia præuidentes, consuetudinẽ non sectemur. Scio enim ꝙ multi hanc prætexant, neque tolerant quòd hæc nobis dicuntur: attamen necesse est vt nos vtilia dicamus, & quæ illos à futuro supplicio liberent. Vbi enim tantum animæ damnum, qua de causa mihi consuetudinẽ prętexere audes? Ecce enim & ego tibi consuetudinem meliorem obiicio, quam veteres habuerũt, quando nondũ tanta pietatis erat agnitio. Et ne iustum hîc Iacob tantum cogites, sed & Laban adhuc idolorũ cultui deditum, & tantam præ se ferentẽ philosophiam. Neque enim hæc honestas eius erat, qui ducturus puellã, sed patris eam tradentis. Ideo & illũ feci sermonem, non ad sponsos tantum intendens, quantũ ad parentes, & ad patrem spõsi, & ad tradentẽ virginem. Quo modo enim non absurdum si nos qui tantam accepimus gratiã & misericordiam, & tam terribiliũ ineffabiliumq; sacramentorum participes sumus, hac in re inferiores sumus Laban, qui cultui idolorũ adhuc erat deditus? An non audis Paulum dicentem, quòd sacramentũ sunt nuptiæ, & imago dilectionis Christi, quam erga ecclesiam declarauit? Ne igitur confundamus nosipsos, & honestatẽ nuptiarum corrumpamus. Nam si quidẽ bonum & vtile fuerit consilium, etiam si non sit cõsuetudo, fiat: Sin damnosum & pernicioſum est, †quod nũc asserimus: etiam si consuetudo sit, reiiciatur. Nam si hoc admiserimus, & fur, & adulter, & quantũuis malus alius ad consuetudinem prouocabit: at nullum hinc illis lucrũ est vel venia, sed maior potius accusatio, quòd malam consuetudinem superare nõ valuerunt. Si enim voluerimus prudentes esse, & habere curã nostræ salutis, possumus & à mala consuetudine desistere, & in bonam consuetudinem nos reducere, & sic posteris nostris non paruã dabimus occasionẽ eadem imitandi, & accipiemus etiam nos mercedem eorum quę ab his aguntur. Nam qui initium bonæ viæ præbuerit: hic author est eorum quæ & ab aliis recte fiunt, & duplicẽ recipiet mercedem, tam pro his quæ ipse rectè facit, quàm quibus alios in optimam illam inducit philosophiam. Ne prætexatis, obsecro, frigida & ridicula verba hæc dicentes: Legitima quædam esse hæc, & propterea impleri oportere. Non hæc legitimũ faciunt coniugium, sed si iuxta leges dei, cum castitate & honestate fiat cãuentus, & si cõcordia magna cohæreãt hi qui cõueniunt. Nouerunt hoc etiã externæ leges: & audies, qui his studuerũt, dicere: Coniugium nihil aliud cõstituere quàm cõsuetudinem. Ne igitur diuinas leges cum humanis transgrediamur, ne præferamus diabolicas leges, & pernicioſam hanc consuetudinem. Illius enim lex sunt hæc, qui gaudet de interitu nostro. Quid igitur hac cõsuetudine magis ridiculum, quãdo vir & vxor innumeris cõuiciis & scommatis à seruis & triobolaribus hominibus incessuntur, & nemo est qui increpet: sed licet cuiuis volẽti ad vesperam omnia loqui, & conuicia iãcere in sponsum & sponsam? Et in alio die si quis conaretur ita salibus mordere, periclitaretur, ad tribunal abduceretur, & puniretur. Tunc autem, quando plurimã oportebat esse reuerentiam, maioremq; honestatẽ & castitatem, tanta obscœnitate implentur omnia illa, vt probabile sit à diabolo hæc omnia inuenta esse. Verùm ne ægrè feratis, oro: non enim absq; causa in hunc sermonẽ digressi sumus, sed curã habens vestræ salutis & honestatis, vellẽ optimã hanc mutationem fieri, vosq; optimæ huius cõsuetudinis esse duces. Nam si solum principiũ & via fiat operis, paulatim vno alterũ †inuitante, laudabili hoc zelo omnes laudatores habebitis: & nõ tantum qui ciuitates habitant imitabuntur optimã hanc innouationẽ, sed & eos qui procul habitant, conciliabitis, & imitatores vestros constituetis: & insuper longè ampliorem à deo reportabitis mercedẽ, quòd propter dei timorem & eius mandatũ, diabolicam hanc superaueritis cõsuetudinem. Sed ꝙ suscepturi sitis magna alacritate hoc nostrum consiliũ, & opere impleturi, valde persuadeor. Videns enim vos magna cum voluptate audire ea quæ dicuntur, idq; ex applausu & laudibus cõiecto ꝙ etiam operibus idem sitis comprobaturi: ideo contentus dictis, ad contextus seriem regrediar. *Et facta est,* inquit, *vespera, & accepit Laban Lian filiam suam, & introduxit eam ad Iacob.* Ne obiter etiam hoc prætereamus: nam etiã hîc multa considerari possunt: primùm simplicitas Iacob, & quo modo ab omni malicia alienus, deceptus sit. Secundum, quòd tanta facilitate omnia fiunt, & nusquã lampades, choreæ, & faces, præter vsus necessitatem: ita vt & deceptio Laban locum habuerit. Possumus autem

& hîc

Ephes. 5.

† id quod vobis cõtingitur]

† laudabili hac emulatione

Genes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& hic videre, quo modo Laban hic magna affectione dilexerit Iacob. Hoc enim commentus est, vt diutius apud se iustũ retineret. Sciebat equidem quòd alterius amore flagraret, & si voti compos fieret, non eligeret

Tunc vellet cum eo cohabitare

posthac seruitutem propter Lian sustinere, †vel eius cõiugium.] Et propterea quia vidit Laban virtutem viri, & cogitauit ꝙ non aliter eum vinceret & persuaderet: ita ei imposuit, & dedit ei Lian cum Zelpha ancilla. Deinde cùm argueretur à iusto quare eum decepisset, honestam attulit excusationem. Nam postquã dixit Iacob: *Quare mihi hoc fecisti? nõne propter Rachel seruiui tibi? & quare decepisti me? Quid ergo Laban? Non est sic in hoc loco vt elocetur iunior priusquã maior natu. Perfice igitur hebdomadã istius, & dabo tibi etiam hanc pro labore & opere, quod operaberis apud me adhuc annis septem.* Vides quòd ea de causa omnia hęc cõmentus sit. Nam quia vidit amorem quẽ erga puellam habebat, inquit: Ne putes iniuria te affici, quoniam hæc apud nos lex est, vt primùm nuptui tradatur maior natu, propterea hoc quidẽ factum est: accipies autem & hanc quam amas, si similes septem annos pro ea seruieris. Quibus auditis iustus omnia prompto animo suscepit. Et post annos septem, dedit, inquit, Laban Rachel filiam suam ei vxorem. Vides iterũ, quòd nuptiæ fiunt cum magna honestate. Sed audiens ꝙ accepit maiorem natu, & postea minorem, ne turberis: neq; iuxta statum qui nunc est, opera quæ tunc facta iudices. Tunc enim quia principia erant, permissum fuit cum duabus, vel tribus, vel pluribus vxoribus misceri: vt humanum genus propagaretur. Nunc vero quia per dei gratiam humanum genus valde multiplicatum est, & pietas incrementum accepit, adueniens vtiq; Christus, & virtutem in hominibus plantans, angelosq; (vt ita dicam) ex hominibus faciens, omnem illam veterem cõsuetudinem aboleuit. Vides quo modo non oportet cõsuetudinem prætexere, sed quod iustum est inquirere? Ecce enim quoniam mala erat hæc consuetudo, exposa est, & non licet vlli eam prætexere. Nusquam igitur, obsecro, consuetudinem inquiramus, sed vbiq; quod vtile, & si quid est bonum, etiamsi non sit cõsuetudo, fiat à nobis: si vero pernicioſum est, etiamsi consuetudo sit, fugiamus & auersemur. *Dedit*, inquit, *Rachelem cum Balla ancilla.* Vidisti quàm bonis moribus præditi fuerint? Num seruorum greges? num syngrapha & instrumenta, & conditiones illæ ridiculæ: si hoc fuerit, & hoc euenerit? Et priusquã conueniant, nescientes an vsque ad vesperam maneant, quæ post multa tẽpora ventura sunt in literis suis consignant. Si liberis carens, inquit, defuncta fuerit: si filios habuerit: & quæcunq; talia: at hic nihil tale, sed cùm vtriq; suam ancillam dedisset, filias elocauit pater. *Dilexit autem*, inquit, *Rachel magis quàm Liam: & seruiuit ei septem annis alios.* Quia enim ab initio adamauit propter venustatẽ formæ puellam, & difficilius eam cõsequutus est: ideo eam magis dilexit quàm Lian. Etenim illius venustas allexit eum ad magis amandum. Verùm hic iterum vide domini ineffabilẽ misericordiam, & quo modo ex eo tempore promissa paulatim cõplet. Nam qui dixit: Ero tecũ, custodiens te in omni via qua ambulaueris: & augebo & multiplicabo te: ipse etiam nũc omnia dispensat. Et vt scias, audi ipsam diuinam scripturã hoc manifestè dicentem: *Vt vidit autem dominus deus quòd odio haberetur Lia, aperuit vuluam eius: Rachel autẽ erat sterilis, & concepit Lia, & peperit filium Iacobo.* Vide omnipotentis dei sapientiam, quoniã illa quidem pulchritudine sua conciliarat sibi gratiam viri, qua altera priuata fuit, odio haberi visa est: hanc idoneã facit partui, illam verò inutilem: ambo hæc sua misericordia dispensans, vt & hæc per liberos qui ex ea nascebantur, solatium haberet, in sui amorem virum alliciens: & illa nõ propter pulchritudinem & formositatẽ aduersus sororem insurgeret. Et aperuit, inquit, vuluam eius. Disce hic dilecte, quòd conditor omnium ipse etiam omnia moderatur ac dispensat, & naturam ipsam ad partum excitat: & ꝙ nulla sit vtilitas concubitus, si absit diuina cooperatio. Propterea dixit, quòd aperuit vuluam eius: vt sciamus quòd voluit Lian procreandis liberis aptam fieri, quò eius mœror leniretur. Ipse enim est qui in vulua figurat & animat fœtus, Sicut & Dauid dicit: Suscepisti me de vtero matris meæ. Et vide quo modo monstrat nobis diuina scriptura naturæ conditorem, vtraq; sua virtute efficientem: & alterius vuluam idoneam reddentem, Rachelis autem cõstringentem. Qui enim naturæ dominus est, omnia facilè operatur. *Et concepit*, inquit, *Lia, & peperit filium Iacobo, vocauitq; nomen eius Rubin, dicens: Quia vidit dominus humilitatem meam, nunc diliget me magis vir meus.*

Psal.138.c

Vide quàm grata mulier, dicit, dominus visa humilitate mea præbuit mihi partum, propter quem diligar. Et spectа hic iterum, quo modo deus muneribus certare contendit cum eo, & beneficia accumulat: simul & iusti semen augeri, & hanc magis Iacobo amabilẽ fieri vult. *Et concepit*, inquit, *iterum, & peperit filium secundum Iacobo, & dixit: Audiuit dominus quòd odio habeor, & apposuit mihi & hunc: & vocauit nomen eius Symeon.* Attende quo modo per singulos pueros gratias agit domino, & ob beneficia gratitudinem declarat. Audiuit enim, inquit, dominus, quòd odio habeor, & apposuit mihi etiam hunc: propterea vocauit nomen eius Symeon. Vidisti quo modo non simpliciter, neque temerè nomina natis indiderit? Vocauit eum Symeon, quoniã audiuit, inquit, dominus. Nobis enim Hebraico idiomate per hoc nomen signatur, quod audita sit. Et cõcepit iterum, & peperit filium: & dixit, *Nunc temporis apud me erit vir meus, peperi enim ei tres filios: propter hoc vocauit nomen illius Leui.* Videtur mihi hic significari, quòd natis duobus filiis, nondũ potuerit allicere virũ, qui adhuc in Rachelem propensior erat: ideo dicit, Nunc temporis apud me erit vir meus. Fortassis accessio tertij virum meũ redder benevolum, & melius mihi affectum. Ecce enim tres filios ei peperi. Et concepit adhuc filium, ac peperit, & dixit: *Nunc adhuc istud confitebor domino: propterea vocauit nomen eius Iudam.* Quid est, Nunc adhuc illud cõfitebor domino? Gratias agam & glorificabo eum, quia & quartum mihi adiecit filium, & tantam mihi abundantiã concessit: & quæ ob corporis deformitatem de viri erga me benevolentia periclitatura eram, nunc procreatione filiorũ à deo mihi data, & mœroris nimietate discussa, accepi solatium deformitatis, & in locum sororis meæ translata sum. *Vt peperit autem Iudam*, inquit, *cessauit pãrere. Cùm autem vidisset Rachel quia non peperisset Iacobo, æmulata est Lian sororem suam, & dixit Iacobo, Da mihi filios: quòd si minus, moriar ego.* Inconsiderata & muliebris est hæc petitio, animæq; ab æmulatione impugnatæ. Da mihi, inquit, pueros. Nõ audisti, quòd non viri concubitus illi hos præbuit: sed dominus deus: qui vt vidit, inquit, quòd odio fuit habita, aperuit vuluam eius? Quare à viro petis ea quæ supra naturam sunt, & relicto naturæ domino virum arguis, qui ad hoc nihil conferre tibi poterit? Da mihi, inquit, pueros: quòd si minus, moriar ego. Graue malũ est zelotypia, & desinit in insipientiam: id quod & huic euenit. Videns enim chorum filiorum sororis, & cogitans suam sterilitatẽ, non ferebat dolorem, neque continere

poterat

Cõsuetudo.

†quę ab ipso fuerant]

Universidad de Deusto
Biblioteca

poterat cogitationem quæ se turbabat, sed illa insipientiæ verba loquebatur, Da mihi filios: quòd si minus, moriar ego. Fortassis vidit viri erga illam amorem, & putabat ea de causa illam tot filios habuisse, & se nondum peperisse: vnde dicit, Da mihi filios. Deinde terrere volens virum, subdit: Quòd si minus, moriar ego. Quid igitur pius & religiosus Iacob? Succēsuit, inquit, ad verba hæc: & dixit ei, *Nunquid pro deo ego sum, qui fructu ventris te priuauit?* Quare derelicto naturæ domino reprehensionem mihi inducis? Ille est qui priuauit te fructu ventris. Quare non ab illo petis, qui potest aperire naturæ officinam, & fœcundā facere vuluam? Disce ꝙ ille qui te priuauit fructu ventris tui, sorori tuę tantam fœcunditatem præstiterit: ne igitur à me quæras, quæ præbere non possum, & cuius non sum dominus. Nam si hoc in me fuisset, omnino te sorori prætulissem, maiorem erga te benevolentiā habens. Quandoquidem etiam si in infinitum maiori te cōplectar benevolentia, nihil tibi in hoc prodesse potero: ab illo quære, qui & sterilitatem afferre & soluere potest. Vide iusti prudentiā, quo modo etiā ob illius dicta succensens, respōsum illi dat sapientissimis verbis: docens diligēter omnia, causamq; manifestat, vt nō relicto domino quærat ab alio ea quę ille solus præstare potest. Igitur vt didicit quòd sterilis facta esset à deo, & videns sororem liberis florere, vel mediocre solatiū requirens, dicit ad Iacob: Quoniam nunc me docuisti quòd nō culpa tua liberis careo, ancillam meam accipe, filiosq; ex ea procrea, vt paruū aliquod solatiū inuenire possim, mihi vendicans quæ ab illa nascuntur. *Et dedit ei*, inquit, *Ballam ancillam suam vxorem: & intrauit ad eam, & concepit, & peperit filium Iacobo, & dixit Rachel: Iudicauit mihi deus, & exaudiuit vocem meam, deditq; mihi filium: propter hoc vocauit nomen eius Dan.* Habuit aliquo modo pariente ancilla vel breuem cōsolationem: ideo & nomen puero imponit, & gratias agit domino pro nato. *Et concepit*, inquit, *iterum Balla, & peperit filium, & dixit Rachel:* †*Coassumpsit* } *me deus, & conversata sum cum sorore mea, & invalui: & vocauit nomen eius Nephthalim.* Et didicit postea manifestè per ancillam, quòd Iacob non fuit in causa quare liberis careret. Ideo natos quasi suos filios educauit, & nomina eis imposuit maximam sibiipsi cōsolationem excogitans. *Vt autem vidit Lia quòd cessasset párere, & ipsa ancillam suam Zelpham dedit Iacob vxorem, & concepit, & peperit. Et dixit Lia: Fortunata sui, & vocauit nomen eius Gad.* Et quia voti compos facta est, nomen eius vocauit Gad. Et concepit adhuc, & peperit alium: dixitque Lia, *Beata ego, quia beatam me dicent mulieres: & vocauit nomen eius Aser.* Vidisti quo modo & hæc natos ex ancilla pro propriis habebat, & beatam se esse dicit, & beatitudine dignam ob procreationem filiorum. Sed vide hic quoque & post hæc, vt discas, quo modo zelotypiæ affectio huc & illuc transibat: & nunc hæc, nunc illa impugnabatur. *Et iuit*, inquit, *Ruben in diebus messis triticeæ, & inuenit mala mandragorarū in agro, & attulit ea matri suæ. Dixitq; Rachel Liæ: Da mihi de mandragoris filij tui. Dixit autem Lia: Non satis tibi quòd accepisti virum meum? num & mandragoras filij mei accipies?* Vide quo modo affectionē animæ verbis manifestam facit, nō satis tibi, inquit, quod accepisti virum meum, num & mādragoras filij mei accipies? Dixit autem Rachel: *Non sic, dormiat tecum nocte hac pro mandragoris filij tui. Da mihi de mandragoris, & accipe hodie tecum virum.* Vide quo modo monstratur totus benevolentiæ Rachelis deditus. Nam tanto choro filiorum Liæ nato, fuit adhuc amore magis propensus in Rachelem: si hoc nō fuisset factum, quo modo ferre potuisset Lia sororis cō-

A tubernium, omnem viri potestatem habentis? Ita permittit pro mandragoris ei virum, & dicit: Dormiat hodie tecum pro mandragoris. Satis fac, inquit, meo desiderio, & accipe virum. *Adueniente autem*, inquit, *Iacob, egressa in occursum eius Lia dixit: Ad me ingredieris hodie, mercede enim conduxi te mihi pro mandragoris filij mei: & dormiuit cum ea nocte illa. Et exaudiuit deus Lian, & concepit ac peperit Iacobo quintum filium. Et dixit Lia: Dedit mihi deus mercedem meam, eo quòd dedi ancillam meam viro meo: & vocauit nomen eius Isachar, quod est merces.* Exaudiuit deus Lian, quia videbat eam dolentem, neque valde marito probatam. Exaudiuit eam, inquit, deus, & peperit, ac dixit: Tuli mercedem, eo quòd dedi ancillam meam: propterea vocauit nomen eius Isachar. *Et concepit adhuc Lia, & peperit filium sextū. Et dixit Lia, Donauit mihi deus donum bonum. Nunc temporis me eliget vir meus, peperi enim ei filios sex: & vocauit nomen eius Zabulon. Post hæc*, inquit, *amabilis ero & ego, quia peperi sex filios. Peperit autem & filiam, & vocauit nomen eius Dinam. Recordatus autem deus Rachelis, & exaudiuit eam, & aperuit eius vuluam, & concepit, & peperit filium Iacobo. Dixit autem Rachel: Abstulit à me deus opprobrium meum: & vocauit nomen eius Ioseph, dicens: Apposuit mihi deus filium alium.* Abstulit, inquit, opprobrium meum, soluit sterilitatem: propicius factus est mihi, & idoneam fecit ad procreandum filios vuluam, & liberam me fecit ab opprobrio meo: & vocauit nomen eius Ioseph, dicens: Apposuit mihi deus filium alium. Vidisti, quo modo paulatim promissiones dei in opus egressæ sunt? Ecce enim statim quantum chorum filiorum circa se habuit iustus, & vidit manifestam dei in se prouidentiam. Quoniam enim magnam præ se tulit patientiam, quatuordecim annis seruitutem ferens: propterea & vniuersorum dominus, remunerans iusti pietatem, in tantum eum crescere fecit, vt & posthac inuidiosus aliis fieret, sicut ex sequentibus discemus, quæ vellem pertractare. Verùm ne prolixius sermonem extendamus, grauareq; videar charitatē vestram, si placet, quæ reliqua sunt in sequentia reseruaturi, finiamus hic sermonem. Illud interim charitatē vestram admonentes, vt eorum quæ dicta sunt memores, imitemini priscorum virtutem, filias elocando, pueros nuptui tradendo, nostra virtute dei gratiam conciliare nobis studendo. Nam cùm ille nobis amicus fuerit, etiam si in aliena terra fuerimus, etiamsi ab omnibus destituti, etiamsi nullis cogniti, omnibus erimus clariores. Nihil enim beatius viro superna manu adiuto. Et beatus Iacob illo fretus præsidio, in tantam paulatim gloriā sublimatus est, vt & his qui exceperant tam amicè, inuidiosus sit factus. Hoc igitur & nos studeamus, vt supernum acquiramus auxilium, & non ad humanam confugiamus potentiam, neque ambitionem sectemur: nihil enim periculosius, id quod rerum experientia satis discimus. Etenim videmus quotidie res se tanta velocitate ad mutationem inclinare, & verti in diuersum omnia, & eum qui in summa prosperitate est, subitò in extremam infœlicitatem deiici, & condemdari vt reum. Quantæ igitur insipientiæ fuerit, quærere vt præficiare rebus tam incertis, præsertim cum non sufficimus res nostras securè disponere? Ideo ne confidamus in humanis præsidiis, memores etiam prophetæ dicentis: Maledictus homo, qui spem ponit in homine. Vides quòd talis non solum insipiens, sed etiam maledictus: vtpote qui relicto domino omnium, ad conseruum currit, qui semetipsum iuuare nequit. Fugiamus igitur maledictionem hanc, oro, & omnē spem in deū transferamus. Ista enim solida est & immobilis,

& nescia

Universidad de Deusto
Biblioteca

& nescia vicissitudinis, cuius plena est illa quam in hominibus habemus. Vel enim mors tollit humanũ præsidium, & eos qui ad hoc confugiunt, solitarios & nudos relinquit: vel etiam ante mortem mutatio rerum fit. Plena est hæc vita exemplis talibus. Ideo hi post tantam experientiam nulla venia sunt digni, qui adhuc humano nituntur præsidio, & sæpe ab illis qui eis opitulari videntur, infinita mala ferunt. Eousque enim creuit malicia, vt mala rependant etiam ij quorum est curam aliorum habere. Verùm de deo secus est: nam licet quotidie ingrati simus, benefacit tamen, & suo præsidio nos non destituit, non ad nostram respiciens ingratitudinem, sed in omnibus pro sua agens misericordia: qua nobis omnibus frui concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Factum est autem postquam peperit Rachel Ioseph, dixit Iacob ad Laban, dimitte me vt abeam in locum meum & in terram meam:

Homilia LVII.

RElíquias heri dictorum, nostrum est hodie vestræ charitati reddere, vt ex his quæ nunc dicuntur, discentes & prouidentiam dei, quam erga Iacob declarauit: & iusti pietatẽ spectantes, imitemur eius virtutem. Neque enim absque causa sancti spiritus gratia scriptas nobis reliquit hasce historias: sed vt ad æmulationem & imitationem tantorum virorum prouocet. Quando enim audimus huius quidem obedientiam, istius autem continentiam, illius verò in hospitibus colligendis promptitudinem: & quo modo singuli claruerint: ad similia faciẽda excitamur. Age igitur ad ea quæ relicta sunt in historia illius iusti, hodie accedentes, finem imponamus sermoni. *Factum est autem*, inquit, *postquam peperit Rachel Ioseph, dixit Iacob ad Laban: Dimitte me, vt abeam in locũ meum, & in terram meam: redde mihi vxores & filios meos pro quibus seruiui tibi.* Vide iusti magnam gratitudinem, quo modo videns manifestè deum sui habere curam, non superbiuit contra Laban, sed cum magna mansuetudine dixit, Dimitte me vt abeam. Verè nihil mansuetudine validius, nihil potentius. Vide igitur quo modo primũ mansuetudine vsus, effecit vt & Laban magna ei beneuolentia respõderit. Dixit enim ei, inquit, Laban: *Si inueni gratiam coram te (conijciens enim comeſſare certò possum, quòd benedixerit me deus in ingressu tuo) indica mihi mercedem tuam, & dabo.* Non ignoro, inquit, quòd post aduentum tuum locupletior mihi diuina beneuolentia cõtigerit: igitur quia sentio beneficia quæ mihi propter aduentum tuum data sunt, quam vis mercedem indica, & ego promptè præstabo. Consi-
ἐπιείκεια comitas, æquitas, mãsuetudo. dera quantũ valeat *mititas. Et ne perfunctorie dictum transeas: sed attende quòd iustus neq; cogitauerit, neque mentionem fecerit, neque requisierit mercedẽ laborum: sed hoc solum dixerit, Redde mihi vxores & liberos pro quibus seruiui tibi, vt abeam. Ille reuertitus iusti magnam æquitatem, inquit: *Die quam vis tibi mercedem à me dari, & illam prompte dabo.* Nunquid cum ipso erant mulieres & pueri? Quare dixit, Redde mihi vxores & pueros? Digno honore eũ prosequut⁹ est, suumq; morẽ per omnia obseruat, & liberè discedere vult. Vide igitur ex verbis ipsis quo modo attraxit Laban vt se mercedem daturum sponte promittat, & electionem ei permittat. Quid igitur iustus? Vide excellentẽ eius mansuetudinem, quo modo neque sic oneroſus & molestus est Laban, sed ipsum testem facit suæ gratitudinis & fidelitatis, & quanto tẽpore beneuolentiam in seruitute illius declararit. *Tu nosti*, inquit, *qualiter tibi seruierim, & quanta fuerint pecora tua mecum: parua enim erant coram me, & aucta sunt in magnam multitudinem, & benedixit te dominus ad pedem meum: nunc igitur faciam & ego aliquando mihi domum.* Te facio testem laborũ meorum. Vidisti enim quanto studio & fide omnia administrarim, & quo modo in paruo numero acceperim pecora tua: quæ diligentia vigilantiaq; mea in tantum numerum creuerè feci. Deinde monstrans suam religionem, inquit: Benedixit enim te deus ad pedem meum: nunc igitur faciam & ego aliquando mihi domum. Vidisti etiam ipse quòd post meum aduentum gratia diuina tuas auxerit facultates? Nunc igitur quoniam & ego mea omnia, magna animi promptitudine faciens, ministerium perfeci, & gratia dei manifestata est: iustum est vt & ego mihipsi faciam domum, id est, in libertate postea versor, & curam domus meæ habeam. Hæc vt audiuit Laban, dixit ei: Quid tibi dabo? quid vis à me tibi dari? Cõfiteor enim & ego & inficias non eo: scio enim quanta mihi fuerint à deo data, & quòd benedixerit me deus ad ingressum tuum. Dixit autem ei Iacob: *Non dabis mihi quicquam, si feceris verbum istud. Iterum pascam oues tuas, nihil volo à te mercedis nomine repartare: sed hoc tantum quod dico, suscipere, & iterum pasco oues tuas: quod autem volo, hoc est.* Vide iustum, quia sperauit in gratia diuina, qualia proponat Laban. *Præteream*, inquit, *oues tuas hodie, & segrega illinc omnem ouem fuscam in agnis: & omnis subalbicans & sparsa in agnis & in capris serit* †in capris *mihi merces, & exaudiet me iustitia mea in die crastino, quia est merces mea coram te, omis quæ non fuerit sparsa & variè albicans in capris, & quod rufum in agnis, furata sint à me.* Considera iusti prudentiam, quoniã sciebat quanta sibi supernè gratia affulgeret: & videbatur sibi secundum naturæ ordinem vel difficile esse, vel omnino impossibile. Ratum enim est varium esse colorem pecudum: hæc petit ab eo, vnde petitioni eius Laban statim accessit, & inquit: *Sit iuxta verbum tuum: & diuisit in die illa hircos maculosos & subalbicantes, & omnes capras maculosas & subalbicantes, & omne quod erat in eis candidum, & omne quod erat* †*rufum in ouibus, & dedit per manum filiorum suorum, & fecit distare viam trium dierum inter ea & inter Iacob.* Separauit, inquit, greges iuxta propositionem Iacob, & dedit filiis suis: Iacob autẽ pauit pecudes Laban reliquas. Quales nam hæ nullã scilicet habentes coloris varietatem. Hoc autem totum factum est, vt iustus re ipsa compertam haberet dei erga se prouidentiam, & Laban videret quantã dei gratiam haberet Iacob. *Accepit autem Iacob*, inquit, *ad se virgam styracinam, viridem, & amygdalinam, & platani, & decorticauit Iacob eas in decorticationem album, abradens quod viride: apparebat autem in virgis album, quia decorticarat varium, & apposuit virgas quas decorticauit in canales aquatorias, vt cum venirent pecudes ad bibendum, virgis obuersantibus eis inter bibendum, concipierent pecudes secundum virgas: & pepererunt pecudes subalbas, maculosas, & cinericio colore sparsas.* Hæc faciens iustus nõ à seipso mouebatur, sed inspirante menti eius superna gratia: neque iuxta naturæ ordinem erat quod fiebat, sed valde admirabile, & naturæ modum transcendens. Et agnos, inquit, distinxit, & statuit coram ouibus arietem subalbicantem, & omne varium in ouibus: & separauit oues suas, & non miscuit eas cum ouibus Laban. Postea quia omnia quæ nascebantur, fiebant talia qualia proposuit, separauit ea, & fecit sibi greges singulares. *Factum est autem in tempore quo concipiunt oues grauidæ, posuit Iacob* †*in canalibus* *virgas coram ouibus*, †*vt in canalibus positis*] *conciperent iuxta virgas. Quando autem pariebant oues, non ponebat. Facta autem*

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt non signata Laban, signata verò Iacob, & ditatus est homo valde valde. Quid vult sibi duplicatio? abundantiam multam significat: & quòd non tantũ ditatus est, sed & valde ditatus est. Factæ enim sunt ei, inquit, pecora multa, & boues, & pueri, & ancillæ, cameli & asini. Sed vide hîc iterum iusto inuidiam nasci. *Audiuit enim*, inquit, *verba filiorum Laban, dicentium: Accepit Iacob omnia quæ sunt patris nostri, & ex his quæ sunt patris nostri fecit omnem hanc gloriam.*

Caput XXXI.

Vide quo modo inuidia in ingratitudinem eos inducit: non eos autem solum sed & ipsum Laban. *Vidit enim*, inquit, *Iacob faciem Laban, & ecce non erat erga se sicut heri & nudius tertius.* Verba enim puerorum mentem eius turbauerãt, & oblitus est quæ pridem dixerat ad Iacob. Qui enim dixerat: Benedixit me deus ad ingressum tuum, & gratias egerat domino, quòd propter aduentum iusti facultates suæ auctæ fuerant: nunc subuersa mente à pueris, & inuidia flagrante, fortè quia videbat iustum valde abundare, †non eadẽ protulit verba quæ antea.] Vidit enim, inquit, Iacob faciem Laban, & ecce non erat erga se sicut heri & nudius tertius. Vidisti iusti magnam mansuetudinẽ, & illorum ingratitudinem? & quo modo cùm inuidiam ferre nõ possent, patris mentem perturbauerunt? Vide obsecro nũc & dei ineffabilem misericordiam, & quanta attemperatione vsus fuerit, cum vidisset eos quæ sua erant, facere. Videns enim iustum ab illis odio haberi, dicit ad Iacob: *Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, & ero tecum: satis diu versatus es in terra aliena.* Nam quæ pridẽ tibi promisi, dicens: Reducam te in terram tuam, ea nunc opere implere volo: reuertere igitur nihil timens, ego enim ero tecum. Vt igitur iustus segnior non fiat in proficiscendo, sed magna fiducia iter arripiat? ideo dicit, Ero ego tecum, qui hucusq; res tuas gubernaui, & augeri feci semen tuum, ego & in posterũ ero tecum. Hæc vt audiuit iustus à deo, non fuit negligens, sed ad iter se accinxit. *Misit enim*, inquit, *& vocauit Lian, & Rachel in campũ vbi erant greges.* Proponere vult mulieribus profectionis negocium, & significare eis mandatum dei, & patris erga se odiũ. *Dixit enim*, inquit, *eis: Video ego faciem patris vestri, quòd non sit erga me sicut heri & nudius tertius: Deus autẽ patris mei fuit mecum. Ipsæ autẽ scitis quòd seruiui patri vestro pro omni virili meã: pater autẽ vester decepit me, & mutauit mercedẽ meam decem* agnis, & nõ dedit ei deus vt me affligeret. Et cùm sic diceret: Varia erunt tua gin. alij merces tua, & pariebãt omnes oues varia. Cùm autẽ diceret, Candida ex Hebræo erunt merces tuæ: & pariebãt omnes oues cãdidas: & tulit deus omnia pecora patris vestri, & dedit mihi ea.* Vide quo modo vtrũq; docet, & patris ingratitudinẽ erga se, & suum studium quod in seruitute declarauit. Vidistis enim, inquit, q̃ pro virili mea seruiui patri vestro? Et declarauit quantam sui curam deus habuerit, monstrans quòd superno auxilio omnia fuerit operatus, & facultates Laban in se transtulerit. Tulit enim deus omnia pecora patris vestri, & dedit mihi ea. Quando autẽ concipiebant oues, & vidi oculis meis in somno, & ecce hirci & arietes ascendebant super oues & capras, subalbicãtes & varij, & cinericio colore sparsi. *Et dixit mihi angel* dei in somnis Iacob: Ego autẽ dicebam: Quid est? Et dixit: Aspice oculis tuis, & vide hircos & arietes ascendentes super capras & oues subalbidos & varios, & cinericio colore sparsos. Vidi enim quæcũque Laban tibi facit.*

†non talem se illi exhibebat qualem antea.

*ἀμνῶν a-gnis, fit sep-tagin. alij

Cib vel decies legunt: quod vecti* videtur.

Vides quòd omne quod tunc fiebat, superna contingebat operatione, & iusti labores remunerabantur? Nã quoniam ille ingratus erga eum erat, benignus dominus iustum vbertim remunerat. Vidi enim quęcunque Laban tibi facit. Hîc discimus quòd quando iniuria nobis fit, nosq; mansueti & mites ac tolerantes fuerimus, A maiori & largiori auxilio diuino fruimur. Ne igitur obluctemur his qui nos premunt, & calumniari volũt: sed feramus generosè, scientes quòd nos omnium dominus non despiciet, †tantum nos eius beneuolentiam agnoscamus.] Mihi enim, inquit, vindictam, ego retribuam. Propter hoc & Iacob dicebat: Nõ dedit ei deus, vt affligeret me. Nam quia ipse priuare me laborũ mercede voluit, dominus tam vberẽ in me declarauit misericordiam & prouidentiam, vt omnis eius substantia in me translata fuerit. Sciens enim quòd ego omni studio seruierim, ille autem non responderit mihi officio suo, tantã nostri habuit curam. Et quòd non hæc absq; causa & vanè dicam, neque temerè accusem, etiã deum habemus testem, eorum quæ pater vester egit erga me. *Vidi enim*, inquit, *quæcunque tibi Laban fecit: quòd non solum mercedem auferet, sed & quòd non vt antea erga te tunc affectus sit,* B *sed alienauerit animum. Ego sum deus qui apparui tibi in loco vbi inunxisti mihi columnam.* In memoriam ei referre vult quę ipsi tunc pollicitus fuerit, dicens: In multitudinem te crescere faciam, & custodiam te, ac reducam te in terram tuam. Ego igitur, inquit, qui tunc apparui tibi, & promissiones tibi feci: ego etiam nunc, quando tempus venit quo ea quæ tunc promisi opere complenda sunt, & regredi te iubeo absque omni mentis angore: tecum enim ero. Ego sum deus, qui apparui tibi in loco in quo inunxisti mihi colũnam, & vouisti mihi votum. Recordari eum facit voti, & promissionis quam receperat. Quod autem erat votum? De his quæ mihi dederis, decimas tibi offeram. Quoniam tũc nihil tecum afferebas, quasi profugus iter faciens: cùm autem tibi apC parerem, vouisti votum, dicens: De omnibus quæ mihi dederis, decimas dabo tibi. Voto & promissione potentiam meam præsignans, & fidei oculis pręuidens futuram abundantiam: nunc quia euenerunt & impleta sunt quæ à me prædicta, iustum fuerit vt & votũ tuum impleas. *Nũc ergo*, inquit, *surge & egredere de terra ista, & vade in terram nativitatis tuæ, & ero tecum.* Ego te vbique comitabor, ego tibi facilem ostendam viam, & nullũ à quopiam damnum feres. Dextera enim mea vbique te proteget. *Hæc audientes Rachel & sua, dixerunt ei: Non est nobis pars vel hæreditas in domo patris nostri. Nónne vt alienæ reputatæ sumus apud eum? vendidit enim nos, & deuorando comedit precium nostrum. †Et deus abstulit omnes] divitias & gloriam à patre nostro, nostræ erunt & filiorum nostrorum: nunc igitur quæcunque dixerit tibi deus, fac.* Vides & has sequentes dei arbitrium, & afferentes rationem cui contradici non potuit. Non est aliquid commune nobis, dicit, cum patre nostro: semel enim nostali dedit.] Diuitias & gloriam quam abD stulit deus à patre nostro, & dedit tibi, nos habebimus. Ne cessa igitur, neque differ, sed fac quæ tibi à deo tuo sunt imperata. Nunc igitur quæcunque dixit tibi deus tuus, fac. *Hæc vt audiuit Iacob, surrexit & accepit vxores suas, & filios, & ascendere fecit super camelos, & abduxit omnia quæ habebat, & supellectilem suam quam acquisierat in Mesopotamia, & omnia sua vt abiret ad Isaac patrem suum.* Considera, obsecro, fortitudinem animæ iusti, & quo modo repulso omni mentis angore ac metu, mandato dominico obtemperauit. Quoniam enim vidit malè sanam mentem Laban: non vltrà, sicut prius, interrogare eum voluit: sed quod imperatũ erat à domino, implebat. Et acceptis mulieribus & pueris, iter arripuit. Laban autem, inquit, abierat ad tondendum oues suas. *Furata autem est Rachel idola patris sui.* Neque hoc absq; causa nobis propositũ est, sed vt sciamus quo modo adhuc paterna habentes cõsuetudinem, idolorum cultui addictæ erant.

†Dimen-nos propri-gratitudi-& benev-lentiam de-monstrem-Deut. 32. Exec. 3. Rom. 12.

†Et qua omnes de-abstulit.

†vendidit.

Animaduerte

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animaduerte enim quantum in hoc ſtudium impenderit, cum nihil aliud à patre auferre voluerit, quàm idola eius, idq; faciebat ignorante viro: neque enim ille hoc permiſiſſet fieri. *Occultauit autem*, inquit, *Iacob à Laban Syro, ne annunciaretur ei quòd fugeret: & abſceſſit ipſe & omnes ſui, & tranſito contendit ad montem Galaad.* Vide, obſecro, etiam hîc magnam dei prouidentiam, quo modo iuſtus tam procul aufugit, & non conceditur Laban vt illius receſſum ſciat. *Tribus enim diebus*, inquit, *præteritis, Laban innotuit. Et aſſumptis omnibus fratribus ſuis, perſequutus eſt eum via dierum ſeptem, & conſequutus eſt eum in monte Galaad.* Obſecro hîc quoque attendas dei prouidentiam. Nam qui dixit, Reuertere in terram tuam, & ero tecum: ille etiam nunc ſuam declarat prouidentiam. Quia enim vidit Laban cum multa indignatione perſequi iuſtũ, & pœnam furtiui receſſus (vt ita dicam) ſumpturum, apparuit Laban nocte in ſomno. *Venit enim*, inquit, *deus ad Laban Syrum in ſomno noctis, & dixit ei.* Vide dei attemperationem, quo modo ob ſuam in iuſtum prouidentiã cum Laban colloquitur: vt territa eius mẽte, impetum eius à Iacob coërceat. *Serua te, ne loquaris cum Iacob mala.*

Magna domini benignitas: quia enim ſciebat ad pugnam contendentem, & contra iuſtum inſurgere volentem hoc verbo mentem eius cõpeſcit, & dicit: Serua te, ne loquaris cum Iacob mala: perinde ac diceret, Caue ne vel verbis offendere Iacob conaris: ſed ſerua teipſum, contine malum tuum impetum, comprime furorem, refræna iratum tuum animum, & ne vel verbo ipſum contriſtari velis. Et conſidera dei prouidentiam. Non imperauit Laban vt ad propria reuerteretur, ſed ſolum prohibet ne quid durum vel moleſtum cum iuſto loquatur. Quare, & propter quid? vt diſcat per opera ipſa iuſtus, quantam ſui curam gerat deus. Nam ſi reuerſus fuiſſet Laban, vnde ſciuiſſet Iacob & vxores? Ideo permittit ei vt abeat, & lingua ſua confiteatur quæ deus dixit ad ſe, quò & iuſtus maiorem alacritatem habeat proficiſcendo, fiduciámque accipiat: & vt filiæ ſuæ diſcant quanto ſtudio deus omnium dominus Iacobum curet, reiiciántque errorem paternum, & imitentur iuſtum, noticiæ dei ſufficientem doctrinam inde accipientes. Neque enim ſic fide digna erant quæ Iacob dicebat, vt quæ à Laban dicebãtur, qui adhuc idola colebat. Semper enim infidelium & aduerſantium religioni teſtimonia, maiorem habẽt fidem. Et hoc eſt ex omnipotenti ſapientia dei, vt inimici veritatis fiãt ipſi teſtes veritatis, & ſua lingua prædicent. *Conſecutus autem Laban Iacobum. Iacob autem fixit tabernaculum ſuum in monte: Laban verò conſtituit fratres ſuos in monte Galaad. Dixit autem Laban ad Iacob: Quid feciſti?* Vide quo modo præceptum dei magnum illius calorem repreſsit, & furorem refrænauit: & idcirco cum magna manſuetudine colloquium habet cum eo, quaſi ſe excuſans, & paternam dilectionem erga illum declarans. Quando enim ſuperna prouidentia nobis aſsiſtit, non ſolum malorum hominum inſidias effugere poſſumus, ſed etſi in beſtias ipſas incidamus, nihil aduerſi nobis euenit. Omnium enim dominus ſuæ virtutis abundantiam declarans, & beſtiarum mutat naturam, & in oues manſuetas transformat: non quòd beſtialem eis naturam immutet, ſed relicta natura eas oſtẽdere facit ouium morem & naturam. Idq; non ſolum in feris hoc quis videre poterit, ſed & in elementis ipſis: quando enim vult, tunc & elementa ipſa naturæ ſuæ obliuiſcuntur, & neque ignis facit quod ignis ſolet. Et hoc quoque diſcere poterit aliquis tam in tribus pueris, quàm in Daniele. Nam hunc leones ſicut oues circundabant, & ſuperna gratia retuſa eorum ferocitate, nihil illum incommodabant. Nam quòd ferocitatem non exercentes feræ, eam tamen retinuerint, hi qui feris truculentiores erant, re ipſa experti ſunt. Hoc autem ad maiorem illorum accuſationẽ factum eſt, quia ratione inſigniti, crudelitate beſtias ratione carentes vincebant. Tandemque didicerunt reipſa per eos qui in lacũ conIecti fuerunt, quòd non eſſet apparentia vana, quòd leones iuſto pepercerant, quaſi reueriti eum, & non audentes eius contingere corpus. Nam in illo imitabantur ouium manſuetudinem, & naturæ obliuiſcebantur, in iſtos autem ferociam ſuam declarabant. Similiter & in fornace ignis factum eſt: nam eos qui intus erant, inq; medio ignis erant, reuerebatur elemẽtum, & non vrebat ignis: ſed quaſi ligata operatione ſua, ita nihil nocebat illorum corporibus, & neque capillos eorum attingere auſus fuit, quaſi mãdato alicuius elemẽtum propriam declarare virtutem prohiberetur: hos autem qui extra fornacem erant, abſumpſit. In vtroque magna dei potentia declaratur, & quia illi intus manſerunt illæſi: & quia qui foris erant, perierunt. Sic quando ſuperna gratia munimur, nõ ſolum effugimus inimicorum inſidias, ſed etſi in beſtias ipſas incidamus, nihil patimur graue. Dei enim manus potẽtior eſt omnibus, ipſa nos vndequaque ſatis munit, & inuictos facit: id quod & in iuſto hoc declaratũ eſt. Nam qui tanto impetu comprehendere Iacob, & pœnam fugæ de eo ſumere volebat: non ſolum nihil aſperum & durum aduerſus eum loquitur, ſed ſicut pater filium compellans, ita blandis verbis conuenit: dicit enim, Quid feciſti? Quare clandeſtino abſceſsiſti? Vide quanta mutatio, vide quo modo is qui vt beſtia inſaniebat, ouiũ imitatur manſuetudinem. *Quare clanculò diſceſsiſti, & mea furtim abſtuliſti, & abduxiſti filias meas quaſi captiuas gladio?* Quare, inquit, hoc feciſti? quid tibi viſum fuit? quid prę te tuliſti? quare ſic occulto paraſti abitionem? Nam ſi annunciaſſes mihi, cum magno honore & lætitia fuiſſem te proſequut'. Enimuerò ſi hoc ſciuiſſem, cum muſicis & tympanis & cithara proſequutus fuiſſem te: non ſum dignus habitus oſculari filias meas, nunc autem inſipienter egiſti. Vides quo modo nunc ſemetipſum arguit, & per linguam ſuam fatetur: quia ipſe quidem iuſtum malè afficere paratus fuerit, dei autem prouidentia à molimine ſuo ſe impediuerit. *Valet*, inquit, *manus mea te affligere, deus autem patris tui heri mihi dixit: Serua teipſum, ne fortè loquaris cum Iacob mala.* Cogita hîc quanta conſolatione iuſti facta fuerint verba hæc: & conſidera quo modo hîc effatur quæ aduerſus iſtum decreuerat, & qualiter eum comprehendere voluerit, & quòd timor dei à malis conſiliis impediuerit. Deus patris tui, inquit. Vide quo modo & ipſe Laban non parum vtilitatis hinc perceperit, maximam inde virtutis dei accipiens demonſtrationem, ex his quæ ſibi dicta fuerunt. Verum quia & tu, inquit, hoc decreuiſti, & deus eſt qui tantam cui curam gerit.

Nunc igitur vade. Magno enim deſiderio deſiderasti abire in domum patris tui. Quare furatus es deos meos? Eſto, inquit, hoc decreueris, vt abeas in domum patris tui: quare deos meos furatus es? O excellentem inſipientiam. Tales ſunt dij tui, vt quis eos furari queat? Non erubeſcis dicens: Quare furatus es deos meos? Vide quanta fuit erroris grauitas, dum hi qui ratione præditi colunt lapides & ligna. Et ſunt hi dij tui ô Laban,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui neque cum furaturi se quidam erant, iuuare se potuerunt? Quî enim possent qui é lapide sunt confecti? Deus autẽ iusti, & ignorante iusto impetum tuũ coërcuit: & non cogitas erroris magnitudinem, & iustum furti arguis? Quare enim iustus illos furari voluisset, quos abominabatur, imò quos sciebat esse insensatos lapides? Porrò hęc cum audisset Iacob, primum magna mansuetudine de obiectis criminibus se purgat, & tũc vt inquirantur dij, iubet. *Dixi enim*, inquit, *ne fortè auferas filias tuas à me, & omnia mea. Quia*, inquit, *videbam te non benè ergà me animatũ, anxius fui, ne fortè conareris auferre filias tuas, & facultates meas, & priuare me meis, sicut quondam feceisti. Ista igitur causa timoris fecit, vt clàm te abirem. Cæterùm apud quem inueneris deos tuos, non viuet coràm fratribus nostris.* Vides quòd ignorabat Iacob furtum à Rachël commissum? Vide enim quãta austeritate suppliciũ decernit ei qui furtum admiserat. Apud quem, inquit, inuenti fuerint, non viuet coram fratribus nostris. Non solũ, inquit, quia ablatũ est, sed & quia furtim, qui fecerit manifestã sui flagitij pœnã feret. Scias si quid est tuorũ apud me, & accipe. Scrutare, inquit, si quid abstuli, quod non oportebat. Nihil aliud in me arguere poteris, quàm quòd clã abierim: & hoc non volũtario fecerim, sed suspicatus iniusticiam, & timens ne velis auferre filias tuas, & alias meas facultates vbi rescires. *Et non agnouit apud eos aliquid. Nesciebat autem Iacob quòd Rachel vxor sua furata fuisset ea. Ingressus autem*, inquit, *Laban, scrutatus est domum Liæ, & non inuenit. Ingressus est autem & in domum Rachel. Rachel verò accepit idola, & posuit ea subter stramenta camelorum, & sedit super ea. Et dixit patri suo: Ne grauiter feras domine mi, Non possum surgere coram te, quia secundum consuetudinem mulierum mihi est. Scrutatus autem est Laban in tota domo eius, & non inuenit.* Magna Rachelis solertia, per quam deludere potuit Labanẽ. Audiant qui adhuc erroribus sunt addicti, & idololatriã magnificiunt. Posuit ea subter stramenta cameli, & sedit super ea. Quid his magis ridiculũ? quid his stultius? Ratione præditi, & tantã à misericordia dei assequuti dignitatem, lapides insensatos putant colẽdos: & neque in mentẽ suam accipiunt absurditatem, sed à consuetudine sua quasi oues abducũtur. Et ideirco Paulus quoq; scribens dicebat: *Scitis* † quando ‡ gentes eratis, ad idola muta vtcunq; ducebamini euntes. Et rectè dixit, muta. Qui vocem, inquit, habetis & aures, & rationis estis participes, ad ea quæ nullum sensum habent, sicut bruta, abducimini. Et qualem, qui talis est, veniã mereretur? Sed videamus quo modo iustus nunc fiduciam acceperit partim ex his quæ Laban confessus est, partim quoniam nullũ crimen contra se inuenerat reprehensione dignum, quid dicit? *Iratus est autem*, inquit, *Iacob, & contendit cum Laban, & dixit.* Vide quo modo etiam expostulando animæ suæ virtutem detegit.

1 *Cor.* 12. a
† *quòd.*

Quæ iniusticia mea, vel quod peccatum meum, inquit, *quòd persequutus es me?* Quare, inquit, tanto impetu insectatus es me? qualem iniusticiam mihi potes opprobrare? quale peccatum? Neq; id satis, nisi & tantam superinduxisses contumeliã, vt scrutareris omnia quæ in domo mea.

Quid inuenisti de omnibus vasis, quæ in domo mea? pone hîc coram fratribus tuis & fratribus meis, & iudicent inter nos duos.

Tanto, inquit, scrutinio facto, potuistine aliquid inuenire quod ad me non attineat, vel quod tuũ sit. Si inueniſti, profer in mediũ, vt qui hîc assunt apud me & te iudicium faciãt. Quoniã vidit se irreprehensibilem in omnib⁹, magna sumpta fiducia, enumerat beneficia quæ illi per omne tempus exhibuit, & inquit: *His sunt viginti anni, quibus tecum sum?* Pro labore tot annorum, A hísne dignus eram? haccine, inquã, cõtumelia? Hi mei viginti anni? Hodie viginti annorum compleui in domo tua numerum, *Oues tuæ & capræ tuæ steriles non fuerũt, arietes ouium tuarum non comedi, captum à fera tibi non attuli, ego satis feci de meo, furta diei & furta noctis. Die vrebar æstu, & nocte gelu, & discedebat somnus ab oculis meis.* Obliuisceris, inquit, laborum quos exantlaui pascens oues tuas & capras? Num potes arguere quòd vnquam oues vel capræ tuę fuerint steriles? Vide quantam demonstrat à deo beneuolentiam contigisse domui Laban propter suum aduentum. Hoc enim est id quod & suprà dicebat: Benedixit te deus ad pedẽ meum. Hoc enim nullus à pastore exigeret. Neq; enim pastoralis artis hoc opus est, sed naturæ. Propterea ante omnia hoc ponit, prouidẽtiáque superna factum hoc fuisse in pecudibus ostendit. Arietes ouium tuarum nõ comedi. Non potes, inquit, dicere quòd aliquando comederim arietem de gregibus tuis: qui scilicet multorũ pastorum mos est. Bestia captum non attuli tibi: neque ipse, inquit, aliquando comedi, neque bestia aliquando rapere potuit. Num attuli aliquid à bestia captum? An non quotidie vides eos quibus greges crediti sunt, capta à bestiis afferre dominis? At tu nihil tale vel demonstrare vel obiicere factum potes in viginti annis. Et quid dico captum à fera? sed neque si furto ablatum quid, vt sæpe contingit, ad noticiam tuam venire feci: sed ego pro his quę furtim ablata fuerunt satis feci, siue die siue nocte accidisset. Et cum æstus flagraret, ferebam fortiter, similiter & frigus noctis noctis, vt illæsi conseruarentur greges tui: & non hoc solum, sed & ipse somnus propter multam curam discedebat ab oculis meis. Vidisti pastoris vigilantiam? vidisti intentum studium? Qualem habebunt excusationem ij, quibus rationales greges crediti sunt, & magnam præ se ferunt negligẽtiam: & quotidie, iuxta prophetam, pecudes alias mactant: alias à bestiis captas contemnunt: alias verò ab aliis raptas, reducere nõ curant: tametsi minor sit labor, & cura facilis? Anima enim est quæ docetur. Illic autẽ multus est & corporis & animæ labor. Vide enim, inquit, factus sum die adustus æstu, & gelu nocte, & discedebat somnus ab oculis meis. Quis hæc nunc potest dicere, quòd propter eorũ salutẽ quos pascit, tot ferat labores & pericula? Et hoc quidẽ nunc nullus dicere audet. Paulo autem soli licebat hoc fidenter dicere, atq; his maiora. Et vbi, inquis, Paulus hæc sustinuit: audi eũ dicentem: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? O pastoris dilectionẽ indulgentissimam. Alienæ ruinæ meos dolores augẽt, aliena scandala fornacẽ doloris mei succendũt. Hunc omnes imitẽtur, quib⁹ rationales oues cõcreditæ sunt: & ne deteriores fiant hoc, qui tãtæ in brutis pecudibus custodiẽdis vigilantię fuit, idq; tot annorum numero. Et illic quidem, si incuria quædam acciderit, nullum † *fraudis* damnum: hîc autem si vel vna ouis rationalis perierit, * *ignari* vel à bestia fuerit capta: graue damnum, maximũ de- *agni sep-* trimentum, ineffabilis pœna. Nam si dominus noster *dilegẽs ip-* sanguinem suum proprium effundere pro illa nõ de- *negulam* clinauit: qua venia dignus fuerit, qui sic honoratam à *mansuetu-* domino despicere voluerit, & non omnia quæ potest *dinem in* in curanda ouicula adimpleuerit? Cæterum ad seriem *lebens in* sermonis redeamus. *Hi mihi*, inquit, *viginti anni quibus apud* *eum ego* *sum in domo tua. Seruiui tibi quatuordecim annis pro filiabus tuis, totidem, & & sex annis pro ouibus tuis, & † mutasti mercedem decem * agnis: fidei ve- & nisi deus patris mei Abrahæ, & deus Isaac fuisset mihi adiutor, cibum pri- nunc fortè me vacuum dimisisses. Humilitatem meam & laborẽ ma- pe.*

B

C

D

2 *Corinth.* 11.

manum

Universidad de Deusto
Biblioteca

xum meorum vidit deus, & arguit te heri. Vides quo modo ea quæ confessus est Laban, animarunt iustũ, & fiduciæ argumentum præstiterũt: Vidisti, inquit, quo modo viginti annorũ numero seruiui tibi: pro filiab⁹ quatuordecim annis, reliquis autem pro ouibus: tamen priuare me voluisti mercede, & nõ te super hoc argui? Verum ex illis ipsis quæ tu confessus es, scio quòd nisi deus Abraham & Isaac fuisset mihi adiutor, nunc me vacuum dimisisses & nudũ: omnia fortè abstulisses à me, & iniusticiam quam proposueras, opere cõpleuisses. *Sed deus qui scit humilitatem meam, & laborem manuum mearum.* Quid est, humilitatem, & laborem manuum mearum? Quoniam, inquit, scit deus quo modo ego magno studio seruitutem meam perfecerim, & quantum laborẽ sustinuerim, pascẽs oues, die noctuq; in curis versatus: ad illa, inquam, respexit misericors dominus, & heri arguit te: coërcuit iniusticiam quam aduersum me struebas, & irrationabiles tuos conatus. Satis defendẽdo se, taxauit Labã: & postquã reprehẽdisset illi⁹ in se iniusticiã, sua in illũ beneficia recẽsuit. Ideo ille erubescẽs de his quæ dixerat, nũc in timore assistit, & fœdera inire vult cum iusto. Vide prouidentiã dei, qui tanto impetu ad persequendũ exierat, timore coactus est vt ab eo & fœdera quæreret. *Respondens autem Laban, dixit ad Iacob: Filiæ tuæ, filiæ meæ: & filij tui, filij mei: & pecora tua, pecora mea: & omnia quæcunque tu vides, mea sunt, & filiarũ mearum: quid facerem illis hodie, vel pueris qui ab eis sunt nati?* Scio, inquit, ꝙ filiæ meæ sunt, & omnia quæcunq; habes, ex substantia mea accesserunt. Quid igitur facerem illis hodie, vel pueris qui ab eis nati? *Nunc igitur veni, & iniamus fœdus ego & tu, & erit in testimonium inter me & te.* Pacta, inquit, faciamus, & erũt in testimoniũ inter me & te: in iudiciũ & demonstrationem. *Dixit autem ei: Si quis transgredi attentauerit, quæ nunc à nobis sunt proposita. Ecce nullus nobiscũ, deus autem testis inter me & te.* Considera quo modo paulatim & Labã ad cognitionẽ dei ducitur. Nam qui ante hoc arguebat iustũ de furto deorum suorum, & tantã propter eos scrutationem faciebat: nunc, inquit, quia nullus est inter nos, qui possit, si quid post hac nouatũ fuerit, testis esse fœderis nostri, deus testis sit inter me & te. Ille, inquit, adest, qui omnia videt, quem nihil latere potest, qui vniuscuiusq; mentẽ agnoscit. *Tulit autem,* inquit, *Iacob lapidem, & statuit in columnã, & fecit collẽ, & comederunt super collem. Et dixit ei Labã: Collis hic testabitur inter me & te.*

Quid est, collis hic: id est, verba quæ fiunt in hoc colle, memoria perpetua erunt. Et vocauit nomen eius loci, Collis testimonij. Deinde, inquit, *Aspiciat deus inter me & te.* Attende quo modo pœnam iterũ à deo precatur Laban. *Aspiciæ,* inquit, *deus inter me & inter te, quia secedimus alter ab altero.* Nũc, inquit, separamur, & tu quidem ibis in domũ propriã, ego autẽ redibo in domũ meam: *si humiliaueris filias meas, si acceperis vxores ad filias meas. Vide, nullus nobiscũ est qui videat, deus testis.* Cõsidera quo modo semel, & iterũ atq; sæpius deum in testẽ vocat. Quia prouidẽtia, quam expertus erat Iacob, docuit eũ quanta esset eius potentia, & quòd impossibile sit aliquid occultum esse oculo qui dormitare nequit: propterea inquit, Etiamsi separemur, etiamsi nullus alius adsit, qui testificari possit, hic testis erit vbiq; præsens: per singula verba docet quòd totius terrę sit dominus. *Et dixit,* inquit, *Iacob, Ecce collis ille testatur. Deinde iterum Labã inquit, Si enim ego non transiero ad te, neq; tu transeas ad me collem hunc & columnam hanc in malicia: deus Abrahã & deus Nachor iudicabit inter nos.* Vide quo modo cũ patre & auum suũ coniunxit, qui frater fuit patriarchæ, suus autem auus.

Deus Abraham & deus Nachor iudicet inter nos. Et iurauit Iacob per timorem dei patris sui Isaac, & sacrificauit sacrificium in monte: & vocauit fratres suos, & comederunt, & biberunt, & dormierunt in monte. Surrexit autem Laban mane, & osculatus est filios suos & filias suas, & benedixit eis: & reuersus Laban abiit in locum suum.

Vidisti dilecte quanãcta dei sapientia, quo modo vno facto & suam erga iustum declarat prouidentiam, & illum ab iniusticia abduxit, & in diuinæ noticiæ viam paulatim inducit Labanem, interminando ei ne quid malum contra Iacob loqueretur: & quasi bestia accurrens, & con:prehendere volẽs & interficere: desinit in defensionem, & in filiorũ filiarumq; deosculationem, & sic domum redit. Forte prolixius sermo se extendit, sed ignoscite: non hoc sponte admisimus, sed coëgit nos historię ratio. Ideo hic missum facientes sermonẽ, oramus vestram charitatem, vt omnia faciamus & tractemus, quò supernam nobis cõciliemus gratiã. Nam si deum habuerimus amicum, omnia nobis facilia erũt: & nihil nos in præsenti vita contristare poterit, quanuis iniucundũ esse videatur. Tanta enim supernæ virtutis est excellentia, vt etiam ea quæ tristia sunt, iucunda facere queat: sic & Paulus in afflictionibus existẽs, gaudebat & exultabat, expectatione repositorum bonorum animatus. Propterea & propheta dicebat: In affl. *Psal. 4. d*
lictione dilatasti me: docẽs nos, quòd in ipsa afflictione securos & beatos faciat. Talem igitur habentes dominum, tam potentem, tam sapientem, tamque misericordem, & quod nostrum est afferamus, virtutisque magnam habeamus rationem, vt non solum præsentia, sed & futura bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre gloria, & imperium simul cum sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et eleuatis oculis Iacob vidit castra dei metata, & occurrerũt ei angeli dei, quos cum vidisset dixit: Castra dei sunt hæc, & appellauit nomen loci illius Castra. *Homilia LVIII.*

SCio quòd heri defatigati fueritis, nobis sermonem prolixius extendentibus: sed bono estote animo, labor vester non est inanis: In domino enim spes est, quòd & breuis labor magnam mercedẽ vobis allaturus sit. Nam licet corp⁹ fatigaretur, anima tamẽ magis confirmabatur. Ideo & ipse videns vestrum feruens desiderium & studiũ, volebam quidem ebbreuiare sermonẽ, sed antequã finiretur historia, nolui, sciens me vobis hac ratione magis gratificaturum. Multitudo enim dictorũ satis declarabat inexplebile vestrum desiderium, & studium audiendi auidum: propterea & ipse cũ maiori alacritate vos docere incipio, videns vestrã quotidie appetentiam crescere. Age & hodie quæ sequuntur hesternam lectionẽ, pro virili nostra pertractemus, consuetũ vestræ charitati conuiuiũ proponẽtes. Et videamus post discessum Laban, quo modo iustus iter arripiat. Nihil enim superuacaneum in diuina scriptura positum est, sed omnia quæ à iustis fiũt, maxima vtilitate plena sũt. Quoniã enim vniuersorũ dominũ continuò habuerunt comitẽ, & itineris difficultates reddentẽ faciles, multum etiam nos vtilitatis ex paruo eorum itinere possumus percipere. Nam postquam Labã in domum *Ca. XXXII*
suam abiit. *Et Iacob viam suam perrexit, & eleuatis oculis, vidit, castra dei castra metata esse, & occurrerunt ei angeli dei.* Postquam enim cessauit, & finem habuit timor Laban, excepit eum timor fratris: propter hoc misericors dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cors dominus animare iustum volens, & omnem eius metum discutere, fecit vt angelorum videret castra.

Occurrerunt enim, inquit, *ei angeli dei. Et dixit Iacob, Castra dei sunt hæc. Et vocauit nomen loci eius, Castra.* vt ex ea appellatione perpetua maneret memoria visionis, quæ illic contigerat. Deinde post visionem hanc, *Misit*, inquit, *ante se nuncios ad Esau fratrem suum, & mandauit eis, dicens: Sic dicetis domino meo Esau.* Vide & post visionem, quantus adhuc timor vrgebat iustũ. Timebat enim fratris violentiam, & angebatur animo, ne fortè memoria eorũ quæ olim facta sunt impelleret illum ad insidias. *Dicite*, inquit, *domino meo Esau. Sic dicit seruus tuus Iacob: Peregrinus fui cum Laban, & lõgo tempore ibi moratus sum vsque nunc, & contigerunt mihi boues & asinæ & oues & serui & ancillæ, & misi vt annunciaretur domino meo Esau, vt inueniat puer tuus gratiam coram te.* Attende quo modo timuerit fratrem: & propterea placare eum volens, præmittit: significãs ei & reditum suum, & substantiam quæ sibi contigerat, & vbi tanto tempore moratus fuerit, vt placato eius furore, clementem facere posit: id quod & factum est, deo cor illius demulcente, & tractabilem extincta ira faciente. Nam si Labanem, qui tanta concitatione persequebatur, timere fecit per ea quæ ad ipsum dicebat: multo magis fratrem mansuetiorem fieri erga iustum fecit. *Reuersi sunt autem*, inquit, *dicentes: Venimus ad fratrem tuum, & venit in occursum tuum, & quadringenti viri cum eo.*

Vide quo modo & istucipsum auget metum iusti. Neque enim sciebat euidenter mentem fratris: sed vt didicit multitudinem venientium cum illo, formidauit, suspicans ne quasi in bellum contra se veniret, & ita vellet occurrere. Timuit enim, inquit, Iacob, & perplexus erat, & formido mentem eius turbauerat, & nescie bat quid faceret, sed mãsit perplexus: propterea timuit quasi de salute sua, & mortẽ ante oculos habens. *Diuisit autem in duas turmas omnem populum, qui secum erat. Dixit enim: Si venerit ad turmam vnã, & percusserit eam, erit adhuc altera quæ saluabitur.* Talia suggerebant ei timor & magna formido. Videṡ autem se quasi in reti comprehensum, ad inuictum dominũ confugit, & promissiones quę ei factæ erant repetit ab omnium deo: quasi dicens ad eũ, Nunc venit tempus in quo & propter primogenitorum virtutem, & propter promissionem quæ à te facta est mihi, dignus habear qui tuo adiuuer præsidio. *Dixit enim Iacob: Deus patris mei Abraham, & deus patris mei Isaac tu es, qui dixisti mihi, Vade in terram natiuitatis tuæ,* Quę euocasti, me, inquit, de terra aliena, & præcepisti vt rediré ad patrem meum, & in terram natiuitatis. Satis mihi sit de omni iusticia & veritate, quam fecisti puero tuo. Suffeis mihi, inquit, ad subsidium in præsenti tempore. Qui enim vsq; ad præsens tempus tantam erga me declarasti prouidẽtiam, potẽs es etiã nunc eripere me ab vrgẽtbus periculis. Non enim ignoro, quòd in isto baculo meo transiui Iordanem. Sed propter tuam de me solicitudinem, qui baculum solum gestans abiui in terram alienam, nunc cum duabus turmis aduenio, tu igitur domine, qui tantam mihi substantiam concessisti, qui tantum augeri me fecisti, nũc eripe me de manu fratris mei Esaũ: *quia timeo ego eum, ne fortè percutiat me, & matrem, cum pueris. Tu dixisti: Bene faciam tibi, & ponam semen tuum sicut arenam maris, quæ numerari nequit, præ multitudine.*

Vide iusti religiosum animum, & magnam gratitudinem: quo modo non aliud dominum precatur, quam vt suas promissiones adimpleat. Et de prioribus demonstraturus gratiarum actionem, confitetur quòd ex nudo, & omnibus destituto in tantam peruenerit abundantiam: & supplicat vt de periculo se liberet. Dixisti enim, inquit, Ponam semen tuũ sicut arenam maris, quæ dinumerari nequit. Cum igitur orationem suam ad deum fecisset, & supplicationem precum obtulisset, facit & suum officium. Et acceptis muneribus ex his quæ afferebat, misit fratri, cùm segregasset quæ mitterẽtur, & mãdata dedisset ita vt placaret etiã per verba animꝰ fratris, & suus nũciaretur aduẽtus. *Dicite etiã*, inquit, *Ecce puer tuus aduenit post nos, vt primũ reddatur amicus, & tunc in facié eius occurram.* Post hac enim, inquit, videbo faciẽ eius. Fortè enim accepta erit ei facies mea, & antecedant dona secundũ faciem eius. Verum vide, obsecro, ineffabilem dei misericordiã, & quo modo semper congruo tempore suam declarat prouidentiã. Nã de Laban quidẽ, quoniam iustus nihil talium suspicabatur, neq; sciebat quòd Laban cum tanta vi inuadere se vellet, vt vlciscerẽtur clancularium suũ absces̃sum: dictum est quod apparuit angelus nocte Laban, & repressit eius impetum, mandatumq; dedit ne vel asperum verbum loqueretur Iacob: dicit enim, Ne loquaris cum Iacob mala. Et hoc ita dispensabat, quò per illius linguam notum fieret iusto, vt fidentiori esset animo, comperta tãta dei in se prouidentia. Nunc autem quia frater temporis longitudine mitigatus erat, quieuerat q; ira & indignatio cõtra Iacob: hic autem anxius erat, timens & tremens fratris occursum: bonus dominus non iam Esaũ precipit, nihil enim contra fratrẽ meditabitur, sed iustum solatur. *Nam postquam misisset offerẽtes munera, & dormiuisset, surrexit in nocte illa, & vxorei duas & filios transmisit in transitu Iaboth, & accepit eos, & transiit torrentem. Relictus est autem Iacob solus, & colluctatus est homo cum eo.*

Magna domini misericordia, quoniam occursurus erat fratri, vt sciret reipsa quòd nihil asperum laturus esset, in figura hominis luctari cum iusto voluit: deinde videns se vinci, apprehendit, inquit, latitudinem lũbi eius. Totum autem hoc factum est, vt se illius humilitati attemperaret, & formidinem ex anima iusti eximeret, & persuaderet ei, vt citra angorem fratri occurreret. *Nam cum tenuisset latitudinem lumbi Iacob, emarcuit † neruus qui super latitudinem lumbi ‡ Iacob, cum colluctaretur ille cũ eo.* † Latitudo lumbi. Deinde vt sciret Iacob virtutem eius quem secum luctari putabat, dicit ad eum: *Dimitte me, ascendit enim aurora.* Sentiens igitur iustus magnitudinem virtutis eius qui hæc sibi dixerat: dixit, *Minimè te dimittam, nisi me benedixeris.* Magna enim consequutus sum, & quæ supra meam sunt dignitatem: non prius te relinquam, donec benedictionem à te accipiam. Deinde dicit,

Quod nomen tuum est? Vide iterum quantũ sese humiliet & attemperet. Nam si nõ interrogasset, nesciuisset iusti nomẽ? Sed vult eius fiduciam solidare, & docere quis sit qui ei loquatur. *Et postquam dixit, Iacob, dicit. Non vocabitur nomen tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Quoniam si contra deum fortis fuisti, multo magis contra homines potens eris.*

Vidisti quo modo ostẽdit totam causam, propter quã adeo se humiliauit? Et simul docuit iustum per nominis impositionem, quis esset, quem viderit & comprehenderit. Non vltrà enim vocaberis Iacob, sed Israël erit nomen tuum. Israël autem: si quis interpretetur, sonat mẽs videns deum. Quoniam sicut videre homini possibile est, videre meruisti: propterea & hanc appellationem tibi impono, vt omnibus posteris manifestum sit quam visionem assequutus fueris. Et subiicit: Quoniam præualuisti contra deum, & cõtra homines potens eris: nihil amplius time, neq; damnum aliquod expectes, quod ab aliquo feras. Nam qui tantam virtutem ac- ‡ Israel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem accepisti, vt cum deo luctari valueris: multo magis homines superabis, & inuictus omnibus eris. His auditis iustus, obstupescens magnitudinem eorum quæ ad se dicta erant, dicit ei: *Annuncia mihi nomen tuum. Et dixit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit eum.* Intra tuos limites mane, & ne transgrediaris mensuram tuam. Vis meam benedictionē obtinere: ecce eam tibi do: dicit enim, *Et benedixit eum. Et vocauit*, inquit, *Iacob nomen loci huius, Speciem dei. Vidi enim deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Vides quantum ei fiduciæ à visione concessum: Salua facta est anima mea, quæ erat propemodum mortua præ timore: quoniam videre mihi datū est facie ad faciem deum, salua facta est anima mea. Ortus est autem ei sol, quando præteriit visio dei. Vidisti quo modo infirmitati humanę dominus sese attemperans, omnia agit & tractat vt suam misericordiam declaret. Et ne admireris, dilecte, quòd tanta humiliationis illius magnitudo: sed cogita quòd & patriarchę, cū apud quercum sederet, in hominis figura cum angelis hospes fuerit: præsignans nobis iam multo antea & ab initio, quòd humanam naturā suscepturus esset, vt sic omnem humanam naturam à diaboli tyrannide liberaret, & ad salutem reduceret. Verum tunc quidem, quoniam initium & principia erant, in figura vnicuiq; illorum apparebat, sicut ipse per alium prophetam dicit: Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Quādo autem dignatus est dominus humanam formam susciperę, & primicias nostras recipere, non putatiuam neque apparentem tantum carnem, sed veram induit. Et ea propter voluit per omnia nostra trāsire, & ex muliere nasci, & infans fieri, & pāniculis inuolui, & lacte pasci, aliāque omnia ferre, vt dispensationis veritas credibilior esset, & hæreticorum ora obturarētur. Propterea & dormit in naui, & iter facit, & fatigatur, & omnia humana sustinet, vt per res ipsas certisq; argumentis persuadeat: propter hoc etiam tribunali assistit, & crucifigitur, & mortem sustinet ignominiosissimā, & in sepulchro ponitur, vt sua incarnatio per omnia fiat manifesta. Nam si nō verè carnem nostram assumpsit: neque crucifixus est, neque mortuus, neq; sepultus: neque resurrexit. Quòd si non resurrexit, omnis de incarnatione sermo subuersus est. Vides in quantam absurditatem incidunt, qui diuinæ scripturæ canonem imitari nolunt, sed suis cogitationibus permittunt omnia? Verum sicut hîc perspicua est veritas, ita apud iustum illū apparentia quædam erat, per quam iustus multis argumentis certior fieret, quantam sui curam deus haberet, & quòd inuictus sit futurus ab omnibus qui sibi insidiantur. Deinde, vt posteritati nota fieret visio ei facta: *claudicauit*, inquit, *fœmore suo. Propter hoc nō comedunt filij Israel neruum, qui emarcuit, qui est super latitudinem fœmoris, vsque in hunc diem: quia tetigit neruum super latitudinem fœmoris Iacob, & emarcuit.* Quoniam enim iustus impletis vitæ suæ annis, emigraturus erat ex hac vita: oportebat autem prouidētiam dei in illum, & tantam dei † dignationem, omni hominum generi manifestari: ideo inquit, Non comedunt filij Israël neruum latitudinis fœmoris, qui emarcuit: sciens eorum magnam ingratitudinem, & quòd obliuiscantur dei beneficia, perpetuò artibus quibusdam inducit eos, vt habeant memoriam eorum quæ à se facta sunt, taliaq; excogitat monimēta per illas obseruationes, id quod per scripturam totam inuenies. Hæc enim maxima causa est plurimarum obseruationū, & quòd vult perpetuò futuras generationes meditari beneficia dei,

Oseæ 11.c

† *attemperationem.*

& non obliuione vnquam obliterātes ad suos errores recurrere: qui mos fuit ludæorum genti peculiaris maximè. Nam qui in beneficiis sæpe summam præ se tulerunt ingratitudinē, multo magis nisi hoc fuisset factū, omnia quæ à deo in ipsos facta sunt, è mente sua abiecissent. Cęterum videamus nunc, quo modo fratri suo Iacobus occurrerit. Postquam enim ex his quæ facta sunt iustam accepit exhortationem, & sufficiens solatium & promissionem, quòd fortis futurus esset, & potens etiam contra homines. *Eleuatis oculis vidit, & ecce Esau frater eius, & quadringenti viri cū eo. Et diuisit Iacob pueros* † *Liæ, & Rachel, & duarum ancillarum. Et posuit duas ancillas & pueros earum in principio & Liam & pueros eius postea, & Rachel & Rachel, ac Ioseph postremos, ipse autē præcessit ante eos, & adorauit sup terrā & duas aspticas, donec appropiauit ad fratrem suum.* Vide quo modo diuisione facta, ipse præ omnibus occurrit: & adorauit super terram, inquit, septies, donec appropiauit ad fratrem suum: prouocans & per gestus, & per adorationē fratrem in sui beneuolentiam: id quod & factum est. *Non vt Esau occurrit*, inquit, *amplexatus est eum, & osculatus est, stringens collum eius: & flebant vterque.* Vide dispensationē dei. Quia quando vult omnium dominus suam erga nos declarare prouidentiam, & eos qui atroci in nos animo sunt, ouibus mansuetiores facit. Considera igitur quantam mutationem declarat Esaü. Accurrit enim, inquit, in occursum eius, & amplexatus eum, osculatus est, & fleuerunt ambo. Vix tandem iustus respirauit, & timorem excussit, animosior factus. *Eleuatis autem oculis*, inquit, *vidit mulieres & pueros & dixit. Quid, hæc tua sunt?* Videns iusti facultatum abundantiam, in admirationem adductus est, ideo & rogare voluit. Quid igitur iustus? *Pueri*, inquit, *sunt, quibus misericorditer donauit deus seruum tuum.* Vide quantum mansuetudinis robur: & quo modo per verborum modestam humilitatem, illius indignationem fregit & mitigauit. *Et appropiauerunt*, inquit, *ancillæ & filij, & adorauerūt Lia & Rachel. Et dixit*, inquit, *Quid, hæc tua sunt? quæ autem turmę illæ, quę mihi obuiam venerunt? Ille autem dixit: Vt inueniat seruus tuus gratiam coram te.* Considera, obsecro, quo modo humilitate excellenti fratrem deuicerit: & quem putabat affici erga se hostiliter & atrociter, ita inuenit mansuetum, vt voluerit in ministerium eius omne officium suum declarare. *Dixit enim*, inquit, *sunt mihi multa, frater: sint tibi tua.* Verum neq; hoc permisit Iacob, sed monstrans quanti faciat eius amiciciam, inquit: *Si inueni gratiam coram te, accipe dona de manibus meis.* Nam propter hoc videbam faciem tuam, quasi aliquis videat vultum dei. Accipe, inquit, dona, quæ à me tibi afferuntur. Cum tanta enim iucunditate vidi faciem tuam, cum quanta quis viderit dei faciem. Hoc magni obsequij gratia dictum est à iusto, vt eum demulceret, & ad fraternam beneuolentiam duceret. Beneplacitum mihi facies, hoc est, gratum mihi facies. Accipe igitur benedictiones quas attuli tibi, quia misertus est mei deus, & sunt mihi omnia. Ne detrectes, inquit, accipere. Hæc enim omnia à deo mihi donata sunt, & hic mihi horum omnium suppeditator factus est. Per quæ placidè & illum docuit, quantā erga se fuerit dei prouidentia, & effecit vt magnam sibi reuerentiam exhiberet. *Et coegit eum, & accepit.* Vide nunc mutationem. *Et dixit Esau, Profecti eamus in rectam:* hoc est, nunc communiter & simul iter faciamus. Ille autem causatus honestū prætextum: *Dominus meus*, inquit, *scit quòd pueri mei tenerieres, & oues & boues fœtæ sint: si igitur sequi ea cogam, vno die morientur.* Non possum, inquit, acceleratius

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere iter: sed cogor lentè & pedetētim progredi, tam propter pueros, quàm propter pecudes, vt non labore plurimo pereant. *Vade igitur*, inquit, *tu, ego autem parcens labori puerorum & pecudum, conueniam te in Seir. Quibus auditis, frater: si vis*, inquit, *relinquam aliquos meorum apud te.* Faciebat hoc in signum magni honoris & officij. Ille autem nihil tale accepit. Sufficit enim mihi, inquit, quòd verè inueni gratiam coram te. Hoc vnum mihi curæ erat, vt amicum te inuenirem. Quoniã igitur hoc assequutus sum, non alterius cuiuspiam indigeo. *Et profectus*, inquit, *Iacob, fecit sibiipsi & iumentis suis tabernacula: propterea vocauit locum illum Tabernacula.* Hæc audientes imitemur iustum illum, & eandem declaremus humilitatem animi: & si qui sunt qui malè nobis afficiuntur, non magis eorum accendamus iram, sed magna mãsuetudine & humilitate tam verborum quàm operum, reprimamus eorum inimicicias, & afflictas eorum curem⁹ animas. Vide enim sapientiam huius iusti, quo modo magna verborum efficacia ita Esaü demulsit, vt & ad se colendum festinaret, faceretq; omnia quæ ad sui pertinebãt bonorem. Hoc verè summæ virtutis est, vt non solum eos qui bene nobis afficiũtur, magno studio diligam⁹, & eis omnibus modis seruiamus: sed vt etiam eos qui nobis infesti esse volunt, assiduitate officiorum nobis conciliemus amicos. Nihil enim mansuetudine violẽtius. Nam sicut rogum cum valde accenditur, aqua iniecta restinguit: ita & animum camino magis exardescentem, verbum cum mansuetudine prolatum extinguit. Et duplex inde nobis lucrum accrescit, tum quòd nos mansuetudinem declaramus, tum quòd fratris indignationem cessare facimus, & mentem eius à turbatione liberamus. Quid enim, dic mihi: Num reprehendis fratrem tuum, & accusas indignationem, & quòd hostiliter se gerit erga te? Cur igitur non diuersa via studes incedere, sed ipse magis irasci vis? Non potest igni ignis extingui. Repugnat enim hoc naturę. Sic neque furor furore alio demulceri poterit vnquã. Verũ qđ igni est aqua: hoc est iręmãsuetudo & mititas. Propterea & Christus dicebat discipulis: Si diligentes vos diligitis, quam mercedem habetis? Deinde magis ad hoc inhortari, & reprehendere negligentes volens, dicit: Nõne & publicani idẽ faciunt? Quemcunq; enim negligentem sumpseris, nonne hoc faciat? Nonne & puplicani magno studio hæc faciunt? Quid autem publicano deterius? attamen inuenies eum hoc omnibus modis obseruare. Et non est posibile, vt non redamet qui amatur. Ego autem quia & excelliores vos esse volo, & aliquid amplius habere: nõ hoc admoneo, sed vt inimicos diligatis. Id quod beatus ille ante legem, ante doctrinam aliorum, sponte sua fecit: & propter excellentem mansuetudinẽ prius superauit Laban, nunc autem & fratrem. Nam licet superno præsidio fretus fuerit, attamen quod & suũ est declarauit. Ita sanè & nos persuadeamus nobis, quòd licet infinities eniteamur, nihil tamẽ prorsus rectè agere possumus, nisi superna gratia adiuti. * Sicut enim nisi illam habeamus, nihil vnquã possum⁹ rectè agere: ita nisi quod nostrũ est attulerimus, non poterimus supernum acquirere fauorẽ. Demus igitur operam vt & nostra afferamus, & supernum fauorẽ alliciamus, vt & ex nostro studio, & ex dei misericordia virtutes nostræ quotidie crescant, multaq; superna fruamur gratia. Quod nobis omnibus cõcedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nũc & semper, & in secula seculorũ, Amẽ.

Matth. 5. g

**Nota locũ hunc contra eos q Chrys. Pelagio fauere dicũt.*

Et venit Iacob in ciuitatem Sychimorum, & emit partem agri ab Emmor patre Sychem centum agnis: & erexit ibi altare, & inuocauit deũ Israel.

Homilia LIX.

VIdistis heri & nostri omnium domini eximiam misericordiam, & discipulorum philosophiam, & ludæorum ingratitudinem? Vidistis quanta cum patientia eorum impudentem audaciam obmutescere fecit, cum suos excusaret discipulos, monstrans quòd ipsi qui legem vindicare volebant, legis voluntatem ignorarint, & quòd irradiante veritate, adhuc vmbræ assidere voluerint? Vidistis quo modo iam inde ab initio obseruationes legales auferre studebat, docens eos quòd exorto sole iustitiæ, lucernæ lumen nihil iam efficere possit. Iubar enim solaris luminis quod accedit, hoc tegit, & videri non sinit. Didicistis quo modo possibile sit, vt feriæ perpetuæ agantur, & à temporum obseruatione liberemur. Nam propter hoc venit dominus noster, vt nos liberaret à temporum necessitate: & excellentiores faceret, & iam in cœlo habentes municipatum: & cum adhuc homines sumus, angelorum imitemur vitam, rideamúsque res humanas omnes. Age hodie si videtur, seriem verborum beati Mosis sequentes, ea quæ superioribus diebus dicta sequuntur, tractemus, & inde vobis apponamus conuiuiũ. Scitis enim quòd cum rediisset ex Mesopotamia Iacob, & occurreret fratri, & iterum ab eo separaretur: & illo quidem in Seir montem contendente, Iacob autem tabernacula figente, & locum ab euentu Tabernacula vocante, sermonẽ hîc missum fecimus: ideo opus est vt sequentia pro viribus nostris tractantes, doctrinam vobis relinquamus spiritualem. Securus enim tandem factus iustus & ab omni mentis angore liberatus. *Venit*, inquit, *in ciuitatem Sychimorum, & emit partem agri ab Emmor patre Sychem, centum agnis: & erexit ibi altare, & inuocauit deum Israel.* Ne prætereamus obiter ea quæ in diuinis scripturis sunt contenta. Nam si auri † glebas ex terra effodientes nulli labori parcunt, & omnia grauia ferunt vt possint aurum è terra eruere: multo magis iustum fuerit vt scrutemur eloquia Christi, & vtilitatem quæ inde est percipiamus, & sic hinc exeamus. Cogita, obsecro, eximij istius viri philosophiam, quo modo tanta gratia supernè fruitur: & videns augeri suas facultates, pecora dico, & tantum numerum filiorum circunstantem, non in extruendis ædificiis amplis & præclaris fuit occupatus, neque villas & agros emere curauit, qui sufficere poterant vt distribuerentur filiis. Hæc enim & similia agere solent qui alios opibus antecellunt: & sæpe qui vnum tantum habet filium, decem millia talenta auri colligere quærit, vt agros emat, & domus claras extruat: & vtinam ex iustis laboribus tantam affluentiam colligeret: sed graue, & quod omnibus grauius est facit, ab aliis rapit, alios circunuenit dolis, aliis negocium facit, & ita alienas substantias suas facit. Et si quis dixerit: Ad quid tanta in colligendas opes insania? statim puerum prætexit, & dicit se talia operari ob suum in illum amorem. Et ille quidem tametsi puerum prætexat, vtcunque expiat, frustra tamen & in vanum: Sunt autem qui neque pueros habent, & insaniunt vt pecunias colligant: & mallent grauissima ferre, quàm vnum obolum indigentibus expendere. Sed iustus ille nihil talium consultauit, neque cogitauit: sed cum opus haberet agro,

† micas.

ret agro,centum agnis datis,partem agri emit ab Emmor, patre Sychem. Et vide pietatem, religionémque viri,qua de causa agrum emere studuerit. Et erexit ibi, inquit,altare:& inuocauit deum Israël. Vidisti quare & agri partem emat? vt gratias ageret communi nostri omnium domino. Oportebat imitari omnes qui sub gratia sunt,hunc qui ante legem,& non sic insanire in pecuniarum collectionem. Quare enim, dic mihi, & tibiipsi hæc onera spinarum congregas,& filiis tuis materiam & occasionem maliciæ te relinquere nō sentis? Nescis quòd dominus maiorem curā pueri tui gerit, tu autem tanquam illius maiorem curam gerēs, occasiones illi relinquere studes,quæ submergi animam eius faciant? An nescis quòd iuuētus per seipsam ad ruinam procliuis est, & ad maliciam leui momento incli natur: quando autem & opum affluentiam acceperit, multo magis ad malum proruit? Sicut ignis cum fomitem inuenit,validioribus flammis exurgit:ita & quando in iuuenem materia pecuniarum inciderit, tantam accendit fornacem vt animam iuuenis totam flagrare faciat. Nam quando poterit talis continentiæ curam habere,& intemperantiam fugere,& laborem pro virtute, vel aliud spirituale quiddam suscipere? An non audis Christum dicentem: Curæ huius seculi, & deceptio diuitiarum suffocāt mentem, & sterilis fit: quas & spinas nominauit? Nam cum dixisset in parabola seminis, quòd aliud ex seminibus in spinas incidit, deinde discipulis aliquibus interpretans: Sunt spinæ, inquit, solicitudo huius seculi, & deceptio diuitiarum quæ suffocant mentem, & sterilis fit. Et bene spinis comparauit solicitudinem huius seculi. Sicut enim spinæ non sinunt semen emicare, sed densitate sua seminatum supprimunt: ita & curæ temporales, spirituale semen,quod in anima seminatur, non sinunt fructum afferre: sed adurunt & suffocant sicut spinæ,profectum eius retardantes. Et deceptio diuitiarum, inquit. Bene dixit deceptionem diuitiarum. Etenim verè deceptio est. Quæ enim vtilitas tot talentorum,& tantę affluentiæ diuitiarum? Profectò, inquit, magnam præbet voluptatem & lætitiam possessio. Qualem lætitiam? Et quid dico lætitiam? Nōnne maximè intempestiuas tristicias & mœrores nasci facit? Et nondum dico magnā illam & in futuro repositam propter ipsas pœnam: sed de his loquor quæ in præsenti vita contingūt,quod ne voluptatem quidē vllam hęc res habere potest, sed potius quotidianas turbationes & amaritudines. Et mare fluctibus non ita intumescit,vt talem animam à cogitationibus & affectionibus infestari, & in omnes tam suos quàm alienos malè affici videmus. Et si quando partem illorum auferat aliquis:(multa enim accidunt, & multi insidiantur,vtpote famulorum malignitas, & potentium violentia:) tunc vtique inuenies tales vitā sibi acerbam ducere. Qualibus igitur lamentis tales nō fuerint digni, qui omnia facere student quæ contra se sunt,& in perniciem animæ suæ talia colligere volūt? Verum si videtur,talibus relictis, ad historiam iusti huius redeamus,& videamus sequentium seriem. Erexit, inquit,altare in parte agri,& inuocauit deum Israël. Et postea in Sycimis domicilium habere voluit. Sed vide iterum, quo modo iustus & hîc suam mansuetudinem declarat. Et quid dicit? *Egressa est autem*, inquit, *Dina filia Liæ,vt videret filias indigenarum. Et vt vidit eam Sychem filius Emmor,dormiuit cum ea:& dilexit virginem,& loquutus est ei iuxta mentem virginis.* Vidistis quantum sit iuuēnis malum,quando rectæ rationis fræno caret? Vidit enim virginem, & totus propter aspectum captiuus factus est,& concupiscētiam opere compleuit, & loquutus est ei iuxta mentem virginis. Quoniam iuuenis erat puella,eiusmodi verba,inquit,cum ea loquutus est, quæ sufficiebāt ad conciliandam sibi eam. Et inquit ad patrem: *Accipe mihi filiam hanc in vxorem. Audiuit autem Iacob factum, & tunc leuiter tulit, expectans fratrum eius aduentum. Erant enim in pascuis. Et siluit*, inquit, *Iacob, donec venirēt illi. Cum autem venisset Emmor ad Iacob, venerunt & fratres Dinæ, & cum audiuissent quæ facta erant sorori suæ, compuncti sunt.* Quid est, compuncti sunt? contristati sunt, & rem intolerabilem esse putauerunt & grauissimam, erátque eis mœrendi magna occasio. Magna enim eos tristicia afficiebat, quòd rem turpem fecerat in Israël Sychem, qui dormiuerat cum filia Iacob. Vides filiorum continētiam, quo modo turpitudinem maximam hoc factum reputabant? Vidisti quo modo iustus pueros suos erudit ad virtutem? Quo modo autem filius Emmor suam concupiscentiam opere complens, fit patri & toti ciuitati perditionis author? Sed prius audiamus,quæ Emmor ad eos dixerit,& postea scietis fratrum Dinæ maliciam,& quo modo vindicare studebant quod in sororem erat commissum. *Et loquutus est eis Emmor, dicens: Sychem filius meus præelegit animæ filiam vestram.* Vide quo modo iam præsignat,quòd pernicies eum comprehensura sit. * Præelegit enim,inquit,animæ:hoc est,animā suam exposuit pro filia vestra. Ille quidem dicebat concupiscentiam eius,quam erga puellam habebat: paulò post autem didicit,quòd suę & omnium qui ibi erant, perditionis fuerit occasio. Quia igitur ille virginē sic deperibat, *Date*, inquit, *istam illi vxorem*, † *& erit gener vester: filias vestras date filiis nostris*,] *& inter nos habitate. Et ecce terra lata est coram vobis, habitate & negociemini in ea, & in ea possessiones habete.* Vide patrem quo modo propter filij amorem quantam habet erga peregrinos benignitatem,& quo modo eos cōciliare sibi vult, data eis in omni regione sua potestate. Et hęc quidem egit pater. Filius autem quia vidit patris erga se studiū, & quo modo omnia facere paratus fuerit, vt impleretur quod cupiebat, adiicit quod suum est, & dicit ad Iacob & ad fratres puellæ: *Inueniam gratiam coram vobis, & quicquid dixeritis, dabimus: multiplicate dotem, & dabo secundum quod dixeritis mihi, & date mihi puellam hanc in vxorem.* Vidisti & patrem propter studium & curam in filium valde adhortari, & iuuenem promptè omnia promittere, vt puella potiretur? Hæc enim, hæc pernicioſa affectio omnia suscipienda libidine difluenti persuadet, donec in inferni profundum ducat. Et vide,obsecro, senior quidem Iacob hæc audiens silet, & pro sua mansuetudine nihil loquitur: sed vim filiæ factam patienter fert. *Filij autem Iacob dixerunt Sychem & Emmor patri eius dolosè, & locuti sunt illis, quòd coinquinarit Dinam sororem suam.* Considera hîc quo modo propter vnius intemperantiam, vniuersi ciuitatem habitantes, pœnarum socij fiunt. Sicut enim accensa pyra, & qui propè habitant periculi sunt participes, igne omnia depascente: eodem modo & nunc adolescentis intemperantia non solum patrem, sed & omnes ciues simul perdit. Quid igitur pueri Iacob? dolosè eis respondērūt. Dignum est auditu, vt discatis quo modo propter sororem doluerunt. *Dixerunt enim*, inquit, *Symeon & Leui fratres Dinæ, filij autem Liæ: Nō possumus facere verbum hoc, vt demus sororem nostram homini qui habet præputium. Si igitur circumcidamini carne præputij vestri, dabimus filias nostras vobis, & de filiabus vestris accipiemus, & erimus quasi genus vnum.* Hæc quidem propositio honesta erat,

* προείλετο τῷ πάθει,

† & affinitatē contrahite nobiscū: filias vestras date filiis nostris, & filias nostras accipite filiis vestris.]

Matt.13. & Luc.8.a

Caput XXXIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sta erat,& rationi consentanea, sed cum dolo, inquit, dicta est. *Et si noluerit is, inquit, hoc facere, acceptis filiabus nostris abibimus.* Hæc quidem Symeon & Leui, cædē omnium secum meditantes, proposuerunt. Illi autem spe- †*expetebāt, & puellam habere cupientes.* ctantes ad hoc quod † proposuerant, & vt virginē reperentes] consensuerunt in dicta, & placuerunt eis propositā, dicit enim: *Placuit coram eis sermo, & nō neglexit adimplere dicta adolescens. Deperibat enim filiam, inquit, Iacob.* hoc est totum se in puellæ amorem effuderat. *Et venerunt ipsi, inquit, & pater eius ad portā, & locuti sunt omnibus qui in ciuitate habitabant, & consuluerunt vt circumcisionem susciperent iuxta illorum propositionem, & vt illos ad cohabitationem acciperēt. Et implebant illi statim, quæ ab Emmor & Sychem dicta sunt, & omnes simul circumcisionis signum in corpore accipiebant. Hoc vbi resciuerunt Symeon ac Leui, quæ iam dudum secum meditabantur, opere compleuerunt. Et acceptis gladiis suis, ingressi sunt ciuitatem securè.* Quid est, in ciuitatem securè? quia eū solū duo essent, B tantæ multitudini se opposuerunt. Sed magnam eis securitatem præstitit, quòd omnes illi saucij iacerent. Quod vt nobis manifestaret scriptura, Factum est, inquit, in die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor est. Hoc illos securos reddidit, & duos fortiores muleis fecit. *Occiderunt, inquit, omne masculinum, hoc est omnes viros, qui propter circumcisionem iacebant: & parati erant, vt ita dicam, vt occiderentur: & cum aliis etiam in iuuenem irruerunt, qui puellam vi auerat. Et non contēti hac vindicta, etiam oues, inquit, eorum, & omnia pecora, & omnia corpora in captiuitatem duxerunt, & ciuitate viris destituta & directa redierunt.* Vidisti dilecte quantum malum operata sit vnius iuuenis temeritas? Vidisti quantam attulit pernicien omnibus ciuitatem habitantibus? Hęc scientes, refrænemus puerorum nostrorum impetus, magnúmque furorem absterrendo & admonendo compescamus: & curemus eorum castitatem, & omnia faciamus & tractemus, vt absurdas concupiscētias iuuenilis ætas effugere possit. Nam propter hoc & communis dominus noster, sciēs humanæ naturæ infirmitatē, nuptias dedit & sanciuit, vt ab illicito cōcubitu abstineretur. Ne igitur negligamus iuuenes, sed scientes fornacis incendiū, priusquā in luxuria implicentur, studeamus eos iuxta legem dei nuptiis copulare, vt & continentiam suam custodiāt, nullumq; damnū lasciuiæ suæ habeant, remedio illinc sumpto: vt possint carnis indomitos motus reprimere, & pœnam effugere. Sed videamus quo modo ea quæ à pueris facta sunt, senem affecerint, *Dicit, inquit, Iacob ad Symeonem & Leui: Exosum me fecistis, vt molestus ego sim habitatoribus terræ.* Quare, inquit, tantam fecistis vindictam? *Non quæ à vobis facta sunt, odium mihi maximum peperierunt apud omnes habitatores terræ huius.* Deinde monstrans timorem, in quo erat constitutus. *Mihi autem, inquit, paruus numerus est, & congregati contra me, percutient me, & exterā:* quasi diceret: Nescitis quòd pauci sumus, facilè eadem & nos patiemur, quibus vobis illos afficere placuit. Et sicut Sychem patri & omnibus ciuitatē habitantibus huius interitus fuit author, ita & vos mihi. Nam propter vos & ego exosus ero, & nihil prohibet quin delear propter vestram audaciam. *Illi autem dixerunt, inquit: Numquid vt scorto abutentur sorore nostra?* Vide pueros continentiæ gratia vltionem sumpsisse. Excusant enim se patri, & dicunt: Confuderunt nos, veluti scorto abusi sunt sorore nostra: & propterea hoc facere coacti sumus, vt & cæteri discerent similia non audere. Sed vide, obsecro, hîc ineffabilem dei curam erga iustum. Quia vidit eum formidantem propter filiorum facinora ibi habitantes, dixit ei deus: *Surge* A *& ascende in locum Bethel, & ibi habita.* Quia, inquit, eos qui hîc habitāt times, recede hinc: & habita in Bethel, & fac illic altare deo, † vbi apparui tibi cum fugeres à † *qui.* facie Esaü fratris tui. *Et dixit, inquit, Iacob domui suæ, & omnibus suis: Tollite deos alienos è medio vestri, & purificemini, & mutate stolas vestras, & surgite, & ascendamus in Bethel, & faciamus illic altare deo, qui exaudiuit me in die afflictionis: qui fuit mecum, & saluauit me in via qua ambulaui.* Animaduerte hîc iusti obedientiam & pietatem in deum: quia audiuit: Ascende in Bethel, & fac altare: vocatis, inquit, omnibus suis, dixit: Tollite deos. Quales, quis dixerit, deos? Nusquam enim videmus quòd ipse habuerit deos. Ab initio enim dei cultor fuit iustus. Significans forte deos Laban, quos Rachēl subtraxerat, hoc dixit: Quoniam gratias acturi sumus vero deo, qui semper tantam mei curam gessit, auferte si qua sunt in vobis B idola, & purificemini, & mutate stolas vestras, & sic ad ciuitatem pergamus, & intus & foris mundati simul ibitis. Non solum vestium nitore puritatem declarate, sed cum abiectione idolorum purificatis cogitationibus mentis redeamus ad Bethel. *Et dederunt, inquit, Iacob deos alienos (non enim erant sui) & inaures quæ in auribus earum.* Fortè enim & hęc signa quædam erant istorum idolorum, ideo & hæc cum diis afferunt Iacob. *Et abscondit eā subter terebinthum in Sycimis, & perdidit eā vsque in præsentem diem.* Abscondit, inquit, ea, & perdidit: † vt † *vtpo-* & ipse ab hoc erroris damno effugeret,] & nullus e- *rro suo* tiam alius ex eis damnum acciperet posthac. *Et cum effugē-* *hæc omnia feciſſet iustus: abiit, inquit, à Sycimis, & contendit ad Bethel.* Iterum hîc attende, quantam eius curam habuerit deus, & quàm diligenter scriptura nos omnia doceat. Cum egressus enim esset iustus ex Sycimis, fa- C ctus est timor dei super omnes ciuitates in circuitu eorum, & non persecuti sunt filios Israël. Vides quanta prouidentia, & quàm euidens eius subsidium. *Irruit enim, inquit, super eos metus, & non secuti sunt illos.* Quia hoc timebat iustus, & dicebat: Mihi paruus numerus est, & delebor, dicit, quòd timore eos inuadēte, ipsos persecuti non sunt. Nam quando deus suam gratiam afferre voluerit, inualidos fortiores potentibus, & paucos potētiores pluribus facit, nihilq; beatius est eo, qui supernam gratiam assecutus est. *Et abiit, inquit, Iacob in Luzam, quæ est in terra Chanaan, quæ est Bethel, & omnis populus qui erat cum eo: & ædificauit ibi altare, & vocauit nomen loci illius Bethel: ibi enim apparuit ei deus, cū fugeret à facie Esau fratris sui.* Postquam venit, inquit, in Bethel: fecit sicut ei præceptum erat. Et ædificato altari, vocauit nomen loci D Bethel. *Mortua est autem, inquit, Debbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel, subter quercum: & vocauit Iacob nomen eius, Quercus luctus.* Vide quo modo semper ab euentibus nominat loca, vt perpetua seruetur memoria. Et quo modo dixerit quispiam, nutrix Rebeccæ fuit cum Iacob iam primum veniēte à Mesopotamia, priusquam occurreret patri suo? Fortè hoc dicendum, quòd quando à Laban rediit, hæc simul cum Iacob venire cupiuerit, & adducere eum, vt post longum tempus Rebeccam inuiseret: sed priusquam illi occurreret, defuncta est. Si placet & nos hîc finiamus sermonem, contenti his quæ dicta sunt. Illud autem vestram charitatem rogauerimus, vt & vos virtutis curam geratis, & continentiam filios vestros doceatis. Hinc enim, vt ita dicam, omnia mala nascuntur. Consuetudo enim maliciæ, processu temporis inualescens, tantum facit malum vt postea non possit aliqua vinci admonitione. Et cum semel à malicia fuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

rint occupati,quasi in captiuitatẽ essent abducti, quoquò diabolus iusserit, eunt. Ille enim eis imperat, & pernicioſa illa dat mandata,quæ iuuenes libenter perficiunt, præsentem tantum voluptatem spectantes, & futurum dolorem non cogitantes. Ideo oro, vt præbeatur manus pueris nostris,vt ne etiam pro his quę illi peccarunt,pœnas sustineamus. An nescitis quid seni Eli acciderit,cùm non debite emendaret filiorum delicta? Quemadmodum enim medicus, si morbum sectione indigentem vnctione aut emplastro curare voluerit,cito morbum incurabilem efficiet, cùm congruam non adhibeat medicinam:Ita & senex ille,cùm deberet filios suos pro peccatorum qualitate emendare,nimia vsus lenitate illos arguit. Proinde oro,exemplo hoc timeamus, & habentes filios prouideamus eis de honesta educatione, & in summa vnusquisque curam eorum agat,qui apud se habitãt: & lucrum maximum ducat vtilitatem proximi,vt vnusquisque discẽs ea quę ad virtutem pertinent,& peccati periculum effugere,& virtutem amplexatus gratiam sibi conciliare valeat.Quæ nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cui cum patre & sancto spiritu sit gloria & imperium & honor nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

1.Reg.4.d

1.Reg.2.c

Et ædificato altari, vocauit nomen loci Bethel. Illic enim apparuit ei deus,cum fugeret à facie Esau fratris sui.

Homilia LX.

AGe & hodie, si libet, repetitis his quæ proximè diximus,ad sequentia tractanda accedamus.Nam etiam hodie historia Iacob habet, quod nos erudiat multiplicem dei in illum prouidẽtiam: & quo modo illum suis promissionibus iterum firmauerit,remunerans eius gratitudinẽ.Postquam enim superius narrauit nobis, quo modo iuxta præceptum dei,relictis Sycimis propter facinora filiorum suorum,ad Luzam contendit, *Et ædificato*,inquit, *altario, vocauit nomen loci Bethel.Illic enim apparuit ei deus,cùm fugeret à facie Esau fratris sui.* Quo imperio deus iustum liberauit à timore quem habebat, propter occisos Sycimitas: & immisit,inquit, in habitatores illarum ciuitatum metum,ita vt illum non persequerẽtur. Vide prouidentiam dei, & quantam habeat solicitudinem pro Iacob,Concussit,inquit,timore animas eorum,qui vicinas ciuitates inhabitabant, vt ne persequerentur illum:nam fortassis vleisci volebãt Sycimitas. Sed quoniam illa præter iusti sententiam facta fuerant: & Symeon ac Leui sororis violatam cõtinentiam vleiscentes hæc fecerant:non solum eum & filios eius à timore mortis liberauit,sed alios etiam qui vlturi erant timore concutiens, à conatu persequendi retraxit. Vidisti quantum sit niti diuino præsidio? Nam quando deus nobis bene voluerit, é medio tolluntur terribilia omnia.Sicut enim iusto fiduciam dedit,ita illis dedit metum.Enim verò dominus existẽs, omnia prout voluerit vertit, & omnipotentem suam sapiẽtiam in omnibus declarat. Et nihil fortius est eo, qui superna munitur opitulatione: sicut etiam nihil infirmius eo qui illa priuatus est.Ecce enim iustus ille, cùm paucis existens, quia custoditus est à dextra dei, & fiduciam accepit,& insidias effugit.Illi autem,cùm multi essent,& conglobati conspirassent, nihil eorum quæ volebãt operibus complere potuerunt. *Factus est enim*,inquit,*timor dei super ciuitates in circuitu eorum.* Postquam igitur iustus à timore istorum liberatus est, vide iterum eximiam dei misericordiam, quam erga eum declarauit, *Visus est ei deus iterum in Luza.* Quare adiicit hoc verbum iterum? Non absque causa:sed vt discas,quòd prius etiam in hoc loco apparuit ei deus,quando fugiens fratrem, in Mesopotamiam cõtendebat. Itaque & nunc ait: Sicut tunc visus est ei abeunti,ita & nunc redeunti apparet in hoc loco,& confirmat promissiones,quas quando abiit cum eo fecit: hoc præstans vt iustus firmius in suis promissionibus cõfidat,& ne propter tempus medium fluctuet. *Et benedixit eum,& dixit ei:Nomen tuum Iacob nõ vocabitur vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum.* Quanuis iampridam hoc nomẽ ei dederat, cum transiret †in Iabboth, verùm maioribus indiciis certiorem volebat reddere,& nunc eandem benedictionem ei dat,& dicit: *Israel vocabitur nomen tuum, & crescе & multiplicare: & gentes & congregationes gentium erunt ex te, & reges ex lumbo tuo prodibunt.* Vide magnitudinem benedictionis? non solum facit vt in tantam multitudinẽ propagetur, sed & gloriosum sit eius semẽ.Reges enim,inquit,ex lumbis tuis egredientur, prædicens ei gloriam eorum qui ex ipso propagandi erant. *Et terram*,inquit,*quam Abrahæ & Isaac dedi,tibi dedi eam, & semini tuo post te dabo terrã hãc.*

Sup.32.a

† Iaboch.

Quoniam propter facta in Sycimis à Symeone & Leui,dicebat:In paruo numero sum ego,& congregati super me percutient me, & delebor ego & domus mea: & per omnia mõstrabat pusillanimitatem & metũ quo tenebatur:propterea misericors dominus nunc dicit ad eum:Quoniam dixisti,in paruo numero sum: disce quòd crescas.Et multiplicabitur semen tuum: & ita erit gloriosum, vt cõgregationes gentium & reges ex eis prodeant.Et non solum non deleberis,sed & semen tuum omnem terram hanc in hæreditatem accipiet.Et factis ei promissionibus istis, ascendit deus ab eo,à loco, vbi deus est locutus cum illo. Vide quãtum attẽperant se nostræ infirmitati diuinæ scripturæ verba. *Ascendit enim*,inquit,*deus ab eo.*Nõ vt loco cõcludi existimemus deum, sed vt per hoc etiam eius ineffabilem discamus misericordiam. Spiritus enim gratia se ad infirmitatẽ nostrã submittens narrare solet.Descẽdere enim, & ascendere, indignum deo est:sed maximum est ineffabilis misericordiæ suæ indicium, quòd propter nostram eruditionẽ talibus vti verbis dignatur.Et propterea humanis dictionibus vsus, quia alioquin impossibile erat humanas aures ferre dictorum sublimitatem,si iuxta dignitatem domini dicta essent. Quod cogitantes, nunquam in humilitate verborum hæreamus, sed & propter hoc admiremur ineffabilem eius misericordiam,quòd neque ab hac humilitate abhorreat,propter imbecillitatẽ naturæ nostræ.Vide igitur iustum illum iterum suam gratitudinẽ declarare.

Erexit enim,inquit,*Iacob columnam lapideam in loco in quo locutus est cum eo,& libauit ei libationem,& superfudit oleum,& vocauit nomen loci in quo locutus est cum eo, Bethel.* Considera, oro, quo modo in nominibus locorum memoriã immortalem beneficiorum reponat, vt & posteris manifesta fiat visio, quæ facta ibidem iusto. *Et profectus*, inquit, *Iacob, fixit tabernaculum suum vltra turrem Gader.* Vlterius iterum procedit iustus,anhelans paulatim venire ad locum vbi habitabat Isaac. *Deinde*,inquit:*Quãdo appropinquauit vt intraret in Ephrata, Rachel laborabat in partu & factum est cùm difficulter pãreret,dixit ei obstetrix,Cõfide: etenim: hic † tuus est filius.* Ne sis anxia, inquit,paries enim filium. Nam licèt te crucient dolores,veruntamen habebis filium. *Factum est autem*,inquit, *cùm exhalaret animam suam, moriebatur enim,vocauit nomen pueri,Filius doloris mei:pater autem eius vocauit eum Beniamin.* Illa quidem nomen ei dedit

† tibi.

ex his

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex his quæ sibi acciderãt, pater autem Beniamin ipsum vocauit. *Et postquam peperit*, inquit, *mortua est, & sepulta in via Ephrata: hæc est Bethlehem. Et erexit Iacob titulum super sepulchrum.* Mœrorẽ quem ex morte Rachelis conceperat, mitigauit natus puer, & effecit vt iustus Rachelis mortem æquo ferret animo: sed hinc succedit Rubim temeritas. *Abiit enim*, inquit, *& dormiuit cum Bala concubina patris sui: & audiuit Israel, & malum visum est coram eo.* Erat enim valde nepharium facinus. Propterea & postea legislator Moses prohibuit, ne pater & filius cum eadem rem habeant. Nam vt ne eadem via procederent, iam antea legislator reprimit eos, pœnæ obnoxios denuncians. Attamen etiam nunc mansuetus est iustus, naturali amore victus. Postea autẽ cùm emigraturus esset ex hac vita, puerum suggillat, & flagitium eius inulgat, maledicens ei, vt & cæteri illius pœna emendarentur. Hîc nobis postea enumerat filios Iacob, beatus Moses: & per ea quæ narrat, iusti virtutẽ nos docet: enim verò ne putes fortuitò simpliciterq;, vt contingere solet, ipsum cõcubuisse cum Rachel & Lia, & duabus ancillis, monstrat quòd per dispẽsationem ministrarit illarum consuetudini, vt duodecim tribus ex eo nascerẽtur: & propterea non vltrà meminit scriptura, quòd ei alius nascatur filius: vt discas quòd non simpliciter, neque absque causa factum sit hoc. *Erant autem*, inquit, *filij Iacob duodecim.* Et separat postea, & primùm eos qui Liæ erant, dein eos qui Rachelis, denique & eos qui ancillarum erant numerat, & dicit: *Hi sunt filij Iacob, qui nati ei in Mesopotamia.* Et sanè tunc natus est Beniamin quãdo venit Bethlehem. Quare igitur dicit scriptura, qui nati sunt ei in Mesopotamia: fortasse quia Rachel ante egressum ex Mesopotamia cõceperat. *Et venit*, inquit, *Iacob ad Isaac patrem suum.* Considera (obsecro) hîc, quo modo in omnibus certis indiciis misericors deus iustos suos cõfirmat. Quia enim venit post tot annos ad patrem suum Iacob, maxima vtrinque facta est consolatio, & filio ex patris conspectu, & patri videnti tantam filij substantiam, & chorum filiorum ex eo natorum. *Tunc*, inquit, *mortuus est Isaac senex, & plenus dierum.*

Nam cùm Iacob benedictionem suffurarentur, habetes erant oculi eius, vnde & deceptus est: cogita post tot annos, quantum senuerit. *Et sepelierunt eum*, inquit, *Esau & Iacob.* Sed iam sepultura patris facta, Esaü acceptis vxoribus, & filiis, & omnibus suis, & omnibus quæ possidebat in terra Chananæorum, profectus est. *Non poterat enim eos ferre terra peregrinationis præ multitudine facultatum: & habitauit postea in monte Seir.* Et vbi narrauit nobis diuina scriptura eos qui ex Esaü nati sunt, & gẽtes quæ ex eo genitæ, dicit: *Peregrinus autem fuit Iacob in terra, qua peregrinatus fuit pater eius in terra Chanaam.* Sed hinc excipit nos alius tractatus, qui de admirabili Ioseph agit. Et si libet hîc finiemus sermonem, historiam filij Iacob in alium sermonem reponẽtes. Illud tamen rogauerim vestram charitatem, vt ea quæ dicũtur, diligenter auscultetis, & ex singulis scripturæ dictis maxima vobis accrescat vtilitas, nullumq; eorum temerè prætermittatur. Thesaurus spiritualis enim sunt diuina eloquia. Et sicut qui de sensibili thesauro sæpe vnã gemmam recipiens, magnas sibi parat diuitias: ita & hîc iustorum virtutes, modò attendere voluerimus, tantam nobis vtilitatem afferre possunt, vt ad imitandum eos incitemur. Sic enim poterimus & nos eundem, quem illi, fauorem dei cõsequi. Neque enim personarum acceptor est deus, sed in omni gente qui timet deum, & operatur iusticiam, acceptus ei est: ita vt si voluerimus, nihil sit quod prohibeat, quin tanta vel etiam maiori potiamur gratia. Nam si nos dũtaxat viderit afferre quæ ex nobis sunt, & præferre humanis ea quæ sibi placent, tantam & ipse nostri curam declarabit vt in omnibus inuicti simus. Scitis enim quòd hostem habemus perpetuum, & fœderis nescium. Vnde nobis magna vigilãtia opus est, ita vt eius fraudes vincere, & superiores eius telis constitui possimus. Nõ aliter autem vincemus, quàm si per vitam optimã supernum nobis auxilium conciliemus. Optima enim vita est, vita pura. Hoc enim fundamentũ est virtutis, quod qui rectè iecerit, consequetur facilè alia omnia. Neque illum superabit vel pecuniarum cupiditas, vel gloriæ amor, vel inuidia, vel aliqua affectio mala. Et quo modo? Ego dicam. Quando enim quis munda fuerit conscientia, & ab omni libera macula, poterit dominum vniuersi habere inhabitantem. Beati enim, dicit, mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Quòd si quis illum inhabitatorem habere meretur, quasi simpliciter & sine impedimento corpore vestitus esset, ita postea afficietur, & humanarum rerum vmbram facilè contemnet. Humana enim omnia, vmbra illi & somnium apparebunt, & sicut cœlestis ciuis præsentia non optabit. Talis erat beatus Paulus doctor orbis, & propterea clamat, dicens: Num experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christi? Et iterum: Viuo autem, nõ iam ego, viuit autem in me Christus. Et iterum: Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo. Vidisti virũ corpore circundatum, quasi incorporea quiete fruentem, loqui omnia? Hunc omnes imitemur, & trucidemus membra carnis, † vt & ad operandum virtutes idonea reddere studeamus: poterimus autem si offeramus deo sacrificium beneplacitũ. ‖ Vidisti quàm nouum & admirabile hoc sacrificium: quando mortua fuerint membra, tunc magis gratum erit deo sacrificium. Quare & quo modo hoc? Quoniam spiritualis est hostia, & nihil habet sensibile. Nam in sensibili quidem hostia quod mortuum est, abiicitur: sed neque viuum quod vitiatum fuerit, sacrificiis idoneum esse, ab initio lege cautum fuit: vt per irrationabilium obseruationem paulatim inducamur ad spiritualem hanc & rationalem hostiam offerẽdam. Quod enim illic est vitiosum, vtpote amputatum auribus vel mutilũ cauda, hoc hîc est mala concupiscẽtia, luxuria, opum amor, & omnis malicia: & id quod est illic sanum & ab omni macula alienum, hoc est hîc mortuum mundo: ita ad spirituale sacrificium temetipsum idoneum exhibe. Hæc non simpliciter prætereamus, sed bene figentes ea in memoria nostra, studeamus, ne simus deteriores Iudæis, qui in vmbra tantam declarant obseruationem. Sicut enim illi adhuc candelæ assidentes, tantopere illa obseruarunt: ita nos postquã sol iusticiæ nos illustrare dignatus est, & relicta vmbra ad veritatem adducti sumus, similem obseruationem circa spirituale hoc sacrificium declaremus. Et neque peccata quæ nobis videtur parua, cõtemptim prætereamus, sed quotidie à nobis rationes repetamus & verborum, & spectationum: & pœnas de nobis ipsis sumamus, vt nos à futuro supplicio liberemus. Nã propter hoc & Paulus, inquit: Nã si nos ipsos iudicauerimus, nõ vtique iudicabimur. Ita si nos ipsos hîc condẽnauerimus propter quotidiana peccata, imminuemus supplicium, quod alibi futurum est. Quòd si ignaui fuerimus, qui iudicamur, inquit, à domino erudimur. Prius igitur nosmetipsos cõdemnemus magna cũ sinceritate, & nullo sciẽte in tribunale cõscientiæ

Leuit.18.

C.XXXVI.

Act.10.c

A

B

Matt.5.a

2.Cor.13.a

Galat.2.

Ibidem.

† & ad ea reddere studeamus: poterimus autem si offeramus deo

‖ Vidisti quàm nouum & admirabile hoc sacrificium: quando mortua fuerint membra, tunc magis gratum erit deo sacrificium. Quare & quo modo hoc? Quoniam spiritualis est hostia, & nihil habet sensibile. Nam in sensibili quidem hostia quod mortuum est, abiicitur: sed neque viuum quod vitiatum fuerit, sacrificiis idoneum esse, ab initio lege cautum fuit: vt per irrationabilium obseruationem paulatim inducamur ad spiritualem hanc & rationalem hostiam offerẽdam.

C

D

1.Cor.11.a

Ibidem.

Universidad de Deusto

tiæ sedeamus: & sic examinemus nostras ipsorum cogitationes, & rectam sententiam proferamus, vt mẽs timens magnum illum terrorem, non patiatur amplius decipi, sed impetum refrenet: & antè videns illum indeceptum oculũ, præcludat diabolo ingressum. Propter ignauiam enim ferimus omnia, vt ipsa rerum experientia clamat. Nam quemadmodum si vel parum excitari voluerimus, omnes illius insidias quasi puluerem repellemus: sic quando supplantamur, non propter illius tyrannidẽ hoc sustinemus, sed propter ignauiam nostram. Neque enim vi sua & necessitate nos vincit, sed deceptione sola. Non autem decipiemur, si parum esse vigiles voluerimus, & nosmetipsos attenderimus: non quòd nostra tanta sit potestas, sed quia tunc superna gratia nobis affulget. Nam si quæ à nobis sunt fecerimus, sequentur & *omnia quæ domini sunt. Sobrij igitur simus, obsecro, scientes artes maligni: perpetuò vigilemus & oremus, vt nos adiuuet certare nostrum erga diabolum certamen. Sic enim & nos inuicti erimus, & machinationes illius effugiemus, & diuinam consequemur gratiam, bonaq; æterna adipiscemur. Quæ nobis omnibus contingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

* πάντως omnino.

Hæ autem sunt generationes Iacob: Ioseph septemdecim annorum erat pascens cum fratribus suis pecora.

Homilia LXI.

ITerum pro consuetudine mea mensam proferre volo: prosequens igitur ea quæ pridem vobis dicta sunt, ex his quæ nunc lecta sunt, conuiuium vobis proponam spirituale. Sufficiunt enim & quæ hodie lecta sunt, ad docendum nos omnes, quantum inuidiæ damnũ sit, & quo modo inuidiæ pernicies, etiam vsque ad cognatos se extendat. Verùm vt videatur iuxta consequentiam sermo progredi, operæprecium fuerit initium lectionis tangere.

Hæ autem sunt, inquit, *generationes Iacob.* Et vide admirabilem illum propheram, quo modo, cùm promittat nobis genealogiã Iacob, statim ad historiam pueri recurrat, & postquam dixisset: Hæ sunt generationes Iacob, derelicta consequenter narratione qui nam ex illo nati, & iterũ qui ex natis ab eo nati (sicut suprà, cùm de Esaũ sermo esset, fecit) ad Ioseph illum statim festinauerit, adolescentem, omnium fratrum fere postremum, & dicit: *Ioseph decem & septem erat annorum, pascens cum fratribus suis oues.* Et quam ob causam nobis annorum designat numerum? vt scias, quòd adolescẽtia nõ est virtutis præpedimentum: & vt plenius scias adulescentis erga patrẽ obediẽtiam, & in fratres beneuolentiam, illorum autẽ inhumanitatem: & quòd ne id quidem cohibere eos potuit, quòd ita in eos affectus erat, & quòd in tam tenera ætate, quæ debebat eos ad commiserationem prouocare: sed mox ab initio, videntes & pueri bonam indolem, & patris erga illum beneuolentiam, in inuidiam contra eum excitati sunt. *Cap. XXXVII.*

*κατήνεγκαν, detulerõ, in plurali, de fratribus Ioseph. Alij tamen cum Hebrais in singulari le

**Detulerunt enim*, inquit, *Ioseph de pessimo crimine apud Israel patrem suum.* Vide maliciæ eminentiam, etiam patris charitatem perturbare attentabant, & quę non erant fingũt contra fratrem: id solum efficientes vt ipsorum inuidia manifesta redderetur. Et vt discas, quòd nihil inde lucri fecerint, quàm quòd manifestam fecerint suam ipsorum prauam mentem, vide patrem etiam post eorum accusationẽ magis effundi in filij amorem, & iam præferre eum omnibus. *Iacob autem dilexit Ioseph supra omnes filios suos, quoniam filius senectutis erat ibi. Fecit autem ei tunicam variam.* Quid est, Dilexit Ioseph super omnes filios suos, quoniã filius senectutis erat sibi: quia postremus, & in ipsa senectute natus est ei, propter hoc magis dilexit. Nam magis amabiles sunt pueri, qui in senectute ipsa generantur, maioremq; patrum beneuolentiam assequuntur. Sed vt sciamus, quòd nõ hoc solum erat, quod patrem illi cõciliabat, & præferri eum aliis faciebat: docet nos scriptura, quòd post illum & alius natus sit: & si iuxta naturalem amorẽ dilectio fuisset, postremus fuisset magis dilectus, vtpote verè senectutis filius existens, & tunc natus, quando ad postremam senectutẽ peruenit iustus. Quid igitur est dicendum? superna quædam gratia filii, quæ iuuenem amabilẽ reddebat, & propter animæ virtutem cunctis præferri faciebat. Hęc autem in scriptura adiecta est causa, quòd filius senectutis fuerit, & ideo magis eum dilexerit, vt non manifestè augeat odium fratrum. Grauis enim hæc affectio est, & quando animam inuaserit, non prius eam relinquit, donec in extremam absurditatem eam inducat: & lædens animam à qua nata est, omnino aliter eum cui inuider, efficit, quàm vult: nẽpe clariorem, nobiliorem, illustriorem reddit: vnde iterum alia grauior inuido plaga nascitur. Proinde considera hîc, quòd admirandus ille nesciebat quidem quod fiebat. Et loquebatur cũ illis, vt cum fratribus, & quasi eodem vtero natis, omni cum fiducia & simplicitate: illi autem inuidiæ malo capti, odio eum prosequebantur.

Videruntenim, inquit, *fratres quòd pater præ omnibus filiis diligebat eum: oderunt eum, & non potuerunt ei loqui aliquid pacificè.*

Vide quo modo odio prosequi nituntur eum, qui in nullo offenderat. Et nihil, inquit, potuerunt loqui ei pacificè. Quid est, nihil potuerunt ei loqui pacificè? Quia affectio dominabatur eis, & inuidia quotidie crescebat, quasi captiui facti, & tyrannidem huius mali ferentes, in dolo loquebãtur, & nihil pacificè loqui poterant. Et attende quo modo causam odij significauit, quod ab inuidia exordium habuit. Vt viderunt enim, inquit, fratres, quòd pater eum præ omnibus filiis suis diligeret. † Non amor patris inuidiam ei peperit, sed patris beneuolentiam virtus pueri conciliauit. Igitur oportebat illos imitari fratrem, & æmulari mores, vt sic & ipsi patrem sibi conciliarent. At hoc ne in mentem quidem acceperunt, sed communi odio filium à patre dilectum prosequebantur. Et illi quidẽ, quasi expugnati, intus nascẽtem maliciam pariebant, nihil pacificè ei loquendo, sed cum dolo loquebantur: ille autem admirabilis, fraternam beneuolẽtiam cum eis seruans, nihilq; suspicans, vt fratribus bene fidens, omnia quæ in se erant faciebat. Hic morbus ab initio & Cain, vt fratrem occideret, armauit. Et sicut isti propter beneuolentiam patris, quam erga puerum declarabat, & odio illum prosequebantur, & impugnare moliebantur, & quotidie ipsius cędem parturiebant: eodem sanè modo & ille vt vidit quòd fratris dona deo magis accepta fuerunt, ad eum occidendum prouocatus est, & inquit: egrediamur in campum. Vides quod & hic nihil suspicatur, sed confidit fratri, & exit, & præter animi sententiam in nephariam illam dextrã incidit? Sic sanè & admirabilis Ioseph, nescius malã fratrum suorum mentem, tanquam cum fratribus cum eis loquebatur, & insomnia ipsa quæ sibi deus reuelauerat, præsignando gloriam sibi obuenturam, & fratrum subiectionem, in medium proponebat. Cùm insomniũ habuisset: somnium, inquit, annunciauit fratribus suis, & dixit

gunt vt dicatur Ioseph accusasse fratres suos.

† *Amor patris.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit eis, Audite insomnium hoc. *Putabam vos manipulos ligare in medio agro, & surrexit manipulus meus, & erectus est: circunstantes autem manipuli vestri, adorauerũt manipulum meum. Dixerunt autem ei fratres: Num regnans regnabis super nos, aut dominans dominaberis nostri? Et apposuerunt adhuc eum odio prosequi propter insomnia & verba sua.* Propterea prius quoq; docuit, quòd odium erga eum declarauerunt, vt ne putemus eos hinc sumpsisse odij sui contra eum exordium. Apposuerunt enim adhuc eum odio prosequi: hoc est, multo magis augebantur odium & inimicitiæ contra eum. Et vide miram illorum cęcitatem: ipsi enim somnium diiudicant. Non enim est dicẽdum, quòd propter ignorãtiam eorum quæ futura erant, inuidiam gerebant contra eum, sed vt didicerunt ex insomniis futura, auctum est odium eorum. O excellentem amentiam. Oportebat hoc scientes, maiorem erga illum beneuolentiã declarare, & è medio tollere odij causam, & effugare inuidentiæ affectum. Obtenebrati mẽte, & non videntes quòd contra semetipsos omnia faciant, multo maiore odio in eum exarserunt. Quare ô miseri & calamitosi, tantã declarastis inuidiam, non cogitantes neque fraternũ vinculum, neque quòd insomniorum reuelatio manifestam dei erga illũ declrat beneuolẽtiam: Num existimatis, quòd quæ à deo præsignata sunt, possint subuerti? Nam sicut somnium diiudicastis, ita erit post multum temporis, etiamsi innumera excogitare volueritis. Omnipotens enim & sapiens est omnium dominus: & suæ virtutis declarans affluentiam, ‡sæpe facit, vt in mediis impedimẽtis fiant ea quæ sibi placent, & quibus summam virtutis suæ declarat] eminentiam. Verùm vt se habet inuidia, nihil eorum cogitare potest: sed omnino (vt ita dicam) vbi inuidus captus ab hoc morbo fuerit, cõtra suam ipsius salutem facit omnia. Et illi quidem narratione somnij odium auxerunt, admirabilis autẽ Ioseph vbi & aliud insomnium vidit, non ipsis solum, sed & patri narrat. *Quasi sol & luna, & vndecim stellæ adorabant me. Et increpauit eum pater suus, & dixit ei: Quod est insomnium hoc, quod somniasti? Nunquid euntes ibimus ego & mater tua, & fratres tui, vt adoremus te super terram? Æmulati autem sunt eum fratres sui, pater verò obseruauit verbum.* Sciens pater quòd fratres inuidebant ei, propter hoc increpauit puerum, & diiudicauit etiam ipse somnium, & coniectans à deo reuelationẽ ei factam, obseruabat verbũ. Verùm non ita faciebant & fratres. Sed quid? Iterum multo magis æmulabantur. Cur insani fuistis? cur stupidorum opera fecistis? Non cogitastis, quòd secundum insomniũ non temerè neque fortuitò factum sit? sed vt cùm didiceritis quòd omnino futura sunt quæ prædicta, cessetis meditari fratricidiũ, vtpote rem molientes impossibilem. Igitur oportebat quidem vos, cùm cogitaretis, & in mentem acciperetis fraternam vestram coniunctionem, futuram fratris gloriam pro vestra ducere. Quoniam autem ad hoc non respiciebatis, consequẽs fuit illud cogitare, quòd non contra eum, sed contra omnium dominum, qui hoc ei iam reuelauit, pugnetis. Verùm illi quidem, sicut dixi, neque naturæ vinculum reueriti, neque in mentem accipientes, quanta ille superna gratia muniretur, odium quotidie auxerũt: & nescij intra semetipsos rogum accenderunt, neque patre, neque filio tale quippiam suspicantibus, neque cogitantes quòd in tantam insaniã essent properaturi. Ideo vbi profecti sunt fratres in pascua: *Dixit*, inquit, *pater ad Ioseph, Nónne fratres tui pascũt oues in Sychem? Veni mittam te ad eos, dixitq; ei: Ecce ego.*

‡ *sæpe multa permittit interponi impedimenta, vt iis quæ sibi pridem visa erant perfectis, summã virtutis suę declaret.*

† *filium.* Vidisti patris erga † filios dilectionem, vidisti filij obedientiam? Dixit autem ei: Vade, & vide, num sani sunt fratres tui, & oues, & annuncia mihi. Hæc autem omnia facta sunt, vt & Iosephi erga fratres monstraretur beneuolentia, & illorum sanguinaria mens fieret manifesta. Factum est autem & in figuram futurorum, vt in vmbra multo antea veritatis res describerentur. Et sicut Ioseph ad fratres abiit inuisens eos, & illi non sunt reueriti neque fraternitatem, neque aduẽtus causam, sed primùm quidem occidere voluerunt, postea autem vendiderunt barbaris: Ita & dominus noster suam seruans misericordiam, aduenit inuisens humanum genus, & susceptа nostræ formæ carne dignatus fieri frater noster, sic aduenit. Et clamat Paulus, dicens: Non enim angelos assumpsit, sed semen Abrahę: vnde debuit per omnia fratribus similis fieri. Sed ingrati Iudæi, animarum corporumq; medicum, innumera miracula quotidie facientem occidere conati sunt, & opere complerunt animi sui propositam cędem: & crucifixerunt eum, qui propter nostram salutem serui formam susciperе dignatus est. Et isti quidem apprehenderunt & cruci traditum occiderunt: Illi autẽ consultabant quidem, sed opere quod consulebant, non impleuerũt. Oportet autem figuram minus habere, quàm veritatem: quia alioqui non fuisset figura eorum quæ posthac futura. Propterea illic quidem quasi in vmbra præsignata sunt. Et considera negocium. Non occiderunt, sed vendiderũt, & vestem hœdi sanguine inquinantes, dederunt patri, persuadere volẽtes quòd occisus sit filius. Vides quòd omnia hæc facta sunt, vt quasi in vmbra imago illa rerũ fieret, & veritas custodiretur? Sed ad seriem sermonis redeamus. *Et misit eum, inquit, pater, & venit in Sychem, & inuenit eum homo errantem in agro. Rogauit autem eum homo, dicens: Quid quæris? Ille autem dixit: Fratres meos quæro. Annuncia mihi, vbi pascant oues?* Considera quo modo hic magno studio de fratribus suis inquirit, & curiosè perlustrat, & omnia facit vt eos videre possit. *Dixit autem ei*, inquit, *homo: Audiui eos dicentes, eamus in Dothaim. Et iuit Ioseph, & inuenit eos. Prius autem viderunt eum à longe, antequam appropinquaret ad se, & malignè cogitabant, vt occiderent eum.* Considera hîc quæso dei omnipotentem sapientiam, quo modo illi quidem concitati erant in cædem eius: ipse autem omnia faciens & præparans, permittit interim omnia impedimenta fieri, vt facto athleta suo clariore, postremũ somniorum adducat euentum. Prius autem viderunt eum, inquit, & malignè cogitabant vt occiderent eum. *Dicebat autem vnusquisque ad fratrem suum: Ecce somniator ille venit, nũc igitur venite occidamus eum, & proiiciamus eum in lacum vnũ ex his, & dicemus, Mala bestia deuorauit eum, & videbimus † quæ sint] somnia eius.* Vidisti, quòd somniorum euentum expectantes, occidere eum conati sunt? Sed vt discãt, quòd non sit possibile ea quæ à deo sunt prædicta, non opere compleri: consultant & attentant, & suam declarãt maliciam, at sapiens & omnipotens deus insidiatores ministrare etiã inuitos facit dispensationi futurorum. Quoniam conspirauerant in mortem eius, & proposito iam occiderant. *Vt audiuit*, inquit, *Rubim, eripuit eum ex manibus eorum, & dixit: Non percutiamus eum in animam: non effundite sanguinem, abiicite eum in lacum illum in solitudine, manum autem non iniicite in eum: vt eum eriperet ex manibus eorum, & redderet eum patri suo.* Vide & illum, quo modo non audet manifestè eripere fratrem, sed iam occidendi conatum & impetum refrenare volens, dicit: Non effundite sanguinem, sed abiicite eum in lacum. Docere enim nos volens diuina scriptura scopum & mentem

† *quid euenirent.*

Rubim,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rubim,dicit: Hæc autem faciebat, vt eriperet eum, & A redderet patri suo. Et cùm illi hæc consultarent,nondum Ioseph aduenerat,sed postquam colloquium hoc absoluerunt. *Venit*,inquit,*Ioseph ad fratres suos.* Oportebat igitur illos occurrere fratri, & amplexari, & quo modo se pater haberet inquirere: verùm illi quasi bestiæ quædam, vbi agnum conspicatæ fuerint assiliunt.

Et exuerunt,inquit,*Ioseph vestem variam, & acceptum cũ proiecerunt in lacum.Lacus autem erat vacuus,aquam non habens:quẽadmodum consuluerat Rubim, fecerunt. Et iniecto illo, sederunt ad comedendum panem.* O crudelitatem, ô inhumanitatem. Ille quidẽ tantum itineris confecerat, & tanto studio de eis inquisierat, vt videret & annunciaret patri quo modo se haberent res illorum: verùm illi quasi alieni, & barbari,& inhumani:quia cõsuluerat eis Rubim, ne effunderent sanguinem:fame occidere volebant. Sed misericors deus statim eũ liberauit ab insania fratrum. B

Cùm enim consedissent ad comedendũ panem,viderunt Ismaelitas viatores venientes, & Aegyptum versus euntes. Et dixit Iudas: Qui prodest si occiderimus fratrem nostrum, & occultauerimus sanguinem eius?Venite,tradamus eum Ismaelitis istis.Manus autem nostræ non sint super eum, quia frater noster & caro nostra est. Vide quo modo et prius Rubim minore malo maius prohibuit:& nunc quoque Iudas consuluit vt vendatur frater,quò eum ab interitu eripere queat. Hoc autem totum factum est,vt etiã inuiti dispensationi diuinæ seruirent,& facerent ea quæ à deo sunt prædicta. *Et prætereunte*,inquit,*consilio Iudæ,eduxerunt eum de cisterna, & vendiderunt Ismaelitis viginti aureis.* O iniquam cõmutationem, ô domnosum lucrum, ô iniustissimam venditionem. Eum qui vobis sanguine coniunctissimus erat,quẽ pater maximè amabat,qui ad visendum vos venerat,qui nunquam vos vel in paruo vel in magno offenderat, C vendere attentatis: & vendere hominibus barbaris, & in Aegyptum descendentibus:Quæ tanta insania? quis liuor? Nam si hoc metu somniorum facitis, vt persuasi quòd omnino euentura sint:quare impossibilia attentatis,& factis vestris cõtra deum bellum assumitis, qui hæc ei prædixerat? Quòd si nihili putastis somnia, sed existimastis esse delirium: quare hæc operati estis, quæ perpetuam vobis maculam inurant & luctum indesinentem patri vestro afferant:Sed ô grauem morbum, immo mentem sanguinariam. Nam qui peccato exponit se,& nepharium opus aggreditur, is obruitur à cogitationibus absurdis, neq; proponit ante oculos oculum illum qui non quiescit: neque reueretur naturam suam, neque attendit aliquid quod ad commiserationem se possit inducere: id quod & illis euenit.Non enim cogitabant quòd frater esset, neque quòd adolescens, que quòd tam amabilis patri, neque quòd nunquã in terra aliena vixisset, & apud exteros nunquam antè conuersatus, nunc in terra tam semota inter barbaros habitaturus esset: sed omni honesta cogitatione abiecta,vnum duntaxat curabãt, quò inuidiam suam, vt putabant,opere explerent.Et illi quidem mente fratricidæ erant:qui autẽ hæc ab eis passus est, omnia fortiter tulit. Custodiebat enim eum manus domini, & omnia difficilia faciebat ei facilia & leuia. Quando enim supernam gratiam habemus, etiam inter medios barbaros, & in aliena regione melius & commodius versari possumus, quam domi habitantes,& hi quibus summa cura ministratur.Sicut etiã in domo versemur, & omni prosperitate frui videamur,destituti autem simus superno præsidio,omnibus sumus miseriores.Magnum enim & virtutis robur,& malitiæ infirmitas. Et hoc maximè ostendit nobis historia,quam in manibus habemus.Dic enim quos miseros & innumeris lachrymis dignos esse putamus, illõsne qui tanta mala fecerunt,an fratrem, qui in potestatem barbarorum venerat:Manifestum,quòd illos.Cogita enim, obsecro,hîc admirabilem illum, qui tanta ministrorum cura educatus,& in vlnis paternis semper habitus fuit,quo modo repentè coactus est ferre grauem seruitutem apud viros barbaros,non meliores ipsis bestiis.Sed omnium dominus erat,qui & illos humanos reddebat, & isti in omnibus dedit patientiã. Et cùm vẽdidissent fratrem, quasi perfecissent propositum suum,affecti fuere,ablato videlicet è medio cui inuidebant. *Reuersus est autem*, inquit,*Rubim ad cisternam,& non vidit Ioseph,& discidit vestimenta sua,& rediit ad fratres suos,& dixit:Puer non est, ego quò ibo vltra?* Quoniam suprà docuit diuina scriptura,quòd propterea consuluerat eum in cisternã coniiciendum, vt ex sanguinariis manibus illum eriperet, & redderet patri: nunc,inquit, vbi vidit se à sentẽtia sua exciduisse, discidit vestimenta sua, & dixit:Puer non est, ego autem quò vadam? Qualem habebimus defensionem & maximè ego, qui vobis præesse videor? Putabat enim quòd eum occidissent. At postquam factum est, quod quærebant, & miserunt in Aegyptum quem odio habebant, & inuidiam suam aliquo modo mitigarunt: postea magna industria cogitarunt vt deluderent patrem,ne mala sua conspiratio illi manifesta fieret. *Et occiso hædo caprarum, inquinauerunt vestem sanguine, & attulerunt vestem patri suo,& dixerunt:Cognosce,num vestis filij tui sit,an non?*

Quid decipitis vosmetipsos ô insensati? nam licèt patrem illum decipere possitis, non tamen falletis iudicem illum qui decipi nequit: non ignorabit oculus ille qui nunquam dormitat, quem maximè omnium formidare oportebat. Sed ita se habet humana natura: immo ita se habet multorum desidia, vt humanum timorem & præsentis vitæ confusionem maximi faciãt: in mente autem nõ versent terribile illud tribunal, & intolerabilem pœnam:sed hoc vnum curant,quo modo effugere possint humanã reprehẽsionem: id quod & illi egerunt,dum patrem suum decipere moliuntur.

Agnouit enim,inquit,*vestem pater,& dixit:Vestis filij mei est, fera mala deuorauit eum,fera rapuit Ioseph.* Etenim verè quasi in malas bestias incidisset,omnia egerrimè tulit. *Discidit autem vestimenta sua, & posuit saccum super lumbos suos, & luxit filium suum diebus multis.* Quantis fuerint illi digni lachrymis, qui non solum fratrem barbaris vendiderunt,sed & patrem in extrema senectute in tãtum luctum iniecerunt? *Congregati autem sunt filij eius & filiæ eius,vt consolarentur eum,& noluit,dicens:Descendam ad filiũ meum lugens in infernum.* Opinor & hoc illis aliam fuisse plagam.Videbãt enim quòd pater tantum, tamq; feruentem amorem declarabat erga eum qui nõ aderat, immo & putabaẽ à bestiis discerptus:& maiori tabescebãt inuidia. Sed illi quidem erga fratrem, & erga patrem crudeles fuere,nullaq; venia digni. Madianitæ autem & ipsi diuinæ seruiunt dispensationi, & denuò Iosephum vendunt Petephri archimagiro Pharaonis. Vidisti quo modo paulatim procedit,& per omnia suam virtutem & patientiã declarat, vt sic quasi athleta fortiter certans,redimiatur corona regni, & euẽtus somniorum impleatur: quò doceantur ij qui eum vẽdiderant, quòd nihil commodi ex sua malicia deportent. Tãtam enim fortitudinem habet virtus,vt clarior fiat cùm infestetur. Nihil enim ea fortius, nihil validius: non quòd ipsa tantum habeat robur: sed is qui eam possidet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

possidet,& supernam gratiam habet,& inde præsidium assequitur omnibus est fortior & inuictus, & capi nequit:non solum hominum insidiis, sed & dæmonum machinationibus.Id scientes,ne fugiamus malè affligi, sed malè agere: hoc enim est verè malè affligi. Nã qui proximum affligere tentat, illi quidem omnino nihil nocet.Nam licèt ad paruum tẽpus noceat, in hoc tantum seculo id facit,sibi autẽ immortalia tormenta thesaurizat, & pœnas ineffabiles: quas non aliter effugere possumus, nisi parauerimus nos ad ferendas afflictiones,& iuxta doctrinam domini, precemur pro his qui nos malè afficiunt. Hoc enim nobis magnam parabit mercedem,& concedet dignos effici regno cœlorum. Quod nobis oremus concedatur,gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, & honor nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Matt.5.g

Et vidit Iudas hominis chananæi filiam quæ vocabatur Sua, & duxit eam & ingressus est ad eam: & concipiens peperit filium,& vocauit nomen eius Her.

Homilia LXII.

SAtis pridẽ ex historia Ioseph didicimus,quãtum damni nascatur ex inuidia, & quo modo pernicios⁹ ille morbus animã primum corrumpat,à qua nascitur. Vidistis quo modo propter hanc affectionem fratres Ioseph & cognationis obliti sunt,& bestiarum crudelitatem erga eum, qui in nullo offenderat exercuerũt: Maliciam quidem suam potius manifestam reddẽtes quàm fratri nocentes.Malicia enim sua fratri suo non tantum nocuerũt, quantum seipsos ignominiosos fecerunt. Nam licèt barbaris eum vendiderint, & illi reuendidere archimagiro Pharaonis:nihilominus quia habuit supernam gratiam se in omnibus adiuuantem,omnia leuia & facilia visa sunt.Et volebam etiam hodie eandem historiam tractare,indeq; contexere sermonem: verùm in medio alia quædã narratio interiacet, quã indignum est præterire. Sed opus est, vt quantum possibile est perscrutemur, & sic iterum ad argumentum Ioseph redeamus.Quænam igitur illa,quæ interseritur narratio? Illa de Iuda. Hic enim accepta in vxorẽ filia Chananæi, Saua nomine, susceptisq; ex illa tribus filiis:duxit, inquit, primogenito suo Her vxorem Thamar. Quia autem ille malus erat coram domino, occidit eum deus. Et præcepit Annan, vt ducta vxore fratris sui,excitet semen fratri suo. Id enim lex iussit, quæ dicit, quòd mortuo fratre sine liberis,frater ducta vxore excitet semen fratri.Verùm & hũc quia malus erat,occidit dominus.Hoc Iudam terrore perculit,videntem duos filios tam statim interisse: & volens Thamar cõsolari,promisit se alium filium ei daturum: sed nõ implebat promissa, veritus ne & ipse eãdem pœnam ferret, quam fratres. Talibus promissionibus pascebatur Thamar,inq; domo patris sui tedebat, expectãs quando soceri promissio impleretur:& videns Iudam non velle implere promissa,tunc mansuetè tulit,non sustinens aliorum coniugia,sed amplexa viduitatẽ,& tempus cõgruum expectans: festinabat enim vt filios procrearet ex socero. Et quia vidit socrum mortuam, & Iudam venire in Thamna ad tondendas oues, furari voluit soceri concubitũ,& ex illo filios procreare,non libidinem explere concupiscẽs (absit hoc) sed ne videretur esse sine nomine. Alioquin & dispensatio erat quod fiebat,vnde & opere cõpleta sunt ea quæ illa deliberauit.Depositis enim vestibus viduitatis suæ, & induta theristro, & ornata sedit apud portas. Deinde quasi excusans eam scriptura, dixit: Vidit enim quòd creuerat Selom,ipse autẽ nõ daret ei vxorem, & propterea ad deceptionẽ illam properauit.Iudas enim cùm putaret eam esse scortum (velauerat enim illa faciem ne agnosceretur)diuertit ad eam. *Illa autem dixit:Quid mihi dabis? Ille autem pollicitus est hædum ex gregibus se missurum. At hæc dixit:Si dederis arrabonẽ, donec mittas. Et dedit annulum & armillam, & baculum, & intrauit ad eam, & grauida facta est ex eo.* Nullus hæc audiens condemnet Thamar:nam vt dixi,dispensationi ministrauit, & propterea neque vllam inde reprehensionem meretur,neque Iudas criminibus fuit obnoxius. Etenim hac via procedens, inuenies ex pueris inde natis Christum secundum carnem ducere genus.Præterea duo isti filij per eum nati, duorum populorum figura fuerunt,& prædictio quædã vitæ Iudaicę & spiritualis.Sed nunc videamus post recessum Iudæ,quo modo paruo tempore exacto,& opere in apertum producto, Iudas semetipsum cõdemnat,illam à criminibus liberãs. Nam postquam impleuit Thamar quod voluit, iterum mutato habitu inde quidem recessit, & venit in domũ suam. Iudas autem nihil eorum sciẽs,promissionem impleuit, & hædum misit vt arrabonem suum illi datũ reciperet: sed nusquam inuẽta muliere,rediit puer,significãs Iudæ quòd nusquam inuenire mulierem potuerit. Quibus cõpertis,Iudas dixit,inquit, ne fortè rideamur, vt habiti ingrati.Neque enim sciebat factũ. Verùm præteritis mẽsibus tribus,& sarcina ventris partũ prædicẽte,& nullo alio furtiuum sciẽte concubitum: annunciatũ,inquit, est Iudæ,quòd vterum gereret ex adulterio. *Et vt didicit,*inquit,*Educite eam,& comburatur.* Magna indignatio,grauis pœna,quia & peccatum grande esse videbatur. Quid igitur Thamar? productis his quæ in arrabonem Iudas reliquerat,inquit: *Si quis est cuius hæc sunt, ab illo ventris sarcinam accepi.* Attende quo modo silens, fide dignos testes affert qui loquantur,& satis eam criminis innoxiam demonstrent. Quia enim tribus testibus egebat, quæ in tali causa arguebatur: idcirco & hæc quasi claro testimonio dato, tres arrabonum species mittit,annulum,armillã, & baculum: & domi sedens,& tacens,in causa vicit.Iudas enim cùm agnouisset,dixit: *Iustificata est ipsa magis,quàm ego.* † *Quare non dedi ei filium meum Selom?*] Quid est,Iustificata est ipsa magis, quàm ego:Illa quidem, inquit, innoxia est,ego autem meipsum condemno, & nullo arguẽte meipsum prodo:immò sufficiunt quæ arguant,quæ data illi in arrabonem. Et deinde iterum Thamarem excusans, dicit: Quare non dedi eam Selom filio meo? Fortè autẽ hoc factum est ob hanc quam dicturus sum causam. Nam quia Iudas putabat illius causa mortuos Her & Annã, idq; metuens, eam nõ dedit Selom, quanuis ei promisisset: vt igitur manifestè ac euidenter sciret quòd non illa istis causa fuerit mortis, sed propter suam maliciã pœnam dederint. Occidit enim eum, inquit, deus. Et iterum,Occidit eum,inquit, etiam de secundo. Propterea ignarus ipse cũ nuru sua rem habet, & clarè didicit quòd non ipsa fuerit causa, sed illorum malicia reos eos pœnæ fecerit. Et confessus peccatũ suũ,etiam illã à peccato liberauit. *Nõ addecit,*inquit,*vt cognosceret eã.* quod declarat neque primùm cum ea rem habiturum fuisse,si agnouisset eam. Deinde postquam diligenter narrauit nobis diuina scriptura deceptionẽ quam fecerat Thamar, consequenter docet nos qui filij ei sint nati. *Factum est autem,*inquit,*cùm pareret,erãt gemelli in vtero eius.*

† propterea quod nõ dedi eam filio meo Selõ, sic & me accipe.

re eius. Et cum pârceret, vnus protendit manum, apprehensam autem obstetrix coccino ligauit, dicens: Hic egredietur primus. Vide hîc, obsecro, sacramentum & prædictionem futurorum. Nam postquam ligauit obstetrix manum coccino, ita vt cognosci posset exiturus, retraxit manũ, & exiit frater eius. Cessit, inquit, fratri, vt prior egrederetur: & qui posterior putabatur, prior exit. Et dixit, inquit: *Quare diuisa est propter te sepes? & vocauit nomen eius Phares.* Dissectionem enim, & quasi partitionem hoc nomen signat. *Et post hunc egressus est frater eius qui signum in manu dextera acceperat, & vocauit nomen eius Zara, quod interpretatur Oriens.* Et quòd nõ temerè & absque causa hæc facta sint, sed figura futurorum fuerint, res ipsæ declarant. Neque enim iuxta naturæ ordinẽ hoc factum est. Quo modo enim erat possibile, quòd postquàm manus ligata fuit coccino, iterum cõtraheretur, & daret posteriori transitum: nisi diuina quædã virtus hæc prius dispẽsasset, & sicut in vmbra quadam præfiguasset quòd statim ab initio Zara, quod est, Oriens. (Hic enim figura erat ecclesiæ) prospectare cœpit: quo paulisper procedente ac mox retrocedente, legalis obseruatio (per Phares significata) subintrauit, quæ postquã diu regnũ tenuisset, eo qui prius cesserat, Zara videlicet, rursus procedente, recessit omnis Iudaica consuetudo. Sed fortè nunc fuerit necessarium idẽ breuius dicere: Fuerunt, sicut Zara qui manũ protulit, Noë & Abraham, immo ante illos Abel & Enoch, quibus magnum studium fuit vel placerẽt deo. Deinde postquam in multos propagati, multa peccatorum onera collegerunt: opus autem erat vt vel paruam aliquam consolationem haberent: data est lex vt vmbra aliqua, nõ peccata tollens, sed ea demonstrans, & manifesta eis faciens, vt tanquam imperfecti filij qui lacte pascuntur, adolescere possient. Verùm quia neque hoc eis profuit, sed lege peccatorum magnitudinem monstrante, ipsi iterum [implicati.] iisdem [infermentati] sunt, adueniens communis dominus noster, spiritualem hãc & virtutibus claram vitam humano generi largitus est, cuius figuram Zara implebat. Et idcirco Euangelista etiam meminit Thamar, & eorũ qui ex illa nati sunt, & dicit: Iudas autem *Matth. 1. a* genuit Phares & Zaram de Thamar. Ne igitur temere prętereamus ea quæ in diuinis scripturis sunt prodita, neque ea quæ dicuntur à superficie salutemus: sed ingressi ad ipsum profundum, cùm diuitias quæ ibi latẽt didicerimus, glorificemus dominũ nostrum, qui eum tanta sapientia dispensat omnia. Nam si noluerimus mentem & causam omnium quæ facta sunt exquirere, non solum hanc condemnabimus, quòd cum socero suo dormierit, sed & Abraham reprehendemus, vt puericidã animo factum, & Phinees vt gemini homicidij reum. Sin autem vniuscuiusque causam diligẽter didicerimus, & illos à crimine liberabimus, & nos multam inde vtilitatem percipiemus. Cæterùm nos quæ ad historiam hãc attinent, pro virili nostra pertracta- *C.XXXIX.* uimus charitati vestræ. Quòd si non fatigamini, & volueritis, etiam sequentia attingamus, Et iterum ad narrationem admirabilis Ioseph veniamus, vt discatis etiam ex his quæ hodie dicta sunt, quæcunque generosus ille athleta, post somnia illa regnum sibi promittẽtia & principatum fratrum, sustinuerit, & quo modo post illa certamina & tentationes aliæ exceperint. Increbrescebant naufragia, nec submergebatur gubernator: & cùm validior insurgeret tempestas, quasi ad gubernacula sedens, nauim regebat. Dignum autem fuerit & verba ipsa audire, vt diligenter omnia discere

A possimus. *Ioseph autem deductus est in Aegyptum, & emit eum archimagirus de manu Ismaelitarum.* Deinde postquàm barbari illi, qui à fratribus eum emerant, Aegyptio archimagiro Pharaonis vendiderunt, varios dominos sortitus est ille, qui inter vlnas patris educatus fuerat: Vt ne admiremur, quo modo tulerit grauem illam seruitutem adolescens, & omnis duræ vitæ inexpertus, domiq; magna patris benevolentia enutritus: subdidit scriptura, dicens: *Et erat dominus cum Ioseph, & erat vir* * *assequens.* Quid est, erat dominus cum eo? Comitabatur eum, inquit, diuina gratia, & reddebat ei facilia omnia quæ grauia erant. Hæc dispensauit omnes eius res, hæc mansuetiores ei reddidit negociatores, & vendere archimagiro coëgit, ita vt paulatim hac via procedẽs, & per tentationes illas vadens, ad regium thronũ ascendere valuerit. Verùm tu dilecte audiẽs quòd sustinuit seruitutem apud negociatores, deinde quòd seruiuit apud archimagirũ, cogita quo modo non turbatus est, neque cogitauit, neque hæsitauit secum dicens: Quæ somniorum illorum deceptio, quæ tantam gloriam pollicebatur? Ecce enim post somnia illa seruitus, & seruitus grauis, & domini varij. Ab hoc transeo ad illum, ab illo ad alium: & cogor barbarorum assuescere moribus. Nunquid derelicti sumus? nunquid contẽpti sumus à superna gratia? Nihil tale vel dixit, vel cogitauit, sed tulit omnia fortiter & mansuetè. *Erat enim dominus cum Ioseph, & erat vir assequens.* Quid est vir assequens? Omnia ei prosperè succedebant, vbique præcedebat eum superna prouidentia. Et ita manifesta erat gratia, quæ florebat super eum, vt etiã domino suo archimagiro manifestum hoc fieret. *Sciebat enim,* inquit, *dominus eius, quòd dominus esset cum eo, & omnia quæcunque faciebat, dominus prospera reddebat in manibus suis. Inuenit autẽ Ioseph gratiam coram domino suo, & constituit eum super domum suam: & omnia quæcunq; habebat, dedit in manus Ioseph.* Vidisti quãtum sit superna manu adiuuari? Ecce enim & iuueni, & peregrino, & captiuo, & seruo, à domino tota domus creditur. Dicit enim: Et omnia quæ habebat dedit in manus Ioseph. Quare? quia cum superna gratia & suos attulit mores, gratus enim ei erat: hoc est, cum magna gratia faciebat omnia. Deinde volens eum deus misericors in maiori securitate constituere, non liberauit à seruitute, neque libertatem ei dedit. Hic enim mos est deo, vt non liberet à periculis viros virtute claros, neque à tẽtationibus liberet: sed in ipsis tentationibus tãtam suam daclaret virtutem, vt tẽtationes ipsæ eis fiãt occasio lætitiæ magnæ. Propter hoc & beatus Dauid:

D In tribulatione dilatasti mihi. Non tribulationem, inquit, abstulisti, neque ab ea liberasti in relaxatione esse voluisti: sed id quod est miraculũ, & perquàm rarum, in medio tribulationis cõstitutum absque pauore esse me fecisti: illud sanè & hîc fecit dominus. *Benedixit enim domũ Aegyptij propter Ioseph.* Et didicit postea barbar⁹, q̃ is qui vt seruus habebatur, deo peculiariter gratus esset, & permisit omnia quæ habebat, in manib⁹ Ioseph, *& nõ sciebat quicquàm, præter panẽ quẽ comedebat.* Quasi dominũ totius dom⁹ cõstituit. En seruus & captiuus sub manu sua habet omnia quæ erant domini: tãta res est virtus. Nã vbicunq; illa apparuerit, omnib⁹ dominatur & prævalet. Etenim sicut oriẽte sole tenebræ discutiũtur, ita & apparente virtute, è medio tollitur omnis malicia. Sed mala bestia est diabolus, vt primùm viderit iustum gratum esse, & per ea quæ putantur esse aduersa clariorem fieri, fremit dentibus & insanit: neque videre potest iustum quotidie magis & magis clarescere, sed

Psal. 4. a

* ἐπιτυγχάνων ἀσεβῶν ἀσεβῆς, προκόπτων, formatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed profundum barathrum effodit,& præcipitium parat, quò illum maximo, vt arbitratur, damno afficiat: & tempestatem excitet, & violentum naufragium faciat: sed discit non post longum tempus quòd contra stimulũ calcitret, & contra suũ caput operetur omnia.

Et erat Ioseph pulcher specie,& formosus aspectu. Quare nobis corporis pulchritudinem narrat: vt discamus quòd non solum anima pulcher erat,sed & corpore. In ipso enim flore ætatis erat: iuuenis erat,& pulcher specie,& formosus facie. Hæc autem prius narrauit de eo scriptura, vt doceat nos quòd Aegyptia adolescentis pulchritudine capta, ad illicitũ eum cõcubitum irritarit.

Et factum est post hæc. Quid est,post hæc? Postquam ei concredita potestas totius domus,postquã tantum honorem à domino suo consequutus est. *Iniecit uxor domini oculos suos in Ioseph.* Vide intemperantiam lasciuæ mulieris,non accepit in mentem quòd haberetur domina,non quòd ille erat seruus,sed à formositate capta,& diabolico incendio suscepto, in iuuenem postea insilire tentat: & malam illam cogitationem in mente seruans,tempus inquirit & solitudinem,quę possent ei cooperari ad illicitum suum conatum. Verùm ille noluit,neque paruit,neque verba illius suscepit. Sciebat enim hinc sibi magnam perniciem enasci. Et nõ solum res suas spectabat,sed operam dabat vt & illam, quantum possibile erat,ab insania hac liberaret, & ab illicita ista concupiscentia: & consiliũ ei afferret, quod sufficiebat ei vt pudefieret, & quid sibi prodesset, cognosceret. *Dixit enim,* inquit, *uxori domini sui:* Domina à seruo consilium accipit. *Nónne propter me nihil fecit in domo sua,& omnia quæcunque habet,dedit in manus meas?* O gratitudinem viri. Vide quo modo enumerat beneficia domini, vt doceat quantam illa gratitudinẽ erga coniugem habere debeat. Num ego,inquit, famulus sum? num peregrinus? num captiuus? tãta fruor eius securitate,vt omnia sua sub manum meam tradiderit: & nihil est quod excepit de manu mea, præter te: & omnibus aliis ego præsum,soli autem tibi subiicior,& es extra meam potestatem. Deinde vt letalem ei plagã daret,& recordari faceret viri beneuolẽtiæ, & persuaderet ei ne tam ingrata esset erga cõiugem suum, inquit:

Et tu propterea extra potestatem meam es, eo quòd tu uxor eius sis. Cùm igitur uxor eius sis,quo modo faciam hoc malũ verbum, & peccabo coram deo? Quoniam enim illa solitudinem obseruabat, & tempus expectabat quo latere poterat virum, & omnes qui in domo erant, dicit: Quo modo possum facere malum hoc, & peccabo coram deo? Quid enim putas? etiam si fecerimus vt res clàm sit omnibus,oculum tamen illum qui dormitare nequit, latere nõ poterimus: illum solum timere oportet, & tremere ac pauere, vt ne in cõspectu eius malè quippiam faciamus. Et vt discamus iusti excellẽtem virtutem,& quòd non semel neque bis,sed & sæpius certamen hoc sustinuerit, & colloquium hoc tulerit, cõsulereq; non cessauerit,subdit scriptura: *Cùm autem loqueretur de die in diem, & non obediret ei: ut vbi obseruauit in domo facientem aliquid, assiliit in iuuenem sicut bestia dentibus frendens, & apprehensis vestimentis tenuit eum.* Non simpliciter hoc prætereamus, sed cogitemus,quantũ certamen sustinuerit iustus ille. Non enim tam admirabile, vt mihi videtur in fornace Babylonis esse tres pueros, & illæsos permanere, & nihil ab igne pati: vt admirabile hoc & rarum, quòd admirabilis ille iuuenis retinetur vestimentis ab polluta illa & lasciua, nec tamen illi cedit: sed & vestibus relictis in manibus illius, resilit. Sicut autem tres pueri illi, propter suam virtutem superna freti gratia, igne præstantiores visi sunt: ita & ille, quia quod in se erat afferebat, & continẽtiæ certamina cum magna declarabat constantia,magno supernoq; præsidio munieba-

Daniel.3.

tur. Neque enim potuisset,dextera dei non cooperante ei, tantum certamen certare, & à retibus illius libidinosæ mulieris aufugere. Et licebat postea videre admirabilem illum,nudum quidem vestibus exire,indutum autem continentiæ vestimẽtis, & quasi ab incendio & fornace illæsum effugere: & non solum non adustum,sed & multo fulgidiorem & clariorem factum. Sed vide post tantam victoriam, postq; tantam fortitudinem,propter quę illũ oportebat coronari,& propter quæ oportebat illum prædicari: iterum quasi reum & obnoxium innumera sustinentem mala. Nam Aegyptia illa non ferens confusionem & opprobrium,in quæ seipsam iniecerat,impossibilia attentans, primum quidem conuocauit eos qui in domo erant, accusans adolescentem: & dicit quòd ille dixerit quæ ab ipsa magno furore proposita erãt, atque ita omnes decipere tentat. Hoc enim modo se habet malicia, semper contra virtutem pugnat, & ei sua peccata affricare & impingere vult: id quod & hęc faciebat,adulescentem quasi intemperantem criminans, & se continentiæ larua induit, & dicit, propter hoc & illum vestes reliquisse, & se retinuisse illas. Et misericors deus fieri hęc permittit,vt per omnia famulum suum clariorem efficiat. Nam hæc omnia venienti viro cum magna malicia dixit,& adolescentem accusauit,dicens: *Introuit ad me puer Hebræus,quem duxisti ad nos, vt illuderet mihi.* O misera & calamitosa, nõ ipse introductus est vt illuderet tibi: sed diabolus te induxit, vt nõ solum adultera fieres,sed & vt homicidiũ procurares. Et ostendit postea ad comprobationem eorũ quæ dicta erant, adolescentis vestes. Considera,obsecro,hîc communis omnium domini misericordiam: quia sicut à fratribus eripuit, volentibus eum interficere: & effecit primùm quidem quòd iuxta cõsilium Rubim in cisternam immitteretur,& postea iterum iuxta consilium Iudæ negociatoribus venderetur,vt somniorum euentus complerentur: & fidem facerent iusto,quòd nõ frustra, neque temerè hæc pręsignata essent: ita & nunc superna manus erat quæ barbarũ detinuit, & non permisit ad cædem iusti festinare. Quid enim prohibuisset eũ hoc facere, cùm intelligeret illum attẽtasse violare suum lectum? Verùm omnipotẽs deus tantam fecit illi exhiberi clementiam,vt iniectus in carcerem,etiam illic suam declaret virtutem, & sic ad principatum regni veniat.

Succensuit enim, inquit, *dominus eius, & misit eũ in custodiam, vbi uincti regis detinebantur.* Nam siquidem non credebat,nõ oportebat eum in carcerem conijcere: sin credebat verum esse, quod Aegyptia dixerat, tunc neque carcere dignus erat,sed plecti capite,& extremam pœnam pati debebat. Verùm quãdo suum auxilium dextra superna ostendit, omnia leuia & facilia fiunt, & feroces mansuescunt. Tunc autem superna gratia vbertim nobis assistit, quando multam & nos declarauerimus virtutem. Nam hic, quoniam multum certauit, propterea etiam magnas retributiones consequitur. Et post tantam fortitudinem abducitur in carcerem, & silenter fert omnia. Scitis enim ij qui nõ sunt sibi conscij maliciæ, quando sicut rei condemnantur, quanta vtantur sæpe fiducia, & dicẽdi libertate superbienter: & inflati,& insurgentes contra eos qui insontibus crimen intentant. Verùm ille non sic: sed silet, & omnia

mansuetè

manſuetè fert, † & ſuſtinet cum magna patiẽtia voluntatem domini. Vide enim quo modo & in carcere principatum omnẽ accipiat à cuſtode carceris, idq; merito. *Erat enim dominus cum Ioſeph*, inquit, *& defundebat ei ſuam miſericordiam.* Quid eſt, defundebat ſuam miſericordiam: Ad miſerationem inflectebat præfectũ carceris, & mirè erga illum beneuolentiam ſuam declarari curabat. *Dedit enim ei gratiam coram illo.* Verè nihil beatius eo, qui dei gratiam habet. *Dedit enim*, inquit, *præfectus carceris carcerem in manus Ioſeph.* Vide, quo modo cuſtos carceris aliquid honoris ei defert, & autoritatẽ ei permittit, & omnes qui in carcere erant, eſſe iubet ſub poteſtate eius *Et neſciebat præfectus carceris aliquid. Omnia enim erant in manu Ioſeph, eo quòd dominus erat cum eo. & omnia quæ ipſe faciebat, dominus proſperabat in manibus eius.*

† magna cũ patientia dei expecta ſatisfiũ.

Vide quo modo comitabatur eum perpetuò ſuperna gratia, & omnia quæ faciebat erãt plena gratia. Hoc igitur & nos ſtudeamus, vt nobiſcũ ſemper habeamus dominum: vt quæ à nobis fiunt, ab illo proſperentur. Nam qui illius gratiam aſſequitur, & in mediis vinculis exiſtẽs ridebit, ac nihili putabt omnia, domino omnium faciente & diſponente cuncta, vt proſperè ſuccedant omnia. Quo modo autẽ poterimus nobiſcum habere dominum, ita vt ab ipſo ſecundentur omnia: ſi ſobrij noſmetipſos attenderimus, & vigilantes fuerimus, & imitabimur iuuenis illius continentiam, aliaſq; virtutes, ac fortẽ ſpiritum: videbimuſq; quòd ſic oporteat omnia diligenter fieri, ne fortè à domino cõdẽnemur. Neq; enim poſsibile eſt, vt occultetur aliquid ab oculo illo qui dormitare nequit. Verũ neceſſe omnino eſt, vt is qui peccat, ſuppliciis obnoxius fiat. Itaq; ne maioris faciamus timorẽ hominũ, quàm indignationem dei, ſed memores ſimus ſemper verborum Ioſeph dicentis: *Quo modo faciam verbum hoc malum, & peccabo coram domino?* Igitur quando nos cogitatio perturbat, hoc in mente verſemus verbum, & ſtatim effugiet omnis illicita concupiſcentia. Itaq; ſiue quis corporũ concupiſcentia capiatur, ſiue pecuniarum cupiditate, ſiue alia quadam, ſtatim hoc verbum cogitet: quòd ille eſt qui nos condemnet, à quo non eſt poſsibile nos occultare, etiam quæ in mente noſtra verſentur: & omnino effugiemus etiam diabolicas machinationes, magnoq; adiutorio ſuperno iuuabimur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, imperium, & honor, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et neſciebat aliquid præfectus carceris propter Ioſeph.

Homilia LXIII.

RElíquias eorum quę heri dicta ſunt, volumus hodie reddere charitati veſtræ: & iterum attingere hiſtoriam Ioſephi. Scitis enim quòd heſternus ſermo prolixior fuerit, & non potuimus vlterius progredi: ſed ſermoni finem impoſuimus, quando propter Aegyptiæ calumniam ab archimogiro in carcerem eſt coniectus. Ideo hodie operæprecium fuerit docere veſtram charitatẽ, quę in carcere ei acciderint. Nã poſtquàm in carcerẽ eſt iniectus, & traditus præfecto carceris, etiam illic tantã dei gratiam aſſequutus eſt, vt totius carceris principatus à præfecto carceris ſibi cõcrederetur. *Et neſciebat aliquid præfectus carceris propter Ioſeph.* Vidiſti, quo modo in ipſis afflictionibus exiſtens, aduerſitatem ne ſenſerit quidem: ſed omnipotens ſapiẽtia dei, omnia aſpera vertebat in iucũda. Et ſicut, licèt quis margaritam luto obruat, nihilominus natiuã retinet pulchritudinem: ſic & virtus quocunque eam proieceris, ſuam vim exerit, etiam in ſeruitute, etiam in carcere, etiam in afflictione, etiã in proſperitate. Quia & in carcere illi conciliauit præfectum carceris, & ſuper omnes qui ibi erant poteſtatem conceſsit. Videamus & hìc quo modo vim gratiæ ſibi conceſsæ manifeſtarit. *Factum eſt enim*, inquit, *poſt verba hæc.* Qualia? quæ narrauit poſt factam calumniam, poſtquam condemnatus eſt in carcerem: & nõ hoc ſolum, ſed & poſtquam ſignificatum eſt nobis quòd dominus cum eo fuerit, & quòd præfectus carceris omnia quæ ibi erant commiſerit, vt per illũ adminiſtrentur. *Factum eſt*, inquit, *poſt verba hæc, poſtquam iniectus eſt in carcerem. Cùm peccaſſent præfectus pincernarum & præfectus panificum, condemnati ſunt à rege, vt in carcerem mitterentur, quos præfectus carceris Ioſepho commendauit.* Neque enim vt vincto vſus eſt illo, ſed vt curarum participe, immò vt eo qui ibi detentorum curas bene conſolari queat. *Et adſtitit eis*, inquit, Quid eſt, adſtitit eis? hoc eſt, conſolatus eſt eorum mentes, erexit eorum animos, & non permiſit abſorberi præ triſticia. Erant autem † diebus multis in carcere, & viderunt vterque inſomnium in nocte vna: præfectus pincernarũ, & præfectus panificum. Sed beatus ille, cui curæ erat quo modo cõſolarentur illi, vt vidit eos ob viſionem inſomniorum turbari, & mente confundi, dicit: *Cur facies veſtræ hodie tam obnubile & mœſtæ?* Oſtendebant enim facies eorum intus latentem turbationem. Propterea & ſapiens quidam dicebat: Corde lætante exhilaratur facies: in triſticia autem exiſtẽte, mœret. Igitur quia vidit eos triſticia affectos propter inſomniorũ viſionẽ, cauſam diſcere volẽs rogauit. Vide quo modo & in carcere exiſtẽs ſuam declarauerit virtutem, & aliorũ mœrores alleuiare ſtuduerit. Quid igitur illi? *Inſomnium vidimus, & non eſt qui *diiudicet illud.* Ignorabant ſapientiã eius cum quo loquebantur, ſed quaſi vulgarem aliquem exiſtimabant, & propterea ſomnium ei nõ dicunt, ſed tantum quòd viderint, & dicunt: Nullus eſt qui diiudicet illud. Verum admirabilis ille vir dicit eis: *Nónne à deo manifeſtatio eius eſt? Narrate igitur mihi.* Non à me promitto vobis aliquid me dicturũ, Deus eſt qui reuelat. Narrate igitur mihi. Vide intelligentiam & humilitatis excellentiã: nõ dixit, Ego vobis diiudico, ego vobis dico ſomniorum euentum. Sed quid? Narrate igitur mihi. Deus enim eſt ſolus, qui talia reuelat. Et narrauit præfectus pincernarum. *Vt autem audiuit Ioſeph*, inquit, *Hæc eſt * diiudicatio eius. Tres propagines, tres ſunt dies, & recordabitur Pharao tuæ pincernarum præfecturæ: & hinc reſtituet te, & dabis poculum Pharaoni in manum ſuam iuxta priſtinum officium tuum, vt ſolebas vinum infundens. Sed recordare mei per temetipſum, quando tibi bene erit, & facies mihi miſericordiam, & memor eris mei apud Pharaonẽ, & educes me ex carcere hoc: quia furtiuè abductus ſum ex terra Hebræorum, & hìc feci nihil, & immiſerunt me in hunc lacum.*

Quia prædixerat ei bona cuẽtura, & reconciliandũ regem, dicit: Memor eſto mei per temetipſum, quãdo fœlicitatem tuam obtinueris, mentionem faciẽdo eius qui hæc tibi prædixit, & facies mihi miſericordiã. Hoc audiens, dilecte, ne condemnes puſillanimitatem iuſti: ſed hac ratione potiſsimũ obſtupeſce, quòd tã fortiter & æquo animo tulit grauem illam inhabitationem. Nam licèt magnam à cuſtode carceris poteſtatem acceperit, attamen grauabatur in tanto pedore cum ſordidis & ſqualidis agẽdo. Nã vide quàm bene morata mẽte fuerit præditus, & quo modo fortiter tulerit omnia, in omnibus magnã declarans animi humilitatem. Et facies, inquit, in me miſericordiam, & recordaberis

† per dies.

Prouer. 15. b

* ὁ συγκρίνων, qui diiudicet, cõcilet, decernat, interpretetur. ſic & in ſequẽtib⁹ intellige.

* σύγκρισις, diiudicatio, interpretatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mei apud Pharaonem, & educes me ex carcere hoc. Attende obsecro hîc quo modo nihil dicat cõtra scelestam illam adulteram, neque arguat dominum, neque narret fratrũ in se inhumanitatem, sed tectis omnibus, dicit: Recordare mei, & fac educi me ex carcere hoc: quia furtim abductus sum de terra Hebræorum, & hîc nihil feci, & immiserunt me in lacum hunc. Ne perfunctoriè hoc prætereamus, sed cõsideremus quàm bonis moribus anima eius fuerit prædita, quo modo inuenta opportunitate temporis, & sciens quòd præfectus pincernarum in fœlicem statum restitutus, posset omne negocium suum regi significare, nõ Aegyptiam reprehendit. Iterum enim eadem dicam: non dominum affert in medium, non fratres, non dicit causam propter quam cõdemnatus sit in carcerem, neque scelus in se commissum narrat: sed hoc vnum curat, non vt illos cõdemnet, sed vt pro se solo dicat. Et fratrum quidem causam adumbrabat, dicens: Furtò abductus sum ex terra Hebræorum. Quæ autem Aegyptia illa fecerat, nõ profert in medium, neque iniustam domini sui erga se indignationem. Sed quid dicit? Hîc feci nihil, & immiserunt me in carcerem hunc. Hæc audientes, discamus si in talia inciderimus, vt caueamus conuiciis illos qui nos iniecerũt incessere, & ad accusationem illorum linguam acuere: sed solum demonstremus in mansuetudine & mititate nos innoxios: & imitemur illum admirabilem, quia neq; in calamitate existens voluit vel verbis petulantiam & libidinẽ Aegyptiæ inuulgare. Scitis enim, quòd multi cum de crimi-
† *criminib⁹ etiam obnoxij,*
nibus arguuntur, magna impudentia in alios sua delicta transferre nituntur. Hic autem sole clarior existens, & potens omnia cum veritate dicere, & illius insaniam manifestam facere, & semetipsum clariorẽ demonstrare, nihil illorum in medium affert. Neq; enim
† *beneuolẽtia.*
humanam venabatur gloriam, sed sufficiebat ei gloria superna, & oculum illum qui non dormitat, habere volebat laudatorem factorum suorum. Ideo silente eo, & omnia obtegere moliente, misericors dominus in tantam eum gloriam perduxit, quando vidit athletam suum rectè certasse. Iam autem discamus, & ex his quæ postea sequuntur viri sustinentiam, & quo modo non grauatim fert dilationem: neque à sua alacritate excidit, sed æquo animo omnia fert, & promptè gratias agit domino suo, qui hęc fieri permittebat. His auditis, princeps panificum ratus & suum sibi somnium boni aliquid præsignare, narrat ei somnij visionem. Quod vt audiit Ioseph, accepta etiam ex superna reuelatione eius diiudicatione, prædicit illi interitum imminentẽ, & dicit: *Adhuc tres dies, & auferet Pharao caput tuum à te, & suspendet te in ligno, & comedent volucres cœli carnes tuas à te.* Propter hoc prius dicebam, inquit, quòd non à meipso vobis prædico, sed quæcunque deus reuelauerit: vt siue bonum aliquid, siue malũ præsignet somniorum visio, non mihi adscribatur. Non enim à me hæc loquor, sed illa vobis declaro quęcunque superna gratia mihi manifestarit. Cæterùm cùm adessent statuti dies, opere impleta sunt quæ Ioseph dixerat: & sicut diiudicarat Ioseph, ita contigit vtrique. Et ille quidem ad pristinam rediit fœlicitatem, hic autẽ pœnam luit.

Porrò præfectus pincernarum, qui tantam consolationem acceperat, non est recordatus Ioseph, sed oblitus est eius. Vide iterum iustum in palęstra aliqua certantem, & suæ virtutis exhibentem specimina, nõ perturbari neque commoueri, neque ægrè ferre. Nam si quis ex vulgaribus fuisset, dixisset fortasis ita intra se: Quid hoc rei? præfectus pincernarum mox vt interpretatus sum ei somniorum visionem, pristinam fœlicitatẽ accepit: & nõ est memor eius qui sibi prædixit: Ille quidem solita fœlicitate fruitur, ego autem qui nihil mali operatus sum, hîc cõcludor cum homicidis, cum furibus, cum latronibus, cum his qui innumera mala commiserũt. Nihil horum vel dixit, vel cogitauit: sciebat enim quòd amplior cauea fieret in qua decertandũ, vt legitimè certãdo clariori redimiretur corona. Considera enim, quo modo post restitutionẽ illius duo anni præterierint. Oportebat enim expectari tẽpus opportunũ, vt maiori cum gloria inde educeretur. Si enim præfectus pincernarum ante somnia Pharaonis recordatus authoritate sua eum liberasset, fortasis nõ tam perspicua fuisset aliis eius virtus. Nunc autem omnipotens & sapiens deus sciens, ſicut optimus artifex, quãto tempore in igne debeat aurum teneri, & iterum inde reduci: permittit ad tempus duorum annorum præfectum pincernarũ illius obliuisci, vt & tempus somniorum Pharaonis veniat, & compellente necessitate ipsa, iustus ille in toto regno Pharaonis notus fiat. *Nam post duos annos vidit,* inquit, *somnia Pharao: & factum est mane, & turbata est anima eius. Et misit, & vocauit omnes coniectores Aegypti, & omnes sapientes suos, & narrauit eis Pharao somnium, & non erat annuncians illud Pharaoni.* Vide multiplicem dei dispensationem, prius permittit omnes qui ibi habebantur sapientes, tentari, vt monstraretur eorum ignorantia: & tãdem hic vinctus, captiuus, seruus, Hebræus in mediũ adductus est, & nota facit multis ignota, quòd omnibus manifestetur superna gratia in illo refulgens. *Cum omnes,* inquit, *sapientes venissent, & neque dicere aliquid, neque os aperire posset: tunc princeps pincernarum recordatus est Iosephi, & recensuit Pharaoni ea quæ sibi in carcere contigerant, & inquit: Peccatum meum reminiscor hodie.* Et narrat quo modo in carcerem coniectus sit ipse, & præfectus panificum: & viderint somnia, & diiudicationem eorum à Ioseph acceperint, & quòd iuxta illius prędictionem ipsis euenerint omnia.

Hæc cum audisset rex, misit ad Ioseph, & eduxit eum ex carcere, & totonderunt eum, & mutauerunt vestimentum eius, & intrauit ad regem. Vide statim ab initio quantus nunc honor. Postquàm enim purgatus per patientiam: sicut aurum rutilans exiit de carcere, & ductus est ad regem. Vidisti quantum sit à superna gratia adiuuari? Vide nunc quanta dispensata sunt, vt res Iosephi complerentur. Nam postquam summum illud certamen certasset, & scelestæ illius Aegyptiæ pedicas effugisset, & in carcerem cõiectus esset, permisit vt præfectus pincernarum & præfectus panificum Pharaonis per illud tempus in carcerem illum inũcerentur, & per diiudicationem somniorum discerent viri sapientiam, vt eorum alter nunc tempestiuè illius mentionem faciens eum in medium proferat. *Dixit autem,* inquit, *Pharao ad Ioseph: Somnium vidi, & non est qui diiudicet illud: ego autem audiui de te dicentes, quòd* † *audierint te sua diiudicasse somnia.* Vide quo modo cõfusus Pharao, nõ dicit manifestè quòd nullus suorũ sapientiũ potuerit diiudicare somnia. Sed quid? Somniũ vidi, & non est qui diiudicet illud. Audiui autem de te dicentes, quòd † audierũt te sua somnia diiudicasse. Consídera, obsecro, hîc magnam prudentiam & pietatem Ioseph, quo modo Pharaoni respondeat.

† *si audierit somnia, ipse interpretetur.*

† *si audierit somnia, ipse interpretetur.*

Ne suspiceris, inquit, *me aliquid à me dicturũ, vel nouæ humanam sapientiam diiudicaturum. Neq; enim possibile est sine reuelatione, quæ superne venit, talium noticiam habere. Scias igitur, quòd absq; deo non† indicabitur quòd salutare Pharaoni.* Cognosce igitur quòd omniũ dominus est qui reuelat, & noli ab

† *ref ponitur.*

hominibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominibus quærere, quæ solius dei est manifestare. Vide quo modo respõso suo docet Pharaonẽ, quàm sint infirmi & inutiles sapientes eius, & quanta sit potentia dei. Igitur quoniã cognouisti ex me, quòd neque ex humana sapientia, neque ex propriis rationibus hæc loquor, dic quæ à deo tibi manifestata. Pharao vbi hæc audiit, narrat somnia: & primũ & secundum: & inquit: *Dixi coniectoribus, & non erat qui annunciaret mihi.* Non audisti, inquit, à me, quòd non est humanæ sapiẽtiæ talia significare: Ne igitur illis succẽseas: nunquam enim poterunt talia comprehẽdere, quæ sunt solius reuelationis quæ supernè datur. *Et dixit Ioseph: Insomnium Pharaonis vnum est: vt autem credas, quòd verum erit quod à deo tibi præsignatum est, & quòd accelerabit deus istud facere, repetitum est secundò.* Repetitio enim, inquit, confirmatio est visorum, & copiosior probatio, quòd omnino hæc futura sint. Et postquam diiudicauit numerum septẽ boum, & septem spicarum, & dixit magnam futuram abundantiã, & quòd hanc grauis sequutura sit fames, cõsequenter & optimum consilium affert, & dicit: *Constitue virum super Aegyptum, qui possit colligere fertilitatẽ septem annorum, ac sic dispensare, vt possimus in tẽpore famis solatium inuenire, & nõ fiat omnimoda consumptio.* Placuerũt hęc Pharaoni, & omnibus seruis suis. Et nũc seruit Pharao impletioni somniorum Ioseph, quæ viderat quãdo apud patrem agebat. Et ipse quidẽ somnia Pharaonis diiudicabat. Pharao autem ad finẽ somniorum euentũ ducebat, ignorans. Nam vt hæc audiuit, dixit seruis suis: *Num inuenietmus hominem talem, qui habet spiritum dei in semetipso?* Vidisti quo modo cognouit & ipse, quòd ex superna reuelatione hæc ei manifestata fuerint? Quo modo enim, inquit, inuenire poterimus, qui tantam cõsequutus sit gratiam, vt spiritum dei in se habeat? *Et dixit, inquit, ad Ioseph: Quia monstrauit tibi deus omnia hæc, non est homo prudentior quàm tu.* Attende hîc, quo modo, quandocunque voluerit omnipotens deus, opere cõplere quæ sibi visa fuerint, nihil eorum quæ in medio obstare videntur, impedire potest. Ecce enim à fratribus factus erat, vt ita dicam, propè hostia, & semel atque iterũ venalis, & accesserat calumnia in extremũ periculũ adducens, & in carcerem tanto tempore, & post hęc omnia fermè in ipsum regis thronum euectus est. *Quoniam ostendit tibi deus hæc omnia, & non est homo prudẽtior & intelligentior te, tu eris super domum meam, & in ore tuo obediet omnis populus: veruntamen throno ego te antecellam.* Vide quo modo captiuus repentè constituitur rex totius Aegypti, & qui ab archimagiro in carcerem coniectus est, à rege in summum locum exaltatus est. Et qui fuerat eius dominus, repentè vidit quem vt adulterum in carcerem miserat, totius Aegypti suscepisse imperium. Vidisti quantum sit, ferre cum gratiarum actione tẽtationes? Propterea & Paulus dicebat: Afflictio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem: spes non pudefacit. Vide igitur, Afflictiones patienter tulit, patientia probatum eum fecit, probatus factus in magna spe agebat, spes non pudefecit. *Dixit autem ad eum: Ecce constitui te hodie super omnẽ terram Aegypti. Et Pharao, ablato annulo de manu sua, posuit eum in manu Ioseph, induitq; eum veste byssina, & circundedit cellum eius torque aureo, & fecit eum ascendere super currum † secundum sibi proximum.] Et promulgauit coram eo præco, & constituit eum super totam Aegyptum.* Nam deus quem habebat secum, ei omnia bene disposuit, & eum in tantam claritudinem euexit. *Dixit autem Pharao: Absque te nullus leuabit manum suam in omni terra Aegypti. Et vocauit Pharao nomen Ioseph Psomthomphanech,* appellatione nominis volens sapientiam eius perpetuæ memoriæ testatam: hoc enim significat, occultorum cognitor: eo quòd omnibus occulta manifestauit, propterea ex his quæ facta sunt appellationem ei imponit. Et vt accumulet honorem, dat ei filiam Petephræ in vxorẽ. Deinde quia iste eiusdẽ nominis erat cũ eo qui dominus eius fuerat, dicit sacerdotis Heliopoleos. Et vt discamus, in qua ætate fuerit admirabilis ille, qui tantam assequutus mercedẽ, & tanta certamina ostendit, inquit: *Ioseph autem erat triginta annorum, quando stetit coram Pharaone.* Ne temerè putemus assignatum esse numerum annorum, sed discamus quòd negligenti virtutem nulla sit excusatio: neque enim licet alicui obiicere iuuentutem, vbi virtus exercenda est. Ecce ille nõ solum iuuenis erat, sed etiam pulcher specie, & formosus facie. Contingit enim iuuenẽ esse, & nulla corporis pulchritudine præditum. Hic autem cum iuuẽtute & pulcher erat facie, & quasi in ipso iuuentutis flore seruus & captiuus factus est: Decem enim & septem habebat annos, quãdo deductus est in Aegyptum. Deinde in ipsa fornace iuuentutis † calumniata est eum petulãs Aegyptia domina eius, & neque sic superatur fortitudo iusti: denique in carcere tanto tẽpore grumnosus fuit, & mansit quasi adamas, non solum non factus infirmior, sed & plus roboris assumens. Habuit enim solidantem se supernam gratiam. Quoniã prius quod suum erat totum attulerat, & propterea è carcere ad principatum totius Aegypti accersitus est. Hæc audiẽtes, in afflictionibus animum nunquam despondeamus, neque proprias rationes sequentes morosi simus & difficiles: sed magna patientia clari, spe bona foueamur, sciẽtes omnipotentiam domini nostri: & quòd sinẽs nos experiri aspera, non relinquit, sed vult vt certantes clariori corona cingamur. Ita omnes sancti probati sunt. Propterea & apostoli dicebãt, Per multas afflictiones oportet nos in regnum dei intrare. Et ipse Christus dicebat discipulis suis: In mũdo afflictionem habebitis. Ne igitur mœreamus in afflictionibus, sed audiamus Paulum dicentem, quòd volentes piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. Et ne admiremur, neque ægrè feramus, sed omnia cum fortitudine & patientia toleremus: non ad afflictiones respicientes, sed ad lucrum quod inde congregamus. Spiritualis enim quædam negociatio est. Et sicut qui pecunias colligere volunt, & huius seculi negociationem exercent, non aliter possunt augere suas opes, nisi multa pericula terra mariq; sustinuerint. Necesse enim vt ferant latronum & piratarum insidias. Attamen omnia magna alacritate suscipiunt, & ob expectationem lucri vix sentiunt amara quæ ferunt. Eodem modo & nos cogitantes diuitias & spirituales merces, quas nobis hîc colligere licet, oportet gaudere & exultare, & non contemplari quæ videntur, sed quæ non videntur, sicut & Paulus admonet, dicens: Non considerantibus nobis ea quæ videntur. Fidei enim est, non corporalibus oculis contentos esse, sed oculis mẽtis imaginari ea quæ non videntur. Nam illa fide digniora credenda sunt, quàm ea quæ corporalibus oculis videntur. Sic patriarcha gratus fuit deo, quia credidit promissioni eius, & superior natura factus & humanis rationibus, ideo & reputatum est ei in iusticiã. Considera, quòd iusticia est credere his quæ à deo dicũtur. Quando enim ille aliquid promiserit, non mihi iuxta humanam consequentiam res expende, sed superior rationibus illis fias, & cõfide eius qui promisit, virtuti. Ita vnusquisque iustorũ probatus

Rom.5.a *† impetũ fecit in eum.* *† suũ secundum.* *Act.14.d* *Ioan.3.& 16.g* *2.Tim.3.c* *2.Cor.4.d*

Universidad de Deusto
Biblioteca

batus fuit:ita & admirabilis ille Ioseph, cùm tanta post illa insomnia fuerint interiecta impedimenta, nõ turbatus est animo, non commotus est, sed robusta mẽte fortiter tulit omnia,sciens quòd nõ sit possibile ea quę deo visa sunt non euenire. Ideo & post seruitutem, & post carcerem & tantam calumniam principatũ susscepit Aegypti.Hæc igitur omnia cogitãtes,fortiter suscipiamus ea quæ inferuntur,gratiasq; agamus pro omnibus misericordi deo, & eius expectemus opitulationẽ. Quod nobis omnibus cõcedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cui cum patre & sancto spiritu sit gloria,imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Exiuit autem Ioseph à facie Pharaonis & peragrauit omnem terram Aegypti,& fecit terra annis septem fertilitatis manipulos & congregauit frumentum sicut arenã maris.

Homilia LXIIII.

VVltis vt & hodie historiã Ioseph tractemus, & videamus quo modo vir ille, susceptо totius Aegypti principatu,concessã sibi intelligentia omnes consolatus fuerit? *Exiuit enim,* inquit,*à facie Pharaonis,& transiuit per omnẽ terram Aegypti, & fecit terra annis septem fertilitatis manipulos,& congregauit frumentum sicut arenam maris.* Susceptа prius à rege potestate omni,collegit,inquit,prouẽtus, & in ciuitatibus reposuit, prouidens iam multo antea, quo futuræ penuriæ succurri possit. Vidisti quales retributiones fortitudinis & patientiæ,& aliarum virtutum etiam hic acceperit iustus à vinculis ad regia insignia transiens? Nati sunt autem illi duo filij,inquit, priusquam aduenirent anni penuriæ:& vocauit nomen prioris Manasse:quoniam obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum,& omnium* quæ sunt patris mei.Attende hìc viri religionem & pietatem, quoniã vocabulo filij memoriam omniũ indidit,vt perpetuò gratias ageret, & qui ex se natus erat,propter suam appellationem scire possit certamina & patientiam, quæ iustus perferẽs in tantam peruenerit gloriam: quia obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum, & omniũ quæ tulerit pater meus.Quid est, omnium laborum meorũ & patris mei?Hìc subindicare mihi videtur primã & secundam seruitutem,& miseriam quam in carcere tulit. Et omnium quæ tulit pater meus: segregationem significat, quam sustinuit abreptus ab vnis paternis, quando in immatura ætate tam liberaliter educatus, libertatẽ seruitute commutauit. *Et nomen secundi vocauit Ephraim,quia creſcere fecit me deus in terra humilitatis meæ.* Vide & huius nomen gratiarum actione plenum. Non solum enim, inquit, aduersitatis oblitus sum, sed & magnificatus sum in terra in qua tantam sustinui humilitatẽ, vtpote in extremis periculis etiam de vita anxius. Verùm nũc dignum est audire quæ sequuntur. Nam post fertilitatem septem annorum,venerunt & septem anni penuriæ & famis,iuxta prædictionem Ioseph. Rerum enim euentus omnibus concessam viro sapientiam detegebat, faciebatq; vt omnes eius videndi desiderio tenerẽtur. Et cùm fames valida facta esset,primùm eos penuriam sentire non permisit. In omni enim terra Aegyptiorum erãt panes. Sed cùm molestia famis increderet,clamauit populus ad Pharaonẽ, magna pressus indigentia:à fame enim coacti, ad regem cucurrerunt.Porrò vide huius beneuolentiam. *Dixit autẽ Aegyptiis:Ite ad Ioseph,& quicquid dixerit vobis, facite.* quasi diceret: Quid me vrgetis,non videtis quòd ego tantum regis habitum gesto,ille † vobis salutis autor factus sit? ne igitur illo relicto ad me curratis,sed abite ad illum, & quæcunque dixerit vobis, facite. Aperuit autem Ioseph horrea, & vẽdidit Aegyptiis. Et quoniam omnes depascebatur famis necessitas. *Omnes,* inquit, *prouincie veniebant in Aegyptum, vt emerent frumentum: inualuerat enim,* inquit, *fames super omnem terram.* Vide obsecro,quo modo paulatim euentũ accipere incipiãt somnia Ioseph. Nam vbi fames inualuit, venit etiam in terram Chanaan,in qua habitabat Iacob huius pater,qui postquam intellexit in Aegypto frumentum venũdari, dixit, inquit,pueris suis: *Quare negligitis? Ecce audiui quòd frumentum sit in Aegypto.Descendite,vt comparetis nobis pauca cibaria,vt viuamus,& non moriamur.* Quid,inquit,hìc sedetis?abite in Aegyptum, & alimẽta nobis afferte.Hęc autem omnia facta sunt,vt visioni seruirent fratres Ioseph: & interpretationem somnij quam ipsi coniectauerãt, cum audirent Ioseph somniũ narrantem,implerent.Descẽderunt autem decem fratres, & Beniamin non acceperunt, qui erat frater Ioseph ex eadem matre. Dicebat enim pater eius, ne fortè accidat ei aliquid mali: parcens ei,eo quòd ætate immatura erat. *Venerunt autem,& Ioseph sicut principem Aegypti adorauerunt super faciẽ suam in terra.* Et nunc ignorantes quidem, omnia faciunt. Nã quia multũ temporis intercesserat,faciẽ fratris non agnouerunt. Verisimile enim est,iuuenem olim, nunc immutatum faciei suæ effigie.Idq; totum opinor diuinæ dispensationis fuisse, ita vt nõ potuerint vel ex sermone, vel ex aspectu fratrem agnoscere. Vnde enim vnquam in hanc opinionem venissent? Etenim putabant eum apud Ismaëlitas factum seruum, seruireq; apud barbaros,vnde non agnouerunt Ioseph.Ipse vero statim vt vidit,agnouit eos: & vt ignoraretur studuit, ciscq; quasi alienis locutus est. *Abalienabat enim se ab eis, & locutus est eis dura,& dixit: Vnde venistis?* Simulat omnimodam ignorantiam, vt omnia diligenter ab eis discere queat. Desiderabat enim scire de rebus patris & fratris.Et primùm quærit ex qua regione sint, & dicunt: *Ex Chanaan, vt emamus frumenta.* Famis,inquit, necessitas in causa est,quare id itineris confecimus, & propterea relictis propriis huc venimus. *Et recordatus est,* inquit,*Ioseph somniorum, quæ ipse viderat.* In mentẽ venerunt ei somnia, & videbat euenire ea. Volens diligẽter omnia discere, magna cũ austeritate eis respondet,& dicit. *Exploratores estis, & ad considerandа vestigia terræ venistis.* Non recta,inquit, mente aduenistis.Vidimini arte & malignitate quadam huc profecti. Illi autem anxij dixerunt: non domine. Et id quod discere studebat Ioseph,hoc à semetipsis docent, & dicunt: *Serui tui venimus,vt emamus frumenta.Omnes filij sumus vnius viri,pacifici sumus,non sunt serui tui exploratores.* Adhuc proseipsis satisfaciebant, & timore attoniti mente nondum quæ ad Ioseph pertinebant, dixerant, ideo perseuerans dicebat: Non, sed venistis vt vestigia terræ exploretis. Superuacue, inquit, hæc mihi dicitis, etenim hoc habitus aduentus vestri declarat, quòd malicia quadam exciti huc venistis. Illi autem necessitate coacti, & volentes eum ad misericordiam flectere, dicunt: *Duodecim sumus fratres, serui tui.* O verborum deceptionem. etiam eum quem negociatoribus vendiderant, in numero suo recensent. Et non dicunt, duodecim fuimus,sed duodecim sumus fratres,& ecce iunior cum patre nostro. Hoc erat quod scire cupiebat,num & fratrem similiter afflixissent.Et ecce iunior cum patre nostro, alius autem non supereſt. Nec dicunt rem manifestè, sed tantum, non supereſt. Ex hoc in suspi-

* ὁ γὰρ τῶρ πατρός ſi τῶρ, neutrius ſit generis, erit, omniũ quæ ſunt. ſi vero maſculini, erit, omniũ qui ſunt. vt ad labores refiratur.

† ei ſeſe ſubmitterent.

† nobis omnibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in suspicionem venit, ne forte & Beniamin simili modo affecissent. *Hoc est*, inquit, *quod dixi vobis, quòd exploratores sitis. Nequaquam hinc exibitis, quousque frater vester iunior veniat huc, illum videre volo.* Cupio videre eum, qui ex eodem vtero natus est: suspicor enim ex his quæ aduersus me egistis, mentem vestram fraterno odio laborare. Si igitur vultis, mittite vnum ex vobis, & adducat eum, vos autẽ manete in carcere, donec ille venerit. Ille enim cum aduenerit, docebit num vera sint quæ dicitis, & liberabit vos ab omni suspicione. Nam si hoc non fuerit, manifestum est quòd exploratores sitis, & propterea huc veneritis. *Posuit autem eos in carcere.*

Vide quo modo ipsorum probat animum, & per ea quæ illis facit, suam erga fratrem declarat beneuolentiam. *Post tres autem dies vocatis illis, dixit: Hoc facite, & viuetis, deum enim ego timeo. Si pacifici estis, vnus fratrum vestrum detineatur hîc in carcere, vos autem proficiscimini, & auchite* †*mercimonium frugum quantis indigetis,*] *& fratrem vestrum iuniorem ducite ad me, & credibilia erunt verba vestra: quòd si minus, moriemini.*

† emptionẽ frumẽtationis vestræ.]

Considera sagacitatem. Volens suam erga illos beneuolentiam declarare, & patris penuriam consolari, deq; fratre veritatem discere, vno retento alios abire iussit. Sed vide, nunc quo modo conscientia eorũ, incorruptus ille iudex aduersus eos insurgat, & nullo arguente, vel in medium quippiam afferente, ipsi sui ipsorum accusatores fiant. *Dixit enim*, inquit, *vnusquisque ad fratrem suum, Meritò. In peccatis enim sumus propter fratrem nostrum: quia despeximus afflictionem animæ eius, quando deprecabatur nos, & non exaudiuimus eum, propter hoc venit super nos omnis afflictio hæc.* Ita enim se habet peccatum, quando consummatum est, & opere perfectum, tunc suę absurditatis ostendit excellentiam. Et sicut ebrius, quando multum vini ingurgitat, nullum sentit à vino damnum, postea autem sentit quãtum sit damnum: ita & peccatum, donec consummetur, obtenebrat mentẽ, & quasi densa nubes, ita mentem corrumpit: deinde cõscientia insurgit, & quòuis accusatore mentem grauius arrodit, monstrans absurditatem facti. Enimuero & hic videre licet, quòd illa nunc in mentem veniunt quæ fecerũt. Et cum de summa salutis periculum immineret, tunc tandem confitentur quæ fecerant, & dicunt, Merito: In peccatis enim sumus propter fratrẽ nostrũ, quoniam despeximus afflictionẽ animæ eius. Non fortuitò, neque sine causa hæc sustinemus, sed iustè & valde iustè pœnas Inimus inhumanitatis, & crudelitatis, quam erga fratrem nostrum declarauimus, quoniam despeximus afflictionẽ animæ eius. Quoniam, inquit, absque compassione eramus, & multam declarauera-
mus crudelitatẽ: quando nos deprecabatur, & non exaudiuimus eum: propterea nunc nobis eadẽ eueniunt, & propter hoc venit afflictio hæc super nos. Et hæc quidem illi inter se differebant, putantes nihil horum audire Ioseph. Nam quasi ignorans & nesciens eorum linguam, per interpretem loquebatur eis, qui ea quæ illi loquebãtur sibi interpretaretur, & ea quæ ille eis. Audiens autẽ hæc Rubim, dixit eis: *Nónne locutus sum vobis, dicens: Ne iniuria afficiatis puerum, & non exaudistis me? & ecce sanguis eius exquiritur.* Nónne tunc, inquit, consulebam? nónne obsecrabam, ne quòd peccatũ in eum admitteretis: propterea nũc sanguis eius exquiritur: nam quãtum ad propositum vestrum, occidistis: licèt enim non per gulam gladium trãsmiseritis, barbaris tamen viris eum vẽdidistis, & difficiliorem ei seruitutem excogitastis. Cogita quantum sit à conscientia sua accusari, haberéque perpetuo vrgentem & clamantem, & scelus commemorantem. *Et hæc audiit quidem Ioseph, ipsi autem nesciebant, eo quòd interprete vtebatur: sed non vltra ferre potuit, naturæ fraternæ & compassione eũ arguente. Et aversus, inquit, ab eis flevit, ne non fieret eis manifestus. Et iterum accessit ad eos, & loquutus est eis. Et accepit Symeonem, & vinxit eum coram eis.* Vide quo modo omnia faciat, vt incutiat eis terrorẽ, videntibus vincula Simeonis: vt certior redderetur, an cum fratre aliquam compassionem haberent. Omnia enim hæc facit probans eorum mentem, & scire volens num & cõtra Beniamin tales fuerint, propterea & Symeonem coram eis vinciri iubet, vt diligenter eos probet, vt sciret num quam dilectionẽ erga illum haberent. Nam si seueritas jin illum faciebat, vt citius Beniamin adducerent, & aliquando aduentu fratris liberaretur. *Et mandauit*, inquit, *vt fieri eorum implerentur frumento, & reponeretur pecunia vnusquisque in saccum suum, & daretur eis viaticũ in itinere: & ascensis asinis suis, abierunt.* Vide quanta liberalitate vtatur, dum etiam inuitis eis benefacit: non frumentum solum dedit, sed etiam pecuniam. *Cùm autem vnus ex eis aperuisset saccum suum, vt daret pabulum asinis, vidit pecuniam, & dixit fratribus suis. Propter hoc attoniti sunt corde, & turbati sunt mutuum dicentes: Cur hoc fecit nobis deus?* Iterum magis anxij facti sunt, suspicantes ne & hoc augmentum eis esset criminum, & à conscientia accusati omnia tribuebant peccato quod in Ioseph admiserant. Cùm venissent autem ad patrem, & omnia ei manifestè declarassent, narrauerunt indignationem principis Aegypti, quam experti sunt: & quòd posuerit eos in custodia, quasi speculatores. *Diximus autem ei, quòd pacifici simus, & quòd duodecim simus fratres, & quòd vnus non superfit, minimus autem sit cum patre nostro. Dixit autem nobis: In hoc declarabitis quòd pacifici sitis, si frater vno hîc relicto, adducetis fratrem vestrum minorem: vt sciam quòd non sitis exploratores.* Hæc iterum exasperauerunt iusti mœsticiam. Post narrationem autem hãc tristem, cùm euacuassent omnes saccos suos, inuenit vnusquisque pecuniam suam, & timuerunt ipsi & pater eorum. Et vide, oro, iterum hîc senem plorantem. Et quidnam dicit eis? *Me absque liberis esse fecistis, Ioseph non est, Symeon non est, & hunc Beniamin accipietis? Super me facta sunt hæc omnia.*

Non sufficit mihi, inquit, luctus Ioseph, sed adiecistis ei & Symeonem: & neque hic dolorũ meorum finis est, sed & Beniamin accipere vultis. Super me facta sunt hæc omnia. Sufficiunt hæc verba, vt videatur quàm disrupta fuerint patris viscera: Quemadmodum enim sibi omnis spes de Ioseph adempta erat, (putabat enim eum à bestiis deuoratum) ita & neq; de Symeone spem sibi pollicebatur, nunc quoque idem de Beniamin formidat. Veruntamen reluctabatur adhuc, & non dabat puerum. *Dixit autem ei Rubim primogenitus eius: Duos filios meos occide, si non reducam eum ad te. Da eum in manum meam, & ego reducam eum ad te.* Mihi, inquit, eum crede, mihi trade, ego tibi eum reducam. Hoc autem faciebat Rubim, cogitans quòd non esset possibile, nisi puer simul descenderet, eos ad Aegyptum redire, & quæ ad alimenta pertinebant emere. *Et non cedit pater, sed dicit: nequaquam descendet filius meus vobiscum.* Deinde & causam dicit, quasi rationem reddens pueris, *Quia frater eius mortuus est, & ipse solus erat relictus. Et continget,* †*quòd adolescens fortè peribit*] *in itinere, & deducetis senectam meam te valde ineum tristicia ad inferos.* Timeo, inquit, ætati adulescentis: & suspicor ne etiam hac consolatione priuatus, cum dolore vitam finiam. Quandiu enim ille mecum est, videor mihi habere aliquam consolationem, & huius cõsuetudo minuit mihi dolorem quem

† cum, vt poenam perire.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex fratre eius cõcepi. Et amor quidem erga Beniamin, A
Ca. XLIII. non sinebat patrem vt illum à se mandaret. *Violentior autem fuit fames, & deficiebant eis cibi. Et dicit eis pater: Abite iterum, asserte nobis pauca edulia. Dixit autem ei Iudas: Testando attestatus est nobis homo, dicens: Nõ videbitis faciem meam, nisi frater vester iunior vobiscum fuerit, Itaque si mittis nobiscum fratrem nostrũ iuniorem, descendemus & ememus tibi frumenta: sin minus, non ibimus. Nam homo dixit nobis: Non videbitis faciem meam, nisi frater vester iunior fuerit vobiscum.* Ne putes, inquit, sine fratre nos posse descẽdere illuc. Si enim vis nostrum descensum irritum & nos omnino periculis inuolui, viã nostram abimus: scias autẽ quòd protestatus est ille, quòd non visuri simus faciem eius, nisi frater iunior nobiscũ aduenerit. Angustiæ vndique erant Iacob, ideo plorãs dicit ad eos: *Quare afflixistis me, quòd annunciastis viro quòd sit vobis frater?* Cur me afflixistis, quare mihi horũ ma- B
lorum autores facti estis? Nã si hoc ipsi non significassetis, nequaquam Symeone priuatus essem, nec illum à vobis requisiuisset. *Illi autem dixerunt: Interrogauit nos homo, num adhuc pater noster viuat, & num sit nobis frater, & annunciauimus ei. Nesciebamus quòd dicturus esset nobis, adducite fratrem vestrum.* Ne putes, inquit, sponte nos confessos esse viro, vt se habeant res nostræ. Quoniam enim quasi exploratores nos vinxit, interrogauit autem diligẽter de rebus nostris, vt verè omnia testaremur talia diximus. *Dixit autem Iudas ad patrem suum: Mitte puerum mecum, & surgentes ibimus, vt viuamus & non moriamur.* Meæ, inquit, fidei illũ credito, vt accingamus nos itineri. Consumptis enim cibis, nulla nobis salutis spes erit, neque aliundè cõsuli nobis poterit. Ego accipio eum à te, nisi reduxero eum & statuero coram te, obnoxius ero tibi omnibus diebus. Nisi eum tãdiu morati fuissemus, iam secundò reuertissemus. Compassio quam exhibemus C
puero, nobis omnibus erit causa interitus. Fame enim peribimus, nisi eum nobiscũ mittas. Vide nunc hîc dilecte, quo modo famis necessitas patris amorem viceris. Videns autem quòd non aliundè famis cõsolationem habere posset, & fames indies magis & magis increscere: Si ita est, inquit, & oportet hoc omnino fieri, & non potestis descendere, nisi hunc acceperitis: debetis & dona afferre viro, & referre pecuniã quam in saccis vestris inuenistis. Accipite autem & pecuniam aliam, vt emere possitis frumenta & fratrem vestrum accipite. *Surgite igitur, & descendite ad hominem. Deus autem meus det vobis gratiam coram homine, & mittat fratrem vestrum vnum, & Beniamin. Ego autem* †*quasi liberis caream, liberis orbus sum.* Vide quo modo eximiam suam dilectionẽ de- D
clarat quã erga Ioseph habuit, vt ne quis existimet de Symeone vel de Beniamin hoc esse dictũ. Ego enim, inquit, †quasi filiis orber. Deus autem meus det vobis gratiam, & mittat fratrem vestrum illum vnum, & Beniamin. Nam licèt illi, inquit, salui fuerint, ego quasi liberis caream, orbus sum. Cogita hîc, quo modo totus amori Ioseph deditus sit. Videns enim tãtum chorum liberorum se circunstantem, absque filiis se esse putauit, quia illo priuatus erat. *Acceperunt autem viri dona, & pecuniam duplicem, & Beniamin, & descenderunt in Aegyptum, & steterunt coram Ioseph. Vidit autem eos Ioseph & Beniamin fratrem suum, quem desiderabat.* Vidit tam optatum. Vidit satisfactum suo desiderio. *Et dixit præfecto domus suæ: Introduc homines in domum, & occide victimas: mecum enim comedent viri. Vt viderunt autem quòd introducti sunt in domum Ioseph, dixerunt: Propter pecuniam, quæ rediit in saccos nostros, inducimur, vt calumniam nobis intentet, & accipiat nos in seruos, & asinos nostros.* Ioseph quidem suam erga illos benignitatem

† quẽ admodũ liberis orbatus sim, liberis orbatus sum.

† sicut filiis orbatus sim, filiis orbatus sum.

declarans, omnia disponebat. Illi autem anxij fuerunt, suspicantes ne pecuniarum gratia pœnas luant, tanquã etiam in hoc malè fecissent. Et propterea cùm accessissent, causam †tristiciæ] proferunt præfecto domus, & narrant quo modo pecuniam in saccis inuenerint, & dicunt: *Propterea duplicem nunc attulimus pecuniam nobiscũ, vt & priorem restituamus, & nunc denuò emamus frumenta.* Vide quo modo calamitates mentem eorum fecerint ad misericordiam promptiorem, & eos mansuetiores.

† contractionẽ sic.]

Dixit autem eis: †*Propitius vobis est deus.*] *Non timete, deus vester, & deus patrum vestrorum, dedit vobis thesauros in saccis vestris, pecuniam vestram bene probatam habeo.* Ne timeatis, inquit, neque huius gratia anxij sitis. Nullum vobis inde crimen imponetur, pecuniam enim plenè accepimus. A deo putate hoc esse factum, & thesauros vobis in marsupiis vestris esse monstratos. *Et cùm hæc dixisset, eduxit Symeonem, & attulit aquam, vt lauarentur pedes eorum, & pabula dedit asinis eorum.* Vide quo modo preces patris omnia eis prospera faciebant: & sicut ille eis apprecatus est, cùm dixit, Deus patris mei gratiam vobis det: ita omnia facta sunt. Et præfectus domus etiã ante aduentum Ioseph omnem eis benignitatem exhibuit.

† pax vobiscum.]

Parauerunt autem dona Ioseph, & obtulerunt ei cùm ingressus esset, & adorauerunt eum super terram. Et iterum interrogauit eos, num bene habet pater vester senior, quem dixistis viuere? At illi dixerunt: Sanus est seruus tuus pater noster: Et dixit, Benedictus homo ille deo, & curuati adorauerunt. Vidit autem fratrem suum vterinũ, & dixit: Hic est frater vester iunior, de quo dixeratis mihi vt duceretis ad me? & dixit: Deus misereatur tui fili. Considera quãtam fortitudinem præ se ferat, & adhuc ignorantiam simulet, vt per sequentia experimentũ animi ipsorum accipere possit quo modo sint affecti erga Beniamin. Et quia vincebatur à natura sua, & conturbabantur viscera eius, quærebat vt fleret. *Ingressus autem in cubiculum, fleuit illic: & abluta facie exiuit, & posteà suam demonstrat benignitatem, & dicit: Apponite panes. Et apposuerunt ei soli, vtpote tanquam regi & principi totius Aegypti, & illis seorsum, & Aegyptiis qui simul conabant cum eo seorsum. Non enim possunt Aegyptij comedere cum Hebræis: abominatio enim* †*sunt Aegyptiis. Sederunt autem coram eo: qui primùm, secundum ætatem suam, & iunior secundum iuuentutem suam.* Hoc illos in stuporẽ adduxit, & valde dubio animo fuerunt, vnde nam ei cognitio tam variæ illorum ætatis. Et cum daret omnibus partes, Bẽiamin quintuplices dat. Et neque sic sentiunt quæ fiebant, sed putabãt fortuitò quodam euentu ab eo fieri, & quòd adolescentiori, & inferiorẽ mensæ partem tenenti daret. *Vocauit autem Ioseph eum qui do-* Ca. XLIIII.
mui suæ præerat, & mandauit ei, dicens: Imple saccos hominum frumentis, quãta ferre poterunt, & pecuniam similiter in saccos singulorũ, & scyphum argenteum mitte in saccum iunioris. Vide iterum qualem artem excogitet, vt diligentissimè mentẽ fratrum exploret, quam erga fratrem suum Beniamin habeant. *Et his factis, dimisit eos. Et cùm iam arripuissent iter, dixit præfecto domus suæ. Surge, persequere eos, & dices: Quare retribuistis mala pro bonis? Quare furati estis scyphum meum argenteum? Nónne hic est? quo bibit dominus meus? Ipse autem auguratur in eo. mala sunt quæ perfecistis.* Postquam inuenit eos, dicit eis. Quare benefactori mala rependitis? quare maliciam vestram eousque extendistis, vt ad eum quoque pertingeret qui erga vos tantam declarauit benignitatem? Quare non reueriti estis viri erga vos beneuolẽtiam? Quæ tanta malicia? quæ insania? Nescitis quòd hoc sit vas, in quo auguratur? Malum est hoc opus vestrum, pernicioſum propositum, incondonabilis conatus, magna audacia, & omnem transcendens maliciam.

† est.

Illi au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illi autem dixerunt: Quare loquitur dominus iuxta verba hæc? Quare, inquit, obijcis nobis hoc crimen, à quo omnino sumus immunes? Absit, vt serui tui iuxta verbum hoc faciant, absit à nobis vt tale quid vnquam attentemus. Nam qui pecuniam dupliceṁ attulimus, quo pacto furaremur argentum vel aurum? *Quòd si hoc putas, apud quem inuentum fuerit vas, quod inquiris, ille quidem moriatur: vt qui tale fecerit vnus, nos autem serui erimus.* Conscientiæ bonæ fiducia faciebat eos tam fidenter loqui. *Ille autem dixit: Et nunc sicut dixistis, erit. Apud quem inuentum fuerit poculum, hic solus meus seruus erit, vos autem dimittemini. Et cùm hæc dixissent, permiserunt ei vt scrutinium faceret: & seruatus initio à seniore facto, donec venit ad Beniamin, & illius aperto sacco, inuenit poculum.* Hoc confudit eorum mentem. *Et dissuperunt,* inquit, *vestimenta sua: & imposuerunt iumentis iterum sacces, & reuersi sunt in ciuitatem. Et ingressus Iudas, & fratres sui ad Ioseph, ceciderunt coram eo super terram.* Vides quoties adorationem faciunt. *Dixit autem eis Ioseph: Quare hoc fecistis? Nescebatis quòd augurando in hoc augurer? Dixit autem,* inquit, *Iudas: Quid contradicemus, vel quid loquemur domino vel quo iustificabimur? Deus inuenit iniusticiam seruorum tuorum.*

Iterum recordantur eorum, quæ olim contra illum fecerunt. *Ecce sumus serui domino nostro & nos, & ille apud quem inuentum est poculum.* Iam magnam declarant beneuolentiam, & seipsos cum fratre in seruitutem subiiciunt. *Dixit autem Ioseph: Absit vt hoc faciam, homo apud quem inuentum fuerit poculum, ille erit meus seruus: vos autem ascendite cum salute ad patrem vestrum.* Vide, quod timebat pater, hoc eis contigit: & in tam magnam deuenerunt turbationem, vt quid facerent nescirent. *Appropinquauit autem Iudas, & dixit:* Quia ipse erat ille qui & à patre cum acceperat, & dixerat: Nisi reduxero eum ad te, ero tibi obnoxius omnibus diebus. Ideireo & propior factus diligenter narrat ei omnia, vt in commiserationem eo adducto, liberari faceret puerum. *Appropiauit enim,* inquit, *ei Iudas, & dixit: Oro domine, loquatur seruus tuus.* Attende, quo modo per omnia vt domino seruus loquitur, & in memoria habe somnia manipulorum, propter quæ maiorem erga eum inuidiam acuerant, & obstupesce omnipotentem dei sapientiam, quo modo tãtis obstaculis in medio positis, omnia opere sunt impleta. *Loquatur,* inquit, *seruus tuus coram te.* †*& ne iratus fiat seruo patrem, & diximus domino: Est nobis pater senex, & puerum senectutis domine. Frutis iuuenem habet, & frater eius mortuus est.* Cogita hic, quo modo se habuerit Ioseph hæc audiens. *Ille solus relictus est patri suo, pater autem eum diligit.* Quare autem & hîc mentitur, sic dicens: Frater eius mortuus est: Atqui eum negociatoribus vendiderant? Verùm quia sic patri persuaserunt, quasi occisus esset, & à bestijs deuoratus. Aliter etiam: Quia non putauerunt eum potuisse ferre barbarorum seruitutem, & iam esse mortuum, & idcirco dicit: Frater eius mortuus est. *Dixisti autem seruis tuis. Deducite eum ad me, & † diligenter considerabo eum.*] *Et dixisti: Nisi descendat frater vester vobiscum, non apponatis vt videatis faciem meam. Factum est autem, quando ascendimus ad puerum tuum patrem nostrum, annunciauimus ei verba domini. Dixit autem pater noster nobis: Ite iterum, emite nobis pauca cibaria. Nos autem diximus ei: Non poterimus descendere, nisi frater noster descendat nobiscum. Dixit autem puer tuus pater noster: Vos scitis, quòd duos peperit mihi vxor, & egressus est vnus à me: & dixistis, quòd à bestijs sit deuoratus.* Considera, quo modo per excusationem ludæ, Ioseph omnia diligenter didicerit, quæ post suam venditionem egerint domi, & qualia patri de se narrauerint. *Nunc igitur,* inquit, *si & hunc tuleritis, & acciderit ei aduersitas aliqua in via, deducetis senectutem meam cum mœrore ad inferos.* Ita ergo patre nostro erga filium affecto, quo modo poterimus facie eius videre, puero non existente nobiscum? Pendet enim anima eius ex huius anima, & deducent serui tui senectutem patris nostri serui tui cum mœrore ad infernum. Ego seruus tuus accepi puerum à patre suo, dicens: Nisi ipsum ad te reduxero, obnoxius ero patri omnibus diebus. Has promissiones feci patri, vt puerum possim adducere, & implere quę tibi videbantur, monstrareq; quàm verè dixerimus, & nullum mendacium à nobis sit prolatum. Nunc igitur manebo seruus pro puero, famulus domini, puer autem ascendat cum fratribus. *Quo modo enim ascendam ad patrem, cùm non sit nobiscum puer? vt ne videam mala, quæ inuenient patrem meum.* Confuderunt hæc Iosephũ, & satis ei demonstrarunt quòd & patrem digne colerent, & fratrem multum amarent. *Et non vltrà potuit ferre, neque continere, sed repulsis omnibus circumstantibus se, solus inter eos relictus, emissa voce cum fletu, notum se fecit fratribus. Et hoc inuenit in toto regno, & in domo Pharaonis, & dicit fratribus suis: Ego sum Ioseph. Viuit ne adhuc pater meus?* Admirari hîc subit & beati huius cõstantiam tantã, & quòd sustinuerit hucusque simulationem, & quòd conditionem suam non declarauerit: atque vehementer obstupesco & potissimũ admiror, quo modo illi potuerint stare, vel os aperire postea, quo modo non auolarit ab eis anima, quo modo nõ obstupuerit tota eorũ mens, quo modo non ceciderint in terram. *Et non potuerunt,* inquit, *fratres eius respondere eo: turbati enim erant:* Meritò, cogitantes quo modo eum affecerant, & qualis ipse erga se fuerat. Et cogitantes gloriã in qua cõstitutus erat, de sua salute (vt ita dicam) anxij erant: propterea voles eos animare, *Appropinquate,* inquit, *ad me: ne elongetis vos.*

Ne cogitetis quòd proprio consilio hæc contra me egeritis. Ista non tam vestræ erga me adscribenda sunt iniquitati, quàm diuinæ sapientiæ & ineffabili misericordiæ: vt huc aduenies, nunc tempestiuè & vobis & huic regioni possim suppeditare alimenta. *Et dixit: Ego sum Ioseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum. Nunc igitur, ne fitis tristes.* Ne vos, inquit, hoc cõturbet, ne asperũ vobis videatur quod factum est. Dei enim dispensatione contigerunt hæc. Deus enim me misit in vitam ante vos. Nam hic secũdus annus famis super terrã, & adhuc restant quinq; anni, in quibus nõ erit aratio, neque messis. *Misit enim me deus ante vos, vt relinqueretur vobis portio super terram. Nunc igitur non vos me misistis huc, sed deus.*

Vide quo modo ipsemet, & iterum, & tertiò consolatur illos, dicens, se non ipsis asscribere causam sui ingressus in Aegyptum, sed deum hoc fecisse vt ipse in hanc veniret gloriam. *Deus,* inquit, *misit me, & fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum totius domus illius, & principem totius Aegypti.* Illa, inquit, seruitus hunc principatum mihi conciliauit, illa venditio in hanc me gloriã euexit, illa afflictio huius mihi honoris occasio fuit, illa inuidia hanc mihi claritudinem peperit. Hęc nos nota solũ audiamus, sed & imitemur: & ita solemur eos qui nos afflixere, non imputantes eis quæ in nos admiserunt, & omnia magna ferentes beneuolentia: sicut ille admirandus. Igitur, inquit, †vt credatis,] quòd nũ vobis asscribam, quæ cõtra me à vobis facta, sed quòd liberem vos criminibus: deo autẽ totũ tribuam, qui illa ita dispensauit, vt præsentem gloriam sic acquirerem:

Ideo festinate, ascendite ad patrem meum, & dicite ei: Hæc dicit filius tuus Ioseph: Fecit me deus dominum totius terræ Aegypti, descẽde ad me, & ne differas, & habitabis in terra Gessen, & eris apud me tu

me tu & filij tui, & filij filiorum tuorum, & oues & boues, & quæcunque habes, & alam te. Adhuc enim quinque annis fames, vt non deficias tu & filij tui, & omnis substantia tua. Ecce oculi vestri vident, & oculi Beniamin fratris vestri, quòd ore meo vobis loquor: Annunciate patri meo omnem gloriam meam, quæ est in Aegypto, & quæcunque vidistis, & festinantes deducite eum. Postquam hæc omnia dixit, & satis eos consolatus est, & mandatum dedit, vt de rebus & statu suo patrem certiorem redderent, statimq; adducerẽt, recidit in collum Beniamin fratris sui, & fleuit: & ille vicissim fleuit super eo, & osculatus est omnes fratres suos, & fleuit super eos. Denique post tantum colloquiũ & lachrymas, & consolationem, & consilium quod eis dedit, vix potuerunt cum eo loqui. *Post hæc enim,* inquit, *loquebantur ei. Hæc autem omnia inuulgata sunt, & celebrata in domo Pharaonis, & gauisus est, & omnes qui in domo eius.* Exhilarauit, inquit, omnes agnitio fratrum Ioseph. *Et dixit Pharao Ioseph: Dic fratribus tuis, hoc facite, Implete vehicula vestra frumento, & abite, & assumpto patre vestro redite ad me, & dabo vobis* †*omnia bona* †*Aegypti: tu autem manda, vt accipiant plaustra pueris & vxoribus.* Vide & regem, quo modo iam curam agit de reditu Iacob. *Et assumpto,* inquit, *patre vestro venite, &* ‡*ne dimittatis oculis quicquam supellectilis vestræ.* ‡ *Omnia enim bona Aegypti vestra erunt. Fecerunt autem sic filij Israel. Dedit autem Ioseph eis currus iuxta mandatum regis, & omnibus quidem dedit binas stolas. Beniamin autem dedit trecentos aureos, & quinque stolas* †*eximias: & patri suo misit similiter, & decem asinos ferentes de bonis Aegypti, & decem mulas ferentes panes patri suo in viam. Quibus omnibus datis, misit fratres suos, & profecti sunt: dixitq; eis: Ne iraſcamini in via.* Vide mentem moribus optimis præditam: non solum ipse dimisit iram, & à criminibus liberauit, sed & ipsos admonet, ne iraſcantur in in via, neque inter se de factis contendant. Nam cùm steterunt mane apud Ioseph, dicebant inter se, Meritò: in peccatis enim sumus propter fratrem nostrum, quia despeximus eius afflictionem, & exurgens Rubim, dicebat: Non dixi vobis, ne iniuria afficiatis puerum, & non exaudistis me? Multo igitur magis verisimile erat, quòd in via inter se rixaturi essent: propterea comprimens eorum iram & contentionem mutuam, dicit: Ne iraſcamini in via, sed cogitantes quòd ego non habuerim pro crimine quæ in me admisistis, ipsi etiam nos beneuolentia vicissim prosequamini. Quis pro dignitate admiraretur viri huius virtutem, qui nouæ legis philosophiam magna adimpleuit diligentia? Et id quòd Christus admonet discipulos: Diligite inimicos vestros, orate pro persequentibus vos: hoc ille & multo magis fecit. Neque enim solum tantam declarauit charitatem erga eos qui se occiderant, quantum in eis erat: sed omnia facit, vt demonstraret eis, quòd nihil in se peccarint. O sapientiæ excellentiam, ô beneuolentiæ coaceruationem, & dilectionis *dei largitatem. Non vos, inquit, hæc mihi fecistis, sed dei erga me prouidentia hæc fieri permisit, vt mihi somniorum euentus concedatur. Ita vt in afflictionibus & in tentationibus esse, si sobrij simus, diuinæ sit erga nos prouidentiæ & beneuolentiæ. Ne igitur in omnibus prosperitatem & affluẽtiam inquiramus, sed & siue in prosperitate simus siue aduersitate, similiter gratias offeramus domino, vt visa gratitudine nostra, largiorem suam erga nos declaret prouidentiã. Quod nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

†ex omnib⁹ bonis.]

‡ne parcatis oculis supellectilib⁹ vestris.]

†mutatorias.]

Luce.6.d

*πρὸς θεὸν erga deum vel dei passiue.

Et ascenderunt ex Aegypto & venerunt in terram Chanaan ad Iacob patrem suum: & nunciauerunt ei dicentes, filius tuus Ioseph viuit, & dominatur toti terræ Aegypti. Et obstupuit Iacob, non enim credidit eis.

Homilia LXV.

VIdistis ex his quę heri dicta sunt dilectionem Ioseph, & inenarrabilem clementiam, quam erga fratres suos declarauit: non solum non faciendo memoriam eorum quæ in se admiserant, sed & redituros ad parentem admonuit, consulendo ne inter se iurgentur super his quæ in ipsum admiserant, sed dimissa omni ira, pacificè ambulẽt. Operæpreciũ est autem & quæ sequuntur recensere, vt videamus & horum ad patrẽ reditum, & descensum Iacob in Aegyptũ: & quo modo eum reflorere fecerint ea quæ de Ioseph cognouit, & quasi (vt sic dicã) de sene iuuenem reddiderint. Quis enim sermone complecti posset voluptatem, in qua tunc fuerit cùm disceret, Ioseph viuere, & in tanta dignitate constitutum? Inexpectata enim bona maiorem voluptatem afferre solent. Quem enim putabat ante tot annos fuisse à bestiis deuoratum, vt intellexit tenere imperium totius Aegypti, quo modo non prę magnitudine gaudiorum mente excesit? Idem enim facere solet immodicum gaudium, quod excellens tristicia. Et videre licet multos effundere lachrymas præ gaudio immẽso, alios etiam sæpe obstupescere quando fieri vident quæ non expectauerant: & quos mortuos esse putabant, repentè viuos vident. Sed & manifestior fiat sermo noster, audiamus lecta. *Et ascenderunt,* inquit, *ex Aegypto, & venerũt in terram Chanaan ad Iacob patrem suum, & annunciauerũt ei, dicentes: Filius tuus Ioseph viuit, & ipse dominatur toti terræ Aegypti. Et excessit mente Iacob: non enim credidit eis.* Vides id quod dicebam, incredibile ei visum esse quod de Ioseph annunciabatur, ita vt mente cõcuteretur, & quæ à fratribus fiebant, deceptionẽ esse putaret? Qui enim tunc attulerant vestẽ sanguine hædi inquinatam, & patri persuaserant quòd à bestiis esset deuoratus: *nunc dicunt* quòd viuat, & dominetur in tota Aegypto. Et turbata mẽte cogitabat apud se, quo modo rationi esset cõsentaneũ. Nam si verum illud quod prius dictũ, quo modo hoc poterat credi? Si autẽ hoc credendum & verũ, illud necessariò fuerit mendaciũ. Turbauit autẽ eum maximè quod illud à filiis antea audierat, & alia nunc ab iisdẽ disceret. Videtes igitur patris turbationem, & volentes ei pluribus argumẽtis persuadere quòd verũ dicerent, locuti sunt ei omnia quæ à Ioseph dicta erãt, & quæcunq; dixerat eis, & postea protulerũt plaustra, & dona quæ à Ioseph missa erant, & vix tandẽ fecerũt fidẽ patri, non esse mentita quæ illi dicebãt. Nã vidẽs plaustra quæ missa erant, vt descenderent in Aegyptũ, inquit: *Reaccensus est* (inquit) *senex, decrepitus, terrã spectans.*

Quid est, reaccensus est? Sicut ignis in ampulla, quãdo deficit olei alimonia & iã extinguitur, si parũ quis olei infuderit, repentè qui extingui putabatur, clariorem emittit lucem: ita & senex ille præ tristicia iam extingui videbatur. Noluit enim, inquit, cõsolationẽ accipere, dicens: Descendã lugens in infernum. Vbi autem cognouit quòd viueret filius, & quòd dominaretur in tota Aegypto, & vidit plaustra, reaccensus est, & iuuenis ex sene factus. Depositi mœroris nebulã, dispulit cogitationũ tempestatem, trãquillus postea fuit. Hæc autẽ omnia deus dispensabat, vt iustus tam multorũ laborum consolationẽ inueniret, & particeps fieret fœlicitatis pueri: & præterea vt somniũ impleretur

id quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

id quod ipſe iterpretatus erat, dicens: Nunquid veniemus ego & mater tua, & fratres tui, vt adoremus te? Et credidit dictis atque factis, & dixit, , inquit: *Magna mihi ſunt ſi adhuc viuit Ioſeph: ibo igitur, & videbo eum priuſquam moriar.* Magna ſunt mihi, inquit, & excedunt omnem cogitationem, & obſcurant omnem humanam lætitiam. Si adhuc filius meus Ioſeph viuit, ibo & videbo eum. Feſtinemus igitur, vt eius colloquio potiar priuſquam moriar. Nunc, inquit, inuenis ille erexit mentē meam, & fugauit ſenectutis infirmitatem, & roborauit rationem. Quòd ſi & colloqui contingat, perfectam lætitiam aſſequutus, moriar. Et nihil moratus ſenex itineri ſe accinxit, feſtinans & vrgens vt videret tam deſideratum filium, vtq; ante tot annos mortuum, & (vt putabat) factum cibum beſtiarum, videret nunc regē
Cap. XLVI Aegypti factum. *Et cum veniſſet ad fontem iuramenti, preces* (quibus gratias agebat) *obtulit domino, & ſacrificauit ſacrificiū* B *deo patris Iſaac.* Hæc audientes, diſcamus quando quid facturi, vel negocium aliquod cœpturi, vel peregrinationem ſuſcepturi ſumus, vt offeramus domino ſacrificium precum, & eius adiutorium inuocemus, & ſic inſtitutum aggrediamur, imitantes illorum iuſtorum pietatem. ſacrificauit ſacrificiū deo patris ſui Iſaac. Hîc diſcamus, quòd veſtigia patris ſui ſequutus ſit, & hoc in cultu diuino declarauerit, ſicut Iſaac. Et quia ſuam gratitudinem prius per gratiarum actionem oſtendit, ſtatim ſubſecuta ſunt etiam ea quæ ſupernæ gratiæ fuerunt. Nam quia videbat tantum itineris ſpacium, & cogitabat ſuam decrepitam ætatē, veritus ne morte præoccupat⁹ à colloquio & aſpectu filij deſtitueretur, precatur dominum vt tantam ſibi vitę menſuram concedat, vt perfecta voluptate fruatur. Sed vide, quo modo bonus dominus multis argumentis iuſtum ſecurū C reddat. Dixit enim deus Iſraël in viſione noctis: *Iacob Iacob, ego ſum deus patrum tuorum, ne timeas deſcēdere in Aegyptum. In magnam enim gentem faciam te illic: ego deſcendam tecum, & reducam te in finem, & Ioſeph imponet manus ſuper oculos tuos.* Vide quo modo ea quæ iuſtus ille deſiderabat, ea illi deus pollicetur: imò & multo maiora. Liberalitate enim ſua noſtras petitiones tranſcendit, ſeruās ſolitam ſuam miſericordiam. Ne timeas, inquit, deſcendere in Aegyptum. Quoniam anxius erat ob viæ prolixitatem, ideo dicit: Ne reſpicias ad infirmitatem ſenectutis, in gentem enim magnam faciam te illic: & deſcendam tecum in Aegyptum, ego te comitabor, & omnia tua proſpera reddā. Aduerte quo modo verba humilitati noſtræ attemperet: Deſcendam, inquit, tecū in Aegyptum. Quid hoc beatius fuerit, quàm deum ipſum habere comitem itineris? Sequitur poſtea cōſolatio, qua plurimum indigebat ſenex. Et Ioſeph, inquit, imponet manus ſuper oculos tuos. Ille dilectus tuus, ipſe te fouebit, & manus imponet ſuper oculos tuos. Gau
† arripe. dens itaque, & totus ſecurus iter † ingredi cœpit.] Cogita hîc obſecro iuſtum, quàm iucundum fecerit iter, acceptis tam certis dei promiſsionibus. *Surrexit autem Iacob, & filij eius, & & acceperunt omnem poſſeſsionem ſuam, & venerunt in Aegyptum. In ſexaginta ſex animabus deſcendit Iacob in Aegyptum, & Ioſeph ac filij eius, qui nati ſunt ei in Aegypto nouem erant, & ita cum Ioſeph erant omnes animæ ſeptuagintaquinque.* Quare ſcriptura numerum tanta diligētia annotauit? Vt ſcire poſsim⁹, quo modo dei prædictio impleta ſit, dicens: In gentem magnam faciam te illic. Nam ex his ſeptuagintaquinque animabus in ſexcenta millia genus Iſraël propagatum eſt. Vidiſti quo modo non fruſtra, neque temerè numerum eorum, qui in Aegyptū deſcenderūt, nos docuerit: ſed vt ſcire poſsimus quàm multi ex tam paucis facti ſint, & diuinis promiſsionibus ne minus credamus. Nam quando cogitas, quòd poſt mortem Iacob & Ioſeph tanta machinatione vſus Aegyptiorum rex, vt numerum eorum minueret & paruum faceret, ne in tantam propagaretur multitudinem: nihil potuerit, ſed magis & magis creuerit populus: admirare & ſtupeſce miſericordiā dei, & quòd non ſit poſsibile irrita eſſe quæ ipſe decreuerit, etiam ſi infinita machinentur alij: Cæterum videamus contextum totum, vt ſcias quo modo occurrerit ipſi Iacob. *Quando autem appropinquauit in terram Aegypti, miſit Iudam ante ſe ad Ioſeph, vt ſignificaret illi patris aduentum. Igitur Ioſeph vt didicit, iunxit currum, & aſcendit in occurſum patri. Et mox atque vidit eum, recidit in collum eius, & fleuit fletu multo.* Hoc erat id quod initio dicebam, quòd ſæpe ingens voluptas profundere lachrymas facit. Recidit, inquit, in collum eius, & fleuit: non dixit hoc ſimpliciter, ſed fletu magno. Statim enim in mentem ſibi venerunt, quæ interim patri propter ſe acciderant, & cogitans tam prolixum interceſsiſſe tempus, & quòd præter omnem expectationem & ipſe patrem, & pater filium videret, fontes emiſit lachrymarum: ſimul & magnam declarans lætitiam, & gratias domino agens pro benefactis. Et dixit Iacob ad Ioſeph: *Moriar nunc, quia vidi faciem tuam. Adhuc enim tu viuis?* Votorum, inquit, cōpos factus ſum, aſſequutus ſum quod nunquam expectaui: euenerunt mihi quæ nunquam ſperaueram. Reliquum contentus ſum vita. Vidi enim quem deſideraui, & ſufficit mihi ad læticiam omnem, vidiſſe quòd tu adhuc viuis, qui pridem mortuus, & à beſtiis deuoratus es habitus. Paterna vox & plena dilectione, ſatiſque affectionem animæ eius declarans. Dixit autem Ioſeph fratribus ſuis: *Deſcendam, & annūciabo Pharaoni quòd fratres mei venerint, & ſint paſtores: Viri enim ſunt armentarij, & ſecum adduxerunt pecora & boues. Si igitur vocauerit vos Pharao, & dixerit: Quod eſt opus veſtrum? dicite: Pecorum paſtores ſumus. Abominatio enim Aegyptiorum eſt omnis opilio.* Vide prudentiam, & quale conſilium eis det, nō ſimpliciter neque fortuito hæc conſulēs, ſed volens eos ſimul in maiori ſecuritate & abundantia agere, neque commercium habere cum Aegyptiis. Nam quia illi abominabantur, & contemnebant paſtoriciam agentes vitam, vtpote ipſi diſciplinis Aegyptiorum vacantes, propterea admonet ſtudium ſuum prætexere, vt ſic rationabili & honeſta occaſione optima terræ portio eis ſegregetur, quo in ſumma tranquillitate & abundantia viuere poſsint. *Et acceptis quinque fratribus ſuis, Introduxit* D *eos ad Pharaonem. Et interrogauit eos: Quod eſt opus veſtrum? & dixerunt: Armentarij ſumus, nunc igitur habitabimus in terra Geſſen. Dixit autem Pharao: habitent: Si autem ſcis aliquos ex eis, qui ſint viri induſtrij, conſtitue eos magiſtros meorum pecorum.* Sicut conſuluerat Ioſeph, ita reſponſum dederunt fratres Pharaoni: & cōceſſum eſt eis habitare in terra Geſſen. Cęterum Pharao declarans ſuam erga Ioſeph beneuolentiam, dicit: Si noſti in eis aliquos induſtrios, etiam meorum pecorum magiſtros conſtitue. *Introduxit autem & patrem ad Pharaonem. Et dixit Pharao ad Iacob, Quot ſunt anni dierum vitæ tuæ?* Quoniam vidit ſenem profundiſsimæ ſenectutis, quærit annorum numerum. *Et dixit Iacob: Dies annorum vitæ meæ, quibus peregrinus ſum.* Vide quo modo omnes iuſti in hac vita, haud ſecus atq; in peregrinatione verſarentur, ita affecti ſunt. Audies enim & Dauid poſt hæc dicentem: Quia peregrinus *Pſal. 38. c.* ego ſum & aduena: ſicut & hic dicit, Dies annorum vi

tæ meæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebr.11.c tæ meæ, quibus peregrinus sum. Propterea & Paulus di A
cebat de iustis illis, quòd confitebantur quasi peregri-
ni, & aduenæ sint super terram. *Dici*, inquit, *annorum vitæ meæ quibus peregrinus sum, centum triginta anni, pauci & mali fuerunt, & non peruenerunt ad dies annorum vitæ patrum meorum.* Quibus diebus, inquit, peregrinus fui, pauci & mali fuerunt. Significat hîc annos seruitutis, quam sustinuit apud Labã propter fugam, quam propter fratrem fecit: deinde post reditum ab eo loco, luctum quem tanto tempore habuit, & propter mortem Ioseph, & alias miserias. Quantum enim timorem eum habuisse putas, quando propter sororem Symeon & Leui omnes ciuitatis viros occiderunt, & omnes qui in Sycimis erant, captiuos duxerunt: Dicebat enim & tũc, indicans animi angorem in quo erat: Inuidiosum me fecistis, ita vt malus habear inter habitantes terram. Ego autem in paruo numero sum, & congregati super me, B
perdent me: & delebor & ego & domus mea. Propterea dicit: Pauci & mali dies annorum vitæ meæ. *Et Ioseph habitare fecit patrem suum & fratres suos, & dedit possessionem in terra Aegypti in meliori terra, in terra Rameſſe, sicut præceperat Pharao: & frumentum metiebatur Ioseph patri & fratribus suis, & omni domui patris sui frumentum secundum corpus.* Hoc erat quod dicebat fratribus, quòd misit me deus ante vos, vt relinqueretur vobis portio super terrã, & quòd in vitam misit me deus ante vos. Frumenta metiebatur, inquit, eis secundum corpus. Quid est secundum corpus? quantum sufficiebat vnicuique. Mos enim est scripturæ aliquando ab anima totum hominem nominare, aliquando à corpore. Et sicut superius dicebat, in septuagintaquinque animabus descendit Iacob in Aegyptum: vt dicat septuagintaquinque viros & mulieres: sic & hîc pro singulis hominibus. Et tota quidem C
Aegyptus & Chananæorum regio fame laborabant, ipsi autem prosperè agebant, habentes quasi ex fontibus profluentia frumenta. Frumentum enim, inquit, non erat in omni terra. Inualuit enim fames supra modum. *Defecit autem terra Aegypti & terra Chanaan præ fame.*

Vide ineffabilem dei solicitudinem & prouidentiam: quo modo antea quam increuisceret fames, iustum in Aegyptum deduxerit, ne quam sentiret angustiam, quæ ventura erat in Chanaan. Et omnibus illuc decurrentibus. *Congregauit*, inquit, *Ioseph omnem pecuniam, tam eorum qui erant in Aegypto, quàm eorum qui erãt in Chanaan, & sic frumenta eis dispensauit. Et defecit postea pecunia. Importauit enim omnem in domum Pharaonis. Venerunt autem Aegyptij omnes, & dicebant: Da nobis panes: & cur moriamur ante te? Defecit enim pecunia.* Non sunt nobis, inquiunt, plures pecuniæ, vt emamus, & ideo fame perimus. Ne igitur de- D
† morte. spicias nos, qui à † fame ita infestamur, sed præbe nobis panes vt viuamus, & ne moriamur. *Dixit autem eis Ioseph: Afferte pecora vestra, & dabo vobis panes.* Si non suppetit vobis pecunia, inquit, accipio & pecora. Defecit pecunia, adducite pecora vestra & accipietis panes.

Adduxerunt autem pecora, & dedit eis pro equis, & ouibus & bobus, & asinis, & aluit eos pro pecoribus suis. Venerunt autem ad eum & anno sequenti, & dixerunt ei: Ne fortè pereamus, neque pecunia nobis suppetit, neque pecora: omnia enim apud te dominum nostrum sunt, nihil enim nobis aliud relictum est, quam proprium corpus & terra nostra: vt igitur non pereamus, posside nos & terram nostram pro panibus, & erimus etiam nos & terra nostra serui Pharaonis: & da semen, vt seminemus & viuamus, & terra non redigatur in solitudinem. Seipsos in seruitutem subiecerunt, & terram vendiderunt, ita vt ali possint: tanta famis
† acquisiuit necessitas facta est. *Et † possedit Ioseph terram Aegyptiorum Pharaoni. Vendiderunt enim eam fame coacti. Et facta est terra Pharaonis, & populum sibi in seruos subiecit ab extremis finibus Aegypti, vsque ad extremos: excepta terra sacerdotum. Illis enim dedit Pharao † certas donationes, & comederunt, & propterea non vendiderunt terram suam.* Vide quantus intellectus, & † cibos.
quanta sapientia Ioseph fuerit. Illos neque famem experiri permisit, & omnem terram acquisiuit Pharaoni. Postquam autem Aegyptij omnes in seruitutem fuerunt subiecti, vide (obsecro) hîc iterum eximiam diligentiam, & prouidentiam, quam erga illos habet. Dixit enim Aegyptiis, Ecce † possideo vos & terram ve- † acquisiui.
stram hodie Pharaoni. Accipite igitur vobis semina, & seminate terram: & si fuerint prouẽtus, dabitis quintam partem Pharaoni. Quatuor autem partes erũt vestræ in semen terræ, & in cibum vobis, & toti domui vestræ. Magna liberalitas, ingens prouidentia, ineffabilis solicitudo. Ideo & illi experti beneficia, dicunt:

Saluasti nos, inueniamus enim gratiam coram domino nostro, & erimus serui Pharaonis. Vidisti liberalitatem? Nam quia vidit eos constrictos nimia penuria, cogitans quantũ laborem & ærumnam sustinere cogantur colendo terram, dicit: Semen vobis ego suppeditabo, vos autem omnem aliam curam exhibete. Et si fuerint vobis prouentus, dabitis partem vnam, quatuor autem vestræ erunt, & merces laborũ, & alimoniæ sumptus. Hoc au- † quãtã par
tem mandatũ posuit eis Ioseph, vt † ita tributum pên- tem darent.
derent Pharaoni, excepta sola sacerdotum terra. Au- Sacerdotũ
diant qui nũc viuunt, quantam olim sacerdotum ido- dignitas.
lorum curam habuerint, & discant vt vel saltem parẽ habeant honorem his quibus omnium dei ministerium creditum, & sacerdotio insigniti sunt. Si enim errantes illi, & tantam idolorum curam habẽtes, quia ex hoc putabant idola magis coli, si ita eorum ministros colerent: quanta non condemnatione digni, qui nunc imminuũt quod ad illorum spectat cultum? An nescitis, quòd honor ad deum ipsum pertinet? Ne igitur respicias eum cui honor confertur. Nõ enim propter illum debes quod tuum est facere, sed propter illum cuius sacerdos est, vt & ab illo retributiones vbertim accipias. Propter quod & dicebat: Qui fecerit vni Matt.25.d
horum, mihi fecit: & qui accipit prophetam in nomi- Matth.10.d
ne prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Num à dignitate vel vilitate ministrorum tibi retribuet dominus? Ob alacritatem tuam vel coronat, vel condemnat. Et sicut honor qui propter ipsum impẽditur, multum parit fiduciæ (propria enim sibi facit deus, quæ in seruos suos collocantur) ita & illorum contemptus multam è supernis pœnam nobis deferet. Igitur sicut suum esse honorem, ita & contemptum dicit: id quod scientes, nunquam negligamus cultum, qui sacerdotibus dei debetur. Et hæc dico, non tantam illorum rationem habens, quantam vestræ charitatis, cupiẽs vos in omnibus lucrifacere. Quid enim tantum das, quantum accipis à domino? Quantum autem cultum affers? Attamen & pro illo vili, & qui in præsenti vita simul dissoluitur, immortales accipies mercedes, & ineffabilia bona. Hæc mente versemus, & properemus ad eorum obsequia, non attendentes sumptum, sed lucrum & accessionem quæ inde nascuntur. Nam si videntes viri alicuius seculari dignitate insignis familiarem, operam damus vt quantum possibile est illi præstemus obsequium, cogitantes quòd quæ illi fiunt, eius domino accedant: & quòd ille familiaris, vbi significarit patrono suo, maiorem nobis apud eum fauorem conciliet: multo magis hoc erit apud vniuersorum dominum.

Universidad de Deusto

num. Nam si quando quis in vulgarem aliquem & abiectum, benignitatem & compassionem aliquam declararit: dominus quæ fiunt, sibi propria faciens, promittit se in regnū introducturum eos qui aliquid boni illi fecerint, & dicturū: Venite benedicti patris mei, quia esuriui, & dedistis mihi quod comederem: multo magis eos, qui propter deum affliguntur, & sacerdotio insigniti sunt, si quis obseruauerit, non solum parem assequetur retributionem, sed multipliciter maiorem, misericorde deo ex abundantia misericordiæ semper ea quæ à nobis fiunt, vincente. Ne igitur simus deteriores infidelibus, qui propter idolorum errorem adhuc tantum cultum exhibent illorū famulis: sed quantum distat error & veritas, tantum distant & illorum & dei sacerdotes. Tam excellētem igitur & honorem impendere debemus, vt multo plures è supernis nobis retributiones accrescant. *Habitauit autem Iacob in Aegypto, & † auctus est, & multiplicatus valde.*] Erat enim & hæc promissio dei ei facta, Faciam te illic in gentē magnam. *Et superuixit Iacob decem & septem annis. Et facti sunt dies Iacob anni centum quadraginta septem.* Propterea deus dimensus est ei hoc tempus vitæ, vt miserię, quam toto vitæ tempore sustinuit, consolatione magna accepta hinc migraret. Verum si vultis vt non multitudine dictorum memoriam vestram obruamus, quæ reliqua sunt reseruabimus, & finem sermonis faciemus. Vestram autem charitatem hoc rogauerimus, vt diligenter his quæ dicuntur intendatis, & ipsa perpetuæ memoriæ commendetis, continuo in mente vestra versantes, & cogitantes quantam patientiam iusti sustinuerint, quamq; longanimitatem & fidem in promissionibus dei habuerint, non animo fluctuantes propter ea quæ post promissiones eueniebant: sed fidentes eius qui promiserat virtuti, omnia æquo animo ferebant: & propterea probati fuerint. Ecce enim & iustus ille Iosephum, postquam tot annis luxit quasi mortuū, vidit regnum Aegypti tenere. Et admirabilis Ioseph, post seruitutem, post carcerem, post alia omnia quæ sustinuit, principatum totius regionis suscepit. Et si accedere volumus ad eas quę in sacra scriptura continētur historias, inueniemus omnes virtute præditos per tentationes ingressos, & sic magnam à deo assequutos gratiam: quam si & nos conciliare nobis volumus, nesimus tristes in tētationibus, ne grauatim feramus quæ nobis obueniunt: sed magis gaudeamus & lætemur fide corroborati, sciētes quòd hac ratione potissimum diuina prouidentia fruamur, si cum gratiarum actione omnia ferre meditemur. Vt autem omnes nos & præsentem vitam in virtutibus transigamus, & futura consequamur bona, concedat nobis per misericordiā & gratiam suam dominus noster Iesus Christus, cui cū patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Natha.5.c

† aucti sūt, & multiplicati sūt val de.

Appropinquauerunt autem dies Israel vt moreretur: & vocauit filium suum Ioseph. *Homilia LXVI.*

AGe & hodie finem imponamus narrationi & historiæ Iacob, & videamus quæ nam sint illa, quæ iā moriturus disponat & ordinet. Verum nullus ad præsentium rerum statum spectet, ac talia exigat ab his qui tunc fuerunt iusti, qualia nunc in vita sapienter instituta fideles præstare conuenit, sed secundum tempora & res iudicet. Hæc autem dedita opera prius dixerim, propter ea quæ à patriarcha ipsi Ioseph dicentur. Qualia autem sint audiamus. *Appropinquauerunt autem dies Israel, vt moreretur, & vocauit filium suum Ioseph, & dixit ei: Si inueni gratiam apud te, suppone manum tuam subter femur meum, & facies mecum misericordiam & veritatem, vt non sepeliar ego in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis: & auferas me ex Aegypto, & sepelias me in sepulchro eorum. Ille autem dixit: Faciam secundum verbum tuum. Dixit autem: Iura mihi, & iurauit ei, & adorauit Israel ad fastigiū virgæ eius.* Multi abiectioris animi, quando à nobis admonentur ne magnam curam sepulturæ habeant, neque rem multo studio dignam arbitrentur, ab aliena terra in suam patriam mortuorum reliquias reduci: hanc nobis prætexunt historiam, dicentes, etiam patriarcham huius rei tantam fecisse curā. Verum primum quidem, sicut dixi, cogitare oportet quòd non tanta tunc exigebatur philosophia, quanta ab his qui nunc viuunt: deinde quòd & patriarcha hoc non simpliciter voluerit fieri, sed spem bonam illis pollicens, quòd & sui vel sero aliquando redituri essent in terram promissionis. Et quòd ob hanc causam hoc præceperit, manifestius nos docet illius puer, dicens: Visitando visitabit vos deus, & simul feretis ossa mea hinc. Quod enim oculis fidei futura præuiderēt, audi illum iam vocare mortem suam dormitionem: dicit enim, Dormiam cum patribus meis. Propterea & Paulus dicebat: Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, non accepta promissione: sed procul eam viderunt & salutarūt, quo modo? oculis fidei futura videbant. Nullus igitur putet hoc pusillanimitatis esse testamentū, sed & à tempore, & à præuidendo futurum reditum, omni culpa excusset iustum. Nunc enim quoniam ea quæ ad sapiētiorem vitam attinent, post aduentum Christi aucta sunt, meritò quis reprehenderit eum cui talia sunt curæ. Neque dicat quis miserum in alieno solo vitam finientem, neque eum qui in solitudine ex hac vita decedit. Neq; enim ille dignus vt miser dicatur: sed qui in peccatis mortuus est, etiam super lectū, etiam si præsentibus amicis omnibus spiritum exhalet. Et ne mihi frigida illa verba, ridiculaq; & insipientiæ plena dicat aliquis, quòd ille cane vilius est mortuus, nullo familiarium præsente, neque sepulturæ & funus ei contigerunt: sed collectitia stipe iusta facta sunt. Non est hoc, ô homo, cane ignominiosius mortuum esse. Quid enim ille damni sensit? † sed si caret virtutis amictu se tegente.] Nam quòd hoc non offendat iustum virtute præditum, discе: quia plerique iustorum, prophetas dico & apostolos, vbi siti sint, paucis exceptis, ignoramus. Et alij quidem capite truncati, alij lapidati, mortui sunt: & alij innumeris & variis pœnis seipsos exposuerunt propter pietatē, omnes propter Christum martyres facti sunt: & nullus de illis dicere ausus fuerit, quòd ignominiosa sit eorum mors: sed sequetur diuinam scripturam, dicentem: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Et sicut mortem sanctorū pretiosam vocauit, audi quo modo & mortem peccatorum malam vocet. Mors enim, inquit peccatorum mala. Itaque etiamsi domi suę moriantur, & muliere & filiis præsentibus, & familiaribus & notis adstantibus: virtute autem careāt, mala horum mors est. Sic etsi in aliena terra, etsi super pauimentum quis iacēs: & quid dico, si in aliena? etiamsi in latrones incidat, etiamsi à bestiis deuoretur, virtute autem præditus sit, pretiosa eius mors erit. Dic enim, obsecro, Zacharię filius nōne decollatus est? Stephanus autem primus martyrij corona redimitus, nónne lapidatus vitam finiit? Paulus autem & Petrus, nónne ille quidem capite truncatus, hic au-

Gene.50.d

Heb.11.c

† dummodo virtutis amictum eū tegentē habuerit.

Psal.115.a

Psal.33.d

Math.14.a & Mar.6.c Act.a.7.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic autem modo cõtrario quàm dominus crucifixus, ita hac vita excesſit? Nónne propter hoc magis in toto mundo celebrantur & prædicantur? Hæc autẽ omnia cogitantes, neque eos qui in aliena terra moriuntur, miſeros dicamus: neque domi ſuæ morientes beatos prædicemus: ſed diuinæ ſcripturæ canonẽ ſequentes, & claros virtutibus hinc migrãtes beatos dicamus: & eos qui in peccatis moriuntur miſeros prędicemus. Sicut enim qui virtute præditus eſt in meliorem vitam tranſit, accipiens laborum ſuorum præmia: ita & qui ea caret, initia & præambula ſuppliciorum iam accipit, & ab ipſo factorum pœnæ exiguntur malis incurabilibus prorſus obnoxio. Ideo oportet hæc cogitantes virtutum habere curam, & in præſenti vita quaſi in palæſtra certãre, vt cum ſolutum fuerit theatrum, ſplẽdida redimiri corona queamus, ne ſtultè pœnitentes inueniamur. Quandiu enim durat certamen, poſsibile eſt (ſi voluerimus & deſidiam excutere, & virtutem exercere) metam & propoſitam aſſequi coronam. Cæterum, ſi videtur, redeamus ad ſermonis ſeriem. Nam poſtquam commiſit filio de ſepultura, & dixit Ioſeph:

Ego faciam iuxta verbum tuum, addit, *Iura mihi: & iurauit ei. Et adorauit*, inquit, *Iſrael ad faſtigium virgæ illius.*

Vide ſenem, decrepitum, patriarcham, adoratione honorem in Ioſeph declarare, & reipſa implere viſionis euentum. Quando enim narrauit Ioſeph viſionem: dixit, inquit, Nunquid ego & mater tua veniemus, & adorabimus te ſuper terram? Sed fortè dixerit aliquis. Et quo modo impletum ſomnium in matre, quæ iam antè defuncta erat, & filium non adorauit? Perpetuus ſcripturæ mos eſt, à magis principali totum ſignificare. Quoniam igitur caput mulieris vir (erunt enim, inquit, duo in carnẽ vnam) cum adorauit caput, manifeſtum quòd corpus totum caput ſequebatur. Si enim pater hoc fecit, multò magis illa, niſi ex hac vita prærepta fuiſſet, hoc feciſſet. Et adorauit, inquit, ad faſtigium virgæ eius. Propterea & Paulus dicebat: Fide Iacob moriens ſingulos filios Ioſeph benedixit, & adorauit ad faſtigium virgę illius. Vides quòd iſtucipſum fides faciebat, prævidens futurum quòd regij generis futurus eſſet is qui ex ſemine illius natus.

Gene.

Heb.11.d

Caput XLVIII.

Itaque cum imperaſſet quæcunque volebat puero, non multò pòſt vt didicit Ioſeph q̃ ægrotaret pater ſuus, & iã in foribus eſſet mors: quia appropinquauerant dies mortis illius, acceptis duobus filiis ſuis, venit ad Iacob. Annunciatum eſt autem hoc Iacob, & corroboratus Iſrael ſedet ſuper lectum. Vides quo modo amor erga filium ſenem firmabat, & alacritas vincebat infirmitatem? Audita enim illius præſentia, ſedit ſuper lectum. Et vt vidit illum, paternam dilectionem ei exhibet. Et quia moriturus erat, benedictione ſua firmat pueros, maximas has facultates relinquens, & diuitias, quæ nunquam abſumi poterãt. Et vide quo modo incipit. Primum narrat beneuolentiam quæ ſibi à deo facta erat, & tunc benedictiones in filios facit, & dicit: *Deus meus apparuit mihi in Luza, in terra Chanaan: & benedixit mihi, & dixit mihi: Ego creſcere te faciam, & multiplicabo te, & faciam te in congregationes gentium, & dabo tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt te in poſſeſſionem æternam.* Promiſit mihi, inquit, deus quando in Luza à me viſus eſt, in tantum ſe multiplicaturum ſemen meum, vt congregationes gentium fiant ex eo. Et terram mihi, & ſemini meo, ſe daturum promiſit. *Nunc igitur duo illi filij, qui nati ſunt tibi in Aegypto, mei ſunt: Ephraim & Manaſſes: ſicut Ruben & Symeon erunt mei.* Hos, inquit, quos habuiſti ante aduentum meum, ego in meorum filiorum numerum † al-

† *adopto.*

legam,] & his qui ex me nati ſunt ſimilem à me benedictionem accipient. Quoſcunque autem poſtea genueris, ij tui erunt: in nomine fratrum ſuorum vocabuntur in illorum ſortibus. Scias autem, quòd & mater tua Rachel † in Bethlehem] mortua eſt, & defodi eam in via Hippodromi. *Et videns duos filios Ioſeph, dixit: Qui ſunt hi? Ille autem: Filij mei, quos dedit mihi deus. Et dixit Iacob: Adduc mihi eos, vt benedicam eos. Et appropinquare eos illi fecit. Et oſculatus eſt eos, & amplexatus eſt eos.* Vide, obſecro, ſenem quo modo feſtinat & vrget vt benedicat filios Ioſeph. Et appropinquare eos fecit illi, & dixit ad Ioſeph: *Ecce facie tua non ſum priuatus, & ecce monſtrauit mihi deus ſemen tuum.* Magna mihi, inquit, præſtitit dei miſericordia, & plura quam expectaui. Non enim ſolum non ſum priuatus facie tua, ſed ecce etiam vidi eos, qui ex te nati ſunt. *Et eduxit eos Ioſeph à genibus, & adorauerũt eum ſuper faciem, ſuper terram.* Vide quo modo & pueros ſtatim ab initio debitum ſeni honorem reddere docuit. Et Ioſeph, inquit, ſecundum dignitatem primogenituræ adduxit Manaſſen, & tunc Ephraim. Vide, obſecro, hîc iuſtum corporis oculos prę ſenectute nũc infirmos habere. Grauati enim erant oculi eius præ ſenio, & non poterant videre: valebat autem oculis mẽtis, & fide præuidebat futura. Neque enim tulit Ioſephum, ſed mutatis manibus benedicens, dignitatem iuniori contulit, præferens Manaſsi Ephraim, & dixit:

† *quãdo appropinquauit Bethlehem.*

Deus cui bene placuerunt patres mei. Attende modeſtiam Iacob, vide animam piam & religioſam: non audebat dicere: Deus cui bene placui: ſed quid? Cui bene placuerunt patres mei. Vidiſti animam gratam? quanuis paulo antea narrans dicebat: In Luza apparuit mihi, & promiſit daturum ſe mihi, & ſemini meo omnem terram, & in congregationes gentium facturum ſemen meum: & tam euidentia habens indicia diuinæ erga ſe beneuolentiæ, adhuc tamen humiliatam habuit mẽtem. Et dicit, Deus cui bene placuerunt patres mei coram ipſo, Abraham & Iſaac. Deinde iterum: *Qui paſcit me à iuuentute mea.* Accipe & ex hoc excellentẽ eius gratitudinem. Non dicit propriam virtutẽ, ſed ea quæ ſibi à deo fuerũt facta. Qui paſcit me [de vtero matris meæ] à iuuentute mea vſque in diem hanc. Ipſe enim, inquit, eſt qui ab initio vſque ad præſens res meas diſpenſauit, & moderatus eſt. Ita & prius dicebat: In virga mea hac tranſiui Iordanem, & nunc factus ſum in duo caſtra. Et nunc iterum aliis verbis dicit: *Qui paſcit me à iuuentute mea vſque in diem hunc, angelus qui liberauit me de omnibus malis.* Gratæ animæ ac piæ & bene memoris beneficiorum dei verba: Ille, inquit, cui patres mei bene placuerunt, qui me à iuuentute mea vſque in præſentem diem educauit, qui me ab initio ab omnibus malis liberauit, qui tantam erga me declarauit prouidentiã,

Supra 31. b

Ipſe benedicat hos pueros: & innoceſcat in eis nomen meum, & nomen patrum meorum, Abraham & Iſaac, & multiplicentur in multitudinem magnam ſuper terram. Vidiſti ſimul & intelligentiam, & modeſtiam: Intelligentiam quidem, quia fidei oculis præuidens, Ephraim prætulit Manaſsi: Modeſtiam verò, quia nuſquam ſuæ virtutis memoriam facit: ſed ex probata patrum vita, & ex beneficiis in ſe collatis ipſe preces fundit, & benedictionem filiis precatur. Verum Iacob quidem pręuidens futura, ita illos benedixit. *Ioſeph verò videns iuniorem prælatum ſeniori, grauè & indignum eſſe putans, dicit: Hic eſt primogenitus, pone dexteram tuã ſuper caput eius: & noluit, ſed dixit: Scio fili, ſcio: & hic erit in populum, & hic exaltabitur: ſed frater eius iunior maior ea erit, & ſemen eius erit in multitudinem gentium.* Ne putes me, inquit, ſimplici

Universidad de Deusto
Biblioteca

plici quodam euentu hoc feciſſe, vel per ignorantiam. A Scio enim, & præuidens futura ita ei benedictionem feci. Nam licet natura primatum habeat Manaſſes, ſed iuuenis ille maior eo erit, & ſemen eius in multitudinem gentium. Hoc autem totum factum eſt, quia hinc regnum demonſtrabatur exoriturum, propterea prædicens futura, ſic eum benedicit. Et benedixit eos, dicens, *In vobis benedicetur Iſrael per* * *dicentes: Faciat te deus ſicut Ephraim & Manaſſe. Et poſuit Ephraim ante Manaſſen.* Ita, inquit, ambo erunt glorioſi vt omnes qui precantur, iuxta illorum precentur gloriam: attamen prior erit Ephraim Manaſſe. Vide quo modo gratia dei prémonſtrabat ei futura, & prophetico afflatus ſpiritu, pueris Ioſeph benedixerit: & quod tantis temporibus aberat, tãquam præſens & ante oculos ſitum viderit? Hoc enim modo ſe habet prophetia. Nam ſicut oculi corporales nihil amplius præter quàm viſibilia ſpectare poſſunt: B ita & oculi fidei nõ quæ videntur ſpectant, ſed illa vident quæ multo poſt futura ſunt. Et hoc manifeſtius ſcietis ex benedictionibus quas ſuis filiis dat. Cæterum ne longum ſermonem faciamus, multoq; vos oneremus labore, contenti dictis, in ſequentem ſermonem reſeruabimus filiorum eius benedictionem. Illud tamen obſecrauerim veſtram charitatem, vt imitemini iuſtum hunc, & tales hæreditates filiis veſtris relinquatis, quę à nullo vnquam damnum accipere poſſint. Diuitiæ enim ſæpe etiam accipientibus perniciem pepererunt, & inſidias, & multa pericula: hîc autem nihil talium ſuſpicari poteris vnquam. Theſaurus enim eſt qui nunquam valet conſumi. Theſaurus non hominũ dolis, nec latronum inſidiis, non famulorum malicia, non alio quopiam imminui valens, ſed perpetuo manet: ſpiritualis enim eſt, humanis non cedens inſidiis, C ſed cum his qui illum accipiunt, & ſobrij eſſe volũt ac prudentes, in futuram vitã migrabit, & eis æterna præparabit tabernacula. Ne igitur operam noſtram in colligendas opes collocemus, quas relinquamus filiis: ſed doceamus eos virtutem, & benedictionem dei illis imprecemur. Iſtæ enim, iſtæ maximæ ſunt facultates. Iſtæ ſunt ineffabiles diuitiæ, quæ non abſumũtur, quæ quotidie ſubſtantiam noſtram augent. Nihil enim virtuti par, nihil virtute potentius: etiamſi mihi dicas eum qui regnum habet, ac diadema gerit: niſi hanc habeat, quouis panniculoſo paupere miſerior erit. Quid enim illi prodeſſe poterit diadema aut purpura, qui virtutem ſua deſidia perdit? Nunquid dominus externas dignitates ſpectat: nunquid perſonarum gloria permouetur? Vnum eſt illic quod quæritur, vt per operationem virtutum apertas inuenire poſſimus ianuas fiduciæ in Chriſtum: nam qui nihil fiduciæ hinc defert, inter ignominioſos & deſperantes locum habebit. Hoc igiur omnes conſideremus, et noſtros filios doceamus, vt virtutem rebus omnibus præferant, nihilq; faciant pecuniarum abundantiam. Hæc enim, hæc eſt quæ virtuti plurimum obſtat: quandoquidem neſciunt pecuniis vti iuuenes, vt oportet. Et ſicut parui pueri ſæpe quando cultellos & gladios arripiunt, eo quòd neſciunt bene illis vti, periclitantur (vnde matres nõ permittunt illis eos impunè attingere) ita profectò & iuuenes, qui pecuniarum abundantiam ſuſceperint, cum nolunt eis bene vti, in periculum certum ſe præcipitant, ſarcinam peccatorum ſibi inde colligentes. Naſcuntur enim inde luxus, deliciæ, & abſurdæ voluptates & infinita mala. Non ſimpliciter à pecuniis dico, ſed ideo quia qui illas receperunt eis neſciunt rectè vti. Propterea & ſapiens quidam dicebat: Bonæ diuitiæ, cui non eſt coniunctum peccatum. Quia & Abraham diues erat, & Iob diues erat, & nõ ſolũ nihil damni eis accidit à diuitiis, ſed & magis probati fuerunt. Quare? quia non in vſum ſuum tantum has poſſidebant, ſed vt eis iuuarent etiam alios, quorum ſuccurrerent inopiæ, & eſſet domus ſua aperta peregrinis omnibus. Audi enim vnum eorum dicentem: Si autem egreſſus eſt quis de domo mea, ſinu vacuo? Cæterum & impotentes viribus, ſi quando indigebant ſubſidio, nõ priuabantur. Et non ſolum per pecunias miniſterium indigentibus exhibebat, ſed & ſolicitudinem eorũ gerebat. Et erã, inquit, pes claudis, oculus cæcis, & è medio dentium eripui prædam. Vides illum & curam agere eorum qui iniuria afficiuntur, & debilibus membrorum vicem per omnia repræſentare? Hunc omnes oportet imitari: hunc, inquam, qui ante legem fuit, & ante gratiam tam bene moratam vitam geſsit: idq; cũ nec præceptorem habuerit, neque progenitores virtute prædítos, ſed à ſemetipſo & à ſententia recta in bonam hanc vitam prodierit. Nam vnuſquiſque noſtrũ in natura ſua habet inſitam ſcientiam virtutis: & niſi quis eam voluerit per ignauiam ſuam perdere generoſitatem, nunquam † ea priuabitur.] Vtinam autem eam omnes nos eligamus, & cum diligentia exerceamus, ita vt bona quæ diligentibus deũ promiſſa ſunt conſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Ἀγγέλες dicentes, vel, dicẽdo.

Iob 29. b

Ibidem. c

† *ed. negliger.*

Dixit autem Iſrael ad Ioſeph. Ecce ego morior, & erit deus vobiſcum. Homilia LXVII.

PRidem pollicebamur finem nos impoſituros hiſtoriæ Iacob, ſermoneq; prolixius ſe extendente, ad finem quod promittebamus perducere non valuimus. Ideo volo quæ pridem relicta fuerunt in medium proponere, vt nũc ſaltẽ, ſi deus dederit, finem imponamus. Operæprecium autẽ fuerit primum veſtram commonefacere charitatem, & oſtendere vbi ſermonem nuper miſſum fecerimus. Scitis vtique, & memores eſtis, quòd cum Iacob benedicturus eſſet filios Ioſeph, Ephraim Manaſsi præpoſuerit, idq; etiam patre eius non probante: eui & dixit: Scio fili, veruntamen & hic erit in populum, & hic exaltabitur: ſed frater eius iunior maior eo erit in multitudinem gentium: & benedixit eos in die illa, dicens: In vobis D benedicetur Iſraël † per dicentes:] Faciat te deus ſicut Ephraim & Manaſſen & poſuit Ephraim ante Manaſſen. Et hucuſque proceſsimus, & ne ſermonum nimietate veſtram obrueremus memoriam, ceſſauimus à doctrina: ſed ſi videtur, hodie ſequentia videamus. Dixit autem Iſraël ad Ioſeph. *Ecce ego morior, & erit deus vobiſcum, & reducet vos deus ex terra hac in terram patrum veſtrorũ. Ego autem do tibi Sycima electa præ fratribus tuis, quæ cepi in gladio meo & arcu.* Poſtquam filios benedixit, & futura prouidens, iuniorem præpoſuit ſeniori: volens perſuadere Ioſepho, quòd nõ ſimpliciter neque temerè hoc feciſſet, ſed prædicens futura: prædicit ei & ſuam mortem, & quòd redituri ſint ex aliena terra in Chanaan, in terram patrum ſuorum: & bonã eis ſpem auget, ita vt expectatione alleuiẽtur. Nam ſpes bona, huius vitæ labores ſemper imminuit. Et monſtrans etiam tempore mortis, quam dilectionem erga Ioſeph habebat, dicit ei: Ego autem do tibi Sycima electa præ fratribus tuis:

† *dicendo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuis:quasi per hoc declarans,Hoc omnino erit,& iuxta meam prædictionem redibitis,& in hæreditatem possidebitis terram patrum vestrorum. Quia & Sycimorum ciuitatem tibi do hereditatem electam pre fratribus tuis, quam cepi de manu Amorrhæorũ in gladio meo & arcu.Quidnam hoc est?Que à Symeone & Leui facta sunt contra Sycimitas, in personam propriã transfert: & propter hoc dicit, Quæ cepi in gladio meo & arcu. Sed hîc opportunè quæsiuerit quispiam: Et quare hoc facinus suũ facit, cùm postea testaturus accusatione clarè scripta eos arguat? nõ secum pugnat iustus,sed declarat mãsuetudinem mẽtis suæ, & quòd præter suæ mentis sententiam hoc factum sit. Non solum enim non probat factum,sed & arguit:Quoniam autem id factum fuerat, propterea volens monstrare suam erga Ioseph dilectionem,ei concedit Sycima, & dicit:Quæ cepi in gladio meo & arcu. Nam licet illorum fuerit opus, in sua tamẽ potestate positum erat. Si enim filiorum dominus pater, multo magis eorũ quæ à filiis possidentur:si autẽ dominus, & cui volebat dare poterat.Itaque declarare volens suam erga Ioseph beneuolentiam,non solum Ephraim & Manassen benedixit,sed & Sycimam electã hæreditatem relinquit filio. *Et vocauit*, inquit,*Iacob filios suos,& dixit:Congregemini, vt annunciem vobis quid euenturum sit vobis in nouissimis diebus.Congregemini,& audite Israel patrem vestrum.* Vide iusti intelligentiam, quia præsciebat mortis tẽpus, vocauit filios suos ad se,& dicit: Congregemini, vt vobis iam prędicam quid vobis euenturum sit in vltimis diebus. Congregemini, & audite Israël patrem vestrũ. Venite,inquit,& discite à me,non † præterita,non quæ post paruum tempus euentura,sed quod accidet in vltimis diebus.Et hæc vobis non à memetipso annuncio,sed afflatus à spiritu: & ideirco quæ multis postea generationibus contingent, prædico.Etenim è vita hac migraturus,volo vnicuique vestrum,quasi in titulo & columna ærea,memoriam insculpere . Considera autem iustum, quo modo congregatis pueris, natiuitatis seruato ordine, vnicuiq; congruam det vel maledictionem vel benedictionem:& in hoc monstrans suæ virtutis eminentiam, incipiat à primo. *Ruben*,inquit,*primogenitus, fortitudo mea,& principium filiorum meorum. Durus ad ferendum, durus & pernicax.* Vide quanta sapientia iusti. Volens enim accusationem magis intendi, prius dixit priuilegia ei à natura cõcessa,& dignitatem quam tenebat,quòd principium filiorũ,& primogenituræ honore clarus sit: & postea voluntatis peccata illius quasi in ænea columna inscribit:monstrans quòd nihil proderint nobis ea quæ à natura insunt, nisi & voluntatis bona opera sequantur: hæc enim sunt quæ & laudem habent & vicium.Durus, inquit, ad ferendum: durus & peruicax.Naturæ,inquit,dignitatem tibi datã amisisti propria tua temeritate . Deinde & speciem peccati bene scriptam relinquit,ita vt illum ita esse redargutũ, & posteris magna sit eruditio ne similia attentent.

Contumelia affeciſti, ſicut aqua non efferueſcas. Aſcendiſti enim, inquit,*ſuper lectum patris tui:tunc polluiſti ſtratum quod aſcendiſti.*

Significat concubitum eius cum Balla.Vide quo modo per sapientiam à spiritu sancto sibi datam,prius dixit id quod postea Moses inter leges recensiturus erat, non licere cum eadem muliere patrem & filium rem habere.Et nunc † ob hoc ipsum filium corripit, & sic prohibet.Polluisti, inquit, stratum, & ascendisti super lectum patris tui.Rem peruersam fecisti . Propter hoc quòd ita contumelia me affecisti: sicut aqua non efferueas.* Inutilis erit,inquit,ille conatus tuus: ꝙ neque * ἐνδεὴς patrẽ reueritus, polluere eius lectũ ausus fuisti. Vt igit *imprudens* nũc in sequẽtib⁹ generationib⁹ talia nemo imitetur, *insulsus.* propterea spiritus sanctus ordinauit, vt literis commẽ- *terpres legis* detur hæc accusatio,& omnes qui audiant eruditãtur, *se videtur* sciantq; manifestè quòd nihil prosit dignitas naturæ ἀένναος. concessa,nisi & voluntatis accedant ornamenta. Deinde quia satis traduxerat nefarium hoc opus,venit ad Symeonem & Leui. *Compleuerunt*, inquit, *iniusticiam ex voluntate sua.* Contentio sua, quam propter sororem suam declararũt,eos in iniusticiam illam impulit. Deinde declarans quòd se ignaro rem fecerint dicit: *In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non permaneat iecora mea.* Absit,inquit, vt communicem eorũ sententiæ,& obsequar eis in his quæ iniustè egerũt. *Quia in furore suo occiderunt homines.* Irrationabilis, inquit, fuit eorum indignatio.Nam licet peccarat Sychen,attamẽ non oportebat tantam stragem facere, & omnes perdere. *Et in concupiscentia sua subnervauerunt taurũ.* Filium Emmor hîc significat.Nam quia in florenti ætate erat, taurum eum nominauit.Deinde vt dixit quæ fecerãt, etiam maledictionem apponit, & dicit: *Maledictus furor & impostura eorum,quia pertinax: & ira eorum, quia obdurata est.* Dolum significat,quo illos circumuenerũt. Peruicax (dicit) furor eorum, temerarius, impetuosus, ratione carens.Et ira eorum,quia obdurata est.Quando enim Sycimitæ putauerunt eos sibi valde amicos,tunc graui ira & bello eos oppressérunt. *Et dicto eorum* peccato, dicit & supplicium quod luituri erant. *Partiar eos in Iacob,& dissemmabo eos in Israel.* Vbique,inquit, dispersi erunt,vt istucipsum manifestũ fiat quòd propter facinus commissum hoc illi passi fuerint. *Iuda te laudarunt fratres tui.* Benedictio Iudæ data, mystica est, præsignans omnia quæ ad Christum attinent.Iuda,inquit, te laudarunt fratres tui . Quia enim ex hac tribu exoriturus erat Christus, iuxta dispensationis rationẽ, propter ea spiritu sancto afflatus Iacob,prædicit per ea quæ in Iudam dicuntur,non solum descensum domini ad homines,sed & sacramentũ,& crucem, & sepulturam & resurrectionem: & vt semel dicam,omnia.

Iuda enim,dicit, *te laudarũt fratres tui:manus tuæ in tergo inimicorum tuorum:& adorabunt te filij patris tui.* Quibus declarat,quòd subiiciendi illi essent, *Catulus leonis Iuda.De germine,fili mi,ascendisti.* Regnum eius prædicit.Semper enim scripturæ mos est,per figuram huius animalis, regiam authoritatem insinuare. *Recubuisti & dormiuisti vt leo,& sicut catulus.Quis excitabit eum?* Crucem & sepulturam hîc significat.Quis excitabit,inquit,eum? Sicut enim leonem vel catulum dormientẽ nullus audet excitare, ita dormiuisti vt leo,& vt catulus. Quis excitabit eum?Ipse enim est,qui dicit: Potestatem habeo ponere animam meam,& potestatem habeo iterum recipere eam . Postea & tempus quoq; manifestè declarat, quo aduenturus sit Christus iuxta dispẽsationis rationem. *Non deficiet*, inquit, *princeps de Iuda,neque dux de femore eius, donec veniant* reposita ei:& ipse erit expectatio gentium.

Tandiu,inquit,durabũt Iudaica, & principes Iudæorum, quoad ille venerit. Et bene dixit , quoad ille veniat,*cui repositum est:quasi dicat,ille cui præparatum est regnum:propterea ipse est expectatio gentium.Vide quo modo iam dicit etiam gentes saluandas.Et ipse erit,inquit,expectatio gentium.Huius aduentum gentes expectant. *Ligans ad vitem pullum suum, & ad palmitem filium asinæ suæ.* Per pullum iterum gentiũ significat adductionem . Nam quia asinus immũdum erat animal, propterea

Caput XLIX.

† *præsentia.*

Leuitic.18. b

† *istud ipse, filiũ suũ increpando.*

Ioan.10.d

* ὃ ἀπόκειται *quod repositum est, sine recondituꝝ.*

* ὃ ἀποκεῖται *interpres legisse videtur ꝙ I datiuo, qđ aptius puto ad Chrysostomum.*

propterea dicit: Illæ immundæ gentes cum tanta facilitate adducẽtur, quasi quis ad palmitem vitis asinum alliget: simul insinuans & potestatis excellentiã, & gentium obedientiam. Magnæ enim mansuetudinis est, quòd asinus sustinet se ad palmitẽ vitis ligari. Viti autem suam doctrinam cõparat. Ego enim sum, inquit, vitis vera, & pater meus agricola est. Palmites autẽ vocauit teneritudinem præceptorum, & facilitatem legis ferendæ: & iam præsignat gentes magis credulas fore quàm Iudæos. *Lauabit in vino stolã suam, & in sanguine vuæ amictum suum.* Vide quo modo nobis totum sacramẽtum insinuauit. Sciunt qui initiati sunt, quod dictũ est: Lauabit in vino stolam suam. Stolam puto corpus dici, quod propter dispensationẽ ferre dignatus est. Deinde vt diligenter discas vinũ quid appellauit, subdit:

Iuxta 35. d

Et in sanguine vuæ amictum suum. Vide quo modo sanguinis nomine crucem nobis & occisionem significet, & omnem sacramentorum dispensationem. *Iucundiores oculi eius vino, & candidiores dentes eius quàm lac.* Hîc gloriam nobis demonstrare vult, per metaphoram vini & oculorum. *Et candidiores dentes eius, quàm lac:* Iustitiam signat & claritatem iudicis. Nam per dentes & lac, nihil aliud significare vult, quàm fore candidum & manifestum iudicium, vt est lactis & dentium qualitas, *Zabulon, inquit, in maritimo habitabit, & ipse apud stationem nauium, & extendet vsque ad Sidonem.* Vide quo modo & huic prædicit vbi domicilium habiturus sit, & quòd vsque ad Sidonem extendetur. *Isachar bonũ desiderauit, recumbens † inter duos: & vidit requiem quòd bona, & terram quòd pinguis: suppossuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir agricola.* Laudat hunc quòd operationem terræ elegerit, & hanc omnibus aliis prætulerit. *Dan iudicabit populum suum sicut & vna tribus in Israel. Et fiat Dan serpens in via, insidens in semita, mordẽs vngulam equi, & cadet eques retrorsum, salutem expectans domini.* Dignum vt quis admiretur & obstupescat, quo modo iustus ille oculis spiritus omnia præuidens, filiis suis prænunciauerit quid vnicuique euenturum sit, etiam post multum temporis.

† inter sortes.

Gad, tentatio tentabit eum, ipse autẽ tentabit illum ad pedes. Aser pinguis eius panis, & ipse dabit cibum principibus. Nepthalim, stirps emissitius, multiplicans in germine pulchritudinem. Et quia paucis transit illos, venit consequenter ad Ioseph & ait.

Ioseph filius auctus, & amabilis. Ioseph filius auctus, filius meus iunior, inuidiosus factus ab ipsis initio, quem consilio communicato conuiciis incesserunt. Fratrum significat conspirationem contra eum. Et id quod suprà dicebat scriptura, quòd crimine malo detulerant Ioseph apud patrem suum: hoc iste dicit: Quem communicato consilio conuiciis inceſſerunt, *Et insidiati sunt ei † viri sagittationum,* Sanguinarium illorum significat animum. *Et contriti sunt cum fortitudine arcus eorũ.* Vide quo modo, postquã dixit ea quæ contra Ioseph attentarunt, dicit & quæ eis contigerunt. *Contriti enim, inquit, arcus eorum, & dissoluti sunt nerui brachiorum manuum eorum:* Quasi diceret, Ipsi enim occidere te conati sunt, & quantũ ex ipsis pendebat, cõplesserunt: sed & arcus eorum cõtriuisti, & dissoluti sunt eorum nerui. Sic enim eis accidit, quando audierunt Ioseph dicentem: Ego sum frater vester Ioseph, quem vendidistis in Aegyptũ. Tunc enim, tunc maximè soluti sunt nerui eorum per manum potentis † Ioseph.

† domini.

† Iacob.

Illic, inquit, corroborasti Israel à deo patre tuo, & adiuuit te deus meus. Vide germanam iusti erga dominum dilectionem, quo modo orbis dominum suum solius deũ esse dicat: non concludens eius dominium, neque priuans eum potestate vniuersali, sed suum declarãs amorem.

Et benedixit tibi benedictione cæli & superni. Non solum, inquit, adiuuit te, sed & benedixit te benedictione terræ, omnia continentis propter benedictionem vberũ & vuluæ, benedictione patris tui, & matris tuæ. *Confortatus es benedictionibus montium firmorum, & desiderabilibus cumulorum æternorum.* Per cumulos æternos, gloriam & maiestatem, & regnum Aegypti: per montes firmos, sublimitatem & fortitudinem designat, & in summum fastigium principatus euectum esse hîc insinuat. *Hæ enim, inquit, benedictiones erũt super caput Ioseph, & in vertice fratrum, quorum dux est.* Hæ scilicet, inquit, benedictiones erũt super caput tuum. *Beniamin lupus rapax, mane comedet, & ad vesperam † distribuet prædam.* Et hîc præsignat quod longo post tempore futurum erat, & quòd grassaturus esset sicut lupus rapiens, occidens & innumera mala faciens. Quoniam autem omnibus filiis cõgruas benedictiones præsignauit. *Et benedixit, inquit, singulis iuxta benedictionem suam, qua benedixerat eis:* Hoc est, vnicuique prædicebat quæ decebat, & quæ in vnaquaque tribu euentura essent prædixit. Postquam autem ordinauit ea quæ à spiritu ipsi præsignata fuerant, dicit eis:

† custodiet escam.

Ego apponor ad populum meũ, & sepelietis me cum patribus meis.

Vide quo modo per mandatum hoc maximam eis consolationem afferat. Considerabant enim quòd iustus hoc non mandasset, nisi omnino sciuisset reditum suum futurũ, & liberãdos se à seruitute Aegypti. Postea locum quoque dicit: *In spelunca, inquit, quæ est in agro Ephrõ Chetthæi. Et vt hæc dixit, cessauit imperare filiis suis, & subleuauit Iacob pedes suos super lectum, & defecit, & appositus est ad populum suum.* Vide mortem iusti etiam magno miraculo plenam. Nam postquam imperauit pueris suis, ait: Subleuauit pedes in lectum suũ, quasi cum voluptate rem aggrederetur. Ita impletis omnibus, pedes sustulit: hoc est, planos & rectos fecit & extendit. Defecit, hoc est finiuit vitam. Et appositus est ad populum suum.

Et recidit Ioseph super faciem patris sui, & fleuit super eum, & osculatus est eum. Vidisti pueri dilectionem? vidisti ignitam charitatem? Et post animæ recessum recidit Ioseph super faciem eius, & osculatus est, & fleuit super eo. His factis, Ioseph quæ à patre mandata erant, exequi curauit. Et mox mandauit pollinctoribus, † vt aromatibus ad sepulturam condirent patrem. *Et ipse quidem quadraginta diebus. Aegyptus autem septuaginta diebus eum luxit. Et postquam iusta omnia persoluta sunt, significauit Pharaoni, & his qui cum eo erant, quæ illi pater adhuc viuus demandauerat, & dixit: adiurauit me pater meus, dicens: In sepulchro quod fodi mihi in terra Chanaan, illic me sepelies. Nunc igitur ascendam, & sepeliam patrem meum, & redibo.* Aequum est, inquit, vt quæ ab eo præcepta, impleã. Vbi igitur ea fecero quæ iusserit, redibo. *Hæc vt audiit, permisit Pharao. Et ascendit, inquit, Ioseph, vt sepeliret patrem suũ, & simul ascenderunt cum eo omnes serui Pharaonis. Et cognationem, & boues, & oues reliquerunt, & simul ascenderunt cũ eo currus & equites. Et facta est turba magna valde.*

† vt sepelirent patrem suum.

Vide quantum officium declarent Aegyptij in honorem Ioseph. *Et venerunt cum Ioseph, ita vt fieret turba magna. Et vt venerunt ad locum quendam, planxerunt eum planctu magno, & valde vehementi. Et fecit planctum patri suo septem dies. Et viderũt habitatores Chanaan, & dixerũt: Planctus magnus est Aegyptiis. Propter hoc vocauit nomen loci, Planctus Aegypti, qui est trãs Iordanem.* Verum tu hæc audiens dilecte, ne simpliciter prætercurre, sed tempus cogita, quo facta sunt, & ab omni culpa libera Ioseph. Nondum enim fuerunt portæ inferni confractæ, neque mortis vincula dissoluta, neque mors dicebatur dormitio. Et idcirco quia timuerunt mortem, hæc faciebant: nunc autem propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter gratiam Christi,quia mors facta est somnus, & consummatio quies, & certa multaq; sunt resurrectionis indicia,quasi de vita in vitam transferendi, sic exultemus & lætemur.Et quid dico de vita in vitam? de deteriori ad meliorem,de temporali ad æternam,de terrena ad cœlestem. *Et peracto omnibus*,inquit,*reuersus est Ioseph in Aegyptum,ipse & fratres sui,& omnes qui cum eo ascenderant.* Vide consequenter fratrum Ioseph timorem hîc, & terrorem eorum mentem concutientem. *Vt viderũt autem fratres Ioseph, quòd mortuus esset pater suus,dixerunt: Ne fortè memor sit iniuriæ nostræ Ioseph, & retribuat retributionem nobis,& omnia mala quæ in eum commisimus.* Terror validus eorum mentem perculerat,& à conscientia stimulati, nescierũt quid facerent:propterea dicit, Cum vidissent patris mortem,veriti ne dignam de se pœnam sumeret Ioseph ob ea quæ in illũ peccauerunt, aduenientes ad eum dixerunt: *Pater tuus adiurauit nos priusquam moreretur,dicens:Dicite Ioseph,dimitte eis iniustitiam hanc,& peccatum eorum.* Vide iterũ quo modo ipsi accusatores suiipsorum sint.Vide quanta est conscientiæ reprehẽsio. Et omnino scitis, quòd iniustitiam & peccatum operati estis,quòd mala ei exhibuistis: *Et nunc accipe iniustitiam seruorum dei patris tui.* Vide quo modo nullo cogente sui peccati sunt testes,& dicũt : Dixit pater tuus, dimitte eis,quia mala tibi exhibuerunt, & accipe iniustitiam seruorũ dei patris tui . Sed beatus & totus virtutibus clarus,in tantum modestus fuit, vt ne permitteret quidẽ illos facere vllam memoriã eorum quę in se fecerant, quia & ad verba eorum confusus est. *Et fleuit*,inquit,*Ioseph,loquẽtibus illis secum: & venerunt & dixerũt, Ecce nos serui tui.* Vide quantũ valeat virtus, quàm valida & inexpugnabilis, & quanta maliciæ infirmitas. Ecce enim ille,qui hæc quidem passus est, regnat. Qui autem ita afflixerũt fratrem,famuli eius esse orant, quẽ in seruitutem exposuerant. Verum tu vide clementiã Ioseph in fratres,nõ recordantis iniuriarũ,& quo modo omnibus modis eos cõsolari velit, & eis persuadere,quasi nihil in se peccauerint, dicit enim: *Ne timeatis,dei enim sum ego.Vos cogitastis contra me mala, deus autem cogitauit pro me † bona,‡ quo modo factum,sicut hodie videtis, vt pascatur populus multus.* Ne timeatis,inquit,neq; anxij sitis:dei enim sum ego,& dominum meum imitor,& beneficia rependere studeo his qui non ferenda contra me fecerunt:dei enim sum ego.Deinde cum monstrasset quãta eum deus benevolentia prosequutus esset,dicit. Vos mala mente hæc contra me fecistis,deus autem in bonum mihi omnia vertit.Idcirco & Paulus dicebat:Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Omnia,inquit:quid est,omnia? † & quæ contristant,& quæ nõ contristant,‡ in bonum mutat. Hoc vtiq; & in hoc iusto factum est.Nam quæ à fratribus facta sunt,ea maximè regnum ei conciliarũt propter omnipotentem dei sapientiam,quæ omnia mala in bonum cõmutat.

Vt pascatur,inquit,*populus multus.* Non solũ vestra causa hæc in bonũ vertit,sed vt & omnis ille populus pasci posset.Et dixit eis: *Ne timeatis ego pascam vos,& domus vestras.Et consolatus est eos,& loquutus est in cor eorum.Quid igitur*,inquit,*timetis?ego suppeditabo alimenta vobis, & omnibus qui vobiscum sunt.* Et cõsolatus est eos,& loquutus est in cor eorũ.Non simpliciter eos consolatus est, sed tãto vsus est officio,vt eis omnem tristiciam è corde eximeret.

Et habitauit Ioseph in Aegypto,ipse & fratres eius: & vidit Ioseph filios Ephraim vsque in tertiam generationem.Et loquutus est Ioseph fratribus suis,dicẽs:Ecce morior.Visitatione autem visitabit vos dominus,& simul deportabitis ossa mea hinc. Vide quo modo & ille,eadem quæ pater,curat: volens vt simul auferrẽ tur inde ipsius ossa, quò magis eorum confirmaretur mens,& bonam spem haberẽt de reditu suo.Prius hoc designat quòd redituri essent,& tũc dicit: Simul feretis ossa mea hinc vobiscum.Hoc autem non temere faciebat,duo enim agebat.Vnum,ne Aegyptij memores beneficiorum eius,cum pro more suo facilè ex hominibus deos appellẽt,corpus iusti haberent in impietatis occasionem.Alterum,vt securi & certi omnino sint se redituros.Nam nisi hoc certum fuisset, non iussisset vt secum reportarent ossa.Et videre licebat rem novã & admirabilem,eum qui omnẽ Israël in Aegypto pascebat,illum & ducem reditus,& in terram † Israël inducentem. *Et mortuus est Ioseph, annos habens centum & decem.* Quare nobis & illius annos significauit?Vt discas quot annis Aegypti principatũ tenuerit . Septẽ & decem annorum erat,cum veniret in Aegyptum : & triginta annorum factus comparuit coram Pharaone, & diiudicauit insomnia.Deinde octoginta annis prę fuit toti terræ Aegypti.Vidisti quo modo maiora sint præmia quã labores, retributionesq; multipliciores? Tredecim annis certauit in tentationibus, ferẽs seruitutẽ, & calumniam illam impiam, & afflictionem in carcere. Et quia generosè, & cum gratiarum actione tulit omnia,propterea larga præmia accepit etiam in hac vita.Considera enim, quòd pro breui illo tempore, quo seruitutem & carcerem sustinuit, octoginta annis regnum administrauerit.Et quòd fide omnia dispoſuerit,& propter hoc etiam de transuectione ossium mãdarit,audi Paulum dicentem:Fide Ioseph moriens, de egressione filiorum Israël meminit.Et non fuit his cõtentus,sed vt discas causam, propter quam iniunxerit ossium transuectionem,dicit,& de ossibus suis mandauit.Fortè pluribus hæc dicta sunt,sed ignoscite . Nam quoniam ad finem libri peruenimus, voluimus cũ eius fine hunc quoq; sermonem hodie finire:& solitam exhortationem adiicere. Omnes igitur magna sollicitudine, curaq; singulari operam demus, vt memores simus dictorum,& imitemur iustorum illorum virtutẽ, & iniuriæ oblivionem erga eos qui nos iniuria affecerunt,clementiamq; in eos qui nos calumniãtur seruemus.Hinc enim & iustus ille tantam sibi dei gratiam conciliauit.Vt igitur & nos diuinã gratiam assequamur,summam virtutis habeamus rationem . Sic enim & spiritus gratia nobis concedetur, & præsentem vitam magna iucũditate transigemus,& futura bona cõsequemur,Quæ nobis omnibus cõcedat dominus noster Iesus Christus, cui cum patre simul & spiritu sancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Homiliarum diui Ioannis Chrysostomi in Genesin, finis.

DIVI

Rom.8.c

† *in bona,*

† *& aduersa & quæ cõtristare videntur,etiã ista.*

† *promissionis ipsius.*

Heb.11.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, CONSTANTINOPOLITANI QUONDAM ARCHIEPISCOPI HOMILIÆ ALIQUOT IN VETUS TESTAMENTŪ CONFUSANEÈ PRIUS PER TOMOS TOTIUS OPERIS DISPARATÆ, NUNC IN SUAM QUÆQUE CLASSEM ORDINE CONCINNO DIGESTÆ & CONCILIATÆ.

(Quod hîc mihi dicitur de primo, idem puta dictū de cæteris. 4. tomis.) In his, quæ toto opere cōuisuntur insigniri ad marginem signo manus, has primum & primi excudimus typis superiore editione ad communem vsum exhibitas & expositas beneficio Reuer. patris Guillielmi parui Syluanectuensium episcopi, & à Regijs cōfessionibus dignissimi.

DE IEIVNIIS ET GENESEOS lectione, sermo. Incerto interprete.

IVCVNDVM quidē nautis est ver, iucundum quoque & agricolis: sed neq; nautis, neq; agricolis ita iucundū est veris tempus, vt his qui philosophari volunt iucūdi sunt ieiuniorū dies, spiritale animarum ver, & fidissima trāquillitas animorū. Nam agricolis ver idcirco iucundum est, quia delectat aspicere tunc depictam floribus terram, & variis frondibus virgulta comantia: nautis verò acceptū est ver, quòd dorsum maris deductis nauibus tutò licebit ascendere, nec vndarum pericula formidare. Nobis autem iucundum est ieiuniorum ver, quòd tunc non vndarum, sed cogitationum, & cōcupiscentiarum carnis fluctus ac turbines mitigantur, & coronæ nobis non florum, sed spiritualium gratiarū parantur. Sic enim scriptum est: Coronam, inquit, gratiarum accipiens tuo capiti. Non ita ergo apparens suis hirundo vernaculis fugatam hyemem nunciat, vt ieiuniorū dies fugari ex visceribus nostris vicia carnis & cupiditatis ostendunt. Cessat pugna carnis aduersus animam, & animæ aduersus carnem, nec vltrà insurgit ancilla in dominam, nec serua superbit in liberam: sed vniuersa hæc prælia ieiuniorum præsentia conquiescūt. Quia igitur nobis quietū & tranquillitatis tempus aduenit, etiam nos deducamus in mare, doctrinæ nauigium, & dicendi vela soluamus: si tamen tranquillus & tutus est aurium vestrarum portus, in quo verbi dei nauis absq; metu naufragij collocetur. Altum enim nobis pelagus incedendum est, volentibus de cœli ac terræ & maris corporibus philosophari. Hæc enim nobis hodie lectio recitata est. Sed quid ad nos, inquies, creaturarum pertinet ratio? Et valde quidem, charissime: sic enim ex magnitudine & decore creaturarum competenter earum conditor agnoscitur: quanto autē ad earum intelligentiam fuerimus intenti, tanto magis via nobis patescit ad intuitum conditoris. Magnum, crede mihi, bonum scire est quid sit creatura, & quid creator, & quæ sunt opera, quis verò opifex. Si enim hoc diligenter scirent discernere hæretici, nunquā vtiq; omnia cōfunderent & quæ sursum sunt facerent deorsum. Non dico quòd cœlum, & stellas deorsum, terram autem sursum ducerent: sed q; regem ab excelsis sedibus deducentes, cum creaturis & operibus collocauerint: creaturam verò diuinis honoribus affecerint. Si de creaturis scissent philosophari Manichæi, nunquā materiam corruptibilem & mutabilem, quæ cùm nō esset effecta, esse ingenitam, deoq; dicerent coæternam. Si de creaturis scissent recte philosophari gentiles, nunquā coluissent, & seruissent creaturæ potius quàm creatori. Bonum vides cœlum, sed propterea, vt illud aspiciens adores cōditorem eius: pulchrum solem, sed vt illum intuens, factorē ipsius venereris. Si enim creaturarum pulchritudine detentus inhæreas, nec ex earum specie magnitudinē consideres creatoris, conuersum est tibi lumen in tenebras. Vides quantum boni sit scire creaturarū rationem? Nō igitur negligamus hæc lucra, sed attentius intendamus his quæ lecta sunt, quia non solum cœli, & terræ, ac maris, sed & nostræ, id est hominum originis ratio nobis ex his quæ leguntur, exponitur: & vnde mors, vnde & labor mortalium vitæ, vnde curæ, vnde tristiciæ subierint, declaratur. Po his enim omnibus velut satisfactionem quandam scriptam, librum hūc deus misit ad homines. Neque enim satisfacere dedignatur hominibus, qui per prophetam dicit: Venite & disputemus, dicit dominus. Et non solum disputare cum hominibus, & satisfacere nobis vult, sed quo modo culpam fugiamus ostendit. Antè enim quàm diceret, venite & disputemus: docuit quid loqui vel agere oporteat, & ita venire ad iudicium. Audi deniq; quę in superioribus propheta præmiserit: Lauamini, inquit, mundi estote, auferte nequitias ab animis vestris: discite bonum facere, iudicate pupillo, & iustificate viduam: & tunc addit, Venite disputemus, dicit dominus: non enim nos ad disputandum, hoc est ad iudicium, vbi de causa nostra tractandum & disputandum est, vult nudos & inanes venire, sed habere aliqua documenta iusticiæ. Si enim faciamus ea quæ superius præcepit, tunc ad disputandum de causa nostra, & de actibus nostris, audacter & fiducialiter veniemus. Denique & aliàs dicit: Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Habes enim accusatorem acerbissimum & immitem præueni eum, & obtura os eius impudentissimum, propria sponte confitendo delicta. Sed intuere paululum magnificentiam dei: ex initio per semetipsum loquebatur hominibus deus, secundum quòd audire eis possibile erat. Sic deniq; cum Adam locutus refertur, sic increpasse eum, sic cum Noë sermòcinatus, sic apud Abraham hospitio susceptus, & conuiuij confabulatione vsus. Verùm vbi humanum genus procliuius in maliciam declinauit, & à parente, & à conditore suo, quasi longa quadam peregrinatione discessit: confabulatione cessante, literis ad eos tanquam longè à se positos, & epistolis vtitur, quibus eos veteris cuiusdam amiciciæ, & familiaritatis admoneat. Primam quidem epistolam ad homines per Mosem direxit deus. Quid ergo hæc epistola contineat: videamus. In principio, inquit, fecit deus cœlum & terram. Requiris fortitan, cur non prius de angelis nobis, vel archangelis indicat. Si enim ex frequentia, & magnitudine creaturarum cōditor intelligatur, multo magis ex virtutum cœlestium conditione potest agnosci. Magnum est cœlum, sed non ita vt angelus. Decorus est sol, sed excelsior archangelus. Et ideo excelsam illam, & arduam viam relinquens, per hanc planiorem & humiliorem nos ad rerum scientiam ducit. Considera enim qui erant, quibus hæc recitabatur epistola:

Rom. 1. c

Esaiæ 1.

Esa. 43. d

Gen. 6. d 3. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

epistola: nônne illis qui educebantur ex Aegypto, vbi dei cultum in crocodilis haberi,& canibus ac simiis viderant? Non ergo consequens videbatur,eos tunc per excelsiorem viam ad agnitionem conditoris adducere: & ideo ista planiore & faciliore vtitur, cœlũ eis terramq; ostendit, & mare, atque omnem visibilem creaturam. Denique vbi paululum iam ex ea institutione profecerant, audi quo modo eis aliam epistolam per prophetam mittit, in qua de supernis virtutibus docet,
Psal.148. & dicit: Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius: quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Nam de illis epistolis, quas per Paulum apostolum mittit deus, quid opus est dicere, vbi iam secretiora multa, & excelsiora referuntur? & scribitur nobis tanquam iam altioribus, qui philosophiæ possumus institutа susc̃ipere: quia per Iesum Chri-
Colos.1.c stum facta sunt omnia visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: & quia omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse sit ante omnes, & omnia in illo constent. Referuntur tamen etiam in his quæ per Paulum referuntur eadem ipsa, quæ Moses scribit. Nam cùm apud Athenienses concionaretur Paulus, non eis de angelis loquitur, &
archangelis: sed de cœlo & terra, & mari, ita dicens:
Actu.17.f Deus cùm fecisset mundum, & omnia quæ in eo sunt, cœli ac terræ dominus, non in manu factis templis habitat, & cætera. Sed & Ioannes tanquam & ipse scripta perfectioribus deferens, non solum cœli,& terræ creaturam adscribit vnigenito filio dei, sed dicit, quia om-
Ioan.1. nia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil,id est tam ea quæ videntur, quàm illa quæ non videntur. Sicut ergo apud magistros literarũ fieri videmus, quorum alius puerulũ de gremio matris acceptum,& ignarum omnium, atque incapacem maiorum, primis tantummodo imbuit elementis: quem rursus alius magister accipiens, perfectioribus instituit disciplinis: ita & Moses ignaram omnium, & rudem hominum naturam, &(vt ita dicam)nuper à lacte depulsam, prima diuinæ cognitionis edocet elementa. Ioãnes verò & Paulus velut à Mose iam quæ prima sunt imbutos homines,ad excelsiora & perfectiora deducunt,non vt quæque prima sunt destruentes, sed tanquam fundamento competenter posito superponentes totius ædificij celsa fastigia. Vidisti denique vtriusque testamenti structuram vnius lineæ modulatione directam. Vidisti totius ædificij consonam quadraturam, audisti à Mose, quo modo facta sit visibilis creatura, audisti & à Dauid, quo modo & intellectualis illa cœlestis atq; inuisibilis creatura sit, dicente: Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Simili modo & in nouo testamento verbum dei audis exponi visibilium & inuisibilium conditorem. In principio fecit deus cœlum & terram. Sermo hic quidem breuis est, & simplex, sed omnium aduersariorum subruere machinas potest. Denique considera quo modo Manichęo asserenti quòd infecta sit materia, & deo coæterna, occurrit & dicit: In principio fecit deus cœlum & terram: & omnem structuram falsæ eius doctrinæ subuertit. Sed nõ credit Manichęus scripturæ nostræ,ergo & propter hoc ipsum vitandus nobis est,& alienus penitus habẽdus. Qui enim non credit deo,& veritatem mendaciũ ponit,non tam errare,quàm insanire iudicãdus est. Sed quo modo,inquit, ex nihilo fieri aliquid potuit? Die mihi & tu quo modo ex materia aliquid fieri potuit? Certum est enim quòd de terra factum hominem vterque nostrum credit,licet tu ipsam terram neges à deo factam. Dic ergo mihi, quo modo de terra facta est caro? De terra enim lutum fieri videmus, aut laterem, aut tegũlam, vel aliquod tale figmentum,carnem verò de terra nullus vnquã fieri vidit. Quo modo ergo facta est natura carnis, quo modo ossa formata sunt,quo modo nerui & venæ, quo modo cutis,& membra viscerum secretorum,quo modo vngues,& capilli, & singulorũ varietas, distinctioq; membrorũ, quo modo ista diuersitas ex vna terræ natura formata est? Sed certum est q̃ dare non poteris rationem: quo modo ergo cùm ista quæ apertiora sunt & faciliora explicare non possis, de difficilibus & ineffabilibus pronũciare ausus es: Vis adhuc & faciliora tibi proponam,atque ea quæ per momenta habemus in manibus? Panem quotidie sumimus, & exinde corporalis vitæ substantiam conseruamus. Dic ergo mihi, quo modo natura panis intra nos mutatur in sanguinem? Quo modo ex ipso phlegma, ex ipso etiam fellis substãtia fiat,& diuersi humores generentur? cùm vtiq; natura panis densa quædam sit & cõpacta, hæc verò in quæ mutatur,remissa sint,& fluida: tũ deinde color panis vel candidus est,vel ad frumenti speciem redactus: color verò sanguinis rubens,& fellis nigri vel flaui,cæterorumq; humorũ longè diuersus,& varius. Quo modo ergo fiunt hæc, dic mihi & horum redde rationem. Sed certũ est, quòd non solum hæsitabis, sed & tacebis: rectúmne tibi videtur, vt cùm ratione eorum quę quotidie in nobis sunt inuestigare non valeas, diuini operis, & conditionis dei audeas secreta discutere, & contradictionem impossibilitatis ostendere? Si nostri similis est deus, bene operis eius secundum cõmunem sensum expetis rationem. Quinimmò nec sic quidem. Multa enim sunt quę arte quidem hominum fiunt,quo modo tamen, vel qua ratione fiant, explicare non possumus. Verbi gratia, quo modo de venis terræ aurũ fiat: hoc fieri quidem videmus, rationem verò immutatæ glebæ reddere non valemus: sed & ex arena arte hominum fit vitrum lucidissimum, & multa alia his similia humana quidem experientia fiunt, qua tamen ratione fiant,mortalis sermo non explicat: dei verò opus,quem vtique humanas artes innumerabiliter præcellere etiã tu fateris,cuius virtutem & potentiam absque vlla comparatione,non solum inter homines esse, sed inter cœlestes virtutes nemo vnquam dubitauit, quo modo in singulis quibusq; figmentis suis discutiendum credis,& humanæ artis infirmare pensandum: quin potius derelinquentes hæc quæ abiectæ & fragiles cogitant mẽtes, redeamus ad illam stabilem,robustamq; sententiã, quæ dicit: In principio fecit deus cœlum & terrã. Sta super illud fundamentum, ne cõmouearis, nec in cogitationum fluctus, atque animorũ turbines corruas. Cogitationes enim mortalium timidæ,& incertæ adinuentiones earum. Noli ergo derelinquere quæ firma sunt, & conuerti ad infirma & incerta, atq; his salutem animæ tuæ credere: sed permane in his quæ didicisti,& credita sunt tibi, & dic: Quia in principio fecit deus cœlum & terrã: etiam si tibi Manichæus occurrat, etiamsi Valentini discipulus,tu semper vtere hoc sermone: etiam si illi irrideant, tu eos vt insanientes defleto. Sint licet pallentes in vultu, & tristes ac seueri videãtur, atq; obductis supercilijs: sint licet sermonum varietate subtiles: sed tu noli aspicere ad istam quæ extrinsecus est ouium pellem, sed cõsidera & intuere lupum qui intrinsecus latet: & propterea maximè eũ execrari debes,quia

ad con-

ad conſeruum ſuum mitem ſe ſimulat, & humilem: ad dominum autem omniũ noſtrum canis eſt rabidus, in cœlum latrans, & ipſi quodãmodo diuinitati inferens bellum. Negat enim creatorem deum, ſed alium neſcio quem contrarium prædicat. Fuge ergo ab his talibus, & vita tendiculas: vita huiuſmodi verbum, tanquam venena. Cuſtodi hæreditatem quàm à patribus ſuſcepiſti per fidem, & doctrinam ſcripturæ diuinæ, quæ dicit: In principio fecit deus cœlum & terram. Cur autem primùm cœlum fecit, deinde terram, ante tectum, quàm ſolum? Vides & in hoc nihil eſſe ſimile humanis artibus, nec hominũ regulis voluntatem ſeruari diuinam. Apud nos adminiculis & fulcimentis opus eſt, ibi verò voluntas opus efficit, & præbet ſermo virtutem. Terra autem erat inuiſibilis, & incompoſita. Quàm ob cauſam cœlum perfectum cõdidit, terram verò paulatim compoſitam eſſe refert Moſes? vt audiens tu quia melioribus elementis perfectũ extitit opus eius, certus ſis, quia & terram perfectam poterat producere, ſicut & cœlum: ſed propter te, & propter ſalutem tuam non fecit. Si requiris, quo modo? auſculta. Patriam tibi, & nutricem, & matrem, & menſam & domum poſuit terram: ſed & ſepulchrum tibi hanc eandem dedit. Nam & corpora noſtra ex ipſa ſunt, & ex ipſa etiam corporũ nutrimenta, & ex ipſa quoque, & in ipſa noſtra habitatio eſt, & poſt mortem in ipſam rurſum redimus: ne fortè ergo ex his omnibus, quæ ex ea videris conſequi beneficiis, fragili & lubrica cogitatione in impietatem delapſus, ipſam eſſe vitam putares, & vituperes authorem: propterea imperfectam eam atque incompoſitam producit, vt tu intelligens quod indiguit etiam ipſa opere & beneficio conditoris, cultum venerationemq; diuinam creatori omnium referas deo, & glorifices eum qui ad vſum miniſterij humani generis tanta parauit, ac talia. Verùm dei cultus non ſolum in fide recta, ſed in optima conuerſatione conſiſtit. Ait enim dominus: Luceat *Matt.5.b* lux veſtra inter homines: vt videntes opera veſtra bona, glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Et ideo velim ad ea quæ dicta ſunt, addere aliqua de operè miſericordiæ, niſi ſuperfluum videretur vos docere, qui alios operum veſtrorũ docetis exemplis: maximè cùm medius omnium noſtrum ſedeat pater, communis & magiſter noſter, cuius domus (tanquam ad hæc relicta) etiam maioribus ſuis, peregrinis & aduenis patet: omnes qui vndique vel ad tribulationes abiiciendas, vel veritatis diſcendæ cauſa conueniunt, hanc ſibi hoſpitam domum inueniunt, hanc miniſtram, & ita in omnibus famulãtem, vt neſciam vtrum huius an peregrinorũ magis dicenda ſit domus. Immò verò propterea magis huius eſt, quia peregrinorum eſt: nam & omne quod noſtrum eſt, tunc magis noſtrum erit, ſi ſit nobis commune cum fratribus. Melius enim ſeruatur pecunia quę in dextera pauperis collocatur. Hanc mihi non calumniator extorquebit, non inuidus criminabitur, non latro auferet, non fur nocturnus diripiet, non ſeruus fugam meditans vaſtabit, ſed ſemper eſt tuta, ſemper integra, ſemper ſalua. Nullus alius locus ita munitus eſt ad conſeruandam pecuniam, ſicut pauperum venter. Denique frequenter etiam ſi extrinſecus quis poteſt damna vitare, aut effugare calumnias, effugere tamen in pecuniam domeſticas inſidias non valebit: quanuis clauſtra poſtis valida, quanuis ſignacula exquiſita circundent, ſeruile tamen ingenium non euadet: & ideo certiſſimum eſt illam nobis magis ſeruari pecuniam, quam pauperibus commendamus. Non ſolum enim ſalua nobis manebit repoſita in talibus clauſtris, ſed & fœnore multiplicato reddetur. Ingentes enim reditus conferet pecunia largita pauperibus. Nam ſi hominibus in fœnus dederis eam, centeſimam tibi reddent: ſi verò dei pauperibus fœneretur, centuplum reſtituet, inſuper & æternam conferet vitam. Quid ergo mauis agere de pecunia tua: centeſimam ab hominibus, an centuplum recipere à deo: immò quod eſt ſuper omnem pecuniam, vitam æternam pro miſericordia, & immortalem beatitudinem conſequi? Vide ergo vbi magis velis congregare fructus tuos. Si in terra ſemines, quando fœliciter, decuplũ colliges, & hoc cum multo labore, cum multis moleſtiis: in cœlo autem ſeminanti, qua neque bobus, neque aratro, neque colonis, aut aliis huiuſmodi laboribus opus eſt: ibi nõ grando metuitur, non ſolis aduſtio, non rubigo cõſumens, non locuſtarum exercitus formidandus eſt, non vicini prauitas, non potentis deprædatio, non exactoris iniuria: ſed ſeminum tuorum ſeges tuta & illæſa conſurget, afferens fructum immortalitatis, & lætitiæ ſempiternæ fructum, quem oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. *1.Cor.2.c* Quo modo ergo non extremæ ignauiæ eſt, certa relinquere, & incertis adhærere: maiora deſerere, & minora ſectari: tuta & trãquilla non exequi, periculoſis & fragilibus aſſidere? Et quæ erit venia hæc agentibus? Quæ excuſatio tam iniquo iudicio viuentibus? Quòd ſi quis fortè pauperem ſe dicat, certus ſum quòd quanuis ille ſit pauper, non erit pauperior vidua illa, quæ duo minuta ſola habebat, & ipſa obtulit deo. *Mar.12.d* *Luc.21.a* Imitemur ergo & nos diuitias eius, diuitias dico, non cenſus, ſed mentis: non pecuniæ, ſed fidei: & magnanimitatem eius ſequamur, vt poſſimus & meritis eius adiuuari per gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo eſt deo patri cum ſpiritu ſancto gloria, & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

†Idem argumentum tractatur tomo 5. homil. 7. Ad populum Anthio.

QVO MODO PRIMVS HOMO OMNI *prælatus ſit creaturæ, ſermo. Incerto interprete.*

Dignitas humanæ originis facilè agnoſcitur, conſiderata ſublimitate authoris: neque enim facile poterat eſſe vel leue, quod manus ſacra conſtruxit, & cœleſtis flatus in vitalem ſubſtantiam animauit: maximè cùm idem artifex deus poteſtatem ſuam in omnem fabricam eidem homini fuerat traditurus: vt quem ſecundum præſidem poſt ſe facere diſponebat, eundem faceret plenum atque perfectum, habentem in ſeſe & dignitatẽ qua præcelleret, & poteſtatem qua cunctis animantibus imperaret: ſoli ſeruiens illi, à quo ei cuncta fuerant ſubiugata, vt imperaret mundo, ſeruiret deo, creatorem ſuſpiceret, creaturã ſibi parêre compelleret, tantúmque ditionis ſeſe domino debere perſpiceret, quantum ipſe à creatura exigeret, habens in propria poteſtate & obedientiam, & contemptum: obedientiam, qua viueret: contemptum, quò dignè pro meritis interiret. Vnde effectũ eſt, vt conténendo mortem incideret, qui obediendo viuere poſſet: vnde poteſtatem cõceſſam dum in contemptum protulit, & vitæ priuilegium perdidit, & mortis ſibi ſententiam acquiſiuit. Et tamen adhuc creatura eius ſeruat imperium, licet ipſe creatori ſuo denegarit obſequium. Vnde apparet quid ſuæ fœlicitati detraxerit, quum peccatorum merita eius ſtatũ adhuc mutare nõ poſſint. Grauaris homo, iuſtè grauaris, & inexcuſabili pœna aſtringeris: cõtemnis creatorem, & eius imperas creaturæ: deſpicis dominum, & de eius creatura exigis obſequiũ: beneficiis dei perfrueris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfrueris, & eius potentiam non extimescis. Et cùm tibi per eum cuncta deseruiant, solus ipse illi non seruis. Bis delinquis, & geminum ac duplex crimen incurris, dum nec pro conditione, vt seruus obsequeris, nec pro potestate data domino famularis. Tibi cœlum in die lucis splendore vestitur, & solis fulgoribus decoratur: in nocte clarissimo lunæ speculo, & astrorum fulgore vario polus ipse illustratur, vt diei noctisq; vicissitudine & numerositas temporum dignoscatur, & post diurnum laborem requies miseris mortalibus præbeatur. Tempora alternis vicibus immutantur, frondescũt syluæ, amœnantur campi, prata viresc̃unt, animantia cuncta diuersis vsibus procreata edunt fœtus, parent imperio, obsequia seruant, scatent fontes, amnes fluunt, institutis terminis maria coërcentur. Gaudet post hyemẽ verna temperies, æstatis flagrantia decoquit messes, autumnitas temulenta suas exhibet vbertates, hyeme maturantur imbribus terræ, suis institutis cuncta deseruiunt, solus homo deo non seruit. Quid si tibi vniuersa natura constanter ediceret: ego tibi à domino rerum parêre præcepta sum, ego circa te iussa implere, instituta seruare, nascentia cuncta tribuere genitoris imperio iussa sum: deniq; pareo, obtempero, seruio, & cum mutato nó mutor. Pareo inquam rebelli, obtempero procaci, deseruio contemptori. Cæterùm si mihi instituta mutare, iussa peruertere, necessaria denegare, rerũ dominus præcepisset: creatura cuncta viduata homine remaneret, nec qui contemneret vlterius esset, quia contemptor homo dignè de merito interiret: deniq; quis talis es, qui in hoc cõtemptu consistis: qui creaturæ imperas, & creatori nó seruis: qui dominatum exerces, & dominum non agnoscis? Time dominũ patientem, ne seuerum sentias iudicem. Corrigat te dilatio differẽtis, ne censura puniat iudicantis. Facilè enim obsequio tuo facies deum propicium, si conuersus iam mutaueris vicium. Vsuratũ enim redditur, quicquid dilatione temporis fœneratur: necesse iam præterit impunitum, cui mora temporis nõ potuit dare remedium. Quid retribuã domino, si humana conditio genitori quid debeat noscat, atque eius beneficiorũ innumeram multitudinem momẽtis omnibus retractãdo intelligat inueniet suæ seruitutis obsequia cõtinuis laudibus iugi gratulatione æquare non posse? Neque enim beneficia ab eo præstita, atque collata, vel modum poterũt habere, vel numerum, certè nec terminum: quippe cùm nec sensus ad inuestigandũ sufficiat, nec scientia suppetat ad laudandum: immensitas enim beneficiorũ superat cogitationes sensuum, & innumera multitudo donorũ vincit volubilitatem verborũ. Nec si totum vitæ tempus oris obsequia occupent, laudes teneant, gratiarum actiones insistant, poteris pensare quod debes. Qua in re danda nobis est opera, vt totis viribus deuotio mentis in diuina obsequia exerceatur, & laudũ glorias os nostrũ per omne tempus frequentare cogatur, non quo in istis debitum cõpensetur, sed vt nostræ deuotionis volũtas his conatibus dignoscatur: vt quicquid fragilitas detrahit ad cõplendum, hoc deuotio conferat ad promerendũ, vt iam quia vis, non quia perficis, expungaris: nec quia debita cõpensas, sed quia parêre desideras. Velle enim expũgitur, quia per immensitatẽ rerum ad ipsum quod
Psal.115.a cupimus, explicare non datur. Quid retribuam, inquit, domino pro omnibus quæ mihi retribuit? Quærit propheta sanctissimus, quibus meritis beneficia diuina cõpenset, quo famulatus genere munera percepta coæquet, quibus obsequiis tantis possit muneribus respon-
A dere, quo seruitutis genere innumera debeat dona, & infinita beneficiorum genera cõparare. Sit licet excellens hominum meritum, sit naturæ iura conseruans, sit legum iussis obtemperans, impleat fidem, iusticiam teneat, virtutes exerceat, damnet vicia, peccata repellat, semet exemplũ imitantibus præbeat: si quid gesserit, parum est: quicquid fecerit, minus: omne enim meritum breue est cõparatione donorum. Numera beneficia si potes, & tunc cõsidera quid mereris. Cum beneficiis cœlestibus tua facta perpende, tum diuinis muneribꝰ actus proprios meditare: nec dignum te iudicabis eo ꝙ fueris, si intelligas quid mereris. Igitur de beneficiis innumeris diuina in te pietate collatis, elige quod libuerit vnum, hinc tuum cõpensari totum non poterit meritũ. Cæterùm obtunditur sensus, confunditur animus, spiritus perturbatur, vt ab homine deus noscatur, nec humana poterunt pensari obsequia, si diuina beneficia cõ-
B pares: & tamen de illo loquimur, qui semet peccare nõ patitur, qui iudicium suæ mentis examinans cõtendit, vt placeat: vt promereatur, instat: vt seruiat, elaborat. Cæterùm quem peccare delectat, aut propria mentis segnitia, aut incõsiderati actus, aut vanitas vitæ sic mancipat viciis, vt sit materia delictorũ minister culparum, seminariũ peccatorum, ita vt in se duplex scelus, & geminum crimen admittat, & quòd debita domino seruitutis non reddit obsequia, & quòd innumera beneficia peccando eius pensare nititur contumelia. Quare nitatur iustus merita propria beneficiis cœlestibus coæquare, nitatur & peccator vicia quæ exercebat horrere. Ille incrementis sanctæ vitæ increscat, hic peccata damnando, iusticiam quam non amabat, exerceat. Ille bonis tribuat salutare exemplum, hic malis ostendat correctionis remedium. Ille præmia meriti sancti expectet,
C hic supplicia semet corrigendo declinet. Sic fit vt & iustus gloriam bene viuendo acquirat, & peccator correctus indulgentiam diuina pietate percipiat.

†Idem tractatur loco superius inducto.

Diui Ioannis Chrysostomi de Adam & Heua, homilia.

Incerto interprete.

DEus institutor mũdi, omnia ex nihilo faciens: qui dixit, & facta sunt: mãdauit, & creata sunt: fecit cœlum & terrã, & omnia quæ in eis sunt. *Psal.32.b* Perfectis omnibus atque ordinatis, fecit hominẽ ex limo terræ, sibilauit in animã viuentem, & factus est homo. Et ne solus habitaret in terra, fecit illi adiutorium: eiulsa costa è latere, impleuit carnem: applicuit ad Adam, vt ei nomẽ imponeret. Tanta fulgebat in ruditate primi hominis gratia, vt nomen illi imponeret, & futura prophetaret, dicens, Hoc nunc os ex ossibus meis, *Gene.2.a* & caro de carne mea: propter hoc vocabitur Heua, id
D est, mater viuorum. Eranteq; ij homines, scilicet masculus & fœmina nudi in paradiso, & non cõfundebantur. Vbi simplicitas regnabat, malicia ibi locum non habebat. Deus præscius futurorũ, dedit præceptũ, vt ex omni ligno paradisi manducarent, ex arbore dignoscentiæ boni & mali ne tangerent: & in qua die tetigissent, morte morerẽtur. Serpens ille diabolus venenosa astutia sua, persuasione callida, sexũ fragilem fœmineum, falsa suggerens, decepit, dicẽs: Quod vobis dixit deus, *Ibid.d* *Gene.3.b* de arbore hac non tangatis, ideo præcepit, ne aperirentur oculi vestri, & essetis sicut dij. Illa audiens, & videns speciosum esse oculis ad vidẽdum, & dulcem fructum ligni ad escam, & esse volens sicut deus. Licet ipse inde deceptus est, quia ipse voluit esse vt deus, dicens, Pono *Esa.14.d* sedem meam ab Aquilone, & ero similis altissimo. Ex

ipso

ipso ergo veneno malè persuadens propinauit mulieri. Ergo tollens de fructu arboris dedit Heuæ, Heua Adæ viro suo. Aperti sunt oculi eorum, & cœperunt cõfundi, quia nudi erant. Cõsuerunt folia ficus, feceruntq; sibi succinctoria. Ideo ergo confusio facta est, quia cupiditas, quæ est radix omnium malorum, in cor eorum venerat. Et ipsa transgressio peccati totum labefecit
1.Pet.2.d mundum, factum alumnum peccati, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Omnis quoq; homo de eo natus, natus est illi obnoxius, quia seruus seruum generat. Et nisi per illum liberatorem acciperet genus humanum libertatem, omnes in seruitute hucusque detine-
Rom.5.b rentur, sicut ait Apostolus, Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Nam vnde est illud, quod clamat propheta,
Psal.50.b dicens: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis mater mea in vtero me habuit? De isto peccato venit, de quo dixit verus dei cultor, homo sine querela, abstinés se ab omni malo, cui nemo similis super ter-
Iob 25.b ram: Non esse sine peccato nec infantem vnius diei natum super terram. Dicit item, Graue iugum super filios Adæ, à die exitus de ventre matris eorum, vsq; in diem sepulturæ, quæ est mater omnium. Insuper ipse alibi di-
Iob 14.a xit, Quo modo potest mundus esse de immundo conceptus semine? Quid agimus? ipse ecce Apostolus assumpsit personã iptius primi hominis, vt totum obligatum in peccatis demõstraret mundum, dicens, Concu-
Rom.7.b piscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non cõcupisces.
Exo.20. & Deut.5.c Lex ergo erat, quando audiit primus homo: Ex omni
Gene.2.c ligno paradisi edes, ex arbore autem dignoscentiæ boni & mali ne tetigeris. Hoc est dicere, non cõcupisces.
Rom.7.b Occasione autẽ accepta, peccatum per mandatũ fefellit me, & per illud occîdit. Itaque lex quidẽ sancta, quam præcepit deus Adæ, & mandatũ sanctum & bonum & iustum. Hoc Apostolus dicit in persona primi hominis. Quod ergo bonum est mihi, mors factum est? Absit: sed peccatum vt appareat peccatũ, per bonum mihi operatum est mortem. Id est, vt diceret, Aperientur oculi ve-
Gene.3.b stri, & eritis sicut dij. Per hoc bonum operatũ est ei mortem, vt fiat supra modũ peccator, vt ipse diabolus esset supra modũ peccator, vt in eo caderet peccatũ per mãdatum. Et fortè dicturus est aliquis. Ergo deus non est præscius futurorum? Nesciebat posse per mandatum cadere rudem hominem? Vnde opprtuerat, vt eũ permitteret nõ cum præcepto, sed simpliciter viuere in paradiso, vt non peccatum cõmitteret per mandatũ. Et nos contra calumnias eorum hæc dicimus: quia deus sciuit posse tangere primũ hominẽ de arbore prohibita. Sed quia vndiq; confitetur vniuersa lingua deum præsagũ esse futurorum antequã essent vniuersa quæ in mundo sunt, præsciuit præuaricaturum primum angelum, & ipsum hominem. Angelos ergo fecit in spiritu sine carne, præceptum dedit eis nullum. Vnus angelus primus, qui Sathahel dictus est, malignam & nephariã præsumptionem assumens, dixit, Pono sedem meã in Aquilonem,
Esa.14.d & ero similis altissimo. Et ita pro tali præsumptione cecidit irreparabiliter, vt angelus primus præcipitatus de culmine angelico, diabolus nominaretur. Ecce sine præcepto ita cecidit irreparabiliter, vt consequentes sibi hodie, hodieq; occîdat. Sed æquè dicturus est aduersarius fidei catholicæ, Et in ipso angelo præscius non erat, qui hanc præsumptionem assumere habebat? Nos nunc respondemus ei: Omni ratione sciuit futurum irreparabilem casum eius, sicut sciuit quãta bona factu-

A rus esset de malo eius. Nam tolle persecuturos, & non erunt martyres: tolle ebriosos, & nõ laudamus sobrios: tolle tenaces, & nõ præferimus in eleemosynis largos. Ex comparatione ergo peioris oboritur laus melioris. Deus noster faciens hominem ad imaginem & simili- Gene.1.c
tudinem suam, dedit præceptum in creatura: id est, in arbore, eligens vt per transgressionem in creaturã peccaret, quàm sine mandato in creatorem offenderet. Et sicut angelus qui sine præcepto elatus cecidit, ita & homo si præceptũ non acciperet, æquè & ipse diceret, Pono sedem meam in Aquilonem, & ero similis altissimo: & caderet irreparabiliter. Præuidit per omnia deus, quanta habuit facere bona de transgressione primi hominis. De ipso ergo peccato transgressionis pullulant omnia peccata. Cum ergo dicitur homo tradi desi- Roma.1.c
deriis suis, ex ipsa propagine fit reus: quia desertus à deo, cedit cupiditatibus, atque consentit, vincitur, capitur,
B trahitur, possidetur. A quo enim quis deuictus est, huic 2.Pet.2.d
& seruus addictus est: & fit ei peccatũ consequens præcedentis pœna peccati. An non est peccatum & pœna peccati, vbi legitur: Dominus enim immisit eis spiri- Roma.1.d
tum erroris, vt faciant quæ non cõueniunt, sicut seducitur ebrius? An non est peccatum, pœna peccati, vbi deo dicit propheta, Quid errare fecisti nos de via tua, Esa.63.d
obdurasti corda nostra, vt non timeremus te? An non est peccatum & pœna peccati, vbi dicitur deo, Ecce tu Ibid.64.b
iratus es, & nos peccauimus: propterea errauimus, & facti sumus sicut immundi omnes? An non est peccatum, & pœna peccati, vbi legitur de gentibus, quas debellauit Iesus Naue, quia per dominum factum est con Iosue 10.c
firmari cor eorum, vt obuiam irent ad bellum Israël, vt & Eccli.
exterminarentur? An non est peccatum, & pœna pec- 46.c
cati, quòd non audiuit Roboam rex plebem bene mo- 3.Reg.12.c
C nentem? quia sicut scriptura loquitur, erat conuersio à & 2.Para-
domino, vt statueret verbum suum quod ei locutus est lip.10.c
in manu prophetæ, An non est peccatum, & pœna peccati in quo scriptum est, Amasiam regem Iuda noluisse audire regem Israël bene monentem, ne procederet ad bellum? Sic enim legitur. Et non audiuit Amasias, 2.Paralip.
quia à deo erat vt traderetur in manus eius, quoniam 25.f
quæsierat deum Edom. Et multa alia commemorare possumus, in quibus liquidò apparet, occulto dei indicio fieri peruersitate cordis, vt nõ audiant quod verum dicitur, & inde peccetur, & sit ipsum peccatum præcedentis etiam pœna peccati. Nam credere mendacio, & non credere veritati, vtiq; peccatum est. Venit tamen ab ea cæcitate cordis, quia occulto iudicio dei (sed tamen iusto) etiam pœna peccati monstratur, quale est illud, quod ad Thessalonicẽses scribit Apostolus, Pro eo 2.Thes.2.c
D quòd dilectionem veritatis nõ receperunt, vt salui fierent: & ideo mittit illis deus operationẽ erroris, vt credant mendacio. Ecce peccati pœna peccatũ est, vtrunq; claret, breuiter dictum est, apertè dictum est. Ab eo dictum est, cuius alia verba in veritatis sententiã frustra hæretici retorquere conantur. Ergo ideo prædicat ecclesia catholica vbiq; diffusa debere paruulos baptizari propter originale peccatum, quia filios procreare ex præcepto dei venit: cupiditas verò quæ facit filios procreare, ex pœna peccati venit. Ideoq; ille clamabat sanctissimus, & bene clamabat: In iniquitatibus conceptus Psal.50.b.
sum: quia sine cupiditate nullus hominum concipitur. Bona sunt ergo cõiugia & sancta, & à deo ordinata, vt crescant homines, & multiplicentur, & impleant terrã. Sed quia ipsa conceptio sine carnis cupiditate non fit, ideo dixi de trangressione peccati; venio in originale

Universidad de Deusto
Biblioteca

cupiditatis,vt baptismus paruulorum abluat omne originale peccatum. Accepta ergo gratia,crescit cum hominibus cõpunctus:demonstrante gratia,ex lumine sapientiæ efficitur homo castus. Pugnat contra cupiditates carnis,pugnat contra transgressionẽ Adæ: quia spiritus concupiscit aduersus carnem,caro aduersus spiritum.Hæc enim inuicem aduersantur.Et ne in ipsa vita bona extollatur genus humanum, & propriis viribus victoriam sibi vendicet,in eo q̃ superat affectus carnis, æquè redarguit Apostolus,dicens, Gratia salui estis per fidem,& hoc non ex vobis,sed donum dei est. Non ex operibus,ne fortè quis extollatur.Aequè alio loco dicit, Quid habes, quod non accepisti? Itaque & si accepisti, quid gloriaris, quasi bene viuens non acceperis? Nam quis castum se gloriatur habere cor,aut mundũ se esse à peccatis? Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quia quod ipse dominus dicit, Sine me nihil potestis facere. Aequè dixit, Nemo venit ad me, nisi pater traxerit eũ. Item dixit, Non omnes capiũt verbum, sed quibus donatum est:æquè dixit,Confiteor tibi domine pater cœli & terræ,quia abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater quia sic fuit placitum ante te. Item dixit,Vobis datum est nosse mysterium regni dei,illis autem nõ est datum, Sed ne aliquis dicat,quod nõ accepi,quid à me exigit deus:non habet excusationem,quia omnis accipiens gratiam,iam in eadem gratia accipit & lumen. Quòd si malè fecerit,assignet sibi: si autẽ bene fecerit, assignet deo, à quo venit omne donum optimum,& lumen perfecti ũ. Cùm enim sanctæ plebis sacerdotes per mandata sibimet data, legatione funguntur, apud diuinam clementiam,humani generis causam, totamq; secum ecclesiam aggregantes,atque cõgemiscentes postulant & precãtur, vt infidelibus donetur fides, vt ab idololatria & impiis erroribus liberentur, vt Iudæis ablato cordis velamine,lux veritatis appareat,vt hæretici catholicę fidei perceptione resipiscant, vt schismatici spiritum rediuiuæ charitatis accipiant, vt lapsis pœnitentiæ remedia cõferantur:catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cœlestis misericordiæ aula referetur: Hæc non inaniter à domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus: quandoquidem ex omni errorum genere plurimos dignatur deus attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum, transfert in regnum filij charitatis suæ: & ex vasis iræ facit vasa misericordiæ: quod adeò totum diuini operis esse sentitur, vt hæc efficienti deo gratiarum semper actio, laudisq; confessio pro talium correctione referatur. Illud etiam quod circa baptizãdos in vniuerso mundo sancta ecclesia siue sint paruuli, siue iuuenes vniformiter agit, non ocioso contemplemur intuitu. Quòd cùm ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ ingrediuntur, quàm exorcismis & exufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur, & deinceps vasa eius eripiantur, in possessionem translata illius victoris, qui captiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus. His ergo ecclesiasticis regulis & diuina sumptis authoritate documentis,ita adiuuante domino,cõfirmati sumus,vt omnium bonorum effectuum atque operum, & omnium studiorum, omniumq; virtutum, quibus ab initio fidei ad deum tenditur,deum profiteamur authorem, & nõ dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita prouenire:per quem item fit,vt aliquid boni & velle inueniamur,& facere. Quo vtiq; auxilio & munere dei non

Galat.5.c

Ephe.2.b

1.Cor.4.b

Prou.20.b

1.Ioan.1.c

Ioan.15.a

Ibid.6.c

Matt.19.b

Matt.11.& Luc.10.d

Matt.13.b

Iacob.1.c

Coloss.1.b

Rom.9.d

Psal.67.d & Ephes. 4.b

A aufertur liberum arbitriũ: sed liberatur,vt de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente sit prouidum. Tanta enim est erga omnes bonitas dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et pro his quæ largitus est,æterna præmia sit daturus.Agit quippe in nobis, vt quod vult & velimus,& agamus.Nec ociosa in nobis esse patiatur,quę exercenda, non negligenda donauit: vt & nos cooperatores gratiæ dei simus, & in his quæ in nobis ex nostra viderimus remissione languere, ad illum solicitè recurramus,qui sanat omnes languores nostros, & redimet de interitu vitam nostram, cui quotidie dicimus, Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos à malo. Profundiores verò difficilioresq; partes incurrentiũ quæstionum,quas latius pertractarunt,qui hæreticis restiterunt,non necesse habemus astruere: quia ad confitendam gratiam dei, cuius operis digni,nihil penitus subtrahendum est. Satis sufficere credimus quicquid secũdum prædictas regulas apostolica scripta nos docuerunt, vt prorsus non opinemur catholicum, quod apparuerit præfixis sententiis esse contrarium.

3.Ioan.b

Matt.6.b

B

Dini Ioannis Chrysostomi de Genesi, & interdictione arboris ad Adam, sermo. Incerto interprete.

VBetur Adam de interdicto arboris fructu nõ tangere, iubetur ab vnius ligni nascentibus abstinere: vna arbor excipitur, sed vniuersæ diuinitus tribuuntur.Pars subtrahitur,sed totum quod deus fecerat, famulatur. Idem prohibet, qui cuncta cõstituit: idem imperat,qui vniuersa donauit.Qui dedit, adimit: qui plantauit, subtrahit: qui condidit, interdicit.Sed dicet aliquis: Vt quid plantauit, qui interdixit? Non enim debuit interdicere, qui plantauit: cùm posset non plantare,qui interdicturus fuisset,ne frustra interdiceret, quod plantaret. Quasi bonum enim plantauit, & quasi non bonum interdixit: cùm posset nec plantare, nec interdicere, ne plantatio & interdictio quęstionem aliquã haberet.Sed qui mouetur, quærat:& qui quęrit,oret vt inueniat.Et qui inuenit,cum dei metu quod inuenit, exerceat: ne arrogantia turbet, quod dei pietas reuelauit. Igitur propter hoc & plantauit, & interdixit: vt posset esse, per quod voluntas hominis monstraretur. Dat mandatum,vt probet obsequiũ:imponit legem,vt exploret hominis voluntatem:insinuat præceptum,vt eius noscat arbitrium.Stabat ergo arbor in medio, hominis voluntatem explorans. Explorabat enim, an homo dominum cõminantem, quàm diabolum persuadentẽ audiret. Non enim in arboris fructu, sed in hominis contemptu mors ipsa pendebat. Stabat & homo inter dominũ & hostem, inter vitam & mortem,inter interitum & salutem.Nunc deus cõminatur, vt saluet: nunc serpens persuadet, vt vexet. Nunc per deum,seueritas vitam:nunc per diabolũ,blanditia mortem intentat.Et vtiq; (proh nephas)minatur deus,& cõtemnitur: persuadet diabolus,& auditur. Apud deũ est seueritas, sed benigna: apud diabolũ autem blanditia, sed nociua. Deniq; diabolus aut blandimento persuadet,vt noceat:aut crudelitate deterret,vt perdat.Sic enim deus Adam cũ diabolo certare voluit, sic eum victoriam perpetrare optauit: vt maiora præmia victor acciperet, quàm acceperat à deo formatus: vt qui sine certamine mundũ possederat,post certamen regna cœlestia possideret.Fuerat enim condignum,vt talis circa creatorem homo fuisset,qualem se eius creaturã agnoscceret:vt parêret deo,qui illi cuncta parêre præceperat: seruiret domino, qui illum dominum mũdo effecerat:

Genes.& 3

C

D

certaret

Universidad de Deusto
Biblioteca

certaret cum hoste, vt inimicum deuinceret: denique A
præmia deo reddente perciperet. Torpescit enim virtus, vbi certamen defuerit: & facilé hostis malicia coalescit, si pigrescat animus repugnantis. Sine labore autem vincitur inimicus, si sit, qui dimicat, vigilans & intentus. Adeò roborantur vires exercitatione frequenti. Cæterùm laboris desidia, insolescit hostis sæuicia. Inimicus enim citò deuincitur, si qui dimicaturus est, prælia meditatur. Nemo enim vnquam non solicitus hostem deuincit: nemo sine certamine victoriam perpetrauit. Adam enim protoplastus nec studuit seruare iussa, nec vigilauit, vt serpentis maliciam præcaueret. Simplex tantummodo fuit, astutus contra diabolum non fuit. Dum enim diabolo persuadenti, quàm domino cõminanti consensit: sic & vitam quam habuit, perdidit: B
& mortem quam ignorabat, accepit. Dignè quidem homo delapsus in mortem est: qui & dominũ prouidentem contempsit, & diabolo nocenti consensit. Nemo itaque, nemo protoplasti culpam in deum cõuertat: nemo cõtemptum hominis deo genitori adscribat. Diabolus enim persuadere homini potuit: assentiendi voluntatem dare non potuit. Nam manifestum est deum Adam noluisse peccare, qui voluit eum ante delictum præstruere: quia & Adam potuit serpentem contemnere, qui deo noluit obedire. Potuit Adam & deo parêre, quod noluit, qui consentire diabolo maluit. Vtrũque enim in sua habuit potestate, & deo parêre quod noluit: & diabolo non cõsentire, quod voluit: vnde & vitæ gloriam perdidit, & mortis periculũ acquisiuit. Sed deceptum Adam & diaboli fraudibus circunuentum C
clementissimus liberat deus: vt per Christum credendo acciperet, quod per diabolum contemnendo amiserat: & quibus modis mors in seculum venerat, isdem modis vita seculo proueniret. Lignũ enim per Adam operatũ est mortem: lignum per Christũ operatum est vitam. Et quẽ diabolus persuadendo deiecit, eum dominus liberando saluauit. Sed diuersis temporibus ista omnia gesta sunt, *principio & fine, initio & vltimo, primo & nouissimo, in exordio & supremo*. Seruitus initio, libertas in vltimo: luctus *principio*, gaudium in postremo: in primo mors, in nouissimo vita: in exordio interitus, gloria in supremo. Per Adam & Christũ, per Heuam & Mariam, per serpentẽ & angelum. Mors per Adam, vita per Christum: Heuam serpens seduxit, Maria Gabrieli consensit: sed seductio Heuæ attulit mortem, consensus Mariæ peperit à seculo saluatorem. Restauratur per Mariam, quod per Heuam perierat: per Christum redimitur, quod per Adam fuerat captiuatũ: D
per Gabrielem promittitur, quod per diabolum fuerat desperatum. Deniq; peccatum aboletur per Christum, quod per Adam fuerat antè contractum. Redditur per Mariam vita, quæ per Heuam fuerat interempta. Adeò nunc effectus est homo ex reo iudex, ex abiecto filius, ex hoste amicus, ex alieno proximus, ex mortuo suscitatus: vt iam angelos iudicet, qui ab angelo fuerat iudicatus. Vnde cœlestia iam & terrena lętantur: quia redemit Christus, quem captiuauerat diabolus: viuificauit deus, quem occiderat inimicus: reducitur ad paradisum victor, quem victum de paradiso serpens eiecerat: ascendit in cœlum, vnde hostis nocendo deiectus est: perimitur sententia diabolus, qua hominem iamdudũ peremerat: recepit gloriam Adam, quam per hostem amiserat: gaudent sancti omnes, quia redempti triumphant, quòd & hostis perierit diabolus: & quòd Adam, qui perierat, diuina sit indulgentia restitutus.

Tomus primus.

¶ Habes nonnihil in vltimo tomo ad populum Antiochenum, homilia septima, super illud Geneseos cap. 3. b. Adam vbi es? & ibidem homilia seq. nempe octaua, super illud, Deambulabat deus in meridie in paradiso.

De lapsu primi hominis, homilia.

Incerto interprete.

DEVS sine initio sempiternus, sine fine perpetuus, prescius omnium futurorum, non ab initio aliquid facere inchoauit, quod anteà non disposuerit: sed ita omnis creatura in eius fuit dispositione, vt initium ea quæ facta sunt in deo non habeant quia semper fuit in dei dispositione, quod postea factũ est in operatione. Fecit ergo deus angelos miro & inefabili modo, dicente propheta, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Factis ergo angelis, præceptum eis nullum dedit. In quibus angelis Sathahel angelus principatum tenebat. Hic ex defectu boni fecit initium mali, quia malũ deus nõ fecit. Ergo quando ei obortum est, vt diceret, Pono sedem meam in Aquilone, & similis ero altissimo: recessit à bono, vt faceret, vt dixi, initium mali. Pro tali errore & tyrannica præsumptione præcipitatus, cecidit irreparabiliter. Deus æquè prescius futurorum, fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam, dans ei præceptum, præuidens de eius transgressione quanta bona facturus esset. Nam tolle persecutores, & nõ erunt martyres: tolle cõgeriem malorum, & nõ erit plenitudo virtutũ: tolle adulterij amatores, & nõ erit perfectio castorum. Ergo ex comparatione malorum fit laus bonorum. Quòd si ei preceptum nõ daret, sine dubio & ipse diceret, Pono sedem meam in Aquilone, & ero similis altissimo. Ergo dedit ei præceptum in arboris creatura præscius quia etiam exinde tangere habuit. Elegit dato præcepto, vt peccans in creaturam esset vnde sanaretur, quàm non dato præcepto superbia elatus ita caderet, vt non esset per quod repararetur. Præterea ille callidus serpentina cogitatione diabolus in specie serpentis assumẽs mendacium, Quia semper & ab initio mendax fuit, venit ad fragilem sexum, rudem & incautum, dicens ei: Quod vobis dixit deus, nolite tangere ex ista arbore: ideo vobis hoc dixit, ne aperirentur oculi vestri, & essetis sicut dij. Et decerpsit de fructu arboris, & dedit mulieri. Et vidit mulier, quia suaue est lignum ad escam, & speciosum oculis ad vidẽdum, & comedit, & dedit viro suo. Et vtriq; manducauerunt, & aperti sunt oculi eorum. Quasi antè clausi erant, antequam de arbore prohibita tangerent. Patebant, sed in bono, clausi erant ad cõcupiscendũ malum: quãdo tetigit, aperti sunt oculi ad cupiditatem, & facta est ex ea cupiditate cõfusio, ita vt folia ficus consuerent, & cooperirent verenda sua. Et in isto transgressionis peccato in lumbis eius totus est viciatus mũdus, & in illo peccato primi hominis facta est de vna cupiditate trina cupiditas: ita vt omne quod est in mundo, vt ait Apostolus, concupiscentia sit ventris, quod est lignum suaue ad escam: concupiscentia oculorum, quod est speciosum oculis ad videndũ: & ambitio seculi, quod est esse, vt deus. Ergo quia per vnũ hominem peccatũ in hunc mundũ intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerũt. Quia sicut in Adam omnes moriũtur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Aduenies ergo dominus noster Iesus Christus, voluit sanare labẽ primi hominis, in quo principale peccatum ceciderat. Nam cùm ieiunaret quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctibus, cùm esuriret, diabolus accessit tentare eum, æstimans ꝙ sicuti primi hominis rudimenta deceperat,

Pſal.103.a *Gene.1.e* *Eſa.14.d* *Eſa.14.d* *Gene.3.a* *1.Ioan.2.c* *Roma.5.b* *Matt.4.a*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita Christum deiiceret. Nam qui tentat, ad perfectum nescit quid sit verum. Credo, apud se dicebat inueteratus: Iste quis est, qui venit nō per regionem meam? ego cupiditatem in amplexu maris & fœminæ missi, istum video nasci quo modo nullus hominum natus est. Ne forte ipse est Christus, de quo ora prophetarum in toto mundo clamitarunt: Accedo, tento eum. Aut iste est vt primus homo, & decipio eum: aut si ipse est Christus cō fusus recedo. Intantū dubius erat quis esset, vt diceret,
Matt.4.a Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Et ille vt deiiceret tentationē eius, & sanaret primi hominis peccata, quæ est cōcupiscentia ventris, repulit eum, dicens: Nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore dei. Secunda itidē tētatio oboritur, ita vt leuaret eū in montē excelsum valde, ostēdens ei omnia regna mundi, & ait ei: Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me. Hæc tentatio dicitur cōcupiscentia oculorum. Et ille repellens etiā istam tentationem,
Deut.6.c ait, Vade retrò satana, scriptum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Terria in elatione, quod est esse vt deus, est ambitio seculi: leuauit eum similiter in pinnā templi, & ait ei: Mitte te deorsum, quia
Psal.90.c angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis: in manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidē pedem tuum. Et respondit ei dominus. Non tentabis dominum deum tuum. Ecce trinam tentationem istam vicit saluator mundi, vbi primus homo peruersa suasione malè deceptus erat. Nam quo modo ille deceptus est, qui suaue lignum ad escam ostendit: sic Christus vicit, dicens: Nō in pane solo viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore dei. Ille speciosum putauit oculis ad videndum, Christus regna mundi & diuitias contemnens, vicit in quo ille victus est. Quod illi persuasit esse, vt deus, hoc isti dictū est: Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis: in manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Ista omnia facta sunt in primo homine
Roma.5.d decepto, vt impleretur quod ait Apostolus: Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.

De lapsu primi hominis, Sermo. Incerto interprete.

NEmo qui nesciat principio hominem sic à deo plasmatum, vt instrueretur prudentia, cōsilio formaretur, rationis capax diuina prouidētia redderetur. Instrueretur, inquam, prudentia, qua hostis calliditatem vitaret: consilio, quo salutaria ac recta perquireret: ratione, qua deo genitori parendum esse cognosceret. Etenim dominus deus videns hominem quem fecerat innocentem, instruxit, monuit, & armauit: quippe qui cum diabolo fuerat pugnaturus, velut quibusdam armis, hoc est, prudentia, consilio, ratione fuerat instruendus. Addit præterea legem, qua dei voluntatem agnosceret, & quid contemnenti euenire posset, addisceret. Qui quidē homo incautus, dum diabolo persuadenti, quàm deo iubenti cōsensit: sic & vitam quam habuit perdidit, & mortem quam ignorabat accepit. Stabat Adam inter vxorē & diabolum, inter Heuam & hostem, inter mulierem & serpentem: diabolus persuadet vt noceat, Heua cōsenserat vt pareat: diabolus mulierē astutia fallendi circunuenit, mulier incauta serpentinū virus accepit. Diabolus quod per se nō potuit, per vxorē Adam protoplastum circūuenit: Adam verò per vxorem inuenit interitum, quam à deo acceperat in auxilium. Proh dolor prospera in cōtraria cedunt, vtilia perniciem operantur. Deniq; plus Adā domesticis, quàm inimici iaculis læditur, plus pprio quàm hostili ense perimitur, plus mulieris quàm externo gladio vulneratur. Accessit enim serpēs subtilis vt falleret, & accessit non vt viro, sed vt mulieri serpentinū virus infligeret. Accessit, inquam, vt vnius cōsensu vtriq; nocere potuisset. Soli persuadet, quod ambobus obesset: vtiq; obfuit, quod vnius animū malicia serpentis infecit. Deniq; consentiens mulier, talis circa virum extitit, qualem circa se malicia serpentis inuenit, adeò persuasa est, & persuasit: infecta est: & infecit: decepta est, & decepit. Quæ quidē mulier feritur sententia duplici, altera propria, altera communi: propria, qua filios pārere in *Gene.3.c* dolore præcepta est: cōmuni, qua cum viro morti addicta est. Altera quia serpenti assensit, altera quia marito persuasit. De consensu enim mortis sententiam incidit: de persuasu, in dolore filios pārere meruit. Hāc igitur sententiam, & qui non nouit, dum patitur discit: & qui nescit, dum expungitur sentit: & qui ignorat, dum experitur agnoscit. Proh nefas, præceptum domini cōtemnitur, & persuasio serpētis auditur: despicitur deus prouidens, & serpens auditur decipiens. Spernuntur salutaria monita, & recipiūtur venenata colloquia. Vnde addicitur homo ex contemptu morti, qui maluit obedire serpenti. Spoliantur gloria, dignitate priuantur, facti sunt quod non erant, dum amittunt quod fuerant. Adeò gaudet serpens perpetrasse quod voluit, lætatur, hominem amisisse quod optauit: exultat maliciæ effectus hominis deceptionem implesse, & nescit infœlix vulneratum semet, dum vulnerat: trucidatū, dum trucidat: dum hominē perimit, seipsum esse peremptum. Contristatus est deus hominē sententiam mortis meruisse quàm vitam, meruisse interitū quàm salutem, gloriam contempsisse quàm mortem: sed tamen plus malicia serpentis, quàm hominis contemptu cōmotus est: plus fallaciam diaboli, quàm hominis per inuidiā denotauit: adeò dominus deus & sæuiciam execratus est hostis, & casum miseratus est hominis. Crudelitatē hostis exhorruit, & deceptū hominem paterna pietate cōdoluit: inimici atrocitate permotus est, & hominē clementer doluit, qui deceptus est. Deniq; dominus deus, *Ibid.b* Vbi es, inquit, Adam? Ad confessionem prouocat, dum interrogat. Vult eum fateri peccatū, dum ab eo inquirit admissum. Quærit misereri, dum cum reo de culpa colloquitur. Veniam cogitat, qui causam contemptæ legis incusat. Obiurgat culpam, vt possit retribuere veniam, vt quos formare instruendo non potuit, eos possit confitendo purgare. Accipiunt indumenta pellicea, vt qui confessi iam delictum fuerant, veniam cultus humilitate perciperent. Ostendit dominus quibus officiis possint delicta purgari, ostendit confessione, & deformitate cultus veniā posse facillimè impetrare. Vt enim contumacia est celare, quod deo teste commiseris: sic periculosum si splendore cultus, animi innocentiam mentiaris. Nemo itaque nemo peccator vicia desperata lætitia contegat, nemo infectus delictis, animo dissimulationis virus infundat. Animi vicia, corporis mœrore mōstrentur. Si vexatus est animus, lugeat corpus: quoniam quoties corpus in causa est, animus mœsticia condolescit. Certè corporis vicia sine animi scimus cōpassione esse non posse, animi vicia sine corporis compassione non priuari: pariter contristentur, vt veniam pariter consequantur: quoniam vtrosque simul aut beneficio foueri, aut iniuria vexari necesse est. Nec enim aliud homo est, quàm corporis animiq; concretio. Hæc enim duo quantū definitionibus differunt, tantùm hominem dum iunguntur, efficiunt. Vt enim in vita separari

rari nō possunt, ita nunquam boni maliq; meritō separantur. Vt enim nō potest à corporis bonis animus separari, ita ab animi malis corpus nō potest dissociari. Si enim in dei iudicio vtrāq; substantiç aut supplicio, aut præmio compungentur: cur non & in isto seculo pariter aut mœstitia, aut lętitia perfruūtur? Vnde tibi Christiane excusatio nulla est, qui post seruitutem liberatus es, post captiuitatem redemptus, post vexationem curatus, post interitū restitutus: habes in monitis quod exerceas, habes exempla quæ timeas. Adam enim nec fallaciam diaboli norat, nec decepti cuiusquā causam defleuerat. Qui quidem forsitan posset euadere, nisi prior cum hoste dum confligit, occumberet. Te iam instituit
Ioan.5.c. dominus, tibi gestorū exempla proposuit. Ecce, inquit, sanus factus es, noli iā amplius peccare, ne quid tibi deterius fiat. Noli, inquit, peccare post veniam, noli vulnerari post curam, noli sordidari post gratiam. Cogita, inquit, ô homo grauiorem culpam esse post veniam, renouatum vulnus peius dolere post curam, molestius hominem sordidari post gratiam. Quare indulgentiæ ingratus est, qui post veniam peccat: sanitate indignus est, qui semetipsum postquam curatus est, vulnerat: nec mundari meretur, qui seipsum post gratiam sordidat. Porrò qui post absolutionem non peccat, meretur & præmium: qui post curam cautus est, sanitatis possidet donum: qui gratiam illæsam tenuerit, æternitatis accipiet regnum. Graue est enim hominem instructum delinquere, grauius absolutū peccare. Seruo peior est qui patronum post datam libertatē offendit. Beneficiis ingratus est, qui datorem tumoris arrogantia despicit. Quare aut salutem de exemplo acquire, aut de consortio similem sentētiam metue, ne seuerum sentias iuditem qui benignum contempseris persuasorem.

Diui Ioannis Chrysostomi, de Adam, Sodomitis Achab, & pœnitentia, Sermo.

QVOTIENS mecum tēporis cursum, vitæq; huius quotidianum defluxum recogito, vitæ Iobi tragœdia mētem meam subit, quam ipse de semetipso in suis calamitatibus declama-
Iob.9.c. bat. Vitā mea, inquit, cursore leuior. Nam cursor interdū diuertit, sed cursus vitæ cursor est, non requiescens. Quis non miseretur eorum, qui per huius vitæ spaciū de angustia vitæ, & quòd quasi in morte sint, disputāt: & non cogitant, quòd in vsuram vitam acceperint, vt sorte præsentis temporis futuras diuitias lacrifaciāt, & nec saltem vel hac doctrina vtuntur? Fœnerator longanimis quidem est, ingratitudinem autem nostrā expertus, durus. Itaque manifesta quidem est eius lenitas, & vel ex his saltem initiis, quę humano generi demonstrata sunt, cùm deus legem dedit primo homini, & legislator ab illo cōtemptus est, non fulmine illum vltus est, non induxit quam minatus est sententiam: sed finxit quasi indignabundus strepitum, ita vt Adam celeris fugæ tempus haberet, interrogationisq; actus institueretur. Itaque cum in media fuga esset, adstans deus cla-
Gene.3.d. mabat: Adam vbi es? Simulat se non videre quem fugarat. Vbi es? vbi imago mea primùm formata? vbi paradisi preciosissimus ornatus? vbi manuum mearum artificium? vbi imago regni mei nuper depicta? vbi nunc familiaris meus amicus? Comparere non audentem animat, mortuum ad verba adhortatur. Cogitur vocās, vt respōdeat. Palpat voce quasi febre laborātem, vt dicto morbo, valetudinario se committat. Nomine vocat occultatum, vt vocationis mansuetudine animetur, & timore mortuus cogitationes refocillabūdas assumat. Adhuc mihi sermone communicat? adhuc voce me dignatur? adhuc me, vt pater aduocat, & vt prę-uaricatorem non perdit in iudicatum? Nondū implet sententiam, quam anteà minatus est, sed dat respōsis locum? Quid igitur manifestatus non respōdebo? Quid? non dicam quod cōtigit vt miserabili? Propter hoc figura huiꝰ interrogationis, qua simulat se nescire quod factum est, deus vtitur: vt cum seipsum redarguat ille, discat domini suauitatem, à seipso quidem amictus nuditate, à domino autem tecta eius turpitudo: & quid diuinam bonitatē, quæ se in omnia secula & populos effundit, in vnum tempus cōcludo? Mansuetus enim est, & etiam inimicis misericors. Et alicubi prior etiam occurrit, vt conciliet inimicos: & vt ament hi, qui impegerant, studet artibus quibusdam efficere. Ex multis autem vnam hanc narrabo. Israëlitas electos variis miraculorum operationibus fouebat, & præclaros præ omnibus monstrabat, omnem (vt ita dicam) creaturā propter illos alterans, & elementorum ministeria mutans, transiri faciens nauigabilia, defluam ostēdens petram, præparans terram in absorptionem, retrocedere faciēs solem ad occasum festinantem, regulas naturæ nouas præscribens: eaq; omnia in gloriā ingrati Israëlis. Cùm verò idolis seruire cœperunt, pessimé retribuētes deo, habuit quidem ad vltionem fulmina, sed natura ad mititudinem vergebat. Abstinebat quidē ab vltione omnium, sed curabat vt amaretur ab his qui offenderant. Hieremiam meditatorē facit. Vade, inquit, & lege ser-
Hiere.3.d. mones illos, & dices eis: Conuertere ad me peregrinatio Israël, & non irascar vobis in æternū. Promittit per meditatorem & donum, si obtemperent, vt secum pacem habeant. Tantum apud illum est misericordię pelagus, sed longanimis quidem, vt exordiens dicebam: ingratitudinem autem expertus, durus: sicut bonus gratis, ita ab ingratis rationem durā exigit, & dona sua aufert. Dederat vitam ad vsuram Sodomitis, terram in illorum vsum, creaturas in agriculturam conduxerat: illi autem neque mercedis, neque vitæ concessæ curā habentes, dispersérunt in luxum tempus, insumpserunt in delicias dies, prodegerūt vitam in voluptates, luxuriæ impenderunt viuendi statuta tempora. Bonus autē fœnerator adhuc ferebat ingratitudinē, & mittit Lot ad
Gene.19. eos, vt memores faciat debitorum. Lot enim erat pietatis memor, operibus suis docens, quantum debebant deo. Vt autē vlcus luxuriæ mansit immedicabile pharmaco longanimitatis, candenti ferro, quasi putredo eguit, & omnem ignem statim & flammam susceptit. Fumigabat cœlum igniferū, fluebant ex aëre scintillæ, incendebant fulgura quicquid tangebant: strepebat fundamentum tactū, in carbones redigebantur tecta, seruatio fiebat fundamentorum, fugientibus occurrebat ignis, latētium vestigia inuestigabat. Oblambebat vndique agros, pecora tota incēdebat, deuorabat pueros, incinerabat adulescentes, omniū erat incendium quasi lignorum, spectaculum horribile & admirabile. Ignis eructans imbrem, imber caminum manens, flamma in flumen soluebatur, & pluuia flamma reaccendebatur. Retributionem enim erroris sui in seipsis recipiebant. Erat autē iusta quædam retributio his, qui naturæ subuerterant leges, fœminas in masculis quærentes, vt inuertatur & in eis naturæ ordo, & fiat eis naufragium ex igni quasi ex aqua. Idq; futurum erat, igne quasi succendente Sodomitas, cùm non solùm hi qui tunc erāt perderētur, sed & locus in perpetuum corrumperetur. Deuorat enim omne quod videtur. Terræ vteros perdit, tan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit,tantùm ſibi vſurpans profunditatis, quantùm quis fodiendo capiat. Non ſolidat fundamentum ædificiis, ita vt vbicunque eſt Sodomitarum terra non poſſit agricultura eſſe, vtpote in cineroſa terra: neque domus, vtpote fundamentum ad ædificium non habẽte. Quia enim incultas animas ad pietatẽ præbuere, quia ad virtutem viſi ſunt inædificabiles, ea ipſa paſſi ſunt, quæ fecerunt, & ob ſua mala cõdemnati ſunt. Vnicuiq; enim
3.Reg.21. deus quam ſeminauit meſſem reddit. Rapuit Achab vineã, & alienos vindemiauit labores: vidit iniuſticiam deus, tulit miſericorditer. Nam qui correptus deplorauerat, & vt lachrymauit, veniam obtinuit. Contentus enim eſt iudex miſericors & lachrymis, ſed Achab cõuerſus eſt ad cœnum priſtinum. Quid igitur, qui cum
4.Re.10.b. innocente innocens, cum peruerſo peruertens, conuerſus eſt ipſe in vindictam? Et vide quo modo retributio peccato par. Filij, inquit, Achab erant ſeptuaginta viri,
Pſal. 118.1. & occiderunt ſeptuaginta, & poſuerunt capita eorum in corbes, & miſerũt eos in Iſraël. Profectò iuſtus es do
3.Reg.21.d. & 22.f. mine, & rectum iudicium tuum. In Iſraël Nabutha occiſus eſt, in eundem locum occidentis genus occiſum miſſum eſt in ſportis. Achab Nabuthæ peccauit botris aliquibus in corbes cõiectis. Tale enim eſt peccatorum debitum, vt ſi ſoliciti ſimus, ad ſoluendum leue ſit: ſin negligentes, erit grauiſſimum. Totam enim ſimul mergit debentium ſubſtantiam. Non curabant Sodomitæ debita, neglexerunt quotidie: neglectu creſcente, creuit debitum. Repetitionis chirographum auctum eſt, fœnera peccati aucta ſunt, factum eſt tempus repetitionis. Non habuerunt aliquid in promptu quod redderent, non erant ſoluendo. Imperauit dominus debiti, vt ipſi traderentur igni, & mulieres eorum, & filij eorũ, & omnia quæ habuerunt in ſatisfactionem cederent,
Non enim mendax Paulus, qui teſtimonium præbet:
Roma.2.a. Benignitas dei ad pœnitentiam te ducat. Secundũ duriciam, & cor pœnitere neſciũ, theſaurizas iram in die iudicij. Vitam laudatam agamus, cohibeamus animæ negligentiam, germanam teneamus pietatem: ſpe detineamur iudicij, proba ornemur voluntate, vitæ opera operemur, theſaurizemus virtutis fiduciam, materiam gehennæ ne demus, bonitatis æternæ operarij cõſtituamur: repellamus peccatum adulationis, memores ſimus domini iudicantis peccatum, quique reddet vnicuique ſecundum opera ſua: cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo diui Ioannis Chryſoſtomi ſuper illud Geneſeos, Inimicicias ponam inter te & mulierem. Incerto interprete.

Gene.3.c. CHriſtiano cum hoſte certamẽ in origine ipſa monſtratur, & in ipſius mũdi exordio inuenitur, dum diabolus ſerpens deceptor hominis, prævaricator mundi, origo mortis, delicti materia, ſeminarium ſceleris, culparum genus, inuentor pœnæ, vitæ ablator cœleſti ſententia addicitur, & inter ipſum & mulierem, & inter vtriuſque ſemen inimicitiæ diuina authoritate firmantur, vt exinde homo ſociare cognoſcat, cum hoſte amicicias non debere, nec fœdera cum ſerpente coniungere, nec amoris cũ inimico conſortia copulare. Nunquam enim cum hoſte concordia iungitur, niſi imperator proprius offendatur, nec Imperatoris aliter iuſſa ſeruantur, niſi hoſtis decreta ſoluantur. Vnde qui amicicias cem hoſte cõiungit, & Imperatoris voluntatem offendit, & inimico ſeſe ipſe addicit: renũciat enim amicitiis Chriſti, qui ſe amicitiis coniunxerit diaboli: & diabolum habebit perditionis authorem, qui Chriſtum cõtempſerit ſaluatorem. Inimicicias, inquit, ponam inter te & mulierẽ, & inter ſemen tuum & ſemen illius. Malè cum hoſte coniungitur, qui ſeparari ſententia diuina præcipitur: nec ſine vtilitate ab inimico ſeparatur, qui pernicioſè hoſti coniũgitur. Duplex enim malum in ipſo contemptu cõſiſtit: quòd ſeparari iuſſus ſe hoſti coniungit, & quòd adiunctus hoſti ſine periculo eſſe nõ poterit. Certè quale eſt, vt diuerſa iſta hominum peruerſitati conueniant, vt & charitas cum domino fœderata rumpatur, & amicitiæ hoſtiles diuinitus interdictæ pernicioſa concordia copulentur? Nam etſi nunquàm nobis hoſtilis malicię nocuiſſet audacia, domini tamen fuerant obſeruãda præcepta, aut ſi parentibus, id eſt, protoplaſtis ſerpens tantummodo nocuiſſet, & nobis nocere nõ poſſet: pro affectu, pro charitate, pro ipſa denique cauſa naturæ, inimicitiis & ſimultate, parentũ fuerant iniuriæ vindicãdæ. At cùm nos cum parẽtibus noſtris occìdit, nec vlli noſtrum aliquãdo pepercit, cur inimicum, cur hoſtem diligimus, cur cum ſerpẽte antiquo fœdera illicita cõmiſcemus? Nam ſi ſeparamur ab illo, & nocet: qualis erga nos eſſe poterit, ſi ei contra interdictum domini copulemur? Nullus inimicum ſuum homo hominem diligit: nullus odientem ſe pia benignitate aſſumit. Nã & ſi diligere inimicos præcipimur: tamẽ eos, vt caueamus, admonemur. Tunc enim inimicus diligitur, cum eius blandimẽta ſeruantur, & iuſſa cœleſtia contemnũtur. Nunquam enim contraria impunè iunguntur, nec diuerſa ſine pernicie copulantur. Vt enim neque lupus agnum, aut hædum pardus partitur: ita nec peccator fert iuſtum, neque pauperem diues. Siquidem hæc aut ſeparata durant, aut fortiora infirma dilaniunt. Cogita homo principia ipſa. Inde quid declines, inuenies. Nõne cum mulierem interrogat ſerpens, & mulier ſerpenti reſpondeat, familiaritate ſermonis mulier afflata decipitur, & colloquendi cõſortio iugulatur? Cuius ſi colloquia mulier deuitaſſet, & ſerpens fallendi aſtutiam perdidiſſet, & mulier mortis ſententiã declinaſſet. Colloquium ſerpentis, venenũ fuit mulieris. Vt enim conceptum virus in fœminam colloquendo ſerpens effudit: ſic mulier virum perſuadendo contraria, decepit. Neq; enim in virum aliud mulier poſſet effundere, niſi quòd eam conſtat ſerpentis colloquio concepiſſe. Vnde iam cum hoſte inimicitiæ conſtitutæ, vt amor dei præceptorum obſeruantia teneatur. Si me amatis, inquit, dominus, mea præcepta ſeruate. Nemo ſe fallat, *Ioan.14.b.* nemo ſe decipiat, dominus & diabolus ab vno pariter amari nõ poſſunt, aut enim diabolus oditur, vt dominus diligatur: aut ſi diligitur diabolus, dominus, neceſſe eſt, contemnatur. Non poteſtis duobus dominis ſeruire. Quid acturus es homo, ſi inſtructus cõtempſeris, *Luc.16.c.* quod in origine mulierem inſtructam decepit: aut deceptus, quo modo te vindicabis, qui ne decipiaris, inſtrueris? Pendet edictum, inimicicias cum hoſte, & ſimultates cum ſerpente firmari. Cur iungis, quod dominus ſeparauit: aut cur non ſeparas, quod dominus iungi vetuit: aut cui tutum eſt iungere, quod conſtat dominum in origine ſeparaſſe? Adeò inimiciciarum iſtarum pugnã dominus incontinenti proſequitur: & certamen atrox inter mulierem & ſerpentem ſua authoritate præfatur. Nam poſtquàm dixit ad ſerpentem, *Inimicicias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum,* *Gene.3.c.* & ſemen illius: addidit, dicens: Illa tuũ obſeruabit caput, & tu obſeruabis eius calcaneum. Magnũ inter mulierem & ſerpentem certamen attendo, magnum bellum, bellum diſpoſitum eſſe conſidero, magnã ſolicitudinem

dinem habendã esse cognosco. Directa est inter vtrũque acies, paratum bellum, certamen compositum. Statur comminus, propius consistitur, ab vtrusque intentio prouocatur, vt cautela adsit, solicitudo intendat, securitas conquiescat. Stat enim mulier in procinctu, serpentis caput & obseruans & vitans, obseruans vt calcet: vitans, vt serpentis morsus declinet. Adest paratus & serpens, callidus & subtilis. Callidus, ne mulieris pede calcetur: subtilis, vt eius morsu incauta mulier prosternatur. Hanc pugnam lætus aspicit deus, libenter attendit dominus Christus: si tamen illæsa mulier serpẽtem calcando deuincat. Sed hoc præliũ ad te iam Christiane cõuerte, quòd mater ecclesia in filiis quotidie egerit. In cõfessoribus vincit, in martyribus triumphatrix existit. Hac intentione etiam ipsũ momentis omnibus dimicamus, assiduè congredimur, continuatim ac iugiter præliamur, vt cum victoribus in Christo, in æterna secula triumphemus.

Gene. 15. b. & 22

De fide Abraham, & de immolatione Isaac, sermo. Incerto interprete.

Fidei virtꝰ

Hæc est religionis sanctissimæ fundamẽtum, charitatis vinculum, amoris subsidium. Hæc sanctitatem firmat, castitatẽ roborat, dignitatem exornat. In pueris splendet, in iuuenibus floret, in perfectis apparet: gubernat sexus, gradus prouehit, officia cuncta custodit: in paupere grata est, in mediocri læta, in locuplete honesta. Fides amicicias seruat, collegia copulat, artes commẽdat: nullum despicit, nullum contemnit, nulli deest, nisi qui ei fortè defuerit. Fides mandata tenet, præcepta seruat, promissa consummat. Fides familiares efficit deo, amicos constituit Christo. Neque enim quisquã fidei promissa percipiet, nisi professionem actibus seruet: aut præmiorum potest cõpos existere, qui promissam fidem conseruare noluerit, vt iam aut impletæ fidei merces homini recompensetur,

Gene. 15. d. aut violatæ pœna competens tribuatur. Huius fidei Abraham ducamus exordium, qui cum in occidua constitutus ætate, filiũ à deo promissum se crederet acceptarum, & *fidei precium in filio conspexit*, & in stellarũ suam *sobolem numerum redundantem*, fide compara uit eadẽ: denique vnus filius Abrahæ exoptatur, & immensa ei multitudo promittitur: solatiũ vnius hęredis conquiritur, & innumerabilis soboles destinatur. Nescis, inquit dominus, nescis Abraham quid destinatum sit tibi: sed ideireo nescis, quia quid merearis non respicis. Tãtùm enim de me tua meruit fides, tantũ tua obsequia valuerunt, vt & quid desideres norim, & facere quod mereris decreuerim. Nanque tibi nascetur filius, cuius semen diffunditur in milia, vt & similitudini syderum coæquetur, & arenæ immensitatibus comparetur. Credo, inquit Abraham, domine, credo quia potes, facturum te confido quod spondes. Nec enim confectam senectutem marcescentis meæ ætatis considero, aut Sarræ coniugis sterilem, effœtamq; cõditionem attendo, sed tuæ maiestatis potentiam tracto: nec cui talia promittantur, sed à quo promittantur, agnosco. Generare enim filios senilis ætas non patitur, sed tua domine iussione completur. Steriles filios habere nõ possunt, sed hoc posse tuæ virtutes efficiunt. Natura quidẽ negat, sed potentia imperat: ætas prohibet, sed tua potestas ostendit. Impossibile quidem istud videtur nobis, non tibi: homini, non tuæ domine maiestati: naturæ, non deo: seruis, non domino. Vnde credo pater, credo domine istud te facturũ quod dicis, quia his virtutibus cunctis gentibus innotescis. Tunc Sarra cõceA pit in vtero, & peperit filium, patrem multarum gentium destinatum. Nascitur Isaac ornamẽtum generis, parentum gloria, propinquorum lęticia, familię decus, hæreditatis spes, fidei preciũ, promissæ sobolis testimonium. In cuius natiuitate & dominus promissum reddidit, & Abraham votũ quod optauit accepit: gaudent omnes, cuncti lætantur. Fit enim Isaac dulcis cùm nascitur, dulcior cùm nutritur: nec enim poterat esse non dulcis, quem & patris fides, & propria innocentia commendabat. Fit & Sarra ex sterili mater, fœcũda in filio, fœcundior futura ex ipso. Redit iuuẽtus in senem, marcens ætas reparatur in iuuenem, & manente senectutis ætate, iuuenilia geruntur à matre, denique blãditur, nutrit & lactat, & consequentia complet officia quæ iam forsitã obliuisceretur, si suo tempore Sarræ pârere concederetur. Tunc loquutus est dominus ad Abraham, di *Gene. 22. a*
B cens: Accipe filium tuum quem diligis Isaac, & vade in vnum mõtium, & offer mihi illum in sacrificium. Mox Abraham tam celeriter decernit iussis cœlestibus esse parendum, quàm fuerat diuinitus imperatum. Verebatur ne votum mora offenderet, aut iussionem tarditas impediret. Denique properat quod iussum est perficere, festinat quod præceptum est adimplere. Fuit enim lætus *cùm cum acciperet, lætior cùm cum immolandũ* dominus postularet. Ostendit Abraham charissimum quidem sibi esse filium, sed multò chariorẽ filio existere dominum: nec dulcedinem, aut affectus pignoris respiciebat, qui iussionem vt perficeret cogitabat. Totos affectus conuertit in deum, cui iam se nouerat mancipatum. Denique illam fidem seruabat in sese, cùm filiũ iuberetur offerre, qua deum promeruerat, cùm eũ mereretur accipere. Adest Isaac patri quidem ætate dissi-
C milis, sed fide ac deuotione æqualis. Adest, inquã, Isaac, qui si quid pater disponeret, ipse fieri libenter optaret. Ita enim filius paruit patri, vt pater diuinæ obtemperaret iussioni, vt de consensu filij pater securus existerer, & voluntati patris sese filius manciparet. Erat enim in vtrisque vnus animus, par sensus, & similis circa deum affectus, vt generositatem patris in filium transfusam conspiceres, & innocẽtiam filij patri non deesse videres: vt & paternæ fidei particeps filius extitisset, & simplicitati filij patris sublimitas redundaret. Qua securitate Abraham fretus, sternit sibi asinam, ad sacrificiũ ligna concidit, pueros secum adducit. Cumq; ad ciuitatem venissent: estote isthic, inquit, ego & puer iste ibimus soli: & cùm adorabimus dominũ, reuertemur ad vos. Statim pater cum filio proficiscitur solus, ad quem idem filius: Pater, inquit, ligna video, cultrũ & ignem video, hostiam quam immolaturus es quæro. Desine,
D inquit, desine istud quærere fili, quod sibi dominus ad horam procurabit: desine quærere, quod sibi dominus iam præuidit. Magnum præsagium promittentis, magna innocentia inquirentis. Isaac hostia, de hostia patrẽ interrogat, sacrificij effectus desiderat. Quis ab eo quæ decrat quæritur, ne ipse qui loquitur, immoletur. Ast vbi ad locum ventum est, vterque montem ascendit. Aram pater extruxit, ligna composuit, filium colligauit: Patere mi, inquit, fili, patere votum perficere: patere, inquit, per te iussionẽ domini explere. Deus enim qui te condidit, expetit: quæ dedit, quærit: qui te creauit, te sibi desiderat immolari: non est enim hoc parricidium, non est crudelitatis admissum, quia votũ est, nec tibi fili à genitore mors miseranda infertur, sed vtrisque nobis salubriter prouidetur. Tantò eris acceptabilis hostia, quãto libenter glorioſæ mortis exceperis beneficia.

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neficia. Quod iussus pater es, perfice, inquit: quod dispo nis, cõstanter adimple. Ego enim nec renuo, nec recuso: quod volueris, volo: quod optas, exopto: quod desideras, & ipse desidero. Denique eo voto istam mortem excipio, quo te eam mihi inferre velle cognosco. Hæc & si vterque non dixit, tamen cuncta ista in actu ostendit. Mox pater extensa manu gladium sumit, dexteram erigit, iugulare filium, sacrificium perficere, iussa domini voluit deuotus implere, & pendente iam atque imminente mucrone: parce, inquit dominus, parce, fidem tuam quæsiui, nõ filium vt iugulares optaui: nec amabile pignus tibi subtrahere, sed deuotionem tuam volui pertentare. Nunc cognoui, quia amas dominum magis, quàm filium: imò magis amas filium, quia diligis dominum: quia dum non pepercisti filio propter deum, eundem tecum constituisti domino gloriosum: quare te benedictionibus cumulem, & infinitam filiorum multitudinem ex eo tibi prouenire confirmẽ. Statim procuratur aries, qui pro Isaac sanctissimo mereretur occidi. Nec enim fas erat, vt Isaac, qui typum Christi portabat, à patre hoc in tempore mactaretur: quia perfecta sacrificij hostia Christo domino seruabatur. Procurabatur, inquã, aries, qui pro Isaac mereretur occidi, vt & promissum patris de hostia compleretur, & perfecto sacrificio patri Isaac incolumis redderetur. Tunc vterq; lætus de monte descendit: pater, quòd sacrificij votum saluo filio perfecerit: filius, quòd iussa patris libenter optasset. Gaudet de patre filius, de filio pater. Gaudent propinqui, familia cuncta lætatur: gaudẽt inquam, quòd & opus tantum perfectũ sit, & quòd patrem cum filio incolumes illis dominus reuocarit.

Diui Ioannis Chrysostomi de habenda cura salutis proximi, & quare Abram vocatus sit Abraham, homilia.

Haud difficile foret ex consequentia nuper dictorum, præsentis sermonis sumere proœmium: siquidẽ vobis possibile esset scire, quid nuper à nobis dictum, & quo modo finitus fuerit sermo. Verùm quia plerique ex his, qui nuper affuêre, hodie non assunt, & ex his qui nunc assunt, nuper abfuêre, cogit auditorũ varietas, vt repetenda sint, quæ nuper dicta. Vnde & hi, qui prius sermonẽ audierunt, melius dictorum memoriam firment: & his qui abfuerunt, non tam damnosum sit abfuisse, si & ipsis innotescat doctrina pridem habita. Et fortassis dicẽt, qui semper sunt præsentes, quod propter illos nuper dicta non sint resumenda, vt hi qui cum aliis conuenire contempserunt, hoc damno emendentur, & fiant posthac diligentiores. Equidem laudo, quòd fratrum doletis ignauiam, & admiror zelum. Vellem autem nos zelum temperare misericordia. Zelus enim veniã negans, potius furor est quàm zelus: & admonitio misericordia carens, tortura quædam est: Quapropter magis vos obsecro, ne amarè vicinorum iudicetis peccata. Nam sicut is qui absque compassione vulnera fratrum spectat, nullum inueniet qui se dignetur venia, si quando & ipse peccauerit: ita qui cum misericordia lapsum proximi iustificat, si quando & ipse supplantabitur, multos videbit manum porrecturos. Et hæc nunc dico, non quòd velim eorum qui rarò huc cõueniunt negligentiam augeri, sed quòd maiorem, honestioremq; curam nostram erga illos cupiam, ita vt cum ratione, & amoris affectu geratur. Alioquin & nos superiorib⁹ diebus multos & longos sermones aduersum illos pronũciauimus, & neque hominum nomine dignos diximus: sicut meministis nos in hoc produxisse prophetas duos

A præcipuos contra illos, quorum vnus dicit: Veni, & nõ erat homo: vocaui, & nõ erat qui audiret. Alius autem declamat & dicit: Cui loquar & testificabor: incircuncisi aures eorum, & non possunt audire. Quibus verbis mentem eorum satis acriter perstrinximus, nunc verò iterũ obsecramus. Sic enim & Paulus iussit: Argue, inquit, increpa, obsecra. Neque enim hoc semper solùm agere oportet, neque semper illud solùm: sed vtrũque alternis vicib⁹, quò maior inde sequatur vtilitas. Nam si semper argueremus, impudentiores illi fierent: si semper obsecraremus, ignauiores redderentur. Quapropter & medici non solùm secant, sed & vulnera obligant: neque semper amara, sed nonnunquam & lenia pharmaca infundunt: vt per priora purificentur sanies & putredo, per posteriora autem mitigetur dolor. Et idcirco & alibi inquit Paulus: fratres, si præoccupatus
B fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis corripite illum: considerans temetipsum ne & tu tenteris. Optima admonitio, perfectum consiliũ, quod paterna viscera declarat, & eius qui magnam nostri curã gerit. Verè linguæ Paulinæ verba, Fratres. Satis eximio nomine beneuolum reddidit auditorem: quasi dicturus: Eiusdem vteri partu & doloribus prognatus es, eũdem habuisti patrem, iisdem alimentis educatus es, cõmunicasti ei in natiuitate spirituali, cognationẽ & fraternitatem hanc etiam in corrigendis proximi erratis declara. *Si* præoccupatus. Non dixit, si peccet, sed ad genus peccati confugit, quod maiorem meretur veniam. Si præoccupatus fuerit, si grauiter tentatus succubuerit, si errauerit, neq; eũ qui dedita opera peccauit dicit, sed
C eum qui studuit bene agere, suppplantatus tamen est à potestate diabolica & victus. Nam talis non tam accusationem quàm veniam meretur. Si præoccupatus fuerit homo. Iterum ad aliam venię speciem cõfugit, nempe naturæ infirmitatem, quam nomine hominis insinuat. Sicut & magnus Iob veniam à deo impetrare volens, dicebat: Quid est homo quòd reputas eum, & visitationem peccatorũ eius fecisti? Sic & nos faciamus, quando cum peccatore aliquo expostulatur, continuò dicamus, Homo est: & naturæ recordatione ad misericordiam stomachãtes prouocemus. Et ea de causa Paulus ad naturam & eius infirmittaem confugit, cùm dixit: Si & præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Nõ simpliciter magna peccata dicit, quę maiora quàm vt compassionem & misericordiam mereri videãtur, sed parua & deordinata. Vos qui spirituales. Is qui peccat, homo: qui verò bene operantur, spirituales dicun-
D tur. Hic virtutis vocabulum posuit, illic naturæ nomen dixit. Multùm autem differt homo, & spiritualis. Vos qui spirituales. Si spiritualis es, ostende mihi virtutem tuam: nõ à tua, sed mea salute, sed à subsidio quod lapso fers. Hoc enim spiritualis est, non despicere sua mẽbra periclitantia. Instruite talem. Facite, ait, ne capi possit, ne certando defatigetur, ne præliãdo aduersus diabolum succumbat. Considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Hoc summum consilium est, & admonitio maximè cogens. Etiamsi saxeus fueris, & audias, verbum hoc sufficiet ad terrendum, & prouocandum, quò feras auxilium lapso. Non vis, ait, vt frater misereri, non vis vt hominibus concedere veniam, non vis vt spiritualis manum porrigere, considera conditionem tuã: neque indigebis consiliario, sed per temetipsum iacẽtem iuuabis, & à temetipso admoneberis. Quo pacto & quo modo? Considera temetipsum ait, ne & tu tenteris. Nõ dixit: Nam omnino & tu peccabis, ne molestior esset:

sed

sed quo modo dixit? Ne quando & tu tenteris. Fieri enim potest, vt pecces: fieri etiam potest, vt non pecces. Et quia incertum est futurum, para tibi misericordiæ sportulas, quas illi dones, vt per illa quæ proximo impendis, si & tu aliquando lapsus fueris, inuenias promptuariā compassione & miseratione referta. Non dixit, ne quando & tu pecces, ne quando & tu cadas. Attendite diligenter ad vim verborum suorum. Sed ne quādo & tu tenteris. Quo simul indicatur, quòd habemus inimicum tentatorem. Et tentator non statum insidiādi tempus habet. Plerunque enim nobis dormientibus, & negligentibus imponit: & idcirco prœoccupatus ille magis dignus est vt ei condonetur, quoniam à tentatore captus est. Nō enim erat ei manifesta pugna, neque cōdictus dies belli, sed per ignorantiam deceptus & superatus est. Sic nautæ quoque faciunt cùm per magnum & spacioſum mare nauigant: licèt nauis secundo vento feratur, licèt omni fruantur securitate, cùm B tamen viderint alios vel à longè naufragium facere: non ad propriam spectantes vtilitatem, illorum contemnunt calamitatem: sed sistunt nauem, & eiiciūt ancoram, detrahunt vela, eiiciunt funes, proiiciunt tabulas, vt ille qui à fluctibus mergitur, fortè aliquo illorum arrepto, emergat. Imitare & tu nautas homo: nam & tu mare nauigas magnum & spacioſum, nempe vitæ præsentis mare, quod multas habet beluas, piratas, petras, & latētes scopulos, crebrisque turbatur fluctibus, & in eo naufragantur plurimi. Cùm igitur videris nauigantiū aliquem diaboli insidiis circunuallari, & amittere diuitias salutis, natare in fluctibus, & iam submergi, relictis negociis tuis, statim illius prouide saluti. Neque enim moram sustinet, neq; dilationem, qui submergi incipit. Igitur statim accurre, & quantocyus è fluctibus eum erripe. Age & moue, quicquid ei prodesse credis, atque C ita ipsum ex profundo interitus extrahas, etiamsi te plurima negocia aliorsum vocent, & trahant, nihil ducas magis necessarium salute sic laborantis. Nam si parumper differre volueris, perdetur tempestate rapida. Vnde *in tantis periculis magna acceleratione opus est & studio. Audi quo modo Paulus, viso homine quodam,* qui in profundum rapiebatur, *solicitus & anxius erat,* 2.Cor.2.b. & alios excitabat. Valeat in illū charitas, inquit, ne fortè tristicia abundantiore absorbeatur ille. Et propter hoc iubet statim præbere manum, vt ne interim dum differimus, præuentus ille absorbeatur. Curā igitur geramus fratrum nostrorū. Hæc summa vitæ nostræ est. Hoc signo internoscimur an Christiani simus, cùm nō soluim quæ nostra sunt spectamus, sed & membra nostra peruersa corrigimus & instruimus. Hoc maximum Ioan. 13. d. D indicium fidei. In hoc cognoscēt omnes, inquit, quòd discipuli mei estis, si diligitis mutuum. Charitatem autem synceram declarat non communio mensæ, non breue colloquium, non verborum adulatio, sed studiū & sedulitas in considerando, quid proximo conducat, vt erigatur qui cecidit, & porrigatur lapso manus, vt ante bona propria, inquirantur quæ proximi sunt. Hęc 1.Cor.13.b. est germana charitas. Nā charitas non spectat quæ sua sunt, sed prius videt ea quæ proximi, quam quæ sua. Et ego nunc non propter memetipsum tam prolixis sermonibus vtor, sed propter vos. Igitur & vos audite, nō propter vosmetipsos, sed propter alios à vobis erudiendos. Quippe ecclesiæ corpus per membrorum cohęrentiam, & mutua subsidia nutritur & seruatur: & sicut mē brum, quod apud seipsum cibos omneis reseruat, vicinoq; nō communicat, & seipsum offendit, & reliquum corpus corrumpit: vt de stomacho videmus: is enim si cibum solus continuerit, & reliquum corpus fame corrumpit, & seipsum sua inexplebili improbitatè perdit: si autem acceperit quātum pro sua portione satis, & reliquum aliis membris transmiserit: & seipsum & reliquum corpus in bona valetudine conseruat. Ita & tu nunc, si ea, quæ à nobis audis, detinueris, aliisq; nō communicaueris, & illum incommodabis, & teipsum iam corrupisti: quia ignauiæ & inuidiæ grauissimos morbos foues. Satis enim ad perditionem tuam fuerit, vel ob maliciam, vel ob inuidiam, vel etiam ob ignauiam non communicare aliis. Cōtrà, si citra inuidiam, & ad alios transmiseris admoniam, & tibiipsi & aliis profuturus es. Et de his dictum est satis. Nunc operæpreciū fuerit, venire ad contextum eorum quæ nuper dicta fuerunt. Quæ erant ergo illa? De Saulo & Paulo tunc exquirebamus, quare aliquando Saulus, & aliquādo Paulus vocatus sit. Et inde digressi sumus in multorum nominum historiā. Verùm quia semel hinc soluimus, non videtur dignum esse, vt cùm vtilis adhuc occurrat negociatio, temerè eam prætereuntes, negligamus. Nam licèt per Paulum in hoc argumentum deuenerimus, nihilominus & aliorum nominum rationes hac negociatione inuenire possumus: Sicut & mercatores, qui mare nauigant, & propter minuta quædam in longinquas terras proficiscuntur: cùm venerint in petitam ciuitatem, & viderint copiam aliarum rerum sibi conducibilium, præter eas propter quas à patria exierunt, multa plura quàm decreuerāt mercantur, sic dicentes: Longa via venimus, multas tempestates, multaq; pericula pertulimus. Quid igitur vetat negociationem nostrā fieri ampliorem? Talia vtique & nobis dicere licet. Nā inquirentes de nominibus Pauli, inuenimus cōsequenter & nundinationem aliorum nominum. Nempe pe- *Matt.4.c.* trum anteà Simonem dictum: & filios Zebedæi Ioan- *Mar.3.b.* nem & Iacobum, filios tonitrui nūcupatos. Inuenimus & in veteri, Abraham, qui anteà Abram vocatus fuit: & *Gene. 32. f.* Iacob Israēlē nominatum: & Sarai Sarrā. Inuenimus *Ibid.17.c.* autem quòd & alij non fuerint agnominati, sed à principio sibi indita nomina retinuerint, sicut Ioānes Baptista, Isaac & Adam. Absurdum igitur fuerit, & extremę desidiæ tantùm è manibus thesaurum abiicere. Nam propterea lōgiorem fecimus sermonem, & quia nuper diximus de his, qui suum primum nomen retinuerunt, hodie de dionymis dicere mens est. Quorum vnus est Abraham. Adam eodem semper nomine vocatus est. Et Isaac quoque aliam appellationem non accepit, sed ab initio vsque ad finem semper Isaac dictus est. Pater autem Isaac Abram & Abraham dictus fuit. Dixit enim *Ibidem.a.* ad eum deus: Non erit vltrà nomen tuum Abram, sed Abraham vocabitur nomen tuum. Etenim Abram vocabatur prius: sed hoc nomen non est Græcum, neque nostra, sed Hebręorum lingua sic vocatur. Quid igitur *Abram.* sonat nomen hoc cùm interpretatur? Transitor. Nam Abram Syrororū voce idem est quod trans, vel vltrà. Et sciunt qui linguæ eius periti sunt. Magna quoq; Syrorū cum Hebræa lingua cognatio est. Sed dicis, quare transitor vocabatur: Iudæa regio, hoc est, Palæstina omnis quæ ab Aegypto vsque ad Euphratem è regione iacet Babyloniæ, vnde erat Abraham: & fluuius communis terminus vtriusque terræ, medius vtrámque secat. Et quia Abraham non Palæstinus erat, sed ab vlteriori ripa fluminis venerat, nempe à Babylonia: ideo à loco & facto nomen accepit, & dictus est Transitor: quia à loco vlteriori fluminis venit. Quare autem fluuium transiit?

Universidad de Deusto
Biblioteca

transiit? quia deus iusserat. Et quare deus iussit? vt ostēderetur obedientia iusti. Et quo modo ostēsa fuit obedientia iusti? quia propter præceptū dei domum suam quam reliquit, pro aliena commutauit. Vides quanta catena rerū in appellatione iusti nectatur? Vides quàm ingens historiarum pelagus nomen hoc nobis aperiat? Discè igitur eius nomen primum, vt cùm videris eum Palæstinam incolentem, appellatione nominis in memoriam patriæ eius, & causæ propter quam eam reliquit, manuducaris, & ita ad imitādum eum admoneare. Ecce enim vir ille ante legem, & sub lege vitam agens, philosophiam quoque quæ nobis tempore gratię tradita, susceperit implendam, & ante tempus gratiæ fe-
Matt.19.d. cit, quod posteà discipulis Christus dixit: Amē dico vobis, quòd nullus est qui relinquit aut domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, qui non cētuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Nō solùm autem hinc apparet, quàm sapienter vixerit iustus, sed
Gene.12.a. etiam dei promissio hoc declarat. Veni enim, inquit, in terram, quam monstrauero tibi. Nam tametsi vtræque illæ regiones Chaldęa & Palæstina erant corporales, illa tamen sua erat, hæc aliena: illa certa, hæc incerta: illa in manibus, hæc in spe: ipse autē relictis certis, manifestis, & his quæ in manu erant, festinauit & transiit ad incerta, incognita, & ad ea in quibus sibi nō licebat dominari vt persuadeat, erudiatque neque contradicendum, neque cūctandum, quando deus certa relinquere iubet. Non enim tam certa quæ in manibus, atque ea quæ in spe. Non sic manifesta est præsens hæc vita, vt futura illa. Hanc enim videmus nostris oculis, illam videmus oculis fidei: hāc videmus in manibus nostris positam, illam videmus in manibus dei custoditā. Promissiones autem dei multò certiores sunt, quàm quę in nostris sunt manibus. Vis discere quo modo hæc quidem vita in incerto sita est semper, futura autem illa, quæ videtur incerta esse, hac præsenti certior sit & solidior? Inquiramus, si placet, quæ sunt illa præsentis vitæ præclara. Diuitiæ? gloria? potentia? magnum existimari ab hominib⁹? sed videbis nihil illis esse incertius. Quid enim infidelius diuitiis, quæ sæpe nec vsque ad vesperam nobis permanent, sed sicut ingratus transfuga, ab hoc ad illum, & ab illo ad aliū subinde transeūt? Quid & gloria est minus fidele? sæpenumero qui clarus erat & nobilis, repentè contemptibilis fit, & ignobilis: & è diuerso quoque, sæpe obscuri subitò clarescunt. Et sicut videri nequit in rota, quæ continuò versatur, aliqua pars eius, eo quòd crebra circunferentia semper summa fiunt ima, & ima summa: ita & nostrarum rerū impetus, dum continuò vertūtur, summa facit infima: vt videre licet in diuitiis, potentiis, ac aliis. Nunquam enim in eodem statu manent, sed semper instabiles, fluminum fluxus imitantur. Quid igitur his incertius, quę tā crebrò transferuntur, & priusquàm rectè appareant, auolant: priusquàm adueniant, resiliunt? Vnde & propheta de delitiis & diuitiis talibus differens, & spectās vacantes talibus quasi permaneant, dicit: Reputarunt quasi stantia, & non quasi fugientia. Nō dixit, quasi prętereuntia, sed quod multò minus, quasi fugientia. Non enim paulatim recedunt, sed mira celeritate. At patriarcha ille nō sic egit, sed relictis omnibus illis, tantùm ad promissiones dei spectauit, viam nobis parans ad futurorum fidē: vt cùm promiserit tibi deus futura, & quæ non videntur, ne dicas quòd hæc incerta sint, & obscura. Incerta enim illa, certiora sunt his quæ videtur, modò oculos fidei habeamus. Quid autem, quòd ipsa non

A videmus? Deus ea promisit, & pollicitus est. Quando deus promittit, nulla variatio promissionibus adiungitur, atque adeò illa maximè manent, quæ in manu dei sunt. Ex manu enim dei, inquit, nullus rapere potest. Igi *Ioan.10.f.*
tur quia nullus rapere potest ex manu dei, certus ille thesaurus semper manet. Præsentia autem omnigenis variationibus & vicissitudinibus sunt obnoxia, & propterea pro eis sæpe laborem ferimus, & fine eorum frustramur. In his autem quæ speramus non ita est, sed is qui laborauit, necessariò coronas & præmia consequitur. Nam spes non pudefacit, quia dei est promissio: & dona promissa sequuntur eius naturā qui promisit. Relictis igitur incertis, apprehende ea quæ cōspicua sunt: Conspicua autem sunt non præsentia, sed futura. Iam quòd aliqui ad præsentia spectant, & futura respuunt:
B non ideo respuunt, quòd obscura & incerta, sed quòd sublimia sunt & supra suam imbecillitatem. Considera igitur quanta sit virtus iusti. Promiserat ei deus corporalia, & ipse spiritualia quærebat. Vbi, dices, promisit ei deus corporalia, & ipse spiritualia quæsiuit? Egredere, *Gene.12.a.*
inquit, de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui, & veni in terram, quā mōstrauero tibi. Corporalis erat terra prior, sed & futura, quæ illi danda erat. Quid ergo ille? immo non illum, sed Paulum audiamus de illo dicentem. Nam licèt hanc promiserat deus, relictis, tamen præsentibus, festinabat ad futura. Quid igitur Paulus dicit: Iuxta fidē mortui sunt hi om- *Hebr.11.*
nes, cùm non accepissent promissiones, sed procul eas vidissent. Quid dicis? Non obtinuit Abraham promissiones: nō venit in Palæstinam? Falsa ergo ea quæ dicta sunt. Venit quidem in Palæstinam, non hanc autē spectauit, sed aliam quæ in cœlis, desiderauit. Cuius rei &
C Paulus testis, cùm adiicit: Et confessi sunt se hospites *Ibidem.*
& peregrinos in terra. Hospèsne est, qui tantam accepit patriam, & tantam regionem? die obsecro. Non enim hanc, sed cœlum spectauit. Nam qui hæc dicūt, inquit, declarant, quòd aliam inquirant patriam, cuius artifex & opifex est deus, illam inquam Hierusalem cœlestem, & quæ suprà est. Vidisti quo modo promiserit illi deus corporalem, & ipse quæsiuerit supernam Hierusalem? Itaque corporalis est promissio, spirituale autē iusti desiderium. At nos planè diuersa facimus. Deus illi promiserat Palæstinam, sed ille spectabat cœlum. Nobis promissum est cœlum, & ad terram tendimus. Hæc lucra ex Abraham nobis contigerunt, quia nomē eius didicimus, & quare Transitor dictus sit, & quòd relicta terra sua in alienam concessit, præteritisq; certis ad incerta se cōuertit, & abiectis his quæ in manibus & cor-
D poralibus, aspirauit ad ea, quæ spe concipiebat, idq; ante gratiam, & ante legem, atque ante prophetarum doctrinam. Vnde manifestum, quòd præceptore caruerit, sufficeritq; ei natura mouens cogitationes conscientię eius, vt sic inueniret opificem vniuersi, & propter hoc dicebatur Abram, quod nomen ei & parētes ea de causa indiderunt. Sed fortè statim dixerit aliquis: Mendacium hoc est, & confictum. Parentes enim Abrahę iniusti fuerunt, & neque placuerunt deo, neque sciuerūt futura, neque pollicitationē à domino dandam prægnouerunt. Certè impij erant & idololatræ, & Barbaris magis Barbari. Scio & ego, & propterea laudo iustum, quòd tales parētes habens, talis ipse factus sit. Etenim valde rarū & admirabile est, ex agresti radice dulcem fructum produci. At non accusandi sunt ob parentum malicia filij piè viuentes, sed & vt admirabiles habendi, eo quòd cùm pietatem à parentibus non acceperunt,

perunt,nec habuerunt qui manuduceret,quasi in eremo & inuio euntes, viam quæ in cœlum fert, inuenire potuerunt. Non igitur crimen est, habere patrem impium,sed imitari patris impietatem. Et crimen est maximũ, non quòd habemus improbos parẽtes, sed quòd illorum non agimus curam, & non offerimus omnia quæ ab eis habemus, vt ab impietate sua eos eruamus. Hęc autem dixi,vt ne turberis dilecte,cùm audis quòd Abraham impium patrẽ habuerit. Nam & Timotheus impium patrem fortitus fuit: filius enim Iudææ mulieris erat fidelis matris,patris autem Gentilis. Et quòd pater eius manserit in impietate, & fuerit conuersus, ma-
2.Tim.1.b. nifestum est ex hoc. Laudans enim Timothei fidẽ Paulus sic dicit: Quæ habitauit in auia tua Loide, & matre tua Eunice,confido autem quòd & in te. Nusquam hîc patris nomen legitur. Et quare? quia in impietate perseuerans, non erat dignus qui cum filio numeraretur.
Matth.12.c Et apostolos malos habuisse patres manifestauit Christus,cùm dixit:Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia,filij vestri in quo eiiciunt? propter hoc ipsi erunt iudices vestri. Sed ne turbet hoc neque offendat. Nam ex hoc discimus,quòd non naturæ,sed volũtatis est vicium & virtus. Enimuero si naturæ esset, omnino mali malos parerent,& boni bonos: Sed quia electionis & voluntatis est probum vel improbum esse,idcirco sæpe malis patrib⁹ boni filij, & ignauis filiis studiosi patres sunt,vt non naturæ,sed voluntati semper illa imputemus. Verùm cùm parentes Abrahæ, vt dixi, fuerint impij, quomodo ei hoc nomen indiderunt? Fuit hoc opus diuinæ sapientiæ per incredulam linguam dispensantis, vt puero nomen imponeretur, habẽs in se futurorum hi-
Num.23. storiam. Sicut eandem virtutem & in Balaam declara-
c.d. uit,cogẽs eum futura prædicare: quo manifestat, quòd non solùm in suis,sed & in alienis dominari potest. Et vt discas,quòd parentes etiã non valde pij,sæpius nescij imponunt nomina filiis,quę multam futurorum dispensationẽ declarent,docebimus etiam alio exemplo. Lamech qui fuit pater Noë, non erat gratus deo. Nam
Gene 6.b. si fuisset probatus apud deum,nõ dictum esset,Noë solum perfectum inuentum in generatione sua. Neque nos transiuissemus iusti patrem in cõmemorandis nominibus,si iustus fuisset. Quid igitur ille? Imposuit nomen puero, quod præcipuam futurarum rerum haberet historiam, eratq; appellatio iusti prophetia. Signifi-
Noë, quo modo inter pretatur. cabat enim nomen eius futurum diluuium. Nomẽ eius Hebraica lingua vocauit Noë,quod interpretatum est, quies. Niah enim,Syrorum voce quies est. Sicut igitur Abraham ab abar quod est trans vel vltrà dicitur: & Adam ab Aedem, quod est terra, dictus, eo quòd sit terrenus: ita hic à Niah vocatus est Noë, hoc est author quietis: declarat autem hoc & adiecta particula, Vocauit enim eum Noë, dicens: Hic nos quiescere faciet.
Gene.5.d. Quietem diluuium vocans, eo quòd sub illo futurum diluuium. Diluuium autem mors fuit: Mors verò quies viro est. Et idcirco hominem,sub quo diluuium factũ, quietis authorem vocauit. Et quòd non torqueã scrip-
Ibidem. turas, exscriptura ipsa audiamus hoc. Vixit Lamech annos centumoctoginta,& genuit filiũ,& vocauit nomen eius Noe,dicens: Hic nos quiescere faciet. Et quare non dixit: Hic occidet nos, hic faciet diluuium fieri: sed dicit, Hic faciet nos quiescere? Creatura omnis resoluitur, abyssi de subtus erumpunt, cataractæ superius aperiuntur: omne pelagus erat mirum & admirabile & horribile, & in luto quasi communi sepulchro promiscua hominum,& equorum ac ferarum corpora occultabantur: & tantam calamitatem, tantáque mala quietem vocas? Profectò dicit: Nam homines in ma- Ibid.6.a.
gna malicia viuebant. Diluuium autem,quia maliciam resecuit,ideo liberati illi à malicia,quiescere dicuntur. Generationem enim illorum quasi corpus incurabiliter langueseens, & malis multis nullam cõsolationem admittentibus obnoxium, superueniens diluuium eripuit,& quiescere fecit. Nam si mors viro quies, multò magis his, qui inemendabiles in malicia viuunt, mors quies est,liberans eos à laboribus,nec sinẽs vlterius iniquitatis consuetudinem progredi. Non est enim grauius,ingestabilióve pondus,quàm peccati natura: nihilque ita labores & ærumnas nobis affert, vt maliciæ species & delicta. Et propterea Christus his qui in pec-
Matt.11.d. catis viuunt,dicebat: Venite qui laboratis & onerati estis,& ego vos quiescere faciam. Et idcirco Lamech diluuium quietem appellauit,eo quod superueniens maliciæ finem impositurum erat. Volebam sermonem hunc prolixiorem facere: multa enim omitto, quæ ad nomen Noë pertinent: sed hæc nunc memoria retinete,& fratribus vestris qui absunt,dicite: vt ne cogamur iterum productioribus vti proœmiis, & dictorum repetere consequẽtiam. Sermonem in precibus finiamus, gratias agentes deo, qui hæc vt dicerem, dedit: Cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi de Iacob & Esaũ. Incerto interprete.

POrtabat Rebecca geminos in vtero fratres, ante ortus principia bellatores: certantes, fi- Gene. 25.
lios mater antè sentit, quàm nouit: antè patitur, quàm videt: antè sustinet, quàm agnoscit. Licuit filiorum bella sentire: quos nõdum licuit generare. Certamen inter fratres in vtero geritur: bellum inter natos cõmittitur. Materna viscera quatiuntur, nec ad ortus principia properatur: sed ante principia, noua certamina celebrãtur. Velim causas tanti certaminis nosse, velim istius pugnæ negocia tractare. Quid intercesserat, quid factum fuerat, quæ pugnandi ratio, quę causa vincendi, quo spectatore id geritur, quo iudice celebratur, quid victori promittitur, quid victo è cõtrario denegatur? Quis certare docuerat: quis pugnare monstrarat? Sed notum est cunctis, istorum certamine fratrum, causas duorum exprimi populorum. Vult enim deus antè ostendere futura, quàm veniant: antè, ventura monstrare, quàm fiant. Etenim præiudicare non potest pugna, si pugnæ non consentiant merita. Sed futurorum præscius deus qui monstruosum certamen voluit exerceri: dat certandi affectus, vincendi vota ostẽdit, & spectatorem se constituit, se iudicem demõstrauit. Adeò certamen geritur præsente domino, qui genuit: & matre teste, quæ sensit. Sed mater certamẽ sentire potuit, videre non potuit. Denique interrogat dominum: Quid est, inquit, domine quod geritur? quid est, quod in vtero meo te teste tractatur? Quid facturi sunt nati, qui sic luctantur innati, aut quę natorum vota suscipiam, cùm sic in luctamine nondum natorum concutiar? Duo sunt, inquit dominus, populi in vtero tuo: & duæ gentes de ventre tuo diuidentur. Et populus populum superabit, & maior seruiet minori. O veneranda præscientia dei. Designantur in vtrisque fratribus gentes: in singulis, populi declarantur, immò ipsi gentes & populi nuncupantur. Futurarum sobolum nomina in natos conferuntur: & adhuc innatorum nomina ignorantur. Dicuntur enim parentes, qui necdũ filij nomen acceperant: appellantur patres, qui nati nõ fuerant:

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerant: vt fierent genitores, antequàm filij fierent: patres, antequàm nati. Oſtenduntur amborum merita: & operationis nondum eſt cauſa. Quid quiſque mereatur, edicitur: & meritæ cauſæ ſilentur. Sententia à deo profertur: & adhuc qui meretur, non naſcitur. Iudiciũ diuinitus celebratur: & adhuc in vtero, qui iudicatus eſt, detinetur. Præcedit mores iudicium, ſententia actibus prior eſt. Non expectatur tempus, vt merita diſpũgantur: quia diſpunctoris potentia antè nouit omnia, quàm naſcantur. Interea certamẽ nec naſcentibus defuit: dum maioris plantæ innixus, aut prior naſci deſiderat, aut ſe victorem tali geſtu demonſtrat. Maior tamen properat in lucem, & adhuc tenetur in ventre: quærit prior naſci, ne & in hoc poſſit à fratre deuinci. Cupit pudorem properantia tegere, deſiderat ignominiã feſtinatione mutare, timet videri victus, antequàm natus: ſed iam matri prouentus certaminis iudicauerat deus. Iudicat & naſcentium ortus: vnde dignè Iacob ſupplantator vocitatus eſt. Sed diuidit in amorem vterque parens vtrunque naſcentem: ſic pater maiorem, ſic mater minorem aſſumit. Pater in vtero victũ amore ſolatur: mater verò victorem diligit, quem pugnantem non vidit. Optat pater victori victum æquari: ſi victi mores poſſent à malicia immutari. Sed iam ſeruatur ſententia, quia ſententiã prouocauerant cauſæ, nec in aliquo potuit bonitas in innocente corrumpi: vt malicia in reo non potuit immutari. Igitur properant impleri prædicta: feſtinant geri, quæ fuerant diuinitus nunciata. Denique coquit Iacob pulmentum conſtitutus in domo, deſiderio rapitur veniẽs Eſau de campo. Sed malè deſideratur, quod in damnum ſalutis aſſumitur: quia contrariè eſuritur, quando ſalus mãducando deperditur, aut in vitæ interitum ordinatur. Moleſta enim eſt fames, quæ ad hoc ſaginatur, vt perdat: pernicioſa eſuries, quæ idcirco excluditur, vt peior in homine nutriatur. Quoniã damnoſa mercatio eſt: ſi ſalus pro cibo impenditur, aut magnis vilia comparantur. Adeò Eſau primatus deſiderio lentis addixit, eoſdemque Iacob intemperantia deſiderantis accepit: quandiu Eſau poſſidere non potuit, quod in vtero conſtitutus, amiſit. Denique reddit Eſau aliena, Iacob recepit ſua. Fit Iacob benedictione iam primus, qui fuerat natura poſtremus. Primatus reddidit cauſa, quos negauerat aliquando natura. Nec diu eius gratiã indignus potuit vſurpare, quam Iacob meruit, antequam naſceretur, accipere. Interea hæreditaria benedictio à patre in Eſau diſponitur, & ab eo ciborum delectatio poſtulatur. Facito, inquit, mihi fili cibos, quos amo: vt manducans benedicam te, antequàm vita iſta decedo: ſed ignorat Eſau illum placitum in cibo, qui iam placuerat merito: neſcit eum benedictioni aptiſſimum, cui tradiderat ipſe primatũ. Denique pergit venatum, vt imperata perficeret: remoratur, & tardat. Fit difficile, quod quæritur: vt in Iacob paterna benedictio compleretur. Quærit Eſau inuenire, quod pater faſtidiat: deſiderat capere, quod genitor iam ſaginatus exhorreat. Hortatur & mater Iacob amantiſſimum filium, narrat verba patris ad fratrem, refert imperata ciborum, benedictionis promiſſæ compotem dicit: ſi quæ fieri iuſſa ſunt, implere feſtinet. Cogitur Iacob profiteri, quod non erat: mentiri, quod fuerat. Cogitur, inquam, ſimulare ſe fratem, mentiri maiorem. Adeò pergit ad gregem, duos hædos adducit: quorum pellibus brachia, nudamq; cerucem abſconderet, & hirſuti fratris præſentiam ſimularet. Itaque parat cibos delectabiles mater, infert filius patri: pater miratur aduentum tam celerem filij. Quid eſt hoc, inquit, quòd tam cito veniſti fili? Quod dominus dedit, ait, attuli tibi. Surge, manduca quod deſiderasti, vt benedictionem conferas quam promiſiſti. Accede, inquit, ad me fili, vt palpem te, & videam ſi tu es Eſau filius meus. Accede, inquit ad me, vt ſentiã tactu, quod oculis videre non poſſum: palpando intelligam, quod viſu non cerno. Duo ſenſus, id eſt auditus & tactus in patre ſancto contendũt, quiſnam eorum, quod latebat, oſtenderet: ſed auditus indicat, quod tactus ignorat. Fallit enim habitus patrem, ſed vox indicat veritatem. Refert vox, quod habitus refellebat: nudat lingua, quod tegmina ſimulabant. Indumento quidẽ fratrem mentitur: ſed verborum ſonitu, qui fuerat, indicatur. Vnde Iacob ſanctiſſimus diuiditur apud patrem in duo, dum mentitur: alium habitus, ſed vox indicat verum. Veſtitus maiorem ſimulat, ſed ſermo minorem non celat. Ita enim alienum eſt, quod ſimulatur: & propriũ eſt, quod per vocem dignoſcitur: vt benedictione ſit dignum, quod eſt proprium: exhæredari enim meruerat, quod fuerat alienum.

Primatus, pluralis numeri nouè ponitur.

Gene. 27. a.

Sermo diui Ioannis Chryſoſtomi Conſtantinopolitani, de Ioſeph, vbi à fratribus venditur. Incerto interprete.

Filij autem Iacob paſcebant oues patris ſui in Sichem: & dixit Iacob ad Ioſeph filium ſuum minorem: Vade fili, & vide, quo modo ſe habeant fratres & oues: & renuncia mihi. Ioſeph autem abiit. Illi autem cùm viderent eum venientem, dixerunt: Ecce ſomniator *ille venit*. Venite, occidamus eũ: & videamus, quid ſignificent ſomnia eius. Mittitur à Iacob patre ſanctiſſimo Ioſeph ſanctus ad fratres, qui ſalutem patris ad *illos*, & ipſorum ad patrem afferret: vt inter abſentes medius vtriuſque ſalutis nuncius exiſteret: vt quod per ſemetipſos abſentes ſcire non poterant, Ioſeph referente, cognoſcerent: & diſiunctos huius relatio iungeret, quos locorum diuerſitas ſeparauerat. Quem cùm venientem de longè conſpicerent: ecce, inquiunt, ecce ſomniator *ille*: venite itaque, & occidamus illum: & videamus, quid portendant ſomnia eius. O nefanda rabies iniquorum. Non licet Ioſeph, non licet, inquam, impunitum eſſe, quòd bonus eſt? Nõ licèt meliorem tutum eſſe cum malis, & quaſi inuidi aliquid perdant, aut diſpendium alicuius rei incurrant: ſic bonorum vita detrimentum eſt peſſimorum. Zelant manſuetum inuidi, modeſtum ſuperbi, probũ improbi, mitem tumidi, inimica æmulatione laceſſunt. Patitur Ioſeph ſanctus innocentis vitæ inuidiam, & æmulos in ſe fratres ſancta excitat vita. Bonum mali videre non poſſunt: denique venientem ad ſe, lacerant, ſæuiunt, necare feſtinant. Nolunt meliorem viuere, ne degeneres ipſi poſſent improperia ſuſtinere. Cur innocentẽ zelas inimica fraternitas? Cur inuides bono? Cur pati ſimplicem non potes? Cur modeſtum perſequeris? Cur probum non diligis? Cur rea innocentis ſanguinis inueniris? Saltem diſtractus aliquatenus viuat, ne in te accuſator innocẽs ſanguis, vt in Cain, aliquando exiſtat. Serua tibi, ſerua inimica fraternitas viuum, quẽ ſentias aliquando placatum. Serua incolumem, quem neceſſitatis tempore inuenias prouiſorẽ. Forſitan enim adueniat tempus, quo cum ſeruum feciſſe pœniteat quidem, parricidium perpetraſſe minus collibeat. Leuius crimen eſt ſanctum ſeruituti addici, grauius nihil eſt innocentem animam iugulari. In ſeruo quod curetur, inuenies: in parricidio non reperies, quod excuſes. Multis prouides, ſi iſtum diſtraxeris: tibi nocueris, ſi

Gene. 37. d.

innocentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

innocentem animam iugularis. Distractus igitur Ioseph sanctus in Egyptum, accepturus totius prouinciæ dominatum, venundatur in seruum, in famulum addicitur, in innocentem fraterna crudelitas operatur. Suscipit seruitutis notam, quam dominus præparabat ad gloriam. Humiliatur ad tempus, imminenti necessitate regnaturus. Ministrat vt seruus, vt famulus paret, domestica cõplet officia: nec obsequendo, deest in aliquo: vt humilitate perciperet, quicquid illi ingenuæ necessitatis præstitisset. Adeò tantùm sublimatur in domo, tantùm famulis cunctis præfertur, tantùm à seruis omnibus honoratur: vt quantùm ei dominus, tantùm ipse familiæ imperaret. Fit rector & prepositus domus, fit cunctis imperans: solus fit domesticæ curæ aptissimus. Sed his bonis cœlesti dono concessis, tentatio inimica non defuit. Pudicum iuuenem matrona *Gen. 39.c* appetit impudica: vt diabolus, qui in eius necẽ fratres armauerat, contra eum armaret & fœminam. Sed tam hæc dei iudicio cõcidit, quàm fratres deus ab eius parricidio separauit. Deinde solum sola aggreditur: & cũ casto puero incesta mulier fabulatur. Tandem, inquit, quærẽs optatum tempus inueni: & ad cupiditatem voluptatis implendæ, aptissimum silẽtium reperi. Nullus inter nos arbiter testis existit, nec maritus domum repetit, nec familia recognoscit, nec aliquis de externis interuenit. Inter nos solummodo causa est. Nullus potest existere, qui possit, quod gerim⁹, indicare. Fac, quæso, quod peto. Exple animum cupientem tui, vt posco. Desiderantis preces, nec asperneris, exoro. Ego te muneribus honorem, ego marito commendem, ego te libertate condonem: nec quisquam mihi te charior poterit inueniri, si mihi, quod desidero, contigerit adipisci. Frustra, inquit Ioseph, frustra mentis inimica tentatio: frustra me innocentem appetis: frustra mihi castissimo lasciuiæ verba immittis. Ego enim, quod loqueris, fugio: quod quæris, nolo: quod desideras, perhorresco. Solum metuo in cœlestibus deum, cuius disciplinam seruo, integritatem diligo, castitatẽ custodio. Si enim domus totam potestatem accepi, si nihil mihi præter te, meus dominus denegauit: quo modo faciam istud, quod dicis, vt & dominatorem dominum & patronum tam liberalem offendã? Nam si in me per mendacium crimen conuerteris, & quod nolo, me voluisse contenderis: dei erit liberare, quem in præsenti desidero non offendere. Igitur postquàm Ioseph mulieris blandientis illecebras & serpentini oris colloquia aspernatus, respuit: detentus ab eadem, relictis vestibus fugit. Quæ cùm se publicatam conspiceret, vociferata clamauit: & facinus, quod vitiosa mente conceperat, in innocẽtem ipsa conuertit: & eum voluisse, quod ipsa non potuit, accusauit. Fugit igitur Ioseph, inquam nudus, pudicicia & castitate vestitus: fugit relictis vestibus, innocentia, qua vicerat, tectus. Et cui impudica mulier indumenta detraxerat, eum sanctitas ipsa tegebat. Habe tu mulier detestanda, vestimenta quæ tenes: habe exuuias, quas in argumẽtum defensionis falsè tulisti. Habe apud te testimonium pudici victoris. Confinge falsas calumnias, necte, marito persuade. Conscientiam tuam non fallis, qua superatam te ab innocente cognoscis. Lętabatur interea Ioseph pudicicię perfecisse bella, peregisse castitatis prælium, pugnam innocentia superasse: in qua pugna lasciuia vincitur, calcatur petulantia, omnis impudicicia detruncatur, triumphat castitas, integritas gaudet, victrix innocentia collætatur. Sed postquàm maritus aduenit: detestanda mulier, quam libido nuper in perniciem innocẽtis accenderat, in eius mox accusationem exurgit. Gestabat nanque in facie teterrima mulier dubios & ancipites vultus, & alterna coloris intentio, rubor pallori immixtus, diuersos mentis æstus verbis trementibus præferebat, vt videres & cõscientiam victi facinoris aperiri: & innocenti accusationem, rabido furore aptari. En, inquit, quem nobis seruum intuleras, en cui vniuersam domũ & omnia tua gubernanda credideras. Hic mei pudoris latro, hic pudicitiæ hostis, hic castitatis prędo extitit: quem vix luctando expuli, vociferando caui, pugnando deuici. Putauit me quoque sibi denegandam non esse: cui totum, quicquid possides, tradidisti. Tunc maritus furias in se incestæ transfert mulieris, tunc inflammatur insania, tunc sæuitia excitatur. Vix ab iniuria abstinet manus, vix sese regit, vix cohibet. Cogitat digna causæ tormenta: meditatur conuenientia sceleri tanto supplicia. Obtinet apud eũ falsitas, veritas exulat. In custodia innocens, quia reus esse noluit, religatur. Cur in innocentem grassaris importuna tentatio? Cur appetis iustum? Cur sanctum persequeris? Ioseph enim innocentia reus est, nõ culpa: castitate, nõ adulterio, offendit. Custoditi pudoris, non violati hostis est. Vim passus est ipse, non fecit: iniuriam accepit, non irrogauit. Peccauit, quia peccare noluit, non quia peccauit quinimmo pœnã meruit, quia peccare pertimuit. Eat licèt in carcerem, iustus conijciatur in vincula, in custodiam religẽtur: iniuria iniurioſi est, non innocẽtis: pœna lædentis est, non læsi. Supplicium si merui, patior: si non merui, ille patitur qui irrogauit. Reus quem peccatum non pœna castigat, spectat suum supplicium. Qui quod patitur non meretur, sine pœna torquetur: quia tormentum non meretur, quod patitur. Adeo tormentũ quod irrogas, pateris: quod tribuis, sentis: quod infers, ipse torqueris. Nec vlla tibi solatia poterũt subuenire, nisi iustum à pœna volueris reuocare. Interea Ioseph in carcerem traditur, in custodia religatur, exultat & gaudet. Exultat, inquam, victor & liber. Exultat domesticam calcasse calumniam: exultat pudicitiæ obtinuisse victoriam. Licet in carcere morari illæsum, quem lasciuia mulier fecerat reum. Licet hîc sine periculo diuersari, quoniam apud suos nõ licuit domi. Fit Ioseph in custodia tutus, in carceris loco securus. Domi enim nonnunquam calumnia aptatur, in custodia innocenti securitas inuenitur. In carcere enim nullus appetitur, nullus alieno crimine oneratur: innocens isthic tempus expectat, reus iudiciũ. Nec aliena quenquã opprimunt crimina: quia nec bona malis, nec mala bonis deputantur aliena. Intrat Ioseph sanctissimus custodiam, visitator magis quàm reus, prouisor nõ socius, medicus non ægrotus. Adeò fit cunctorum præpositus, fit prouidẽs omnibus solus, fit in reorum solatium procurator. Gaude innocentia & exulta. Gaude, inquam, quia vbique illæsa es, vbique secura. Si tẽtaris, proficis: si humiliaris, erigeris: si pugnas, vincis: si occideris, coronaris. Tu in seruitute, libera es: in periculo, tuta: in custodia, læta. Tibi omnis reatus addicitur: tibi vniuersa militia subiugatur. Te potẽtes honorant, susscipiunt principes, magnates exquirunt. Et iam illi te non, inquam, desiderant, qui impugnant. Tibi boni parent, mali inuident: zelant æmuli, inimici succumbunt. Nec vnquam poteris victrix non esse, etiam si tibi inter homines iudex iustus defuerit.

Innocentiæ ἐγκώμιον

Diui Ioannis Chrysostomi sermo in Ioseph de continentia. Incerto interprete.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mihi quidē ſemper vtiliſſimus videtur,& Chriſti ſeruis dignus ſermo de continentia, maximè autem tēpore hoc,quando Chriſtū induti pueri eccleſiæ præ aliis bonis continentiam poſſidere maximè debent. Nemo iniuſtè vel intēpeſtiuè, de fortitudine & certamine factū dixerit ſermonem, cùm athletæ iuxta olympicas leges exercētur. Itaq; & nos nunc, athletas Chriſti quos vidimus accepiſſe virtutē à ſpiritu propter diuina ſacramenta, ad agonem ſpiritualē miſſuri,meritò de cōtinentia diſſerimus. In mūdanis enim certaminibus poſt victoriam coronæ, in Chriſti autem ſtadiis ante victoriam coronæ. Quare autē coronatos in agonem mittit nos Chriſtus? vt metum incutiat aduerſariis, ſenſuſq; noſtros erigat, vt ad honorē à deo nobis datum ſpectātes, nihil indignum domino vel loquamur,vel faciamus. Nam ſi rex aliquis purpura amictus,coronaq; caput ornatus,& victus naturæ affectionibus indignū quiddam regia maieſtate fecerit,mox vt in regiam ſtolam aſpexerit, emēdat ſe,operamq; dat ne poſthac à fœdis vincatur cupiditatibus. Et tu quoque indutus Chriſtum, viſa turpis animæ cōcupiſcentia, ad diuinam ſtatim ſtolam reſpice,meliorq; ſtatim eris,neque maligni artibus offenderis. Igitur pulchrum quidem cōtinentiam commendare laudibus,pulchrius autē poſſidere. Et ſanè non parū ad continentiam incitantur, qui multum de ea loquūtur & audiunt. Atque eam ob rem virtutes ſanctorum celebrare ſacris ſcripturis voluit deus,vt omnes homines in illorū trahantur imitationem,veſtigiaq; illorum diligenter ſequendo,perſuaſi cōtinentiam parent. Etenim ſi in gymnicis certaminibus plerique viſis athletis coronatis, accenſi,etiam ipſi ſe exuerunt,& multos ſudores laborēſque pertulerunt, vt ramis, vel oleæ, vel lauri coronarentur: quanta ergo nos conuenit alacritate pro continentia ſudores ferre, quando alios à deo coronatos videmus, vt cœleſtibus redimiamur coronis,propter bona ſalutariaq; facinora? Quo modo non graue & multa ira dignum, ſi athletas allectet folium lauri vel oliuæ,& gloria tranſitoriæ huius vitæ:nos autem nihil moueant Chriſti munera,vt omnem voluptatem amoueamus,& timorem dei præferamus concupiſcentiis? Porrò nō in ſolis hominibus videmus ſimilium imitationem,ſed & in brutis. Nā & columbæ ſæpe viſa vna auolante, ſtatim ſequuntur omnes. Et pullus generoſus in equorum armento exiliens,ſecum rapit omne armentum. Et inter vos, vt in armento Chriſti,bonus eſt pullus, Ioſeph cōtinentiſſimus cœleſtibus exultationibus ad ſui imitationem nos conſeruos vocans. Saltemus igitur cum bono adoleſcente ſpiritualem choream,laudantes ipſius continentiam,non verbis ſolùm,ſed & operum imitatione. Ille igitur ille erat diligens & perpetuus cōtinentiæ cuſtos,cum poſſet reginæ ipſi imperare, & in deliciis atque luxu diuitem & voluptariū agere. Veruntamen quanuis talium & tantorum dominus futurus, cùm cogitaſſet quòd diuitiæ quidem & potentia ac gloria cum præſenti vita tranſeant,& temporalium lucrum duntaxat habeant,ſolius autem virtutis nullus ſit finis, ideo voluptatibus timorem Chriſti, vt frēnum quoddam iniecit. Diuitias autem & delicias, ac promiſſiones dominæ deriſit, miſeriam in carcere dulciorem cenſens præclaris domiciliis,tametſi his qui excellenter formoſi ſunt,difficile eſt imperare voluptati. Hic autem tantum ſpecimen exhibuit continentiæ,vt pulchritudine animę pulchritudinem corporis occultaret, ſtellæ cuidā pulchræ formoſitate corporis, angelis autem venuſtate animæ conferendus. Nos autem decet admirari,non ſolùm adoleſcentis continentiam,ſed & pericula,quę pro illa ſuſtinuit, qui morte grauius ac terribilius iudicauit ſeruire voluptatibus. Admirabitur autem, qui virtutem ipſius diligenter cognouerit,& tēpora expenderit in quibus animam puram ſeruauit. Nam priuſquàm in terra & dominus & opifex vniuerſi apparuit,libertatem cuſtodiuit mentis. In domo impiorum educabatur, multos habebat ad deteriora adhortantes, carebat continētiæ magiſtro. Omnes voluptati ſeruiebāt,ventri indulgebant, nihil pium, nihil ſanctum faciebant: attamen in tantorum taliūmque impiorum corona,videns dominam intemperātem iacēre, cœleſtium theſaurorū proditor nō eſt factus, ſed ſpiritus templum indeprædabile cuſtodiuit,malens mori quàm ſeruire voluptatibus. Nō audierat Paulum dicentem,corpora noſtra membra Chriſti eſſe: & priuſquàm audiret vocem diuinam nō minor apparuit his, qui cœleſtibus promiſſionibus honorati ſunt, docens nos in eccleſiis quàm oporteat nos certare, & incorruptam ſeruare animam. Nam ſi ego, dicere poteſt Ioſeph, qui ante natum Chriſtū fui, nec audiui excelſum apoſtolū Paulum clamātem, corpora noſtra membra eſſe Chriſti,putaui dei ſeruos decere vt imperent voluptati: nec inuentus ſum cōtinentiæ decoctor, quanuis multa pericula parata viderem: Quantùm vos conuenit cum timore & tremore viuere in continentia, vt ne appareatis indigni honore, & ne membra Chriſti fiant membra ſcorti? Hoc verbum poteſt omnem animam continentia munire, hoc verbum ardentes cōcupiſcentias facilè reſtinguit. Neque imber in ignem cadens, ita facilè flammam deprimit, vt malas cōcupiſcentias marceſcere facit ſermo ille in animā admiſſus. Eoſdem ſermones nobis loqui & magnus Iob poteſt, qui nō ſolùm diligens cōtinentiæ fuit exercitator,ſed & legem oculis ſuis poſuit, ne in virginis viderent faciem, ne fortè mentem illius irradians raperet pulchritudo: quanuis quis non admiraretur & obſtupeſceret, videns virum hunc cum diabolo quidē viriliter certare, & omnes maligni machinas vincere, virginis autē faciem fugere, & à formoſæ puellæ aſpectu oculos ſubducere. Diabolum quidem vidēs, accedentem non fugit, ſed manſit ſicut leo viribus fidens: virgine autem viſa nō ſtetit, neque moratus in contuenda pulchritudine,ſed ſtatim ſeceſſit. Cenſebat nimirum in prælio contra dæmones virili & audaci animo opus. In continentiæ autem præparatione victoriam concedi: non ex virginum conſuetudine, ſed ſeceſſu. Quiſquis igitur promittit virginitatem, accipiat conſilia continentiſſimi omnium hominum, qui & ipſe ante Chriſtum incarnatum tam diligens cōtinentiæ fuit cuſtos. Neque enim negligenter audiendum,quòd ante Chriſtum incarnatum apparuerint iuſti tātum continentię ſpecimē exhibētes. Non enim erat quod tanta vi ad virtutem illam vrgeret, neque virginibus crimen erat, neglecta continentiæ poſſeſſio. Quo modo autē hoc? quia huius cauſæ gratia deus excelſus vniuerſorum opifex noſtram accepit formam, vt angelorum ſanctimoniam ex cœlo deduceret. Quando igitur homines poſt tantum honorē voluptatibus ſe mancipāt, dici nequit temeritatis magnitudo,qua membra Chriſti membra meretricis facientes,domini miſericordiam afficiunt,& quantùm in eis eſt vanā reddunt. Audiunt dæmones & timent,quia deus non conniuet vt cōiungantur ſibi,nos autem ſibi adiūgat. Et audent fidelium quidam

1.Cor.6.d

Iob.31.a

quidam abscindere se à Christo, & iungere meretricibus? Non tantum est malum è cœlo in lutum cadere, quantum malum fuerit membrum Christi factum à diuino honore excidere, & membrum fieri scorti. Quando igitur cõcupiscentia mala inflammat animam, statim recordare Christi, cogita adstare tibi Paulum adhortantem, ac dicentem: Nescitis quòd corpora vestra membra sunt Christi? Gerens membra Christi, faciesne membra scorti? Si illorum verborum fueris recordatus, statim fugientem videbis voluptatem. Nam si ancillas domina casta & pudica turpitudini deditas statim solo aspectu pudicas facit, quid mirum si titillãtem voluptatẽ Christi memoria statim sopit? Semper crucem habe ante oculos tuos radiãtem, & purus à peccatis peribis. Nam sicut columna nubis figura nostrę crucis, Hebręorum multitudinem protegebat, ne quid mali ab Aegyptiis pateretur: ita crux ante oculos visa, omnem statim abigit malam voluptatẽ. Hæc enim salus est animæ, fœdarũmque concupiscentiarum salubre antidotum. Etenim infirmitates corporis medicorum artes sanant, animam autem ægrotam curant statim eloquia Christi. Eapropter & eos qui peccarunt, & adhuc carnis seruiunt voluptatibus, oramus & precamur, vt excitẽtur ac resipiscant, ne omnino ab affectionibus vincantur, nève impetu ferantur, nêue in amaram seruitutem spontè se subiiciant, sed se in acie opponant, & timore Christi mentem corroborent, ac euciãt ex arce grauem dominam: vt abiecta omni macula, & peccantiũ turba, cum sancta & incorrupta anima possimus accedere ad diuina, & reuerenda sacramẽta magni dei & saluatoris Iesu Christi, cui gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

1 Cor. 6. d

Exod. 13. d & Num. 14.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi Constantinopolitani, de Moyse. Incerto interprete.

Exo. 17. c. d

STabat Moyses in monte non armis, sed precibus pugnaturus: stabat extensis manibus ad cœlum, deuoto orans affectu nõ de terra, sed de cœlo auxilium postulabat. Pugnabat cum hostibus absens, cũ externis sine bello decertat: vt quẽ loci diuersitas ab inimicis seiunxerat, orationis effectus bellatorem præsentem hostibus exhiberet. Fit Moyse orante occulta pugna, sed manifesta victoria: latenter dimicat, vt euidenter deuincat. Solus orat, vt multi saluentur. Stabat Moyses in monte proximus iam cœlo, iam vicinus syderibus. Et quantò eum sublimitas montis extulerat: tantò oratio deo proximum exhibebat. Fit Moyse orante victoria, cessante mœsticia: potẽtior hostis efficitur, iusti corpore fatigato. Desinit Israël vincere, Moyse desistente in prece: vt dum diuersa populis exhiberentur, orationis potentia nobis monstraretur. Denique tandiu ista diuersitas valuit, quandiu oratio defuit: perseuerante prece, perseuerans victoria roboratur. Iam geritur pugna cum hoste, iam Amalech precibus debellatur. Commendatur Hebræorũ populus deo, quem hostilis immanitas prouocarat ad bellum. Oratio in vltionẽ inimici dirigitur, cuius scelera iam interitum prouocabant: nedum Moysi oratio circa victoriæ effectus minus valeret, inimici virtus in populum dei potentior esset: & non iam cœleste, sed humanum certamẽ ab omnibus putaretur. Quis enim iustorum non orando, pugnauit? Quis hostem non orando, deuicit? Orationibus Danieli visa panduntur, sopiuntur flammæ, feræ hebetescunt, cadunt hostes, inimici vincuntur. Quantò enim purior frequentiórque fuerit celebrata oratio, tantò celerior veniet inimico

Orationis vis quàm efficax, attende.

vindicta. Licet colloqui cum deo orãdo, licet cum eo fabulari, cùm velis: licet precibus mercari, quod optas. Et quanuis vocem eius audire non possis: tamen dum id, quod petis, accipis: colloqui tecum, etsi non verbis, tamen beneficiis dignatur. Et factum est, inquit, cùm leuaret manus Moyses, prævalebat Israël: vbi autem submiserat manus, inualescebat Amalech. Bellum Christianis indictum, hoc exemplo monstratur: belli effectus, orationis instantia aperitur. Orat enim Moyses, & vincit: cessat, & vincitur. Didicit Christianus quid gerat: inuenit, quid fugiat. Didicit, inquam, vnde aut vincatur, aut vincat: quanuis instantius Christiano orandum sit: & quia periculosior hostis est, & pro seipso, nõ pro altero pugnat. Moyses enim & contra hominem, & pro aliis orando pugnabat: Christianus verò & pro seipso, & contra diabolum pugnat. Nec quisquàm poterit excusari, qui hostẽ vincere noluit, dum orando cessauit. Et tamen in Moyse corpus deficiebat: non volũtas aliquãdo cessabat. Si ergo fragilitatis causa in Moyse excusari non potuit: quemadmodum in nobis volũtas poterit excusari? Vnde apparet vires hosti illum dare qui cessat: & sese ei subiicere, qui non orat, quod totum est odisse sua, & diligere aliena: sibiipsi hostẽ existere, dum contra hostem nolit iugiter exorare. Hostis enim, dum oras, premitur: dum cessas, erigitur. Iniuriã nobis ab homine nonnunquàm illatam impatienter, quod non licet, ferimus: & maiorem contumeliam in illum, qui intulit, reuocamus. Tu contumeliam tuam à te tibi illatam, quo modo in te ipsum poteris vindicare, qui ab alio illatam non potes sustinere? Aut tu in te vltionem cui mandabis: cùm contra te ipsum hostem erigis, dum eum in te non orando admittis? Oratio iugis, infirmitas hostis. Cæterùm ipse contra se tela ministrat, qui hostem precum instantia non fatigat. Quare orationis instantia, hostis fæuicia debelletur: nõ resumat vires, dum parcimus: non erigatur, dum aliquãdo cessamus. Oportet, inquit, semper orare, & non deficere. Dum, oportet, dicit: necessitatem inducit. Necessitas autem tanta vi astringitur, vt quod necesse est, & si nolis, præterire non possis. Denique manducãdi, bibendi, vestiendi, necessitas à natura illata præteriri non potest: sine quibus geri vita ista non poterit. Aut prætermitte ista, & viue: sine quibus viuere non potes, si prætermittis. Igitur si prætermitti ista nõ possunt, sine quibus vita ista non potest celebrari: quemadmodum tutus ab hoste esse poterit qui, quod oportet semper orare contẽpsit? Petite, inquit, & dabitur vobis. Optat dare, qui præcipit petere: beneficia ingerit, qui poscendi hortamẽta exprimit: cupit largiri, qui desiderat postulari: ille suadet, qui præstat: ille hortatur, qui donat: occasiones ille dãdi exquirit, qui beneficia tribuere consueuit. Petite, inquit, quod vultis, & faciã: postulate, quod desideratis, vt cõpleam. Talem me sentietis in dando, qualem nũc in promittendo conspicitis. Magna fœlicitas hominis, si beneficiis responderit creatoris. Habe fiduciã Christiane, vt petas: pete, quod desideras vt accipias: si tamen te actus indignum non faciant: si facta, quod vocaris, ostendant. Deus enim tibi & petendi fiduciam tribuit, & volũtatem dandi se habere ostendit. Cæterùm cessant beneficia, vbi mala non cessauerunt facta. Tũc enim tribuitur, quod optatur, si bonos actus morum probitas comitetur. Ipse se amabilem facit, qui causas, quib⁹ obsequatur, inquirit. Etenim odio dignus est, qui aliud, q̃ quod profitetur, exercet. Sed si peccatorem se quispiam nouit: damnet vicia, delicta horreat,

Luc. 18. a

Luc. 11. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccare desistat. Plus enim deus vnius pœnitentia cō-
Luc. 15.b mouetur, quàm iustorū merito delectatur. Sic erit gaudium in cœlo, inquit, super vno peccatore pœnitentiā agente: quàm super nonaginta nouem iustis, quibus nō est opus pœnitentia. Nemo ad eum aliquando flēs accessit: qui nō, quod postulauit, accepit. Nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non impetrauit, quod voluit. Ipse est enim, qui consolatur flentes, dolentes curat, pœnitentes informat. Detestare peccata, si officia pœnitētis inuadis. Aut si peccare delectat: quare sic pœnitentiam, quam profiteris, infamas? Contumaciæ crimen est: quod oderis, facere, quod damnaueris, velle: quod horrueris, exercere. Amare probatur, qui quod odit, exercet: & odisse vicissim, qui quod se amare mentitur. Neq; enim poterit excusari, cuius verba aliud sonant, & aliud facta demōstrant. Doleat peccator aliud se esse, quod fuerat: lauet lachrymis, quod delictis infecit: curet fletibus, quod peccādo vexauit: gemitibus purget, quod contemnendo commisit. Si pœnitet, corrige: si dolet, quiesce. Curet pœnitendo, quod fecit: vt possit recipere, quod amisit.

De eo quod scriptum est in lectione Iudicum capite vndecimo: Iepthe perrexit ad pugnam, & votum vouit domino dicens: Si reuersus fuero in pace, &c. homilia. Incerto interprete.

1.Cor.10.c DEus qui voluit nihil abscondi à populo suo, quod erat velatum in lege, in euangelio reuelauit. Omnia enim patribus quę contingebant, in figura contingebant. Scripta sunt autē ad eruditionem nostram, in quos finis seculi obuenit. Nunc aggrediamur lectionem ex libro Iudicum, quę nobis à lectore apposita est, & ex ferculo oris sui aures nostræ pulsatæ sunt. Hæc lectio de Iepthe lecta est, vbi iudex populi factus perrexit ad præliandum pro victoria populi, proponens propositū, vt regrediens gloriosus victor, si quid ei occurreret, primū offerret deo. Hic vnicam filiam habens, occurrit ei præ nimio gaudio exultans, quòd patrem susceperit sospitem, victorémque populi: iste cùm vidisset pignus vnicum viscerum suorū,
Iudic.11.f scidit vestimenta sua, dicens: Heu filia decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ante dominum, vt si quid mihi occurrisset de prælio reuertenti, immolarem domino. Et illa obtēperans patri, postposita dulcedine præsentis vitæ, ait: si aperuisti os tuum, fac & impleque promisisti. Sed tantùm obsecro te, vt dimittas me duobus mensibus plangere virginitatem meam. Transactis ergo iis diebus oblata est domino. Ista secūdum historiam lectionis facta. Sed in sinu secreti habebant difficultatem interpretationis, quod dominus aperiet mihi & vobis, orantibus vobis pro nobis. Ergo vnusquisque nostrū debemus esse Iepthe, qui deiectis inimicis cupiditatum nostrarū, & voluptate carnis nostræ, offeramus vnicam animam nostram, de qua dice-
Psal.21.d bat propheta: Erue à framea animam meam, & de manu canis vnicam meam. Occisis in nobis omnibus delectationibus carnis, victores redimus ad deum, offerentes (vt dixi) animam nostram, quæ est singularis & vnica. Sed scissis vestimentis malarum cogitationum temporalium, quę velant animam, offeramus illam occidendam in malis, viuificandam in bonis. Vnde dice
Matt.16.d bat dominus in euangelio: Qui perdiderit animā suā,
& Luc. 9.c inueniet eam. Nam sexaginta dies plangere virginitatem: quid significabat, nisi cōgeminatus trigenarius numerus demonstrat nobis baptismū Christi, qui triginta annorū baptizatus est, & alius trigenarius numerus pertinet ad ecclesiam in trinitate baptizās, decalogum implens? Nam ipse sexagenarius numerus conquadratus & bis trigeni sexagies facit, & ter vigeni sexagies facit, & quater quindeni sexagies facit, & sexies deni sexagies. Ergo iste conquadratus numerus demonstrat nobis planctum præsentis vitæ, dicēte domino: Beati qui *Ibidem.g*
lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Desertū ergo plāgimus huius mundi. Desertū enim dicitur res vbi non manetur. Quia ergo hîc non permanetur, desertum dicitur. Sed tales sunt conserui nostri cultores dei, filij sapientiæ, germen bonitatis, qui nobiscum vnum & vnicū amant, quos vna vulua fontis ex femine verbi in fide baptismi produxit. Ideo ergo quia saxagenarius iste sacratus semper inuenitur, eo ꝙ per sex dies deus constituit omnia quæ in mundo sunt: & sex ætates esse voluit, id est, infantiam, puericiam, adolescentiam, iuuentutem, grauitatem, & senectutem. Quæ infantia agnoscitur ab Adam vsq; ad Noë: puericia à Noë vsque ad
B Abraham: adolescentia ab Abraham vsque ad Dauid: iuuentus à Dauid vsque ad trāsmigrationem Babylonis: grauitas à transmigratione Babylonis vsque ad Ioannem Baptistam, & incarnationem domini: senectus vsque ad finem mundi. Nam & generis humani sex ætates agnoscūtur, hoc est, vt dixi superius, infantia, puericia, adolescentia, iuuentus, grauitas, & senectus. Decalogum ergo omnes ætates implentes omnibus diebus nostris, quia sexies deni sexagies facit: & quia videntur duo mēses impleri, & bis trigeni sexagies: ideo duplex iste numerus pertinet ad duo testamēta, vel dilectionem dei & proximi. Plangendum est ergo in vita ista caduca, ruinis plena, casib⁹ obuoluta: vt cùm plāgimus, suscipiat deus immolationem animæ nostræ, &
C vnicam offeram⁹ victores, dicētes cum apostolo, Bo- *2.Tim.4.b*
num certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: de cætero supereſt mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dominus iustus iudex in illa die: non tantùm autem mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationem eius. Adhuc istum Iepthen existimo esse dominū nostrum Iesum Christum, victorem mundi, qui obtulit filiam suam vnicam, ipsam ecclesiam tempore persecutionis malis pontificibus, non agnorum, sed luporum, dicente ipso: Ecce ego mitto vos sicut oues in me- *Matt.10.b*
dio luporum, Obtulit ergo ecclesiam per immolationē martyrū tempore persecutionis, & victima vnica oblata est deo, vt sacrificiū acceptabile esset patri ex lucris vnigeniti. Offert vnicus vnicam, sponsus sponsam, pater filiam. Quid enim potest inueniri fortius integritate & virginitate ecclesiæ, quę concipit in corruptione, creat in integritate? Virgo est ista, quæ virum non nouit. Plangit autem sexaginta diebus virginitatem suā,
D id est, omnibus diebus suis. Nec enim mittit ad dominum, qui in ipsa proficiunt, nisi ex magna tribulatione, nisi ex planctu & fletu & lachrymis. Hæc ecclesia cultoribus suis læticiam non promittit, neque in præsenti seculo securitatem: quia reuera omnis lætitia periculosa est, omnis securitas casibus plena, omnis iocunditas laqueis impeditur. Gaudete ergo, quia dominus noster reuelauit nobis, quod absconditum Iudæis inimicis suis esse voluit. Si enim vellet manifestare se- *Matt.13.& Luc.8.b*
creta eis, in parabolis non loqueretur: sed ideo locutus est Iudęis in parabolis, quia pręsciuit eos futuros crucifixores suos. Et nec alius ordo erat, quo transiretur ad nos, nisi vt animam nostram offeramus cōtribulatam: quia prope est dominus, qui cōtritos corde, & humiles spiritu saluabit. Nullus alperam habeat præsentis vitæ *Psal.33.d.*
tristiciā, quia sola est quæ in futuro repræsentat perpe-

tuam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam lætitiam. Vos qui fortes estis, infirmitatem infir- A
Iacob. 5.d. morum tolerate, & pro inuicē vt saluemini orate. Cha
ritatem diligite, pacem possidete, iram temperate, ocu-
lum pudicicius agite, humanam gloriam appetere no-
lite, innocentes & recti in deo permanete: vt ibi de vo
bis gaudeat mater ecclesia, quæ deo quotidie mittit
proficientium lucra, vt venientes in sanctum locum il-
lum secretum tribunalis Christi, dicat de vobis filius,
Iā.17.a.b. Ecce ego & pueri quos dedisti mihi.

†De Iepthe, vide in vltimo tomo ad populum Antiochenum, Homilia. xiij.

1.Regum.1. & seq. *De fide Annæ, deque philosophia, hoc est animi moderatione, de humanitate, de honore deferendo sacerdotibus, & quòd tū in initio tum in fine precādy sit orandum. Des. Erasmo interprete.*

Primæ orationis, tantum finis extabat.

NVlla profectò res est charissimi, quæ possit æquari deprecationi, neque quicquàm est fide potētius. Vtrunq; vobis heri declarauit Anna: cum his enim muneribus accedens ad B
deum, ad omnia quę voluit effecit. Siquidem & naturā mancam ac sterilem correxit, & vuluam quæ erat conclusa aperuit, & probrum sustulit, & cōuicia æmulę dissoluit. Secq; ipsam ad magnam restituit fiduciam, dum è petra infrugifera spicam messuit comātem. Omnes audistis, quo modo fleuerit, quo modo precata sit, quo modo orarit & exorarit. Concepit, peperit, educauit, & consecrauit templo Samuelem. Itaque nequaquam aberrarit, qui hanc mulierem, pueri simul & matrem & patrem appellarit. Quanquam enim & vir addiderat semen, huius tamen deprecatio vim efficaciāmque semini præbuit, effecitque vt Samuel auspicationibus exordiis nasceretur. Neque enim quemadmodum in cæteris hominibus somnus & congressus tantùm parentum, verumetiam preces, lachrymæ, fidesq; fuerunt huius generationis principia. Eoq; cæteris illustriorē habuit ortum, propheta propter matris fidem factus. De
Psal.125.a hac muliere forsitam aliquis non absurdè dixerit: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metunt. Hanc æmulemur viri, hanc imitemur fœminæ: nam vtriusque sexus magistra est mulier. *Quæ steriles sunt, ne desperent quæ matres sunt, sic educēt natos liberos.* Sed omnes simul imitemur *mulieris philosophiam*, quam habuit ante partum, fidem quam habuit in partu, curam studiumq; quod habuit post partū. Quid enim esse possit illa muliere magis philosophicum animiq; moderatioris, quæ calamitatem adeò intolerabilē, placidè fortiterque tulit, nec prius destitit, donec eam molestiam discussit, malique finem repperit, tum admirandū, tum incredibilem, nullo è terrenis accito adiutore & opitulatore? Nouerat enim humanitatem domini, eòque sola illum adiit, & quicquid voluit impetrauit. Neque e- D
nim humanum auxilium, sed diuinam gratiam requirebat, illius desperationis correctio: quòd ea non nascebatur ex iactura pecuniarum, vt aliquis allato auro, diluere posset angorem: neque ex aduersa corporis valetudine, vt accitis medicorum filiis morbum posset abigere. Natura erat maledicto obnoxia, cœlestem manum desiderans. Eòque sanè prętermissis omnibus terrenis ad naturæ dominum confugit, nec prius destitit, quàm illum flecteret exorarètque vt orbitatem tolleret ac vuluam aperiret, eq; sterili faceret matrem. Itaq; beata est & ob hoc, non quòd mater facta sit, sed quòd quum non esset, facta sit. Siquidem illud est naturæ cōmune, hoc autem erat eximium fœminę meritum. Beata quidem igitur, & propter nixus illos, nihilo minus tamen beata, propter omnia illa quæ partum præcesse-

runt. Scitis enim profectò omnes, siue mulieres, siue viri, nihil grauius aut intolerabilius accidere posse fœminæ, quàm vt liberis careat, adeò vt si mille prosperitatibus alioqui fruatur, dolorē ex hoc vulnere natū haud vnquàm ex animo valeat depellere. Quòd si id nunc post euangelij lucem adeò est intolerandum, quum ad maiorem philosophiam vocati sumus, quúmque ad cœlum tendentibus nullus est rerum præsentium respectus, sed ad alteram vitam adornamur, quumq; multis laudibus effertur virginitas: cogita quantæ infœlicitatis ea res visa tum fuerit, quū futurorum nulla esset spes, ac ne cogitatio quidē, veteris illius legis alumnis, sed omnia fierēt rerum præsentium gratia: quū id temporis sterilem & orbam esse fœminam, execrabile quiddā erat ac dānabile. Nemo posset eloqui, nec vllo sermone consequi, doloris magnitudinē ex hoc vulnere venientis. Testes verò sunt fœminæ, quę quum in cæteris omnem præstiterint philosophiam, hāc infœlicitatem non pertulerunt æquo animo, sed quædam maritis indignatæ sunt, aliæ sibi vitam iudicarunt esse iniucundam. Hanc verò fœminam non anxietas modò à sterilitate proueniens, verùm & aliud quoddam obsidebat malū, ira videlicet, propter æmulæ opprobria. Et quēadmodum ventis ex aduerso inter sese concurrentibus, mediāmq; scapham dum inter se depugnant, corripientibus ac multis fluctibus partim à prora, partim à puppi insurgentibus, gubernator clauo assidēs seruat nauim, vndarum incursus gubernandi prudentia depellens: sic & mulier tum illa, quum ira & angor in animum ipsius facerent impetum, rationem illius pertur- 1.Reg.1.a
turbātes, multósque fluctus excitarent, non iam biduū aut triduum, aut dies viginti, sed ad totos annos. (nam hoc, vt ait scriptura, ex multo tempore factum est) fortiter pertulit tempestatem, nec passa est rationem demergi. Siquidem dei timor tanquam nauclerus gubernaculis assidens, persuasit eam tempestatem magno animo perferendam esse, nec prius destitit mentē illius gubernare, donec in trāquillum adduceret portum, onere plenam, hoc est vterum precioso thesauro onustum. Neque enim aurum argentúmve portabat, sed prophetam, sed sacerdotem. Erátque gemina eius vteri sanctificatio, & quòd tali puero prægnans esset, & quòd conceptionis initium, per deprecationem ac cœlestem gratiam accepisset. Onus autē illud non solúm erat inopinatum & admirabile, verum & importationis modus fuit admirabilior: neq; enim illud hominibus vllis vendidit aut negociatoribus, sed protinus vt expositum erat è scapha, deo vendidit. Tantum autem hac negociatione lucrum fecit, quātum facere par est eam quæ cū deo habuerit commercium. Etenim posteaquam eum fœtum acceperat deus, reddidit illi alterū filium: Immò potius, non vnum, neque duos, neque tres, neque quatuor tantùm, sed his multò plures, vt iam vsura sortem excederet. Talis enim est negociatio commerciúmque quod cum deo geritur. Non ille quantulamcūque sortis partem, sed multis partibus conduplicatam reddit. Neque solùm dedit illi proles fœmineas, sed ex vtroq; sexu lucrum illius cumulauit, vt illi iam plenū ac perfectum contigerit gaudium. Hæc eò commemoro, non vt laudemus tantùm, sed & æmulemur huius mulieris fidem ac tolerantiam, quam ex parte quidem audistis hesterno die. Verùm vt reliquias persoluamus, concedite mihi pauca cōmemorare de sermonibus post primam deprecationem cum sacerdote eiúsque ministro habitis, vt perspiciatis mitem ac placidū huius mulie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris animum. Et factum est, inquit, quum multiplicaret precationem in conspectu domini, Heli sacerdos obseruauit os illius. Geminam scriptor hîc virtutẽ in fœmina suo testimonio comprobauit: in precibus assiduitatem instantiamq;, & animi vigilantiam: illam quidẽ quum ait, multiplicauit: hanc, quum addit, in cõspectu domini. Nam omnes quidem oramus, sed non omnes in conspectu domini. Etenim quum corpore in terra prostrato, & ore frustra delirante, mens vbique per domum ac forum circunuagatur: quo ore talis posset dicere, quòd orauerit in cõspectu domini? Nam in conspectu dei orat, qui orat vndiquaq; colligens suã mentem, nihil habens cum terra commercij, sed ad ipsum deum totus cõmigrans, omni cogitatione humana ab animo depulsa. Quemadmodum id temporis hęc fecit mulier: totam enim sese collegerat ac mentem intẽderat, atq; ita deũ inuocauit, animo dolente. Sed quo modo dicit, ꝙ multiplicauerit precationem, quando exiguus est modus precationis quam fudit mulier? Neque enim in longũ produxit sermonem, neque in multum tẽporis extendit supplicationẽ, sed pauca nudaq; verba
1.Reg.1.b proloquuta est. Adonai domine, Eloi Sabaoth, si respiciẽs respexeris ad humilitatẽ ancillæ tuæ, meiq; memor fueris, nec oblitus ancillę tuę, dederisq; ancillæ tuę prolẽ masculam, offeram illam dono in conspectu tuo, vsque ad diem mortis ipsius. Vinũ & quicquid inebriat, non biber, & ferrũ non ascendet super caput eius. Quæ est hîc verborum multitudo? Quid igitur innuit, quum ait, multiplicauit? Assiduè sonabat eadem, nec destitit iisdem verbis iterãdis multum temporis absumere. Ad hunc modum & Christus in euangelio docuit orare.
Matt.6.a. Quum enim iussisset discipulis ne more Gentium orarent, vtentes multiloquio, etiam modũ precationis docuit: ostendens vt exaudiamur, nõ esse situm in verborum multitudine, sed in vigilantia mentis. Quo modo igitur, dixerit aliquis, si paucis orandum est, parabolam
Luc.18.a. eis proposuit, admonentem semper esse orandum? Vidua quædam erat, quæ assiduè appellando crudelem & inhumanum iudicem, neque deum timentem, neq; homines reuerentem, frequenter adiens flexit. Quin nos
Rom.12.c. & Paulus hortatur dicens, precationi instantes. Ac rur-
1.Thes.5.c. sus, indesinenter orate. Vtrunque faciendum est, vt nec in longum verba proferamus, & tamen assiduè deprecemur. Hoc, inquies, cũ illo pugnat, sed non inter se pugnãt ista. Absit hoc: sed magnoperè inter se cõgruunt. Siquidẽ & Christus & Paulus iussit breues, sed crebras fieri precationes ex paucis interuallis. Nam si in lõgum extenderis verba, quum frequenter parum sis attentus, multam audaciam diabolo suppeditasti, vt accedat supplantetq;, ac mentem ab his quę dicũtur auocet. Quòd si frequẽter ac subinde oraueris, tempus omne crebris dirimens interuallis facilè poteris esse sobrius ac vigilans vt precationem multa cum attentione perficias. Quod sanè hæc fecit, dũ non sermone prolixo, sed cre
1. Reg.1.b. bris ac frequẽtibus precibus adiit deũ. Deinde posteaquam sacerdos illi occlusit os: nã hoc est quod ait, obseruabat os eius, & labia eius mouebantur, vox autem illius non audiebatur: coacta est obedire sacerdoti, & ab orando desistere. Et vox quidem illi intercluſa est, at non est excluſa fiducia, sed vehementius etiam cor clamabat intus. Nã illa potissimum est deprecatio, quũ ab intimis voces sursum feruntur: hoc præcipuè mẽtis est exercitatæ, non intentione vocis, sed animi feruore precationem absoluere. Sic orauit & Moses: cui quum nihil voce resonaret, deus tamen quid, inquit, clamas ad me? Homines quidem externam hanc vocem tantum audiunt, at deus & ante hanc intus inclamantes audit. Itaque fieri potest, vt etiam qui non clamant audiantur, vt per forum ambulans quis oret accuratissimè, vt in conseſſu amicorũ aliorúmque, quiduis aliud agens vehementi clamore inuocet deum, clamore inquam interno, etiamsi nihil faciat, quod à quoquam præsentium sentiatur. Quod sanè tum hæc fecit mulier. vox, inquit, illius non audiebatur & exaudiuit illam deus. Tantus erat illius clamor internus. Et dixit illi puer Heli, quousque eris ebria? Discute vinum tuũ abs te, & recede à conspectu domini. Hîc potissimum licet huius mulieris philosophiã perspicere, Domi exprobrabat æmula, venit in tẽplũm, & sacerdotis puer afficit illam contumelia, & increpat ipse sacerdos. Effugerat domesticam tempestatem, venit in portum, & rursus inuenit vndas, venit acceptura medicamen, & vulnus exasperatũ est. Scitis quo modo animi in mœrore constituti, aduersus contumelias & conuicia sint affecti. Quemadmodum acerba vulnera ne leuẽ quidem manus contactum ferunt: sic & animus perturbatus difficilis est ac morosus, & ad omnia indignatur, quouisque verbo mordetur & offenditur. Verum hoc non accidit huic mulieri, ne tum quidem quum à puero conuiciis peteretur. Nã si sacerdos fuisset conuiciatus, non erat perinde miranda tolerantia, propterea ꝙ dignitatis magnitudo, ac magistratus authoritas vel inuitam illam cõpulisset ad modestiam. Nũc verò nec aduersus sacerdotis puerum indignata est: quo magis etiam sibi cõciliauit deum. Sic enim res habet, quoties opprobriis millęq; malis affecti, cõuiciantes excelso ferimus animo, maiorẽ nobis à deo beneuolentiam conciliamus. Et vnde hoc liquet? ex his quæ euenêre Dauidi. Quid autem illi euenit? Exulabat aliquando è patria, simul & de libertate & vita sua periclitans, & exercitu aduersus intemperantem illum iuuenem tyrannũ ac patricidam instructo, errabat in desertis. Nec tamen indignatus est, nec despondit animum apud deum, neque dixit: quid tandem hoc rei est? permisit, vt filius insurgeret aduersus illum, à quo progenitus est: qui etiã siquid haberet, de quo iustè queri posset, non oportuit tamen id facere. Nunc verò nec in paruo nec in magno læsus à nobis, obambulat cupiens dextram paterno sanguine polluere, & deus hæc videns patitur. Sed nihil horũ dixit. Quin quod profectò maius est & admirabilius, errantem & vndique expulsum Semei quidã vir improbus ac sceleſtus insectatus est, homicidio pollutum & impium appellans, aliisq; innumeris conuiciis impetens. At ne sic quidẽ fuit exasperatus. Quòd si quis dixerit: Quid miri, si non vltus est, quum propter imbecillitatem vlciscendi potestatem nõ haberet? *2.Reg.16.b*
Primùm illud dixerim: Non perinde mirarer eum, si diadema gestans & regno potiens, inq; throno sedens conuiciantem pertulisset, vt núc illum & laudo & admiror tempore calamitatis philosophãtem animóque moderantem. Nam illic & imperij magnitudo, & conuiciantis vilitas, sæpenumero persuasit, vt contumeliam negligerent. Multi reges frequenter similem animi moderationem præstiterunt, qui insignem conuiciantium insaniam acceperũt pro excusatione. Neque enim ęquè nos in rerum prosperitate atque in aduersis opprobria mordere solent. Sed vbi concidimus, tunc magis pungunt nos, acriúsque mordent conuicia. De hoc porrò, & aliud quiddam licet cõmemorare, videlicet quòd illi fuerit in manu vindictã sumere. Atq; vti

perspicias

perſpicias eam animi moderationem non fuiſſe impotentiæ ſed patientiæ, quum id princeps exercitus cuperet ſibi committi, vt ad conuinciantem tranſiret, eiuſq; caput amputaret, non ſolùm non permiſit Dauid, verumetiam indignatus eſt, dicens: Quid mihi tecum fili Sarviæ, ſinite illum maledicere, vt videat dominus humilitatem meam, & reddat mihi bona pro maledictis huius in die hoc. Quod quidem & euenit. Vides quòd iuſtus intellexit magno animo perpeti conuicia, occaſionem eſſe maioris probationis. Hanc ob cauſam & Saulem aliquando nactus inter geminum parietem, quum eſſet occidendi facultas, pepercit, idq; quum comites hortarentur vt ſtringeret gladium. Sed neq; tam prompta occidendi facultas, neque comitum qui aderant prouocatio, neque multarum iniuriarũ, quas perpeſſus fuerat memoria. Neque enim illũ perinde miror, priuſquam eſſet ab vxore inſtigatus, vt poſt illud pernicioſum conſilium. Verùm ne cui videatur incredibile quod narro, frequenter quos ipſa rerum natura non ſubuertit, verbum corruptáque exhortatio deuicit. Quod quum non ignoraret diabolus, poſt inflictũ vulnus ipſa malorum experientia, etiam per ſermones fecit inſultum. Nimirum hoc eſt quod fecit in Dauide. Poſteaquàm enim vidit illum infracto animo tuliſſe filij rebellionem, & impiam illius tyrannidem, volens ſupplantare Dauidis mentem, atque ad iracundiã perpellere, aggreſſus eſt illum amarulentis Semei verbis, hoc agens vt morderet & exaſperaret animum illius. Hoc ipſum & in beatum Iob aſtu molitus eſt. Vt enim perſpexit & illum ſua deridere iacula, neque ſecus atq; turrim quandam adamantinam aduerſus omnia fortiter conſiſtere, obarmauit in eum vxorem, quò videlicet non eſſet ſuſpectum conſilium, & venenum verbis fœminæ texit calamitatẽ exaggerans. Quid igitur beatus ille ac magnanimus? Quur loquuta es, inquit, ſicut vna de ſtultis mulieribus: Si bona accepimus de manu domini, mala non excipiemus? Nam ſi nõ eſſet, inquit, dominus, neque tantò nobis excellentior, ſed amicus aliquis pari loco & conditione: quam haberemus excuſationem, ſi tot tantiſq; affecti beneficiis, diuerſa nolimus perferre? Vides vt vir deum diligẽs, excelſo eſt pectore, nec effertur animo nec gloriatur, quòd plagas illas humanam naturam excedentes fortiter toleret, neque ſuæ ſapientiæ tribuit, non inſoleſcit tam inſigni tolerantia, ſed perinde quaſi debitum exoluiſſet, nihilque præter æquum accidiſſet, ita ex ſuperfluo mulieri os occluſit. Idem factum eſt in hac muliere. Nam ſimul vt Satanas perſpexit eam magno animo ferre ſterilitatẽ, adiit ſacerdotis puerum, qui magis illam exacerbaret. At nihil horum accidit mulieri. Sed domi præparata ad perferenda maledicta, æmulæq; conuiciis exercitata, intrepidè iam aduerſus eiuſmodi aſſultus colluctabatur. Quapropter & in tẽplo multam præſtitit humanitatem, admodum viriliter magno animo ſcommata perferens, dum audit temulenta ac vinolenta. Nihil autem vetat & ipſa mulieris audire verba. Quum enim puer dixiſſet, digere vinum tuũ abs te, & recede à conſpectu domini: reſpondit Anna & dixit, nequaquã domine. Qui contumelioſè loquutus fuerat, eum appellat dominũ. Non dixit quod plerique ſolent homines, Iſta ne ſacerdos? Iſta qui alios docet, temulentiam ac vinolentiam mihi exprobrat? Sed illud ſpectabat, quo modo ſuſpicionem depelleret, licèt falſam. Nos contrà, ſi quando conuiciis appetimur, quum oporteret excuſare & in gratiam redire, frequenter excitamus incendium, ac ferarum in morem inſilimus in cõuiciatores, præfocantes, obſtricto collo trahentes, pro dictis ſupplicium repoſcentes. Atqui his ipſis factis ſuſpicionem de nobis confirmamus. Nam ſi cupis exprobrantibus oſtendere, te non eſſe temulentum, oſtende per manſuetudinem, oſtende per humanitatem, non per cõtumelias & conuicia. Nam ſi percuſſeris eum qui te affecit conuiciis, temulentiam tuam condemnaturi ſunt omnes: Sin magno pertuleris animo, factis ipſis depuleris malam de te ſuſpicionem: id quod tum hæc fecit mulier. Quum enim diceret, nequaquã domine: re nimirum ipſa declarauit, falſam eſſe illius ſuſpicionẽ. Vnde autẽ hoc vel ſuſpicari potuit ſacerdos? Neque enim ridentem vidit, neque ſaltantem, neque vertigine concidentem, non audiuit vllum verbum obſcœnum, aut illiberale ſonantem. Vnde igitur concepit hanc ſuſpicionem? Haud ille quidem temerè nullaq; de cauſa cõceperat eam: ſed ex diei tempore, erat enim meridies quum precaretur illa. Vnde hoc liquet? Ex his quę locũ hunc præcedunt. Surrexit, inquit, Anna, poſtquam illi comederant & biberant in Silo, & conſtitit in conſpectu domini. Quod omnes faciũt tempus relaxationis, illa fecit tempus deprecationis: poſt conuiuium accurrens ad ſupplicationem, fontes lachrymarũ emiſit, mentemq; præ ſe tulit ſobriam ac vigilãtem: ac poſt epulas adeò intentè orauit, vt donum acciperet ſupra naturã, ſolueretq; ſterilitatem, ac naturæ imbecillitatem corrigeret. Hoc igitur à fœmina lucro conſequuti ſumus, vt ſciamus & poſt cõuiuium orare. Quiſquis enim ad hoc præparatus fuerit nunquam in ebrietatem aut vinolentiam incidet, nunquam edacitate diſtendetur: ſed quoniam expectationem precationis habet pro freno impoſitam animo, conueniente menſura attinget ex omnibus quæ fuerint appoſita, multaq; benedictione tum animã tum corpus implebit. Siquidem cõuiuium quod à precatione ceptum, in precationẽ deſinit, nunquam deficiet, ſed quouis fonte vberius nobis omnia adferet bona. Ne igitur tantum negligamus lucrum. Abſurdũ enim fuerit, ſi quum famuli noſtri, ſi quando partẽ aliquam eorum quæ nobis appoſita ſunt acceperint, nobis gratias agant, beneq; nobis precantes habeant: nos quum tot tantiſq; fruamur bonis, ne hoc quidem honoris deo perſoluamus, præſertim quum hinc multam ſimus aſſequuturi ſecuritatem. Vbi enim precatio & gratiarum actio, eò ſancti ſpiritus aduenit gratia, abiguntur dæmones, & omnis aduerſaria poteſtas diffugit ac diſcedit. Qui ſe conuerſurus eſt ad orandum, non audet quicquàm abſurdè loqui, ne in medio quidẽ cõuiuio: aut ſi loquutus fuerit, mox reſipiſcit. Proinde oportet, tum in initio tum in fine cõuiuij gratias agere deo, ob hanc præcipuè cauſam, quòd quemadmodũ dicere cœperam, haud facilè prolabemur in ebrietatem, ſi nos ipſos in hanc conſuetudinem conſtituerimus. Quin ſi quãdo ſurrexeris crapula potuq; grauatus, ne ſic quidẽ abiicies cõſuetudinem: ſed quanuis habeamus grauatũ caput, quanuis vertigine circunferamur, & concidamus nihilo ſecius tamen orabimus, nec abolebimus cõſuetudinem. Etenim ſi præcedẽti die ad hunc oraueris modum, poſtridie corriges dedecus pridie cõmiſſum. Quoties igitur prandebimus, meminerimus huius mulieris, & illius lachrymarũ, nec non præclarę eius ebrietatis. Nam ebria erat mulier, non è vino, ſed ex abũdantia pietatis. Etenim ſi poſt prãdium talis fuit, qualis erat ſub auroram? Si tam inſtanter orauit poſt cibum & potũ, qualis erat ieiuna? Redeamus igitur denuò ad verba illius,

Ibidem. *Ibidem.* *1. Reg. 1. b.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

illius, verba multæ plena philosophiæ, multaq; referta
mãsuetudine. Quum enim dixisset, nequaquam domi-
1.Reg.1.c. ne, subtexit: Mulier in duro die sum ego, vinũ & quod
inebriat non bibi. Obserua quo modo nec hîc cõmemorat æmulę conuicia, neque traducit illius maliciam, nec domesticam calamitatem exaggerat euulgans, sed hactenus aperit suam anxietatem, vt tantùm sese apud sacerdotem purgaret. Mulier in duro die ego sum: Vinum & quicquid inebriat, nõ bibi, sed effundo animã meam coram domino. Non ait deprecor dominũ, supplico domino, sed effundo animam meam coram domino: hoc est, meipsam totam conuerti ad dominum, mentem meã exinaniui apud illum, toto animo totaq; virtute precationẽ meam peregi. Deo narraui calamitatem meam, ostẽdi vulnus, ille potest dare remedium. Ne des ancillã tuam in faciem in filiam pestilentẽ. Rursus ancillam appellat seipsam, multam adhibẽs curam, ne à sacerdote malam referat opinionem: nec apud se dixit, Quid mihi curæ est istius calumnia? ignoranter ac temerè accusat, suspicatur vbi nihil erat opus. Mea
2. Cor. 8.d. conscientia pura esto, & omnes me traducant, sed apostolicam illam impleuit legem, quæ iubet vt prouideamus bona, non tantùm coram domino, sed etiam corã hominibus. Atque omni modo suspicionem depulit, quum ait, ne des ancillam tuam in faciem, in filiam pe-
1.Regũ.1.c. stilentẽ. Quid autem est, in faciem? Ne me existimes effrontem & impudentem esse. Angoris non vinolentię est hæc audacia, mœroris nõ ebrietatis. Quid igitur sacerdos? Considera & illius prudentiam. Non inquisiuit curiosè de genere calamitatis, non exactius scrutatus est angoris causam. Sed quid ait? Vade in pace, dabit tibi dominus deus Israël omnem petitionẽ, quam ab eo petisti. Mulier ex accusatore fecit patronũ. Tanta res est humanitas ac mãsuetudo. Pro cõtumelia, copioso accepto viatico discessit, eumq; nacta est propugnatorem & intercessorem, quem habuerat obiurgatorẽ. At ne sic quidem destitit, sed rursus ait, Inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis: hoc est, vtinam è fine rerumq; exitu discas, quòd hanc deprecationem obsecrationemq; fecerim non ex vinolentia, sed ex angore. Et quum abisset, inquit, non amplius concidit. Vides mulieris fidem? priusquam acciperet quod postularet, perinde cõfisa est, quasi iam accepisset. In causa erat, quòd oraret multo cum feruore, multoq; studio citra vllam hæsitationem aut diiudicationem. Hanc ob rem abiit animo pacato, quasi totum impetrasset. Quin insuper deus iam totã anxietatem illi excussit ex animo, largiturus donum quod petebat. Hanc fœminam imitemur & nos, & in omnibus afflictionibus ad deum confugiamus. Et si nobis non fuerint liberi, ab illo postulemus: quos si acceperimus, multa cura educamus: adolescentes quũ ab omni vicio seuocemus, tum præcipuè à lasciuia, quòd hoc difficile sit bellum, nec alia res molestior est illi ætati, quàm hic morbus. Vndiq; igitur circũuallemus illos cõsiliis, adhortationibus, terroribus, minis. Si hanc deuicerint concupiscentiam, nec ab aliis facilè expugnabuntur, sed & pecuniis erunt superiores, & temulentiã vinolentiamq; superabunt, & improbos conuictus omni studio discutient, & amabiliores erunt parentibus, & omnibus hominibus magis reuerẽdi. Quis enim non reuereatur iuuenem castè sobrieq; viuẽtem? Quis non amplectatur, exosculeturq; eum qui cupiditatibus frenum imposuit? Quis non vel è numero prędiuitum multa cum gratia volet illi locare filiam suã, etiam si fuerit omnium pauperrimus? Sicut è diuerso, A luxuriosè viuentem, etiam si fuerit omnium opulẽtissimus, nemo tam miser est, nemo tam abiectæ fortunæ, vt sibi generum velit ascisc̃ere. Cõtrà nullus adeò stultus est, vt sobrium ac pudicum reiiciat, & hoc honore iudicet indignum. Vt igitur filij nascantur & hominibus reuerendi, & deo amabiles, exornemus illorũ animos, cumq; pudicicia ad coniugium perducamus. Hoc enim modo tum illis velut è fonte prouenient omnia, & deum habituri sunt propiciũ, deniq; tum huius præsentis tum futuræ vitæ gloria perfruentur. Quam assequi cõtingat nobis omnibus gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria simul cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Eiusdem de Anna, deq; Samuelis educatione, & quòd vtilis sit in pariendo tarditas, & quòd periculosum sit liberos negligenter habere. Des. Erasmo interprete.

B Nisi videor aliquibus fastidio esse satietatẽ adferens, volo idem argumentum rursum attingere, quo de vobis heri disserui: vósque ad Annam introducere, atq; in pratum virtutum illius inducere sermonem, pratum inquam, non quod rosaria profert aut alios flores qui marcescũt, sed quod deprecationem, ac fidem, magnámque tolerantiam. Siquidem hæc sunt longè vernis floribus redolentiora, vt quę non aquarum fontibus, sed lachrymarum imbre rigantur. Neque enim perinde amnium fontes, floridos reddunt hortos, vt plantam deprecationis fontes lachrymarum irrigantes faciunt in summam altitudinem excurrere. Quod huic contigit mulieri. Simul enim vt loquuta est, subuolauit in cœlum eius deprecatio, ac fructũ ipsi produxit tempestiuum, sanctum videlicet Samuelem. Nolite igitur molestè ferre, si rursus idem argumentum tractare incipimus.
C Neque enim vetera dicemus, sed noua quædam ac recentia. Nam in conuiuio corporali, ex eodem obsonio multa eduliorum genera potest aliquis conficere. Quin & aurifices videmus ex eadem auri massa, & armillas, & inaures, aliàsque multas res aureas fingere. quamquàm enim eiusdem generis est materia, ars tamẽ est varia, nec coarctatur similitudine materiæ subiectæ, quòd ipsa sit copiosa, variique artificij: multò verò magis spiritus gratia. Nam quòd gratiæ mensa sit varia, multiformis, & opipara, audi Paulum dicentem:
1.Cor.12. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij verò sermo cognitionis, alij rursus fides, alij verò dona sanationum, subuẽtiones, gubernationes, genera linguarum. Hæc autem operatur vnus & idem spiritus, diuidens seorsum cuiq; vt vult, Multa inquit, flumina, sed vnus est fons. Varia sunt edulia, sed vnus est conuiuator. Ergo quum tam magna tàmque multiplex sit spiritus gratia, ne defatigemur. Scimus eam fuisse sterilem, scimus eam factam matrem, scimus lachrymasse, scimus gauisam esse. Ac tum simul cum illa indoluimus,
D simul cũ illa gaudio afficiamur & hodie. Sic & Paulus
Rom.12. iubet gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Id verò faciendum est, nõ solùm super his qui nostris viuunt temporibus, verumetiam super his qui olim nati fuerunt. Ac ne quis mihi dicat, quid fructus capiam ab Anna, & ab illius commemoratione? Siquidem & orbę hinc poterunt discere, quo modo valeant fieri matres: rursus matres sciẽt, quæ sit optima ratio liberos educãdi. Nec fœminæ tãtùm, sed & viri plurimùm ab hac historia fructus auferent, si hinc didicerint, placido mitique erga vxores esse animo, etiam si sterilitatis vicio laborent, quemadmodum Helcana erga Annam

fuit

fuit affectus. Nec verò hoc solum, sed & aliud quiddam A boni lucrifacient, quum didicerint patres omnes oportere liberos qui nati fuerint educare deo. Ne igitur quoniam pecunias & argentum accipere ex hac narratione non licet, existimemus sermonem nobis infrugiferum esse: sed ob id ipsum arbitremur lucrosum & vtilem, quòd non aurum argentúmve, sed quòd his longe maius est, animi pietatem, cœlestesq; thesauros nobis ostendit, docens quo pacto periculum omne depellamus. Siquidē præbere nummos & hominibus in procliui est: cæterum corrigere naturam, ac talem mœrorem excutere, talem animi cruciatū tollere, animum iamiam collapsurum erigere, nulli quidem hominum, sed soli naturæ domino in manu est. Tu verò si quum morbo laborares insanabili, percursa tota ciuitate, pecunias impendisses, pluribus vtens medicis, nec vllum mali solatium reperisses: incideres in mulierem, quæ quum eodem morbo teneretur, liberata sit, haudqua- B quam desineres obsecrare, rogare, exhortari, vt eum tibi commonstraret cuius opera fuisset sanata. Nunc verò quū videas Annam in medio stantem, suumq; morbum enarrantem, & eiusdem remedium commemorantem, ac medicum vltrò cōmonstrantem, nullis obsecrationibus, nullis precibus adductam, non accedes acceptura remedium? Nec audies tota cum attentione historiam? Hoc si piget, quid vnquam boni poteris cōsequi? At alij frequenter magna etiam emensi sunt maria, longinquas peregrinationes susceperunt, pecunias impenderunt, labores perpessi sunt, vt medicum commonstratum in peregrina regione conspicerent, idque quum non admodum certa esset fiducia, vt prorsus à morbo liberarentur. At tu ô mulier, quum non sis initura profectionem transmarinam, nec vltra patriæ fines demigratura, nec vllum laborem similem perpes- C sura: & quid dixi, vltra patriæ fines, quū nec ipsum domus limen transire cogaris, sed vel in ipso thalamo posis conuenire medicum, citràque internuncium vllum cum illo colloqui de quibuscūque volueris, (deus omnium, inquit, appropinquans ego sum, & nō deus procul) differs & cunctaris? Et quam habitura es excusationem, quam consequeris veniam, si quum procliuem & vndiquaque facilem viam inuenire possis, qua ab vrgentibus malis libereris, per socordiam tuam ipsius salutem prodideris? Hic enim medicus non sterilitatem, sed & omne morborum genus, tum corporis, tum animi sanare potis est, si velit tantùm. Neque id solùm mirandum est, quòd citra laborem sine peregrinatione, sine impendiis, absque intercessoribus curationem adhibet, verumetiam quòd citra dolorem. Neque enim D ferro ignive nouit tollere malum, quemadmodum cæteri medici faciunt: sufficit vel simplex nutus, ac protinus omnis angor, omnis dolor, omne malum fugit atque exulatum abit. Nec cunctemur igitur ac procrastinemus, licet pauperes simus, & ad extremam redacti egestatem. Neque enim hic numeranda est pecunia, vt impiam possimus obtendere. Hic nimirum medicus non argentum pro mercede petit, sed lachrymas, preces, ac fidem. Hæc si portans ad illum accesseris, quicquid omnino postularis accipies, multoq; cum gaudio discedes. Atque id sanè quum multis ex rebus cognoscas licet, tum verò præcipuè ex hac muliere, quæ non aurum non argentum exhibuit, sed preces, fidem & lachrymas obtulit, atque ita quicquid petiit consequuta discessit. Proinde ne putemus hanc narrationem nobis infrugiferam esse, quandoquidem scriptura hæc cō-

Hier. 23. c

memorat ad correptionem nostram, *in quos fines se-* *1. Cor. 10. c*
culorum deuenerunt. Sed adeamus eam, discamus quo modo liberata sit à malo, & quid egerit morbo leuata, & quo pacto fuerit vsa munere à deo dato. Sedit, in- *1. Reg. 2. d*
quit, & lactauit Samuelem. Ergo conspiciebat deinceps infantem illum, non tantùm vt infantem, verumetiam vt rem deo consecratam: eóque matri geminus amoris stimulus insitus est, alter à natura, alter à gratia. Ac mea quidem sententia, etiam reuerebatur puerū suum. Etenim si qui phialas poculáve aurea deo dicaturi sunt, posteaquam ea iam confecta acceperint, domúque reposuerint, nequaquam ea quasi prophana vasa intuentur, sed tanquam deo sacra, nec audent ea temerè citráque causam attingere, quemadmodum cætera: multò magis hæc mulier simili animo attendebat ad puerum etiam priusquam illum in templum induceret: & diligebat impensius, tanquam filium, & curabat tanquam deo dicatum, existimans se per illum sanctificatum iri, quando domus ipsius iam erat facta templum, vt quæ prophetam ac sacerdotem intra se contineret. Non solùm autem ex eo quòd illum deo spopōdit, verumetiam ex hoc quòd non ausa sit ascendere in templum priusquam ablactasset infantem, fœminæ pietatem licet perspicere. Ait enim viro suo, non ascendam *Ibidem.*
donec ascendat puer mecum: Quum autem ablactauero illum, offeretur in conspectu domini, & sedebit illic in æuum. Non existimabat esse tutum relicta domo ascendere in templum, quòd quū accepisset donum, non sustineret absque dono cōparere. Rursus adducto illo ac mox recepto, descendere verebatur: Eoq; tanto tempore remansit, vt cum dono compareret. Adduxit, ac reliquit, nec puer à māma diuulsus molestè tulit, quum sciatis quàm soleant indignari pueri quoties à lacte depelluntur. Verùm nec ipse puer ægrè tulit à matre diuulsus, sed ad dominum respexit, qui matrem creauerat: nec ipsa mater doluit à puero seiuncta, propterea quòd naturalem affectum, vicit interueniens gratia, & vterque se alteri cōuiuere existimabat: quemadmodum eodem in loco fixa vitis, in longum producit palmites, & vua multo interuallo pendens, cum radice habet cō mercium. Itidem & in hac accidit fœmina, quæ in vrbe manens vsque ad templū extendit suum palmitem, atque illic vuam suspendit maturam: nec interuallum illud vllum attulit impedimentum, quum charitas quæ secundū deum est, puerum matri copularet. Quanquā enim puero ætas erat immatura, virtus tamen aderat matura: nam ascendentibus in templum omnibus multæ religionis ac pietatis magister factus est. Siquidem illi dum inquirunt discuntq; modum natiuitatis illius, abundè magnum solatium accipiebant spei quæ est erga deum. Neque quisquā viso puero tacitus descendebat, sed omnes glorificabāt illum à quo præter spem datus erat. Hanc ob causam deus distulit partum, vt hanc augeret voluptatem, vt mulierē redderet illustriorem. Nam quicunq; calamitatem eius nouerant, ij testes facti gratiæ dei: & quòd longo tēpore mansit in orbitate, effecit, vt & ipsa multis esset notior, & ab omnibus beata prædicaretur, esseteq; apud omnes in admiratione. Postremò in causa fuit, vt per illam deo gratias agerent quàm plurimi. Hæc ideo loquor, vt etiam si nos fœminas sanctas nouerimus in orbitate degentes, ne molestè feramus, nève indignemur, neque ita loquamur apud nosipsos. Quare tandem deus despexit mulierem, tanta pietate præditam, nec dedit prolem? Neque enim ista sunt negligentis, sed hoc nobis expedire, melius scientis

quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam nos ipſi ſcimus. Aſcendit igitur in templum, & agnellum induxit in ouile, ac vitulum perduxit ad armentum,& in pratũ deduxit roſam à ſpinis liberam,roſam inquam quæ nunquam marceſcit, ſed floret perpetuò,quæq; poſſit ad ipſum vſq; cœlum exilire,cuius fragrantia in hodiernũ vſq; diem iuuantur, ac reficiuntur omnes qui terrarum incolunt orbem,tantus annorum numerus præteriit, & tamen virtutis illius fragrantia ſemper augeſcit, nec tanta temporis magnitudine facta eſt languidior. Talis enim eſt rerum ſpiritualium natura.Aſcendit igitur præclarum illud germen tranſplantans:& quemadmodũ induſtrij agricolæ, primum ſemen in terram deponunt,cupreſſi, aut aliarum arborum ſimilium: deinde vbi conſpexerunt è ſemine factam arborem, non relinquũt in eadem terra, ſed inde reuulſam plantulam in aliud transferunt ſolum,vt terra in recens gremio ſuo exceptam illius radicem, puram & integram vim ſuam proferat, ad nouam educationem:Itidem & hæc fecit mulier,quæ puerum præter ſpem proſeminatum in illo vtero,à domo tranſtulit,& in templum tranſplantauit, vbi perpetuæ ſunt fontium ſcatebræ & irrigationes ſpirituales,vt videre licuerit illud propheticum in illis impleri, quod Dauid dixit ita canens: Beatus vir qui non ambulauit in cõſilio impiorum,& in via peccatorũ non ſtetit, & ſuper cathedram peſtilentiæ non ſedit:ſed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte: & erit tãquam lignum quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarũ, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Neque enim poſt maliciæ experientiã venit ad maliciæ remiſſionem,ſed ab ipſis cunabulis ad virtutem tranſiliit,non habuit cõſortium cum conſeſſibus iniquitati obnoxiis,neque cõmunionem habuit cum conuenticulis impietate plenis: ſed prima ſtatim puericia, à mamma matris venit ad mammam ſpiritualem: Et quemadmodũ arbor perpetua irrigatione in magnam excreſcit altitudinem: ſic & hic diuinorum eloquiorum doctrina aſſiduè irrigatus, ad virtutis faſtigium peruenit. Agè videamus quo modo illum plantarit,aſſectemur mulierem,ſimul cum illa templũ ingrediamur. Aſcendit, inquit, cum illo in Silom, in vitulo triennante. Iam geminum fit ſacrificium: & erat vitulus hic irrationalis, ille rationalis: & illum quidẽ ſacerdos immolauit, hunc verò dedicauit mulier. Eratq; mulieris victima melior quàm hoſtia, quam obtulit ſacerdos,propterea quòd hæc ſuorum viſcerum facta eſt immolatrix. Imitata eſt patriarcham Abraham, cumq; illo certamen ſuſcepit: Sed ille quidem filium receptum reduxit de monte,hæc verò reliquit in templo, vt illic perpetuò maneret. Quin potius ille quoq; totum dedicauit,caue iam illud ſpectes quòd non occidit, ſed quòd animo totum peregerit. Vidiſti fœminam cum viro decertantem: Vidiſti nihil à ſexu vetitam, quo minus æmularetur Patriarcham. Sed videamus quo modo illũ conſecrarit: Adiit, inquit ſcriptura,ſacerdotem,ac dixit illi:In me domine. Quid tandem eſt illud,in me? Auſculta,inquit,diligenter quæ loquar. Quoniam multũ temporis iam interceſſerat, ſtudet illa quæ prius dicta fuerant in memoriam reuocare.Eoq; dicit,In me domine. Viuit anima tua. Ego ſum mulier quę conſtiti in conſpectu tuo,deprecans dominum pro puero hoc. Effudi preces ad dominum, & ille dedit mihi petitionem quam petebam ab eo. Et ego cõ modo illum domino,vt ſeruiat domino omnibus diebus vitæ ſuæ. Non dixit, ego ſum illa mulier cui tu exprobraſti,quam maledictis impetiſti,quam velut temulentam & ebriam deriſiſti, eôque deus tibi declarauit me non eſſe vinolentam, te verò crimen hoc temerè mihi impegiſſe: nihil huiuſmodi verborum aſperorum dixit,ſed multa cum mãſuetudine loquitur: quanquam quum haberet rerum euentum ſibi patrocinantem,iure potuiſſet exprobrare ſacerdoti, quòd id tẽporis ipſam temerè ac citra cauſam incuſaſſet:nihil horum facit,ſed tantùm commemorat dei erga ſe beneficentiam.Conſidera verò gratum ac prudentem ancillæ animum. Quum affligeretur, nemini ſuam aperuit calamitatem, ne ſacerdoti quidem dixit: æmulam habeo mulierem, quæ mihi exprobrans conuiciansq; chorum habet liberorum: ego verò quæ modeſtiam manſuetudinẽmque colo,ad hunc vſque diem nondũ potui fieri mater: ſed deus concluſit vuluam meam, quúmque videret afflictionem meam, non eſt miſertus. Nihil horum dixit, ſed ſuppreſſo calamitatis genere, tantùm indicauit ſe animo angi.Dicens,mulier in duro die ego ſum, ne illud quidem dictura niſi ſacerdos huc cõpuliſſet, ſuſpicans eam eſſe temulentam. At poſteaquam id vulnus ſuſtulit, deo dante quod poſtularat, tum demum dei beneficentiam aperit ſacerdoti, cupiens illum in agendis gratiis habere conſortem, quemadmodum prius habuerat in precando. Aitq; pro puero hoc precabar, deditq; mihi dominus petitionem meam quam petebam ab eo. Et nunc commodo cum domino. Vide quam ſit modeſta. Ne putes,inquit,me magnã rem aut admirandam facere,quòd infantem dedico:nõ ego huius beneficti ſum author,ſed perſoluo debitum.Depoſitum accepi,& hoc ei reſtituo qui dedit.Atque hæc dum loquitur, ſeipſam quoque dedicauit cum puero quaſi ſolido quodam naturæ affectu ſeipſam tẽplo alligans. Etenim ſi vbi eſt theſaurus hominis, illic eſt & cor eius: multò magis vbi puer mulieris, ibi & mens illius erat, atque vterus illius rurſum implebatur benedictione. Nam ſimul atq; hæc dixerat,orauerãtque. Audi quid loquatur ſacerdos Elcanæ:Reddat tibi dominus ſemen alterum ex muliere iſta pro fœnore,quod domino fœneraſti.Initiò nõ dixerat,reddat tibi:Sed quid? Det tibi dominus, quicquid poſtularis. Verùm poſteaquã illa deum fecerat debitorem, ait: reddat tibi, bonam de futuris ſpem præbens.Etenim ſi dedit,quũ nihil deberet, multò magis redditurus eſt poſtquam accepit. & hic primus ex prędicatione,& poſt hunc cæteri ẽ benedictione duxerunt originem,totus autem mulieris fructus ſanctificatus eſt. Atque hic primogenitus fœminæ virtuti debebatur, alter verò mulieris ac ſacerdotis erat cõmunis, nec ſecus quàm terra pinguis ac fertilis,poſtquam accepit fœlicia ſemina, oſtendit nobis ſegetes: ſic & mulier hæc quoniam cum fide excepit verba ſacerdotis, alias nobis lętas ariſtas produxit,veteremq; maledictionem Heuæ mutauit, pariens ex deprecatione ac benedictione.Et tu igitur ô mulier hanc æmulare, & ſi ſterilis fueris, talem precationem exhibe, ſacerdotem accerſe, vt tecum ſuſcipiat apud deũ legationem. Omnino ſi cum fide verba exceperis, patrum benedictio in fructũ exibit præclarum ac maturum. Quòd ſi mater fueris, ad huius exemplum conſecra filium tuum deo, & in templum adducito.Quin ipſum potius templum deo regale para. Membra,inquit, veſtra corpus Chriſti ſunt, ac templũ ſancti ſpiritus qui eſt in vobis. Ac rurſus, inhabitabo inquit,in vobis & inambulabo.An non abſurdũ eſt nos domum veterem, ruinam minitantem fulcire, pecunias impendentes, fabros accerſentes, denique nihil non facientes: domum autem dei, nam dei domus

Pſal.1.a

1.Reg.1.d

Ibidem.

A

B

C

Matth.12

1.Reg.2.b

1.Cor.6.d

2.Cor.6.d

D

eſſe

esse debet adolescentis anima, ne vulgari quidem dignari cura. Vide ne idem audias quod olim audiêre Iudæi. Nam illi posteaquam è captiuitate templum materiale conspicientes neglectum, priuatas ædes suas exornarunt, adeò deum exasperarũt, vt mitteret eis prophetam, qui famem minitaretur, magnamq; rerum necessariarum penuriam, atque hanc comminationis causam eloqueretur. Vos quidem in domibus vndique habetis mansiones, domus autem mea deserta est. Quòd si illius templi neglectus tantam excitauit iram numinis, multò magis huius templi neglectus ad iracundiã prouocabit dominum. Siquidem hoc templum tantò est illo honoratius, quò plura habet sanctimoniæ symbola. caue igitur committas, vt templũ dei fiat spelunca latronum, ne & alteram audias obiurgationem, qua
Luc.19.g Christus obiurgauit Iudæos, dicens: Domus patris mei, domus deprecationis est, vos autẽ fecistis eam speluncam latronum. Sed quo modo fit spelunca latronum? Quum patimur illiberabiles ac seruiles cõcupiscentias intrare, sedẽmque figere in adolescentulorum animis. Tales enim cogitationes grauiores ac pernicioſiores sunt latronibus, quæ puerorũ ingenuitatem vertunt in seruilitatem, ipsosq; brutis cupiditatibus dedunt in seruitutem, vndique confodientes illos, ac mentem illorum multis implentes vulneribus. quapropter super his quotidie dispiciamus, & verbis pro scutica vtentes, omnes id genus affectus ab illorum animis depellamus, quò videlicet filij nobiscũ cœlestis ciuitatis valeant esse participes, & vniuersum cultum qui celebratur illic ritè peragere. An non videtis frequenter q̃ qui in vrbibus versantur, pueros nuper à lacte depulsos faciunt, Thallophoros, aut agonethetas, aut certaminũ præfectos, aut chorearum magistros faciunt? Idem & nos faciamus, à primis statim annis inducamus eos ad disciplinam reip. cœlestis. Siquidem hęc terrena, quum impendium adferat, fructum tamen nullum habet. Nam quæso te, quis fructus esse possit è populari applausu? Simul vt vespera nos occuparit, ilicò plausus ille totusq; tumultus emarcescit: ac festo peracto, perinde quasi in somnis fuerint *deliciati, ita omni voluptate* destituti cõsistunt, dum nec à corona, nec à magnifica veste, nec à reliquo fastu vniuerso conceptam *voluptatem*, si quærant inuenire valeant, quòd omnia illa quouis vento celerius prætercurrant. Cæterum in cœlesti politia omnia secus habent, citra impendium lucrum adferunt & copiosum & stabile. Nam illic non homines ebrij, sed angelorum populus iugiter applaudit rem gerenti. Sed quid dixi, angelorũ populus? ipse angelorum dominus, laudabit & comprobabit illum. Nec vno alteróve die aut tertio, sed in æternum triumphat illic, gestans coronam, nec vnquã caput illud videbis ea nudatũ gloria: neque enim illius celebritatis tempus certis diebus circunscriptum est. Huic cultui nunquã paupertas esse possit impedimento, sed vsque ad futuri seculi immortalitatem extenditur. Verum & pauperi licet hoc celebrare festũ, immò pauperi maximè, quippe qui ab omni mundi fastu strepituq; sit liber: neq; enim opus est pecuniarum impendiis & opulentia, sed animo puro, ac mente sobria. Hæc enim est quæ illius politiæ vestes texit animæ, hæc quæ coronas concinnat: quæ nisi virtutis officiis fuerit exornata, nulli vsui fuerit auri magna copia: sicut è diuerso nec damno erit paupertas, si diuitias intus habeat repositas. Hanc celebritatem nõ modò masculi liberi, sed & filiæ nobis celebrent: neque enim quẽadmodum in externa administratione viris tantũ imperatum est hoc festum peragere, verum & fœminas illud recipit theatrum, & senes & iuuenes, & seruos & ingenuos. Vbi enim animi spectaculũ est, ibi non sexus, non ætas, non dignitas huius seculi, non aliud quicquã impedire potest. Eoq; vos omnes exhortor, vt à teneris statim annis, & filios & filias, huiusmodi functionibus dedatis: & huic administrationi congruentes diuitas eis addatis, non aurum defodientes, non argentũ congregantes, sed modestiam, sobrietatem ac pudicitiam, reliquasq; virtutes omnes in animis eorum reponentes. Hos enim sumptus exigit illa functio. Si hãc igitur opulentiã tum nobis, tum filiis collegerimus, & in præsenti vita multum splendoris cõsequamur, & in futura vita beatam illam vocem audiamus, per quam Christus omnes qui ipsum professi fuerint, suo ornat præconio. Professio autem non tantùm fit per fidem, verumetiam per opera. adeò vt si hæc absint, veniamus in periculum ne cum abnegantibus pœnas luamus. Neque enim vnus est abnegandi modus, sed multi ac multiplices, quos Paulus nobis describẽs ita loquitur: profitentur se nosse deum, sed factis negant. & rursus, Si *Titum 1.d* quis suorum & maximè domesticorum, curam non ha- *Galat.6.c* bet, fidem abnegauit, & est infideli deterior. Et iterum, Fuge auariciam, quæ est idolorum cultus. Quum igitur *Colos.3.a* tot sint abnegandi modi, manifestum est totidem esse profitendi, ac multò etiam plures, quibus omnibus profiteri studeamus, vt & ipsi in cœlis honorem consequamur, munificentia & bonitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Super orationem Annæ: & quòd vtilis est paupertas, & maiorem habet, quàm diuitiæ voluptatem & securitatem, homilia. Bernardo Brixiano interprete.

QVI thesaurum effodiunt in mũdo charissimi, licet infinitas inde capiant diuitias, non prius absistunt, quàm totum exhauserint. Non enim vt multa tollant, sed nihil relinquant, hæc eos præcipuè cura tenere solet. Si verò circa pecunias insaniẽtes, tantò circa pereuntia, neq; permanentia studio fungũtur: multò magis hoc nos in diuinis facere thesauris oportet, nec prius retrocedere, quàm totũ exhauserimus apparens. Apparens autem dixi, quoniam omnia exhaurire nõ datur. Fons enim est perenniter manans, diuinarum virtus cogitationum, nunquã deficiens, nunquam cõsumpta. Ne fatigemur itaque, nec enim de paruis est nobis oratio, sed de oratione, spe nostra: oratione per quam sterilis mater est facta, & fœtuosa quæ filiis carebat: & mœrens læta, per quam læsa natura reparabatur, & clausa reserabatur matrix, & impossibilia quæq; fiebant possibilia. Quapropter omnia paulatim perscrutemur per singulas explicantes dictiones, vt ne minimũ quidem nos, quantũ fieri potest, effugiat. Propterea qui- *Hi sermones non exstant.* dem duos integros sermones in duas dictiones solas assumpsimus. primam dicentem, Confirmatum est cor meum in domino. & secundã post illam: Exaltatum est *1.Reg.2.A* cornu meum in deo meo. consequens igitur est hodie, ad tertiam venire. Quæ verò hæc est? Dilatatum est os meum super inimicos meos, lætata sum in salutari tuo. Animaduertite dictionis perfectionẽ: non dixit, Acutum factum est os meũ super inimicos meos: non enim ad contumelias & conuicia præparatũ erat, non ad accusationem & opprobria, sed ad consilium & admonitionem, ad correctionem & instructionem: propterea non dixit, Acuta facta est lingua mea super inimicos meos: sed, dilatatũ est os. Remissionem, inquit, assecuta *Ibidem.* sum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſum, poſſum liberè loqui, nunc pudorem excuſſi, ad libertatem ſuam reuerſa. Nec hîc nominatim mulierem dixit riualem: ſed ſimpliciter dixit indefinita nuncupatione, quaſi quadã perſona tantæ triſticię authorem abſcondit. Non dixit, quòd multę dicũt mulieres: Confudit eam deus, diſſipauit, & deiecit ſceleſtam, arrogantẽ, & magniloquam: ſed ſimpliciter, Dilatatũ eſt os meum ſuper inimicos meos, lætata ſum in ſalutari tuo. Vide, qualiter eandem legem per totam orationem cõſernat: ſicut enim in principio dicebat, Confirmatum eſt cor meum in domino, Exaltatum eſt cornu meum in deo meo: Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: itidem & hîc, Lætata ſum in ſalutari tuo. Non ſimpliciter in ſalutari: ſed, in ſalutari tuo. Non enim quoniã ſaluata ſum, ſed quoniam per te ſaluata ſum, propterea lætor & exulto. Tales ſanctorũ animæ, de deo qui dedit, magis q̃ de donis gaudent. Nõ enim ipſum propter ipſius dona, ſed hęc propter illum diligunt. Hoc eſt, famulorũ ſe recognoſcentium. Gratorum, hoc eſt, ſeruorũ, omnibus ſuis ſiuum pręponere dominum, ita nos quoq; parati ſimus. Cum peccauerimus, non doleamus, quia punimur, ſed quoniam dominum exacerbauimus. Et ſi quid boni fecerimus, nõ gaudeamus propter regna cœlorũ, ſed quoniã rem cœlorum regi gratam geſſimus. Mentem enim habenti gehenna quãque formidoloſius deũ offendere, & omni regno deſiderabilius deo placere: nec admireris ſi circa deum eſſe ſic affectum oportet, cùm & in homines multi ſic affecti ſint. Filios certè frequenter habuimus legitimos, & ſi vel inuiti quopiã eos affecerimus malo, nos vleiſcimur ipſos, & punimus: & in amicos idem facimus. Sed ſi in amicis & filiis, illos lædere multò grauius, quàm pœnas luere putamus: multò magis erga deum ſic affici decet, & omni gehenna peius eſſe putandum eſt, aliquid ex his quæ non illi ſunt grata, feciſſe. Talis erat beatus Paulus, propterea dicebat: Certus ſum, quòd nec angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque præſentia, neque futura, nec altitudo, neque profundum, nec alia creatura poterit nos ſeparare à charitate dei, quę eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. At & martyres cùm beatos vocamus, ex vulneribus primùm beatificamus, & tunc ex præmiis: ex plagis, & mox ex coronis repoſitis. Nã ex vulneribus præmia, non ex præmiis vulnera principium ſumunt, atque materiam. Ita beatus quoque Paulus ante repoſita bona in moleſtiis ſibi propter Chriſtum irruentibus gaudebat, clamabatq; dicens: Gaudeo in paſſionibus pro vobis. & iterum: Non ſolùm autem, verùm & gloriamur in tribulationibus. & rurſum: Quoniam nobis donatum eſt à deo, vt non ſolùm in eum credamus, ſed etiam pro eo patiamur. Etenim gratia verè maxima, dignum cenſeri propter Chriſtum aliquid pati, & corona verè perfecta, & merces futura retributione nõ minor. Et hoc norunt, qui legitimè, feruenterq; Chriſtum diligere ſciunt. Talis erat & hæc mulier, ardentiſſimũ habens in deum deſiderium, & ignitũ amorem, propterea dicebat: Lætata ſum in ſalutari tuo. Nihil enim ipſi cum terra fuit commune, ſed omne humanũ deſpiciebat auxilium, & erat eleuata ſpiritus gratia, & ſublimis conſtituta, & in omnibus ad deũ reſpiciebat, & incumbentium moleſtiarum ſolutionem inde petebat. Nouerat enim, planè nouerat, quòd humana quidem, qualiacunque ſint, dantium imitantur naturam. Opus autem nobis diuino ſemper eſt auxilio, ſi velimus anchorã in tuto firmare. Quapropter ad deum in omnibus confugiebat, & accepta gratia magis de datore gaudebat, &

Roma.8.a

Coloſ.1.d
Roma.5.a
Coloſ.1.d

gratias agens dicebat: Non eſt ſanctus, vt eſt dominus: *1.Reg.2.a*
& nõ eſt iuſtus, ſicut deus noſter. Et nõ eſt ſanctus præter te: incomprehenſibile nanque iudicium eius, inquit, & munda, infallibiliſq; ſententia. Vidiſti gratæ cogitatum animæ: Non intra ſe dixit, Quid enim mihi magni factũ eſt? Quid verò maius quàm aliis? Quod olim ęmula ſuſcepit, & cũ magna quidẽ copia, hoc ego poſt multum temporis cum labore tamen, & lachrymis, & precibus, & ſupplicatione, multaq; fatigatione. Sed quoniam bene ſentiebat de dei prouidentia, factorum rationes à domino nõ repetit, quod multi faciũt hominũ, per ſingulos dies deũ iudicantes. Si viderint hunc quidẽ opulentum, hunc verò pauperem, innumeros contra ipſius prouidentiam ſermones cõmouent. Quid ais homuncio? cõſeruũ te iudicare nõ permiſit Paulus, ſic inquiens: Nolite ante tẽpus iudicare, donec veniat dominus: Et *1.Cor.4.a*
dominum in iudicium trahis, & geſtorum exigis rationem, & nec horres, nec expaueſcis? Et quam aſſequêris veniam? quam rogo excuſationem, tot quidem per ſingulos dies & horas ipſius prouidentiæ probationes capiens: ex ea verò, quæ diuitiarum & paupertatis eſſe videtur, inæqualitate, bonum in omnibus ordinem damnans, & hęc iniuſtè? Nam ſi congrua mente, laborioſaq; voluiſſes hæc ſcrutari meditatione, ſi non etiam aliud dei cõmendans prouidentiam occurriſſet, diuitiæ hanc & paupertas manifeſtiſſimè demonſtraſſent. Si nanque paupertatem abſtuleris, omnem vitæ ſuſtuleris conſeruationem, vitamq; noſtram corruperis. Nec nauta, neque gubernator, non agricola, nec ædificator, neque textor, aut calceamentorum ſutor, non faber, nec ærarius, aut coriarius, piſtórve, nec alius quis horum erit artificum: qui ſi nõ fuerint, omnia vobis tranſibunt. Nam nunc quidem quaſi magiſtra quædam optima paupertatis neceſſitas ſingulis inſtans ad opera vel inuitos cõpellit. Si verò diuites omnes eſſe deberent, omnes quoque deberent in ocio viuere, & omnia periiſſent, atque fuiſſent corrupta. Citra verò dicta & aliter eos ex ipſis, quæ obiiciunt, obmutefieri facile. Cur enim quæſo, dei prouidentiam accuſas? quoniam hic quidem plures, ille verò pauciores poſſidet pecunias. Quid igitur ſi in neceſſariis, & multò maioribus, noſtramq; continentibus vitam, omnibus inſitam hominibus æqualitatem oſtenderimus? Atteſtatur dei prouidentiæ neceſſitas omnis. Nam ſi non omnes æqualiter vna re, pecuniis ſcilicet potiri, probationem facit, nullam eſſe prouidentiã: ſi viſi fuerint omnes æqualiter potientes nõ vna re, neque tam vili, ſed pluribus, & multò maioribus: clariſſimum eſt, quòd inde vel inuitus dei prouidentiæ cogeris adſtipulari. Agè ad ea, quæ noſtram continent vitam, ſermone progrediamur, eaq; diligenter inquiramus: & videamus, an in illis plus paupere diues habeat. Puta diues habet thaſium, & alia multa huiuſmodi medicata pocula, & cum multa delectatione cõpoſita: ſed aquarũ fontes omnibus propoſiti communiter ſunt & diuitibus, & pauperibus. Fortè riſeris hanc audiens æqualitatem. Igitur audi, quantò dignior eſt omni vino aquæ natura, magisq; neceſſaria & vtilis, tuncq; temetipſum condemnabis, & veras pauperum diuitias intelliges. Nam vino quidẽ ſublato non multum fuerit detrimentum, prętereà ſolis ægrotantibus: ſi quis autem aquarum fontes reſtinxerit, atque ſuſtulerit elementũ, vitam omnem noſtram ſubuerterit, & omnes perdiderit artes: neque duos tantùm dies ſufficere poterimus, ſed ſtatim omnes moriemur morte quadam miſerabili atque grauiſſima. In neceſſariis itaque vitam noſtram

continentibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

continentibus pauper non ſuperatur. Sed ſi quid admirabile dicere fas eſt, & diuitē ſuperat. Multos enim diuites cernere poſſumus corporis valetudine ꝓpter delicias orta, vt plurimum ab aquę potibus abſtinere: pauper autem per omnē vitam his fluentis libere veſcitur: tanquam ad riuellis fontes, ſic ad aquarū currens riuulos, & inde ſynceram, & puram hauriens voluptatem. Quid autē ignis natura, nónne numeroſis vtilior theſauris, & humanis omnibus diuitiis? Et hic quoque theſaurus vtilitatis diuiti pariter & pauperi propoſitus eſt. Quæ verò naſcitur ab aëre corporibus noſtris vtilitas, & lux ſplendoris, nunquid diuitibus magis, pauperibus verò minus exhibetur: & eam illi quidē quatuor, hi verò duobus tantum oculis inſpiciunt? ſed nec hoc quiſquam dicere poſſit. Nam & diuitibus æqua delectationis eſt portio definita, immò verò & hic pauperes præſtare diuitibus quis viderit, quantò & efficaciores habent ſenſus, & acutiorem oculum, & perfectiores habēt quaſque ſuſceptiones. Quapropter & veraciorem hauriunt voluptatem, & creationis contemplatione delectantur magis, & perfruuntur: nec in his ſolis autē elementis, verùm & in omnibus aliis nobis à natura collatis multam videbis æqualitatē, immò ſuperabūdantiam pauperibus attributam. Nam ſomnus omnibus ſuauior deliciis, magisq; neceſſarius, omniq; vtilior nutrimento, pauperibus eſt quàm diuitibus facilior: nec tantum verò facilior, ſed etiam ſyncerior. Nam illis quidē multæ deliciæ, citra famem cibus, potus abſque ſiti, carensq; dormitatione ſomnus, in omnibus voluptatem diſſoluere conſueuerunt. Non enim ita rerum natura, ſicut neceſſitatis vſus horum quodq; nobis iucundum cōſtituit. Non ita certè ſuauis vini, meriq; potus, ſicut potantis ſitis delectare ſolet. Non ita placentas comedere, ſicut cum eſurie cibum ſumere. Non ita molli recubare ſtrato, vt dormitātes dormire. Quæ omnia magis apud pauperes ſunt, quàm apud diuites. Quæ verò pertinent ad corporis valetudinem, & omnē aliam bonam habitudinem, non cōmunia diuitibus & pauperibus propoſita ſunt? Nemo dicere poteſt, aut oſtendere, quòd pauperes quidem tantùm ægrotant, diuites autē ſemper in ſyncera permanent valetudine. Contrarium quidem videri poteſt: pauperes quidē inſanabilibus morbis nō facilè capi, hos autē paſſim in diuitum corporibus germinare. Pedum certè dolores, & capitis grauedines, & remiſſiones, incurabilesq; neruorum torturæ, & maligna cuiuſque generis corruptaq; rheumata, præſertim illos vexare cōſueuerunt, qui deliciis vacant, olent vnguenta: in laborantibus & ærumnas patientibus, & ex quotidiana opera neceſſarium quærentibus nutrimentum, huiuſmodi nihil inuenitur. Quapropter & mendicis miſeriores in deliciis viuentes. Et hoc nec ipſi deliciis potientes negarent. Frequenter quippe dives molli lectulo ſtratus, ſeruis pręſentibus & ancillis, ab omnibus multū accipiens obſequium: pauperem per vicum audiens clamantem, & panem petentem, fleuit & ingemuit: & talis cū ſanitate fieri precatus eſt potius, quàm cum diuitiis cōtrariam habere valetudinem. Nec tantùm autem in valetudine, ſed rurſum & in filiorū procreatione, nihil quiſpiam videbit diuitem paupere plus habentem: ſed ſimiliter & apud hos, & apud illos & numeroſa ſoboles atq; ſterilitas: quin potius & hic diuitē viderit inferiorē. Pauper enim, licet pater nō efficiatur, haud multū ſentit dolorem: dives autē quātò magis anctā rem videt, tātò magis ex ſterilitate cruciatur, propter hęredis priuationē, nullam ſentiēs voluptatē. Et pauperis quidē hęreditas, licet abſq; filiis obeat, cùm nō habeat vnde pugnetur, propter tenuitatē, ad amicos trāſit atq; cognatos. Diuitis autē multos vndiq; in ſe trahens oculos, ad inimicorū defuncti manus ſæpe deuenit. Et hæc viuens ille in aliisq; fieri videns, vitam omni morte degit moleſtiorē, in ſe quoq; expectans idem factum iri. Sed ad mortem ſpectantia, nónne cōmunia? nónne tam in diuitibus, quam in pauperibus immaturæ mortes accidunt? Et poſt mortē verò, nónne tam his, quàm illis omnibus ſimiliter corpus diſſoluitur, fauillaq; fit & puluis, & vermes gignit? At funeralia, inquit, non ſimilia: ſed quæ nam vtilitas? Cùm enim defuncto multam inculcaueris veſtem precioſam, & auratam, nihil aliud niſi maiorem inuidiam, & accuſationē attuleris, & aduerſus defunctū omnium ora reſeraueris, & innumeras attraxeris maledictiones, & accenderis acriorem auariciæ accuſationem, ſingulis lacerantibus, & ſuffocantibus defunctū ac maledicentibus, quòd neque mortuus circa pecunias inſaniā diſſoluit: nec hoc tantùm eſt graue, verùm & ꝓfurum oculos aperit. Itaque maius officium maioris illi fit turpitudinis occaſio. Pauperis quidem corpus iam nemo ſpoliare quærierit, veſtimentorū enim vilitas corporis amictui ſit cuſtodia. Hic autem obices & feræ, fores atque cuſtodes, & omnia incaſſum adhibentur & fruſtra, pecuniarū cupiditate talia maleficia cōmittere doctos, omnia audere perſuadente. Itaq; maior honor maiorem infert defuncto contumeliam. Et qui vilia quidē accepit funeralia, iacet, honorem cōſeruans: qui verò precioſa, ſpoliatur, & afficitur contumelia. Si verò nullum horum fiat, neq; ſic illi plus erit, niſi largiorem vermi menſam appoſuiſſe, & maiorē fieri corruptionem. Hæc igitur, quæſo, beatificatione ſunt digna? Et quis tam miſer, & ærumnoſus, vt ex his hominem arbitretur inuidioſum? Verùm & alia ſingula percurrentes, diligenterq; ſcrutantes, pauperes plus diuitibus habentes inueniemus. Hæc igitur omnia cū ſedulitate conſiderantes, & omnia reliqua percurrentes (dicitur enim, Da ſapienti occaſionem, & erit ſapientior) & illud continuè ſeruantes memoria, quòd nec ex ipſa pecuniarū ſuperabundantia quippiam amplius erit poſſidentibus, niſi curæ & ſolicitudines, atq; timores & pericula, nihil diuitibus nos minus habere putemus. Nam ſi vigilemus, etiam plus habebimus, tam in diuinis, quàm in cunctis præſentibus. Nam & voluptatē, & cautelam, bonamq; gloriam, corporis valetudinem, & animi philoſophiam, atq; bonam ſpem, difficultatemq; peccandi magis apud pauperes, quàm diuites quiſpiam inueniet. Nolimus itaq; iuxta ſeruorū ingratos murmurare, aut condemnare dominū: ſed in omnibus gratias agamus, & vnum duntaxat malum eſſe putemus peccatum, & bonum, iuſticiam. Si ſic enim ſenſerimus, non ægritudo, non inopia, nō ignominia, aut quicquā aliud eorū, quæ grauia eſſe videntur, nos afficiet moleſtia: ſed puram ex omnib° nacti voluptatē, futuris fruemur bonis, gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria, ſimul & ſancto ſpiritui, in ſecula ſeculorum, Amen.

Prouer. 9. b

†De Ionatha & Saule, vide in vltimo tomo ad populum Antiochenum: homilia XIIII. *1. Reg. 13. & ſeq.*

Diui Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani, homilia de Dauid & Saule, deq; tolerantia, & quòd oportet inimicis parcere, nec de abſentibus malè loqui. Domine miſerere. Def. Eraſmo interprete.

Voties diutina quæpiam ac dura inflatio corporibus inhæſit, tum & longo tempore, multoq; labore, & multa ſapientia in admouendis remedijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

remediis est opus, vt collectus tumor, absque vitæ periculo dissoluatur. Idem videre est in anima. Quoties enim aliquis morbum qui iam radices egit in anima, multôque tempore concretus sit, radicitus euellere voluerit, non satis est ad correctionem vnius duorûmve dierum admonitio: verùm oportet frequẽter ac diebus compluribus in hac cura versari: si modò non ad ambitionem ac voluptatem, sed ad fructum, & vtilitatem munus hoc publicum gesturi sumus. Eoq; quemadmodum de iurãdo fecimus, multis ordine diebus vobis de eodem differentes argumento: itidem de ira nunc faciemus, continuamq; de ea faciemus exhortationẽ pro nostra quidẽ virili. Nam hic mihi videtur optimus esse docendi modus, si non prius desistamus consulendo quacunq; de re, quàm viderimus admonitionem ad effectum peruenisse. Etenim qui hodie de eleemosyna, cras de orando, perendie de humanitate, deinde rursus de animi modestia disserit, nihil horum in auditorum animis perficere rectè poterit, ab hoc ad illud, rursus ab illo semper aliò transiliens. Sed necesse est, vt qui velit orationem in auditorũ animis fructum destinatum assequi, non antè desistat iisdem de rebus admonens consulénsque, nec prius ad aliud quippiam transiliat, quàm conspexerit superiorem admonitionẽ in eis bene fixam ac radicatam. Idem hoc facere solent præceptores. Non prius ad syllabas, hoc est, literarum coniunctionem adducunt pueros, quàm elementorum cognitionem in eis viderint rectè cõfirmatam. Hesterno igitur die parabolã vobis de decem denariis, ac decem milibus talentorum enarrantes, ostendimus quantum esset malum, iniuriarũ meminisse. Quem enim decem milia talentorũ non perdiderant, hunc centum denarij exitio demerserunt, ac veniam pro debitis concessam, in irritum reuocarunt, debitæq; pecuniæ cõdonationem dissiparunt: eumq; qui fuerat à criminibus liberatus in iudicium retraxerunt, atque ipsum debitorem in carcerem cõiecerunt, denique immortali supplicio tradiderunt. Sed hodie de diuerso argumento dicere tentabimus. Oportuit enim de humanitate ac mansuetudine verba faciẽtem, è domo atque ex sese istius præclare philosophiæ exempla præbere, atque ita demum simul & verbis eam docere, & factis ad eam instituere. Quoniam autẽ nos ab hac virtute longo absumus interuallo, vno quopiam è numero sanctorũ in medium producto, oculisq; vestris subiecto, perspicuam quandam ac potentẽ vobis admouebimus exhortationem, admonentes vt dum velut ad archetypi cuiusdã æmulationem adhortamur, admoneam° & nos ipsos. Quis igitur in medium proferendus est, de humanitate dicturo? Quis verò alius, quàm is qui cœlesti testimonio laudari meruit, ob hoc ipsum maximè suspiciendus? Inueni, inquit, Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum. Porrò posteaquã deus pronunciauit, nulla contradicendi reliqua est occasio. Nam illius calculus incorruptus est, eo quòd deus nec ad gratiam, nec per odium iudicat, sed pro mera animi virtute fert suffragium. At non ob id tantum hunc in medium produximus, quòd numinis suffragio fuerit laudatus, verùm etiam quòd sit de numero eorum qui sub vetere lege sunt educati. Siquidem sub lege gratiæ extitisse quempiam ab ira purum, & inimicis delicta condonantem, ac parcentem iis à quibus fuerit molestia affectus, nihil sanè mirum, videlicet post Christi mortem, posteaquã ille tam clementer nobis omnia peccata remisit, post tot præcepta referta euangelicæ philosophiæ. Cæterùm

Matth.18.

1.Reg.16.& Act.13.d

Exod.21.c

A in vetere testamẽto quum lex permitteret oculum pro oculo effodere, ac dentem pro dente extundere, eumq; qui læsisset talionis æquilibrio vlcisci, aliquem extitisse qui præceptorũ fines transilierit, atque ad apostolicam peruenerit philosophiam, quem hominum si audierit, non adducet in stuporem? Quem si quod audiuit, nequaquã imitetur, non priuet omni venia, omniq; excusatione? Sed vt exactius pleniusq; huius Dauidis virtutem cognoscatis, concedite mihi vt orationẽ paulò altius repetam, eiusq; benefacta cõmemorem quæ beatus ille vir in Saulem cõtulit. Nam nõ vlcisci eum qui simpliciter inimicus læsit, nihil miri est. At qui hominem à se multis affectum beneficiis, sed qui pro benefactis beneficium semel atq; iterum immò frequenter interficere conatus sit, posteaquã in manus incidisset, vt iam liceret occîdere, sustinuit, non ipsum dimittere tantùm, B verumetiam ex aliorum insidiis eripere, præsertim quũ sciret illum post eadem moliturum, quid is reliquũ fecit, quod ad summam philosophiã possit adiungi? Quibus autem beneficiis Dauid affecerit Saulem, quando, & quo pacto, paucis enarrantem me sustinete. Quum aliquando Iudæi bello difficillimo premerentur, adeò vt omnes pauore essent consternati, nec quisquam auderet erigere caput, sed in extrema desperatione esset ciuitas, singulis mortem præ oculis habentibus, quotidieq; mortem expectantibus cunctis, vt vitam agerent miseriorem iis qui degunt in teterrimo carcere, hic ab ouibus veniens ad exercitum, quum per ætatem nec artem bellandi callere posset, ac laborũ militarium rudis esset, ipse pro vniuersis bellum in se recepit, ac fœliciter rem gessit, suprà quàm quisquam speraisset. Quanquam etiam si virtuti defuisset euentus, tamen ob solam animi prõptitudinem egregiumq; propositũ coronandus C erat. Iam si quis è numero militum ætate vigens facinus hoc designasset, nihil fuisset mirum, videlicet id postulante militari lege. At hic qui vsque adeò nullam videbat necessitatẽ huc adigentem, vt multos etiam haberet dehortantes: Nam & frater illum increpauit, & rex perspiciens illum nondum ætate maturum ac periculis perferendis inhabilẽ cohibuit, ac manere iussit dicens: Non poteris ire, quoniam puer es: ille verò vir est bellator ab adolescentia sua: attamen quũ nulla illum prouocaret occasio, suapte sponte & ex sese diuino accensus, zelo patriæq; charitate, perinde quasi oues cerneret verius quàm homines, & quasi canes inuasurus esset, potiusquam tam numerosum hominum exercitum, adeò intrepidè ad Barbaros cucurrit: idq; temporis tantam erga regem solicitudinẽ declarauit, vt illum etiam ante prælium ac victoriam in faciem prostratum erexerit. D Neque enim factis modò iuuit illum, sed ante factum etiam verbis hortatus est bono animo vt esset, ac persuasit, vtq; de euentu bonam cõciperet spem effecit, ita * loquens: Ne concidat cor domini mei in ipso, quoniam seruus tuus ibit, pugnabitq; cum alienigena hoc. Quæso num hoc parum videtur, nulla necessitate compulsum, suam ipsius vitam prodere, & in eorum vtilitatem à quibus nihil vnquã acceperat beneficij in medios hostes irruere? An non par erat, hunc post tale facinus ornare titulo domini columnis inscripto, & publicum ciuitatis seruatorem appellare? qui & regni decus, & ciuitatum fundamenta, & omnium vitam opitulante dei gratia seruarit? Quod esse poterat aliud beneficiũ hoc maius? Neque enim in gloriam aut potentiam, sed in ipsam ipsius vitam beneficiũ hoc contulit, & ab ipsis mortis portis reuocauit. Atque hoc beneficium peruenit ad

1.Reg.16.

Ibidem.

hominem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominem. Per illum deinde vicit rex, ac principatū obtinuit. Et posteà, quam illi reposuit gratiam? Nā si quis perpendat præclarè gestorum magnitudinem, etiam si rex à suo capite detractā coronam Dauid capiti imposuisset, nunquam parem retulisset gratiam, sed ampliorem debuisset. Hic enim & vitam & regnum illi donauit, ille verò huic regnum tantùm erat cessurus. Veruntamen consideremus relatam pro benefactis gratiam. Quę tandē erat illa? De cætero & ab illo die suspectum habuit Dauid, & ab illo metuit sibi. Quur & quā ob causam? Nam & suspicionis causa cōmemoranda est. Neq; enim protinus quicquid aliquis dixerit, idem dicet esse iustum. Quanquam erga eum qui animam impendit, vitam dedit, quę poterat esse iusta suspicionis causa? Sed tamen ipsam inimiciciæ causam inspiciamus, vt aliquid discatis, quod nec ipsa victoria sit inferius: quodq; Dauid sit honore dignus, ob ea ipsa propter quæ deinceps venit in suspicionem & insidiis appetitus est. Quæ igitur erat suspicionis causa? Posteaquam Barbari illius caput abstulit, & spolia gestans rediit: Exierunt, inquit, mulieres canētes ac dicentes: Percussit Saul in milibus suis, & Dauid in decem milibus suis. Et iratus est Saul, & suspectum habuit Dauid ab eo die ac deinceps. Cuius obsecro rei gratia? Etiam si hæc præter meritum fuissent dicta, ne sic quidē oportebat hostilem in Dauidem gerere animum. Sed posteaquā ex rebus gestis, illius erga se beneuolentiam habebat cōpertam, quippe qui nullo cogente aut compellente, suapte beneuolentia tantum subisset discriminis, non oportebat deinceps quicquam de illo suspicari mali. Nunc autem ecce etiam ipsa laus dabatur pro merito, & si fas est vera proloqui, in Saulis gratiam illa dicta sunt potius quàm in Dauidis. Debebat autem esse sua laude contentus, quòd illi tribuissent mille. Quur igitur indignatus est, quòd Dauidi tribuerint decem milia? Etenim si rex ad bellum finiendum vel paululum aliquid momenti contulisset, rectè tum dictum fuisset, Saul in milibus, Dauid in decem milibus. Quòd si ipse quidē pauidus ac tremens domi desedit, *in singulos dies mortem expectans, hic autem totum facinus peregit: an non absurdū erat eum, qui nihil ad depellenda pericula contulerat, ob id indignari* quòd hic plus laudis tulisset? Nam si indignandū erat, Dauidem potius conueniebat indignari, quòd quū solus totum gessisset, alterum haberet laudis participem. Sed horum nihil dico. Verùm illud dixerim: vt donemus non rectè fecisse mulieres, easq; fuisse crimini obnoxias & accusatione dignas: quid hæc ad Dauidem? Neq; enim ipse cōposuerat cantionem, neq; illas iusserat ea dicere quę dicebant, neq; adornarat illum laudationis modum. Proinde etiamsi indignandum erat, mulieribus oportuit indignari, nō publicitus de rep. benemerito, & infinitis digno coronis. At Saul omissis illis in Dauid ferebatur. Iam si ea laude sublatus ille beatus inuidisset rerum potienti, fuissetq; in illum contumax, & aspernatus fuisset eius imperium forsitan aliqua fuisset inuidendi causa. At si factus fuit humanior ac modestior mitiorq;, si in subditorum ordine se continuit: quæ tandem erat iusta dolendi causa? Siquidem quum is qui honore afficitur, attollitur aduersus eū à quo promotus est, nec desinit in illius cōtemptum honore abuti: habet dolor nōnullam excusationem. Cæterùm vbi persistit in honorando illum, aut potius magis obsequitur cedit q; in omnibus, quem posteà potest habere prętextum inuidiæ? Itaq; etiā si nihil aliud pręclarè gestum fuisset, ob hoc ipsum tamē magis erat diligendus, quòd

Ibid. 18.b

A quum tantam nactus esset occasionem occupādi regni, perstiterit in sua modestia. Neque enim quę prius gesta sunt tantùm, verùm nec ea quę cōsequuta sunt superioribus illis multò præclariora, sustulerunt illi animos. Quæ tandē illa? Erat, inquit, Dauid prudens in omnibus viis suis, & dominus omnipotens erat cum eo, vniuersusq; Israël & Iuda diligebat Dauid, quoniā ipse ingrediebatur, & egrediebatur ante cōspectum populi, & Melcho filia Saul & vniuersus Israël diligebat illū, & sapiebat supra omnes seruos Saul, & honorabatur nomē illius valde. Et Ionathas filius Saul diligebat Dauid vehementer. Veruntamen quum vniuersum populum ac regis familiam sibi conciliatam haberet, quum vbiq; in bellis vinceret, nec vsquā frustraretur successu, quumq; pro bene gestis rebus illis, talem gratiam reciperet: non erexit ceruicem, nec regnum affectauit, nec hostem vltus est, sed perseuerauit in benefaciendo & in bellis pro B rege fœliciter gerēdis. Quis est tam efferatus & crudelis, cui ista nō fuerint persuasura, vt inimiciciam deponeret, & inuidiā abiiceret? At crudelem illum & inhumanum nihil horum flexit, sed ad hæc omnia cæcus, & inuidiæ permittens animum, conatus est illum é medio tollere: & quid obsecro facientem (nam id maius est, ac stupendum) canentem cithara & ipsius insaniā sedantem. Dauid, inquit, psallebat manu sua quotidie, & hasta *1.Reg.19.b* in manu Saul: ac sustulit Saul lanceam dixitq;, infigam in Dauid, & fixit in parietem: & declinauit Dauid à facie eius bis. Agē, potest ne huic maliciæ quicquam adiungi? Qui nuper hostes abegerat, per quem ciuitas sibi fuerat reddita, cunctis pro victoria victimas immolantibus: Saul bene meritū & seruatorem, ac bonorum illorū authorem conatus est interficere, idq; psallentem: C ac ne beneficiorum quidem memoria furentem illum ac delirantem coercuit, sed iterum atq; iterum torsit in illum lanceam, cupiens occīdere. Et huiusmodi mercedem illi pro suspectis periculis reposuit. Idq; fecit non vno die, sed sæpius. At sanctus ille post hæc omnia perseuerauit curare regis negocia, proq; salute illius suscipere pericula, & in acie stare in pręlijs omnibus, suòque periculo seruare trucidatorem suum: deniq; nec dictis nec factis contristauit immitem illam bestiam, sed concessit in omnibus, dictoq; audiens fuit. Cumq; victoriæ præmium non accepisset, sed omnium illorum periculorum mercede fraudatus esset, ne verbo quidē expostulauit vnquam, non cum militibus, non cum rege, propterea quòd hæc non gessisset spe mercedis, cœlitus expectans retributionem. Nec id solùm est admiratione dignum, quòd non popposcit præmium, sed q etiam quum daretur, ob eximiam animi modestiā recusauit. D Siquidem posteaquā Saul, omnia molitus, & omnibus tentatis, non potuit illum interficere. cōsuit illi dolum per nuptias, ac nouam quandam dotis ac dotalium formam commentus est. Non enim cupit, inquit, rex dotem, sed vt centum præputia exoluat ab hostibus regis. Quod sentit, tale est: Occīde mihi, inquit, centum viros, atque hoc erit mihi dotis vice. Hæc autem dicebat, cupiens illum obtentu cōiugij hostibus obiicere. Nihilo secius Dauid pro sua modestia res æstimans, recusauit cōiugium, non deterritus periculis aut hostium metu, sed quòd existimaret sese indignum affinitate regia. Atque his verbis respondit ad seruos illius: An leue est *1.Reg.18.f* in oculis vestris me facere generū regis, quum ego sim vir humilis & inhonoratus? Atqui debebatur hoc honoris, vt merces ac pensatio laborum. Verùm vsq; adeò cor habebat cōtritum, vt post tot res cum laude gestas,

post

Universidad de Deusto
Biblioteca

post adeò splendidam victoriam, post expressam promissionem, indignum se iudicaret, qui debitam recipere mercedem, idque quum denuò esset se periculis obiecturus. Posteaquam autem hostes deuicerat, ac filiam regis acceperat, rursus psallebat Dauid, & quærebat Saul eum lancea percutere: Dauid autem declinauit, & hasta impacta est parieti. Quem non ista vel exactè philosophiæ gnarum animiq; moderatissimi ad iracundiã excitassent? Quem, vt nihil aliud, certè quo familiæ suæ incolumitatem prouidentia tueretur, non perpulissent ad occidendũ prẽter meritum insidias molientem? Neque iam res intra metum constiterat. Etiamsi constitisset, sic quoq; vindictæ modũ à lege prẽscriptũ mansuetudine superasset. Nam illa oculũ pro oculo iussit effo-
Exod.21.c dere. Saul autẽ occidebat etiã, vt Dauid pro tribus homicidiis, vnum fuerit exacturus, pro tribus inquam homicidiis, nulla probabili de causa tentatis. Nihil tamen horum tentauit Dauid, sed potius habuit fugere, & à patriis ẽdibus exulare, atque erronem profugumq; agere, & in calamitate sibi necessariũ parare victum, quàm regi cædis occasionem dare. Nec enim eò spectabat, vt seipsum vlciscereturr, sed vt illum ab eo malo liberaret. Hãc ob causam ab oculis inimici subduxit sese, vt subsidere faceret vomicam, contraherétq; tumorẽ vlceris, & inuidiam mitigaret. Satius est, inquit, me miserum esse, innumeràque pati acerba, quàm hunc apud deum de innocentis cæde condemnari. Hæc non audiamus tantùm, verum etiam imitemur, nihil non tum faciamus, tum patiamur, vt inimici simultatem erga nos deponant, nec illud inquiramus, vtrum meritò, an immeritò maleuolum animum erga nos gerant: sed hoc modo spectemus, quî fieri possit, vt nobis inimici esse desinant. Siquidem hoc spectat medicus, vt morbo liberet ægrotum, non vtrum meritò an immeritò sibi morbum cõtraxerit. Tu quoq; igitur medicus esto ei qui te læsit, vnum hoc quære, quo pacto illi morbum adimas. Id quod fecit hic beatus, egestatem præ diuitiis, solitudinem præ patria, labores periculáque præ deliciis ac securitate, perpetuum exilium præ terrarum orbe elegit, vt Saulem ab illo in ipsum odio maleuolentiaq; liberaret. At ne sic quidem melior factus est Saul, sed persequebatur, sed vbiq; circumibat quærens eum, qui non solùm nihil læserat, sed quũ esset læsus, tum maxima tum innumerabilia pro iniuriis bona rependerat. Ac Saul
1.Reg.24.a imprudens post incidit in retia Dauidis. Erat enim, inquit, ibi spelunca, & ingressus est Saul vt exoneraret aluum. Dauid autẽ cum comitibus suis in interiore speluncæ parte sedebat. Dixeruntq; viri Dauid ad illum, Ecce dies de quo dixit dominus, Tradam inimicum tuum in manus tuas, faciẽsque illi quod placitum erit in oculis tuis. Et surrexit Dauid, sustulitq; laciniam chlamydis Saulis clanculũ. Et post hæc percussit Dauidem cor ipsius, quòd abstulisset laciniam chlamydis, dixitq; Dauid ad viros suos: Auertat à me dominus, ne faciam verbum hoc domino meo, Christo domini, mittámq; manum meam in illum, quoniam Christus domini est. Vidisti tensa retia, vidisti venatum insidiantem, vidisti venatorem erectum, vidisti omnes adhortantes, vt ensem in hostis pectus immergeret? Nũc mihi specta philosophicã animi moderationem, specta luctam, victoriam, coronam. Nam spelunca illa cãpus erat, in eo lucta quædam admirabilis dictúq; incredibilis facta est. Luctatus est Dauid, pugilem egit iracũdia. Saul positus erat certaminis materia, Agonotheres erat deus. Quin potius, nõ ipsi modò aduersus seipsum, propriámq; cupiditatem erat prælių, sed & aduersus milites qui aderant. Etenim si voluisset animo moderari, ac parcere ei qui læserat, consentaneum erat, vt & illos metueret, ne fortè ipsum contrucidarent in speluncа, tanquam qui illorum salutem prodidisset, exitiúmq; attulisset, ac publicum ipsorũ hostem seruasset. Probabile enim est illorum vnũquenq; dolore percitum, hæc suo cum animo dicturos fuisse: Errones exulésque facti sumus, domo, patria, cæterisque omnibus excussi, omniúmq; difficultatũ tuarum consortes sumus. Et tu eum qui horum malorum tibi est author, in manus tuas traditum cogitas dimittere, ne nobis vnquam liceat ab his calamitatibus respirare, ac proditis amicis hostem seruare studes? Et quo pacto ista sunt æqua? Nam si tuã ipsius salutem negligis, nostræ certè vitæ parcas. Non tibi dolent anteacta, neq; memor es eorum quę ab illo perpessus es mala: certè ob ea quę futura sunt tolle hostem, ne maiora & acerbiora perpetiamur mala. Hæc vt verbis non sint proloquuti, tamen animo secum voluebant, quum ista, tum istis etiam alia maiora. Verùm nihil horum iustus ille apud se perpendebat, vnum illud spectans, quo modo possit redimiri tolerãtiæ corona, ac nouam quãdam admirabilémq; philosophiam philosophari. Neq; enim perinde mirum erat, si quum esset solus & absque comitibus pepercisset illi à quo fuerat læsus, atque nunc est quòd hoc idem aliis præsentibus fecit, eo quòd militum illorum præsentia geminum adferat obstaculum iræ moderãdæ. Nobis ipsis frequenter euenit, vt quum statuerimus vindictam remittere, & commissa condonare, post vbi viderimus aliquos nos irritãtes: & ad vltionem concitantes, mutemus sententiam, & illorũ dictis obtemperemus. Verùm hoc non accidit huic beato, sed etiam post illorum consilium & exhortationem, perseuerauit in animi sui decreto, At ne hoc quidẽ tantum est admiratione dignũ, quòd nec aliorum admonitu dimotus est à proposito, quòdq; non est illos veritus, sed quòd perfecit, vt & illi eandem animi moderationem sumerent. Magnum quidem, si quis suis cupiditatibus imperet: sed multò maius est & aliis persuadere posse, vt & ipsi mentem eandẽ sumant cum ipso: aliis, inquam, qui nec modesti sunt homines, neq; temperantes, sed milites, qui multis difficultatibus iam in desperationẽ erant adducti, à quibus paululum respirare cupiebant, haud ignari non modò totam malorum dissolutionem in hostis nece sitam esse, verumetiam plurimorum bonorum acquisitionem, quando nihil obstabat quo minus illo trucidato protinus regnũ transiret ad Dauidem. Attamen quum essent tam multæ res quæ milites irritabant, tantũ valuit ille generosus, vt satellites his omnibus fuerint superiores, hostique parcerent. Operæprecium verò est, etiam ipsorum militum audire cõsultationem, eo quòd exhortationis versuta malicia, illustrat iusti mentem solidam & incõcussam. Non enim ita loquuti sunt: Ecce qui multa in te molitus est mala, qui necem tuam cõcupiuit, qui nos immedicabilibus vallauit difficultatibus: Sed vbi perspexerũt quòd hęc omnia negligeret Dauid, nec magnam haberet rationem in se cõmissorum, allegant illi diuinam authoritatem, deus inquientes illum tradidit, quò videlicet iudicium à deo profectum reueritus, promptius iret ad homicidiũ. Non enim inquiunt, tuam ipsius vicem vlcisceris, deo subseruis, ac minister es, illius sententiam cõprobas. Sed quò magis hæc illi dicebãt, eò magis hic pepercit hosti. Intelligebat enim q; deus ideo tradiderat eum, vt ipsi maiores occasiones probandæ virtutis suppeditaret.

Universidad de Deusto

suppeditaret. Proinde tu quoque si quando hostis tuus A
inciderit in manus tuas, caue putes esse datam vlciscẽdi opportunitatem, sed seruandi hostis oblatam occasionem. Eoque tum maximè parcendum est inimicis, quum illi fortè venerũt in potestatem nostram. At hic fortasse dixerit aliquis: Et quid magni, aut quid miri, parcere ei quem habes in tua potestate? Cõplures enim & alij reges ad principatum euecti, sese indignum iudicarunt in tanto regni fastigio ab iis pœnas exigere, à quibus olim fuerãt offensi. Nam ipsa potentiæ sublimitas causam adfert recõciliationis. Verùm in hoc negocio tale nihil possis dicere. Neq; enim Dauid ad principatum euectus, neque regnum adeptus, ac Saulem in manibus habẽs ita demum illi pepercit, ne quis causari posset regni magnitudine dilutam fuisse iram: sed quũ sciret fore, vt ille seruatus rursus ad eadem rediret, & ipse in grauiora pericula conijceretur, ne sic quidẽ occidit. Profectò hunc cum illis ne conferendum quidẽ duxerimus. Siquidem illi quoniam habent certum tu- B
tumque pignus futuræ deinceps securitatis, meritò parcunt. Hic verò quum sciret se hostem in suã ipsius perniciem amittere, ac salutem dare inimico, haud tamen illum occidit, idque quum haberet multa ad eam cædem impellentia. Etenim solitudo regis ob absentiam eorum qui possent Sauli esse auxilio, dein exhortatio militum, præterea anteactorum memoria ac futurorũ metus: Ad hæc quòd si interfeciſſet inimicum, non posset damnari cædis, quódque post cædem peractam liceret ipsi violare legem: Hæc, inquam, cúmque his alia plura vrgebant compellebántque gladium in illum stringere. Ast horum incitamentorum nulli cessit, sed adamantis inuicti more perstitit, philosophiæ moderationísque legem seruãs. Cæterum ne dicas illum nihil C
eorum sensisse affectuum quales nos illi per coniecturam tribuimus, sed id quod accidit non fuisse philosophiam sed stuporem: considera, quàm vehementer exasperatus sibi temperarit. Siquidẽ quòd iracundiæ fluctus in animo illius intumuerint, multáque cogitationum iactatio cõcitata fuerit, sed eam tempestatem refrenarit timore dei, animósque repressérit, ex iis quæ facta sunt perspicere licet. Surrexit, inquit, & abstulit orã chlamydis Saulis clanculum. Vides quanta iræ tempestas coorta fuerit? At non processit vlterius, neq; fecit naufragium, eo quòd gubernatrix illico sentiens periculum, videlicet pia ratio, tempestatem vertit in tranquillitatem. Percussit enim, inquit, Dauidẽ cor ipsius, ac velut equum subsilientem ac ferociẽtem, reuocauit iram. Huiusmodi sunt sanctorum animæ, priusquam
concidant, resurgunt: priusquam ad peccatum perue- D
niant, refrenantur, eo quòd sobriæ sint, semperque vigilent. Et tamen quantulum erat interuallũ inter corpus & chlamydem? At tamen ille seipsum cohibuit, ne
1. Reg. 24. b progrederetur vlterius. Quin insuper & ob hoc ipsum grauiter seipsum condemnauit. Percussit enim, inquit, illum cor ipsius, quòd abstulisset extremũ chlamydis, dixitque ad viros: Nequaquã hoc mihi sit à domino. propicius inquit, sit mihi, si hoc voluissem. Ne cõcedat vnquam vt hoc faciam deus, neque permittat me ad tantum deuenire scelus. Quoniã videbat hanc philosophiam superare penè naturam humanã, cœlestique opus habere momento, seq; popemodum collabefactũ ad cædẽ, precatur vt dominus conseruet illi manũ impollutã. Quid tandem hoc animo possit esse miti? An hunc posthac dicemus hominẽ qui in natura humana vitam præstitit angelicam? Verùm id non passurę sunt

diuinæ leges. Quis enim obsecro, te facilè sustineat à deo eiusmodi petitionẽ petere? Quid dixi, huiusmodi? Quis sustineret, non precari aduersus eũ qui molestus fuisset? Quis hoc, quæso, facilè perferret? Nam plerique mortales eo feritatis abrepti sunt, vt quũ sint adeo imbecilles, vt non queãt eũ à quo lacessiti sunt vllo incõmodo afficere, deũ ad vltionem inuocent, obsecrantes vt ipsis donet iis à quibus læsi sunt manus iniicere. Hic verò illis omnibus velut ex diametro contraria precãdo, rogat ne permittat vt manus iniiciat, loquẽs hũc in modum: Ne mihi hoc accidat, ô domine, vt initiciã manum meam in illũ, perinde quasi de filio ita de hoste loquitur, quasi de prole germana. Neq; pepercit tantùm, verùm & excusationẽ pro eo cõponit. Vide verò quã prudenter quámq; sapienter. Siquidẽ quum vitã Saulis perscrutans nihil inuenisset boni, vt dicere possit, non sum ab illo læsus, nec vllo affectus incõmodo: (protinus enim his reclamaturi erant milites qui aderant, regisq; maliciam experimento cognouerãt) alia ex parte circumibat studẽs probabilem inuenire excusationẽ. Id quũ non posset, nec ab illius vita, nec à factis, ad dignitatem illius confugit, dicens: Quoniam Christus domini est. Quid ais, inquiunt? quòd sceleſtus, quòd sceleribus opertus, ac vitiis innumerabilibus refertus, & in nos extrema cogitans? Non. Sed rex est, sed princeps, sed præsidentiam in nos suscepit. Neque tamen dixit, rex est, sed Christus domini est, non ab humano honore, sed à cœlesti iudicio sumpto honorifico testimonio. Contemnis, inquit, conseruum tuum, reuerere dominum. Aspernaris electũ, metue eũ qui elegit. Etenim si vulgares istos principes ab imperatore designatos, etiam si sint improbi, si fures, si prędones, si iniusti, si deniq; quodcunq; aliud fuerint: timemus cum horrore, non propter maliciam despicientes eos, sed propter dignitatem illius à quo electi sunt, reuerentes: multò amplius id facere cõuenit, in his quos elegit deus. Nõdum, inquit, deus abdicauit illum principatu, nõdum fecit eum ex rege priuatum. Itaq; ne inuertamus ordinem, neque rebellemus deo, Apostolicum illud dictum factis præstantes: Quoniam quisquis resistit potestati, dei ordinationi resistit. Quicunq; autẽ resistunt, sibi ipsis accipient damnationem. Non solum appellauit illum, Christum: hoc est, vnctum & regem, verumetiam suum dominũ vocat. Non est profectò mediocris philosophiæ, hostem honoris & obsequij vocabulis appellare. Atq; id rursus quàm sit magnũ, ex his quæ cæteris accidunt, queat aliquis perspicere. Plerique siquidem inimicos suos ne nudis quidem ac simplicib⁹ nominibus appellare sustinẽt, sed aliis vocabulis accusationẽ habentibus eos nominant: puto illum impiũ, illum insanum, illum mẽte captum, illum delirum, illum pestilentem: aliaq; multa contexũt, hisq; notis designant hostẽ. Id esse verum, exemplo non eminus petito, sed è proximo sumpto docebo: nimirũ ab hoc ipso Saũle, qui iustũ hunc ob vehemens odium nõ sustinuit proprio vocare nomine, sed quum aliquãdo festũ quoddã celebraretur, requirens eũ dicebat, vbi est filius Iesse? Sic autem appellauit eũ, partim odio proprij nominis, partim genitoris humilitatẽ notans, sperans fore, vt hoc pacto iusti fama contaminaretur, haud intelligens hominem nobilẽ illustremq; reddi solere nõ progenitorum claritate, sed animi virtute. At non itidem fecit beatus Dauid. Neq; enim patris cognomẽto vocauit illum, quanquàm is quoq; fuit admodũ humilis & contẽptus: neq; nudo simplicíq; nomine designauit, sed

1. Reg. 20. c

Rom. 13. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit,sed dignitatis & principatus titulo. Vsq; adeò purũ ab omni maleuolentia gerebat animum. Proinde tu quoque charissime,hũc imitans, illud in primis discito,ne vnquàm inimicum famosis nominibus, sed honorificis potius appelles. Etenim si os assueuerit eũ qui læsit,honoris obsequiiq; nominibus appellare, & animus hæc audiens à lingua doctus,non refugiet cũ illo redire in gratiam. Nam ipsa verba remediũ erunt optimum vlceris in corde tumescẽtis. Hæc nunc loquutus sum,non tantum vt laudemus Dauidem, sed vt æmulemur quoq;. Hanc igitur historiam in suo quisque corde sibi depingat,contemplatione veluti manu assiduè proponẽs oculis,speluncam illam, illam chlamydem, ipsum Saülem intus dormientem somnoq; perinde vt catena vinctum,eumq; qui grauissimè læserat dextræ subiectum,Dauid imminentẽ dormienti,præsentes milites & ad cædem adhortantes,beatum illum philosophantem:hoc est,& illorum animos, & suã ipsius iram cohibẽtem,eumq; qui tam multa peccauerat excusantem ac defendentem. Hæc, inquam, nõ solum in animo depingamus,verumetiam in consessibus inter nos assiduè loquamur:has apud vxorem, has apud liberos frequenter renouemus narrationes. Etenim siue de rege loqui voles, ecce rex: siue de militibus, siue de re familiari,siue de publicis ciuilibusq; negociis,videbis in scripturis horum omnium magnã copiã. Huiusmodi commemorationes maximam adferũt vtilitatem. Impossibile est enim,impossibile,inquã,est,animum in hoc genus historiis versantem,à cupiditatibus superari. Ergo ne tempus inutiliter cõsumamus, nève vitam nostram frustra teramus, in nugis ineptis ac superuacaneis,sed fortium virorum discamus res gestas. De his assiduè disseram⁹. Quòd si quis voluerit, aut de spectaculis aut de cursu equorum,aut alioqui de rebus nihil ad te pertinentibus verba facere: ab illa materia fac eum reuoces, & in huiusmodi narrationẽ inducas, quò simul & purgatis animis,& voluptate quæ periculo careat delectati, deniq; ipsi mites ac placabiles erga cunctos malè de nobis meritos facti,ex hac vita migremus,& in futuro seculo nullum habẽtes inimicũ bonis etiam æternis perfruamur, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi,cui gloria in omne æuum,Amen.

Magnum esse bonum,non tantum exercere virtutem, verumetiam laudare, quodq; Dauid magnificentius trophæum erexerit, parcendo Sauli, quàm prostrato Goliæh: quòdque hæc faciens magis profuerit sibi quàm Sauli, déque excusatione ipsius apud Saulem.

D. Erasmo interprete.

VOS quidem hesterno die laudastis Dauidem ob malorum tolerantiam,ego vicissim admirabar vestram erga Dauidem beneuolẽtiam ac charitatis affectum. Non enim oportet expetere modò & æmulari virtutem, verumetiã eos qui virtutem amplectuntur laudibus vehere, & admirandos prædicare, nobis fructũ aliquem eumq; haud vulgarem adfert. Quemadmodũ ex aduerso prauitatem non æmulari tantùm,verumetiã in ea viuentes laudare,suppliciũ haud mediocre nobis conciliat: & si fas est quiddam nouum & admirandũ dicere,grauius supplicium quàm manet illos ipsos qui malè viuũt. Id declarans Paulus posteaquàm omnem maliciæ speciem enumerarat, accusassetq; omnes qui leges dei conculcant, de illis ipsis mox subiicit: Qui quũ dei iusticiã nossent, quòd qui talia faciunt,digni sunt morte,non solùm ea *Roman.1.d* faciunt,sed & comprobant illa facientes: demonstrans hoc esse grauius illo. Nam collaudare insuper delinquentes,quòd ad supplicij pertinet æstimationẽ,longè plus est quàm delinquere. Idq; iure optimo, propterea quòd hoc suffragiũ proficiscatur ab animo planè corrupto,& insanabili morbo laborante. Siquidem is qui dum peccat,condemnat interim peccatum suum, poterit aliquando temporis progressu ad se redire: exterùm qui laudat maliciã, is seipsum priuauit curatione quàm adfert pœnitentia. Proinde meritò Paulus pronunciauit hoc illo esse grauius. Itaque sicuti qui praua non tantùm faciunt, verumetiam tales collaudant ac prædicant, eandem aut etiam grauiorem pœnam sortiuntur: ita qui bonos laudibus vehunt ac suspiciũt,coronarum illis repositarũ fiunt participes. Quod ipsum ita esse,è scriptura licet perspicere, De⁹ enim ita loqui- *Genes.12.* tur Abrahæ: Benedicẽtibus tibi benedicam, & maledicẽtibus tibi maledicam. Idem in Olympiacis certaminibus accidere videbit aliquis. Neque enim athleta tãtùm coronam gestans,quiq; laborem ac sudorem pertulit modò,verùm & is qui admiratur victorem, non minimam laudis illius ac voluptatis partem decerpit. Quapropter & ego non solùm generosum illũ ac magnanimum ob animi moderationem effero beatúmq; prædico, verum & vos ob beneuolum erga illum animum. Ille quidẽ certauit ac vicit,coronamq; tulit: vos autem quia victoriam collaudastis,non mediocrẽ coronę laudisque partem vobis tulistis. Vt igitur vberior sit vobis ista voluptas,ac fructus abundãtior, agedum reliquas quoq; huius historiæ partes vobis persoluam⁹. Quum historiæ scriptor commemorasset verba, quib⁹ *1.Reg.24.* Dauid abhorruit à cæde, subiecit: Non permisit illis vt surgerent & occîderent Saul: simul & illorum animos ad cædem promptos,& huius fortitudinẽ demonstrare volens. At isti sanè qui videntur per philosophiã habere moderatos affectus,etiam si ipsi in se non recipiũt homicidium,nolunt tamen alios occîdere parãtes cohibere. At nõ ita Dauid, sed perinde ac si depositum ac pignus aliquod suæ fidei concreditum accepisset, pro quo rationem foret redditurus,ita non tantùm ipse nõ attigit inimicum,verumetiam alios occîdere volentes coërcuit, fatelles optimus & corporis custos pro hoste factus. Itaque nequaquã aberrarit à vero qui dicat,Dauidem id temporis in grauius incidisse discrimen,quã ipsum Saulem. Neque enim leue certamẽ periculumq; sustinebat, dum omnibus modis conatur illum ab insidiis eripere,quas ei parabant milites: neq; perinde metuebat,quum ipse esset occidendus,ac formidabat, ne quis militum iræ obsequens perderet hominẽ: cámque ob causam eiusmodi commẽtus est excusationem. Atque illi quidem accusãbant,accusabatur autẽ Saul dormiens,sed defendit inimicus,Deus verò iudex erat, ac Dauidis sentẽtiam confirmauit. Neq; enim absque dei præsidio valuisset illos furentes deuincere: sed hęc erat dei gratia,in prophetæ labiis residens,quæ veluti suadelam quandam addebat illius verbis. Tametsi non leue momentum & Dauid huc attulit,qui quoniã illos superiore tempore sic instituerat,idcirco in articulo certaminis paratos illos ac morigeros reperit. Præfuerat enim illis non vt belli dux militibus,sed vt sacerdos,iãque spelunca illa erat ecclesia. Neque enim aliter atq; aliquis episcopi sortitus munus, ad illos cõcionem habebat: ac peracta hac concione sacrificium obtulit,idq; admirabile quoddam dictuq; incredibile: haud quidẽ mactato vitulo,aut occiso agno,sed quod his erat multò hono-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tò honorificentius, mansuetudinem & humanitatem A offerēs deo, atq; irrationabili animi motu mactato, occisaq; iracundia, videlicet mortificatis membris quæ sunt super terrā. Et factus est idem, tum victima, tum sacrificus, tum altare. Siquidem & ratio quæ offerebat mansuetudinem atq; humanitatem, & ipsa humanitas ac mansuetudo, deniq; cor in quo hæc offerebātur omnia erant eiusdē hominis. Post eaquàm igitur hanc immolasset preclarani victimam, posteaquàm victoriam tulit, neq; quicquam prætermisit quod ad trophæū faciebat, surrexit tandem horum certaminum materia
1.Reg.24.b Saül, & egressus est è spelunca ignarus omniū quæ gesta fuerant. Egressus est autem post illum & Dauid. liberis deinceps oculis cœlum intuens, ac tum temporis
Ibidē.27.g magis exultans, quàm quum Goliath deiecisset, ac Barbari caput amputasset. Siquidē hæc illa magnificentior erat victoria, hæc magnificentiora spolia, hæc præda B illustrior, hoc glorioſius trophæum. Siquidem illic & funda & lapidibus & acie habebat opus. Hic verò cuncta prudentia rationeq; peracta sunt, ac sine armis contigit victoria, atq; incruentum trophęum erectum est. Itaq; rediit, non Barbari illius caput gestans, sed animi commotionem mortificatam, sed iram eneruatā. Neq; hæc spolia reposuit Hierosolymæ, sed in cœlo inq; superna illa ciuitate. Nunc haudquaquā in choris obuiā veniebant fœminæ excipiētes illum cum laudibus: sed angelicus populus è sublimi applaudebat, admirans eius philosophiam & humanitatem. Ascendit enim hoste vulneribus innumeris sauciato, vt qui tametsi seruasset Saülem, tamen illum reuera hostem diabolum multis plagis confixit. Quemadmodū enim nobis per iracundiam inter nos pugnātibus, & mutuo conflictu collisis, ille tum gaudet, tum floret: ita nobis pacē habē C tibus & concordibus, iraq; moderantibus, rursus contrahitur ac deiicitur, nimirum hostis pacis & inimicus concordię, & inuidiæ pater. Egressus est igitur Dauid, dextram illam totius orbis precio parē, simul cum capite coronatā gestans. Quemadmodum enim sępenumero fit, vt imperatores eorum qui egregiè sese in pugilum certamine, aut in reliquis certādi generibus gesserunt, ante caput coronent dextram: ita & deus manū illam coronauit, quæ gladium purū potuerit educere, ensemq; deo nullo sanguine contaminatum ostēdere, deniq; aduersus tantam iracundię procellam resistere. Non egressus est gestans Saülis diadema, sed egressus est gestans coronam iusticiæ. Non egressus est gestans regis purpuream vestē, sed egressus est amictus humanitate, naturam humanam superāte, quod pallium est quauis stola magnificētius. Egressus est è spelunca, tan- D ta cum gloria, cū quanta tres pueri egressi sunt è cami-
Danic.3.f.g no ardēte. Nam quemadmodū illos non exussit ignis, ita hic non conflagrauit iræ incendio. Et illis quidem foris nihil ignis in quo versabant nocuit, hic verò quū intus haberet carbones accensos, quū foris videret diabolum caminum incēdentē, idq; variis modis, ab inimici cōspectu, ab exhortatione militū, à facilitate perficiendi eædem, à solitudine eorū, qui Saüli possent auxiliari, à præteritorum memoria, à futurorū periculorum metu: siquidem hæc & sarmentis, & stipulis, ac cæteris omnibus quibus caminus ille Babylonius incēdebatur, lucidiorem excitabant flammam: tamen nō exarsit Dauid, neq; vllo pacto sic fuit affectus, quēadmodum consentaneum erat hominē affici tot modis irritatum: sed exiuit purus, & intuitus inimici faciem, hinc maximè sumpsit animū fortem ac philosophicū. Cum

enim videret illum manere immobilem, neq; quicquā posse facere, suo cum animo loquutus est Dauid. Vbi nunc ille furor? vbi illa malicia? vbi tot technæ, tot insidiæ? Abierūt omnia illa, perieruntq; exigui somni incursu. Iacet alligatus rex, quum nihil horum nos neq; cogitauerimus, neq; perfecerimus. Conspiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philosophabatur. Somnus enim nihil aliud est, quàm mors temporaria, & vnius diei interitus. Haud intempestiuum fuerit, si quis hīc meminerit etiam Danielis. Quē- *Danie. 14.c*
admodum enim ille ascendit è lacu superatis feris leonibus: itidem hic è specu prodit, aliis bestiis longè sæuioribus deuictis. Nam sicut iusto illi leones hinc atq; hinc assidebant, ita hunc omnibus leonibus efferatiores ac validiores animi motus inuaserunt, hinc indignatio de præteritis, hinc futurorum metus: verùm horum vtrumq; hic coërcuit, ora bestiis occludens, ipsis factis docens, nihil esse tutius quàm parcere inimico. Cōtrà nihil periculosius, quàm velle vlcisci ac vindictam sumere. Alter igitur qui statuerat inuadere, nudus & inermis, omnibusq; destitutus auxiliis, nō aliter quàm captiuus in manus inimici traditus iacebat: hic verò dum cedit, & vbique dat locum, dumq; ne iustè quidem vult manus inicere, sine machinis, sine armis, sine equitatu, sine militibus, hostem in potestatem suā accepit, & quod est omnium maximum, deum erga se beneuolentiorem reddidit. Non enim eò beatum prędico sanctum illum, quòd hostem viderit sub pedibus suis iacentem, sed quòd illi in manus dato pepercerit: quorum alterum fuit opus diuinæ potentię, alterū Dauidicæ philosophiæ. Quo modo milites deinceps illū obseruasse consentaneum est, quanta erga illum beneuolentia fuisse affectos? Nam si mille habuissent vitas, an nō promptè impendissent pro suo duce iam ex reuerentia quam hosti præstitit reipsa perspectum habētes, quàm beneuolum animum gereret erga suos? Cæterum qui mitis ac māsuetus est in eos à quibus molestia affectus est, multò magis erit erga beneuolos eum affectum gesturus: quę profectò res fuit illi maximū securitatis pignus. At nō in ipsum modò beneuolentiores erant, verumetiā aduersus hostes prōptiores: quòd scirent se deū habere propugnatorē, qui semper adesset duci, omnes illius actiones prosperās. Idcirco posteà Dauid, non iam vt homini, sed vt angelo parebant. Itaque Dauid & priusquàm deus ipsi mercedem repēderet, etiā in hac vita maius accepit præmium, ac illustriorem tulit victoriam seruato Saüle, quàm si eū mactasset. Quod enim tanti precij lucri faceret præmium occiso hoste, quantū nunc tulit, illi parcendo? Hęc igitur & tu tecū expēde, vbi ceperis eum qui te læsit, multò esse maiº ac lucrosius parcere quàm perdere. Siquidem is qui occidit inimicū, frequenter & ipse sese condemnabit dum prauam gerit conscientiam, dumq; in singulos dies, & singulas horas, à peccato illo vrgente affligitur. At qui pepercit, breuiq; tēpore vicit affectus suos, pòst exultat ac delectatur optima spe fultus, ac tolerantiæ brabia expectans à deo. Quòd si quando in aliquod acerbum inciderit, multa cū fiducia præmium à deo reposcet: quemadmodū & hic magna miraq; in hostem exhibitæ reuerētiæ præmia deinceps diuinitus recepit. Sed quæ sequuntur videamus. Exiuit Dauid è spelunca, post Saülem, clamauitq; post illum ita dicēs: *1.Reg.24.b*
Domine mi rex. Et respexit Saül post tergū suū, & vidit Dauid in facie prostratum in terrā, & adorauit eū. Hęc non minus adferunt ornamēti Dauidi, quàm ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uatus hostis. Neq; enim vulgaris erat animi, non inflari beneficiis in proximum collatis, perinde vt mancipia supercilijs adductis despiciẽdo quos beneficio iuuarint. At nõ ita beatus Dauid, quin potius, post impẽsa beneficia, pleniore mẽsura effudit beneficentiã. Nihil autem eorum quæ præclarè gesta fuerant suæ ipsius industrię ferebat acceptum, sed totum diuino muneri adscribebat. Eoq; qui seruarat, idem adorabat seruatũ: rursumq; regem nominat, videlicet ob illius dignitatẽ animi tumorem reprimens, iramq; mitigãs, & inuidiã submouens. Audiamus porrò & excusationem ipsam.

Ibidem. Quur audis verba populi dicẽtiũ tibi, ecce Dauid quęrit animam tuam? Et tamen qui hãc conscripsit historiam prius dixit quòd totus populus esset cum Dauid,

1.Reg.18.b quòdq; gratiosus esset in oculis seruorũ regis, & quòd principis filius vniuersusq; exercitus animo starent à Dauide. Quo pacto igitur hîc ait fuisse qui deferrẽt ipsum, ac Saülem in eum prouocarent? quum non aliorũ instinctu, sed ipse ex propria mente maliciam hãc peperisset, vt bellum gereret cũ iusto: idq; declarauit qui

Ibidem. volumẽ conscripsit, quum ait, è laudibus Dauidis natã esse inuidiã, quòdq; progrediens creuisset indies. Quã igitur ob causam, crimen trãstulit in alios, dicẽs: Quur audis verba populi tui, dicentiũ, ecce Dauid quęrit animam tuam? nisi vt illi præbeat occasionem excutiendi maliciam. Hoc nimirũ & parẽtes sæpenumero faciunt erga filios, dum quispiã corripiẽs filium suum corruptum, multaq; operatũ mala, quanuis sibi persuasum habeat, illum ex propria malicia ad perditos mores exorbitasse, frequenter tamen in alios culpam reiicit, ita loquens: Noui non fuisse tuum delictum, sed alij te corruperunt ac seduxerũt. Illorum est totum hoc peccatũ. Nam hæc audiẽs filius poterat paulatim à malicia resipiscẽs facilius ad bonam frugem reuerti, dum pudefit erubescitq;, hac laude videri indignũ. Idẽ fecit Paulus scribẽs Galatis. Post multos illos ac prolixos sermones, postq; non commemorãdas accusationes, quibus illos accusarat sub epistolę finẽ, volens ab illis amouere culpam, vt aliquantulum à criminibus recreati ad excusa-

Gala.5.b tionem venire queant, hunc in modum loquitur: Ego confido de vobis, quòd nihil aliud sentietis. Cæterum qui vos perturbat, feret iudiciũ quisquis ille fuerit. Iti-

1.Reg.24.b dem fecit & Dauid hîc: cùm enim ait, Quur audis verba populi dicẽtis, ecce Dauid quęrit animam tuam: indicat, alios esse qui prouocarẽt, alios qui animum illius inficerent, modis omnibus studẽs illi porrigere excu-

Ibidem. sationis occasionẽ. Mox suã ipsius causam agens ait: Et ecce viderũt oculi tui hodie, quòd tradiderit te dominus in manus meas in spelũca, quòdq; noluerim occidere te, sed pepercerim tibi, dixerimq;: Non iniiciã manum meam in dominum meum, quoniã Christus domini est. Illi quidem, inquit, verbis calumniãtur, at ego re ipsa me purgo, ipsisq; factis depello crimẽ. Mihi nihil opus est verbis, quũ ipse rerũ exitus quãuis oratione clarius possit te docere. Qui porrò illi, & quis ego? & quo modo facta est aduersum me mẽdax delatio, & calumnia: Harum rerũ non alium, sed temetipsum testem inuoco, teipsum inquã, qui meo beneficio seruatus es. Sed quo modo potuit Saül harum rerum esse testis, qui quum hæc fierent dormiebat, ac neq; verba audiuit, neq; Dauidem vidit tum præsentẽ, neq; cũ militibus colloquentem? Quo modo igitur vt euidẽs esset declaratio, ad testimoniũ citat eos, qui id temporis cũ ipso fuerant: Nam Saül suspectum habuisset eorum testimonium, eosq; iusto gratificantes ea loqui putasset.

A Quòd si ratiocinationibus ac probabilibus argumẽtis tentasset excusare sese: futurum erat, vt minus ipsi crederetur, quippe iam corrupto iudicis animo. Quo modo enim is qui tot beneficiis affectus nihilo secius bello persequebatur nihil commeritum, suspicari potuisset, quòd aliquis iniuria affectus, eum qui fecerat iniuriam nactus in manus, pepercisset? Plerunq; enim vulgus hominum ex suo animo de aliis iudicat. Velut qui assiduè inebriatur, haud facilè credere posset esse quẽpiam hominem sobriè frugaliterq; viuentẽ. Qui scortis indulget, etiam pudicè viuentes habet pro incontinentibus. Rursus qui res rapit alienas, nõ facilè persuadebitur, esse homines qui sua quoq; profundant. Similiter & hic semel occupatus ira, haud quaquàm facilè credidisset esse hominem vsq; adeò suis affectibus superiorem, vt non modò nihil lęderet, verùm & eũ qui

B læserat seruaret. Quoniã igitur & animus iudicis erat corruptus, & testes si producti fuissent in suspicione erant futuri, consilio prudẽti reperit probationẽ quandam, quæ posset & vehementer impudentibus obturare os. Quæ nam est hæc? Lacinia chlamydis quã indu- *Ibidem.*
tus dicebat, ecce lacinia chlamydis tuæ in manu mea, quam abstuli, nec occidi te. Mutus quidem testis, sed omnibus vocem habentibus euidentior. Neq; enim si non fuissem, inquit, proximus, ac corpori tuo vicinus stetissem, potuissem chlamydis amputare partẽ. Vides quantum sit ortum boni ex eo quòd initiò commotus fuerat Dauid? Nisi enim ad iram cõmotus fuisset, neq; philosophiam hominis cognouissemus, sed plerisque quod accidit, stupor potius fuisset visus quàm clementia, neq; chlamydis partẽ amputasset. Quòd si non amputasset, non poterat aliis argumentis inimico fidẽ facere. Nunc verò, quoniam & commotus fuit, & amputauit, suæ prouidentiæ certissimum præbuit argumen-

C cere. Nunc verò, quoniam & commotus fuit, & amputauit, suæ prouidentiæ certissimum præbuit argumentum. Quoniam igitur hunc in modum verum & indubitabile testimonium exhibuit, ipsum mox inimicũ, & iudicem & testem facit suæ erga regem reuerentiæ, loquens hũc in modũ: Cognosce & vide hodie quòd non est in manu mea iniquitas, neq; contemptus tui, & alligas animam meam vt capias eam. Hinc vel maximè quis admirari debeat illius magnanimitatẽ, quòd non sumit excusationem nisi ab iis quæ eo die acciderant. Nam hoc innuit quum ait, Cognosce & vide ho- *1.Reg.24.c*
die. Nihil enim loquor de anteactis: Mihi ad probationem satis est hic dies: tametsi poterat multa magnãque enumerare beneficia, quæ prius in illum contulerat, si voluisset: poterat commemorare singulare certa-

D men, quod cũ Barbaro susceperat, ac dicere: Quũ bellum Barbaricum ceu diluuiũ quoddam vniuersam ciuitatem esset dissipaturum, cõsternatis vobis ac metu trepidis, quotidieq; mortẽ expectantibus, ego accedẽs adeò nemine cõpellente, vt tu quoq; prohiberes ac re- *1.Reg.17.d*
tineres dicens: nõ poteris ire, quoniam puer es, ille autem vir bellator à iuuetute sua: non me continui, sed vnus pro omnibus insilij, hostem excepi, caput amputaui, ac veluti torrentis impetum quendã, Barbarorũ illorum insultus depuli, rempublicã vacillantem constabiliui: ac per me tu quidem regnum ac vitam, cæteri verò omnes præter vitam, ciuitatem ac domos, liberos & vxores obtinẽt. Ac post illud rursus trophæũ, & alia bella quę fortiter ac fœliciter gesserat commemorare, hoc nõ inferiora. Ad hæc quòd quum semel atq; iterũ, immò sæpius tentasset ipsum è medio tollere, lanceãq; in caput illius torsisset: non tamen meminit malorum, neq; refricuit, quòd post illa gesta, quum Saül deberet

prioris

prioris pugnæ reddere præmia, popoſcit dotem, non aurum, non argentum, ſed cædem & exitium ipſius. Ac ne id quidem abnuit Dauid. Nec iſta tantùm, ſed his etiam multò tum plura tum maiora dicere poterat. Verum nihil horum dixit, neque ei erat animus illi exprobrare benefacta, ſed tãtùm perſuadere, ſe eſſe vnum ex eorum numero, qui ipſum & amarent & reuererẽtur, non qui rebellionem aut inſidias molirentur. Eoq; prætermiſsis illis omnibus, tantùm quod eo acciderat die, in excuſationem adduxit. Vſque adeò purus erat, & ab omni inani gloria immunis, nec alio reſpexit, quàm ad vnius dei volũtatem. Deinde ait, Iudicet dominus inter me & te. Hoc verbum dixit, non quòd cuperet puniri Saulem, aut de illo pœnas ſumi, ſed vt illi formidinem iniiceret, venturæ cõdemnationis commemoratione: neque vt timorem incuteret tantùm, verum vt ſeipſum à criminis ſuſpicione purgaret. Præcipuã quidem, inquit, probationem ex ipſis habeo factis: quòd ſi non credis, ipſum deum inuoco teſtem, qui & cuiuſq; mentis arcana nouit, & ſcrutari poteſt cõſcientias. Hęc autem loquutus eſt, declarans, quod nequaquàm auſus fuiſſet appellare iudicem illum cui non poteſt imponi, & in ſeſe cõdemnationem accerſere, niſi certiſsimum haberet, quòd ab omni inſidiarũ crimine purus eſſet, quódque ea quæ dicebat non eſſent coniecturæ, ſed ſimul & ſeſe purgare cupiẽs, & illum ad ſobrietatem reuocare *illius iudicij* fecit mentionem. Atque illa quidẽ quæ *iam* geſta fuerant, ſuffeciſſent ad innocẽtiæ declarationem: non minus autem his & illa quę poſtea acciderunt, huius rei fidem facere poſſunt. Nam quum rurſus Saul incidiſſet in manus ipſius, poſt datam ſalutem imminens illi, & occidere volens, quúmque poſſet hoſtem cum vniuerſo exercitu concidere, dimiſit illum integrum & incolumem: idq; quum ſciret morbum regis immedicabilem eſſe, neq; illum vnquam hoſtilem in ſe animum poſiturum, ſubmouit ſeſe ab oculis illius, & apud alienigenas ac Barbaros vitam agebat, ſeruitutem ſeruiens, honore priuatus, pudore ſuffuſus, labore ac miſeria ſibi ipſi parans ad victum neceſſaria. Atqui non hoc tantùm eſt quod miremur, ſed illud quoque, quòd poſteaquàm audierat regem in acie cecidiſſe, & diſcidit veſtimenta ſua, & cinere conſperſus eſt, & eo luctu luxit, quo quis lugeret amiſſo primogenito germanóque filio: ſubinde nomen illius inclamans, vna cum filij nomine compoſito etiam in defuncti laudem encomio: ac voces acerbi doloris teſtes emittẽs, impaſtus durauit vſque ad veſperam, execrans & ipſa loca, quæ Saulis ſanguinem exceperant. Mõtes, inquit, Gelboë, ne cadat ſuper vos neque ros neq; pluuia, montes mortis, quoniam illic ſublata ſunt tabernacula potentium. Quod ſæpenumero patres faciunt, vt domum etiam auerſentur, & limen dolenter aſpiciant per quod extulere filium: hoc & hic fecit, eos montes deuouens, qui cædem illam exceperant. Odi, inquit, ipſum etiam locum, propter mortuos illic proſtratos. Ne igitur irrigemini poſthac cœleſtibus pluuiis, quia ſemel irrigati eſtis amicorum meorum ſanguine, eaq; nomina ſubinde repetebat ita loquens Saul & Ionatha, amabiles ac ſpecioſi, qui vt in vita ſua non fuerãt diſiuncti, ita nec morte ſua ſeparati ſunt. Quoniam enim præſentia illorum corpora non licuit amplecti, nomina illorum cõiuncta complexus eſt ſuũ dolorem hiſce modis quatenus licuit leniens, & calamitatis magnitudinem mitigans. præterea quoniam vulgò malum putabatur inſanabile, ambos eodẽ cecidiſſe die, hoc ipſum arripuit in

ibid. 24. c.

2. Reg. 1. d

Ibidem.

consolationis argumentum. Nam quod ait, in vita ſua non fuerant diſiuncti, nec in morte ſunt ſeparati, verba ſunt nihil aliud agẽtis, quàm vt hoc cedat in ſolatiũ doloris. Iam enim inquit, non poteſt dici, quòd filius orphanum eſſe ſe lugeat, neque quòd pater orbitatem ſuam deploret: Verum quod nullis, inquit, obtigit, illis cõtigit, videlicet vno eodemq; die è viuis eripi neutro alteri ſuperſtite. Exiſtimabat enim vitã iniucundã fore, ſi alter ab altero fuiſſet diuulſus. Commouemini ne nunc, lachrymamini ne nũc, & animo perturbaminini? Equidem vſq; ad lachrymarum effuſionem, mutabiles facti ſunt oculi veſtri. Nũc mihi quiſq; recordetur inimici qui læſit, dolore etiamnũ in animo æſtuante, atq; hunc & viuum obſeruãtia proſequatur, & vita defunctum deploret, haud quidem ad oſtentationem, ſed ex animo, veroq; corde, etiam ſi quid perferendum ſit incommodi. Ne quid offendat eum qui læſit omnia, tum faciat, tum patiatur, magna à deo expectãs præmia. Et hic noſter Dauid, etiam regnum adeptus eſt, nec tamẽ inquinauit cæde manus, ſed dextram habẽs puram, ſic corona redimitus eſt, ſic ad thronum aſcendit, honeſti nominis argumentum geſtans, purpura ac diademate magnificentius, videlicet quòd hoſti pepercisſet, quòd eundem extinctum luxiſſet. Atq; ob hæc, nõ viuus modò, ſed & mortuus hominũ memoria celebratur. Quapropter ô homo ſi cupis & hîc perpetuã conſequi gloriam, & illic ſolidis perfrui bonis, huius iuſti virtutem imitare, huius æmulare philoſophiam, oſtende factis ipſis hanc iniuriarum tolerantiam, vt eoſdem cum eo labores ſuſtinens, eadem cum hoc bona conſequaris. Quę vtinam contingat nobis omnibus adipiſci, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre vnà cum ſancto ſpiritu, gloria, imperiũ, honos nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Periculoſum eſſe adire ſpectacula, quodq; ea res adulteros perfectos facit, & hinc diſcordia, bellumq; naſcatur: tum quòd omne tolerantiæ genus Dauid in his quæ fecit erga Saulem ſuperarit: poſtremò quòd rapinam æquo animo ferre, non minor virtus ſit quàm largiri eleemoſynam.
D. Eraſmo interprete.

EQuidem arbitror multos ex his qui heri nos deſtituerãt, & ad iniquitatis ſpectacula diſceſſerãt, hodie præſentes eſſe: optarim autẽ iſtos qui ſint palàm noſſe, vt eos à ſacris veſtibulis arceã, non vt perpetuò foris maneant, ſed vt correcti denuò redeant. Quandoquidem & patres filios delinquentes frequenter ex ædibus exigunt & à menſa ſubmouent, non vt ſemper illinc exulent, ſed vt hac correptione redditi meliores, cum debita laude in paternum redeant contuberniũ. Idem ſanè faciũt & paſtores, dum oues ſcabie oppletas, à ſanis ſegregãt, vt miſero morbo leuatæ, denuò tutò ad ſanas reuertãtur, potius quàm ægrotæ gregẽ vniuerſũ ſuo illo morbo impleant. Has ob res cupiebamus & iſtos noſſe, ſed quanuis eos oculis dignoſcere non valeamus, verbum tamen dei filius eos prorſus agnoſcet, correptaq; illorũ conſcientia facilè perſuadebit vt ſua ſponte volẽtesq; redeant, docens quòd ille ſolus ſit intus, qui mentem hac exercitatione dignam largiatur: veluti contrà, qui corruptè viuẽs huius cõgregationis particeps eſt, etiãſi corpore hic aſtiterit eiectus eſt, veriusq; ſubmotus eſt, quàm hi qui ſic foras excluſi ſunt, vt nondum liceat illis ſacræ mẽſæ participes eſſe. Siquidem illi ſecundum diuinas leges expulſi, foriſq; manentes hactenus ſpei

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonæ sunt,si modo velint corrigere delicta sua.Per ec A
clesiam electi sunt,possunt denuo cum pura conscientia reuerti.At qui seipsos contaminãt, & admoniti ne prius introëant,donec maculam è sceleribus contractam repurgarint,dein pudet agere pœnitentiam,hulcus animi reddunt acerbius ac maius. Neq; enim tam graue est delinquere,quàm post delictum de remedio erubescere,nec parêre sacerdotibus talia iubẽtibus. Et quid hîc,inquiunt,adeò magni sceleris cõmissum est, vt ab istis sacris cancellis arcẽdi sint: Immo quod delictum his grauius quæris?quum seipsos planè adulterio contaminarint, impudenter ac rabientium more canum,ad sacram hãc mensam irruunt? Quòd si auetis adulterij modum cognoscere,nõ mea verba vobis referam,sed illius qui de tota hominis vita iudicatur° *Matth.5.d* est:Qui viderit,inquit,mulierem ad concupiscendam B
illam,iam mœchatus est eã in corde suo. Quòd si mulier sponte ac forte in foro obuia, & neglectius culta sæpenumero curiosius intuentẽ cepit ipso vultus aspectu:isti qui non simpliciter neque fortuito, sed studio & tanto studio,vt ecclesiam quoq; contemnãt, & hac gratia pergunt illuc,ac totum ibi desidentes diẽ in facies fœminarum illarum nobilium defixos habent oculos,qua fronte poterint dicere, quòd eas non viderint ad concupiscendũ?vbi verba quoq; accedunt fracta lasciuiaq;,vbi cantiones meretriciæ, vbi voces vehementer ad voluptatem incitantes,vbi stibio picti oculi,vbi coloribus tinctæ genæ,vbi totius corporis habitus fucorum impostura plenus est,aliaq; insuper multa lenocinia ad fallendos inescandosq; intuentes instructa:vbi socordia spectantium multaq; confusio, & hinc nascens ad lasciuiã exhortatio,tum ab iis qui spectaculis interfuerunt, tum ab illis qui quæ viderunt in C
spectaculis, pòst aliis enarrãt.Accedunt huc irritamẽta per fistulas ac tibias aliaq; huius generis modulatio, in fraudem illiciens mentisq; robur emolliens, ac meretricum insidiis delectatione præparans, illic desidentium animos, efficiensq; vt facilius capiantur. Etenim si hîc vbi psalmi,vbi diuinorum verborum enarratio, vbi dei metus multaq; reuerentia,frequenter ceu latro quispiam versutus clam obrepit concupiscentia, quomodo qui desident in theatro qui nihil sani neque audiunt,neque vident, qui vndiq; obsidionem patiũtur per aures,per oculos, possint illam superare concupiscentiam?Rursum si non possunt, quo modo poterint vnquam ab adulterij crimine absolui?Tum qui non liberi sunt ab adulterij crimine,quomodo poterũt absq; pœnitẽtia ad hæc sacra vestibula accedere,huiusq; pre- D
clari conuentus esse participes? Quapropter equidem hortor rogoq; vt prius cõfessione ac pœnitẽtia, aliisq; remediis omnibus sese à peccato ex theatricis spectaculis contracto,perpurgent,atque ita diuinos audiãt sermones. Neq; enim hic mediocriter à nobis delinquitur,id quod vel ab exemplis cuiuis perspicuè videre licet.Nam si famulus in arculam vbi herilia vestimenta preciosa aureaq; recondita sunt,seruilem tunicam sordibus ac multis pediculis refertã imponat:agè dic mihi,num eam contumeliam æquo animo ferres? Quid autem si quis in vasculum aureum, in quo semper vnguenta seruari consueuerint, stercus ac cœnum infundat:an non & plagas infligeres qui scelus hoc cõmisisset?Et post hęc scriniorum ac vasorum,vestium,& vnguentorum tanta cura solicitabimur, animã verò nostrã,omnibus istis viliorem esse putabimus? atq; vbi spiritus infusum est vnguentum, eò diabolicas põpas immittemus:eò fabulas Satanæ,eò cantilenas meretriciæ turpitudinis plenas?Agedum dic mihi, quo animo ista feret deus? Atqui non tantum est discrimen inter vnguentum & cœnum, inter vestes heriles & seruiles, quantum est inter spiritus gratiam,& istam peruersam actionem.Non metuis,nõ expauescis,dum oculis quibus illic lectũ qui est in orchestra spectas, vbi detestãdæ adulterij fabulæ peraguntur, iisdem hãc sacrã mensam intueris vbi tremenda peraguntur mysteria?dum iisdem auribus audis & scortũ obscœnè loquẽs,& prophetam apostolumq; ad arcana scripturæ introducẽtem?dum eodẽ corde,& lætalia sumis venena, & hanc hostiam sanctam ac tremendam?An non hæc sunt vitæ subuersio,coniugiorũ corruptelæ, bella pugnæq; & rixæ in domibus?Quum enim spectaculis illis dissolutior ac mollior lasciuiorq; omnisq; pudiciciæ hostis factus,domũ redieris,vxoris aspectus minus erit iucundus,qualiscunq; etiam illa fuerit.Siquidem inflammatus illa concupiscentia quam in spectaculis hausisti, & ab illa noua spectatione,quæ te dementauit captus,sobriam ac modestam vxorem,victuq; plebeio contentã despicis,cõtumelia afficis innumerisq; probris operis. nõ quòd quicquã habeas quod in illa culpes, sed quòd erubescas confiteri morbum,quòd pudet vulnus ostẽdere quo in spectaculis sauciat° redisti domũ:alias nectis causationes, iniquas inimiciciæ quærens occasiones,omnia quæ domi gerẽda sunt fastidiens,& ad scelestam illam & impuram inhians concupiscentiam,à qua vulnus accepisti:dumq; sonitum vocis geris in auribus tinnientẽ,cumq; his,vultus,motus, breuiter omnia illa meretriciæ libidinis simulachra, nihil eorum quæ domi sunt cũ voluptate intueris. Et quid loquor de vxore aut familia,quãdo ipsam etiam ecclesiã postea minus libenter visurus es,cum tædio audies sermonem de pudicicia deq; modestia? Neque enim iam ea quæ dicũtur tibi pro doctrina sunt, sed pro accusatione,teq; paulatim in desperationem adducent:tandem & abrumpes teipsum à disciplina ad publicam omnẽ vtilitatẽ adhibita.Quapropter rogo vos omnes, vt & ipsi prauas in spectaculis commemorationes vitetis, & alios ab his deductos retrahatis. Quicquid enim illic geritur,non est oblectatio,sed pernicies,sed pœna,sed supplicium.Quid prodest illa temporaria voluptas?dũ hinc perpetuus nascitur dolor,dumq; nocte pariter ac die à concupiscentia stimulatus omnibus molestus es & inuisus.Excute igitur teipsum, reputãs qualis fias ab ecclesia rediẽs,rursus qualis à spectaculis, atq; hos dies cum illis conferas:id si feceris, nihil opus erit meo sermone.Satis enim fuerit,hũc diem cum illo comparasse,ad ostendendum & quàm magna sit hinc vtilitas,& quanta sit illinc noxa.Hæc nũc ad vestram charitatem dicẽda putaui,nec vnquam dicere cessabo. Sic etenim & eos qui huic morbo obnoxij sunt, admonebimus:& qui sani sunt,confirmabimus,vtrisque enim fuerit vtilis hæc oratio,alteris quidem vt desistant, alteris verò ne incidant. Cæterum quoniam oportet & increpationem esse moderatam, hic admonitioni finem imponemus,quæ de superiore restant argumento persoluemus,redeuntes ad Dauidem. Siquidem hic pictoribus mos est quoties imaginem aliquam ad viuũ expressam absoluere cupiunt,non vnum tantùm diẽ ac duos, sed & complures dies assidẽt iis quos effingunt, vt assidua contemplatione citra errorem exactèque formarũ exprimant similitudinem. Itaque & nos non corporalis formæ imaginem,sed animi pulchritudinem, ac spiritualem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tualem decorem cupimus vobis hodie proponere, ipsum videlicet Dauidem, vt omnes in eum intuētes, in suum quisque animum imitatum referamus pulcherrimum, huius iusti imaginem, māsuetudinis, tranquillitatis, in summa virtutum omnium. Etenim si corporis imagines, nōnullum intuentibus solatium adferūt, multò magis idem facient mentis imagines. Atque illas quidem nō licet vbi vis intueri, sed eodem in loco cōsistas oportet: hāc verò nihil vetat quò minus quocunque velis tecum circunferas. Nam posteaquàm eā in animi penetralibus reposuisti, vbicunque locorum fueris, poteris contemplari, plurimumq; ex ea vtilitatis capere. Et quemadmodū qui laborant ab oculis, si spongias ac vestium cyaneo colore pannos tenētes frequēter in ea intueantur, ex eo colore nonnullum capiunt morbi leuamen: similiter & tu, si Dauidis imaginē præ oculis habeas, & in hanc assidue defigas oculos, etiā si milies obtundet ira, mentis oculum perturbās, ad hoc virtutis exemplar respiciens, perfectam consequeris sanitatem, puramq; animi philosophiam ac tranquillitatem. Ne quis igitur mihi dicat, inimicum habeo scelestum, improbum, corruptum, incorrigibilē. Quicquid dixeris, non est tamen Saūle deterior, qui semel & iterum, immo sæpius seruatus à Dauide, quum ipse mille modis illi struxisset insidias, tamen pro tot beneficiis acceptis, perseuerauit in sua malicia. Quid tu igitur habes quod incuses inimicum? Quòd terræ partem ademit, quòd in agris fecit iniuriam, quòd domus limites transgressus est, quòd mancipia tua rapuit, quòd vim attulit, quòd tua prēter ius occupauit, quòd ad paupertatem redegit? At nondum eripuit vitam, quod molitus est Saūl: quòd si & vitam eripere conatus est, fortasse semel id ausus est, non semel atque iterum, non sæpius, quemadmodum fecit Saūl. Quòd si etiam semel, si bis, si ter, si sæpius hoc tentauit, at non tot affectus abste beneficiis, at non quū semel atque iterum incidisset in manus tuas, seruatus est. Etsi hoc quoq; factū est, sic etiā rursus superat ipse Dauid. Neq; enī paria sunt, sub
Mat.18.c.d vetere lege degentem & nunc post illustratam euan-
Ibidē.6.b gelij gratiam talia condonare gratis. Nō audierat Dauid parabolam de decem milibus talentorum, neque de centum denariis. Non audierat precationem dicētem, Remittite hominibus debita ipsorum, quemadmodum & pater vester cœlestis: nō viderat Christum crucifixum, non viderat effundi precioſum illum sanguinē, nec audierat innumerabiles domini sermones de refrænandis animi cupiditatibus. Non contigit illi gustare talem hostiam, neq; particeps fuerat sanguinis dominici, sed legibus imperfectioribus educatus, neq; tale quicquam exigentibus, tamen ad euangelicæ philosophię fastigium peruenit animi moderatione. At tu frequenter præteritarum iniuriarum memoria offenderis: hic verò quum & de futuris metueret, certò sciens fore vt si hostē seruaret, & ciuitate exularet, & vitam egenam calamitosamq; ageret, non destitit tamē illius habere curam, sed omnia fecit, hunc talem hostē fouens. Quis commemorare valeat tolerantiā hac maiorem? Porrò vt nō tantum ex præteritis, verum ex his quoque quæ nunc fiunt discas fieri posse, vt cum quouis homine animum in te hostilem gerente redeas in gratiam, quid leone sæuius? Et tamen hunc cicurē māsuetumq; reddunt homines, arte naturam superantes: fitq; quauis oue mitius animal bestiis omnibus immitius regaliusq;, adeò vt per forum ambulet, neminē expauescēs. Quam igitur habituri sumus excusationem, quam impetrabimus veniā, si quum feras bestias eicuremus, negauerimus homines vnquā posse placari, beneuolosq; erga nos reddi? Atqui bestiæ quidem præter naturam est esse māsuetum, homini verò præter naturam est feritas. Ergo quum in illis naturam vincamus, qua frōte nos excusabimus, si in homine causemur, animi propositum non posse corrigi? Quòd si adhuc contendis, illud dixerim, quanuis insanabili morbo ægrotet homo, quò plus fuerit laboris, hoc tibi merces erit amplior, si assideas, curans immedicabili morbo laborantem. Vnum igitur illud spectemus, nō ne quid mali patiamur ab inimicis, sed qua ratione fieri possit, ne quid illis mali faciamus. Ita nihil patiemur mali etiāsi innumera perferamus mala: quemadmodum nec Dauid, dum eiicitur, dum in exilium agitur, dum vsq; ad vitæ discrimen insidiis appetitur, quicquam acerbi passus est: quin potius tū hoste suo factus est illustrior honorabiliorq;, tum cæteris omnibus amabilior, idq; non hominibus tantùm, sed ipsi etiam deo. Quid enim detrimēti cœpit sanctus ille, quum tam multa perpeteretur à Saūle? An non in hodiernum vsq; diem canitur, illustris in terra, illustris in cœlo? An nō illum inenarrabilia manent bona, nónne cœlorum regnum? Rursus quid commodi cœpit infœlix ille ac miser, tot insidias molitus Dauidi? nōne regno excussus est? Nónne *1.Reg.vlt.b*
miseranda morte periit vnà cum filio? Nónne ab omnibus vituperatur? & quod his grauius est, æterna luit supplicia. Postremò quid tandē est quod incusas, quāobrem non vis cum illo redire in gratiam? pecunias eripuit: sed si fortiter perferas rapinam, tantundē accipies mercedis ac si eas in manus pauperum reposuisses. Siquidem & qui dedit egenis, & qui aliena vsurpanti, neque parat illi insidias, neque malè precatur, ambo propter deum id faciunt: proinde quum impendij causa sit eadem, perspicuum est & vnam eandēmque fore coronam. Sed vitæ insidiatus est, & conatus est occidere. Ea res tibi pro martyrio imputabitur, si insidias molientem, & ad tantam prouectum maleuolentiam, inter bene meritos numeraris, non desinens orare pro illo, deum obsecrando vt illi fiat propicius. Ne igitur illud reputemus: quòd deus vetuit ne Dauid occideret Saūlem: sed illud considera, quòd ex insidiis Saūlis tripla quadruplaq; martyrij corona redimitus est. Etenim qui seruauit hostem, eum qui semel atque iterum immo frequenter lanceam in caput illius vibrarat, quum esset occidendi potestatem nactus, tamen pepercit, idque cum sciret post eam præstitam clementiam fore, vt denuò ab illo peteretur: perspicuum est, quòd milies coronam meruit animi proposito, milies autem interfectus propter deum, plurimas tulerit martyrij coronas: qui quemadmodum & Paulus ait, Quotidie mortuus est propter deum. Quum e- *1.Cor.15.d*
nim posset hostem sibi insidiantem è medio tollere, propter deū noluit, maluit quotidie periclitari, quàm iusta cęde à tot mortibus liberari. Quòd si vsque ad ipsius vitæ periculum insidiantem vlcisci atq; odisse fas non est, multo minus licet eum qui vulgariter læsit vindicare. Plerisque ab inimicis affici conuiciis, aut in suspicionem adduci, videtur omnibus mortibus intolerabilus. Agè igitur & istud expendamus. Aliquis tibi maledixit, adulterum ac scortatorem appellauit, hoc si verè dicit, corrige: sin falsò, irride. Si tibi ipse conscius es eorum quæ obiiciuntur, resipisce: si non es, despue. Immo potius non solum deride ac neglige, verumetiā gaude atq; exulta iuxta domini sermonem qui nos iubet ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.6.d bet ita facere, Quũ, inquit, exprobrauerint vobis, & di A
xerint omne malum verbum aduersum vos, mentientes, gaudete & exultate, quoniam merces vestra copio-
Ibidem. sa est in cœlis. Ac rursum, Gaudete & exultate, quum
eiecerint vos, nomen malum mentiẽtes. Cæterum vbi
conuiciator quidẽ vera dixerit, tu verò modestè per-
tuleris ea verba, non regerens contumeliam, neque
conuicia conuiciis retalians, sed amarè ingemueris
damnans tua delicta, haud minorem feres mercedem,
quàm ille prior, idque vobis è scripturis approbare co
nabor, vti pernoscatis, quòd quantum vtilitatis non
adferunt amici dum laudant & ad gratiam loquũtur,
tantum vtilitatis adferunt inimici vituperando, etiam
si vera dixerint, tantum vt nos reprehensionibus illo-
Ex Plutar- rum ad id ad quod oportet vti velimus. Nam amici
cho. frequenter ad gratiam adulantur, contrà hostes deli-
cta proferunt in medium. Quoniam cum nos nostra B
peccata non videmus ob amorem nostri nobis insitũ,
illi quia propter odium ea melius quàm nos perspici-
unt, opprobrando nos ad correctionis necessitatem
impellunt: vt illorum maleuolẽtia nobis cedat ad ma-
ximam vtilitatem, nõ ob id tantum quòd per illos ad-
moniti intelligimus errata nostra, sed quòd ea depo-
nimus quoque. Itaq; si inimicus opprobrauerit tibi cri-
men, cuius tibi conscius es, tu verò audiens, non con-
uiciaris illi vicissim, sed cum amaro gemitu deum im-
ploras, protinus omnẽ culpam deposuisti. Rogo quid
hoc esse poterit fœlicius? quid ad criminum abolitio-
nem facilius? Sed ne videamur vos verbis humanis ex-
citare, è diuinis scripturis super hac re proferemus te-
stimonium, ne quid præterea dubites. Erat pharisæus
quidam & publicanus: quorum hic quidem ad sum-
mam progressus erat maliciam, alter ad summam per- C
Luc.18.c uenerat iusticiam, vt qui facultates suas dissiparet in
pauperes, assidueq; ieiunaret, purus à rapinis. Cõtrà al-
ter in rapinis ac violẽtiis vitę tempus omne consump-
serat. Ambo ascenderunt in templum orandi gratia.
Mox ille stans dicebat, gratias ago tibi domine, quo-
niam non sum sicut cæteri homines, rapaces, auari, ne-
que velut hic publicanus. At publicanus procul stans
non regessit contumeliam, neq; vicissim dixit conui-
ciũ. Nõ protulit ista vulgaria verba: Tu ne audes meæ
vitæ mentionẽ facere? tu ne audes mea facta reprehen-
dere? An nõ sum te melior? Referã tua peccata, faxoq;
ne vnquam in hæc sacra conscendas atria: nihil inquã,
istiusmodi frigidorum verborum loquutus est Publi-
canus, quibus vtimur quotidie nos, conuiciis ac male-
dictis aspergentes: sed amarè suspirans pectusq; percu-
tiens, hoc tantũmodo dixit, propicius esto mihi pecca-
tori, & descendit iustificatus, vides celeritatẽ? Accepit
probrum, & abluit probrum. Agnouit peccata, & de-
posuit peccata, & criminum accusatio, facta est illi cri-
minum remissio, & hostis insciens factus est beneficus.
Quot labores erant Publicano subeundi, ieiunãdo, hu
mi dormiendo, vigilando, bona sua egenis impartiẽ-
do, longo tempore in sacco & cinere sedendo, vt illa
tam multa peccata posset deponere? At nunc quũ nihil
tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquita-
tem, ac probra conuiciaq; pharisæi qui videbatur illũ
contumelia afficere, pepererunt iusticię coronam, idq;
sine sudoribus, sine laboribus & absq; lõgi tẽporis mo-
ra. Vides ne, quòd etiã si quis vera de nobis prædicet,
quorum nos ipsi nobis cõscij sumus, nos verò ista præ-
dicantem non vicissim impetierimus maledictis, sed
amarè ingemiscẽtes, deũ pro delictis nostris implora-

uerimus, omnia peccata deponere possumus? Hoc pa-
cto & hic iustificatus est, quoniam Pharisæum non re-
petiit conuiciis, sed pro suis peccatis ingemuit, desce-
dit iustificatus præ illo. Vides quantũ adferat vtilitatis
inimicorũ exprobratio, si modo eã philosophico per-
tulerimus animo. Quòd si pariter & mentientes & ve-
ra loquẽtes nobis prosunt, quam ob rem dolemus? quã
ob causam vrimur? Ni teipsum læseris ô homo, neque
amicus, neq; inimicus, ne ipse quidem diabolus pote-
rit te lædere. Etenim quum & ij qui nos cõtumeliis af-
ficiunt, qui traducunt, qui vsque ad ipsius vitæ discri-
men insidiantur, vtilitatem adferunt, dum alij marty-
rij coronã nobis plectunt, quemadmodũ ostendimus:
& alij rursus dum peccata nobis exprobrant, ea subdu-
cunt, nosq; ex iniustis reddunt iustos, quemadmodum
accidit in publicano: quur in illos efferimur & incan-
descimus? Ne dixerimus itaq;, ille me atrociter irritauit, B
ille me lacessendo perpulit, vt dicerem inhonesta ver-
ba: nos vbiq; talium causa sumus. Nã si velimus philo-
sophari, ne dæmon quidem poterit nos ad iram cõci-
tare, idq; liquet, quum ex aliis compluribus, tum ex hac
ipsa quæ nũc in manibus est historia, de Dauide: quam
operæprecium fuit & hodie in medium adferre, quã-
quam heri super ea charitatem vestrã admonuerimus,
quum absolueremus concionẽ. Vbi igitur eã absoluimus
in excusatione Dauid. Proinde necesse est, vt hodie vobis Saülis verba referamus, quò videamus quid
hic ad iustissimã illius excusationẽ responderit. Neq;
enim videlicet è verbis tantũ quæ Dauid loquutus est,
verumetiam è Saülis oratione, Dauidis virtutem per-
spiciemus: eo quòd si Saül aliquid placidè mansueteq;
respõderit, huius causam Dauidi imputamus qui im-
mutarit hominem, quiq; erudierit & ad sobrietatẽ cõ- C
posuerit illius animum. Quid igitur ait Saül? postea- *1.Reg.24.a*
quàm audierat Dauid loquentem, Ecce lacinia chla- *b*
mydis tuæ in manu mea, aliaq; cuncta quæ in excusa- *Ibidem d*
tionem attulit: Vox, inquit, ista tua fili Dauid. Quanta
subitò facta est mutatio? qui nunquam sustinuerat illũ
vel simplici vocare nomine, ipsam etiam appellationẽ
habens exosam, nunc adoptat eum in cognationem,
appellãs eum filium. Quid igitur Dauide fœlicius, qui
ex homicida fecit patrem: è lupo ouem, qui fornacem
iracundiæ multo impleuit rore, quiq; tempestatẽ ver-
tit in tranquillitatem, quiq; tumorem omnem ira exæ-
stuãtis animi restinxit. Verba quippe Dauidis ingressa
in animum istius efferati, totam hanc perfecerunt im-
mutationem, quòd è Saülis verbis deprehendas licet.
Neq; enim dixit, sermones tui isti fili Dauid: sed, vox D
tua ista fili Dauid: adeò mox ad ipsam vocem incaluit.
Et quemadmodum pater ex lõgo interuallo audita fi-
lij reuertentis voce, non ad conspectũ modo illius, ve
rumetiam ad ipsam vocem excitatur: sic & Saül simul
vt accepit verba Dauidis in animũ, ingressa, abiecit ini-
micitiam, iamq; sanctũ agnouit, positoq; affectu, rece-
pit affectum. Siquidem posita ira, recepit tranquillitatẽ
& condolescentiã. Et quemadmodum quamdiu nox
adest, sæpe ne præsentẽ quidem amicũ agnoscimus, at
mox vt exortus est dies, etiam eminus conspectum a-
gnoscimus: itidem & in iracũdia solet vsu venire. Do-
nec inter nos maleuolum gerimus animũ, & vox au-
dita nobis aliter sonat, & ipsam faciem corrupta men-
te aspicimus. Cæterum vbi posuerimus iram, & vox
quæ prius erat inuisa atq; hostilis, placida nobis ac iu-
cũdissima videtur, & aspect* ipse prius inimicus & in-
iucundus, tunc fit amabilis & iucũdus. Idem accidit in

tempestate.

tempestate. Non patitur nubium cõcursus nobis conspicuam esse cœli pulchritudinem, sed quanuis milies habeamus oculos perspicaces & acres, nequaquã pertingere possumus ad illam supernam iucunditatẽ. Cæterum obiecta radiorum calor, perruptis ac discussis nubibus Solem ostendit, rursus & cœli decorẽ ostendit. Idem accidit in nobis ira feruentibus, dum simultas velut densa nubes, ante oculos & aures stat, facit vt voces aspectusq; videãtur aliter quam sunt. Verùm simul atque aliquis animi robore posuerit odium, nubemq; diruperit ægrimoniæ, tunc demum incorrupta mẽte, & videbit & audiet omnia: quod & huic euenit Sauli, qui simul atque nubem maleuolentię disrupit, agnoscens vocem Dauidis ait: vox tua ista fili Dauid. Quæ nam ista? quæ Goliath deiecit, quæ ciuitatẽ periculis eripuit, quæ cunctos in seruitutis ac mortis periculo constitutos, in libertatem restituit, & in tuto cõstituit, quæ Saũlis furorem sedauerat, quæ multa magnaq; beneficia in eum contulerat. Siquidem hæc barbarum illum & alienigenã prostrauit, eo quòd priusquam mitteret lapidẽ, eum precationis robore fuerat aggressus. Neq; enim vulgari more proiecit lapidem, sed prius dixerat, tu venis ad me in diis tuis, ego autẽ venio ad te in nomine domini Sabaoth, cui exprobrasti hodie: Atque hæc loquutus, emisit lapidẽ, atque hæc vox lapidẽ veluti manu direxit in Goliath, hæc pauorem incussit barbaro, hæc hostis confidentiã fregit. *Et quid miraris, si vox iusti, & furorem mitigat, & hostes deiicit, quum impios quoque spiritus expellat?* loquebãtur tantùm apostoli, & fugiebant aduersariæ potestates. Vox sanctorum frequenter & elementa stare fecit, & potestates illorũ immutauit. Loquutus est tantùm Iesu Naue, & cõstitit sol & luna. Sic & Moses mare ingressus est, & cessit: sic tres illi pueri ignis vim extinxerũt, hymnis illis suis ac voce. Itidẽ & Saũl ad eãdem vocẽ incaluit, dicẽs, Vox tua ista fili Dauid. Quid igitur Dauid? Seruus tuus domine, mi rex. Posthac certamen oritur & contentio vter alterum maiore prosequatur honore. *Saũl* quidem ad cognationem asciuit, filium appellans: Dauid autem dominum eum appellat. Quod autẽ dicit tale est: vnum, inquit, vnum illud quæro, salutem tuam ac virtutis profectum filium me appellasti, mihi verò satis est, si me pro famulo habeas, tantùm vt iram ponas, tantùm vt ne quid de me suspicere mali, neu me ducas hostem aut insidiatorem. Impleuit illam legem apostolicam, quæ iubet, vt nos ipsos vincentes honore inuicẽ præueniamus, non iuxta plurimorum morẽ qui prius affecti sunt quàm ipse pecudes, qui proximum ne affari quidem priores sustinent, existimantes sese cõtumelia affici, & à dignitate deiici, si quẽ vel affatu simplici impertiant. Quid ista dementia possit esse magis deridiculum? quid hac arrogantia fastuq; fœdius? Tũc enim tunc inquam à dignitate deiectus es ô homo, tunc iniuria affectus es, tunc contumelia affectus es, quoties expectas, vt proximus te prior alloquatur. Quid enim arrogantia deterius? quid fastu & inani gloria magis deridiculum? Nam si prior alloquaris, & deus ipse collaudabit quod est omnium maximum, & homines insuper comprobabunt, tuq; illius appellationis mercedẽ totam accipies. Quòd si expectaris, vt prior honoratus, tum denique proximum honores, nihil iam magni feceris. Nam is vnde honoris cœpit initium, idem relati abs te honoris totã mercedẽ accepturus est. Proinde ne expectemus, vt alij priores nobis honorem deferant, sed accurramus ad exhibendum proximo honorem, semperq; à nobis oriatur salutationis initium: neque putemus hoc officium esse contemnendum vt vulgare, si libenter & amanter salutemus. Nã hoc prætermissum multas amicicias disrupit, multas peperit simultates: quemadmodum è diuerso idem studiosè exhibitum, & veteres inimicicias dissoluit, & amicicias priores confirmauit. Noli igitur charissime his in rebus studiũ negligere, sed si fieri potest obuios qualescunq; fuerint, tum in salutando, tum in cæteris omnibus priores deliniamus. Quòd si quis te præuenerit, repende honorẽ cum fœnore. Nam & hoc admonuit Paulus, ita loquens: inuicẽ alius alio se nõ existimet prestantiorẽ. Ita fecit Dauid, qui & prior honorem detulit, & honoratus maiorem honorem reposuit dicẽs, Seruus tuus domine mi rex. Vide verò quãtum fecerit lucri Dauid hæc loquutus: non iam sustinuit Saũl hanc vocem audire sine lachrymis, sed plorauit amarè, animi sanitatem ac philosophiam, quam Dauid inseuerat, lachrymis declarans. Quid esse possit hoc propheta beatius, qui breui temporis momento sic hostem è furore ad sobrietatem cõposuit? & animum nactus sanguinis ac cædis sitientẽ, repentè ad lamenta & eiulatus compulit? Nõ perinde miror Mosem, quòd è saxo prærupto fontes elicuit aquarũ, vt admiror Dauidem, quòd ex oculis lapideis fontes eduxerit lachrymarum. Siquidẽ ille quidem vicit naturam, at hic vicit animi decretum: ille virga percussit lapidem, hic sermone pepulit cor, non vt cõtristaret, sed vt purum mansuetumq; redderet. Quod etiam perfecit, maiore beneficio regem afficiens quàm antea fecerat. Est quidem & illud laude summaq; admiratione dignum, quòd ensem nõ tinxerit sanguine, nec caput illud hostile resecuerit: sed longè maiore corona dignũ erat, quòd ipsum inimici proposituũ immutauit, eumq; reddidit meliorem, idq; priusquam ipse suam immutaret humanitatem. Hoc beneficium illo prestantius est. Neque enim paria sunt condonare culpam, & ad animi sobrietatem adducere. Non sunt paria, liberare à morte & liberare ab ira cædem iniustam spirante: eximere à cęde, & eximere à furore ad tantum properante nephas. Dũ enim satellites suos Dauid cohibet ne Saulẽ occiderẽt, præsenti quidẽ vitæ profuit: cæterùm quum mitibus verbis maliciam ex animo depellit, futurã illi vitam æternaq; largitus est bona: quod quidem erat in ipso. Quoties igitur Dauidem laudas ob ipsius mãsuetudinem, magis illum lauda, quòd Saulem immutarit. Siquidem multò minus est propriis temperare cupiditatibus, quàm alienum vincere furorem, quàm eor ira intumescens compescere, eq; tanta tempestate tantam facere tranquillitatem, quàm oculos homicidium præ se ferẽtes calidis implere lachrymis. Atque hoc est stuporis ac miraculi plenum. Etenim si Saũl fuisset homo moderatus & æquus, non admodum magni erat negocij, ad solitam reuocare virtutem. At efferatũ & ad extremam prouectũ maliciam, tamq; ad cædem properantem breui temporis momento sic afficere, vt omnem illam amaritudinẽ euomat ex animo, quem non obscuret omnium, qui vnquam super philosophiæ doctrina clarum promeruêre nomen. Et tu igitur si quãdo hostis inciderit in manus tuas, ne illud specta, quo modo illum vleiscaris innumerisq; conuiciis conspersum emittas, sed quo modo sanes, quo modo ad sobrietatem reducas: neque prius desistas omnia tum facere tum pati, donec tua mansuetudine superaris illius truculentiam. Nihil enim humanitate potẽtius, quod

ipsum

1.Reg.26.f

Iosue.10.c
Exod.14.c
Daniel.3.c

Roma.12.c

1.Reg.24.a.b

Philip.2.a

Exod.17.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſum quidam declarauit, dicens: Sermo mollis con-
Prouer.25.b fringit oſſa. Atqui quid oſſe durius? Et tamen ſi quis æ-
Ibidē.15.a què durus ſit & rigidus ac præfractus, nihilominus facilè vicerit, qui illum manſuetè tractet. Ac rurſus: Reſpõſio ſubmiſſa auertit iras. Vnde liquet, vt hoſtis irritetur, aut reconcilietur, magis in tua poteſtate eſſe quàm illius. Nõ enim in iis qui ira commoti ſunt, ſed in nobis ſitum eſt, vt vel extinguatur illorum ira, vel ad maius irritetur incẽdiũ. Et hoc item qui priora dixit ſimplici declarauit exemplo: quemadmodũ enim, inquit, ſi infles in ſcintillam ignis, excitas incendium: contrà ſi inſpuas, extinguis, & vtrumque tibi in manu eſt, quoniam vtrũque, inquit, ex ore tuo proficiſcitur. Idem fit & in inimicicia proximi, ſi inflatos ac vecordes ingeras ſermones, excitas iguem illius, accendis carbones: Sin mites ac moderatos admoueas ſermones, priuſquam exardeſcat, iram omnem extinxeris. Ne dixeris igitur, hæc aut hęc audiui, quum hæc omnia ſint in tua poteſtate. Hoc enim pacto iram veluti ſcintillam, vel extinguere vel accendere, furoremq; vel excitare, vel contrà ſedare in te ſitum eſt: quum videris inimicum, ſi in mentem veniat, quàm multa tum audieris, tũ perpeſſus ſis moleſta, fac omnium horũ obliuiſcaris. Etiã ſi recorderis, tamen fac ea calumniatori imputes. colligе verò ſi quid vnquam humaniter vel dixit vel fecit. Si in horum recordatione commoratus fueris, ocyus diſſolues inimiciciam. Quod ſi eſt animus illum incuſare, cumq; inimico expoſtulare: fac prius abiicias animi motum, iramq; extinguas, ac tum cum illo expoſtula, tum argue, & facilè poteris vincere. Siquidem ira commoti nihil ſani poterimus vnquam vel dicere, vel audire. Sed à perturbatione liberi, nec ipſi verbũ aſperius vnquam emittemus, nec aliis acerbè loquẽtibus, eodem modo audiemus. Neque enim ipſa perinde natura eorum quę dicuntur, atque animus odio occupatus, nos exaſperare ſolet. Frequenter enim fit vt quum eadẽ conuicia audimus ab amicis iocantibus facetiiſve ludentibus, aut à pueris paruulis, non ſolùm nullã ſentiamus moleſtiã, neque incrudeſcamus, ſed rideamus etiam atque exhilaremur, eo quòd illa non audimus animo affectu corrupto, neque mente ira præoccupata: Itidem in inimicis, ſi extinxeris iram, ſi odium eieceris, nihil eorum quæ dicuntur te poterit offendere. Quid autem loquar de verbis? Ne facta quidẽ offenderint, quemadmodum ne beatum hunc quicquam horũ offendit: ſed quum videret inimicum aduerſus ipſius incolumitatem belligerãtem, huiuſq; gratia nihil intentatum relinquentem, non ſolum non eſt exaſperatus, verùm magis illius indoluit malis, quò vehementius inſidiabatur ille, hoc impenſius eum deflevit. Nouerat enim, nouerat inquam certò, non eum qui patitur iniuriam, ſed qui facit, lachrymis ac lamentis eſſe dignũ, vt qui lædat ſeipſum. Eoq; prolixa apud illum excuſatione eſt vſus, nec prius deſtitit, quàm & hoſtem commoueret ad excuſationem cum lachrymis ac lamẽtis.
1.Reg.24.d Poſteaquam enim plorauit, vocemq; amaram emiſit, poſteaquam clarè ciulauit, quid dicat audi: iuſtior tu me es, quoniã tu mihi retribuiſti bona, ego verò reddidi tibi mala. Vides vt ſuam ipſius damnat maliciam, ac iuſti virtutem prædicat, nulloq; cogente ſeſe purgat. Idẽ tu facito, quum hoſtis inciderit in manus tuas, noli accuſare illum, ſed teipſum purga, vt illũ perpellas ad ſũi ipſius condemnationem. Nam ſi nos accuſemus, exaſperatur: Sin nos excuſauerimus, ille reueritus noſtrã humanitatem, mox ſeipſum cõdemnabit. Hoc pacto ſimul & redargutio fit carens ſuſpicione, & ille omnem exuit maliciam. Quod & hîc euenit: quum tacet is qui affectus erat iniuria, is qui fecerat multa cum vehementia ſeipſum accuſat. Neque enim ſimpliciter dixit, feciſti mihi bona: ſed, retribuiſti mihi bona. Hoc eſt pro inſidiis, pro cæde, pro malis illis innumerabilibus magna mihi repẽdiſti beneficia. At ego ne ſic quidem factus ſum melior, ſed poſt illa tua benefacta perſeueraui in malicia: tu verò ne ſic quidem es immutatus, ſed cõſtanter tuum obtinuiſti morem, nos iterum atque iterum tibi inſidiantes, beneficiis proſequens. In hiſce ſingulis verbis, quot coronis dignus apparuit Dauid? Quanquam enim os Saũlis iſta ſonabat, ſapientia tamẽ & ars Dauidis ea in animum illius inſeuerat. Renunciaſti, inquit, mihi hodie, quæ mihi feceris bona, quũ me dominus hodie concluſerit in manus tuas, nec occideris me. En rurſus de alienavirtute perhibuit teſtimonium, videlicet, quòd benemeritus non tacuerit, neque diſſimularit, ſed accedens narrarit: non quidem ad oſtentationem, ſed ipſis factis illum docere cupiens, ſe de numero eorum eſſe, qui regi bene cuperẽt, eiuſq; commodis proſpicerent, non eorum qui tenderẽt inſidias. Tum enim fas eſt propria commemorare benefacta, quum inſignis hinc ſperatur vtilitas: Nam quoties nulla data occaſione iactat quis ac deprædicat ſua in alium beneficia, nihilo potior eſt exprobrante. cæterũ quoties id facit, vt correpto perſuadeat, & malam de ipſo opinionem habẽtem flectat in diuerſum, is & curator eſt & beneficus: quod ſanè fecit & hic Dauid, haud quaquam à Saũle gloriam captans, ſed iram in illo radicatam euellere ſtudens. Atque hoc nomine Saũl collaudauit eum, quòd & benemeritus eſſet, & merita ſua commemoraſſet. Dein quum Saũl referre gratiã cupiẽs nõ inueniret vllam parem, ipſum deum illi pro ſe cõſtituit debitorem, ita loquens, Si inueniet *1.Reg.24.d* aliquis inimicũ ſuum in anguſtia, & dimittet illum in via bona, & dominus reddet illi bona, quẽadmodum feciſti tu mihi hodie. Quid enĩ poterat Saũl reponere dignum meritis, etiam ſi regnum dediſſet, cum omnibus oppidis: neque enim oppida modò, & regnum, verùm & vitam ipſam donarat illi Dauid: ille verò non habebat alteram vitam, quam rependeret: eoq; illũ relegat ad deum, & ab illo manaturis præmiis honorat: pariter & hunc laudans, & vniuerſos erudiens, quòd tum maiora nobis apud deum præmia repoſita ſunt, quum pro innumeris beneficiis in hoſtem collatis, diuerſa recipimus. Poſt hæc ait, Ecce agnoſco, quod re- *Ibidem.* gnans regnabis, quodq; regnum Iſraël conſtituetur in manu tua: Et nunc iura mihi per dominum, quòd non aboliturus ſis ſemen meum poſt me, nec extingues nomen meũ de domo patris mei. Sed dic obſecro, vnde iſtuc ſcis? penes te ſunt exercitus, penes te ſunt pecuniæ, arma, ciuitates, equi, milites, breuiter vniuerſa vis apparatus regij: hic contrà deſertus ac nudus, nec ciuitatem, nec domum, nec familiam habẽs. Vnde igitur, te quæſo iſta loqueris? Nimirũ ex ipſis Dauidis moribus. Neque enim nudus & inermis ac deſertus me armatum, tantaq; circunuallatum potentia ſuperaſſet, niſi deum haberet adiutorem. Porrò qui deum habet fauentem, omnibus eſt potentior. Vides ad quantã philoſophiã Saũl poſt inſidias deductus ſit? vides qui fieri poſſit, vt inimicus omnem expuat maliciam, immutatuſq; ad meliora ſeſe recipiat? Ne velimus itaque noſtram ipſorum ſalutem per iracundiã deuouere. Quãdoquidem etiam ſi ad ipſa maliciæ barathra fuerimus deducti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

deducti, fieri potest, vt nos ipsos inde reuocemus, & omni depolita malicia ad meliorem frugem redeamus. Deinceps quid ait? Iura mihi per deum, quòd non abolebis semen meū post me, nec obliterabis nomen meum de domo patris mei. Rex priuatum rogat: qui diademate cinctus est, supplicē agit pro filiis suis, obsecrat exulem. Et hoc ipsum arguit virtutem Dauidis, quòd hostis ausus sit hæc ab hoste petere. Nā quòd iusiurandum exigit, non eò facit, quòd diffidat Dauidis moribus, sed quòd reputet quot malis illum affecisset. Iura mihi te nō abolituru semen meum post me. Hostem filiis suis relinquit tutorem, suasq; proles in illius deponit manus, dum his verbis filiorum ac Dauidis manus apprehendens, deum sequestrem inducit. Quid igitur Dauid? Num vel leuiter dissimulatione & ironia ad hæc vsus est? nequaquam, Sed protinus annuit, quodq; petebatur cōcessit: ac mortuo Saüle, non modò non occidit illius posteros, sed tum plura præstitit, quàm erat pollicitus, siquidem filium eius quum esset claudus ac debilis cruribus, in suā ipsius domum induxit, suæq; mensæ fecit participem summo illū honore dignatus nec erubuit, nec occultauit, nec arbitratus est regiā mensam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari potius ac lauriorem fieri. Quotquot enim cum illo discumbebant, abibant magnam philosophiæ doctrinā consequuti. Cùm enim videret Saülis filium, illius qui tanta mala patrarat aduersus Dauidem, tanto in honore haberi apud ipsum, etiam si feris omnibus fuissent immitiores, pudore tamen ac rubore cum omnibus inimicis redibant in gratiā. Quanquam si etiam ipse aliunde illi cibum dari iussisset, certumq; victus modum ordinasset, valde magnum erat: sed illum ad suam ipsius mēsam recipere, eximiæ cuiusdam est philosophiæ. Scitis profectò, nō esse facilē, hostium filios diligere. Quid dixi diligere? non odisse non persequi magnum est. Itaque multi, defunctis inimicis, in illorū liberos, iram quam in eos habebant, effuderunt. At nō ita generosus ac magnanimus iste, sed & viuentem inimicum obseruauit, & illo defuncto, beneuolētiam quam erga illū gesserat, filiis exhibuit. Quid illius mensa sanctius? quā cingebāt filij hostis, hostis inquam occidere conati. Quid illo cōuiuio spiritualius? in quo tam multæ abundabant benedictiones. Angelo potius quàm homini erat plausibile. Siquidem inimici filios amplecti & amare, & illius filium qui toties ipsum tentasset è medio tollere, atq; id moliens excesserat è vita, facit vt ille chorus celebretur. Hoc tu quoque facito charissime, & viuentium & mortuorum filios fouens: viuentium quidem vt hoc modo parentes illorum tibi concilies, defunctorum verò filios curans, vt à deo multum tibi pares fauorem, plurimisq; coronis decoreris, vtq; innumera ab omnibus vota preceq; consequaris, nō ab iis tantum qui tuis beneficiis adiuti sunt, verumetiam ab iis qui viderunt. Hoc pro te stabit in illo die magnū; tibi futuri sunt patroni in articulo iudicij, hostes tuo beneficio adiuti: magnaq; ex parte à peccatis liberaberis, & reposces mercedem. Etiam si innumera cōmiseris peccata, si proferas illam precationē quæ dicit: remittite inimicis vestris, & pater vester remittet vobis peccata vestra: multa cum fiducia commissorum omnium remissionem consequeris: atq; hic interim, bona cum spe vives, habituros omnes amanter erga te affectos. Quum enim viderint quòd inimicos & inimicorum filios sic diligis, qui fieri poterit, vt non affectēt tibi amici, tuiq; studiosi fieri, & omnia tua causa tum facere, tum pati? Porrò quum tantum apud deum tibi pares fauorem, quum cūctos habeas omnia bona tibi comprecantes, quam senturus es molestiam, aut quis te vitam viuat fœliciorem? Hæc in hac vita nō tantum miremur, verumetiā factis exæquamur, ac obambulantes, inimicos perscrutādi gratia, suos quisque sibi recōciliemus, & ex inimicis synceros reddamus amicos. Quòd si etiam excusatione fuerit opus, veniaq; ab ipsis petenda fuerit, ne recusemus, etiam si ipsi fuerimus iniuria affecti. Hoc pacto copiosior nobis erit merces, hoc pacto maior fiducia, hoc pacto cœlorum regnum haud dubiè consequemur, munificentia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui, gloria, imperium, honor nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matth.6.b

HOMILIA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de Dauid vbi Goliath immanem hostem deuicit. Incerto interprete.

DOminus deus cùm Dauid regem populo destinasset, cumq; primò singulos homines ac diuersos attingeret, & animaret cunctos, plurimosq; peruideret, è quorum numero eligeret regem, rectorem præponeret, ducem populo præfecisset, inuenit Dauid cuius meritum tantiri non potuit, cui & testimonium reddidit, dicens: Inueni mihi Dauid virum secūdum cor meum, qui faciet omnem voluntatem meam. O beatum Dauid sanctissimi meritū quod laudat deus, prædicat dominus, iudex præfert summus. Dū enim Dauid sanctissimus homo secūdum cor dei quicquid deus cogitat, gerit: quicquid mente concipit, perficit: Dum enim, inquam, Dauid cordi dei cor proprium iungit, & menti eius mentem suam adnectit: hoc est, vt quæ vult deus, velit: & quæ non vult, similiter nolit: sic eum dominus indiuiduo amore & coniuncta charitate dilexit. Denique deus Dauid elegit obsequentem, & Saülem reprobat contemptorem. Dauid qui notus populo nō erat promouetur, & Saül qui regnauerat, spernitur. Hic ab ouibus ad regnum deligitur, ille à regno ad gladium destinatur. Hunc sancta vita promouit, illū mandatorum despectio reprobauit. Dauid adhuc pastor debellat leonem, interficit vrsum, Saül contemnendo dominum, malum in se prouocat spiritū. Regnat Dauid sanctissimus, sed latenter: Saül reprobus efficitur euidēter. Hic iam rex est, ille putatur: hic iam obtinet, ille tātummodo dicitur: hic occultam possidet dignitatem, ille habet publicam regni imaginē. Adeo Dauid sancto spiritu inundatur, Saül verò spiritu isto deseritur. Denique Saül Dauid persequitur innocentem, Dauid verò traditum sibi illæsum exhibet peccatorem: vt & in Dauid spiritus sanctus miteſceret, & in Saüle malus spiritus in innocentem sæuiret: vt vitæ diuersitas diuersa iam merita demonstraret, & causæ istę hominibus depurarentur non deo, qui malè vel bene gerētibus regnum aut tollerent aut cōferrent. Interea ab Allophylis Saül prouocatur ad bellum, disponitur acies, præparatur exercitus, pugna dirigitur. At contra hostes haud aliter præparantur, ardescunt ira, tolluntur insania, furore feruescunt, pendet in mutuicem vterque exercitus, expectat signum, sustinet iussum: & cùm nōdum aut lituorum sonitus, aut tubarum clangor, aut strepitus armorum colliderent, prosiluit in medū de Allophylorum castris vir corpore immani valtissimus, horrendus statu, mirabilis visu, cristato vertice galeatus, coruscus armis,

1.Reg.13.c *Magnum Dauid meritum.*

1.Reg.15.f

Ibidē.17.d

1.Reg.17.a & seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mis,fulgens gladio,vmbone tectus,lorica vestitus,nomine Goliath. Qui stupētibus cunctis, vos vos,inquit, exercitus Saūlis admoneo,vobis mea verba depromo. Nolite,inquit,nolite pugnare nobiscum, vt pugnatur in bello:nolite contra nos solita exercere bellorū, nemo contra alterum pugnet,nullus communis hostem solito more debellet, eligite si potestis vnum ex vobis, qui mecum fortiter pugnet. Eligite vnum qui contra me si poterit dimicet,cuius virtus virtutem totius mōstret exercitus, cuius potentia potentes exhibeat cunctos, cuius victoria aut nos vobis seruos efficiat, aut si fuerit victus vos nobis in seruituiem subiiciat. His dictis Saūl rex populusq; terretur,formidant cuncti,trepidant omnes, vniuersos inuadit metus, formido occupat,possidet tremor. Non in forti virtus,non in audace animus,nō salus in bellatore consistit. Fuit enim Goliath metuendus visu, metuendus armis, metuendus & verbis:& trementibus cunctis solus Dauid consistit intrepidus. Non eum immanitas hostis exterruit, non armorū enormitas fregit, aut superbia verborum imminuit,sed fortiorem cunctis virtus diuina constituit. Noli, inquit, ad Saullem, noli rex domine formidare,noli eius immania verba,aut armaturæ potētiam pertimescere. Iste enim quod minatur leue est, quod loquitur facile, quod ostentat mortale. Ego contra illum exeam, ego pugnam contra eum instituam, & iactantiam eius, & superbam vocis insaniam deo mitigante consternam. Nam cùm pascerem gregem in cāpo,ouem mihi à leone & vrso arreptam,his beluis interemptis prædam excussi, ouem eripui, nocentes bestias interfeci. Hoc exemplo etiam istam immanem beluam prouocem bello,pugna congrediar,dei populum de eius manu eripiā, et ipsum vt nocentissimam beluam dei virtute percutiā Non poteris,inquit Saūl, non poteris pugnare cum eo. Tu enim puer es,ille bellator:tu insuetus es,ille peritus: tu pastor es ouium, ille rex & imperator est populorum. Pugna ista, inquit Dauid,quam loqueris dei est: bellū quod geritur,cœleste atque diuinum. Nihil isthic humanum inuenies, nihil quod hominis virtus conficiat, aut potentia bellatoris exerceat. Adest dominus, adest inquam qui me in prælium cogit procedere. Adest qui me bellum desiderat gerere,& hostem immanissimum iugulare. Induitur Saulis armis Dauid sanctissimus puer, vt quasi potentibus armis rex potētissimus vincerctur. Sed tam ista arma vt puer gestare nō potuit, quàm Goliath his armis nō meruit interire. Denique istis armis abiectis, noua & inopinati generis Dauid arma cōquirit, quinque lapides eligit, fundam sumit, situlam pastoralem corripuit,contra Goliath debellandum exiuit. Quem Goliath cùm contra venientem aspiceret, irrisit ætatem,irrisit arma,irrisit & puerum. Irrisit,inquam,ætatem,sed non intellexit in Dauid esse dei virtutem: irrisit & puerum nec tamen sciuit dimicare in puero dominum: lapides & fundam irrisit, sed vno se lapide moriturum nescisuit. *Quasi ad canem, inquit Goliath, existi cum lapidibus & virga.* Tu, inquit Dauid,si canis fuisses, nunquam in hac pugna dimicare auderes, nunquam constanter in hoc prælium processisses, nunquam dimicandum cōtra te dominum prouocasses: sed vt canis bellum fugeres,prælium declinares, interitum tibi futurum & dignum supplicium metuisses. Peior es autem cane, qui nec virgam metuis, nec lapidem quo moriturus es,extimescis. *Et maledixit alienigena Dauid in diis suis,& dixit:veni,inquit,veni ad me,& faciam te volucrum*

Goliath cūctis metuēdus.

Noua Dauid arma.

cibum,& pabulum bestiarum. Et Dauid dixit ad eum: Tu venis ad me fidens in gladio, ego in deo. Tu terrenis dimicas,ego cœlestibus pugno. Tu in lancea,ego in fide. Tu in clypeo, ego in prece. Tu venis ad me in armorum virtute,ego in potētissimo genitore. Denique in te tua arma vertentur, in te tuus gladius exeretur. Dei est enim hæc pugna, dei erit & ipsa victoria. Interea in vtrunque ducem vterque pendet exercitus, stupet metu, formidine tremit, vicinitatē mortis horrescit. Procedunt ad inuicem contra semet idem pugnaturi duces, & excitati in sese iam quærunt dilatum bellum conficere, iam desiderant alternam victoriam perpetrare. Sed Dauid properè lapidē de situla rapit, fundæ apponit, & contorto vertice in Goliath excussit. Qui lapis per inane volans verberat aures, aërem scindit,& violēto impetu Goliæ frontem inuadit. Qui nutabundus ac tremens totam molē corporis cùm armorum potētia secum ipse deiecit. Deinde Dauid festinās accurrit, hostis gladium sumit, caput eius abscidit, & de tam immani belua hactenus victoriam perpetrauit. Quem cùm extinctum socij vidissent, in fugam versi,& Israēlitarum sunt cæde mactati. Reuertētis populi laudes & glorias Dauid sanctus excepit dicentis,Percussit Saūl in milibus suis,& Dauid in denis milibus suis. Quibus ego te laudibus, quibusq; gloriis præferam sancte ac religiose puer, qui innocentia pares,virtute fortes,senes merito præuenisti:qui potuisti desistentibus cunctis immanem beluam vincere, hostem prosternere, inimicum populi detruncare. Tu enim deficiente rege,rex ipse & dignitate & merito extitisti. In desistētibus fortibus, fortiter in prælium prosiliisti. Tu formidanti populo & Goliæ sæuiciam molienti dum fortissimè geris,victoriam de hoste dei populo tradidisti. Tu hac pugna monstrasti, nec pueros esse posse imbelles,nec à gloria maiores immunes,nec senes vnquam esse degeneres,quoniam in omnibus ætatibus victor si pugnauerit deus, victus iacebit & deficiens inimicus. Ideoque pro his omnibus gratias agamus domino per Christum dominū nostrum, cui est gloria & potestas cum spiritu sancto, per immortalia secula seculorum,Amen.

1.Reg.17.d

Ibidem.

1.Reg.18.b

Reliqua fuere Dauid præmia.

De eo quod sanctus Dauid dixit,Quis sum ego,quòd talem gratiam inuenerim ante faciem tuam? Ego &c. 1.Reg.18

Incerto interprete.

IMitatores Christi lineas tenent humilitatis,& sola est quæ charitatem acquirit,pacem inuenit, sereno corde totum intendit: humilitas non habet vnde cadat, communio non inuenit quod disipet, concordia bonitate plena est. Et quia de humilitate proposuimus, dictionē hanc sequamur. Dixit propheta,vt modò cantauimus, Quis sum ego domine mi, quòd talem gratiā inuenerim ante faciem tuā? Ego enim minimus fui in tribu mea, & elegisti me ex ouibus, & assumpsisti me. Attendistis hominem gratia plenum,& deo non esse ingratum? Videtis quo modo agnoscit se quis fuerit,quis est,& quid erit? Ibi est ergo plenitudo gratiæ,vt se in omnibus vnusquisque agnoscat. Primò,quia mortalis est. Secundò,quia casibus vita humana plena est. Tertiò, quia tribulationes & dolores in seculo inuenit. Quartò,vt sciat, quia patientia pauperum non peribit in æternum. Quintò, vt norit quia perseuerentia perducit ad deum. Sextò, vt intendat,quia quantò magnus est,humiliatus si fuerit & humilitatis vias tenuerit, inueniet gratiam in conspectu dei.

Psal.9.d

Universidad de Deusto Biblioteca

dei. Septimò quia nō est sine peccato nec infans vnius
Luc.18.a diei natus super terrā. Octauò, quia cōtra insidias diaboli oportet semper orare & non deficere. Nonò, vt in oratione non captiuemur terrena cogitatione. Decimò, vt in spe non deficiamus. Vndecimò, vt contemplemur delectationem domini & protectionem speremus diuinitatis. Duodecimò, quia nō tacebimus trino illo clamore, dicentes: ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος sine cessatione. In his omnibus qui se agnoscit, vt in capite posuimus, viā tenet humilitatis. Nam omnes patriarchæ, prophetæ, apostoli, martyres, eremitæ in monasteriis constituti, clerici & episcopi has tenuerunt semitas, in quibus potuerunt ad deum peruenire. Si voluerimus singulorum verba dicere, quo modo clamauerunt ad deum in humilitate cordis, syluosum est. Sed quod nō credo, fastidium ingeret auribus, ad versiculos reuertamur, quos nunc proposuimus. Diximus, Quis sum ego domine mi? Agnouerat iste sanctus, quod dixit
Gene.18.d Abrahā deo: Ego sum terra & cinis. Et singuli ita deo dixerūt, vt forma esset perfectæ humilitatis. Ergo quis sum ego domine mi? Ecce nihil se esse dixit, & seruum se esse non negauit: quia omnis qui confitetur seruitutem, meretur gratiæ libertatem. Ergo dicit, Quis sum ego domine mi? Videtis vbique regnare gratiam, vbique pia viscera posidere, cor humile illustrare, benignos sibi redigere, confessores suos ditare, dixit enim: Quis sum ego domine mi, quòd talem gratiam inuenerim ante faciem tuam? Nouerat se pastorem esse ouium, & non genere nobilitatum. Sed quando factus est nobilis, agnouit se ex nihilo fuisse subleuatū: & quia non est oblitus quis natus erat, perseuerauit in culmine regali. Inuenit gratiam, vt & regnum perciperet, & inimico persequenti se Sauli, malum pro malo nō redderet. Videtis quanta culmina procedunt de radice humilitatis, quàm vberem fructum deo offerret? Inde omnes virtutes, inde omnes bonæ actiones, inde cunctæ potentiæ ascēdunt, id est totum posse. Ergo dixit: *Quis sum ego domine mi, quòd talem gratiam inuenerim ante faciē tuam?* Ego enim minimus fui in tribu mea, & elegisti me ex ouibus, & assumpsisti me. Videte quo modo subiunxit humilitati innocentiam, vt cùm
Ioan.10.b esset homo, diceret: Elegisti me ex ouibus. Demonstrauit, quia hoc genus pecudis innocens est. Significabat enim illum pastorem bonum, qui animam suam ponit pro ouibus suis. Illum agnum dei, qui venturus erat, vt
Ibidem.1.d tolleret peccatū mundi. Electus ergo ex ouibus, vt pastorem ostenderet, & innocentiam non negaret, dicit: Ego enim minimus fui in tribu mea. Quàm suaue est, quàm dulce in auditione veræ confessionis, vt diceret se minimum in tribu sua: non erubuit quod erat, vt esset quod non erat. Confessio eius adduxit ei non peccatum, sed gloriam & misericordiam. In ista cōfessione confusio non est dicenda, sed gloria & exultatio. Quod dixit, Minimus fui in tribu mea, significabat perfectam domini humilitatem in mundo venientis, qui formam non ingenui, sed serui assumere voluit. Quid humilius seruo? tamen hoc dominus esse dignatus est, vt ex seruis liberos faceret, vt seruitus ipsius nobis ingenuitatē donaret. Hoc significabat, quod dixit, Minimus fui in tribu mea. Eia nunc erigite mentes genus electum, & nolite esse pigri, neque superbi, neque de vobis aliquid sentientes: quia quicunque putat se aliquid scire, cùm nihil sciat, quemadmodum oportet
Iacob.4.b scire. Nullus in morbum superbię cadat, Quia deus superbis resistit. Sed orandus est ille deus, vt ipsa super-

bia quando in corde cadit, agnoscat ille interior homo, & excutiat à se & dicat: Nihil mihi conscius sum.
1.Cor.4.a Dicat quod ait Apostolus. Nō sum dignus vocari apostolus. Aeque alio loco audi quid dicat: qui prius fui
Ibidē.15.b blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericor-
1.Tim.1.c diam consecutus sum. Videtis quo modo muneratur omnis qui nō obliuiscitur quod erat, & efficitur quod nō erat? Nam sanctus Cyprianus in epistola sua ita loquitur: De humilitate ad summum ascendimus, dicimus vnde placeamus. Hoc dicere debet omnis Christianus. Ecce quanta est humilitas, quàm dulcis, quàm radicata, quæ nulla tempestate mouetur, quia non habet vnde cadat. Humilis homo omnibus subditus est, non alio inuidet. Quando videt meliorē sibi, non possidetur spiritu zeli, sed laudat deū in homine sibi meliori, & dicit: Diues es domine & in me facere miseri-
Ephe.2.a cordiam. Non attendere vnusquisque debet, quod in tempore isto, sed quod in futuro bene viuentibus reseruatur. Imitatores ergo debemus esse bonorum, non carnalium, non eorum qui ornant corpus suum, vt videantur ab hominibus, qui satiant carnes suas deliciis & ebrietatibus, qui numum numo reponūt, & viscera sua pauperibus claudūt, qui propter habere viuunt, & nesciunt habentem. Ipsi sunt qui dicunt, nō in lingua, sed in opere: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. De ipsis clamat propheta: Nolite fieri sicut
1.Cor.15.c equus & mulus, quibus non est intellectus. De ipsis di-
Psal.31.c cit Apostolus: Animalis homo non percipit quæ sunt
1.Cor.2.d spiritus dei, stultitia enim est illi. Isti in limo seculi hærerunt, in via dei ambulare non possunt, quia tenentur: Ipsi sunt, qui pro re aliqua temporali viuūt, & non propter æternitatem promissam. Separemur ergo à talibus, quia scriptum est de nobis: Separamini separamini, qui fertis vasa domini. Quæ sunt vasa domini, nisi
Esa.52.c corpora sancta plena dei gratia accepta? quo modo dictum est de illa sancta domini matre? Aue gratia plena, dominus tecum. Fugiamus ergo caducos mores,
Luc.1.c temporales & terrenos, carnales & superbos seipsos amantes. Amatores pecuniæ, procaces inuctores malorum, parentibus non obedientes, insipiētes, incompositos, sine affectu, sine misericordia, tales fugiendi sunt. Qui ergo sunt appetendi? Sancti & humiles corde, benigni & pacifici, misericordes, lugētes in isto mundo, quia ipsi in æternum consolabuntur. Misericordes misericordiam consequentur, pacifici filij dei vocabuntur. Istos ergo imitari debemus, illos fugere. Illi dicturi sunt in futuro: Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Imputabūt sibi in illa vita, vbi iam non erit misericordia. Ecce dicturi
Sapien.5.a sunt ij, quos habuimus in risu, & quorum vitam æstimabamus insaniam, quo modo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Gementes, stridentes, plangentes in ipsa regione, vbi iam nō erit indulgentia, sed plenissima sententia. Quia vita aut hîc tenetur, aut hîc amittitur. Cùm tēpus habetis, imitatores estote bonorum, laudantes deum summæ bonitatis patrē, vt cùm ista obseruaueritis, & doctrinam nostram non neglexeritis, deus pacis & humilitatis sit vobiscum, Amen.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi de Absalon, vbi patrem persequitur, & de prælio fugiens, obligato gutture, arboris ramo suspenditur. Incerto interprete. 2.Reg.17. & 18.

Perdidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

PErdidit Absalon sceleſtiſsimus mentem, perdidit sensum, amisit consilium insectatus patrem, fugat innocentem, insequitur genitorem, vsurpat imperium, potestatē arripit, regnum inuadit: nō vt cum patre societatem regni iniret, sed vt totum regnum patris sanguine possideret. Perdidit, inquam, Absalon cōsilium, dum parricidio cupit mercari imperium: amisit sensum, dum per exitium patris consequi desiderat regnum. Festinat, properat, quærit innocentem opprimere reus, patre superstite moriturus. At cōtrà Dauid humilis ac mitis cedit domo, persequentem fugit, declinat hostem. Reliquit affectus, ne aut parricidæ interitus ei luctū afferret, aut peremptio eius reum filium exhiberet. Vult furorem filij fugiēdo, compescere: desiderat declinādo, parricidæ sæuiciam temperare, sed crudelitas mente concepta iam sedari non potuit, quam immani sæuicia ad perficiēdum facinus prouocauit: O innocentia, quantum apud reos, periculi suscipis: quantum maliciæ, per flagitiosos incurris? Dauid sanctiſsimus tot demētes exercitus, quia non deliquit, offendit: tot populorū rabiem, quia non læsit, incurrit. Absalon vnus est reus, & vniuersus contra patrem conspirat exercitus. Armantur in cædem funestæ multorum manus, prouocantur in innocentem vlcisci facinus alienum. Vnius parricidę furor tot milia insanire compellit, vnius demētia dementes efficit multos. Offendit enim Dauid filium, quia fratris in eum voluit vlcisci parricidium. Semper enim scelera, dum non resecantur, increscunt, & in augmēta facinorum prosilitur, quoties secura impunitate peccatur. Dum enim in Absalō fratris occisi facinus nō vindicatur, in parricidium patris recidiuum facinus iteratur. Vos, vos, inquam, exercitus infœlices admoneo, vos affectum pietatis exhortor. Cur in alienū facinus ruitis? cur furentis insaniam adiuuatis? cur parricidæ similes ac dementes existitis? Deserite, quæso: deserite reum, deserite nouo supplicio moriturum. Forsitan enim si deseritis, cessabit: qui, vt auderet, vester numerus prouocauit. Certè solus pereat, qui naturæ iura debellat. Solus concidat, qui pietatem patris impugnat. Aut enim cessabit, dum pœnitet, aut perseuerabit & periet. Ego doleo reum, doleo impiū, doleo nouo supplicio moriturū. Quis te in hoc facinus prosilire, parricida deterrime docuit? Quis te furor audere tam immane facinus prouocauit? Si offendit, pater est: si læsit, genitor. Quinimmo nec offendit, nec læsit. Vincat furorem pietas, affectus insaniam superet: crudelitatē natura debellet. Aut nunquid te pater, quia non læsit, offendit: aut idcirco te offendit, quia non læsit? Qui forsitan nō offenderet, si lęsisset. Sed de affectu exhibe pietatem. Tibi parcis, dum à patre manus auertis: quē defendere deberes, si quod audes, alterum audere cognouisses. Vbi iam solatium patres, vbi præsidium genitores inuenient, si filios senserint parricidas? Aut quando externa tuta sunt, si domestica nobis obsistunt? Bestiæ & mutæ pecudes pietatis iura conseruāt: & quibus natura denegat rationem, non tamen denegat pietatem. Innocentem perimere, nefas est: patrem occidere, scelus: prophetam iugulare, facinus inauditū, & ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum. Cessa iam ab isto scelere: cessa, cessa, inquam, ne te boni omnes semper exhorreāt: ne audaces ex te, quod nō nouerant, discāt. Cessa, inquam, ne qui post te tantum facinus perpetrarit, te vtatur authore. Cur mundo nouum facinus tradis? Cur doces, quod natura nō nouit? Cur cupis, quod pietas ipsa horrescit? Cur audes perficere, quod nouo supplicio cogatur deus vindicare? Interea parricidæ furor non minuitur, nō frænatur. Ardescit in peius, in maius accenditur. Cupit facinus conceptum festinanter implere, desiderat scelus dispositum instantiſsimè perpetrare. Properanti ad nefas, tarda sunt cuncta: festinanti ad facinus, videntur remorari dispositа. Cupit parricidium antè cōplere, quàm gerat: festinat patrem antè intercipere, quàm occīdat. Sitit sanguinē patris, cruorem appetit genitoris. Timet differre vel modicum: ne aut ira remorata deficiat, aut furia dilata langueſcat. Disponitur properè bellum, acies dirigitur, pugna paratur: cognatæ classes in semet ardescunt. Inde parricida exercitum contra patrem inflammat: hinc Dauid, vt parcant filio, abeuntes duces exorat. Parcite, inquit, filio meo Absalon. Inde dementia, contra genitorem exurgit: hinc clementia, vt parricidæ parcatur, exposcit. Inde furor, hinc pietas operatur. Inde insania, hinc misericordia interponitur. Inde crudelitas, hinc bonitas ostentatur. Parricida non læsus insanit, Dauid læditur & miteſcit. Debellatur ab impietate pietas, nec mouetur: pietas patris nec gladio vincitur, nec terrore mutatur. Parricida nec ratione frangitur: nec imminenti interitu deterretur. Obduratur in pœnā, in supplicium cogitur, nec salutem in aliquo iam meretur, qui patrem salute spoliare cōnitur. Respice iam sceleſtiſsime hostis ac nephande, iam respice parricida: respice, inquam, vīquequāque in te cuncta conuerti: respice contra te ab ipsa natura repugnari. Et quanuis cōtra te dimicet cœlum, moueatur terra, exercitus pugnet: tamen aliud te ignotum & inopinatum sustinet bellum, aliud tibi iam paratum prælium est, quod fugientem excipiat, properantem interimat, festinantem occīdat. Non enim isti exercitus, quos cernis, quos cōspicis aut tuus furor contra patrem armauit, aut patris contra te neceſsitas prouocauit: qui quāuis dignè cōtra te exerant gladios, vibrent enses, lanceas torqueāt, vt dolor læsi patris tuo interitu diluatur: tamen te fugientem arbor excipiet, rami interiment, ligna suspēdent. Adest, inquam, arbor in campo ramorū telis ornata, quæ te excipiat fugientem, properantem rapiat, patris iniuriam in parricidā defendat. Adest, inquam, arbor, quæ nec patrem, vt tibi parcatur, audiuit, & iussa dei instanter implere contendit. Nec poteris hoc bellum impunitus euadere, qui genitori necem conatus es irrogare. Igitur commisso bello, prosternuntur hostes, aduersarij cadunt, inimici vincuntur, nudatur hostis, deseritur parricida: iam suam in suis conspicit pœnam: iam supplicium debitum sibi, suorum interitu recognoscit. Iam timet, iam formidat, iam proprīū meditatur interitum. Denique animal petit, mulum cōscendit: dat se in fugam præcipitem. Paratam properè festinat ad arborem, cui est traditus, & ictu violento immissus, animali subducto & subter in cāpos elapso, inseritur ramis: obligatur lignis, trāsfixo gutture† colligatus. Pendēs iam mortuus, ab hominibus inuenitur, quem iam nec cœlū potuit conspicere viuum, nec terra vlterius sustinere. O nefandum meritum parricidæ. Iniuriā patris non pugnantis gladius, non hostilis manus, non iaculātis ictus defendit: sed vindicant ligna, arbor vlciscitur, rami defendunt. Nec est vlla creatura, quæ mota nō fuerit, cum ipsum dominum senserit moueri authorem. Igitur redeunt cuncti de bello, parricida authore belli prostrato, cuius sanguine scelus diluitur, cuius supplicio immanis crudelitas sepelitur.

γνόμη.

† *Ioseph. Regum. 18 quod Iosab illum (ut transferunt nim trium iuxta G Hebræum) er fix.*

Gaudent

Universidad de Deusto

Gaudent omnes, cuncti lætantur: solus Dauid plangit filium, parricidæ lamentatur interitum. Quid plangis glorioſe pater, quid lamentaris, quaſi Abſalon, quod auſus eſt, comprobaris? Quid fles ſceleſtum, quaſi eum parricidium perpetrare volueris? Frangis gloriam victoris exercitus, ſi fletur hoſtis interitus, nec lętitia eſſe poterit in victoria, ſi parricidę plăgitur pœna. Ille tuus nō fuit filius, qui ſic violauit paternos affectus. Ille tuus dici non meruit, qui ius patris ſanctiſsimi violauit. Te non contempſerunt exercitus, non duces, quibus parci ſceleſto mădaſti. Sed illa arbor, illa te primuum vlta eſt: illa defendit, illa læſi patris iniuriam, qui te non audierat, vindicauit. Defenſio tua ſecuritatem patribus attulit, & parricidarum audaciam reuocauit. Per te, & iniuria naturæ defenſa eſt, & patrum pietas reuocata. Nouo enim ſupplicio debuit interire, qui ſeculo nouū ſcelus, per patris exitum, voluit inferre.

A

B

Diui Ioannis Chryſoſtomi in Heliam prophetam, ſermo.

GLorioſus olim prophetarum poſſeſsione, vti peculiaris quædam illorum agricultura erat Iudæorum populus: ſed plaudite, Gloriatio hæc nunc ab eis in eccleſiam tranſlata eſt. Ecce apud nos & prophetarum corpora. Neque enim cōgruit, vt prophetas agricolas adhuc habeat ſterilis ille populus. Neq; decet, vt apud illos ſeruentur prophetę, qui eum, quem iſti prædixerunt, crucifixere pro mortuis quos apud illos excitauit, pro cæcis quos apud illos viſu donauit, pro eſurientibus quos apud illos pauit, pro violentia quam beato Heliæ deus omniū dominus propter illos fecit, & raris modis, vt dicemus, ad reuocandum, quā contra illos tulerat ſentētiam, coēgit. Quem precor, vt & nunc mihi in commemorandis prophetę huius factis dux ſit & doctor. Igitur Helias ille, zelo dei inſignis, vt vidit Iudæorum gentem, contępta dei miſericordia, perpetuò in delicijs viuere, & idolorū cultui deditam: & à deo quidē impietatem tolerari, ipſos autem longanimitate iſta, ad maiorē vitæ impœnitentiam abuti: volēs eos punitum iri, cogitabat quid nam aduerſus eos diuinę bonitati opponeret, quę paruis lachrymis ſtatim mouetur vt iram ponat: decernit tandem, vt ad conceptam contra eos pœnam, deum iuramento adſtringat, quo ligatus, ſententiam in eos non facilē ſolueret. Non ignorabat enim & iuſtorum zelo dcū placari. Dicebat itaque, Bonus erga illos deus eſt, pauciſq; eorum flectitur lachrymis: verùm, bonitas illa populo malè cedit: longanimitate enim abutētes, perditè viuunt, & ſimulachra colunt atque ita & deus ipſe contemnitur. Viuit dominus, inquit, & non erunt per annos illos ros & pluuia. Deinde, cùm deus ei reſponderet: Quid ergo, ſi pœnitentes illi mihi blandientur, ſi lachrymas afferentes ſpectem, ſi à delictis reſipiſcentes videā, ſtatimne dare debeo pluuiam? Minimé, inquit, viuit dominus, niſi per os meum. Non viuit, dominus. Illi idolis ſe addixerunt, ego per deitatem tuam iuro. Oſtēde mihi, quòd iuramentū hoc, & contra te valeat: vt & per hoc idolorum infirmitas declaretur. Nō, viuit dominus, non erunt tribus annis ros & pluuia, niſi per ſermones oris mei. Non, quādo tibi videbitur, pœnæ finem facias. Tibi enim pro clementia tua ſemper videtur miſericorditer agēdum. Sed tunc, quādo ego pro eis orauero, & iudicauero quòd dignā animæ ſuæ curam gerant, probeq; reſipiſcant. Igitur propheticam ſententiam reueritus eſt deus, & honorem iuramento illi dedit. Rem tamē moderatus dominus ſic eſt, vt & prophetam ſimul reuereri videretur: & populi, quem fame puniebat, miſereretur. Et quid facit? Prophetam vnà cum populo punit, vt dum etiā ipſe in famis ſupplicio comprehenditur, aliquid miſericordiæ in relaxando ſententiæ ſuæ iuramēto addiſcat. Et punit quidem prophetā cum populo, leuiori tamen pœnā eum corripit, & mirabili ſapientia miſericordiæ opus complet. Prophetam enim per illas potiſsimū aues, quibus ſui fœtus inuiſi, nutrit. Odit enim prolem ſuā coruus, & natā non educat. Id quod propheta inſinuans dixit: Et pullis coruorum inuocātibus eum. Quoniam enim pulli coruorum, immò omnes auium pulli, recēs nati, infirmiores ſunt, quàm vt ipſi cibum ſibi parent, vnde adhuc implumes à parentibus ſuis enutriuntur. Sed ab ea parētum cura coruorum pulli deſtituti, attamen ab illis nō curatum permanet coruorū genus. Vnde Dauid diuinam nobis miſericordiam ſubinde commonſtrans, eorum educationē deo adſcribit. Expoſitis enim ad aērem, vtpote à parentibus neglectis, obuolitant animalcula quædam, diuina prouidentia ſuppeditata, quæ captantes illi, creſcunt & aluntur. Vnde dicit: & pullis coruorum inuocātibus eum. Proinde per patres illos filiorum ſuorum oſores, Apud Heliam, qui Iudęis vt filiis malæ frugis ſuccenſebat, deus intercedit, quaſi ad eum ſilenter ita diceret: Ne tanto Iudæorum filiorum tuorum odio teneare, quanto erga pullos ſuos corui. Et ecce illi nunc conuerſi ſunt, vide vel eorum miſericordiā. Qui natura pullis ſunt immiſericordes & inhumani, illi ipſi vt hoſpites tibi ſeruiūt. Abſurdum eſt ô Helia, quòd apud te miſericordiæ meæ patrocinantur corui: tu autem pro Iudæis, in quos ſæuio, non intercedis. Erubeſce, & vel coruorum exemplo Iudæis eſto clementior. Ego enim, vt tuæ ſententiæ honorem do, ita & illorū qui affliguntur miſereri velim. At Helias quum deo nōdū cederet, reuocatur alumni corui beneficium, & alia reconciliandi via quæritur: nempe vt fame victus, ſentētiam ipſe ſoluere cogatur. Verùm ille coruorū miniſterio deſtitutus, nihilo mitior inediam etiam ipſe ſuſtinuit, & inquit: Non ingratum eſt, quòd fame crucior, tantùm vt impios puniri videam, pereat etiam corpus meum cum his qui fame affliguntur. Itaq; cum deficiente per coruos alimonia, tranſiret multū temporis, iterum corripitur Helias, & in alium tranſire locum iubetur, vt famelicus ipſe, famelicæ viduæ, quæ & ethnica erat, ſupplex eſſet. Quod hoc conſilio dominus fecit. Nam cùm Iudæis interdictū ſit habere commercium cum Gentilibus, volēs eum ad miſericordiam prouocare, prædixit ei futurū, vt à muliere Gētili & vidua paſcatur. Quò, mox vt audiret Gentilis nomen, ab alimento ab ea ſumēdo abhorreret, & vel ſic deum pro effundēdo imbre imploraret. Surge, inquit, hinc & vade in Sarepta Sidoniorum, vt præcipiam illic mulieri viduæ ac Gētili vt te paſcat. Ille autē neq; ad hanc vocem mitior factus, cucurrit ad ethnicę mulieris alimoniam. Iam quod maius eſt, excitat deus viduā, vt eſurienti verba aſpera loquatur, ita vndequaque ipſum ad benignitatē cōpellēs. Et quidnā, inquit, mulier ethnica ad illum: Viuit, ait, dominus deus tuus. Et vnde mulierculæ Gentili hæc vox vt dicat? Præuenerat deus, & ei per viſionē prophetam oſtendit. Hoc enim eſt, quod deus prophetæ dicit: Præcipiā illic viduæ, vt te paſcat. Oſtenderat enim deus mulieri figuram, formam, ætatem, & futuram petitionem prophetæ. Vnde ipſa reuelationis diuinæ cōſcia, ſtatim vt aduenit

C

D

1.Reg.17.a

Ibidem.

Ioan.4.a

1.Reg.17.b

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3.Reg.17.b uenit propheta,& cibum popoſcit,clamabat:Viuit dominus deus tuus:non eſt mihi ſubcinericius panis, niſi quantùm pugillus farinæ in hydria: & parum olei in amphora,vt cùm intrauero,faciam illum mihi,& pueris meis,vt comedamus & moriamur. Nihil enim nobis,inquit, reſiduum quàm mors,vbi pugillum hûc farinæ inſumpſerimus. Ad hanc tandem vocem affici aliquo modo cœpit Helias. Et in maiori anguſtia eſt hæc, inquit, quàm ego ſum. Ego ſolus eſurio, illa cum puero fame laborat, non ſim hoſpiti mortis author. Quid tum? Ad hanc vocẽ relaxatur ſeueritas eius. Incipit miteſcere, & intra ſe miſericordiã exercere. Dicit: Non deficiat oleum cadi,neque farina hydriæ, donec det dominus pluuiam ſuper terram. Iam tandem ſubmeminit imbris dandi. Antequã fame domaretur,miſericordiam in danda pluuia deo permittere nolebat, dicens: Nõ erunt tribus annis pluuia vel ros ſuper terram, niſi iuxta verba oris mei. Nunc autem permittit, & ſoluendo iuramẽto præludit: & ſubmeminit quidẽ, petitionem tamen nondum adhibet. Quid igitur miſericordiæ fons ad hæc? Tertiam ei miſericordiæ machinam admouet,præcipiẽs animã pueri viduæ è corpore migrare. Saluus manet prophetæ honor, benedictio non ſoluitur,hydria & cadus nõ deficiunt. Atque adeò hinc magna miſericordiæ neceſsitate propheta conſtringitur. Erat enim cõtumelia prophetæ,ſi benedictio Gẽtilis viduæ,apud quam agebat,periret,& obfuiſſet viduæ fidei,ſi ex hac conſuetudine non maioris benedictionis ſenſiſſet commodum. Ea propter deus benedictionẽ quidem nõ irritauit, prophetam autem tertia machina oppugnat. Faciẽs enim mori filium viduæ,in eam neceſsitatẽ induxit prophetam,vt ſe orare cogeretur. Nam vidua mortui pueri mater,lachrymabunda ſtabat apud prophetam,& dicebat: Vtinam pridem fame mortua eſſem,& ante hanc benedictionem emigraſſem, & nõ eſſẽm miſera filij mortui ſpectatrix. Quo euentu cõfuſus propheta: Hæ ſunt,inquit,viduæ hoſpitalitatis mercedes? Antequam me in domũ ſuam ſuſcepit,erat ei proles: poſteaquam autem me ſuſcepit, dilectum filium mortuum plangit & lamentatur. Hoc euentu,vt dixi,confuſus propheta,& apud ſeipſum expendens factum,ſenſit opus domini,ſenſit technas diuinas, & exclamat: Heu mihi,domine teſtis viduæ apud quam ego habito. Quid autem eſt, quod hic vult dicere: Habeo,inquit, domine penes me teſtimonium tuum de muliere hac. Tu enim dixiſti: Præcipuã mulieri viduæ,vt te alat: teſtificans mulieris piam voluntatem. Ad hanc ex illis me locis huc tranſire feciſti, & quã prius teſtimonij tui honore dignatus es proſequi, eam nũc filij morte punis? Heu mihi, domine teſtis viduæ apud quã ego habito, tu occidiſti filium eius. Nõ eſt mors illa naturæ euentus: tuũ opus eſt, tuæ technæ, quibus me in miſericordiæ neceſsitatẽ adigis: vt ſi dicere tibi voluero, Domine miſerere filio viduæ mortuo: tu mihi ex aduerſo reſpondeas miſerere filio meo Iſraël. Ad miſericordiam me compellis. Sentio artes tuas. Hoc agis domine, vt ſi dixero tibi, Salua filiũ viduæ mortuum, Tu mihi ex aduerſo reſpõdeas, Filium meũ Iſraël tu fame occiſum miſericordia dignare. Petis à me gratiam, petitur viciſsim & à te gratia. Solue famis ſententiam & ſoluam mortis calculũ. Poſtquam igitur vidit deus Heliam bene domitum, & aliquantò miſericordiorem redditum, tãdem & ipſe miſericordiores cum eo confert ſermones. Neque enim ſoluiſſe vltionem,vltrà iniuria erat. Proficiſcere,inquit. Verba legationis dei ſunt. Deus ipſe per ſemetipſum de miſericordia apud ſeruum legationis munus obit,& intercedit. Proficiſcere,inquit,quia factus es miſericordior, declara quàm miſericordes ſint ſermones tui. Quia me agnouiſti, agẽ & ego parturio miſericordiam, audias poſthac de ea re me manifeſtius. Parturio vindictæ ſolutionem,vrgeo vt recõcilientur,reuereor lachrymas eorum qui puniuntur. Omnes peccatores,ô propheta, miſericordiæ meæ chirographum habent. Ne mendacij apud illos me argui feceris, audi autẽ & ipſe chirographi vocem,quam certè & ipſe noſti. Nolo mortem peccatoris,ſed vt conuertatur & viuat. Arrigit ad hæc aures Helias,& animam his quæ à deo dicebantur, accõmodat. Proficiſcere, inquit, & cõpare apud Achab. Reconciliari eis volo, ſed abſque te nõ reconciliabor: tu gratiam illis præbe,qui nunc caſtigantur. Ego clàm apud te pro illis intercedo, tu autẽ manifeſtus amiciciæ reſarctæ ſis author. Vade & compare apud Achab, & dabo pluuiam ſuper terram. tu concilia,tu ſignifica, tu pluuiã conceſſam pronuncia, & ede: ego autem tuis ſententiis ſubſcribam. Currit igitur volens & nolens, & imbres futuros prædicat. Verùm impietatem eorum adhuc vidẽs, iterum triſtem quandam in eos meditabatur ſententiam. Et quid tunc ad ea deus? Vidẽs pertinacem Heliæ animum, adhuc à miſericordia abhorrentem,à peccatoribus ipſum ſegregat. Ego,dicit, ſcio zelum tuum,grata eſt mihi anima tua. Verùm interim & peccatoribus miſericors ſum,cùm ſupra modum puniõtur,tu verò valde ſeuerus es pietatis exquiſitor. Vnde,quia peccatores ob zeli nimietatem ferre nõ vales, aſcẽde quaſi in cœlum, ego autem in terra peregrinus ero. Nam ſi diu tibi manendum in terris,propediẽ humanum genus,quod à te continuò plectitur, aboleretur. Dein trãſi in cœlos ô Helia. Non poteſt cohabitare ignis calamo. Impeccabiles cõtuberniones poſthac habiturus es: inter angelorũ choros habitare te faciam: ego autem cum *peccatoribus peregrinabor, qui in humeris ouem erraticã baiulare poſſum, qui clamo peccatoribus omnibus*: Venite ad me omnes qui laboratis, ego non punio vos, ſed requieſcere vos faciam. Illi ſit gloria in ſecula, Amen.

Ibidem.c

Ibidem.a

Ezech.3

3.Reg.18.a

Matth.11

Sermo diui Ioannis Chryſoſtomi de Helia.
Incerto interprete.

CVm geſta peccata recenſemus,& virtutes domini auida cupiditate tractamus: & officiorum ſtudiis accendimur,& in obſequia debita excitamur. Neque enim alia de cauſa, iſta conſcripta ſunt nobis, quàm vt prouocemur, dum legimus: dum loquimur,excitemur. Hoc enim modo, & virtutum laudes, & geſtorum domini glorias immolamus: dum nos ipſos gratiarũ actionibus cõpotes eſſe cognoſcimus. Dignum enim ſeſe geſtorum laudibus deputat ſemper,qui geſta laudibus digna filẽtio ſe non patitur præterire: vt dum iſta aſsiduè frequentamus, mentem noſtram in amorem domini prouocemus. Et locutus eſt,inquit,Helias ad populum,dicẽs: Viuit dominus, ſi erit his annis ros aut pluuia, niſi per verbum oris mei. Cumq; Helias propheta ſanctiſsimus populum præuaricatũ aſpiceret: cumq; Baal & lucos, deſpecto domino,coli à ſacrilegis peruideret: cumq; creatore deſpecto,figmentis ſeſe, nemoribuſq; omnis populus addixiſſet: zelo dei commotus, Iudæam terram ſiccitatis ſententia,& pluuiarum ſterilitate addixit. Tunc ſubitò anhelat terra,ſiccatur cœlum, ſitiũt amnes, fon-

3.Reg.17.a

tes

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes arescũt, Omnis humor ima petit, supera deserit, aër A feruet, serenitas torquet, trãquillitas pœna est. Aestuãt noctes, dies arescunt, fata torrentur, arbusta ægrotant, prata deficiunt, nemora languẽt, campi renuũt, squallet terra, herbas quas produxit, interimit: iram dei vniuersa creatura testatur. Molesta est fames, vbi quod esurit necessitas, deesse inuenit. Tandẽ pœna, quod torqueat: & culpa meruit competẽs aliquãdo supplicium. Sera vltio fœneratam meruit pœnam: & diu dilatum est, quod quãdoq; dignè ac meritò interueniret. Proh nefas, nulla ex pœna correctio, & quasi aduersis, hominum malicia prouocetur: sic crescit quotidie, quod puniatur. Amant pœnam, supplicium diligunt: nolunt recordari, vt viuant: nollũt corrigi, vt euadãt, & quasi frugem mentis sterilitas arefecerit siccitatis, sic arescẽte terra aruerant & hominum corda. Interea solus Helias altior mundo, proximus cœlo, montis habitaculo B & dei colloquio fruebatur, ne illorum pœnam perspiceret, quorum scelera videre non posset. Tunc dominus ad eum loquitur, dicens: Exurge, inquit, & vade in 3. Reg. 17. b Sarepta Sidoniæ. Ecce præcepi ibi mulieri viduæ, vt te pascat. Ad quam, cùm Helias venisset ignotus ad ignotam, ad inopem indigens, ad religiosam deuotus: victum petit, pabulum quærit, modicum panis exposcit. Nec cũctatur vidua, quod habebat, offerre: vt sufficiẽtiam posset, quam non habebat, accipere. Neque enim vidua victu potuit indigere quę nefariis in scelere nũquam potuit consentire. Aut in eam famis potuit dominari sententia, quam iniquorum prouocauerat causa, vt diuersa merita fames discerneret, & iustitia in necessitatibus non egeret. Nũquam enim diuersa merita vna astringit sententia: nec iusti potuerũt cum iniusto coniungi, quos constat vitæ diuersitatibus sepa- C rari. Quia nec potest par exerceri iudicium, vbi dispar esse cõstitit meritum. Horrea enim diuitum finiuntur, apothecæ scelestorum deficiũt, & capsæ iustorum non minuuntur. Opulentos fames occidit, & viduæ filios dominus per Heliã pascit. Fidelis farris, quod erogat, accipit: quod commodat, sumit: quod tribuit, domino reddente acquirit. Nec enim aliquo pacto potuit finiri, quod dominus iusserat per famis tempora dispensari. Interea perseuerat in populum fames, malis perseuerantibus populi. Crescit malicia populorum, crescit & inopia rerum. Sæuit cunctorum impietas, sæuit & in cunctos necessitas. Vniuersi deficiunt victu, & ab idolorum non deficiunt cultu. Et quasi diuersitas ista inuicem concertaret, sic sese ista superari contendunt, vt putarent dementes sceleribus famẽ vincere, facinoribus necessitatem auertere, peccatis inopiam superare. D Sed postquã dominus populum quassatum vidit, miseratus, iubet Heliam de monte descẽdere: iubet eum vniuersum populum cõgregare, vt sacrificio perfecto, pluuias venire faceret, quas scelerato populo antèa denegasset: afferendisq; pluuiis Helias author existeret, vt qui & commoti dei iram ostenderat, idem & placati beneuolentiam demonstraret. Denique stabat Helias medius inter deum & populum. Stabat, inquam, inter sacrilegos sanctus, inter peccatores iustus, inter prophanos deuotus: aduocationem populis cunctis præstaturus, obiurgat populum, exorat deum, iram domini auertit, & errantem populum à dei cultura, ad dei latriam reuocauit. Comungit dominũ populo, & deo populum. Fit per Heliam vna concordia inter deum & hominem, inter populum & genitorem. Et vt vniuersi dicerent, veré dominus deus ipse est deus: clauis cœli fit sermo Heliæ sanctissimi. Iubet enim, & claditur: orat post modũ, & aperitur. Claudit, inquam, cœlum, & aperit: ligat & soluit: reserat, quod concluſit: vt sanctorum meritum monstraretur, non solùm in terris posse, quod voluit: sed & in cœlestibus posse impetrare, quodcunque petierit. 3. Reg. 18. g Iacob. vit. d

De ascensione Heliæ, homilia.
Incerto interprete.

APud quosdam veteres reges moris erat, vt si quis fortiter pro rege fecisset in bello, & corpus & animam periculis obiicere nõ timuisset, curru, atque aliis regiæ dignitatis insignibus donaretur. Igitur reges terrem, atque mortales ita sibi deuotissimos remunerare consueuerunt. Quantò magis omnipotens deus, quia rex regum, & dominus dominorum est, Heliam suum tota sc corporis, & animæ deuotione zelãtem, post multorum laborum sudores, post dirarum persecutionum grauissimas fatigationes, post tantorum bellorum magnas, illustresq; victorias, optima de mundo, & diabolo spolia referentem igneo curru, atque equis flammantibus impositum triumphali gloria præfulgente, ad sua regna voluit peruenire? Oportebat nanque errantis populi rectorem gubernatorem sacrorum, moderatorem discrepantium voluptatum, Israëlis aurigam, qui ad iugum timoris dei: quoniam ad lasciuos, & vagos animos reuocaut, frænis, lorisq; adstrinxit, & aditer disciplinæ recto tenore currendum cõcordi quadam copulatione composuit, ad regna cœlestia curru, atque equis transuolaret euectus. Hinc poëtas, atque pictores in figuranda Solis imagine exempla credo sumpsisse. Qui curru, atque equis fulgentibus ipse rutilans, atque radians, & fluctu Oceani subleuatus inter præruptos montium scopulos euadens quasi ad cœlestia videtur ascendere in similitudinem luminis eius inductus. Sol enim Græco sermone Helios appellatur. Vnde Helias verè Helios, quoniam curru, atque equis fulgentibus igne de Oceani fluctu, id est, de mũdi commotione: per montium scopulos, id est, per magnorum laborum difficultates progrediens ad cœlestia deuectus ascendit. Huic cœlestis ignis non modò currum quadrigarum subpræbuit ad superna, verum etiam iussis eius obsequutus sæpe monstratur. Armatum denique militem, qui ad accipiendum eum ab improbissimo rege fuerat destinatus, eius successione cœlo lapsus ignis assumpsit, ad puniendos idolorum quoque sacerdotes veræ diuinitatis index de cœlo ignis hoc orante descendit. Quantùm iste ergo gehennæ ignibus illusisset, qui sic cœlestibus assueuerat temperare? Igitur postremò currus ignei simul, & equi prouecturum de seculo prophetam præstolãtur intenti. Qui opifex hunc currum, quæ manus illas rotas in orbis volumine circumegit, temonẽ protendit, iugum insuper aptauit, cęteraq; composuit, cùm materies omniũ vnus ignis arderet? Quæ regio illos equos, quáve stirpe progenitos, quorum natura ignis destinauit? Si animalia dixeris, ignis occurrit: si ignem credideris, forma se animalis opponit. Aliud tibi forma, aliud tibi natura demonstrat. Si animalia contrectare velis, ignis vrit: si ignem refugis, animalia non credis. Ridiculosa sanè gentiũ semper opinio diuersas animaliũ formas, currus, atque alias res in theatris feruentissima semper natura singulari quadam prædita soliditate cõstituit. Sed nos tam verè currũ, & equos fuisse, quàm verè fuerit & 4. Reg. 2. a. b 1. Reg. 1. b. 4 ἥλιος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignis,credentes ac profitentes, nequaquam Gentilium vanos confirmare videmur errores. Quæ autem apud nos istius igneæ formæ natio fuerit, vel origo, paulo post dicemus. Interim ex improuiso currus,& equi apparuere flammantes. Quis hos ad Heliam perduxerit equos,quis illis tam subitò cursum statuit,quis iter suũ in aëre currentibus demonstrauit,quò currum dirigerent, vbi aër ille onus exponeret, nullus omnino præterquàm qui sapit:soli autem equi subitò veniunt, Heliam vt viderũt subsistunt, & vt ascensuro currũ præberent,terga sponte conuertunt. Statim verò pio onere susceptο,in auras,ventosq; prosiliunt, & rapidis per inane passibus aëris spacia corripiunt. Hoc illis aër, quod campus erat:hoc inane, quod terrenũ: quod dicas,an aliter dicas. Vbi rogo alternos figũt pedes,dum citis saltibus glomerãt cursus? quod est in aëre solum, quod duro calcibus cornu feriunt? Vbi rotarum instabilis illa sic currit inuersio,vt impetu globoso cõtinuò in semet volubilitate redeunte, radiorũ tibi discrimine velox vertigo cõfusa luce surripiat,vt omnino dubitare possis an currant? Mirum prorsus,& incredibile penè spectaculum equis currere supinis vtique ad regna cœlestia tendentibus. Stat secus auriga,nec funditur, sed omnia ignis erat, qui leuitate naturæ, & per inane discurrit,& ad superna semper insurgit. Hoc ipsum magis mirum est, tenue ac liquidum corpus ignis solidum auferre potuisse, aut ambulare non potuisse. Stat intrepidus super ignem,ac ratam, nec incalescunt omnino vestigia. Totum corpus ignis ambit, nec læditur,per colla,per latera, flãma discurrit innoxia. Mira prorsus ratio,hominem & illicita itinera petentem ignis euehit,& munit, & quicquid cœlestis naturæ est iustorum itinera semper obsidere noscuntur. *Ephe.6.b* Contra quos apostolus nos Paulus instruit: Nõ est vobis, inquit, luctatio aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus principes harũ tenebrarũ, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Quis itaq; putat hos omnes spiritus vagos,inquietos,ac semper exsomnes cũ tanto & tam præfulgẽte triumpho Heliã per aërem transeuntem ignorare potuisse? Accurrũt omnes,nouũ mirantur spectaculum,hominem vident,dubitant,cominus accedere cupiunt,ignẽ metuunt: & si quis improborũ fuerit,plus in eum custos & vector exarsit. Quocũque deinde currus impetũ tulerat, spiritus nũc metu densantur in agmina,nunc dispersi venienti locũ turpi fugacitius derelinquunt. Ignis est ista natura, an aliqua illa censura versatur, vt vnus atq; idem ignis prophetę voluptatẽ tribuerit,hostibus minaretur incendia? Hoc quò magis credas Babylonius te caminus edoceat, qui vno,eodemq; momento iustis refrigeria,iniustis verò mouebat incendia. Quin etiam ille ipse latro,ipse princeps in summa aëris arce residens,veluti peregrino sua trãseunte miratur,stupet,ac sic deinde secum ipse volutat,& quærit. Verúmne istud quod video,an aliquid erit,quod meos fallere possit obtutus? equos atq; currum video coruscantes, ignes rutila luce fulgentes, & quod magis mirãdum sit, hominem desuper insistere, equos agitare,nec lædi. Quid tamen istud est,quod sic mihi mens cõfusa turbatur,vires torpent,conatus omnis infringitur? Obuiã procurrere cupio, non possum: solita tela torquere conor,nõ valeo. Nõ sine causa est, quòd sine cõgressione afficior,quòd solo vincor aspectu. Quis tamen iste sit, curru propinquante iam cognosco:ipse eum fulgor, qui celabat, ostendit. Heliam video,Helias est iste. Agnosco fortissimũ bellatorem, sed de me fateor sæpe victorẽ. Quoties ego illi,& quoniam fortiter in bellum cõgressus, quoties in eum milites quoq; meos iratus armaui, quoties armis pressi,populi,fugaui,fame,siti,solitudine fatigaui, vincere tamẽ non potui. Quinimmo acrior redit ad pugnam, & ineptas, inermesq; legiones meas crudeli strage deiecit. O regis mei misera ac semper deflẽda conditio, ô virtus ipsa suis se armis frequenter expugnãs: prohdolor, hostes meos ipsa,quæ dedero,vulnera faciunt sæpe victores. Quòd si meum vincere perdere est:num tibi satis est Heliam toties in terris regem famosum vicisse? Nũquid & hæc regna me iterũ expugnaturus inuadis, me iterum petis,me terribilis, ac metuendus inquiris? Tibi cedens,tueq; robur virtutis effugiens ad hanc aëris arcem,tanquam ad tutissimum præsidium,vbi nullus vnquam mortalis accesserit, cõuolaui, nec hæc mihi iam tuta sedes est,nec hîc licet iam sine timore cõsistere. Quòd si quod credere magis libet, quia hac iter ad cœlum est, summum regem visurus ascendis, non inuideo, nec tibi iam toties victus obsisto. Fœlix de me perpetuò triumphaturus in regno. Nunc iam dilectissimi currus, equorumq; igneorum, vt superius proposuimus,rationem breuiter exponamus. Scriptũ de deo est: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. *Psal.103.* Horum natura cùm sit conuertibilis, in eas se formas vertunt,quę prosint causis,ob quas diriguntur necessariæ. Diximus iam quibus ex causis oportuerit Heliam sic ad superna transferri, & ideo hic ignis est, qui & ministri dei, & ipsius iussione Heliam leuaturus ad cœlum,currus,& equorum forma executurus iussa suscepit. Igitur si Helias curru, atque equis igneis ad cœlestia transuectũ se gloriatur: quantò magis maior hæc quàm credidimus gloria est, ipsum scilicet dominum de inferis,de diabolo,de mũdo,omnibus mũdanis virtutibus, tam glorioſum trophæum ferẽtem,nulla angelorum opera, nullo adminiculo ministrorum,non ad cœlum, sed vltra omnes cœlos sola suæ maiestatis ascendisse potentia? Quod & vos quidem,qui ad consequendum dei munus acceditis, tota fidei deuotione credentes, percipietis ea quæ deus pater daturum se credentibus promisit,per Christum dominum nostrum,cui est gloria, & imperium, in secula seculorum,Amen.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi de Naaman Syro, ab Helisæo curato. Incerto interprete.

CVm Naaman regis Syriæ princeps perfusus lepra fuisset, cumq; horrendæ plagæ maculoso affectus contagio & sibi iam,& cunctis horreret: dolebat rex Syriæ talis se viri priuatum auxilio, per quem plurima confecerat bella, gentes domuerat, victorias perpetrarat: & de manu hostium, Syrorum populum liberauerat. Tunc audit Naaman apud Israëlem populum, Helisæum esse prophetam sanctissimum mirandis virtutibus præditum, & stupendis operibus nominatum, per quem possit & causæ periculo liberari, & pernicioſa varietate detergi. Mox suum pergit ad regem, commendari se literis Israëlitarum regi deposcit. Confestim, in hunc modum, ad regem literas mittit: Misi, inquit, ad te Naaman seruum meum, vt cures eum à lepra ipsius. Has literas cùm rex à rege missas acciperet,& legisset:scidit vestimenta sua,dicens: Videte,inquit,videte quoniam maliciam iste conquirit. Misit enim ad me, hominem, vt curem eum à lepra ipsius. Nunquid deus sum ego, vt *4.Reg.5.* *4.Reg.5.b*

mortificare,

mortificare, aut viuificare possim? O fides Naaman principis. O istius perfidia regis. Naamam Syrus, fideliter festinat ad deum: & rex perfidus, suum scidit vestimentum. Diffidunt, qui nouerant: & qui non nouerant, credunt. Domestici repugnant, & externi festinant. Rex Syriæ credit posse fieri, quod audierat: & rex Israël non credit fieri posse, quod nouerat. Alieni currunt ad auxilium, & proprij cœleste denegant donum. Qui prædicare debuit, destruit: & qui destruere potuit, festinauit: vt tantò gloria potior esset externis, quantò perfidia innotuerat regis. Tunc ad Helisæum cùm regis commotio perferretur, mitte, inquit, ad me: mitte Naaman Syrum: vt sciat, quia est deus in Israël. Adducitur itaque ad hospitium hominis dei Naaman Syrus cum quadrigis, & equitibus, & potentatu magnifico: ad quem misit homo dei, dicens: Vade, & baptizare in Iordane septies, & mundaberis. 4.Reg.5.c Quo audito Naaman B commotus, proripuit se, dicēs: Ego dicebam, quoniam exibit ad me homo dei, & imponet super me manum suam, & inuocabit dominū deum suum, & curabit me à lepra mea. Sed enim aquis me mūdari oportet: nónne meliores sunt aquæ, penes nos? Tunc dixit ad eum quidam ex suis: Nunquid difficile verbum est, quod locutus est propheta ad te? Quare nō facis, quod dixit? Tunc reuersus est Naaman, & descēdit in Iordanem: & baptizatus septies, ascendit inde mundatus: & facta est caro eius quasi caro infantis pueri. Tunc miratur Naaman, tunc stupet, tunc prophetam conspicit, tunc cœlum attendit, miratur vno iussu affuisse virtutē, miratur operatum dominū, miratur detersum tanti temporis vicium, miratur sese corpore mutatum & mēte. Pernicioſa ab eo cōtagio pellitur, & optata sanitas reparatur. Totus homo naturæ redditur: quia perfecta C virtus in propheta sanctissimo operatur. Gaudet Naaman, propheta lætatur, ab vtroque dominus collaudatur. Gaudet Naaman se, quod optauerat, percepisse: & quod crediderat, inuenisse. Gaudet propheta in opere, & lætatur populus in virtute. Gaudet Iudæa, quòd venientibus ad se præstet auxilia: dicunt & gentes in Israël esse, quod apud se inuenire non possunt. Seminatur per omnes gētes gloria dei. Qui curatus est, prædicat: qui sensit, annūciat. Nec iam dubiū habetur, quod dicitur: quādo Syria, quòd in Naaman conspicit, protestatur. Tunc lætus Naaman Helisæo offert munera: tunc sanitatis voto dona vt accipiat, deprecatur. Accipe, inquit, accipe munera, quæ offero tibi: quæ domo tuli, libenter assume. Non enim precium curationis est istud, quod tribuo, nec sanitatem perceptam isto munere redimo: quippe cùm sanitas ista, quam merui, nec D precio poterit redimi, nec vllo munere inueniri. Mihi, inquit Helisæus, quod offers, non accipio: quod ingeris, vt alienū recuso. Nec ipse tibi sanitatem, qua lætus es, præstiti: nec pernicioſum vicium in te ego ipse correxi: nec naturæ, vt æstimas, reddidi: sed est potens in cœlestibus deus, cuius imperio seruio, officio pareo, seruituti insisto: cui soli tuus dicandus est animus, præparandus est sensus, tribuendus famulatus. Huic enim si soli seruieris, aut si obsequia illi debita manciparis, quāta mereberis, coniice: qui antequam seruieris, tantam merueris sanitatem. Mox Naaman cultus sibi diuinos indicit, superstitioſos abscondit: mox se deū venerari testatur, & detestari idolum profitetur. Mox se, quem agnouerat, deum colere: & figmenta, quæ coluerat, abhorrere proloquitur. Nūc, inquit, cognoui quia dominus colendus est solus: nunc primùm addidici, quia vnus est venerandus deus: cęteri dij gentium nec saluare potuerūt, nec nocere: quippe cùm humano indigentes auxilio, auxilia ipsi præstare non possint. Nec enim seruare potuerunt, qui seruantur: aut vitam tribuere, qui non viuunt: aut sanum quempiam se colentium facere, qui se non possunt de nō colentibus vindicare. Tūc Naaman proficiscitur lætus in Syriam: tūc ad suos properat sanus. Lætantur omnes, qui cum eo tristes aduenerant: gaudent cuncti, qui eius valetudinem exhorrebant. Magnalia dei, secum cūcti loquuntur: virtutes eius, vniuersi inuicem fabulantur. Statim Giezi prophetæ puer secum loquitur, dicēs: Quoniam dominus meus à Naamā Syro noluit quicquam accipere: ego pergam, vt quod ille noluit, sumam. Pergit properē, festinanter accurrit: quē cum post se festinantem pueri Syri conspicerent, ac domino nunciarent: mox Naaman, suos sistit currus, vehementer retrahit, animalia flectit, ipse properus & festinans in obuiam redit. Causas exquirit ad se properandi: rationes exposcit. Ille simulator ac fallax aptat mendaciū, falsum cōponit: dicit à propheta sibi esse mādatum, quasi argenti aliquid mitteret, quod ad se aduenientibus prophetarum liberis tribueret. Instāter Naaman puero duplum quàm petierat, dedit, quod prophetæ supplex ipse ac deprecans dare non quiuit. Quo accepto in sequestri depositō, Helisæo apparuit: atque in eius conspectu solito more cōsistit. Vbi inquit propheta, fuisti: vel quid rei aut negocij gessisti? Nusquā, inquit, isthinc discessi: nusquam à tuis conspectibus abfui. Tūc propheta sanctissimus erumpit in vocē: Nónne, inquit, cor meum 4.Reg.5.f fuit tecum? Et scio quemadmodū Naaman properarit in obuiam tibi, à quo accepisti argentum, & possidebis ex eo agros, & vineas, & oliueta, & seruos, & ancillas. Sed & lepra Naamā Syri applicabitur tibi & semini tuo, vsque in æternū. Et statim discessit ab eo, sicut nix. O admiranda potentia dei. O sublime meritū Helisæi. Vno in tempore duplex virtus ostenditur: & gemina potestas prophetam sanctissimum demonstrat. Curatur Naamā Syrus, & lepra Giezi perfunditur seruus. Syro fides attulit gloriam, & seruo perfidia intulit pœnā. Ille de Syria veniens, quod desiderauit, accepit: hic de prophtæ exiens domo, plagā sibi de perfidia acquisiuit. Naaman curatur, & gaudet: Giezi vulneratur, & deflet. Alius suis redditur sanus, alius cunctis ostenditur maculatus. Alius exemplum virtutis ostendit, alius meritum fallaciæ demōstrauit. Curatur fide, qui fuerat maculatus: & maculatur perfidia, qui fuerat sanus. Naamā inuitat ad deum, Giezi profertur singulis in perfidiæ exemplum. Per Naaman, deus collaudatur: per Giezi, iudicium cœleste metuitur. Inde salus nascitur, hinc metus: inde gloria petitur, hinc fraudis molestia formidatur, vt his exemplis, & fidei preciū, & perfidiæ supplicium, cunctis gentibus monstraretur.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi de Helisæo, & Syrorum insidiis detectis. Incerto interprete.

4.Reg.6. ET si frequenter populorum meritis, aut bella nascuntur, aut fames inducitur, aut exitialis vastitas irrogatur: quibus aut frangatur malicia, aut superbia resecetur, aut increscens viciositas cōprimatur: tamen isthic diuinæ ostendendæ virtutis & demonstrandæ potentiæ genitoris Helisæi sanctissimi temporibus, filiis Israël à Syriis bellum indicitur, & futura pugna instantissimè nunciatur: in qua pugna tenduntur in campo ab inimicis insidiæ, doli ab hosti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus præparantur, deceptionum latebræ diſponuntur, A vt populus dei nõ tam bello, quàm inſidiarum fallacia deuincatur. Hoc nudat Heliſæus propheta ſanctiſsimus, mittens ad regẽ Iſraël. Obſerua, inquit, locum fili mi, quia in ipſum Syri confidunt: cuius vitatio loci & Iſraëlitas fecit incolumes, & Syros reddidit ſtrictiores. Tunc Syrorum rex conuocat ſuos: Dicite, inquit, mihi: dicite quiſnam me Iſraëlitis detulerit, quis conſilia inſidiarum nudauerit, aut deceptiones, quas contra eos fecimus, indicarit. Nullus te, inquiunt, detulit: nullus tua conſilia denudauit: ſed eſt in iſtis propheta ſanctiſsimus: qui, ſi quid cogitas, nouit: qui, ſi quid loqueris, ſcit: & quæcũque occultè diſpoſueris, recognoſcit. Idem illis totum retulit: idem, quod diſpoſueras, indicauit. Sedebat nanque Heliſæus in monte altior mundo, propior cœlo. Sedebat, inquam, in ædito iacentia infra ſeſe deſpiciens, ſuperna iam deuotus attendens: B nec humano colloquio deditus, qui per precum colloquia, deo fuerat copulatus. Tunc itaque Syriæ rex mittit exercitus, multitudines aggregat, armatos inſtigat, vt circundato monte hominem dei adducerent ſibi. Irriſit ſe nequiſsimus hoſtis: irriſit, & ſtulto conſilio de homine dei aliud, quàm debuit, ſenſit. Si enim Heliſæum, dei hominem non putauit: cur multitudinem miſit? Aut ſi dei hominem ſciuit: cur eum, contra ſe, armatum dei virtute neſciuit? Aut priuatum hominem adducere pauci non poſſent, aut contra hominem dei valere eius exercitus potuiſſet. Debuit enim ſtultus iam credere, contra eum ire non poſſe, quem latentes inſidias audierat denudaſſe. Cogitabant igitur Heliſæi indaginem hoſtes, & ille ad deum dirigit preces. Multitudo contra ſanctũ armatur, & ille in monte deprecatur. Circundant locum, ambiunt montem, non vt C dei hominem captiuarent, ſed per eum ipſi captiui in Samariam deueniſſent. Quem mõtem cùm prophetæ puer armatis circundatum conſpexiſſet: O, inquit, domine ſurge: quia circũdati ſumus. Sede, inquit, fili, ſede intrepidus: ſede, inquam, vt dixi ſecurus, quia quod nõ vides, video: quod neſcis, aſpicio: quod non putas, recognoſco: plures enim ſunt, qui nos tuentur, quàm illi,
4. Reg. 6. d qui contra nos miſsi, venerunt. Domine, inquit, aperiantur iſtius pueri oculi, & videat quanta ſit multitudo nobiſcum. Confeſtim videt angelorum exercitus puer: & quadrigam igneam ſtantem ante Heliſæum. Dehinc deſcẽdit Heliſæus ad illos, & inuocato domino, dixit: Percute domine gentẽ iſtam cæcitate. O admiranda diuerſitas rerum, Heliſæi precibus diuerſi cedunt effectus. Pueri enim oculi aperiuntur, & nephandi exercitus excæcantur: videt puer, quæ videre nõ poterat: & exercitus non videt, quæ videbat. Alterius reſeratur viſus, & alterius excæcatur obtutus. Ita enim fuerat dignum, vt puer inconceſſa videret: & prophetæ oratio inimicis conceſſa denegaret. Interea deſcendit ad eos Heliſæus, & dixit, venite, inquit, venite poſt me: & ego vobis virum, quem quæritis, demonſtrabo. O virtus admirabilis dei. Ducuntur captiui, qui prophetam venerant captiuare: detinentur vt rei, qui dei hominem voluerant detinere. Propheta ſanctiſsimus non pugnat, & vincit, non dimicat, & ſubigit. Fit ſine ſanguine victor, ſine gladio triumphator. Vna enim prece, & inimicos, qui nocere venerant, excæcauit: & prophetæ victoriam de hoſtibus acquiſiuit. In reos ſua vertuntur, in hoſtes propria retorquentur: nec ſe eſſe cæcos agnoſcunt, donec reddito viſu, & ſe captiuos conſpicerent, & prophetam authorem ſupplices ado-

rarent. Mox, vt captiui exercitus ciuitatem ingreſsi ſunt, clauduntur portæ, accurrit populus, rex feſtinat, ſtupent omnes, cuncti mirantur. Stupent, inquam, ſine pugna hoſtes adductos, & inimicos ſine prælio indagine cinctos: quos non potuerunt facere in bello captiuos. Domine, inquit Hæliſæus, qui virtutes ſemper oſtendis & mirandis operibus innoteſcis: quiq; prodigiis & ſignis ſalutaria ſemper & vtilia operaris, reſerẽtur iſtorum hominum viſus: & nuper illis clauſa, quæ fuerant, in apertam lucem & manifeſtos aſpectus reſplendeant: vt & illa, quæ non vident, videant: & quæ videre debeant, recognoſcant. Tunc reddito viſu lamentantur & plangunt. Tunc ſe captiuos, tunc reos, tunc ſe morti iam proximos recognoſcunt. Statim rex Heliſæo locutus eſt, dicens: Si percutiam illos, pater? Et dixit ad eum Heliſæus: Non percuties, quos non cepi- 4. Reg. 6. ſti in gladio & lancea tua: ſed appone illis panem & aquam. Manducent & bibant, & eant in regionem ſuam. Non percuties, inquit, quos nec in pugna cepiſti, nec in prælio ſuperaſti. Alia eſt enim conditio belli, alia eſt virtus dei: alius eſt ordo pugnantis, alia eſt cauſa virtutes & ſigna monſtrantis. In bello ſalus adimitur, gladius timetur, arma tractantur, in portentis & ſignis vitæ vtilitas exhibetur. Illic timor eſt, hîc admiratio. Illic metus, hîc gloria. Illic formido hominem concutit, hîc læticiam dei cultus indicit. Illic effectus victoriæ, cæde hominum cõſtat: hîc ſignorum oſtenſio dei potentiam prædicat. Intercipitur enim virtus, ſi virtutis relator extinguitur: fruſtra ſignum apud nos, quod geſtum eſt, remanens oſtenditur, ſi ipſe ſignifer aboletur. Diſcant qui neſciunt, referant qui ſenſerunt: pergant ad ſuos, ad proprios redeant, virtutes indi- C cent dei, potentiam referant domini. Nuncient inquam, qui ſenſerunt: qui nunciare non poterunt, ſi idem, qui ſenſerant, occiduntur. Diſcant hoſtibus parcere, qui innocentes perſequi conſueuerant: diſcant parcendo vincere, ignoſcendo terrere, furias hoſtium humanitate lenire. Igitur poſtquam apponi menſas aſpiciunt, & dapibus ſe inuitari cognoſcunt, mirantur & ſtupent ſibi pro morte victum, pro interitu cibum, conuiuium pro pœna offerri. Aut iſthic, inquiunt, aliquæ latent inſidiæ: aut ſi ſimplicia iſta & vera ſunt, quales ſe exhibent ſuis, cùm tales ſe exhibeant alienis? Aut quo modo ciues diligũt, qui hoſtes taliter tractãt? Aut quemadmodum accepta referũt beneficia, apud quos humanitate expungitur pœna? Denique poſtquã portis apertis ad ſuos cuncti dimiſsi: tunc ſecum inuicem tractãt, tunc ſecum diuerſa apud ſuos animos cogitãt. D Recolunt ſubitò ſe viſu mulctatos, ac per hoc in ciuitatem hoſtium veniſſe captiuos. Dehinc reddito viſu, nec quid fecerint, meminiſſe, & quid euadere potuerint, perdidiſſe. Poſteà à rege petitos ad mortẽ, ſed prophetam illis feciſſe pro morte tribui humanitatẽ. Gaudent ſe ſenſiſſe tot pericula, quot virtutes: tot ſigna aſpexiſſe, quot mortes, quib⁹ liberati: & cognouiſſe, quod non nouerant: & euaſiſſe, quod meruerant, gaudẽt. Fit tũc propheta ſanctiſsimus glorioſus in ſuis, glorioſior in alienis. Exhibet ſuis ſigna virtutum, & alienis cauſas exhibet gloriarũ. Docuit prior inimicos foueri, docuit primus debere hoſtibus parci, docuit aduerſariis pro pœna, epulas exhiberi. O dominum Chriſtum, & in veteribus nouum, & in nouis exemplis veterem figuratum. Heliſæus ſanctiſsimus clauſit viſum, & reſerat: cæcos efficit, & illuminat: aſpectum adimit, & condonat: perſequentibus adimit, & ſe ſequentibus tribuit:

cæcos

cæcos efficit alienos, & videntes efficit in ciuitate inclusos. Qui captiuare prophetam venerant, exæcantur: & qui capti iam fuerant, †oculantur. Huius veriusque veritas cõpletur, vt & figura Christi, & exemplum futuri populi monstrarentur, vt iam fierent ex alienis proprij, ex inimicis amici, & hostibus sui. Dimittit, Heliseus exercitus istos, ad suos. Dimittit, inquam, tot prędicatores, quot habuit hostes: tot relatores virtutum, quot homines hostium. Iam apud gentes deo negocium geritur, iam apud exteros comperta veritas demonstratur. Fragrant, inquam, magnalia dei, virtutes in Iudæa gestæ: ab ipsis, qui senserãt, prædicantur. Nulla natio ignorat, quod didicit. Nulla gens est, quæ nesciat, quod audiuit: vt quod tunc temporis defuit, per apostolos post modum compleretur, dicẽte scriptura: In vniuersam terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Cui tutum est ignorare, quod gentes iam manifestum est nosse? Quis sine periculo nescit, quod cum metu, qui sensit, exponit? Cui expedit talia de deo non credere, quæ gentes iam cõspicit demonstrare? Virtutes dei, & qui sensit, prædicat: & qui audiuit, cum alacritate frequentat. Nec sine periculo poterit tacere, qui didicit, quando qui sensit hæc gaudia, tacere non nouit.

† Nam qui dem gratiosum etiam, dicisse videtur.

Psal. 18. a

†Pulchrè habet *infrà* de Ozia rege, in homiliis de verbis Esaiæ: & maximè homilia. iij. in illud. ij. lib. Paralipomenon, cap. xxvj. vbi dicitur, Elatum est cor Oziæ.

LAELII TIFERNATIS IN SEquentes diui Ioannis Chrysostomi homilias, præfatio.

Consueuerunt pater beatissime, qui sub cæteris prædecessoribus tuis fideles militauerunt, diuersis studiis diuersos imitari. Et, vt se probet quisque in ecclesiæ corpore, quasi membrum capiti cõforme illorum moribus se debet exhibere. Fuerunt nanque in illorum numero, qui decretis condendis, litibusq; sopiendis admodum sudarunt. Quidam paci subditorũ tantummodo consulere: alij dogmatibus diuinis apostolicam munire ecclesiam: alij sedẽ hanc illustrare ceremoniis, indultisq; honorare, scissuras euitare: atque alij in vnũ reparare statuerũt. Ita passim dum se quisque rei vnius perfectioni adhibet, eius vtilitatis princeps, & quasi magister quidam est habitus. Te verò tenẽtem librum, an angelisticq; simillimũ intuemur: ipsæq; tuæ actiones eò cõueniunt quòd sibi fidelis quisque pro accepta gratiarum diuisione ad imitamentum statuere debeat, iam satis nouimus. Librum ipse lectionis euangelicæ nisi offerre studerem ad imitamentum, meas nõ admodum partes implerem. Ioannis igitur Chrysostomi Græci sermones, quorum aliquot quidem in Iob de patientia, aliquot verò de pœnitentia conscripti sunt: cùm in meas nuper venissent manus, & debito meo conuenire visi sunt: atque ipsi etiam tempori congruere, quo Iubileo appropinquante & pati primùm velle, & ipsa per passiones pœnitentiam agere: sicq; remissionis, indulgentiæq; tempus subire monemur. Hos ergo Latinos facere, beatitudiniq; tuæ offerre curaui: cuitans simul & vnicum acceptum talẽtum fodiens in terra abscondere: & cum vidua properans, duo saltem æra in dominicum gazophylacium mittere. Quo quidem in opere, sicut ille inquit: Et verbum de verbo, & sensum quoque de sensu, aut ex vtroque cõmixtum & mediè temperatum genus trãslationis expressi: quædamq; de sacris mutuata scripturis iuxta Græcam editionem traduxi, quæ tametsi nouissima nostra discrepent: consilium tamen nõ fuit eadem à Græca dimouere sententia, quo à Chrysostomo quæ disputãtur, clarius conuenientiusq; consentiant.

Matth. 25. c

Luc. 21. a

Tomus primus.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constantinopolitani, de patientia Iob, Lelio Tifernate interprete.

Homilia prima.

MAgnus ad nos hodierna die certator orbis aduenit, venit ad nos peregrinus atq; angelis par: qui permultum à diabolo pulsatus, & permultum à deo testimoniis comprobatus: qui permultũ à diabolo tritus, & multa brauia ab angelis spectatoribus consecutus: qui ab inimico mirum in modum cæsus, & magnus vir magnis dignus coronis, in orbe à deo ostensus. Hic enim ipse secum disputans, inquit: Nunquid vanum putasti iudicium meum, sed vt videaris iustus? Quis igitur bellatorem talem extollere præconiis pro dignitate poterit? Quis brabiã fortibus eius condigna gestis audebit extexere? Quis tentabit immensum laudum pelagus ascendere? Quemadmodum enim sanæ mentis nemo audebit vnquam maris pelagus humanis pertrãsire pedibus: sic nec ex sapientibus quisquam, summeq; peritis tentabit quandoque nobilis illius, ac beatæ animę laudes audientibus enarrare. Omnem enim humanam sapientiam officiosa eius facta superexcedunt, eiusq; luctatio humanam omnem diadematis authoritatem superat. Igitur euangelica lingua nobis mirè necessariò accedat, quò summis, vt ita dicam, digitis, vnguẽti alabastrum tangentes, ecclesiam simul repleamus: solum enim vas Iob, si tangere cœperimus, idq; paulisper dimouerimus, illico vnguenti fragrantia ecclesia replebitur. Audiamus historiam de ipso, dicentem: In omnibus his que euenerunt ei, nihil peccauit Iob labiis in conspectu domini, Audisti testimonium angelorum, commendationem excitans: vidisti testimonium diaboli suis eum conatibus lacerãs. In omnibus his quæ euenerũt ei, nihil peccauit: hoc dei testimonium, non secus quam vnguentum admodum precio sum per omnem ecclesiam audiẽtes lætificat. O vas summi precij, vno in Arabiæ loco reconditum, per totum orbẽ suauem vnguenti odorem transmittens. O vas lapidibus & plagis & telis à diabolo ictum, vnguentũ non effundens. Plurimum itaq; laboris diabolo accidit, quo vas illud contereret, vnguentumq; boni odoris perderet, qui & statuit per vlcerum fœtorem, vnguenti odorem denigrare. Nam & huius corpus sanie vulnerum efferuescere fecit, sed & mansit vas vulneratũ & non amissum vnguentum, vt & nos fidenter ipsi dicamus: Vnguentũ effusum nomen tuum. Opportunum est ergo modũ ipsum, quemadmodum ipse dimicauerit bellator, cõsiderare, vt in admirabilem illam imaginem prospicientes, intelligamus, quoniã deus diabolo ostendere volens super terram homines iustos habere, non iam per adulationem veluti Adam seductus, sed mille per cruciatus, milleq; flagella Iob tẽtare permisit. Et licẽt apostata Adam decipiens, & mulieri per blanditias prævalens, de paradiso ejecerit: hunc tamen hominem non potuit euertere. Ecce Iob sine mandatorũ scriptura viuens, legemq; naturæ non scriptam, mente rectè gerens. Adhibe mil-

Iob. 40. a

Iob. 1. d

Cant. 1. d

Gene. 3. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

le blandimenta,adulationes mille,totidem cruciatus, si poteris optimam hanc,beatamq; animam vel dimouere,vel obliquare.Ecce primum eiecisti hominem de paradiso,nunc tenta, si vel à sterquilinio pugilem supplantare poteris.Sed paulò altius in ipsam recurramus historiã. Vir erat in terra Hus, nomine Iob,& erat vir ille irreprehensibilis, ac timens deum, & recedens à malo. Talis erat Adam,priusquam à muliere seduceretur.Ille indutus fuit incorruptione, sed vt mulieri credidit,nudus effectus & condemnatus est:Iob verò nudus erat,& mulieri non credidit: & quia mulieri non credidit, corona per angelos allata indutus est. Ille vt mulieri credidit, à paradisi deliciis cecidit, in terram spinarum mortemq; incidit, quam & tãquam hæreditatem consecutus est:hic quia non credidit mulieri,& à sterquilinio plagisq; liberatus,regnũ hereditauit cœ-
Gene.3.c. lorũ.Ille respondens deo,inquit: Mulier quam dedisti mihi,illa mihi dedit,& comedi. O respõsum indulgẽtiam nõ habens,illa inquit,comede:deus dixit, Ne comedas: quare ergo mulieri obsecundas & deum spernis?sed non eiusmodi fuit sanctus Iob. Qualis ergo?cũ
Iob.1.c terrore,inquit,ô mulier quare quasi vna de stultis mulieribus locuta es?dicit ergo historia: Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Cuius rei gratia prouinciam nominauit? vt disceres non peruersorum commercia agere id posse,vt iustus vir peccet:sed piorum,deoq; deditorum propositum firmum, stabilemq; oportuit habere mentem.Nam & Arabiæ prouincia impurorũ corruptorumq; hominũ habitaculum est: omnes iniqui erãt, omnes deo odibiles, omnes iniqui & facinorosi, omnes superbi ab Esaü descendentes,peccatisq; non secus quam conuiuiis gaudẽtes: sed tantum impietatis pelagus,pietatis luculẽtam faciẽ nequiuit extinguere. Tantus malorum locus, continentiæ decorem denigrare nõ valuit. Ideo huic proximus accedere diabolus cœpit:quoniam quidem eleemosynis ipsum magis,quàm pecunia ditescere vidit. Audi eum sine mẽdacio dicẽ-
Iob.29.c tem:Oculus fui cæco,& pes claudo.Et iterũ: Ego super
Ibid.30.d impotente fleui, & ingemui virum in necessitate videns.Et nõ modò rebus supra modum ditescebat, sed etiam operibus thesauros beneficij egentibus largitus
Ibidẽ.31.c est.Alibi enim dicit:Non exiuit de domo mea indigẽs sinu vacuo,os viduæ benedixit mihi: de velleribus ouium mearum calefacti sunt humeri pauperum.Manifestũ itaque,quòd ex diuersis ditescebat thesaurus suus, & operibus & sermone & eleemosyna,& assistẽtia pauperum & subuentione indigentiũ. Sed vide quid diabolus facit, omnium primò ab eo substantiam vniuersam diripit,postremo & liberos aufert. Camelorũ primum armenta sustulit & ouium gregem: asinorũ magnum illum numerum & maximũ boum arripuit hæc vniuersa, & vltimo loco liberos. Obsecro omni cum diligentia attendendum: primùm diripuit vniuersam eius substantiam,postmodum liberos:diripuit hæreditaria bona, postmodum hæredes ipsos perdidit. Quò enim per liberos totaliter plecteret, primùm cœpit substantiam perdere:primùm cœpit hæreditaria bona viuis hæredibus arripere, quò filius filiabusq; existentibus,per iumentorum amissionem letale accipiat iustus mœsticiæ vulnus. Considerauit enim prauus dæmon, liberis fortasse prius extinctis, nullo mouendum sensu, amissione iumentorum. Sed qui prorsus adamas, nobilisq; dimicator, qui multis cæsus flagris, atque in omnibus coronatus, qui multa accipiens in se tela, & ipsis cum telis diabolum confodiens,qui per arma cõfortatus iusticiæ à dextris, & à sinistris non doluit, non lachrymas fudit, non motus est, sed neque ad iumentorum perditionẽ curuatus, neque in liberorum morte pietati fraudem fecit.Mãsit quasi turris minimè nutans,sub terra inferius detẽta, ac radicitus fundata, atque ad ipsos vsus cœlestes base munita. Venit prior *Iob.1.c* nuncius,& dixit Iob:Boues arabant & asinæ pascebantur iuxta eos, venerunt prædones, tulerunt omnia, & pueros interfecerunt gladio. Adhuc eo loquẽte, venit alius nuncius,& dixit Iob:Ignis cecidit de cœlo, & tactas oues puerosq; consumpsit. Respice quid facit diabolus.Vt enim vidit eum ad primã secundãq; plagam generosẽ stantem,neq; suis omnino cruciatibus dimotum,neq; debellatũ, tale quid machinatur: ignẽ ex aëre iacit, vt opinetur is de cœlo ignẽ demissum, & quò putauerit deũ se de cœlo expugnare, blasphemet deũ, quẽ putauerit se sic sine peccati vllius nota iniustè debellantẽ.Et,inquit,ignis de cœlo cecidit,& tactas oues puerosq; consumpsit. Etiam hoc adhuc loquẽte,venit *Ibidem* alius nuncius & dixit Iob:Chaldęi fecerũt tres turmas, & circumierunt camelos,& tulerunt eos,necnõ & pueros percusserunt gladio. Sed perstitit in omnibus his beatus Iob,veluti columna quædam immobilis: quasi turris,quæ nõ quatitur:velut luctator inuictus,vulnerans magis quàm vulneratus. Nã cùm quis inutilibus laborat,in multis quidẽ dimicans,in nullo verò proficiens:sæpe pugnans,neq; omnino superans:ipse est qui magis flagella cõtra vanos suos conatus suscipit,quàm quòd flagellet. Etiã hoc loquente venit alius nuncius, continuum bellum,sed vanum,indicens: densiora tela,sed lætiora brabia intulit,nõ sinit eum vsque ad horam respirare:immisit omnia tela, neque repugnãtem vicit, suam euacuauit pharetram, sed nec ipse dolore *Psal.24.c* euacuatus est. Confundantur omnes iniquè agentes superuacuè. Igitur vbi ille aduersarius est humiliatus, confusus,qui multa quidẽ conatus est,per cuncta verò victus:immisit enim aduersus pastores tela sua,aduersus oues, aduersus camelos, aduersus natos, aduersus domum, aduersus corpus, per amicos & domesticos, per vulnera & saniẽ: omnia vana existimauit vir sanctus,pietatemq; non soluit.Murum perfodit inimicus, thesaurumq; non minuit, nec abstulit. Quotquot habuit mundi tyrannus iacula mouit:per ignem, per enses,per ruinam,per captiuitatem, per sanguinem: hæc omnia tetendit, & virilem magis bellatorem effecit. Quare & propheta exclamat, dicens: Inimici defece- *Psal.9.a* rũt framea in finem.Fortasis & ad ipsum dicitur: Du- *Act.9.a* rum tibi cõtra stimulum calcitrare: diripuit vniuersa, pecuniam,iumenta, substantiam. Et vltimus nuncius, ait: Filiis tuis & filiabus vescentibus & bibentibus vi- *Iob.1.d* num in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit à regione deserti,& cõcussit quatuor angulos domus,quæ corruẽs oppressit liberos tuos, & mortui sunt.Vt quid putas dilecte,homo non erat,qui hæc Iob narrabat, sed ipse diabolus, hominis in speciẽ transformatus? Cum omni diligẽtia aduerte quod dicitur.Filiis tuis,inquit,& filiabus tuis vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deserti,& cõcussit quatuor angulos domus, quæ corruẽs oppressit liberos tuos, & mortui sunt. Vnde nouisti, die mihi, quoniã vẽtus venit è deserto, & cõcussit quatuor angulos domus?Si homo es,& intra domum fueras, quo modo quæ extra facta erant,videras? Si autem spiritus eras, homo non eras, sed in hominis effigiem transformatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

formatus. Filiis, inquit, & filiabus tuis vescētibus apud fratrem suum seniorem. Vide quo modo omni intelligentia, sapientiaq; repletus erat sanctus Iob. Putabat enim, quoniam Cain & Abel duo fuerunt fratres soli per orbem existentes, nullas habentes belli causas: omnis enim terra communiter ambobus subiecta erat: sic par honori Abel Cain inuidus interfecit fratrem. Huius rei gratia beatus Iob, pro occultis filiorum quidem deo sacrificium faciebat quotidie, surgens, hæc atque his similia, dicens: Nequando cogitauerint mala filij mei ad deum in cordibus suis. Pro his verò, quæ vel verbo ipsis alterutro, vel contentione contigissent, cōtinuò vesci adinuicem faciebat. Existimans, quoniam & si quicquam liuoris vicissim contraxissent, mēsa, panisq; appositio eos conciliaret vnanimes, intercidentemq; faceret exulare maliciā: optimè sciens, quoniam ex mensa continua maligna quæq; intercidentia solueretur. Sed boni totius aduersarius, inuidusq; diabolus obseruauit tali eos tempore necare (qui nullatenus peccauerunt) pueros, tempore scilicet meridiano, quo cùm omnes læti simul erant, cùm ad pacem coniungebantur. Tunc perfidum contra eos bellum relaxat. Et illi quidem amiciciam, hic verò gladium acuebat: illi charitatem ædificabant, hic domum subuertit: factaq; est eadem hora domus sepulchrum, & mensa calamitatis cymba, & naufragium, & pastoralis statio, cūctaq; dissipata. Quid ergo generosus ille? non confusus est, *non decidit*: quid eius maior laudatio? qualis sermo sufficiet? qualis sufficiet ad eam narrationem sudatio? O nobilem beatamq; animam, ô patientiam magnam, nihil sublimius habentem: profecto dilectissimi confundor spiritu, conscientia turbor, in his coronatum videns Iob. Sed magis confundor, eum diademate videns insignitum. Si tunc ille sufferre potuerit filiorum crudelem casum coràm intuens, confundor anima. Puto autem & vos itidem sapere. Quo modo ergo talem tantamq; tragœdiam explicauero, non satis noui, ex hoc quidem quorumcunq; prœconiorum, laudumq; magnitudinem in lingua ferens. Qui enim secundum carnem parētes sunt, cùm natum vltimo spiritu laborantem habuerint, circunsedent, vltimaq; eius audiūt verba, manus circūpalpant, adhortationes, fomentaq; alia de industria adhibent. Os deosculātur vltimo parentum osculo. Exinde cùm reddiderit puer animam, quemadmodum desiderant, iubent parētes officia adhibere. Manus componunt, oculos claudunt, caput directo statuunt, pedes reducūt, lauant, sepulchroq; cōdigno dignis funeralibus condunt, atque propria calamitate solātur. Sed quid generoso huic pugili? Abiit ad domum funestam, quæ ipsis vna & eadem hora domus & sepulchrum, conuiuium & tumulus, festū & fletus facta est. Circunfodit, & quæsiuit liberorum membra, inuenitq; vinum & sanguinem, panem & manum, & puluerem. Et excepit quādoq; quidē manum, quandoq; pedē, quandoq; caput cum puluerulenta materia, quam abstrahebat cum lapidibus, cum lignis: & quandoq; quidem ventris, quandoq; intestinorum partem, viscera cum macerie cōfusa. Sedit autem cælo celsior ille luctator, dispersa liberorum membra legens. Sedit componens membra ad membra, manus ad brachium aptans, caput ad humeros, genu ad fœmur. Neque vna erat illius casus calamitas, sed diabolica operatione, & tyrannide omnem sermonē excedens subuersio. Sedit itaque verus fortisq; adamas beatus Iob, discernens liberorum suorū membra, cauensq; ne fortè in masculinis membris fœminea cōiungat. O beatam, profectoq; generosam fœlicemq; animam, celebrem angelorū famam superantem. Quare? quia in omnibus quæ superuenerūt ei, non peccauit Iob in cōspectu domini. Sed pro his omnibus perfectam gratiarum actionē sacrificij loco obtulit, dicēs: Sit nomen domini benedictum, *Iob.1.d* nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia secunda.

MAgnum rerum pōdus, magnarum narrationum dignitatem postulat: splendidisq; iustorum historiis splendida lingua, splendidaq; mens conuenit. Et mens quidem diuinas literas syncerè iugiterq; contemplans, lingua verò diuina interpretans. Idq; potissimum in subiecto nobis, sumptoq; sancti Iob laborū opere, qui omnē peragrātem sub cœlo regionem, patientiæ sermonē, coruscantium more vibrauit. Sed noui gratiam dei prębituram fore verbum, non pro dicētis authoritate, sed patrum interueniente legatione sanctorum. Cæterùm in eam veniamus historiā. Vir erat in terra Hus. Necessarium *Ibidem.a* est omnium primò, qualem vim proœmiū ipsum habeat inquirere, cuiusq; rei gratia historicus ab hac facit dictione principium, Vir erat. Quoniam quidē vitam narraturus erat virtuosam, nostramq; vim supra modum vincentem: nec quis ad agonis sublimitatē respiciens, putaret non humanam, sed peregrinam esse naturam, describit naturam, vt propositionem admireris. Quòd homo existens, supra hominem viuendo conuersatus sit: & communi quidē natura omnibus communicans, animam verò in sublimi superiorem adducens. Vir erat in terra Hus. Prædicat eum, & à natura prædicat, & à prouincia: vt quemadmodū miraris hominem, audiens supraq; hominem viuētem, & prouinciam ex qua tātus fructus floruit, verè mireris, qualisq; rosa in spinarum medio germinauerit diligenter attende. Prouincia nanque Hus, Esaü prouincia erat: etenim ab Esaü Hus nominat, aut prophani prauiq; Esaü sedem, sicut inquit apostolus: Ne quis fornicator, aut prophanus, vt Esaü. Quò discas, quibus ex malicię schoIis quintus veritatis fructus eruperit. Sed hunc nō modò Esaü prouincia tulit, sed & radix ipsa praua: pronepos enim abiecti, repudiatiq; erat. Nā scriptura quintum ab Abraham dicit esse Iob. Quo modo autē quintus sit, audi: Abraham genuit Isaac, Isaac Esaü, Esaü Raguelem, Raguel Zaram, Zaza Iob. Successionem ergo ab Abraham habuit per Esaü. Ostendit igitur scriptura radicem, quò fructum admireris. Quis enim Esaü erat, fornicator & prophanus: quis erat Iob, qui à fornicatore descendit, hinc vide. Mirādus vir nunc nobis in narratione subiectus dicit: Si deceptū est cor meum su- *Iob.31.a* per mulierem, & si ad ostiū amici mei insidiatus sum, scortum sit alterius vxor mea. Esaü ad multas mixtionem habuit mulieres, insatiabilis ad luxuriam existēs. Iob verò modum tātummodo vitæ habuit, tantumq; abstinuit, vt alienis formis non circunlaboraret: atque à fornicatione adulterioq; tātum abfuit, vt nec alienis mulieribus iungeretur. Vnde & oportet māsueta magis oratione vti: tantùm abfuit ab alieni thori insidiis, vt neque ad innuptam virginem in qua nihil periculi fuerat, impudentem oculum deflexerit. Vnde inquit, *Ibidem.* Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem quidem de virgine. Vide ad quam disciplinæ sententiam hunc virum pietatis partes vexerunt. Instituit oculum ad pietatem, instruit ad iusticiam: & mēbra quæ à fornicatore

nicatore ſucceſsionẽ duxerunt,maxima pudicicia claruerunt.Eſaü quoad propoſitum parricida fuit:nam & ſi actus non proceſſerit, propoſitum tamen accuſatur, dixit nanque Eſaü in corde ſuo,Veniẽt dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Radix itaq; parricida,qui verò de radice floruit,iuſticię triumphator:ille cum natura pugnauit, fratremq; alienum eſſe dixit:hic & alienos fratres eſſe putauit,qui dicebat, Factus ſum fratribus tanquam pater, atque omnia aliena ſuorum loco habet, qui ab Eſaü ſucceſsionem habuit, ex eo ſcilicet, quia aliena ſua faciebat. Eſaü mente ſua Iacob interficere cogitabat: Iob verò ſacrificium offerebat pro filiis,cogitans,ne fortè quid mẽte peccaſſent: quandoquidem ille mente parricidium patraſſet. Timens magnus hic generoſuſq; miles, ne quando & hi mente ſuſcipiant peccati virus, offerebat ſacrificiũ, & vitulum vnum pro peccatis:dicebat enim Iob,Nequãdo filij mei ad deũ mala cogitauerint. Cogita ad quale quantumq; ſtudiũ cum peruenire faciebat moris diſciplina:& quid facit, quãdoquidem progenitores Eſaü & Iacob viciſsim ſe expugnantium, non Iacob in maliciam cõſentiente, ſed Eſaü primùm ad maliciam inuecto, progenitorum diſcordiam menſæ conſilio ſoluit, liberoſq; facit mutuò per dies ſingulos conuiuari, quo aſſueta menſa reſoluit maliciæ virus.Ad alterutrũ accedebant mutuò filij Iob, & ſenſu inſtructi, à priore ætate,pace exerciti,concordia educati, adinuicem comedebant & bibebant. Suſcipiebant autem & tres eorum ſorores,vt comederẽt cum eis & biberent,& quid ad vtilitatem hęc audienti?Quare & ſororum addidit eſum?vt oſtendatur ſcilicet,quòd ad pudiciciam conuiuium agebatur:quodq; ibi nõ riſus intercedebat diſſolutus,immodeſtiaq; effuſus menſam iniurians.Inducit ergo & comedentes virgines, quò ſpeciẽ figuramq; conuiuij oſtendat,non ebrietate deformatam, ſed cõcordia ornatã.Vir erat in terra Hus,nomine Iob. Columba in medio accipitrum, ouis in medio luporum, ſtella in medio nubium,lilium in medio ſpinarũ, germen iuſticiæ in oppido iniquitatis.Et erat vir ille irreprehenſibilis.Attende diligenter,quæ ab extra ſunt,hominem definire conſueuerunt.Quid eſt homo?Homo eſt,inquam,animal rationale, mortale, de his philoſophorum termini conſultantur,ſcriptura autẽ non eoſdem dat terminos. Sed quid homo? irreprehenſibilis, iuſtus, verax, & recedens ab omni opere malo. Si quis ergo te interrogauerit,quid eſt homo? dic ad eum: irreprehenſibilis,iuſtus,verax,& recedens ab omni opere malo:adeò, vt qui talium perfectorum officiorũ teſtimoniis non fuerit cõprobatus,homo nõ ſit. Etenim talis,quãuis naturæ caractẽrem ferat,hunc tamen malicię propoſitũ deformat.Audi à propheta:Homo cùm in honore eſſet,non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis. Et erat ille vir irreprehenſibilis,nõ parua hæc laus, examina verbum, quò propoſitionem admireris.Aliud eſt crimen,aliud reprehenſio: nam crimen quidem grauiſsimis peccatis committitur, reprehenſio verò leuioribus culpis. Oſtendere igitur voluit ſcriptor nõ modò à crimine longe fuiſſe iuſtum, ſed etiam à reprehenſione. Quo modo enim magna quis ſibi obieciſſet, vbi nec locum quidem in minoribus videbat? hoc autẽ magnum eſt argumentũ eius,cuius ſine crimine media vita. Quem enim de adulterio & homicidio accuſare non habes, talis ſine crimine: cui autem ſine iniuria reprehẽſiones irrogaueris,detractiones,maledicta,ebrietas,talis crimine quidem vacuus ſub reprehenſione currit. Vult ergo ſcriptor oſtendere, & à paruis, & à minimis quibuſque culpis procul fuiſſe virum ſanctum: & inquit: Et erat vir ille irreprehenſibilis, iuſtus, verax, timens deum,recedens ab omni opere malo.Ex quo etiã deus Abraham oſtendit primùm irreprehenſibilem, & virtutem habere,dicens ei: Tu placuiſti in cõſpectu meo, & factus es irreprehenſibilis: hoc autem irreprehenſibile pro modi excellentia ſuſcipitur.Paulus enim apoſtolus, vbi ad gentes proficiſcitur, ſummum virtutis pondus illis non impoſuit: ſed vbi in orbe adulteriis fornicationibuſq; repleto, voluit orbis paſtores conſtituere: & quoniam virtutes rarò inueniebantur,epiſcopos ordinans, Tito dixit: Conſtitue epiſcopos,ſicut ego tibi diſpoſui:ſi quis eſt ſine crimine.Porrò irreprehenſibile tunc locum non habuit,quandoquidem pietatis vigor deficiebat. Magnum irreprehenſibilem eſſe: medium autem,ſine crimine eſſe:magnum malum in hominibus,vel exiguum bonum,& propterea dixit: Et vnius vxoris virum: non ea ratione quòd id nunc in eccleſia obſeruetur.Oportet enim omni prorſus caſtitate ſacerdotem ornatum eſſe. Sed quòd id quandoque ad eos qui in fornicatione erant magnum fuit, ideo dicit:Conſtitue epiſcopos,ſicut ego diſpoſui tibi: Si quis eſt ſine crimine, vnius vxoris vir: non quòd id legis loco poſuerit, ſed quòd errori ignoſcebat. Sciebat enim quoniam florente pietatis verbo, ſua induſtria bonum ſibi natura vendicabat. Electioq; melior fit,quum irreprehẽſibilis,iuſtus,ac verax deligatur(primùm igitur non eſt iuſtum,fieri irreprehẽſibilem,non ſanctum.) Vultu, non facie figuram quandam præ ſe ferat, aliumq; habens mentis habitum: nec is,qui prudentia obumbratus,incontinentia verò indutus: non iuſticiam quidem extrinſecus ferens, maliciam verò intrinſecus fouens,hic verax, atque illico deum colẽs: cùm enim fuerit irreprehenſibilis,cùm iuſtus,cùm verax,tunc vera religio,veruſq; dei cultus perficitur.Recedens ab omni opere malo.Quoniam quidem inuiti recedunt à multis malis,ab omnibus autem non recedunt, iterum culmen iuſticiæ oſtendere volens dicit: Recedens ab omni opere malo. Vnde & Dauid dicit: Qui diligitis deum, odite malum: non enim poſsibile eſt deum diligere, & operari malum. Exponit autem & eius ſubſtantiam. Quoniam ouium habuit ſeptem milia, camelorum tria milia, quingenta quoque iuga boum,& quingentas aſinas. Quare ſcriptor hæc exponit? non Iob diuitias admiratus, ſed tibi auditori relinquens in obiectum ſubſtantiæ multitudinem: quò ſi eundem videris poſt hæc vniuerſis nudatum bonis, minimeq; ingemiſcentem, mireris quantùm priuatus bonis donatorem non repulerit, neque conditorem maledictis inceſſerit. Hæc itaque ſcripta ſunt, nõ quoad diuitias in admiratione habeas, ſed quò iuſti conſtantiam, patientiamq; laudes, atque præ oculis deum ſemper habeas. Sequens verò orationis ordo in aliud tempus cõtemplandus ſeruatur:etenim diabolus quãdoquidem eum diteſcentem eiſdem temporalibus diuitiis vidit, atque ex eiſdem æternas ſibi theſaurizare diuitias putauit. Quoniam, quemadmodum eo diteſcente diteſcebat iuſticia: ſic ad paupertatem ductus, eadem quoque virtus paupercula apparebat. Tentat eum igitur pecuniis nudare, quò claris eundem facinoribus nudet. Hic aduertant diligenter, qui dicunt: Nõnne Iob dives fuit? quare igitur nobis ipſa rerum proponitur renũciatio?Dicam ego ad te.Fias iuxta Iob

dives,

Gene.27.c

Iob.29.c

Ibidẽ.1.b

Ibidẽ.1.b & 2.a

Homo quid

Pſal.48.d

Crimen & reprehenſio differunt.

Ad Tit.1.b

Ibidem.

Sacerdotem oportet eſſe.

Iob.1.a

Pſal.96.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iob 31.b.c

diues,atq; ego tibi maiores diuitias exoptabo:fias iuxta Abraham,atque omnis terra diuitias coaptabit.Dic & tu, ſicut ille dicebat: Ianua aperiebatur omni tribulato: dic,humeros pauperum calefeci:dic, ex velleribus ouium mearum calefacti ſunt humeri pauperum: dic, os viduę benedixit mihi,atq; diuitiis quibuſvis ditesce. Nam pauperibus neceſſaria præbẽdo,ianuãq; omni tribulato apertã exhibẽdo,tibiipſi benefacis. Imitare hũc ſummæ paupertatis amatorem,zelum patientiæ,viriliter contra aduerſarios age:ſed de his hactenus. Fiat autem in nobis zelus,patientiamq; habentibus cohabitatricem,eorum quæ relinquimus non ſentiemus dolorem.Excutiamus amiſſorum memoriam,ac nos nobiſipſis impendamus,voluentes ſequentes contemplationes.Fiat & nobis,ſynnceré feſtum diẽ celebrantes,paſſionibusq; ſanctorum cõmunicantes,& paſsioni Chriſti.Verè enim fratres, ad Chriſti paſsionem fulſerunt ſanctorum paſsiones,fulſerunt & ſicut fulgura paſsiones iuſtorum,quò poſt hæc appareat Chriſtus, ſicut inquit Apoſtolus:Qui omnibus compatitur,& omnibus glorificatur.Orationibus igitur, lectionibusq; ſanctorum patrum,& prædictis intendentes:quodq; reliquũ eſt expectantes,gloriam referamus patri,& filio & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum,Amen.

Roma.8.c.

Homilia III.

NAm nos omnes promiſſum auditum attingamus,atque in Iob rerum ſerie conueniamus, nosq; metipſi verbo patientiæ fideliter adhortemur.Etenim indignum eſt, in ſterquilinio quidem ſedentem Iob ad pietatem abundãtius excitari: nos verò quaſi choreis in eccleſia perſiſtentes ad veritatem pigritari: & hunc quidem mille ſuæ calamitatis fletibus intonatum,animo non frangi:nos verò hymnis, diuinisq; ſcripturis,& cãticis ſpiritualibus ſonoritate plauſibusq; excitati,per deſidiam propoſitum perdere. Iob corpore à vermibus conſumpto,pietate animã cuſtodiuit vulneratam.*Illum vermes nõ vicerant,& nos ſudores deiiciunt. Sumus & ipſi nos homines iuxta* datam paulò antè definitionem. Hominẽ enim format, quod irreprehenſibile, quod iuſtũ, quod verax, quod dei cultus eſt.Et quemadmodum in communi cõſuetudine quis ſi quãdo vel filium, vel domeſticũ, ad deſtinatum opus tranſmiſerit,modum dat dicens, ſicut hominẽ decet hanc & illam actionem aggredere: cõmuneq; nomen proprium admiratio facit.Sic etſi omnes appellantur homines, ſolus ille verus homo, qui imaginem ſeruauerit,eum dixi hominẽ.Vt & à cõmuni natura patriã laudes, de terra Hus dixit, quò de infidelitate fornicãtis prouinciæ fructum ſuperextollas: dixit iumẽta, quò fortia eius geſta in admiratione habeas: dixit diuitias, non qnòd ſubſtantiam laudes, ſed quòd hac nudatum maiori habeas in celebritate: omnibus enim exutus eſt atque in deum pietate veſtitus. Sed erat quemadmodum obſeſſa ciuitas, ſolis autem muris cuſtodita nudatis liberis,nec pietatis fructº amiſit:habuit enim filios, modos: & filias, virtutes. Tres ei filiæ iuxta carnẽ,tresq; ei virtutes iuxta ſpiritum, quẽadmodum inquit apoſtolus Paulus:Manẽt tria hæc,fides,ſpes,charitas,maiorq; horum,charitas: nudatus eſt omnibus, & naturæ conditorem non negauit. Scribit enim liberos ſolatiũ eſſe ſucceſsionis: cultorem verò radicis nõ auerſum,qui fructus repudiaret. Sciebat ipſum cultorẽ radicis in ſeculum ſeculi permanere. Nudatus eſt ouibº,& ipſe ouis erat à deo cuſtodita.Nuda-

1.Cor.13.d.

tus eſt bobus,& iuga quidem boum ſublata ſunt:animę autem,corporisq; iugum haud erat inciſum, ſed concors tamen anima, caro ad pietatẽ trahebat aratrum: pro patientiæ verò modo,patiẽtiæ fructus accepit,quò patientiæ fructus multiplicaret. Erãt ei igitur camelorum tria milia,quingentæq; aſinæ,& ego exiſtimo parua admodum quædam & hæc poſſediſſe. Si enim cuique pauperi impẽdebatur, quemadmodum ipſe dicit: Oculus fui cæco, pes claudo, parua profectò ſubſtãtia ad propoſitum quod habuit fuerat:pluris erat hoſpitalitatis menſa, quàm prouentuum abundantia.Pauper erat Iob, bonæ non ſufficiens voluntati: & poſſeſsione quidem diues.Pauper verò dato propoſito erat: erant autem ei,inquit, opera magna ſuper terram: quænam? paupertatis hoſpitalitatisq; amor, ſumma humilitas, incorporalis eleemoſyna, & quotquot ad virtutẽ proficiunt:ſed hic quidem ſic in deliciis non tam diuitiarum, quàm pietatis verſabatur. Alius autem ex ſapientibus verbum cõmuni modo loquendi ſuſcipiens:magna eſſe opera dicet, vineta, oliueta, ſata, iugera, & quotquot ſunt his ſimilia. Verè magna ei erant opera ſuper terrã, deliciis ſuper ſibi cœleſtibus diuitiis parturientibus.Diabolus autẽ,veluti heſterna diximus,omnium ſceleratiſsimus ſuſpicãs, quemadmodum virtus diteſcebat, ſic quoque ad paupertatem ipſo declinãte, ſimul quoque virtus declinaret.Nudat eum iumentis, quò & virtutis munimentis nudet.Poſtulat autẽ à deo aduerſus iuſtum dæmon tentandi authoritatẽ:vt ſcias, contra Chriſtianũ propria virtute prævalere non poſſe:nec aduerſus virum timentem deum, vbi niſi fuerit aſſenſus vel pro diſciplina deſuper,vel ex permiſsione fiat. Deus enim cũ diſciplinæ correctiones addiderit, dat aut peccatorum pœnam, aut certè virtutem diuinis profectibus exercebit. Igitur diabolus Iob debellare non potuit,quòd id permiſſum non fuit à deo.Neque mireris ſi aduerſus Iob nõ habuit poteſtatem, permiſſu non præueniente: neque enim aduerſus porcos poteſtatẽ habet. Audi quo modo legio deprecabatur, dicẽs:Si eiicis nos,permitte nos abire in porcos. Si ergo in porcos non habuit non permiſſus poteſtatem,in his quæ contra deũ fiunt,quo modo niſi permiſſus poteſtatem habet:Factum eſt autem vt eodem die & angeli dei venirẽt aſsiſtere domino, & diabolus ſterit in medio eorum. Ergo cũ angelico miniſterio aſsiſtit & diabolus,atque in medio ſanctorum ſpirituũ immundus ſpiritus aſsiſtet. Neque enim deo ſancti angeli corporaliter adſtiterunt,neque ſatã corporaliter:ſed omnis miniſtratio ſummi & dei, aſsiſtentia dicitur:quemadmodum Helias ſuper terram verſatus, deo aſsiſtere dicebatur:ſic inquit, Viuit dominus cui aſsiſto in conſpectu eius hodie:non quia in cœlum aſcendens adſtiterit,ſed quòd diuino præcepto miniſtrabat.Sic & diabolus adſtitit,non in cœleſti choro, neque cum ſupernis mundi potentiis: ſed vt dei creatura congruentia ſibi facere iuberetur, & quo modo,audi: Neque enim meum arripueris verbum,& dixeris:Igitur diabolo miniſtro vtitur deus? Sicut enim in hominum poteſtatibus,manifeſti quidem ſunt milites, qui honoribus miniſtrando inſiſtũt, atque certiſsimi ſunt milites qui ad exigendas pœnas ſegregantur: Sic & hoc in loco ad miniſteria quidem bona, atque ad hominum diſpenſationes, ſancti angeli: ad malorum verò hominum pœnas poſtulandas dæmones tranſmittuntur. Et quo modo,audi. Cum ſanctorũ angelorum meminit Paulus: Nõnne omnes adminiſtratorij ſunt ſpiritus, propter

Iob.29.c.

Iob.1.b.

3.Reg.17.a.

Matth.8.d.

Heb.1.d.

pter eos qui hæreditatem accipient salutis? Ex quo manifestum, sanctos quidem angelos hominum saluti ministrare: malos verò spiritus his quæ aduersus malos inferuntur pœnis. Misit enim, inquit Dauid, in Aegyptũ iram indignationis, immissiones per angelos malos. Praui itaq; & immundi dæmones, & si proposito defecerunt, iugo tamen seruitutis subiacent: atque vt carnifices quidam iubentur mandata perficere. Et miraris deum præcipere dæmoniis? apostoli veluti carnifice vtuntur dæmonio: dicit enim Paulus: Quoniam ergo aliqui circa fidem naufragauerunt, hos tradidi satanæ, vt discant nõ blasphemare. Et iterum de quodam, qui fuerat fornicatus, pœnámque debente, ipse idem Paulus dicit: Congregatis autem vobis & spiritu meo, cũ virtute domini Iesu iudicaui, tradens huiusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiritus salutis sit in die domini nostri Iesu Christi. Nam ne putent dæmones aduersus diuinam potentiam, tyrannico se prorsus more habere posse, iubentur mandata facere, nõ quidem seriosas res, atque ad vbertatem lætitiámque tendentes, sed ad pœnam trahentes. Nónne & eos qui apud nos sunt principes, vidisti quo modo cum honore quidem quosdã ad se vocari iubent? Cursores Romam linguæ vocatos mittunt, quandoque verò cum decore alios emittunt crudeles, & duros milites: Sic & deus sanctis suis ad salutem angelos mittit. Cum verò punire vult, id dæmoniis permittit. Propterea deo aduersus Achab sententiam laturo, & dicente: Quis ibit & cadet? Respondit spiritus nequam, Ecce me. Sciebat enim ad id se deputatum ipse diabolus. Ignosce quæso mihi, de inuisibilibus & non visibilibus disputanti. Sed neque ab initio quidem tale aggressi essemus, nisi occasio nobis ex sancta scriptura processisset: neque enim humanæ est mentis inuisibilia à sensibilibus separare: sed quoniam his, quæ deus dixit, refragari, inquam, non est locus, cum scripturis incedimus & innitimur: itaq; pessimi dæmones mittuntur quidẽ, præcipuè ad exigendas malorum pœnas. Mittuntur autem & ad iustos, nõ vt puniant, sed vt tentent. Quandoq; sanctus angelus tẽtationi ministrare nõ iubetur, neque enim deus angelo mandat, quod indignũ: idcirco dæmoniis ipsa tentatio permittitur, nec mirum si dæmones ad iniustos mittuntur. Nam & omnium quandoque dominus ab Iordane in desertum ductus est, vt tentaretur à diabolo: & omnium itaque dominum & saluatorem diabolus tentauit. Quid mirum si contra iustum pro patientiæ exercitatione dæmon transmittitur? Transmittitur non iubẽte, sed deo permittente. Figurat autem scriptura sermonem, veluti in imitatione personarum. Nõ enim vox à deo ad prauum dæmonem procedit, neq; verò hac habetur digna præuaricatrix illa præsumptio. Natura enim bona, præsumptio verò mala. Et iniquis hominibus legitur dominus locutus fuisse. Vnde Dauid: Peccatori dixit deꝰ, quare tu enarras iusticias meas? Vocẽ ergo ad peccatorẽ fingit: nõ, sed pro eo quod loquitur, per ipsas res ad indignos loquit̃. Et dixit dominus cæco: ergo vocem emittẽs, aut mandata roborans, mandauit deus vermiculo. Sic si sermo figurauit deum diabolo fuisse locutum, nõ ex honoris æqualitate processit, inhonoratam hãc præuaricatricemq; substantiam ad domini conspectum perductam: sed steterunt angeli iuxta destinatum ordinem. Voluit autẽ & diabolus adesse in medio angelorum, vti discas, angeli quidem naturam suscepisse, proditoris vero mentem ostendisse. Nam diabolus non naturæ nomen, sed præsumptionis: non enim diabolus factus à principio, sed angelꝰ creatus est. Diabolus verò, quia detrahebat & deo apud homines, & apud deũ hominibus, appellatur, quasi deum contra homines, hominẽsque contra deum: dominum aduersus seruum irritãs, & seruũ aduersus dominum. Cum enim suggerit diabolus nobis & dicit: Quot mala in mundo? vbi deus quatenus non dominatur, sic detrahit cõditori apud nos, illud enim negocij diabolo à principio fuit. Detraxit deo apud Adam, dicens: Scit enim deus quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, quod detrahendo dixit: hîc & Iob corã deo detraxit, cum dixit: Num gratis colit Iob deum? videlicet quia sub mercede id facit, non virtute mercedem tibi beneficij rependit: abstulit pecuniam, atq; eius propositum mutatum est. Cum ergo vidit deus iustum iniuriatum, per illius versutiam & iumẽta tollit: quò suspicionem auferat peccati, nudatam pietatem ostẽdit: ac vide praui dæmonis propositum. Dixit, inquit, dominus diabolo: Vnde venis? Hinc superbus & tumẽs, neque sui locum & statum sciens, neq; interrogantis dignitatem, dicit: Circumiui terrã, & quæ sub cœlo sunt perambulãs, assum. Quasi diceret se hostis his quæ sub cœlo sunt dominari. Et ab eo quoq; terrestria quæque calcantur, atq; sub pedibus habet vniuersos homines: circumiens terram, & perambulãs quæ sub cœlo sunt, assum. Sed iam rescinditur diaboli superbia. Nam cum putauit se imagini dei dominari, exclusus est de terra, vt non iam eandem perambulet, exularèque ipsum facit omniũ dominus. Ipse enim qui prædicit: Quo modo habitabo in eis, & ambulabo, & ero eorum deus. Priora quidem illa perambulauit diabolus, tũc scilicet, cum idololatria vndiq; diffusa, cum luxuria in dominio erat, cum vniuersa maliciæ germina pullulabant, perambulauit diabolus. Cum autẽ sanctitudo & veritas, ab his qui veritatem custodiunt, deus inhabitabat, atque perambulabat. Nunquid considerasti seruũ meũ Iob, quòd non est ei similis in terra, homo irreprehensibilis, iustus, verax, recedens ab omni malo? Postquam dixit, Et quæ sub cœlo sunt omnia perambulaui: atque sic elatus est superbia, tanquã vniuersis dominaretur: hanc soluens veritatis sermo, dicit ad eum: Vidisti hominem à te minimè suppeditatum? quandoquidem dicis te omnibus dominari: vidisti eum qui vniuersam tui maliciam vicerit? vidisti conculcantem te qui omnes conculcas? vidisti eum qui soluit tyrannidem, atque iniquitatem iusticia resoluentẽ, impietatemq; pietate? Hic autem circunstans deo dicit: Non gratis colit te: obiicit iumenta vt eius vituperet modũ: & quo eius versutia imbecillem ostendat virtutem. Tu ei dedisti abundantiam, si nudetur, hypocrisis apparebit: dicit ei deus, Tange vniuersa quę habet. Sciebat enim quoniã ad auariciam insatiabile propositum habet, ideo dicit: Ecce omnium do tibi potestatem, tantum in eum manum non extendas: terminis describit maliciã diaboli. Cæterum vide qualem tendit arcum aduersus iustum, qualia mittit tela. Et primũ ipse mali operator, semetipsum malorũ nunciũ præbet. Ipse iumẽta percutit, atq; idem percussionẽ annũciat. Dixit nanq; diabolus Iob: Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt prædones, tulerũtq; omnia, necnõ & pueros percusserũt gladio, & quasi ego solus euasi vt annunciarẽ tibi. Prima diaboli tentatio, primũ telum aduersus iustũ generosumq; dimicatorẽ. Sed opposuit Iob ex aduerso fidei vmbonẽ, qui potuit omnia tela ignita extinguere.

Psal. 77. e *1. Tim. 1. d* *2. Cor. 5. b* *3. Reg. 22. d* *Matth. 4. a* *Psal. 49. c* *Genes. 3. c* *Iob. 1. b* *Ibidem.* *Iob. 2. b* *Diabolꝰ nũciat Iob*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinguere. Iuga boum perdidit, & anima non est diuisa. Asinæ perierunt, nobilisq; pullus pietatis frenum non negauit. Vidit amaram nunciationem perditionis iumentorum, & permansit veluti firma turris insuperabilis. Diabolum prauitate crudelem existentem, crudelemq; facti proposito pœnituit, & pœnituit sic nũciasse. Atq; diligenter attende, ne te prauitatis suæ intẽtio
1 Cor. 2. c. fugiat, quam & Apostolus prospiciens: Non enim, inquit, ignoramus versutiam eius: vt ergo sibi nunciauit, quòd & iuga boum arabant, & asinæ pascebãtur, & venerunt prædones. Vidit autẽ Iob auditam rem tolerare generoso animo, pœnituit quòd malè nunciauerat, & ad semetipsum fermè cõuersus, dixit diabolus: Malè nunciaui, dicens homines secũ pugnare. Potest ex hoc iste cogitare, quoniam si me homines expugnauerunt, affecerũtq;, quid apud deũ interrogatio? Malo, inquit, B arcu sum vsus, nõ pro intentione eieci, sagittę in emissione fefelli, errauerũt tela. Vt ergo ab hominibus eius mentem ad deum traducat, atque ostendat non homines, sed deum bellum suscipere, dicit ei: Ignis de cœlo cecidit, vt non homines & hostes videantur iniuriari sed ignis de cœlo cecidit. Quare ergo seruis iniuriantì? quare iumenta tu consumẽti fœneraris? Ignis de cœlo cecidit, audit Iob, & iterum fortiter tulit: nam patiẽtia illa vera, patientia erat vsque in finem prępara ta, de
Matt. 10. c. & 24. b qua inquit Saluator: Qui autem sustinuerit vsq; in finem, hic saluus erit. Ignis de cœlo cecidit, quotidie laboranter offerens pro liberis sacrificium. Quod ergo quotidie laborans ferebat, repẽtè autem simul deus in sacrificium suscepit: Ignis de cœlo cecidit, si ergo solus inductus essem, iustè dolerẽ: si autem pauperes induebãtur, nunquid poterit deus pauperes despicere? noui quoniam in sacrificiũ susceptit, reddet centuplum, non C enim ex iniquitate parta sunt iumẽta, neque enim per auariciam oues acquisiui. Ex velleribus ouium mearũ calefacti sunt humeri pauperum, os viduæ benedixit mihi. Nouì quid facit dominus, nunc veluti sacrificiũ meam accipit substantiam, eandem mihi augebit cum additamento virtutis: non me mouent exteriores sagittæ interioribus vallatũ, confirmant me magis intrò dei sagittæ, potentis acutæ, de quibus dicebat Dauid:
Psal. 37. a Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: quales sagittæ? Sagittæ pietatis, sagittæ iusticiæ, sagittæ desiderij ad deum, sagittæ zeli virtutis. His diuinis sagittis anima vulneratur, vbi autem omnem industriã adhibens diabolus, iumentisq; illum nudans, virtute minime nudauit. Refugit de cætero ad aliam naturã, agriculturãmq; naturæ violat, & ramos à radice diuellit, boniq; luctatoris pueros cõterit, tollitq; circulatim fructus, quò genitorẽ tristicia afficiat. Et quid facit? respice praui nunciationẽ quo modo est ironia plena, atq; ad seductorẽ repens, potensq; illius generosi animum frangere: dicit
Iob. 1. d. ergo ei: Filiis tuis, & filiabus vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repentè venit ventus vehemẽs, irruit è deserto, & concussit quatuor angulos domus, quę corruens oppressit pueros tuos, & mortui sunt. Et verbum fictum potẽs excitare fletum, non dixit super filios tuos, sed super pueros: simul audiens, misericordia vulneretur, atque miserabundus compassione flectatur. Venit spiritus magnus è deserto: iterum iudici detrahit. Spiritus enim non hominibus, sed deo est subditus. Corruens oppressit pueros tuos, & mortui sunt. Tũc Iob surrexit, hic enim scriptũ est: Bonũ verbũ, surrexit, non enim decidit plaga, sed surrexit pietatis virtute. Surrexit & adorauit. Merces calamitatum adoratio, pulsatus xrũnis benedicit, oppressus gratias agit, & circuntotondit comam. Nũc in
Iob totondit com. nobis flentibus multi nutriunt comam, ille autem circumabstulit. Quare id quod quæritur, flenti contrarium in formam constituit habitum. Ibi enim signum fletus, vbi honoratur coma: vbi verò tonditur, à fletibus contraria sumitur figura. Et scidit tunicã suam. Figura quidem ipsa ad dolorem tractus, reuera ad virtutem exuitur tunica: qui veluti nudus luctator, adstantem aduersarium circumplectetur atque mirabili lucta pro brabio iusticiam reportet. Exuit tunicam iusticia vestitus.
Iob. 1. d. Et inquit, magnus iste religionis splendor: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factũ est, sit nomen domini benedictum in secula. Nobilis animæ eadem ipsa vox sagitta diabolo fuit, fregit hostiũ
Ibidem. aciem. Nudus exiui de vtero matris meæ & nudus reuertar illuc. Apostolica vox, tẽporibus apostolicis virtutis ad profectum veniens: Nudus exiui de vtero matris meæ, & nudus reuertar. Quemadmodum apostolus inquit: Nihil intulimus in hunc mundum, manifeI. Tim. 6. d stum quoniam nihil efferre possumus. Dominꝰ dedit, dominus abstulit. Omnia, vt breuibus vtar verbis, auferũtur: sola mulier relinquitur, antiquum diaboli organum, scilicet sibiipsi vetulam seruans. Quoniamquidem sciebat, quoniam per mulierem primum homiGene. 3. b. nem subegerat, ideo mulierẽ sibi reseruat, quò ad versutiam vt eisdem armis vtatur: sed ibi Adam inuenit, hîc autem Adam nõ inuenit: ibi Adam inuenit & Heuam, hîc Heuam inuenit, Adam verò non inuenit. Dicit ei mulier, quousque tu sustines? verè diaboli verba sunt hæc: quousque torquentis vox est. Ego torqueor, tu dicis quousque: ego flagellor, túque ad plaD gas addis flagellato, quousq; sedes expectans de die in diem salutem tuam? Inuitè diabolus Iob virtutem laudat, prædicat eius potẽtiam, quoniam sub spe certauit. Exinde vide scribentis sapientiam. Et prospiciens in eam Iob dixit: non dixit respiciens eam: sed prospiciẽs. Quare ignorabat nanq; suam vxorem? num secum sedebat, num ex eadẽ liberos genuerat? Quare ergo prospexit? prospicere ostendit, quòd non eam vidit, sed eũ qui in eam prospexit: diabolũ Iob cognoscebat, qui in serpente fuerat locutus, & nunc in muliere loquentẽ, & dicit: Vt quid quasi vna de stultis mulieribus locuta
Iob. 2. c. es? quare nõ dixit, quasi vna de impiis, quasi vna de infidelibus? Sciebat enim eam non infidelem, sed ad insipientiam simul arreptam. Secus autem atque aliter deum neganti insipiẽtis vox datur. Dixit enim, inquit,
Psal. 13. & 52. a insipiens in corde suo, non est deus: quasi vna de stultis, veluti si quis diceret, quasi Heua locuta es. deinde, Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? O nobilem animam, hîc mihi eius animam proba: nam nouit Iob se pro virtute certare, non nouit se pro patientia coronandum, sed existimauit esse tantummodo calamitatem à deo latam. Mala esse putauit, atque mala putans sic certauit: si nouisset coronam, multò magis certasset. Quare ergo puniens deus sibi non dixit, Vide quam rem agis, futurum est, vt tibi prælium per diabolum paretur: decerta, potenter age, quò ne tuam mentem in fugam vertat, ne sacrilegij more tuos diripiat cogitatus, ne tuam animam prædæ habeat loco: sed neque alienum deesse dicas, deceptiones, errorẽmque dimicatori nunciare. Nam Petro dicit dominus: Petre, ecce expetiuit
Luc. 22. c. vos satanas, vt cribraret sicut triticum. Apostolis prædicit tentationes, Iob autem dimicationem non prædicit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit:nũquid iniquitas apud deum:absit. Sciebat enim deus diaboli maliciã, sciebat inuidiam, sciebat versutiam, qua inficere virtutem poterat: si dixisset ei deus: Caue tibiipsi & certa:si sustinueris in finem, substãtiam tibi duplo magis restituam, regnum cœlorum hæreditabis, immortalitatis accipies coronã, vniuersus orbis tuis laudibus resonabit. Si hoc dixisset, certasset vtiq; iustus, sed iterum diabolus occasionem cœpisset. Et si quidẽ certans ille vicisset, deo dixisset: Nunquid gratis certauit? promisisti ei immortalitatem, promisisti regnum, promisisti coronam. Si enim qui temporalia ex eiusmodi consequuntur, non vtiq; iusti, sed quasi mercenarij habentur: si cœlestium promissionem recepisset, num diabolo multò maior accessisset occasio? sed occultat coronam, quo dimicatorem ostendat. Quare ergo, inquis, & apostolis non occultauit? Si enim non dixit Iob, quare ratione pari apostoli dimicationem nõ tacuit? Solus Iob certauit, pro semetipso desudauit, apostoli autem erant prẽcones terrę, orbisq; doctores: ipsis occultari poterat, sed res mundo detrimentum fuisset. Potuerat Paulus sine coronæ promissione certare: sed non vbique Paulus, non vbique Petrus. Multorum animæ infirmæ sunt, multorum animæ vacillant. Si enim hodie regno prædicato, fruitione futurorum bonorum, angelica cõuersatione, paradisi deliciis, multi promissa despiciunt, ad præsentia anhelantes, cùm de re prorsus tacitum fuisset, quis ad pietatem euolasset? Meritò ergo dilecto Iob ventura nõ ostendit, quò auditorum animum excitet, quò mundi roboret mentem. Multi nunc regnum & audiunt, & despiciũt, prauitatẽmque induunt, multi à malicia nõ recedunt, honorant hodie ieiunia multi, & dicũt: hodie aduersario meo nihil dico, trãsibit passionis Christi dies, causãmque peragam, vleiscar iniurias, mulctam faciam. Nõne igitur frater es Esau: hæc cogitans, eadem ipsæ quæ & Esau dicis. Etenim tũc & Esau fratrem interficere voluit, sed venerabatur patrẽ. Et quid dixit? Venient dies luctus patris mei, & occidã Iacob fratrem meum: transeat patris mei mors, & tunc interficiam. Et tu quid dicis? Transeat Christi passio, & tunc contra aduersariũ meum litigabo. Vide ne frater Esau sis, audi quid Paulus dicit: Ne quis prophanꝰ & fornicator, vt Esau. Hæc à nobis nõ irritatione fratrum, sed susceptionis auxilij loco, atque ad eorum salutẽ dicta sunt. Contingat autem nos & verbo instructos, & historiis edoctos, sanctorúmque patrum & prophetarum certaminibus ad perfectionẽ dirigentibus, & opere perficientibus, continuò deo gloriam reddere, & nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Apostolis, quare prædicta tentatio.

Genes. 27. g

Heb. 12. d.

Homilia quarta.

VBique quidem, ac omni (vt ita dicã) in diuino sermone rebus inferiora sunt verba, materia inferiores dictiones, præcipuéque in his, quæ summè perfectéq; à beato Iob acta sunt. Nemo vnquam potuit sermone sancti huius præconia abunde dilucidare: etenim tametsi mille de eo, decémq; milia dicantur, sermo tamen à cõdigna veritate relinquitur, tum verò cum præcesserũt à nõbis pro virtute, quãuis mediocriter dicta sunt. Nihil hodie impediet, quò minus eisdem ipsas narrationes attingamus: nec quisquam existimet materiæ iniuriam fieri, si narrationem consideremus. Nam neque Iob incisus dolet: si enim merso corpore non doluit, quo modo narratione concisus? Cognouimus ex præmissis quemadmodum vniuersa amisit, magis autem vniuersa inuenit. Cũcta enim læta amittens, lætitiæ radicem non amisit: amisit iram, sed artifex remansit: amisit abundantiæ fructus, sed beneficẽtiæ fructus superfuit. Nudatus est omnibus iumẽtis, atqui haud est virtute nudatus. Abiecit diabolo iumenta, vitę commoditates abiiciens, quemadmodum Ioseph pallium impudicæ mulieri, in passione nõ patiebatur. Oportet enim naturæ passionem fateri, atque animæ virilitatem laudibus celebrare. Ostẽsa sunt naturæ indicia, & virtutis fortia ostensa sunt. Audiuit liberorũ exitum, & scidit vestimenta, quò naturæ compassionem ostenderet. Nisi enim passus fuisset, fortasse veluti virtutis amator nõ laudaretur, sed veluti insensibilis damnaretur. Sed passus quidem fuit, vt homo, sustinuit autem velut amator dei: & naturæ infirmitatẽ reprehendendam prodidit, sed non pietatis modum. Scidit vestimenta, sed adorauit. Igitur diabolus non tã intulit, quàm accepit plagas: non tantùm vulnerauit, quantum vulneratus est: sed primum ad agonem bene certantem adducit deus, quò clariori eum patiẽtiæ diademate coronet. Item ex secundario angeli assistũt, & diabolus in medio, interrogatur ab eo qui omnia nouit: Vnde tu venis? Num sapientiam diuidens nouerat vnde venit, quòd victus à iusto venerat? Vult ergo dicere: si optimè scienti suam fateatur fugã, pandere nanque cõfundebatur: eadem ipsa prima voce vtitur: Circumiui terram, & quæ sub cœlo sunt perambulans, assum. In hoc enim exiuisti, hęc postulasti: nõnne tu dixisti: Da mihi Iob & vniuersa quæ possidet? quare certamen abscondis, quò iusti coronam occultes? Dic certa mẽ maledicte, dic luctam, quò victoriam iudicet. Sed quod occultabat inuidens diabolus, id eximia philosophia extollit omnium dominus. Nunquid cõsideraſti seruum meum Iob: quod occultas, ego palàm facio. Interrogat deus sæpenumero, nõ vt discat: sed quò interrogatorum mentem experientia intueatur, si verè sciẽtèrque fateãtur. *Sic interrogauit Cain vbi est Abel frater tuus?* Voluit nãque eum, *qui malum fecerat, vel sui ipsius accusatorem stare*, quò sui accusatione facinoris magnitudo leniretur. Omnis enim qui seipsum accusat, iudicis iram mitigat. Quemadmodum igitur tunc interrogabat Cain: vbi est Abel frater tuꝰ? Ille autẽ putans interrogationem ab iusticia procedere, dicit: Nescio, nunquid custos fratris mei sum? atq; vbi mentem probauit, tunc increpauit facinus, dicens: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic & nũc vbi diabolum interrogans fugam, quam pertulerat ab eo, nõ didicit: ipse tandem edidicit fugam, victoriámq; iusti laudibus celebrat: Nunquid considerasti seruum meũ quòd non est similis ei super terram, & adhuc retinens innocentiam? Hic mihi diligenter attende, neque trãseas diuinarum scripturarum verba. In primo testimonio minimè dictum est, & adhuc retinens innocentiã, sed in secundo. In primo dixit deus: Nunquid considerasti seruum meum Iob? Quoniam non est ei similis in terra, homo irreprehensibilis, & timens deũ, iustus, verax, & recedens ab omni malo opere. Et adhuc, retinẽs innocentiam, non appositi. post certamen verò, póstque victoriam quasi coronam adducit famæ celebritatem suis certaminibus conuenientẽ. Cum enim mille, decemq; milibus modis patiẽs, absque malicia tulisset calamitatem contra dominum non blasphemans, cuncta iudicans bonitate, & dicẽs: Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non suscipiamus? Cùm sine malicia fuisset verbum, coronã sibi plectit malicia vacuam,

Gen. 4. b.

Iob. 1. d.

Ibidem. a

Iob. 1. b.

Ibidem. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iob.1.b vacuam,& dicit: Quoniam nõ est homo ei similis,re-
tinens innocẽtiam. Tu autem quare incassum dixisti,
perde vniuersa quæ possidet,in vanũ suæ inuidisti sub
stãtiæ: Dixisti enim hominem pecuniarum occasione
deum colere,nudatus est pecunia, atque haud virtute
nudatus. Tu verò diabole inuacuum dixisti:perde vni
uersa quæ possidet. Nõ stupet malicia in sui prauitate.
Item maliciam aliam comperit,quæ iusti virtutem su-
Iob.1.b perare, ac prosternere posset. Dicit ergo deo: Pellẽ pro
pelle,& cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua.
Nihil,inquit,magnum,si pecunia excidit,libenter om-
nia spreuerit,quò se seruet. Sed si vis hũc ipsum proba-
re,carnes eius tange:si in faciẽ benedicat tibi,id est,ma
ledicat:etenim scriptura benedictis maledicta velauit.
Et quare hæc scripta sunt? vt tu fidelis discas, cũ alieni
mali turpia narraueris, eadẽ verborum honestate ve-
lare:neq; honesteris turpibus operam præbens,sed tur
pium locutionẽ fugiens. Propterea, inquit Apostolus:
Coloss.3.b Omne verbum turpe non exeat de ore vestro. Hinc
& Eph.4.f deus iustum secundæ dimicationi tradit,& dicit. Non
ipse ea ex tentatione discens,qualis sit dimicator: sed
ex tentatione diabolum vituperans. Deus enim prius
Iob.2.c vniuersa cognouit. Egressus autẽ diabolus à facie do-
mini,percussit Iob vlcere pessimo,à plãta pedis vsque
ad verticem eius. Totum eius corpus vnũ vulnus ef-
fecit vnam cicatricem:oportuerat enim totum,ac per
totum coronari luctatorem, à pedibus vsq; ad caput.
Salutare vulnº, victorioſum vlcus: vlcus quidem appa
rẽter scaturiẽs sanie,quantum verò quis intellectu cõ-
sequi potest, famæ celebritate plenum. Sanies vlceris
affuit paruo pro tempore, eadem verò famæ celebri-
tas,quam lucta peperit, nullis deficiet. Percussit eum
vlcere pessimo, à pedibus vsque ad caput, quò totus
per totum membra coronatus appareat: hinc vbi eum
corpore tam inualidè se habentem, nullus contingit
qui caperet locus: sed omnis domus, veluti corrupte-
lam quandam eiecit: neq; enim secus erat vulnus Iob,
quàm fœda corporis quędam corruptio. Exiuit ciuita-
tem,non humanum habens certamen, sed vim nostrã
valde superans:nam & extra ciuitatẽ esse Christi ima-
Hebr.13.b go erat:propterea Paulus dicit:Quorum enim anima-
lium infertis sanguinem in sancta, horum corpora
cremãtur extra castra. Propterea Iesus vt sanctificaret
Matt.27.d populum,extra portam passus est. Christus extra por-
Ibidẽ. 21. b tam,Iob extra ciuitatem sedet in stercore, expectat su-
Psal.112.a scitantem de terra inopem,de stercore erigentem pau
perem. Videbat proprium corpus labens, animam ve-
rò stabilitam. Videbat corpus vermibus ebulliens,ani-
mam verò pietatem parturire: videbat corruptum ter-
reum vas, atque ante Paulum recordatus est verborũ
2.Corĩ. 4.d Pauli, licebat enim sibi dicere: Sed licet is qui foris est
noster homo corrumpatur,tamẽ qui intus est renouа-
tur de die in diẽ. Testam accepit qua sanies ferueret.
Testa quidem saniem ebulliebat, hostis verò patientia
Ibidem.b frãgebatur. Decuit & ipsum dicere habentem testam:
Habemus thesaurum hunc in vasis fictilibus. Sedit in
stercore,qui multos de stercore erexit:testam suscepit,
qua saniẽ ebullire faceret: in mortuo luto, viuens lu-
Iob.2.c tum ebullire faciebat. Venerũt tres amici,trahũt ad so-
lamen aduersa: venerunt Eliphas, Baldath, & Zophar,
tres reges ad regem. Rex enim erat ante hæc,qui dice-
Ibidẽ.13.d bat: Cum sederem quasi rex,circunstãte exercitu. Et se-
derunt, inquit,septem diebus,ac septẽ noctibus, & ne-
mo loquebatur. Mediocres enim calamitates solamen
recipiunt,magnitudo verò calamitatis silentio hono-

A ratur. Id enim verum est solamẽ, cum passio vincitur.
Et quemadmodum morbi ipsa in summa potẽtia dif-
fugiunt medelã,sic supremæ calamitatis passiones om-
ne solatium fomentumq; repellunt:siluerunt taciturn-
itate passioni cõmunicãtes. Et quid facit? Cum enim
illos calamitas superasset,nemóque ausus fuisset solatij
vocem frangere. Primus ipse verba incipit, ianuã aper-
it,patiens non patientibus. Scimus omnes, quoniã his
qui passionibus,qui tribulationibus, aut alio mœstitiæ
malo laborant, prius vocem rumpere quisque pudore
tenetur,ne importunus aliquis virtutis, aut exẽpli ma-
gister videatur. Si autẽ viderit incipientem, sine perи-
culo & pudore sequetur,hoc fratres & cõsuetudo docet,& re ipsa exercitatio suggerit. Vt vidit passionem
amicorum solatium excludere,portam aperit patiens,
& quamprimum incipit veluti tragœdiis quidẽ de ca-
B lamitate dicere, prorsus vbiq; blasphemiæ sensum fu-
gietis. Prima vox Iob: Pereat dies illa in qua natº sum, Iob 3.b
& nox in qua dictum est, natus est homo. Non impiè
agens hæc dicit,sed patiens. Et vide quid facit. Quem-
admodum si quis apostematis morbo circunuẽtus,fer-
ro recidatur à medico:nõ habens quo modo recidenti aduersetur, circunstãtia tangit, atq; adstantes mor-
det,illis quidem inferre nihil habens, ad medicum au-
tem extendere manum non volẽs. Sic & Iob blasphe-
miæ magnitudinem timens,facit inanimitatis iniuriã,
atque fiduciam passione adauget,nõ contra deum au-
dens,sed se deniq; accusans. Maledicit autẽ non crea-
turam,sed suiipsius diem,Potestatẽ, inquit, habeo dici
mei,nõ maledico conditorem, mei ipsius diem male-
dico. Pereat dies in qua natus sum,& nox in qua dictũ
est,natus est homo. Hæc dicit & Hieremias: Heu mihi Hier.15.b
C mater,vt quæ me talem peperisti virum iudicatum &
dãnatum, maledicta dies in qua natus sum. Hæc om-
nia quasi mœsta quædam tragœdiisq; simillima sancti
exprimũt: vt tu postea discas,nõ in deliciis egisse vitã,
sed mala innumera tolerãtes,in agone certasse. Fleuit
ergo Hieremias,dicẽs: Heu mihi mater, vt quæ me pe-
peristi virum. Et patiebatur quidem veluti homo,susti
nebat autem quasi dei amicus. Moses pari modo ma- Exo.34.a.d
gnus dei legislator,qui tabulas sacras suscepit,qui eorũ
qui conducunt in vitã, prior magister fuit,ac ipse mul
titudine calamitatum deo dicebat: Domine tu dixi Nume.11.c
sti, quoniam inueni gratiam apud te, & noui te super
omnes. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, tolle
animam meã à me,non possum ferre onus populi hu-
ius, penè me lapidant. Nunquid ego eos genui? nun-
quid ego eos peperi? quoniã dicis, porta eos quemad-
D modum nutrix portat puerũ: non possum ferre populi Ibidem.
defectus. Tamen ingemiscẽs & flens vt homo, non vt
infidelis blasphemauit: sed ostẽdebat naturę passiones,
quasi per ipsas argueretur. Sic ex perfectis quisq; inge-
miscit. Similiter Habacuc dicit: Vt quid mihi labores Habac.1.a
ostendisti, & labores inspicere miserias hominum? In
conspectu meo factum est iudicium, & contradictio-
nem potentiarum iudex accipit,& propterea egredie-
tur iudicium prauũ: princeps postulat,& iudex accipit,
& laceratur lex. Sic omnes passi sunt iusti,summaq; la-
borant modestia aduersus mũdi difficultates, sed hæc
loquens, haud ad tuæ intẽtionis conuenientiã trahas,
neq; dixeris: Nunquid ego sum melior Hieremia con-
tra mundum clamitante? ne sanitatis verba vulne-
ra tibi fiant. Hæc autẽ scripta sunt, vt discas qualẽ ago-
nem pertransiuerũt, vitamq; quibusnam periculis ple-
nam duxerunt. Vis discere qualis esse debes, disce quæ

post gra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

post gratiam fuere passi sancti prophetæ, passi & apostoli. Sed illi quidē patientes dolebant, hi verò patientes gloriabantur. Venit Paulus in medium patiens quidem, ingemiscens, verberatus, sed nō ploranstormentis afflictus, sed gaudens. Et quid dicit? Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quoniā tribulatio patientiā operatur, patientia autem probationem, probatio spem, spes autem nō confundit. Et iterum: Verberati ibant gaudentes apostoli, quoniā digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliā pati. Ne ergo suspiceris, quę ante gratiā fuere, sed gratiæ cō sequentiā. Dicta verò sunt nobis, vt discamus ex laboribus spem: sic & Iob maledicit diei, & anima patitur, neq; animā torquet impietate, sed suffert vulnera: neque animam blasphemia vulnerat. hinc quoniā expedit ocyus recedere, Iob vobis seriē breuius perstringā. Deo excepto, vniuersi quò id certamen tēderet, ignorabāt. Iob cuius rei gratia dimicaret, nesciebat: nesciebat, quoniam ei gymnasium palæstra fuerat proposita, amici ignorabant dei intentionē, diabolus ignorabat futurum: si enim sciuisset sibi succumbendum fore, nequaquā tentasset Iob, nesciebat quò nam agonis huius finis tenderet, quoniamquidē deus permissione id cōcedebat. Sciebat Iob non prēsciens, sed à deo edoctus: diobolus autem nesciebat quem nam finem certamen respiceret. Non enim tentasset, ne maiorē secum confusionē traheret, sed & quæ in sanctis passus est martyribus, eadē & in Iob: trucidauit martyres, quò deleret ecclesiam, nesciens quòd post martyres floreret ecclesia. Omnes ignorabāt amici, deo excepto, dei consiliū, ignorantes Iobq; probationē, trahebātur veluti in cōparationem ignorantiæ. Magis damnum est Iob, quasi digna patientem, quàm dicere contra deum iudicantē indigna. Attende diligenter, trahebantur in condēnationem hominis, veluti digna peccato suo patiētis, q̄ aduersus deū dicere quòd iniustè iudicauerit. Et parte quidem vna pro intentione ducebātur, deum scilicet ab iniusticia vendicātes: parte autem peccabāt, innocentem damnantes. Ista autē ignorantia pro ignorantibus respōdet. Et fatentes se ignorantiam philosophari, sententiā non ferunt videntes dei iusticiam: iusticiam quidem Iob proscribunt, dei autē iusticiā laudant. Hinc Iob ab amicis reprehenditur, & dicunt ei: Quando radicati in veritate perierunt, quando vidisti iustos funditus deletos? nisi peccasses, inquiunt, & peccato dignus fuisses, non te iniustè iudicasset iustus. Multa tua sunt peccata: si verò non peccasti, vnde tibi hoc, nisi filij tui peccauerint? sæpenumero viduis iniusta, orphanis tristia fecisti. Si autem hæc ita sunt, iustē te hac deus plectit pœna. Iob se quidem sciebat nihil egisse tale. Vbi ergo vidit Iob quoniam apud homines quidem damnatur, propria verò conscientia ipsum nō damnat. Neq; cum deus negligit, quoniam hominibus suadere non posset, sermonem ad iudicem vertit, animæq; oculum ad alta dirigit, non blasphemans, sed rogans cum lachrymis, dicit ad eum: Qui nouisti mentē hominum, vt quid me posuisti contrariū tibi? tu fecisti me compotem iusticiæ tuæ, nouisti cor meū. Hinc magnum quoddam Iob, non malicia, sed puritate loquitur, atq; vt plura in vnum complectar. Multa enim est materia sermonis iusticiæ, dicit: Quis mihi dabit iudicem, mediū inter me & te, vt cognoscas quot sunt peccata mea? quoniam sic me iudicasti. Horridum verbū, sed absq; malicia: prēueniens enim dies, inquit, quoniā non est ei similis sine malicia, ei autē qui est sine malicia, nemo verbum ad maliciā reputabit. Semper enim omnes nos, sicut deus homines, nō modò rebus, sed ipso operantiū proposito iudicamus. Iniuriatur filius patri, factum intolerabile & patienti, & audienti: qui erit huiusmodi, patricida vocabitur, sceleratusq;, impius, q̄ patri contrariam vocem fregerit, quòd ausus fuit vitu perare suam radicem. Hoc iste patitur, & tacet, & qui perfecto fuerat sensu. Porrò infās, vel sine malicia puer tametsi patrē matrēmve offenderit, omni lætitia desiderabilius. Sæpe matres irritant filios ad iniuriam trahentes, nō iniuria, sed absq; malicia, integritate, & obseruantia moris admonitæ: Sic & deus sciēs, quoniam non malicia, sed puritate loquitur, testimonium ei reddit, dicens: Et adhuc perseuerans in innocentia. Suscipit verba Iob ab eo vocatus, tremendū verbum: dominum seruus in iudiciū trahit, homo deum, factura factorem. Sed quemadmodum paulò antè diximus, puritatis non malicię verbum fuit, veruntamē fratres eadem nō sunt sine intellectu puritatis, sed omni sapientia referta. Vis autem diligentius intueri? nihil petiit Iob quod nō fecerit: sciebat sese dei domesticum, sciebat deum sui ipsius dominū. Sed quoniam Iob ipse sæpenumero inter seruos suos iudicādos disputās, in iudicio permisit eis paris sermonis potestatem: atque si quando secum seruus experiretur, nō veluti seruo obstruebat os, sed iusto sermone vtebatur. Quod ipse fecit, ab alio sibi fieri petiit, verbo illo suasus: Quoniam eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Et dixit, quis dabit iudicem? Et quando seruo paris sermonis fecisti potestatem, audi eum cū virtutes dinumerat, & eas nō honoris cupiditate, sed puritate dicētem: Non contempsi iudicium subire cum seruo meo & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Dabo responsum deo: Nunquid & nō in vtero fecit me, qui formaret eum? hoc cogitās, naturæ cōmuni communem dicendi tribuit potestatē. Nos autem fratres non tales: admiraris iustum, teipsum damna. *Quoniam sæpe cum quis accusat, non dico seruum, sed se paulò inferiorem: si responderet iusta, audacia inhonesta putaretur: pro paritate honoris loqui decet: postulat quod iustum est, & tu iustā accipe dicēdi paritatem. Accusat superbus, & neque iustum accipit sermonem, neque silentij veneratione mouetur. Si tacuerit qui accusatur, damnatus est, inquit, labia nesciuit aperire: si loquetur, ausus est, inquit, aduersus dominum verbum frangere. Alius arrogantia tumēs, si à iusto, si à nobili viro rogatur alteri sermonem reddere, regrediq; ad parem, & charitate cōculcare maliciam, illico superbia arreptus dicit: Ego ad hoc condescendam? O superbia, vbi stetisti vt descendas? Ego ad hoc condescēdam, veluti cœlum perambulans, & nubes, sic loquitur. Eandem perambulas terram, ex eadem nutriris, in eandē reuerteris, in eandē tumulaberis, & quò descendis? Non pudore confunderis ad conseruū dicere, Ego in hoc condescendam? Non erubescis eadē dicens, sciens quoniā Iesus propter te descēderit? Ad tales ergo sententias, similemq; superbiam eū Salomone clamare licet: Quid superbis terra & cinis? Tamē ad nobis subiectum opus reuertamur. Quis dabit mediū iudicem inter te & me? Apparet ei tandem iustus iudex, & de turbine ei, nubibusq; apparet futurus imbrē benedictionis effundere, apparet ei ex nubibus stercoratem semen irrigaturus, atque excitat Iob, nutuq; solo passiones dissipat, nutuq; eū erigit, qui ecciderat, & dixit ei: Exurge atq; præcinge sicut vir lūbos tuos, interrogabo, & respōdebis mihi. Quando-*

Rom.5.a

Actu.5.g

Iob 4.a

Ibid.7.d

Ibi.10.a.b

Ibid.9.d

Iob 1.a

Matth.7.a

Iob 31.b

Eccles.1.a

Iob 38.a

40.a

Universidad de Deusto

hi. Quandoquidem in iudicium vocasti me, & dixisti: A
Iob 9.d Quis dabit iudicē mediū inter me & te? Surge ô generose miles, qui aduersitatis ictu nō cadis. Si enim quis correctus generosè tulerit correctionem, audit à deo,
Esaiæ 51.f Exurge; veluti cū ad Hierusalem dicit, Exurge Hierusalem, quæ bibisti de calice iræ. Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & respondebis mihi. Non enim vocasti, inquit, me vt tecum iudicarer: inter me & te iudicium postulasti, tu sis iudex: nunquid vanum putasti iudicium meū? Sed vt videaris iustus: putas à me, inquit, hāc aduersum te permissam esse calamitatem, quàm vt te iustum ostendam? Et inde eisdem diligenter attende verbis, non dixit secus se visitasse, quàm vt fiat iustus: non enim aduersitas iustum eum effecit, sed iustū esse ostēdit. Existimas me secus visitasse te, quàm vt appareas iustus: mihi quidem, inquit, & ante ipsum agonem notus eras, mundo autem per aduersitatem B
innotesces, mundo per certamen prædicaberis: propterea visitaui te, non vt noceam, sed vt coronem: vt illustrarem, non deturparem. Verum quoniam ex puritate ipsa naturæ mensuram egressus, tuę parco integritati. Nam etsi quispiam puritate peccauerit, deus ad rectum redigit ex puritate factū. Cum verò prorsus deū in iudicium vocaueris, dic mihi, qualē habes apud me honoris paritatem? vocasti me, vbi eras cum ponebam fundamenta terræ? Coętaneus factori fuisti, quòd eum in iudicium vocares? Hic quidem ante secula, tu autē post multa secula. Cum formarem terram, non aderas: omnis creatura facta erat, & tu nusquā eras. Antiquiorem ergo seculis creatorem conditionis in iudicium vocasti: cum extenderem funiculum super terram, cū fundarem columnas eius, cum eduxi de ventre matris eius, cum pariebatur mane, vbi eras? cum eandem nu- C
bes operuerunt, caligine autem circundedi, vbi eras? Admonet eum tanquàm indignè fuerit locutus, puritate quidem, verum & ignorantia. Et quid facit? Non pro omnibus eundem increpat, sed quasi amicū inter se & illum corripit. Vbi ergo hæc, hisq; similia dixit (nō enim nobis est tempus omnem dictionem interpretari) & Iob in sui noticiam veniens: nam iustus prius ex
Iob 42.a reprehensione lapsum corrigit: dicit, Domine auditu auris audiui te, nunc autē oculus meus vidit te, & examinaui meipsum, puto me terram & cinerem: vnū locutus sum, & secundum non addam. Vide quo modo reuocat peccatum vir bonus, correptionem suscipiēs? Semel locutus sum, & id non malicia, sed puritate, secundò non addā, Qui enim sum ego iudicatus in conspectu domini: quæ non nouerat Iob per puritatē, per correptionem discit: hinc quid deus? non concedit ei D
excusare iudicium, sed dicit: Modò accinge vt vir lūbos tuos, sta inquit, sicut vir: ne putaueris quòd te propterea deterruerim ponere iudicium fugiens, sed quò tuam puritatem in melius reformarem. Iudicium quidem non effugi, iustē me iudica, rationemq; gestorum expostula. Iustificatus es vt sanctificeris in omni regione sub cœlo. Ante passionē vnus te terræ angulus nouerat, post passionem omnis te sub cœlo regio cognoscet. Sterquilinium tuum omni regali diademate illustrius, qui diademata ferunt videre cupiēt: & agonem tuum & laborē certaminis, paradisum feci, sterquilinium tuū colui, ad pietatem plantam cœlestē ostendi: suscepisti cœlestia, accipe & æterna, suscipe omnia duplicia. Hic tuam Christiane spem disce, excellentiamq; promissionis tuæ. Duplum quidē Iob promisit, & duplicia dat: saluator autē suis discipulis dicit, Qui reli-
Matt.19.d querit patrem vel matrem, fratres vel sorores propter me, centuplū accipet, & vitam æternā possidebit. Sed illud diligēter attende, quo modo seorsum quidem, ac priuatim corrigit amicū: Iob verò amicos publicè redarguit. Dicit enim eisdem deus: Vt quid non estis recta locuti aduersus seruum meū Iob? Sed ô iuste iudex, pro te sermonē fecimus, tuam prædicauimus iusticiā: condemnauimus hominem, sed tuam iusticiam innocuam ostendimus. Hic ergo iustum dei iudicium attēde. Si enim pro se secundum iusticiam dicentem non recipit, eos qui iniustè contra proximum dicunt, recipiet: Ergo eius amicos corripit, & dicit: Et nunc nisi propter seruum meum Iob morti vos fortasse tradiderim. Simul ergo & corripit. Saluat quidē, eo quòd nihil mali contra deum dicatur: corripit autem iustum, integritatem in melius reformās. Et honorat quidem amicos per illum, honorat autem iustum per certamē, datq; ei duplum: atque de tenebris ei lumen & tunc illuxit, & nunc. Vnum etiam addentes rei ad excellentiam, ostendemus. Suscepit oues in duplum, decem autem amittens liberos, viginti non recipit. Hic exquirēdum est, quo modo iumenta quidem in duplū, in simplum verò restituuntur liberi? Bestiæ quidem & iumēta, quoniam quidem amissa perierant, homo autem viuens in vita reseruatur, non ei liberos in duplum dat: ne per eos qui obeunt spem tollat: sed vt ostēdat, quoniam illi tametsi prærepti sint, viuunt tamē, ac illi quidem omnes sancto Iob lætitia sunt, cohæredesq; applaudunt: quamobrē ei nō dat præter decem, quò Iob inueniatur, non à vita in mortē, sed à domo in domū transiens. Cum eum decem filij vitæ terminum finientem ad tumulum vsq; duxerunt, decem eundem iterū in resurrectionis die à tumulo in regnum suscipient, atq; ineffabilibus illis, sempiternisq; bonis, simulq; parili lætitia perfruetur. Quibus omnes nos dignos fieri contingat, gratia & pietate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium cū patre & sancto spiritu, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia V.

PRoponamus igitur vobis dilectissimi, si placet, pro patiētiæ solatio, iusti Iob fortia gesta. Hic est enim qui amplitudine glorię tāta dignatus, armisq; multorū vallatus, atq; vbique plurima in nobilitate, plurimaq; in celebritate prædicatus, magna repētè tactus paupertate, & morbo, & liberorum interemptione, hostium prædatione, amicorum impari fide, pesteq;, & carnis doloribus, calūniisque, laborauit. Et id intolerabilius, quòd incogitato sibi omnia eadem, inexpertoq; ingruerunt. Nam qui parētibus quidē egenis, taliq; in domo nutritus, quòd & exercitio eadē & cogitatione pensauerit, facilè onus paupertatis tulerit: qui verò lautus affluentia, totq; pecuniarum deliciis gaudēs, si repentè patiatur ab his casum, non facilè sustinuerit talem mutationem. Iterum & qui liberos amittit, tametsi omnes amiserit, non tameo vno atq; eodem tempore, reliquos solatio abeuntium tenet: atque prioris amissionis deficiente dolore, si secunda post tempus amissio acciderit, id sibi tolerabilius fiet malum: non enim vlceri obuiat recēti, sed dormienti iamdudum & extincto, quod non parū doloris amputet: hic autē vniuersum sibi totaliter chorū in vno momento, atq; modo mortis amarissimo surreptum vidit, conuiuij hora: atq; ea domus, quæ aduenis hospitariis erat aperta, tumulus facta est illis. Quis autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem dixerit,famem illam nouã, & interpretatu difficilem,voluntariam an inuitam nescio.Quo modo enim appellem?Voluntariã?sed nolebat apposita degustare:inuitam:sed aderant cibi, nemoq; impediēs erat, appositæ sedebat mensæ, visosq; non tangebat cibos. Nã is qui circa corpus ab vlceribus erat fœtor,decerptioni accidēs,desiderium resoluebat, ipsamq; mensam ærumna quadam replebat.Putores,inquit, meos cibos esse video. Et famis quidē necessitas apposita tangere cogebat.Fœtoris verò magnitudo è carne proueniēs, vim famis superabat. Quo modo enarrauerim dolores,quo modo vermiũ fontes,scaturientem saniē, amicorum improperia,domesticorum neglectum? Nō enim pepercerunt,inquit, domestici mei à sputis faciei, & nunc derident me iuniores tẽpore, quorum non dignabar patres ponere,cum gregibus patris mei. Num igitur arma hæc esse videntur?Nam & arma & intolerabilia,tamē cum dignatus est amator hominum deus dicere ei certaminis huiusmodi causas,quòd vti iustus appareas,cõtra te hæc permissa sunt:sic respirauit quasi ex illis malis nihil triste sensisset. Quemadmodum enim in desudatione luctatorem sudore & puluere,& calore multo,& laborib⁹,& miseriis pugnare decet:sic iusto multa hîc tolerare expedit,generoseq; ferre vniuersa,si claram hinc coronam sit accepturus.Nam & si corpus illud laudam⁹,quod & frigora illæsè & calores ferre posset,egestatemq; & famem,itineráque & miserias alias: multò magis animam dicere beatam decet, quæ fortiter generoseq; dolorũ inuasiones quasq; sufferre,mentèmque suam in cunctis potest seruare liberam.Sicut igitur ea,quæ ocio & licẽtia victitat anima, facilè à passionibus vincitur:sic quę cõtinuò in agone pro pietate versatur,robusta,inuictaq; perseuerare cõsueuit.Neque ocium egit eadem ipsa cogitans,cura ab illis eam ad certamen traducẽte. Non modò enim facere quid bonum,sed & quid malũ pati, mercede multa rependitur: atq; Iob ipse passionibus videtur magis, quàm virtutis actionibus profecisse.Nam neq; ita illustris est habitus,cum pecuniam possidebat,cum domũ pauperibus reserabat,substantiámque erogabat, quàm quòd audiens ruinã nõ se acerbè egit. Non adeò tum clarus erat,cum de velleribus ouium nudos vestiebat: quàm illustris probabilisq; cum de cœlo ignem cecidisse,consumptisseq; omnia audiebat cum gratiarũ actione.Tunc amator hominum,nunc amator sapiẽtiæ fuit:tunc pauperum miserebatur, nũc domino gratias soluebat.Neq; ipse dixit,Quid nam hoc est?greges cõsumpti sunt quorum ope decẽ mile enutriebãtur pauperes:& si indignus ipse eram in rerum affluentia assistens,propter eos certè,qui longè ab eo distabãt, parci oportuerat.Nihil dixit tale,neque cogitauit:sed deum nouit:cũcta & vtiliora dispensantem. Atque vt discas, quoniam maiorem postmodum diabolo plagã intulit,cum sublatis sibi bonis gratias egit, quàm cũ possidẽs miserabatur pauperum,audi. Cum possidebat, vel suspicionem diabolus habuit,quoniã non gratis te colit Iob:vbi verò vniuersa surripuit,omnibusq; nudauit eum,hic verò eandem deo seruauit mentem,tunc obstructum est turpe illius os,nec tũc quid habuit dicere: clarior nanq; quàm in prioribus iustus erat,clarior inquam,quàm in deliciis viuens, eleemosynasq; præbẽs: surrepta enim bona,generosè ac cum actione gratiarũ tolerare multò maius est.Nam secundis quidẽ sese rebus habentibus gratias referre deo,nõ admodum mirabile:porrò cum multus fuerit fluctus,cymbáque circunacta periclitatur,tunc magna atq; excellens est patientiæ atq; bonæ voluntatis ostẽsio. Si enim infinitorum malefactorum sibiipsis conscij, cum parum quid auri amiserunt,& id plerunq; ex præda habentes,acerbam sibi atq; intolerabilem vitam esse dicunt: quantis quibusq; coronis dignus fuerit Iob, cui iustissimè parta,simpliciter à se diripi videre contigit, subireq; mille alias procellas post illa omnia, atque in cunctis sese immobilem reddere,debitasq; propẽsius domino gratias agere? Nã & si quis cætera omiserit, sola mulieris verba vel saxum mouere poterant. Si enim his qui iucundè viuunt,nihilq; ęrumnosum patiuntur,mulieres sæpenumero suadere potuerũt: puta quàm valida erat anima,quæ illã post tot arma repulerit.Cum enim mulier sic verba miserãda dicat, Tempus accõmodatum atque comparatio simul facta, vulneraq; & cicatrices, milleq; calamitatum fluctus: quo modo quis omni adamante duriorem eam animam negauerit,quę tanta in tempestate nõ succubuerit:Data mihi pace, oportet dicere,quoniam etsi nõ maior apostolis,minor beatus ille nõ fuit.Hos enim eadem pro Christo pati solabatur,ille autẽ hoc solatio destitutus,quodq; maius,multis in deliciis educatus, nequaquam de piscatoribus & colonis,atque ex his qui tenuiter viuunt,sed tot honoribus dignus effectus,passus est omnia. Et grauissimũ in apostolis videbatur, quòd ab amicis, domesticisque atque ab his qui sua beneficia susceperant: sic & Iob nõ ab inimicis odio & iniuria affectus. Quòd verò sic se hæc habebãt,iam ergo & gestorũ cũ dignitate fortitudineq;, passionum simul comparatione dicamus, quò & manifestè pateat, non bene factorum modò, sed & passionum manere meritum:& meritum quidem admodum magnum, neque meritò benefactorum inferius.Introducamúsque, si placet,ipsum hunc magnum patientiæ luctatorem Iob,hinc atque inde illustrem,simulq; videamus compatientes. Quãdo fuit illustrior, cum domum cunctis aperuerit,aut eadem cadẽte,cum benedixit deum, *nullòque amaro sermone locut⁹ est?* Quando alacrior fuit, *dic mihi, cum pro natis agebat* sacrificium,atque concordiam adducebat, aut quãdo ipsis cõtumulatis,functisq; vita amarissimo mortis genere,multa cum philosophia casum sustulit? Quando magis claruit,cum de velleribus agnorum suorum calefacti sunt nudorum humeri,aut cum audiēs de cœlo ignem descendisse,gregẽmque consumpsisse cum pastoribus,nec est turbatus,non tumultuãs quid peregit, sed mansuetè tulit calamitatem? Quando maior fuit, cum ad oppressorũ defensionẽ corporis sanitate vtebatur,conterẽs molares iniquorum,& è medio dentiũ eorum prædã eripiens:aut cum hoc ipsum corpus oppressorum scutum cõsumi vermibus videbat,sedensq; in sterquilinio,idem ipse saniem radebat, testam accipiens.Et illa quidem omnia præclara gesta,hæc autem patibula, tormentaq; erant:sed tamen plus hæc, quàm illa Iob clariorem ostenderunt.Siquidem cum illa fiebant,quanuis turpiter valdeq; atrociter, cõtradixit tamẽ diabolus,dicens,Nunquid frustra colit deum Iob? His verò contingẽtibus se occultans, terga dedit,neq; turpis sermonis alicuius causas,vmbrámve inferre habuit.Igitur si quãdo virum iustum, magnorũ operum profectu fulgere videris,multisq; subesse malis,ne mireris.Nam è diuerso mirari oportuerat, si multas accipiẽs diabolus plagas taciturus fuisset, mansueteq; vulnera perlaturus. Neq; enim si serpens assiduè stimulatus indignetur,atque resiliat contra stimulantem, mirandum

Iob 19. b. & 30. a

Iob 2. a

randum fuerit: & à prælio victoriáque & cæde redeuntem, pugnare necesse est, sæpenumero autem & vulnera habere. Cùm ergo videris quempiam eleemosynas facientem, aliáque mille operantem bona, præcidentem diaboli vires, postea tentationibus periculisq; circunduci, ideirco ne turberis: nam propterea in tentationē cecidit, quòd diabolo plagas vehementer infligeret. Et quo modo id deus, inquis, permisit? quò magis scilicet coronetur, quò plures ille recipiat plagas. Magnū quidem secūdis se rebus habentibus & misereri, vel florere virtute: longè autē maius malè patientem, inuictū sese, maioríque cum proposito præstare pro virtutis laboribus. Quemadmodum enim in peccatoribus contingit, qui nihil hîc patiuntur mali, maiorem illic subeunt vltionis pœnam: sic & hi qui se officiosè gerunt, qui multa hîc tolerant aduersa, multo illic honore dignantur. Et quemadmodum peccatoribus duobus existentibus, alter quidem hîc tormentis affligatur, alter non: afflictus ille nō afflicto melior erit: Sic & duobus iustis hîc existentibus, si quidem alter plures, alter pauciores ærumnas sufferat: qui plures sustinuerit, beatior erit. Qui enim dei disciplinā cum gratiarū actione non sufferunt dedignantes, & ex hoc nullum sequi fructum cōtingit, & calamitatibus vltimis se implicant. Si in paupertate degis, & fame, innumerisq; periculis, disce vel ab egenis domino gratias reddere. Si autē vitam eorum mendicando terentes, non blasphemant, non turbātur, non indignantur: sed cum gratiarū actione tolerant. Quid enim tale es passus, quale ille? Oculo priuatus es, ille ambobus. Morbo diuturno laborasti, sed ille insanabili. Amisisti liberos, sed ille & proprij corporis sanitatem. Damno magno plecteris, at nec ad id peruenisti, vt aliis indigeas. Sed neque satis tibi sunt hæc. Considerabo Iob patientiæ turrim minimè nutantem. Quis enim hoc pauperior: qui publica ad balnea abiectis pauperior fuit, his qui super fornacis sedent cinere, atq; omnibus prorsus hominibus miserior. Hi nāque vel vestimentū lacerum habent, ille verò nudus sedebat: & quod habuit indumentum à natura, carnis scilicet velamen, sanie acerba diabolus corrupit. Et pauperes quidē vel sub tecto sunt, stipulaq; vel saltem operiūtur: ille verò sub dio nocturnus semper agebat, neque tugurij tenuis solamen habens: atque quod maius, quoniam multorum malorum pro exacta iam vita sibi conscij sunt. Neque paruum ad solatium ingruentis calamitatis, se sibi conscium esse, iustèque punitum. Hic autem & eo priuatus solatio erat, vtpote qui consolationem, cōuersationem, virtutem plenam ostēderet: eorum qui vltima audent mala pœnas pendebat. Et illi quidem olim & à principio de ærumna calamitateq; cogitaueruntː ille verò calamitatem inopinatam subiit, repentinam accipiens ex diuitiis mutationem. Vidisti eum in vltimam venientem paupertatem, & eam post quam nō est aliam inuenire? Quid enim vel nudo, vel tectum nō habente pauperius? nō enim in terra, sed in sterquilinio sedebat. Itaque cùm temetipsum videris paupertate vrgeri, cogita huius iusti tormenta, atque illico exurges, paruipendēsque propriam calamitatem. Si autē vis bellum à natura vehementia multa, multáq; violentia generoso huic illatum audire, ad ea quæ dico, aduerte. Decem amisit liberos, decem repente, decem ipso in ætatis flore, decē multa fultos virtute, non cōmuni lege naturæ, sed nece violenta ac miseranda. Quis nam poterit talem calamitatem explicare? quis vel ferreus homo? quis adamas tot mala pertulerit? nam est nemo: nam si horum quodlibet intolerabile per se est, cogita cùm simul vniuersa coiuerunt, qualem excitauerunt tumultum. Cùm filium amiseris, filiámve, refuge ad iustum illum, solatiúmque tibi prorsus summum inuenies. Memēto eius in miseranda illa liberorum calamitate verborúmque, mille coronis angustiæ sanctum id caput ornauerunt. Cogita calamitatis magnitudinem, nouúmque id naufragium, extraneámque illam inopinatam tragœdiam. Tu quidem fortasse vnum amittes, vel secundum, vel tertium: ille verò tot natos, natasq;: & qui multis abundat liberis, repentè liberis orbatus est, neque sibi sensim viscera carpserunt, sed omnis repentè fructus arreptus est: neque assistenti assidentíve, quò vel vltima audiens verba, vllum haberet funeris tam acerbi solatium, sed repentè præter spem omnem, horum alterum lugubre, alterum horribile, superauit. Nō enim mors importuna solùm, sed & in ætatis vigore omnes consistere, omnes virtute præstare, amabiles omnes simul, omnesq; sexus vtriusque esse, non communi lege naturæ, post talem tantamq; iacturam, quòd nullius mali nec sibi, nec illis erat conscius, quò eiusmodi pateretur. Horum quodq; potuerat & à semetipso turbare. Cùm verò vnà cōcurrere apparuerunt, cogita fluctuum altitudo quanta fuerit, quanta hyemis procellæ illius exuberrima fluctuatio. Miranda quidem hæc, vel auditu solùm accepta. Si autem solerti eadem, diligentíque indagine perscrutatus fueris, tunc maius admodū esse prospicias. Cogita enim quòd non quidem diabolus surripuit, dimidiámque reliquit, sed prorsus, atque omnino fructū omnem legit, arboremq; non deiecit: omne superinduxit mare cum fluctibus, cymbámque non demersit: omnem euacuat virtutem, turrimq; vel quatere nequiuit, sed stabat assiduè ictus, minimeq; nutans. Multitudo telorū ferebatur, neque territus erat: magis autē mittebantur quidem, non autē vulnerabant. Excogita quantùm est tot liberis orbari. Quid enim? satísne fuit lachrymis vti? nónne in ipso ætatis flore, nónne multa virtute præstātes, atq; modo vltionis tam acerbo finiuêre vitā? Nónne post tot plagas nouissima hæc illata est? Num pietatis amore feruebat, qui genuerat: num abeūtes tot optabiles? Cùm enim malos quis amittit liberos, passione quidem mordetur, sed acerbitate, vehementiaq; minori: nam decedentium malicia acerbiorem non sinit esse dolorem. Cùm autem virtute præstiterint, permanens vulnus fit, nō modò à natura, sed à virtutis honesto desiderium faciente. Cæterùm cùm partim surripiuntur, eadem passio aliquod solatium facit: nam & reliqui qui sunt, abeuntium tristiciam obumbrant. Cùm verò funditus obierit vniuersus chorus, ad quēmnam respicere poterit, qui in multis filiis repentè filiis orbatus? Si enim tribus, aut quinque diebus quibusdā decedentibus, mulieres & proximi quiq; id maximè plorāt, quòd citò repenteq; ab illorū morientis captus est oculis: multò magis hic doluerit, cui non diebus duobus tribúsve, aut vno, sed hora vna sic omnes surripiūtur. Cogita tū: nanque tempore malum non iam valde fuerit intolerabile, expectatione id leue fortasse de facili faciente: contra verò spem quid contingere, ac repentè fieri, intolerabile, omnemque sermonem superat. Non ipsos enim lectulo expirantes, animam reddentes vidit, sed domo cōtumulatos omnes. Cogita igitur quis erat ille maceriam effodiens, & nunc quidem lapidem, nunc filij membrum retrahens, & manum videns adhuc phialam tenentem, dexteramq; alteram recumbentem cyato, & ipsam corpore corruptam filiam, capite dissipato, nasoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

naſoq; contrito, oculis extinctis, cerebro diſperſo, vulnerúmque varietate non permittente faciei deſideratæ formam noſſe. Confuſi eſtis hæc audientes, & lachrymas funditis. Cogitate igitur quis ille erat hæc videns. Si enim poſt tantum temporis, ſine lachrymis nequiuimus tragœdiæ huiuſmodi ferre auditum, hæc alienam audientes calamitatem: qualis ille adamas fuit, coràm hæc accipiens, non in alienis, ſed propriis philoſophans in malis, neque tamen iracundia auerſus eſt, neque dixit: Quid nam hoc eſt, ea eſt pietatis continentiæ merces? Aduenis idcirco domum aperui, eam vt viderem liberorum ſepulturam? omnem in eos idcirco virtutis modum exercui, quò talem ſubirent exitum? Nihil horum dixit, neque cogitauit: ſed tale tantúmq; poſt ſtudium orbatus, cuncta generoſè pertulit. Igitur ſibi ſola hæc contigerunt mala: Et amicorum deſertio, proditióque, increpationes & iniuriæ, ſubſannatio & deriſus, & diſtrahi à cunctis: tolerabiliáne hæc & ſolatio digna? hæc non modò rebus ipſis, ſed ne quidem auditu ferenda. Neque enim talis calamitatum natura, vt ſint qui etiam nobis improperent, noſtramq; conſueſcunt mordere animam. Reſpice mihi conſequenter vel hoc in loco manſuetudinem, ad deumq; religionem, generoſq; illius adamātinæ animæ. Vbi enim ſemetipſum implicitum malis vidit, qui totius virtutis ſummam impleuerat: malos autem homines, & veneficos vitam ſecundis agentes rebus, non dixit quid tale, quale quidam ex infirmioribus conſueuerunt, Ad hæc filios educaui, cúmque ſolertia inſtruxi omni? ad hæc meam pauperibus domũ aperui, quò illos poſt curſus pro egenis ſuſceptis, pro nudis, pro orphanis id me ſequatur meritũ? Sed horum loco etiam omnis ſacrificij meliora verba

Iob 1.d protulit, illa dicens: Dominus dedit, dominus abſtulit. Si autem ſcidit veſtimenta, comámq; totundit, ne mireris. Pater enim erat & amator, pater piúſque: & oportuit quidem naturæ paſſionem oſtendi, mentisq; philoſophiam. Si verò neque id feciſſet, fortaſſe quis & inſenſibilem hanc putaſſet eſſe philoſophiam. At tu qui pecuniam ſi amiſeris, ne ira, aut alio perturbationis malo cõciteris, ſed viriliter tolerans, gratias agas deo, & Iob verba loquaris: Dominus dedit, dominus abſtulit: lucrum per hoc damnum facies. Quid dicis, dominus abſtulit? fur abſtulit, & tu dicis dominus abſtulit? Ne mireris: nam & Iob quæ diabolus ſurripuit, eadem & dominum abſtuliſſe dixit: & quo modo hæc fur eripuerit, tu dicis quoniam dominus abſtulit. Nam neque illam gratiam minimè habeo. Non mea, ſuum factum: neque ſcienti, neq; volenti hæc facta ſunt. Quo modo enim, ſed tum nihil minus habet eis qui dant eleemoſynas, il-

Domin⁹ abſtulit quæ dæmn.

Ad vates ire prohibitum.

le qui tunc non dat. Si autem & ad vates te hortabuntur quidam, tu verò dei timore, quoniã quidem prohibetur, eliges magis non accipere pecuniam, quàm deo aduerſari: eorum merito quæ in pauperes contulerunt, mercedem habes, quoniam amittens gratias egiſti, potensq; ad vates abire, cõtines nõ accipere magis, quàm ſic accipere. Quemadmodũ enim ille dei timore actus, pauperibus impẽdit: ſic & tu dei timore, expertos nummos ereptos non recepiſti. Priuauit te ille pecunia, tu teipſum ſalute minimè priuaueris. Dolens enim in his quæ à cæteris malè es paſſus, ipſe pluribus temetipſum implicabis malis. Ille te fortaſſe paupertate circundedit, tu te funeſtis offendis. Ille author mali, tuis te exterioribus priuauit bonis, tu æternis temetipſum diuitiis priuas. Triſticia te diabolus confecit pecuniam ſurripiens, confice & hũc ipſum gratias agens, neque gaudio eundem accumulaueris. Si ad vates abieris, lætum effeceris: ſi gratias egeris deo, mortalem illi plagam intuleris. Et reſpice quid fiet: neque eam inuenies ad vates abiens, non enim illorum eſt videre. Si autem quid dixerint rei quomodolibet cõpotes, & animam ipſam perdes, & fratribus tuis deriſio eris, atque iterum eandem malè amittes. Nam dæmon ſciens vnam te nõ ferre tentationem, atque pro hac tuum negare deum, iterum præbebit pecuniam, quò ſibi occaſio accedat iterum ſeducere te, atque abducere. Et quemadmodũ nos aduerſus hoſtes illa exponimus arma, quibus eos dolore afficiamus: ſi verò eos minus dolere viderimus, recedimus quaſi non habentes, quò ipſos mordere poſſimus: Sic ergo diabolus, ſi viderit deridentem te ac deſpicientem ſuos conatus, cedit ex via hac, non iam vlterius propinquans. Licet ergo tibi ſufferenti, mercedem accipere tantam, quantam ſi pecuniam volens proieceris, Atqui non immerito admirabuntur magis eum, qui cum gratiarũ actione tentationes tulerit, quàm qui vltrò dederit. Quid enim, quoniam hic quidem laudibus enutritur & conſcientia, honáſque habet ſpes, & primò viriliter ferens pecuniarũ penuriam, tunc abiecit eas? Illi etiam annexæ violenter arripiũtur. Neq; verò æquè eſt, eum qui prius paratus atq; ſuaſus erat à pecunia recedere, hãcq; ſic à ſe emittere, atq; eum qui amore huius etiam tenetur, eadem illico eſſe priuatũ: neque iterum multo tempore pecuniã deſpicere, & repentè contingens damnum tolerare poſſe. Qui enim paratus ad ingruentia mala fuerit, illata facilius tulerit: qui autem cadens animarum ſeſe cogitationibus inuoluerit, ſi quid tale contigerit, duplici turbatur malo, ex inſperato ſcilicet, quodq; omne ſtudium ſuum pereat, omníſque ad id præparatio nõ parum ad dolorem intereſt. Sed omnium eſt intolerabilius, ſi quis malis ſe exutum putans, atque ipſum peruéniſſe ad finem, & curam omnem, cogitationẽmq; depoſuerit, iterum principium aliud malorum inueniet. Quare enim vxorem Iob cum liberis non extinxit diabolus? Quoniam viderat, ſcilicet, magna ſe cum illa operaturum ad illius inſidias. *Si enim,* inquit, paradiſo eieci Adã, multò magis à ſterquilinio Iob ſupplantare potero. Et reſpice maliciam. Neq; enim bobus pereũtibus hac machinatione eſt vſus: neque aſinis, neque camelis, neque domo diruta, neque liberis macerie tumulatis. Sed tacet tandem, atque ſilere permittit, dimicatorẽ videns. Cùm autem vermium fons erupit, pellẽmque corrumpi, atque dilabi, vidit, exeſam carnem ſanie multis ſcilicet putoribus plenam, cúmque torqueret eum & ſartaginis & fornacis omni flamma acerbior conſumens diaboli manus, omníque fera truculentior, cõtinuò comedens, atque exedens corpus, & pleraque tempora tali in calamitate trãſirent: propterea ſitiens liberationem, moriq; cupiens, vtpote qui reſpirare nõ poterat, Si poſſem dicebat memetipſum vindicare, vel alterũ qui mihi id conferat deprecari, Tunc ipſam introducit, & inquit, vſquequo expectas, dicens: Ecce ſuſtineo tempus, adhuc paululum expectans ſpem ſalutis meæ: & moleſtantẽ ſemper ille ſolans, ac repellens talia dicebat: Paululum adhuc expecta, & celeriter horum erit finis. Improperans igitur ſibi, inquit: Nunquid & nunc idipſum dices? Multum iam tempus præteriit, horúmque non videtur finis: periit enim memoria tua de terra, filij tui & filiç ventris tui, labores & dolores quibus inuanũ cum gemitu laboraui, atque errabunda ego & ſerua quędam locum ex loco, domum ex domo petens: neque enim mendico ſolùm, ſed errans vado,

Quæritur Iob nũ vlla cum pec. aut reliqua eius ſubſtantia perit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vado,seruitioq; nouo & insueto seruio,vbique circumiens, pignutque calamitatis meæ mecum ferens, cunctos edocens mala mea. Et quod omnium est miserius, Solisque plerũque occasum præstolor, quò vel ab ærũnis meis,atque ab his qui me circundederunt laboribus quiescam.Sed dic aliquod verbũ ad dominum,& morere. Quid autem beatus hic adamantèq; durior?respiciens in eam amarè. O mentẽ castam, ô morigeratam, atque ante vocem ab ipso prospectu machinamẽta repulit.Illa quidem visa est lachrymarũ mouere fontem, hic autẽ leone truculentior factus, furore plenus & ira-
Iob 2.d cundia,& inquit:Vt quasi vna de insipientibus mulieribus locuta es.Si bona suscepimus de manu domini,mala autem quare non sustineamus? Quibus ex causis illa nobis dedit deus,qualem rependis mercedem?nullam: neque enim meritis prẽeuntibus nos in terra beatos hactenus effecerat dominus,sed vltrò,atque sua de boni-
Ibid.2.d tate solùm,humanitatèque.Nudus exiui de ventre matris meæ,nudus reuertar illuc.Fingite igitur vobismetipsi dimicatorem ipsum, atque existimate summum illum videre, sinúque medio sedentem statuam auream precio sam. Quo modo eum nominem nescio, nequeo tam precio sam inuenire materiam, vt cõparare queam percussum illud, vulneratúmque corpus:adeò precio sa omni materia,valde supràque modum carnis illius natura clarior apparuit, vulneràq; solaribus radiis lætiora : hi enim corporis illustrant visum , illa verò mentis nostræ illuminãt oculos. Quis vidit,quis audiuit tales, támque mirandas dimicationes?nam exteriorum agonum pugiles,cùm aduersariorũ capita ceciderunt,tunc demum vincũt & coronãtur : hic autem cùm iusti corpus deiecit,tunc & victus fuit,& abiit. Quid factum est ô diabole:cuius rei cedis gratia? Num cuncta pro nutu sequũtur?Num eius perdidisti greges? Nũ boum,equorum, mulorumq; armenta? num chorum illum liberorum perdens,& vniuersam insuper carnẽ vicisti?Quoniam factum est,inquit,omne quod volui,quod autem fieri maximè volueram,atque ob id cuncta fueram conatus, id minus factum. Neque enim blasphemauit: id dum minus fit, nihil magis ab illa pecuniarum iactura accedit liberorũ interẽptione & corporis plaga : quinimmo contrà, quod minimè volebam cõtigit, hostem lætiorem,aduersarium clariorem effeci. Nosti quale tribulationis sit lucrum?Bonum quidem erat,corpus sanitate vigere,multò tamen precio sius vel vulneribus cõcisum. Quoniam verò & vellera pulchra quidẽ, etiam dum illota perdurãt,cùm verò lauatoris opera demersa atque exersa fuerint, incomparabilem pulchritudinem,decoremq; suscipiunt. Nisi enim eundem spoliasset,nunquam optimam coronandi huiusmodi nouisset habitudinem . Nisi enim vulnerum stimulis eius fodisset corpus,nusquam interiores radij relaxissent. Nisi in stercore sedere coëgisset virum, nequaquam eius diuitias cognouissemus.Neq; enim rex tam illustris in throno sedens,quàm ille tũc in sterquilinio erat,sic insignis & celsus. Nam post regalem thronum mors, post verò sterquilinium illud cœlorum regnum. Propterea enim eius ille sacrilegus bona surripuerat , non quò afficeret morbo,sed quò virtutẽ in eius anima supplantaret.Sed tamen vniuersa remouens eius machinamenta, & pauperem pro diuite faciens : hicq; quod magis horridum cunctis videtur , & cùm qui multorũ fuerat liberorum pater, orbatúsque omnino, vlcereq; feriens eius totum corpus crudelius his carnificibus , qui publicis versantur in iudiciis : neq; enim illorũ vngues sic effodiũt co-

A rum latera,quos pœna in suas dederat mánus,sicut eius lambebant corpus vermiũ ora. Et pellens eum non vrbe solùm & domo , atque in aliam transferens vrbem: sed stercora sibi pro domo,pro vrbe statuens.At eo modo nusquã existimauit, sed & per eas, quas tetendit insidias splendidiorem reddidit,totq; & tanta diripiens, maioris sibi virtutis diuitias cumulauit.Tu igitur si quis tibi tuam surripuerit pecuniam, ac generosè tuleris, ipsam eorum qui pauperibus erogant, vniuersam mercedem accipies. Quemadmodum studiosi,etiam ab iniuriantibus lucrari consueuimus: sic & pigritantes neque ab his qui prosunt meliores efficimur . Si enim Iob tot, tantaq; passus est, nõ ab homine,sed à dæmone, omnibus hominibus peiore:quis ergo ex eorum est nota,qui
B dicunt,hic mihi est iniuriatus,ille me spreuit?quale responsum habebit?Si enim diabolus tanta redundãs malicia,vniuersa eius mouens organa,vniuersa mittens tela , atque quotquot in hominibus erant mala atrocitate multa, multàque cum vehementia, & in domum iusti,& in corpus nullam intulit viro iniuriam,sed magis profuit:quo modo poterũt alij illum,& illum accusare; quasi ab his non verò à semetipsis iniuria affici? Miraris tres pueros?& ego, quoniam contra caminum ignis sunt usi,quoniam contra tyrannũ insurrexerunt,Deos Dan.3.c tuos (dicentes) non colimus, & statuam auream quam erexisti non adoramus : sed grande illis erat solamen, manifestè scire,quoniam propter deum hæc eadem patiebantur.Beatus verò ille nesciebat certamina,& palestram esse quæ patiebatur, si enim sciuisset, nequaquam omnino quæ fuerũt facta sensisset. Cùm igitur audiuit, Iob 40.a
C Nũquid vanum putasti iudiciũ meum , sed vt appareas iustus ? cogita quo modo nudo ex ore respirauit , quo modo exinaniuit sese , quo modo se nihil passum fuisse putauit,ex his quę pertulerat,sic dicens: Quid etiam iudicor correptus à domino,& reprehensus audiens hęc? Imitemur igitur huius sancti modestiã & dignitatem, discentes quotquot à patientia germinant bona.Sicuti enim in communi orbis theatro stans beatus ille , gloriosusq; vir, omnèsque sibi pertingentes passiones mouet,nouitque omnes cõtingentes tolerare casus, neque vsque ingruentibus malis cedere: haud enim in humanis est passio,quę solatiũ inde accipere non possit.Quæ enim in omni orbe sparsæ passiones sunt, si in vnum coëant,facilè in illius corpore apparuerint. Quæ igitur erit illorũ excusatio, qui nequeũt vel partem hanc illatorum malorũ cum gratiarũ actione ferre, qui non modò partem,sed vniuersa amisit?Alij naufragiis incidentes,ad paupertatem redacti sunt:item alij infirmitate &
D morbo,à nullo neq; vllum auxilium susceperе. Et quid hoc? recordare eorum quæ Iob euenerunt , gratias age domino prohibere potenti,& nõ prohibenti.Si in paupertate degis, & fame,millèque periculis: Lazari recordare paupertatis, solitudinis, millèque aliis huiusmodi dimicantis,& hæc plurimam prestabunt virtutem. Memento apostolorum qui in fame & siti, nuditatéque viuebant, prophetarũ iustorum: atque omnes ipsos inuenies,non diuitum,nõ in diuitiis positorum: sed pauperum,sed tribulationibus, suspiriis afflictorum, partes sustulisse.Hæc autem huiusmodi apud te colligens,redde deo gratias, qui te ad hanc sortem vocauerit, non iam odiens, sed vehementer amans. Qui quidem non illos odiens,tot permittebat aduersis laborare,sed quoniam vehementer diligebat eos, per ipsa mala splendidiores illos reddidit.Si enim homines qui in eorum causa insudant,sine mercede,sine retributione abire nõ sinunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

multò magis deus eos, qui tot insudauerunt laboribus, non permittet quandoq; suorum laborum repensatione fraudari. Sed necesse quoddam alterum tempus esse post mortem, quo laborum mercedem accipiant. Nam & multos audiui dicētes, ille & ille mansuetus quidem, mitisque existens homo, ab altero iniquo quodam maloq; quotidie in iudicium trahitur, alter iniquè calumniatus, alter demersus est, inquit, alter præcipitatus, & deus hæc fieri permisit. Quare ne citò in insaniam eleuentur mirabilium magnitudine, ac operum perfectione, permisit eos deus affligi: atque ne maiorem de humana natura cæteri habeant suspicionem, deos non homines eosdem esse, dicentes. Et vti dei virtus appareat, per infirmos, per vinctos vincens & superans, prædicationem suam adaugens, atque vti illorum ipsorum patientia manifestior fiat, non pro mercede seruientium, sed ad bonam tam abundè voluntatem ostendendam. Et vti post tot mala tempestiuè, atque opportunè, sancta eorum mens appareat, omnèsq; stimulati aduersis abundantius & solatiū habeant & fomentum, ad illos respicientes, atque memoriam habentes eorum malorum, quæ sibiipsis cōtigerunt. Atque vti quando exhortamur vos ad illorum virtutem, & ad vestrum dicimus vnumquémque, imitare Paulum, zelo Petrum sequere, nequaquā existimetis gestorum excellentia, perfectionēque altera eos participasse natura, propterea ad imitationē pigrius excitemini: atque cùm oportet aliquot vos vel beatos dicere, vel miseros, dicamus quos quidē & beatos existimari decet, quòdve in ærumna, miseriaq; constitutos. Si autē discere volueris, quoniam non malefacere hoc fortiores facit, sed inferentes mala, tolera-

Gene.31.c re: respice Iacob, quo modò quantūcunque à Laban iniuriatur. Quis ergo fortior erat, qui eum in manus acceperat, nō audens tangere, sed timens: aut qui sic absq; armis & exercitibus mille regibus sibi terribilior fa-

Desiderans offendere, seipsum lædit. ctus? nónne hic? Quemadmodum enim calcans, semetipsum excoquit: & adamantem percutiens seipsum lædit: & qui contra stimulum calcitrat, seipsum vulnerat: Sic qui offendere cogitat, seipsum offendit, omniq; luto fit infirmior. Excidit quandoque patria & sanctus Dauid, atque de libertate, dèque anima ipsa periclitabatur, & exercitum aduersus impudentem adolescentem

1.Reg.15.c tyrannum illum & patricidam parans, errabat per desertum, neque exasperabatur zelo, neque à deo auersus est: neque dixit, Quid nam hoc est? Permisit puero aduersus genitorē insurgere? tametsi pro iustis habuit incusare, non sic fieri oportuisse: nā in paruo à nobis iniuria lacessitus, circuit dexteram patrio sanguine inquinare, & hæc deus videns sustinet. Sed nihil horum dixit, neq; cogitauit: quodq; magis admirabile, quoniam erranti sibi, & vniuersis nudato, Semei homo quidam malus, & cōtaminatus sese exposuit, virum sanguinum eum appellans & impium, milleq; malis infectum, neque sic irritatus est: quinimmo imperatorem exercitus rogantem, vt descēdere permitteret, & illius truncare caput, non modò non permisit, sed & insuper ira cōci-

2.Reg.16.b tus, dixit, Quid mihi & tibi fili Saruiæ? Dimitte eum vt maledicat, si forte aspiciat dominus afflictionē meam, & reddat mihi bonū pro maledictione hac hodierna. Vides quo modo nouit iustus quoniā generoso animo perferre maledicta, occasio maioris sit meriti? Etenim res sic se habebat. Nam maledicta, & mille perferentes aduersa, eos qui nobis improperāt, si fortiter toleramus, maiorem in nobis dei gratiam cumulamus. Voluit &

Exod.2.b Moses iniuriato cuidam opem ferre, atque vltimis ferè implicatus est periculis: patriáque excidit deo permittente, vt & tu sanctorū patientiam discas. Si enim prouidentes, quò nihil patiamur mali, sic ad spiritualia cōcedam⁹, nihil magni facere videbimur: hoc & tres pueri dicebant, Est deus in cœlo potens eripere nos de ma- *Dani.3.b*
nibus tuis, tametsi incognitū tibi sit: quoniam diis tuis non sacrificamus, & statuam quam erexisti non adoramus. Et tu igitur si quando ea quæ secundū deum sunt attingere volueris, multa proinde pericula, multa detrimenta, multas mortes sustinebis. Nec quidē arbitreris extraneum, neque turberis his contingentibus. Fili, inquit, si accesseris seruire domino, præpara animā tuā *Eccles.2.a*
ad tentationem. Nemo certare volens, sine vulneribus coronari expectat. Cùm igitur ipse quid boni egeris, atque contraria receperis, vel alterum idipsum videris patientem, lætare & gaude. Iure enim maior exigitur tri- *Non cedendum malis.*
bulatio: neque à proposito cōcidas, neque fias desidior,
B sed magis cū maiori proposito super incumbe, tametsi millies videris diabolū recidentem tuos gressus, nunquam aut deficias aut recidas. Quoniamquidem & apostoli cùm prædicabant, verberati continuò, mancipati vinculis, non post periculorum euasionem, sed ipsis in periculis maiori cum proposito veritatis annunciauerunt prædicationē. Atque videre Paulum licet in vinculis ipsis, in catena habitantem, docentem, atque in iudicio idipsum facientem. Intuereq; beatam ipsam animam, in quib⁹ gloriatur, in vinculis, in tribulationibus, *Actuum*
in catena, in stigmatibus. Vado, inquit, & in Hierusalē alligatus spiritu, quæ in ea ventura sunt mihi ignorans, nisi quòd spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatus est mihi, quoniam vincula & tribulationes me manent. Quid igitur abis in vincula, si te tribulationes manent? Ob idipsum vt pro Christo vinciar, vt pro Chri-
C sto moriar: non enim solùm alligari, sed etiam mori paratus sum pro nomine domini Iesu Christi. Quid igitur, pudore nō superaris? non times orbem circumiens vinctus? nō times, ne quis dei dāmnet infirmitatem, ac propterea nullus accedat? Non eiusmodi, inquit, mea vincula. Vt, inquit, mea *vincula nota fierent in omni* prætorio, & plerisq; ex fratribus in domino, confidens meis vinculis abundantius, audientibus sine timore loquebar verbum. Vides vinculorum fortitudinem, magis quàm resurrectionis mortuorum esse gloriam? Vinctus est Romæ, & plerosq; attraxit: vinctus est Hierosolymis, atque ligatus concionans regem exterruit, præsidi timorem incussit. Timens, inquit, soluit eum. Vin- *Ibid.27.g*
ctus nauigauit, naufragiū soluit, hyemem superans, eo in vinculis existente. Bestiā illam tetigit, quæ nihil no- *Act.28.b*
cens cecidit: atque aspice id vbiq; cùm fieret, cædebatur, & fortiter cędebatur: multas ei, inquit, plagas infli-
D gentes: & ligatus est, & id ipsum fortiter: in interiorem, inquit, carcerem miserunt eum, plurimáque cum firmi- *Actuum*
tate: atque in his tot tantisq; existens circa mediam noctem, tunc cùm quietissimi quique dormiunt, cantabat & psallebat domino. Quid hac fuerit anima cōstantius? Sciebat enim quoniam pueri in igne cantabāt & in camino: fortasse cogitabat, quoniā nihil tale sum passus. Sed bene faciēs sermo iterum in alia vincula traducit, careceremq; alium. Quid nam est quod patior? volo tacere, sed nequeo. Alium inuenerunt carcerem illo valde mirabiliorem, magisque tremendum. Volo sermonem præcidere, neq; permittor: quiescere nequeo, tacere nequeo, vehementer me circuntrahit: quid prius dicam, nescio, quid secundò, quāobrem ne quis à me ordinem exigat oro, multa nanque rebus nobilitas inest.

Longa

Longa fuit Pauli catena, propterea tandiu me tenuit. Sed non ideo tacebo; nam si in vinculis ipse nõ tacuit, neque in flagellis, ego sedens tacebo iam die existente, multaq; cum quiete loquens? atqui quo modo hæc sermonẽ habuerint? Multa enim multis in locis Pauli mirabilium signa sunt, sed nulla stigmatibus desiderabiliora. Nec in scripturis tantùm me reficit gaudio mirabilia operans, quantùm quòd malè patiens, flagellatus, *Actu.14.d* tractus, lapidatus. Lapidantes autem eum, inquit, trahebant extra ciuitatem, & iterum verberatũ & plagas inferentes eiecerũt in carcerem. Quanta gloriatio, quanta voluptas? quisnã honor, quis splẽdor videtur? Quoniam pro Christo vinctus est: sed admirabile intellige. Et motus est inquit, carceris locus vincti Pauli, & vniuersa vincula soluta sunt. Vidisti vinculorum naturam vincula soluentem? Expergefactus autem custos carceris, & videns ianuas carceris apertas, euaginato gladio *Actu.16.c* volebat se interficere. Quid ergo Paulus? clamabat voce magna, dicens, Nihil tibi feceris mali, vniuersi enim hîc sumus. Vidisti ne omni inani gloria vacuum, omni superbia? vidisti pietatem? Non inquit, quoniã propter nos hæc facta sunt: sed tanquã vnus ex vinctis, inquit. Si enim siluisset, atq; magna voce non clamasset, illius manus per guttur fortasse gladiũ transegisset. Clamauit autem, quoniam quidẽ in interiorem carcerem fuit missus. Cõtra temetipsum, inquit, id egisti, interius eos mittens, qui te à periculo liberaturi erant. Vidisti Pauli humanitatem, & ad proximum curam? Elegit vinciri, & ipse periclitari, quàm illum despicere pereuntem. Quem nam non exterruisset ea, quæ circa se vinculorũ erat potentia? & tamen eos qui vinxerãt, ad vincti pedes adegit, eosdemq; illos quasi seruos huic effecit. Ce- *Ibidem f.* cidit, inquit, carceris custos ad pedes Pauli, & qui ligauerat ad ligati pedes erat: idemq; rogabat ligatum à timore solui. Nonne tu ligasti, die mihi? non in interiorẽ misisti carcerem? non in ligno firmasti pedes? quid tremis? quid paues? quid lachrymas? quid gladiũ eduxisti? Nesciebam, inquit, tantam esse victoriam, Christi potẽtiam. Quid dicis? Cœlos aperiendi cepit potestatem, & carcerem aperire nõ debuit? Vinctos à dæmone soluerat, & ferreũ quid sibi præualere debuerat? Animas igitur alligatas soluens, proprium nõ poterat corpus soluere? Qui per sua vestimẽta cæteros illis à vinculis soluit, à dæmoniisq; liberauit, ipse per semetipsum sese nõ soluerit? Ideirco primùm vinctus est, & tunc vinctos soluit, quò discas seruos Christi ligatos, vim supra ligãtes habere multò maiorem. Sic enim sancti fortitudo clarior ostenditur, cùm non semetipsum modò, sed & ipsos ligantes soluit. Quæ nam murorum vtilitas? quid magis in interiorem carcerem mittere, quoniam qui- D *Ephes.4.a* dem & exteriorem aperuit. Sed audiamus ipsum in hoc ipso gloriantem, & dicentem, Obsecro igitur vos vinctus in domino: nam magna dignitas & multa, regno *Vinciri pro* & cõsulatu vniuersisq; maior, pro Christo ligari. Nihil *Christo quã* enim tam clarum est, quàm pro Christo vinctum esse, *honorificũ.* ita vt catenæ circundatæ sanctis illis manibus, apostolatu & doctoratu multum sint illustriores, maioriq; veneratione dignæ. Si quis amat Christũ, nouit quod dicitur: si quis insanit atque aduritur domini amore, vincit potentiã vinculorum: eligeret fortasse vinctus esse pro Christo, quàm cœlos inhabitare. Nam fortè vel in dextris eius sedere, hoc clarius, hocq; clarius quàm super duodecim sedes sedere. Si quis me cœlo condonet omni, vel ea qua Pauli manus vinciebatur catena, illam ego honore præponerem. Si quis me cum angelis

A statuat, aut cum Paulo vincto, vincula eligerem. Si quis me cum illis faciat potestatibus, quæ circa thronũ sunt, aut vinctum talem: talem eligerem potius, etiam vinctum. Etenim nihil melius, quàm mala pro Christo pati. Si quis mihi mortuos suscitare dederit nunc, nõ iam id, sed catenã eligerem. Vellem nunc locis in illis versari, quibus vincula illa manent, & catenas videre, quas timuerunt quidem dæmones, & horrent, & angeli venerantur. Si ecclesiasticis curis essem vacuus, corpusq; robustum haberem, nequaquam peregrinationem tantam facere recusarem, quò catenas solùm viderem, carcerẽ quo Paulus vinctus. O beata vincula, ô beatas manus, quas ornauit catena illa Paulo circũdata: non tam preciosæ erant manus, quæ claudum in Lystris erexerunt, quàm vinculis circundatæ. Si per illa tempora ipse fuissem, tunc potissimum fouissem eas, & ante meas oculorum pupillas ponens, nusquam desiissem deosculari manus, dignas effectas pro domino meo vinciri. B Non eum sic dico beatum, quòd tertium vsque ad cœ- *2.Cor.12.e* lum, & in paradisum raptus est, quemadmodum quòd in vincula sit coniectus. Nõ eum sic beatum dico, quòd *Ibidem.* audiuerit arcana verba, quemadmodum quòd vincula sustinuerit. Etenim hæc illis longè maiora. Eligibilius nanque mihi est malè pati pro Christo, quàm honorari pro Christo. Hoc Paulus cogitabat: & meritò. Si ipse propter me factus seruus, gloriãmque euacuans, non sic in gloria esse putabatur, quàm cùm pro me affigebatur cruci. quid me pati non oportet? Audi enim ipsum dicentem, Glorifica me pater. Quid dicis? Ad crucem du- *Ioan.17.a* ceris cum latronibus, tumulorũmque fossoribus maledictam sufferre mortem, conspuendus, cædendus colaphis, & hæc gloriam appellas? Ita, inquit, pro dilectis ipse patior, meritòque hæc eadem gloriam existimo. Si C enim dominus meus miseros & erumnosos amans, gloriam rem vocat, etiam id patrio throno magis adiicit gloriæ: multò ipse magis hæc gloriã existimare debeo. Terrent quæ in Iob dicuntur cunctos homines, pro patientia, pro vitæ puritate, pro dei testimonio, & forti illa pugna, & mirabili post pugnam victoria. Sed Pauli patientiam quæ nam adamantina anima ostendere poterit? Non enim menses multos sic decertans degit, sed annos multos: non terræ glebas liquefaciens, ac sanie macerans, sed in os ipsius intelligibilis leonis continuè incidens, milleq; dimicans tentationibus. Neque ab amicis tribus quatuòrve, sed cunctis ab infidelibus improperatus, cõsputus, iniuriatus, maledictus, milleq; tentationum globos sustinens. Et nunc quidẽ flagellis corpus distendens, nunc lapidibus obrutus, fameq; assidua & asperitate liquescens. Sed Iob hospitalitas magna, neque id nos inficiamur, sed Paulo tantò inueniemus egeniorem, quanto corpus animæ cedit. Quod enim ille ad eos, qui secundum carnem infirmabantur fecit: hic ad eos, qui in anima iacturã acceperant, ostendit. Et ille quidem ouibus, bobúsque numero immenso sibi existentibus eadem egit: hic autem nihil supra suum possidens corpus, ex hoc ipso indigentibus satisfaciebat, & clamabat dicens, Necessitatibus meis, & eorum *Actu.20.g* qui erant mecum, subministrauerunt hæ manus. Hos amplectamur zelo, hos imitemur omnes, quò pares ipsis laudes assequamur, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria in secula seculorum, Amen.

De beato Iob, Homilia. Incerto interprete.

VEruntamen fratres charissimi, intendat charitas vestra quid dico: quando audiuimus librum sancti Iob, percepimus q̃ perditis rebus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

perditis filiis, nec ipſam carnem, quæ illi ſola remanſerat, ſaluam potuit obtinere: ſed percuſſus graui vulnere à capite vſque ad pedes, ſedebat Iob in ſtercore, putreſcens vlcere, ſanie fluens, vermibus ſcaturiens, tormentis acerbiſſimis dolorũ cruciatus. Si nobis ſic nunciaretur vniuerſa ciuitas, nullo ibi ſano in grauiſſimo vulnere, cùm ſic putreſcere vermibus viuos, quo modo mortui putruerunt, quid eſſet grauius hoc? in ea illud bellum tam graue eſſe puto, quòd mitius in carne humana ferrum ſæuiret, quàm vermis: tolerabilius de vulneribus ſanguis erumperet, quàm de putredine ſanies diſtillaret. Cadauer corrumpi reſpicis, & horreſcis: ſed ideo minor pœna, immò ideo nulla pœna, quòd abſens anima. At verò in Iob præſens anima quæ ſentiret, ligata ne fugeret, ſubiecta vt doleret, compuncta vt blaſphemaret: ſuſtinuit tamen tribulationem Iob, & deputatum eſt ei ad magnã iuſticiam. Non ergo quiſquam attẽdat quid patiatur, ſed quid faciat homo: in eo quod pateris, poteſtas tua non eſt: in eo quod facis, voluntas tua vel nocens, vel innocens eſt. Patiebatur Iob, & ſtabat mulier relicta ſola: non ad cõſolationem, non quæ afferret medicinam, ſed quę moueret blaſphemiam: dic
Iob 2.c aliquid in deum & morere. Videte fratres chariſſimi, quemadmodum illi mors beneficium fuit, & tale beneficium nemo illi dabat. Sed in his omnibus quæ ſancta anima ſuſtinebat, patientia exercebatur, fides probabatur, mulier confundebatur. Spectaculum magnum, & in illa fœditate putredinis præclara pulchritudo virtutis: vaſtabat latenter inimicus, apertè malum ſuadet inimica, adiutorium diaboli, nõ mariti. Heua noua, ſed ille non vetus Adam. Dic aliquid in deum, & morere, blaſphemando extorque, quod precando nõ potes impetrare. Locuta es, inquit, tanquam vna ex inſipientibus mulieribus. Attendite verba foris putreſcentis, in-
Ibidem. tus integri. Locuta es, inquit, tanquam vna ex inſipientibus mulieribus. Si bona percepimus de manu domini, quare & mala non ſuſtineamus? Pater eſt, nunquid nam amandus eſt blandiens, & reſpuendus corripiens? Nõnne ipſe eſt pater, & imponens diſciplinam? Cogita quoſlibet cruciatus, extende animũ in quaſlibet in hac vita pœnas humanas, cõpara gehennas, & leue eſt omne quod cogitas. Hic temporalis, ibi æternus. Et qui torquentur, nunquid adhuc patiũtur, qui illo tẽpore paſſi
Luc. 16.c ſunt? Diues autem ille adhuc apud inferos patitur, arſit ardet, ardebit, viuet vſq; ad iudicium, recipiet carnem non ad beneficium, ſed ad ſupplicium. Illas pœnas timeamus, ſi deum timemus. Quicquid hîc paſſus fuerit homo, ſi corrigatur, emendatio eſt: ſi non corrigatur, duplex damnatio eſt. Et hîc enim luit pœnas temporales, ibi experietur æternas. Dico charitati veſtræ fratres: Martyres ſanctos laudamus, glorificamus, admiramur, dies eorum pia ſolennitate celebramus, merita eorum veneramur, & ſi poſſumus imitamur. Eſt profectò magna martyrum gloria, ſed neſcio vtrum minor gloria fuit ſancto Iob. Nec tamẽ ei dicebatur: Thus pone, idolis ſacrifica, & diis alienis, nega Chriſtum: dicebatur tamen, ſi blaſphemaueris, putredo omnis abſceſſura, ſanitasq; reditura eſt: ſed ſi blaſphemaueris, dicebat inepta & inſulſa mulier, morieris, & moriendo tormentis carebis, quaſi verò morienti blaſphemo non æternus dolor ſuccederet. Mulier fatua præſentis putredinis horrebat moleſtiam, æternam flammã minimè cogitabat. Ferebat ille præſens incendium, ne incurreret in futurum. Tenebat cor à mala cogitatione, linguam à maledicto, ſeruabat animæ integritatem in putredine corporis. Videbat quidem & iudicium de ſe futurum, euadebat, præſtante Chriſto domino noſtro, cui eſt gloria, & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Diui Ioannis Chryſoſtomi in beatos Iob, & Abraham, ſermo.

ATHletam in certamen impellit erecta victori ſtatua, armigerum in prælium prouocat decreta fortibus gloria: Chriſtianos autem confirmant in patientia, eorum qui ſtrenuè certarunt preconia. Quis autẽ tam ſtrenuus & fortis, vti beatus Iob? quẽ vidit quidem diabolus, aggredi tamen primũ detrectauit. Vnde ſapiens agonotheta fidẽs athletæ ſuo, aduerſariũ irritat, & ad certandũ mouet: & idcirco beato Iob teſtimoniũ dans, præfert hunc ſuum, & apoſtatam inferiorem facit. Nam poſteaquã diabolus circuiſſet omnia, tentaſſetq; omnes, ab vno autẽ hoc fortiſſimo fugiſſet, cum eo cõgredi timens, ne proderet ſe ignominioſè victũ, ipſum cauillatus eſt. Dicebat igitur diabolo deus, qui omnia videt: Animo aduertiſti ne ſeruũ meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis ſuper terram, vir inculpatus, verax, iuſtus, pius, abſtinẽs ab omni malo? Teſtificatur deus, vritur diabolus. Nõ permittitur ei aliud aduerſus ſuperiorem. Irridet ergo & cauillatur, dicens: Nõnne tu muniuiſti omnem domum eius intus & fo-*Iob 1.b* ris? Tanta concedis, & admiraris ſi gratias agat? Accipe quod dediſti, & accipiã quod habet. Nam ſi in calamitates inciderit, deſiſtet etiam ipſe à gratiarum actione. Dixit coniectans, nec conſequutus eſt quod ſperabat. Quemadmodum præſentia ſcire, ita futura ignorare oſtenſus eſt. At deus ſciens athletæ ſui gratitudinem indeprædabilem, irritauit fugientẽ, vt coronaret vincentem. Magnum præconium Iob, quòd tam gratus in fœlicitate: ſed amplius, quòd ſui ſimilis inuenitur in aduerſitate. Itaque in bonum cedunt tentationes. Et diabolus certat, vt victus confundatur. Iob autem dum tentatur, apparet ſcientia, quæ poſt multa tempora danda erat, ſpiritu ſancto erudiẽte, edoctus. Quo pacto demõſtrabitur hoc? Nondũ erat lex, & longè ante euangelij prædicationem præceſſit. Quintus enim erat ab Abraham, *In argumento libri Iob.* & nepos Eſau, & legem ſeruauit ſacrificando, & euãgelium cum cogitationibus certando. Vitulum enim ſacrificabat, quaſi legem videns, & de internis cogitationibus ſolicitus erat, quaſi euãgelium ſpectans. Dicebat *Iob 1.b* enim Iob: Ne fortè filij mei mala cogitarint in corde ſuo cõtra deum. Quis enim legem poſuit cordi, niſi qui dicit alibi: Qui videt mulierem vt cõcupiſcat, iam mœ-*Matt. 5.d* chatus eſt eã in corde ſuo? Et qui dicit: Omnis qui iraſcitur fratri, reus erit iudicio? Vidit futura, qui ita men-*Ibidem c.* tis curam habuit, vidit euangelium ante datam legem. Oportebat autem, vt is, qui proficiebat, & ad perfectionis apicem aſcendebat, & propria rectè ageret, & pro pueris ſolicitus eſſet. Amabat autem pueros, quibus ornatus erat, & honeſtè educabat eos, offerebatq; pro incertis eorum peccatis ſacrificia: Melius exiſtimans offerre, cùm nõ debeas, quàm ingratum eſſe, cùm debeas. Diues erat ex benedictionibus, vtebaturq; pro neceſſitate diuitiis, ita vt ſatiando pauperes, diabolum mirum in modum contriſtaret. Bona enim opera humana, plagæ & vulnera ſunt dæmonibus. Porrò audiuit deus quę ſciebat, ab eo, qui quæ diceret neſciebat. Opinabatur enim ſatan, q; ſi auferretur poſſeſſio, auferretur & gratiarum actio, & tolleretur patiẽtia. Verùm, deus ſciens cui cõfidebat, permiſit diabolo, vt abraderet beati facultates, quo cõprobaretur perpetuò vigens eius gratiarum actio. Vide autẽ dei prouidentiam. Imperfectum petit

diabolus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

diabolus, sed non obtinet. Vnde saluator & Simoni dicit: Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticũ: Ego autem orauí pro te, vt ne deficiat fides tua. Quãdiu imperfecti sumus, nobis parcitur: quãdiu lactamur, paterne fouemur: vbi autem perfectiores facti fuerimus, perfectorũ certamina etiam suscipimus. Dicit enim: Ablactati à lacte, auulsi ab vbere: afflictionẽ super afflictionem suscipe, spem super spem. Non dixit ablati ab vbere: sed, auulsi. Proficiens enim ad perfectionem cogitur, vt cedat à lactendo. Sciebat suum athletam agonotheta, videbátque eius futura, de cuius præsentibus testabatur, & dicit diabolo: Ecce omnia quæcũque habet do in manum tuam, sed ipsum ne attigeris. Saluus sit accusatus, tollantur ab eo quæ existimantur gratiarum actionis causæ, diues gratiarũ actione appareat. Et exiuit diabolus à domino. Et factum est, cùm filij Iob, & filiæ eius biberent vinum in domo fratris sui senioris. Honestum conuiuium erat, id quod ostendit omnium fratrum presentia. Sorores cũ fratribus, honestatis chorus sunt. Aetasq; natu maximi apud eos in honore est.

Iob 1.c Et ecce nuncius venit ad Iob, & dicit ei: Iuga boum arabant, & asinæ iuxta pascebantur, & venerunt latrunculi, abegeruntq; eas, & pueros trucidarunt gladiis: saluus autem mansi ego solus, & veni vt nunciarem tibi. Seruatus est vnus, non miseratione eius, qui tantam substantiam abstulerat, sed vt grauius affligat: & ne ignoret is quem tristicia afficere cupiebat, nuncium saluum reliquit. Adhuc eo loquente venit nuncius alius, & dixit ad Iob. Tu interim attende quo modo continentes sunt tentationes, Fluctus fluctum impellit, sicut in vndis marinis. Adhuc illo loquente, venit nũcius alius. Vt sanctus cõturbaretur, & quanuis fert, quod prius dictũ, non ferat tamen quod toties dicitur. Hæc autẽ enarramus, non sicut ij qui veteres fabulas annũciant, sed mõstramus rerum etiam, quæ nunc cõtingunt vestigia. Adhuc illo loquente, venit alius nuncius, & dixit ad Iob: ἄγγελος nuncius, à nunciãdo, non à natura. Nam angelus à natura angelica quo modo dicere posset, Saluatus sum ego solus, quum ab interitu alienus sit? Quid dicit nũcius? Ignis de cœlo decidit, & cõbussit oues, & pastores similiter deuorauit. Vide insatiabilem diaboli furorem, vide extremã insaniam, vide cõpassionis expertem tyrannidem, vide quo modo iuxta ferentis vires permittũtur omnia. Saluatus sum ego solus, & veni vt nunciarem tibi. Adhuc illo loquente, nuncius alius venit ad Iob. Vide nuncios super nũcios, tristia super tristia, vide adamantẽ indiuisibilem, vide petram immobilem. Equites fecerunt tres acies, & circundederũt camelos, & abegerunt eos, & pueros gladiis trucidarunt. Quid prodest dicere, & pueros gladiis trucidarunt? cõmemorantur gladij, vt ad misericordiam moueantur viscera. Adhuc illo loquente, alius nũcius venit ad Iob, dicens: Filiis & filiabus tuis comedentibus. Hoc versutè postremo loco nunciari facit, vt si prima fortiter ferret Iob, quasi extraria: his saltem auditis, & motis super filiorum morte visceribus, nouis conficeretur doloribus, & indignam aliquam ederet vocem, quam tentans se auditurum sperabat. Ad prima enim nihil respondit, semper posterioribus adobrutus. Audiuit tertium, & quartum, & vt sapiens expendebat secum, fieri posse, & solere, quòd equites verè latrocinati essent, iniusti verè rapuissent. Verùm, quòd oues absumptæ erant igne, non perfunctorie cogitabat, sed manifestè agnoscebat eum qui hoc permittebat. Non enim potestatẽ habuissent dæmones, nisi permissum eis fuisset à deo. Argumentum autem quod supernè eis concessum esset, erat quòd ignis descendebat. Vnde enim missus? é cœlis. Inde scilicet venit, vnde & iudicium. Igitur propter diuinam permissionem tolerabiliora erant. Ignis cecidit de cœlo. Verè iniusti iniustè egerunt & auari rapuerunt. Quis autẽ ignem detulit? Ostendit mihi ignis, qui descendit, quid velit & spectet agonothetes. Nã licet diabolus aliquid possit, nihil tamen potest, nisi quando potestas ei fuerit concessa. Potestas enim ei nõ est propria, sed à deo illi cõcessa. Dixit itaq; opportuno loco: Filiis *Iob 1.d* tuis, & filiabus tuis comedentibus & bibentibus apud fratrem suum natu maiorem, repentè validus spiritus venit ex solitudine, & concussit quatuor angulos domus, corruitq; domus super filios tuos, & mortui sunt. Factus est ergo symposij locus, sepulchrum: & cœnaculum communis mortuorum tumulus. Saluus ego vnus euasi, & veni vt nũciarem tibi. Quid igitur fortissimus ille? quid victor ille inclytus? quid vtraque dextra valens armatus ille, ad hæc agebat? Vicerat armis iusticiæ à dextris, agens in fœlicitate & diuitiis, vicit & à sinistris. Habens filios gratias agebat, ablatis eis non minus gratus est. Pro viuentibus solicitus erat, pro mortuis solicitus nõ est. Non iam pro peccatis sacrificia offert. Neque enim habebat, quæ offerret: sufficiebant autem eius volũtati pro sacrificiis preces. Tunc surrexit Iob, & discrupit vestes suas. Surrexit & discrupit. Tu ne somnicu- *Ibidem.* losus, supinoq; sensu hæc audieris, sed mente excitata & vigili. Discrupit enim vestem, non ingratus, neque indignam vocem emittens præ animi impotentia: sed insultans diabolo, & inexplebilẽ eius qui omnia abstulerat, rapacitatem confundens. Vnam quam habebat vestem, & qua indutus erat, discrumpit & deponit, gloriaturq; contra tentantem, ei ostendens ꝙ maiora illis sustinere queat. Dices autẽ mihi, tenui coniectura hæc loqueris, & suspicaris: videntur hæc quasi ad gratiam à te cõposita. Haberem, qua aduersus hos me defendere possem, apologiam. Discrupit, ait, vestimenta sua, & abrasit comam suam: non more gentiliũ euulsit, neq; comam neglectam, sicut lugentes, habuit: sed abrasit, & abiecit. Quorsum hæc spectant? In terrã cecidit & adorauit, ac dixit: Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus & abibo *Iob 1.d* illuc. Non hæc vt ingratus vel obmurmurans, vel impius dixit: sed insultans diabolo, & abiiciens etiã quod reliquũ erat, exuit vestes: declarans & robur suum, & ꝙ promptus & paratus aduersus fugientem esset. Ego nudus exiui, nudus & reuertar illuc. Illuc, quorsum? vbi præmia expecto, vbi coronã spero. Dominus dedit, do- *Ibidem.* minus abstulit. Nullus enim è manu eius, qui omnia cõtinet, me rapiet: nullus vim faciet virtuti omnipotentis: quãuis equites prædati sint, auarus rapuerit, diabolus incenderit, non tamen absque volũtate eius, qui permisit, factum est aliquid. Sicut deo visum, ita & factum: Sit nomẽ domini benedictũ. Vide & imitare. Aduersa fert, & gratias agit. Magnitudo perquã gratæ mentis in tristibus apparet. Vides, quòd si in ꝓsperitate gratias egeris, sycophanta diabolus factũ tuum extenuat, & dicit: Non frustra colit Iob dominum? Igitur vt pateat, quòd *Ibidem b.* gratis colas dominum, tentationibus exploraris, & sic strenuus & fortis cõprobaris. Et nos quia dominicum Pascha perficimus, azyma synceræ fidei habeamus: oportet autem gustare & agrestes lactucas. Agrestes lactucas spontaneos labores intellige. Cum illis autem, & ea quæ diuina permissione nobis accidunt. Infert enim nonnunquam afflictiones perquam amaras. Verùm tu quando amaritudinem plagarũ degustas, dic sicut ille:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Viuit dominus,qui ita me fecit:viuit omnipotens,qui amaram fecit animam meam: futurum est olim amarum hoc antidotum, animæ salubre. Et quia intestino malo laboramus, nociua illa amaritudinis gustu expellamus,quo bona valetudine vegeti,dominicarum carnium cœna expleamur. Pascha enim comesturi sumus. Poposcit olim deus Isaacũ ab Abraham, quem ille quidem alacriter dedit:deus autem non accepit,vtpote saluti nostræ non sufficientem hostiam. Attamen typus ille vtilis fuit, præsignans quod posthac veritas præsti-
Gene.22.c tit. Colligatur Isaac,& non occiditur.Dicit deus:Abraham Abraham, non extendas manum tuam super puerum. Quare non dixit filium: sed, puerum? Vilior erat vtpote homo. Opus autem erat non seruo vel puero, sed filio. Ne extendas manum tuam super puerum,con-
Gene.22.a tentus esto figura, veritatem expecta. Et Abraham quidem prophetat, decipitque seruos. Vide veritatẽ in dictis quæ eueniũt. Et quid dicit? Sedete,ait, hîc cum asino, ego autem & puer transibimus vsque illuc, & postquam adorauerimus,reuertemur ad vos.Dixit quidem ita, sed non ita in animo habebat: accidit autem vt dicebat, non vt sentiebat. Cæterùm seruos relinquit, vt ne cogatur aliqua ex parte facere quod ingratum deo. Timebat enim, ne illi existimarent passum eum senile aliquid,& ita à sacrificandi conatu abstraherent,dicentes: Quid ô domine? eúmne, qui ex promissione tibi datus est immolas? sacrificásne dilectum illum à deo datum, senectutis alumnum, hæredem,nostrum domitum,tuum successorem,Saræ filium,vnicum ex ipsa, & iam tantum ac talem? Quid facias considera, communica id consilij, vel generationis & vite consorti, quæ propter ipsum tot dolores partus tulit: detinemus te, nos occíde. Eapropter sapiens ille senex obsistentes nõ accepit, sed fecit, vt sacrificium sua portaret ligna, essetq; figura saluatoris crucem gestantis. Porrò gestat puer & loquitur, mouentur paterna viscera, & ab obedientia dei pater non desistit. Quid inquit puer? Pater inquit. Cogita qualis sit hæc vox apud patrem amantem filium. Nos balantis ouiculæ,quæ inarticulatam vocem emittit, miseremur sacrificaturi: cogita quantùm hæc ouis moueret, si cum pusillo animo ita loqueretur? Pater inquit, ecce ignis & ligna, vbi ouis sacrificio destinata? Erat autem ipse ouis, quæ iuxta spiritus sancti
Matt.10.d sententiam loquebatur, quò ad misericordiam sacerdos moueretur. Verùm ille iam didicerat: Qui diligit patrem vel matrem,vel filium vel filiam,plus quàm me, non est me dignus, & imitabatur patrem illum,de quo dictum est,quòd proprio filio suo non pepercerit deus. *Rom.8.f* Vbi est ouis,inquit sensatus puer. Quid igitur pater dicit? Deus prouidebit sibiipsi ouem in sacrificiũ, filium. Non seruum, sed filium: non famulum,sed filium. Scito igitur quare Pascha perficias. Ne fermentes azyma, ne hæretica malicia permiscueris, habe pura azyma. In azymis enim synceritatis & veritatis festa celebramus. *1.Cor.5.c* Festa autem nõ intellige relaxationem solam. Sit & ieiunium bene sensatæ animæ festum: sint & afflictiones, & castigationes festa. Pro teipso ieiuna: propter cibum fuisti inobediens, per ieiunium obedis. Cibus è paradiso eiecit, ieiunium te reducit. Hoc nos præceptum diuinum sancta scriptura docet, quæ solui nequit, & cœlo ipso præferenda est. Cœlũ enim inquit,& terra trãsibunt, verba autem mea non transibunt. Ne timeas hominum minas, sed dei. Tuta armatura est dei timor, *Mat.24.c* inexpugnabile scutum pia fides. Ne simus timidi, ne simus inconstantes. Minæ indoctum facilè transferunt, firmatum autem scientia, non ignis, non gladius, non præsentia, non futura, non periculum, non diabolus, modò diuina adsit gratia. In rem nostram sunt tentationes. Probati fuimus in fœlicitate,probati simus & in aduersitate. Alacres simus, erítque vt non affligamur. Deus enim alacritatem mentis videns, contentus erit sola voluntate, Quòd si deus nos etiam affligi voluerit, hoc erit in gloriam & probationem nostri,vt dicamus ei etiam nos: Hæc omnia venerunt super nos, & non sumus obliti tui.Si enim nobiscum deus,quis contra nos? Momentanea est afflictio, sed perpetua gloria. *Psal.41.c* Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Qui imitatores fuerint patientiæ beati Iob, & fi- *Rom.4.f* dei beati Abrahæ hæredes,& pietatis vtrorũque succes- *Psal.29.b* sores,in eundem quoque sanctorum adnumerabuntur chorum.Quorum enim similis ordo & par fides,eorum & idem honor.Deus qui coronauit beatum Iob,& confudit diabolum, credentibusq; virtutem eius monstrauit,*is omnes nos conseruet immaculatæ vitę studiosos, & piam fidem toto pectore amplexantes,in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, & spiritui sancto sit gloria,& imperium,in secula seculorum,Amen.*

† De patientia & tolerantia ab exemplo Iob: vide in vltimo tomo ad populum Antiochenum homiliis quarta & quinta.

DIVI

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *Psalmorum Proœmia.*

POST Mosem, & eius successorem Iesum Naue, & eos qui dicebantur iudices in Israel, cum regnum Israeliticum deinceps suscepisset Saul, finissetq; reprobatus, excitauit eis Deus regem virtute præditum, iustumq;, & prophetam, qui librum centum & quinquaginta psalmorū, diuino spiritu motus metricè ex propriis propriæ linguæ modis, cōposuit, concinnè, cum numero & diuersis instrumentis & saltationibus & canticis, eos canens: ipse enim tenebat citharam. Habebat autem etiam sub B se diuersos choros paruorum prophetarum. (Ita enim eos vocabat qui manebant apud prophetas. sæpe autem eos etiam filios prophetarum nominabat) qui habebāt diuersa instrumenta, hic quidem cymbala: ille verò tibias: alius autem tympana: alius verò tubas: alius autē psalterium & citharam: alius verò ea quæ dicuntur Bubuleorum cantica. Vnusquisque autem chorus habebat principem. Quorum alius quidem dicebatur Asaph, alius autem Idithum. Alius, filij Core. Alius, Etham Israëlitæ, Alius Mosis hominis Dei. Quando ergo à spiritu incitabatur ad prædicendum vel de captiuitate populi, vel de eorum reditu, vel de doctrina morum, vel de prouidentia, vel de Christo Domino: vnumquenque psalmum numerosè componebat tendētem ad vnum argumētum. (Propterea enim sunt parui & magni psalmi) & eum vni choro tradebat. Quòd si ei rursus visum C esset in medio psalmi id quod psalmi reliquum erat alij choro tradere, tūc ipsa psalmi successio vocabatur diapsalma. Quare quando etiam volebant iis qui dicuntur cantores seu bubulcis in medio psalmi tradere, tūc vocabatur canticum diapsalmatis, quoniam cantores per successionem quod reliquum erat psalmi canendū susscipiebāt. Id autem qui velit scire, potest ex eo quod sic scriptum sit in libris Paralipomenon, seu eorum quæ in libris Regum prætermissa fuerāt. Et cecinit hoc canticum in manu Asaph Prophetæ. Postquā autem ipse primus psalmum tradidisset, deinceps vnusquisq; chorus & per se & concorditer, in eūdem & numerosè, hi quidem in his instrumētis, illi verò in illis, sibi inuicem respondētes in Dei gloriam & laudem saltando psalmū canebant. Hoc autem rursus quoque fieri potest, quod D ipse Dauid, cum arcam accepisset ab alienigenis, per se ante ipsam saltauerit: & cum eum probro infectata esset eius vxor Michol, dixerit: Ludam & ridebo coram domino. Non solum enim non cessauit, sed ea etiam se magis facturum professus est. Nonnulli autem cum ordinem & rem ipsam exactè non attendissent, nec ab iis qui sciebant hæc discere voluissent, cōuersi sunt ad allegorias. & nec omnes quidē psalmos esse Dauid pronunciarunt, sed eorū qui ab ipso accipiunt, nec interea dixerūt vbinam vel dominus, vel Apostolus aliquis in vllo psalmo alterius quàm Dauid meminerit. Describamus ergo eum sedētem & choros eius à dextris & sinistris, vt cognoscat quispiā eius etiam ordinis spectaculū, Deinceps autē dicamus quos ipse psalmos prædicere dignus est habitus. De domini carnis susceptæ œconomia, eos varia cōpositione & diuersis figuris immutans. De passione & resurrectione eius humanitatis. Similiter etiam ꝙ diuinitate est æternus & omniū opifex, & vniuersi renouator ac instaurator, ad quem tendit omnis scopus scripturę diuinitus inspiratæ, Chorus Idithū, Chorus filiorum Core, Chorus Ethā Israelitæ, Chorus Asaph, Chorus Mosis hominis dei. Hi sunt chori Prophetarū qui ei suberant, diuersis instrumentis canentes, & psallentes, & saltantes ad Dei gloriā psalmos centum quinquaginta qui facti erant à sancto spiritu.

ALTERVM PROOEMIVM.

Omnis scriptura à Deo inspirata, vt ait beatus Apo- 2. Time. 3.
stolus, est vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad disciplinam quę est in iusticia. Docet enim quæ sunt vtilia, arguit autē peccata, & quæ desunt corrigit, & hominem ita perfectum reddit. Subiūgit enim, Vt sit integer homo dei, ad omne opus bonum perfectus. Ibidem.
Nec errauerit quispiam si vniuersam hanc diuinæ scripturæ laudem in hoc libro psalmorum simul esse dixerit. Iusticiam enim leniter docet & comiter eos qui discere voluerint: Insolentiores autem diligenter & nō asperè increpat. Rursus autem corrigit delicta, quæ forte nostra sponte à nobis admissa sunt. Sed hæc quidē non perinde intelligimus quando canimus, vt quādo in ipsis seorsum versamur negociis, & psalmis nobis opus fuerit. Beati itaque sunt existimandi ij qui iis solis psalmis indigent, quibus aguntur gratiæ propter vitæ prosperitatem. Sed quoniam fieri nō potest vt qui sunt homines non difficultates sentiant & atterantur afflictionibus, & in necessitates tam externas, quàm quæ à nobis in nos cooriuntur incidāt, vtilissimum medicamentum agnoscūt animæ eorum qui sunt cum deo locuturi, in vanitates promptissimam in psalmis enūciacionem ipsius sancti spiritus, qui res quidem omnes humanas prę elegit, per beatissimum autem Prophetā Dauid exposuit voces malis conuenientes per quas curari possint qui in ea inciderunt. Ita ergo quæ prius forte canentes percurrimus, & leuiter tātum & in superficie attingimus, cū in necessitates & afflictiones inciderimus tūc scimus & cognoscimus ipsa re quæ est in nobis, cōueniens medicamentum naturaliter attrahente, & ipso etiam medicamento conuenientem affectionem tanquam propriam sibi assumente & amplectente. In primis ergo necessariæ psalmorum scripturæ, æquum esse existimaui sicut quoque accepi, argumentorum cōpendiosam tradere explanationē, quæ psalmis singulis conueniunt, & dictionum interpretationis, ne tēpore psallendi fratres à vocibus distrahantur, nec ex eo quòd ea 1. Cor. 14.
non intelligant, mentem ad alia conuertant. Sed vt agnoscentes consequentiam eorum quæ dicuntur, prudenter canant prout scriptum est ex profundo cordis sui, & nō in superficie tantùm, & ex summis labris. Vniuersum itaque psalmorum argumentum diuiditur in omnes partes. In morale & quod ad dogmata decretāve pertinent. Sed morale rursus hanc habet sectionem. Aliqui enim eorum, mores vniuscuiusque corrigunt, aliqui autem, gentis Iudæorū tantum. Aliqui verò, communiter quoque omnium hominum. Quinam autem ij sint, singulorum explanabit interpretatio. Rursus autem id quod ad dogmata pertinet, in duo diuiditur. Aliqui enim psalmi cum eis agunt qui ea quę sunt, casu esse & fieri dicunt. Alij autem cum eis qui dicunt non regi mūdum prouidentia. Qui enim res esse & fieri casu statuit, cōsentaneum est vt eas etiam nulla regi prouidentia existimet. Qui autē dicit nulla regi prouidentia, nō omnino etiam dicit ea esse ac fieri fortuitò. Sed

opificem

παθάρα. ἀλλὰ λεγομένης βουκολίου

διάψαλμα.

Paralip. 16.

ἐντιφώνως. 2. Reg. 6.

Christus, Deus & homo scriptura est.

Coloss. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

opificem quidem fatetur vniuersi,quemcunque is fatetur:eius autem prouidentiam vel omnino tollit,vel ad res vsque cœlestes circunscribit. Eos ergo qui sic sentiunt psalmi refellunt, probantes quòd quæ sunt,eundem habent & deum & opificem: & quòd eius prouidentia vel minima peruadit, & quod nihil eorum quæ ad hoc vt essent,deduxit: est deinceps expers eius prouidentiæ. Neque enim fieri potuit vt Deus quidem potuerit efficere vt ea essent quæ sunt parua & vilia, tenuissimarum autem rerum prouidentiam abiecerit, & propter summam suam dignitatem ea curare neglexerit,quorum non est dedignatus esse opifex. Id autē cognoscet ex psalmis, qui eorum interpretationem sigillatim persequetur.Est autem etiam aliud argumentum psalmorum,captiuitas Babylonica,in quo est etiā multiplex diuisio.Alij enim psalmi dicti sunt vt eorum qui essent abducēdi captiui.Alij verò, vt eorum qui sperarent reuerti. Alij autem vt eorum qui iam essent reuersi.Porrò autem sunt etiam alij psalmi narratorij rerum iam præteritarum,narrāte Propheta ea quæ in Aegypto,& quæ in solitudine facta sunt,ad posterorum vtilitatem. Iam verò sunt etiam quidam ex iis Maccabæici, qui ex personis propriis priuatim dicti sunt,vt Onię,& si quis est eiusmodi. Alij verò à communi omnium simul Israëlitarum, qui adhuc laborabāt. Sunt etiam alij qui Hieremiæ & Ezechiæ peculiariter conueniunt. Sunt autem hi etiam ex genere eorum quæ prædicunt. Hi enim significant futuras genti calamitates propter multitudinem peccatorum. Alij verò narrant etiā miracula incredibilia quæ res eorum aduersas sunt cōsecuta.Hi verò rursus variè instructi sunt ad futurarū rerum varietatem, cum spiritus sanctus ægritudine affectis iam paratam medelā recondidisset.Sed ne eis molesti simus qui cupiunt accedere ad minutam singulorum in psalmis explicationē, dum eos retinemus in exponenda varietate argumentorum:hæc quidem ita habeant: veniamus autem ad ipsa verba psalmorum,si fratres,licet hoc sciētes, prius adhuc admonuerimus vniuersum genus prophetiæ tripliciter diuidi,in futurum, præsens,& præteritum.Prophetia enim est,Mosis quoque prophetia, narrantis de Adamo & de temporibus ab alto repetitis. Quinetiā prophetia est eius quod est occultum,inuentio. Vt à Petro factum est, qui furtum Ananiæ & Saphirę detexit.Est autē magis propriè prophetia,quę futura prædicit,eaq; esse euentura post multas generationes: quemadmodum dixerunt prophetæ de Christi aduentu, & Apostoli de gentium ad fidem obedientia & Iudæorum reiectione.A psalmis ergo iam incipiendum est,ordine qui inuenitur in libro psalmorum vtentes,nō autem rerum ipsarum ordine. Neque enim psalmi siti sunt per ordinem, sed vt vnusquisque inuentus est.Et id ostēdetur per multos psalmos. Quadragesimus enim tertius psalmus habet inscriptionem, Canticum aduersus Goliath. tertius autem psalmus habet inscriptionem,psalmus Dauid quādo fugiebat à facie Absalon filij sui. Quis autem nescit quàm sint antiquiora quæ aduersus Goliath facta sunt iis quæ aduersus Absalon?Id autē psalmis accidit,eo quòd liber perierit in captiuitate Babylonica,postea autem inuentus sit tempore Esdræ, nō totus simul liber,sed dispersus. Vtpote vel vnus vel duo, vel tres forte psalmi. & fuerit compositus ita vt fuerunt inuenti, nō autem vt ab initio dicti sunt.Et hinc factum est vt multę inscriptiones eorum qui psalmos composuerunt falsæ sint. & tamen quoad eius fieri à nobis poterit,interpretationem psalmorum afferemus, & à veritate ipsorum non recedemus: sed eam & ex historia & ex ipsa dictione exponemus,& nec sensum anagogicum nec sublimiorem contemplationem vetabimus.Non enim aduersatur historia sublimiori cōtemplationi: sed contrà ea est basis & fundamentum altiorum intelligentiarum. Illic autem solum est animaduertendum, ne contemplatio videri possit subiecti euersio:quod quidem nō fuerit amplius cōtemplatio, verum allegoria. Quod enim explicatur aliter quàm sit positum,est & cōtemplatio & allegoria. Apostolus enim nusquam euertit historiam, licet contemplationem introduxerit, & hanc cōtemplationem vocarit allegoriā,non quòd nomina, quid sibi vellent, ignoraret,sed docēs quòd licet sententiis allegoriæ nomen attribuerit, per contemplationem tamen id sufficiat accipere,nusquam lædentes naturæ historiam.Sed diuinæ scripturæ innouatores, & qui sibi videntur sapientes, de historia vel dubitantes,vel in eam se improbè gerentes,introduxerunt allegoriam,non ex sententia Apostolica,sed ex vana sua gloria, facientes vt qui legunt,alia pro aliis accipiant:quemadmodum pro abysso quidem dæmones, pro drachone autem diabolum, & siquid est eiusmodi. ne cogar nugari,dum nugas cogor refellere. Hæc ergo omnino eiicientes, non vetamur grauiter & honestè contēplationes afferre, & mētis cogitata extollere ad sensa sublimiora. quemadmodum conferre Cain & Abel synagogæ Iudæorum & ecclesię,& conari ostēdere reiectam quidem esse synagogam, vt Cain sacrificium: accepta autem esse dona ecclesiæ,vt tunc fuerunt dona Abel,vel agnum immaculatum,qui offerebatur ex lege,transferre ad dominum: hæc enim nec infirmant historiam, nec expellunt contemplationem. Sed hæc moderatio historiæq; & contemplationis peritia,& à gentilitate liberat, quæ alia dicit pro aliis, & aliena inuehit: nec ad Iudaismū nos attrahit & impellit cogēs soli hærere dictioni, illámq; colere & obseruare,nihil autem vlterius,nec altius quidquam cogitare permittens. Hæc breuiter eum scire necesse est, qui ad diuinorum psalmorum interpretationem est accessurus. Est itaque primus psalmus moralis, & moralis vniuersus: non enim quempiam docet hominē, sed vniuersum genus hominum. Si autem legis meminit, id non cogi vt scriptam solam intelligamus, sed eam etiā quæ in natura sita est, quæ non vim affert, vt dicūt Manichæi,sed eum docet qui vult discere, Ne æquiuocatio ergo errorem afferat.Dicitur enim lex naturalis & ea etiam quæ est coniunctæ naturæ, quæ quidem non potest transiliri, vt hominem esse ridentem, bipedē, & canescere in senectute. Ita in omnibus & in singulis hominibus insita est.Ea nec transiliri, nec commutari potest. Est etiam alia lex naturalis, per quam & discere possumus,& id quod est melius,à peiori discernere.quemadmodum scire deum esse,& honestum esse honorare parentes,& alium non lædere.Hęc enim vel ipsa vniuscuiusque docet natura, propemodum præcipiens ne faciat alij quæ vnusquisque non vult sibi fieri ab alio. Quādo enim dicit, Et in lege eius meditabitur die & nocte,eam dicit scilicet per quā id quod est melius ac deterius, discernimus. Quòd si nominis cōmunio legem quoque scriptam inducit, sensum nihil lædit,cum recte se gerat si vel vtranque vel alterutram etiam legem meditetur. Sciendum autem quòd postquam area fuit in Hierusalem à Dauid restituta,accepta tribu Leui, elegit quatuor principes canticorum Asaph,Aemā,Eethan,& Idithum,vnicuique autem tribuit

Prophetiæ triplex species. Gen.1.et tribus sequentibus. Act.2.

Naturalis ratio.

Thes.4.

Lex scripta.

Matth.7.

Luce.6.

1.Paralip.

fuit cantores septuaginta duos (nonnulli autem dicũt vsque ad ter mille) pro septuaginta duabus gẽtibus quę cõgregatæ fuerint in turris ædificatione, prædicens fore vt in vltimis temporib⁹ omnis lingua laudet dominum. Et psallebant, ille quidem hoc instrumẽto, hic vero alio. In quorum medio stabat Dauid cum psalterio, & vnusquisq; spiritu sancto incitus hymnum canebat. & reliqui quiescebant, solum autem acclamabant alleluia. Sunt autẽ psalmi 150. omnes Dauid. Ex multis autem, qui dicunt, In honorem sanctæ & viuificæ trinitatis. Numerus enim quinquagesimus est in honore apud Hæbræos. Sicut enim dicunt, multos etiã alios psalmos fecit Dauid. Quinetiam ipsi principes cantorum multos fecerunt. Omnes autẽ ad ipsum referebantur, quòd ipse deũ gloria & honore hoc modo afficiendi author fuerit, & quòd ipse eiusmodi psalmorũ genus incœperit. Quod autem apud nos Psalterium, ab Hebræis Nabla dicitur. Est autem psalmus quidem, melodia quę fit per musicum instrumentum. Canticum autem, numerosa quæ fit per os cum verbis elocutio. Precatio autẽ, supplex pro aliquo cõducibili bonorum verborũ conceptio. Hymnus autẽ, quæ pro bonis quę nobis adsunt, Deo offertur bonorum verborum conceptio. Laus autem seu laudatio, diuinorum miraculorum commendatio. Laus enim nihil est aliud quàm eius quod laudatur amplificatio. Diapsalma autem, cum alicuius musici cantus vel numeri facta esset conuersio, vel mutata sententia, diapsalma scripserũt interpretes, vt dicit doctissimus Hippolitus. Psalmus autem cantici dicitur, quoniam cum canticum præcesserit, idem pulsatur cantus per psalteriũ. Canticum autem psalmi, contra. Alleluia autem interpretatur, laudate eum qui est, seu deum, vel sic etiam. Al, venit. El, deus. Via: ipsum glorificate.

Dauidica cantica diuersis subseruiunt nostris consolationibus & meditationibus: sermo incerto interprete.

Ordiur ab Homæosi.

QVemadmodũ cibo vita hęc subsistentatur quẽ mox eadem illa subministrat: sic & si bonis actionibus adnitamur, spiritu potiemur, quo parto, & bonis operibus abũdabimus: quibus cõtrà si caruerimus, idem à nobis spiritus auolabit, quo destitutos necesse erit circa res gerendas claudicare, siquidem spiritu hoc decedẽte impurus succedet: quod liquidò potest in Saule cognosci: quo spiritu quid refert si nõ adeò ipsi vrgemur, quemadmodũ Saul vrgebatur, quando ex malefactis ipsi & flagitiis, & angimur & strangulamur? Opus itaque nobis Duuidica cithara, vt animæ diuina carmina, tum à propheta, tum à bonis actionibus desumpta incinamus: horum vtrumuis modò egerimus, vel Dauidico cantico occepto, vel optimis initis facinoribus, non secus dæmonem impugnabimus, ac Dauid solebat Saulis vesaniam lenire, eritq; eiusmodi nobis ad iusticiam medela. Quinetiam dæmonum furor efferatius cõcitabitur, cum se nobis praua suggerentibus, nihil ipsi ad malum flectimur. Verentur enim vel initiò statim impuriores illi & malefici, ne ex suis nepharius suggestionibus ad laudabile aliquod facinũs cõuertamur: cumq; nos viderint immotos perstare, & timore pristino vacui erunt & cura. Idcirco re bene gesta canticum decantemus, vt dæmoniacum illud vel vrgentissimum propulsemus scelus. Dæmones quidem non prorsus priuare nos cœlo possunt, quin iuuent potius plerunque nos oppugnando: vigiles tamẽ, & sobrios ad cœlos capessendos, è quibus delictis & scelere plerique deiiciuntur. Nam qui volẽs deliquit, vel sponte furit, dæmon est: præterea neq; venia ab homine, neq; misericordiam promeretur. Incinamus itaque animæ hoc se pacto habenti, cum aliis sacrarum literarum scriptis, & Dauidica, & ita vt os canendo mẽtem erudiat: neque enim tenue illud, & exiguum videri debet: siquidem cum linguam ad cantum instruimus, pudebit animam vel contraria sentientem nõ saltem canentem illa imitari. Qua ex re neque id solum vtilitatis assequemur, quin & pleraque alia quæ nobis conducent, referemus. Dixit quippe propheta ille non solùm futura, sed de visibilibus his, deq; inuisibili cœlorum structura disputat, cupientiq; tibi forsan edoceri, vtrum hoc cœlũ eodem sit statu perpetuo permansurum: nonne respondebit Dauid, dicetq;: Cœli quemadmodum vestimentum veterascet, ac velut amictum mutabis eos, & mutabuntur? Item de forma cœlorum si quid optaueris audire, illud intelliges. Extendo cœlũ sicut pellem. Insuper si de cœli dorso volueris quid amplius nosse, dicet tibi: Qui obtegis aquis superiora eius: neque his contentus, quin etiam de latitudine mentionem facit, ostendens vtraque hæc pari esse mensura: Quantum inquit, distat Ortus ab Occidente, elongauit à nobis iniquitates nostras, secundum altitudinem cœli à terra obfirmauit dominus misericordiam suam super timentes se. Accedit etiam si terrarum fundamenta conquiras, neque illa te clam sit habiturus, cum psallentem illum huiusmodi audieris: Quoniam super maria fundauit eam. Item si terræ discursus cognoscere cupias, intelliges: Qui respicit terram, & facit eam tremere. Hoc modo omnem ex animo ambiguitatem eximet. Noctis præterea si rationem requiris, vel hanc referes ab eo edoctus: In ea enim pertransibunt omnes bestiæ syluæ. Ad quam etiam sint montes vtilitatem effecti, respondebit: Montes excelsi ceruis. Quid opis & lapides fuerant allaturi exponit: Petræ refugium erinaciis. Quid vel arbores sint infœcundæ creatæ. Ibi enim & passeres nidiculabunt. Quid insuper sibi velint in solitudine fontes: In his quidem inhabitabunt bestię agri. Quid vinum, vt nõ solum eo in potu vtaris, quãdo ad id vel aqua facere satis potuisset, quin vt te faciat iucundiorem: Vinum, inquit, lætificat cor hominis, vt intelligas quousq; vini vsus progredi debeat. Vnde autem & aues & feræ bestiæ nutriantur, audies ab eodem hoc pacto dicente: Omnia ad te respectant domine, vt des illis escam in tempore opportuno. At si de beluis quęras, respondebit vel has tui gratia fuisse creatas, hoc modo: Qui educit herbas bestiis & virentia in seruitutem hominem. Quid luna sit opus, audi dicentem illũ: Qui fecit lunam in tempora. Quid præterea quæ visuntur vniuersa, & quę nusquam apparent creata sint, elãrè edocet: Ipse dixit, & facta sunt: Ipse mãdauit, & creata sunt. Quodq; mortis futura sit æternę solutio, hoc pacto te instruit: Deus liberauit animam meam de manu inferni, cum me suscepit. Vnde etiam nostrum hoc corpus ortum ceperit, explicat: Recordatus sum, quoniam puluis sumus, quòve sit & in posterum rediturũ, ita docet: Et in puluerem suũ reuertetur. Vtq; vniuersa sint in tui gratiam creata, ita differit: Gloria & honore coronasti eum domine, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Quid verò mortales ipsi cõmune cum angelis habeamus, ita explicat: Minuisti eum paulo minus ab angelis. De diuino autem in nos amore illud affert: Quemadmodum pater filios miseratur, sic se timentium misertus est dominus. De his etiã quæ nos in futurum manent, deq; vitæ huius fine quietiori ita dicit: Reuertere anima mea in requiem tuam. Cur autem

Psalm. 84. Isa. vltimo. — ἀναθέσεως. — ὕμνος. — διάψαλμα. — ψάλμος. — Collatio de gen. — 1. Regũ. 16. — πάθημ.

Psal. 101.d — Ibid. 103.a — Ibidem. — Psal. 101.e — ὑπερπλάσεως. — Psal. 23.a — Ibi. 103.d — Ibidem.c — Ibidem.b — Ibidem. — Ibidem.c — Ibidem.b — Ibidem. — Psal. 103.d — Ibidem.b — Ibidem.c — Psal. 148.a — Ibid. 48.d — ἐμνησθη, recordatus est. — Psal. 102.c — Ibid. 103.d — Psalm. 8.b — Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem tam vasta sit cœlũ magnitudine hoc inquit: Cœ- A
Psal. 102. c li enarrent gloriam Dei. Cur nox & dies sint facti, non
Ibid. 14. d vt lucem duntaxat præbeant & quietem, sed etiam vt
Psalm. 18. a erudiant. Nõ sunt inquit, loquelæ neq; sermones, quo-
Psalm. 18. d rum non exaudiantur voces eorum. Quo demum pa-
Ibid. 103. a cto & mare & terras obeat. Abyssus sicut vestimentum amictus eius, ita quidem apud Hebræos habetur. Ex his itaque enarratis sumentes initium & reliqua pernoscetis, de Christo scilicet, deq; eius resurrectione, de futuris suppliciis, deq; his quæ bonis moribus aduersantur, de legibus, ita vt multiplici bono refertos vobis liceat Dauidicos codices conuenire. Nam si in molestiã aut aliquam animi perturbationem incideris, plurimũ hi ad te consolandum valebũt, si fueris in peccata prolapsus, quàm multa ibidem inuenies ad medelã: si paupertate eris, vel pressuris grauatus, multos tibi ex his ad tranquillitatem portus videbis offerri. Si iustus, nõ mediocrem eris securitatem nactus: si crimini obnoxius, fiduciæ plurimum. Quippe si pro iusticia sis mala per- B
Psal. 43. d pessus, illum audies prędicantem: Quoniam propter te
& Ro. 8. g tota die mortificatus sum. Et illud: Aestimati sumus sicut oues occisionis: hæc omnia venerũt super nos, nec obliti sumus tui. At si ex re bene gesta insolescere cœ-
Ibid. 142. a peris, audies eundem dicẽtem: Ne ingrediaris in iudicium cum seruis tuis domine, quoniam nõ iustificabitur coram te omnis viuens, sic mox humilitatem sectaberis. Quinetiam si quippiam commiseris vel desperatione capieris, intelliges illum frequentius id incinen-
Ibid. 94. b tem: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare
Ibid. 32. d corda vestra, quo audito statim resipisces. Porrò si regio fueris diademate insignitus, elatus, insuper & tumi- C
dus, illud edisces: non saluatur rex magnis viribus, nec gigas suæ virtutis magnitudine, sic poteris modum superbiæ ponere. Si opibus præterea affluues & gloria, rur-
Ibid. 48. b sus audies modulantẽ: Væ qui confidunt potentię suæ,
Ibid. 101 c & multitudine diuitiarum suarum gloriantur, & illud: Nam homo sicut fœnum dies eius, nec descendet cum eo gloria eius: hoc pacto nihil duxeris fore in terris magnificiendum, siquidem gloria & potentia fulgore cuncta excedunt: quæ duo si fuerint per te neglecta,
Ibid. 41. b quid esse aliud potest cuius apud te ratio constet? Quõ
Ibid. 36. a si in aliquo fueris animi mœrore cõstitutus, intelliges: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in domino, quoniam confitebor illi. At si nonnullos videris probari immeritò, id dices: Noli æmulari in malignantibus, quoniam quemadmodum fœnum exarescent, & tanquam olera virẽtia concident. Si iustos spectaueris æquè atque iniustos pœna affici, senties haud D
parem fore supplicij causam. Pleraque sunt, inquit, peccantium flagra, quæ tamen iustis inferri propheta non
Ibid. 33. d asserit, quando, Multæ, inquit, iustorum angustię, & ex
Ibidem. his omnibus liberauit eos dominus, & rursum: Mors peccatorum pessima: & honorabilis coram domino mors sanctorum eius. Hæc itaque frequẽtius repete, instructúsq; istiusmodi erudire: nam verbis hisce vel singulis per nos simpliciter ex transcursu prolatis, patentissimum inest sententiarum pelagus. Quòd si libuerit prophetica hæc dicta diligentius perscrutari, videbitis in maximam diuitiarum copiam fluxisse. Licebit interea volenti cuique ex dictis hisce, quæ inhæserint vicia repurgare: si neque inuidiam facile admittat, neq; mœrorem, si diuitias contempserit, si angustias, anxietates, egestatem pro nihilo duxerit, si vitam denique ipsam nihil esse existimauerit. Eiusmodi à te opinatio vicia propulsabit: pro quibus omnibus & gratiæ sunt deo agendæ, vt his rebus contemptis gazas attrectemus cœlestes, & per aduersantium rerum tolerantiam, pèrque sacrorum scriptorum consolationem, spem habeamus & futura beatitudine potiamur.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIepiscopi Constantinopolitani, in Psalmos interpretatio. Psalmus primus.

Beatus vir qui nõ abiit in consilio impio. Impiorũ. Beatitudo est omnium bonorum basis ac fundamentum, *bonũ*, vt quæ necessariò in psalmis pro- *pterũ* Christi posita est pro coronis, eius amatores ad victoriam præparãs & *sed &* incitans: vt qui vult in fine esse beatus, impiorum consilium to- *cathedra.* *Esa. 7. 9.*
to animo fugiat, *in via autem peccatorum pedem non figat, Iob. 31.* *nec vnquam in cathedra pestilentiæ sedeat.* Consilium enim impiorum cadet, vt ait Esaias: per id ipsum diabolum significans. Ipsum enim cõsilium primum homicidam instigauit, & fraternorum viscerum obliuionem ei iniecit, & coniunctum par bonorum amore seiunxit: & eos lugere docuit, qui erant alieni à tristicia, & terram quæ sitiebat pluuiã, sanguine irrigauit. Vnde etiam dignum fructum nempe execrationem & maledictionẽ produxit. Sãguine enim inebriata tremorem genuit & cæde sata planctum & eiulatum peperit, laboribus dignas spicas proferens. Piorũ autem consilium est Christus, quod inuenitur in via, & cathedra. Via quidem, vt quæ ducit ad ipsum patrem. Cathedra autem, vt *Isa. 14.* quæ facit quiescere eos qui afflicti sunt in vita. Venite *Matth. 11.* enim, inquit, omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Illud quidem consilium consuluit vt Ioseph in Aegypto venderetur, hunc autem venditum Regem fecit. Illud docuit Paulum persequi: hoc autem *Gen. 37.* iussit eum ipsum prędicare, & ideo illud quidem est fu- *Gen. 4.* giendum, hoc verò expetendum. *In lege domini habentes* *Actor.* *voluntatem, & in lege eius meditantes die ac nocte.* Et quæ nam est ea lex nisi Christus qui inenarrabiliter est ex patre genitus, nec est scriptus in tabulis lapideis? Ex Siõ enim *Lex, Christus.* egredietur lex, & verbum domini ex Hierusalem. Qui *Sion.* lex quidem dicitur, vt qui in se ferat paterna consilia. *Esa.* Verbum autem seu ratio, vt qui à patre sit inseparabilis. Ipse autem est etiam. *Lignum quod plantatum est secus decurrentes aquarum.* Quod pater absque vllo intercessore, ferax, *Christus,* frugiferum, bellè germinans, alticomum frondosumq; *λόγος,* vt progenuit. Hoc lignum sponsa desiderans dicit in can- *bum & ta-* tico Canticorum. Dixi, ascẽdam in palmam, & tenebo *lin.* ramos eius: palmam quidẽ ipsum vocans, propter car- *Christi ligni* nis turpitudinem, infrà: fertilitatem autem diuinitatis, *Cantic. 7.* suprà. Huius ligni esum cum recusasset Adam, in contrarium incidit: nos autem nunc mysticè comedentes, transgressionem ex ipso exterminamus: lignum enim vitę est Christus, lignum mortis diabolus. Hic enim ho- *Lignum de* minem expellit ex paradiso: Ille verò latronem ducit *plec.* in paradisum. Ramos enim habet Apostolos: fructus, *Rami ap.* eos qui salui fiunt: foliorum comam, orationes: radicẽ *Iuli.* baptismum: Agricolam, patrem, qui ipsum & suprà & *Fructus fi-* infrà absque intercessore peperit. Vis etiam videre eius *delis.* fructũ, *Quem dedit in tempore suo?* Vide eum crucifixum, & latus eius conpunctum ex quo sanguis & aqua scaturiit. Sanguis quidem ad repræsentandum martyrium,

aquam

aquam verò in signum baptismi. Quoniam enim compunctum latus Adam supplantauit, necessario punctus quoq; latus eum regenerauit. Humidum lignum, vnũ deiecit: lignum autem siccum, mundum rursus erexit. Esus illius mortem peperit: esus huius vitam fecit rursus germinare. De illo enim dictum est, Non comedite ex illo, de hoc autem: Gustate & videte quòd benignus est dominus. Speciosus est, vt malum: suauis est vt vinum: fructifer, vt olea: quæ multa habet tegumenta, sicut malum punicũ: fructu abundans, vt palma: maturus, vt botrus. Gustate & videte, fructus crucis floruit in Patriarchis, germinauit in prophetis, dedit odorem in aduentu, maturuit in passione, comeditur post resurrectionẽ. Gustate ergo & videte, quàm sit suauis, quàm solidus, quàm maturus, quàm floridus, quàm omni specie ac decore plenus. Hunc fructum nos quoque decerpamus. Est enim à ratione omnino alienum, eos quidem qui sensibilẽ ingrediuntur vineam, ex vnaquàque vite quod est vtile inexplebiliter colligere, cum oculorum desiderio alacriter concurrentes: nos autem qui talem ac tãtum paradisum, id est hortum ingressi sumus, vbi est vitis vnigenita, quæ palmites pãdit apostolicos, & botros fert patriarchicos, nõ colligere inexplebiliter ea quæ sunt vtilia, licet vinea quo maior decerpit vindemia, eò magis abundet. Eam ergo vindemia insaturabiliter, non lędens vineam. Omnibus enim sufficiet, & obtinebit plenitudinem, & mũdum satiabit, nec fructus deficiet. Nam cùm sit fons bonorum, exinanita restagnat, totum dans & totum continens, quæ etiã nũc nos delectat, & tunc nos afficiet gloria in suo aduentu. Quoniam eum decet gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

Cant.2.

Psalm.33.

Ignatius.

In secundum psalmum, Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania.

Abhomaeosis erditur.

QVemadmodum qui in Solem iaculatur, & in cœlum iacit lapides, rem vanam & inanẽ aggreditur, & quicunque eum aspicit, vel ingemiscit, vel ridet. Ingemiscit quidẽ, vt aduersus peccantem, ridet autem, tanquam ebrium, quod cũ terra sit, in cœlum bellũ gerit: quòd cum sit lutum, aduersetur ei qui ipsum finxit, quòd cum sit fœnum, cum igne pugnet. Scriptum est enim, Omnis homo fœnum: &, Deus noster ignis consumens. Ita beatus propheta, cum vidisset spiritu & Iudæos & Græcos seu Gentiles aduersus Christum belligerantes, & aduersus suum factorem tanquam hominem arma capientes, dixit ingemiscens, per psalmum propositum, *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.* Aduersum quem? Dic citò, vt qui audiuerint, pertimescant. *Aduersus dominum, & aduersus Christum eius.* Opus aduersus opificem, figmentum aduersus fictorem, lutum aduersus figulũ, fœnum aduersus ignem. Vidisti cæcum bellum, pugnam quæ non potest committi. Quemadmodum enim cęcus vna virga pugnat cum diuite & paupere, cum seruo & libero, & cum non habeat oculum viæ ducem, dextera aberrat: ita aliquando Iudæi & Græci, & Gentes incredulitate cæcutientes, in prophetas, & Christum bellum similiter gesserunt. Quare fremuerunt gentes, populi, Reges, & principes currus vicij ac sceleris, cuius est auriga diabolus? Interrogat autem propheta, non vt discat ab ipsis, sed vt lapsos esse conuincat: vel de impudenter se gerentibus triumphum agat, vel vt non habentes quid loquantur ac respondeant, maleficij arguat, quando gentes, & populi, Reges, & principes, hi inquã quatuor ordines Deum quatuor finium crucifixerunt. Crucifixerunt autem, quoniam sustinuit qui crucifigebatur. Hoc enim nos apertè docuerunt apostoli, dicentes, Domine tu es Deus qui fecisti cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterũt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Deinde quinam fuerint, interpretantes dicunt, Conuenerũt enim verè aduersus sanctum filium tuum Iesum quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum Gentibus & populis Israël, ad faciendum quæ manus tua & consilium tuum decreuerũt fieri. Quas ergo personas interpretati sunt Apostoli, fieri nõ potest vt aliter interpretemur. Sed dicet quispiam, Certè ecce Gentes, & populus Israel ostendunt quod Christo crucifixo Iudęi & milites & custodia cõcurrerunt. Cur ergo cum pluraliter dictum sit, Astiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, Apostoli vni Regi Herodi, & vni principi Pilato id dictum attribuerunt, dicentes. Conuenerunt enim verè in hac ciuitate Herodes & Põtius Pilatus? Nunquid Herodes Reges: Nunquid Pilatus princeps? Sed nõ errarunt Apostoli, qui sic sunt interpretati. Cum rege enim Herode peccati quoque regem diabolum ostenderũt, & cum principe Pilato dęmonum potestates & principatus significarũt. De quibus dicebat Apostolus: Ne regnet ergo peccetum in mortali vestro corpore. Nõ est enim nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus potestates & principatus aduersus rectores mũdi. Quia enim Deus in carne erat qui crucifigebatur, & qui sub visum non cadebat, in eo quod videbatur, afficiebatur iniuria. Dæmones cum hominibus, & qui carnis erant expertes, cum carnalibus, aduersus eum conuenerunt. Vis videre reges & principes cõuenisse aduersus Christum? Quando Christus ascendit in montem vt tentaretur à diabolo, tũc Archidæmon in puncto temporis omnia regna mundi & gloriam eorũ coëgit, & cum omnibus visus est, vt cum omnibus euanescere: & de omnibus contendebat, vt in omnib⁹ caderet & vinceretur: faciebat enim quod nesciebat, & passus est quod ignorabat. & qui prius quęrebat adorari, retro eiiciebatur audiẽs, Vade post me satana. Scriptum est enim diabolũ ab ipso ad tempus abscessisse, obseruantem tempus crucis. Quando ergo venit tempus passionis, tũc reges, & principes dæmones, & mali principes cũ Herode & Pilato conuenerunt aduersus Christum. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum & aduersus Christũ eius. Et principes conuenerunt in vnum. Quando? Quando bis mille dæmones & legio in vnum hominem ingressi, in eo habitarunt. Illud ergo, Cur fremuerunt gẽtes, pro eo quod est, Cur gentes insolentes euaserũt, & supercilium erexerunt? Quænam gentes & populi & quando maximè meditati sunt inania? Quando Iudæi & gentes, Herodes & Põtius Pilatus, & custodia, & milites Iesum tanquam mortuum seruabãt qui erat inter mortuos liber. Cum viuo bellum gesserunt, & à mortuo victi sunt. Cur fremuerunt gentes, cur mortuũ seruare non potuerunt qui mortuus dicebatur, Deus autẽ cernebatur? Quando lapidem obsignarunt, & petram non tenuerunt. Cur fremuerunt gentes? Thecam tutò custodierunt, & quod in ea reconditũ erat non habuerunt. Cur fremuerunt gentes. Mors enim tunc dominans fecit resurrectionem: & sepulchrum, accepto cor-

Esa.40. Daniel.4. Hebr.12.

Sabaoth. à simili petita. Currus vitiorum auriga diabolus.

Actor.4.

Pueri tui. παιδός σου.

serui tui.

Quæstio.

Solutio.

Rom.6. Ephes.6.

Matth.4.

Marc.5.

Matth.8.

pore

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore depoſito, territum quod patris theſaurũ accepiſ- A
ſet, depoſitum cum timore reddidit. Cur fremuerunt
gentes? Et milites quidem lapidẽ vt lapides ſeruabant.
Angeli autem ſepulchrum Dei monimentum oſtẽde-
rũt. Quemadmodum enim milites ſepulchrum priua-
ti non cuſtodiunt, ita ſepulchrum hominis minimè ſer
Angeli cur aſſeſſores ſepulchri. uant Angeli: neque enim Chriſtum obſeruabant qui
iam reſurrexerat, ſed propter hæc tria Angeli ad ſepul-
chrum manẽbant. Primùm, vt oſtenderent Deum fuiſ-
ſe ſepultum, ad ſepulchrum tanquàm apud cœlum ma
nebant. Secundò, vt mulieribus reſurrectionẽ annun-
Lucæ 24. ciarent, dicentes: Quid quæritis viuentem cum mor-
tuis? non eſt hîc, ſed ſurrexit. Niſi enim angeli hoc di-
xiſſent mulieribus, ſuffumigaturæ erãt ſepulchrũ quod
nihil continebat, & honoraturæ lapidem, qui petram
non habebat, & vnĉturæ thalamum cùm non adeſſet
ſponſus, & præconio reſurrectionis allaturæ impedi- B
mentum. Tertiò ad ſepulchrum propterea manebant
Angeli, vt inſidias omnes & machinationes diſturba-
rent, ne Iudæi cùm audiſſent Chriſtum reſurrexiſſe, a-
lium mortuum in ſepulchro ponerent, & interdiu di-
cerent, Quid erratis exiſtimantes Chriſtum reſurrexiſ-
ſe? ecce teſtatur ſepulchrum, quod mortuum retinet.
Quem videtis tanquam mortuum, qui reſurrexerit, vi-
ſum quoddam eſt ſeu ſpectrum, quod & vos decepit.
Vos facimus iudices, an non in nouo monimẽto ſepe-
lierunt Ieſum? ſcrutemini ſepulchrũ. Si non habet mor
tuum, reſurrexit, vt dicunt. Et ne tibi videatur incredi-
Matth. 28. bile quod dicitur. Qui enim militibus permultum pe-
cunię dederunt, vt dicerent cum fuiſſe ſurreptum à diſ-
cipulis, nõ dubitaſſent alium mortuum ſepelire in ſe-
pulchro, & dicere viſum vel dæmonium vel ſpiritũ eſ-
ſe qui ſurrexerat, ſi id fuiſſet eis permiſſum. Sed à ſeipſis C
proditi ſunt, cùm dixiſſent eum fuiſſe ſurreptum. Niſi
enim Iudæi hoc diſſeminaſſent, poſtquã à pluribus au-
diuerãt eum reſurrexiſſe & multis apparuiſſe, quòd ſpi-
ritus apparet, non autem reſurrexit Chriſtus: quòd ſur-
reptum fuit corpus, non autem reſurrexit qui fuerat ſe-
pultus: non dixiſſet Dominus Apoſtolis poſt reſurre-
Lucæ 24. ctionẽ, Palpate me & videte, quòd ego ipſe ſum, quòd
ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis ha-
bere, propterea milites & Angeli ſepulchrũ ſeruabant.
Nemo autem alienum exiſtimet, quòd propoſitũ Pſal-
mum reſurrectioni Chriſti attribuimus. Apoſtolicam
enim regulam ſecuti ſumus, & Pauli interpretationem
Actor. 13. tanquàm legẽ tenemus. Paulus dicit in Actibus, Et nos
vobis annunciamus promiſſionem factam patribus, ꝙ
hanc Deus impleuit filiis ſuis, nobis reſuſcitans Ieſum.
Et mentionem faciens reſurrectionis Ieſu, propoſitum D
Pſalmum accepit dicens. Sicut & in Pſalmo ſecundo
ſcriptũ eſt, Filius meus es tu, ego hodie genui te: quem-
admodum ex virgine non ſatum, ita ex ſepulchro in-
corruptum: neq; enim caro eius nouit corruptionem.
Hinc dicitur regeneratio, ex mortuis reſurrectio. Sed
nunc etiam Eccleſia videns gentes multorum deorum
Ἔθνη Græci, Gentiles, Pagani. cultui deditas, dicit, Quare fremuerunt gentes? Græci
ſcilicet qui elementa deos appellauerunt, terram quidẽ
Cererem, aquam verò Neptunum, aërem autem Iunonem, ignem autem Vulcanum, pluuiam verò Iouem: Si
enim ſunt elementa dij, quo modo pugnant inter ſe?
quo modo armãtur ad bellum inter ſe gerendũ. Aqua
enim eſt igni inimica: ignis autem aquã perimit & cõ-
ſumit: & quemadmodum in acie cõflictuq; bellico, vbi
ſunt vires ſuperiores, illic exultat victoria: ita etiam in
pugna ignis & aquæ, vbi ſunt maiores copiæ, illic ca-

nuntur epinicia. Terra verò ab aëre frigido flagellatur:
aër autem à terræ vaporibus peſtilentem affectionẽ ſu-
ſcipit. Si dij ſunt elementa, quis nouit deos cum ſeipſis
bellum gerere? Quare fremuerũt gentes, & populi me-
ditati ſunt inania? Et in creatione quidem mundiq; o-
pificio, quæ ſunt inimica natura, concordiam amplexa
ſunt, & mundum perfecerunt, nutui opificis parentia:
in vniuerſi autem prouidẽtia ſunt ſibi inuicem infeſta,
impium multorum deorum cultum refellentia, vt om
nes ſciamus quòd quæ bello impetunt & impetuntur,
Dij eſſe nõ poſſunt. Et populi meditati ſunt inania. Hæ-
retici qui ſcripturas conculcarunt, & opera elemento-
rum tanquam legis *proferunt. Et quinam ſunt qui di- *leges, pu-
cunt? Spiritus ſanctus, & Dauid, & Apoſtoli. De quibus tolegendã.
autem dicunt? De Herode, Pilato, & Iudæis, & milити-
bus, qui Chriſtum crucifixerũt. Quis eſt huius teſtis? Li- B
ber Actuum. Quòd autem ſpiritus ſanctus, & Dauid, & *Act. 4.*
Apoſtoli hæc dixerint, ille quidem reſpondens, hic ve-
rò prædicens, illi verò prophetiæ exitum reſpicientes,
audi, Quando Petrus & Ioannes claudũ in templo cu- *Act. 3.*
rarunt, & tanquam ſacrilegi in ius vocati examinaban
tur, abſoluti venerunt ad coapoſtolos, & ipſis renũcia-
runt quæ ſibi dixerunt pontifices & preſbyteri. Illi ve-
rò cùm audiſſent, concorditer ſublata voce dixerunt,
Tu domine Deus qui feciſti cœlum & terram, qui Spi- *Ibidem.*
ritu ſancto per os patris noſtri pueri tui dixiſti, Quare
fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſti
terunt reges terrę. Vides quo modo ſpiritus, & Dauid,
& Apoſtoli dixerunt ea quę ſunt propoſita. Quinã Re-
ges? Atqui ſolus Herodes in paſſione eum examinauit.
Quinque reges aduerſus Chriſtum in humanæ eius na
turæ ſuſceptione aſtiterunt. Primus diabolus, ſecundus *Lucæ 4.*
C mors, tertius peccatum. Quartus Herodes, qui propter
ipſum infantes interfecit: & quintus alius Herodes, ſub
quo paſſionem ſuſtinuit. Quoniam ergo pentas Regũ, *Matth. 2.*
& egregia pentapolis aduerſum cœleſtem Regem in- ἐστήκασι, ἀ
ſurrexerunt. Aſtiterunt reges terræ. Quòd autem Sata- στῆναι, ἀ
nas ferens nomen alienum, & tanquam fugitiuus, Do- *à tribus,*
mini ſuſcepto nomine, Rex dictus ſit, audi. Quãdo Do *triat.*
minus fugauit dæmones, & curauit dæmoniacos, dice-
bant Iudæi: In beelzebub principe dæmoniorum eiicit
dæmonia. Deinde Dominus, Omne regnum in ſe diui *Lucæ 11.*
ſum, deſolatur. Et ſubiungit, Si ergo ſatanas quoque in
ſeipſo diuiſus eſt, quo modo ſtabit eius regnum? Cùm
autem eius regnũ dixit, eum dici regem oſtẽdit. Quòd
autem rex eſt etiam mors impietatis, dicit Paulus, Sed
regnauit mors ab Adam vſque ad Moſem. Quòd autẽ *Rom. 6.*
etiam quod malum facit peccatum, Rex ſit, audi: Ne re-
gnet ergo peccatum in mortali veſtro corpore. Quòd
verò etiã qui infantes interfecit Herodes, rex ſit, ſcrip-
tum eſt, Cùm autem audiſſet rex Herodes famam Ieſu,
turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum ipſo. Quòd au- *Matth.*
tem cum hic mortuus eſſet Herodes, & Archelaus eius
filius regnaſſet, poſt Archelaum alius Herodes regna- *Luc. 3.*
uerit, ſcriptum eſt, Audiuit autem Herodes rex famam *Matth. 14.*
Ieſu. Quia ergo quinque reges aduerſus regem vnige-
nitum conſpirarunt, Aſtiterunt reges terræ, & princi-
pes cõuenerunt. Viæ duces, rerum adminiſtratores, re-
gulæ reipublicæ, vitæ medici, cõuenerunt diabolicum
*cœtum aggregantes, conuenerunt improborũ eccle- *conciliũ
ſiam cogentes. Quare fremuerũt gentes? Qui erãt mor- *dicerem.*
tales, creatorem immortalem voluerunt de medio tol
lere. Quãmnam inde capturi vtilitatem, & quando po
teſt manus hominis aduerſus Deum aciem inſtruere?
Quanuis enim pati ſuſtinuerit, diuinam tamẽ poteſta-
tem

Universidad de Deusto Biblioteca

tem non amisit. Quanuis in ligno pẽderet, Angeli eum admirabantur. Quãuis cum Iudæi maledictis insectarentur, patri tamen spiritum commendabat. Quanuis esset in monimento sepultus, inferorum tamen penaria exinanuit. Quanuis esset mortuorum vinculis illigatus, mortis tamen vincula confregit. Quanuis ab infidelibus fuerit cõdemnatus, venit tamen iudex viuorum & mortuorum. Quid ergo cõmodi acceperunt impij, qui erant homines, & cum Deo pugnabant? Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Quanuis enim crucem susceperit ô Iudæi, ne imbecillitati eã rem adscribatis, sed patientiã potius admiremini. Qui enim verbo ficũ fecit arescere, & Lot vxorem in columnam cõuertit, poterat vel solo aspectu vos cũm vniuersa ciuitate in profundum terræ hiatum deturbare. Sed non fecit, ne de hominum interitu lætaretur diabolus, & alioqui quoniam accesserat seruator vniuersorum, non æquum existimauit eo ipse tempore de improbis supplicium sumere. Si enim orbis terrarum chirographũ non tũc fuisset deletum, quo modo potuissent tũc reddere rationem qui erant obnoxij? Et quemadmodum rex qui publicum festum celebrat, eos quidem qui sunt in carcere liberat: illo autem tempore nullũ qui in ipsum aliquid admittit, morte afficit. Ita etiam Christus cum publicum festum passionis perageret, & mũdo impatibilitatem procuraret, non solùm reos absoluit, sed eos etiam qui ipso tempore peccabant, non perdidit. Quemadmodũ enim qui sunt apud nos principes, tempore paschę nullum quidem puniunt: eos autẽ qui sunt in carcere, absoluunt. hoc prius fecit Christus. Sed dices, Non dederunt pœnas qui Christum crucifixerunt? non amiserunt ciuitatem? non conflagrauit eorum tẽplum? non ex eis innumerabiles perierunt myriades. Quo modo ergo dicis non animaduertisse in eos qui crucifixerũt? Sed si eo quidem tempore, vel paulò pòst obsessa fuisset Hierusalem, rectè contradiceres. Sin autem multis post annis pœnas luerunt, ne eũ accuses qui puniit, sed eos accusa, qui tot annis nulla ducti sunt pœnitentia. Qui enim tot annis fuit patiens, ostẽdit quòd ne deinceps quidem quicquàm remisit de patiẽtia: crucifixus autem fuit patiens, vt vocaret eos ad pœnitentiã immanes homicidas. Quoniam nũc ei gloria & potentia nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Esa.53. *Ioan.19.* *Zach.9.* *Esa.2.* *Ephes.4.* *Esa.10.* *Matth.11.* *Gene.19.* *Colass.2.* *Confirmat à simili.* *Ioan.3.* *Alterũ simile.* *Roma.2.*

In tertium Psalmum, Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me.

Similia. *3.Regũ 11.*

DEcibus exercitus victoriã assecutis reges ponunt statuas in honorem victoriæ: Aurigis verò & athletis columnas & imagines eorũ victoriæ testes excitant Principes, & inscriptione tanquam ore efficiunt, vt materia victoriam prædicet. Alij rursus in libris & scriptis, victorum laudem describũt, suas in laudando vires iis qui laudantur maiores volẽtes ostẽdere. Et pictores, & statuarij, & sculptores, & populi, & Principes, & ciuitates, & pagi, victores admirantur. Nemo autem fugientis, eiusq; qui non bellum gessit, descripsit imaginem, vt nunc Dauid. Est enim Psalmus Dauid, dum fugeret à facie Absalonis filij sui. Et quando laude dignus habitus est qui fugit? Quando dignus est habitus exul, cuius nomen inscriberetur? Fugitiuos scriptis literis persequũtur, non honorãt inscriptionibus. Sed disce, ô frater, causam inscriptionis, & animam tuam confirma, in tuto colloca. Sit tibi historiæ narratio, vitæ tuæ correctio. Sit iusti persecutio, mentis stabilimentũ. Disce enim cur Dauid persequeretur Absalon, vt cur rei fundamentum inueneris, timore Domini ædificeris. Quemadmodum enim absque fundamento inualida & imbecilla est ædificatio: ita nisi inuento scopo ac instituto scriptura est inutilis. Beati Dauid fuit hoc institutum, per propositum psalmũ vitam docere & castigare, vt nihil vnquam mali faciat, nec le gges Dei contemnat, ne peccatori ea eueniant quæ sibi euenerunt. Fugiebat filium suum Dauid, quoniam castitatem fugerat, fugiebat filium, quoniam matrimoniũ pudicum violauerat. Fugiebat filium, quoniam legem Dei quæ dicit: Non occides, non adulterabis, fugerat. Quoniam enim alienam agnam in domũ suam introduxerat, & eius pastorẽ interfecerat, qui erat in domo sua agnus, pastorem cornu petebat. Alienæ domui bellum intulit, & ex domo sua in ipsum bellum incitatum est. Non est meum *cogitatum, ipsius Dei dictum est. Vbi autẽ Deus est qui interpretatur, nemo est qui contradicat. Quod enim aduersus Dauid filius suus ideo insurrexerit, quoniam Vriam interfecit, & vxorem eius accepit, audi Deum per Prophetam Natham Dauid dicentem: Ego vnxi te regẽ super Israël, & erui te de manu Saul. Ego dedi tibi domũ domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo: dediq; tibi domum Israël & Iuda, & si parua sunt hæc, adiiciam tibi multò maiora. Quare ergo contempsisti verbum Domini, vt faceres malũ in conspectu meo? Vriam Hebræum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eũ gladio filiorũ Ammon. Quamobrem non recedet gladius de domo tua in æternum. Alienam domũ gladio diuisisti: gladium aduersus te fundam in domo tua. Ecce ego suscitabo aduersus te mala de domo tua. Non aliunde, nec foris, sed ex domo tua. Vnde est fons peccati, illinc est plaga supplicij. Quia ergo à præcepto domini fugitiuus exulq; fuerat, propterea filiũ fugiebat. Psalmus Dauid dum fugeret à facie Absalon filij sui, belliq; narratione, melior est causa belli suscepti, vt cùm iusti lapsum viderimus, caueamus, ne cadamus, & eiusmodi supplicium fugiamus. Multi enim vel in hodiernũ vsq; diem bella habent in ædibus, & hic quidem oppugnatur ab vxore, ille verò obsidetur à filio: alius autẽ à fratre, & alius domatur à famulo, & vnusquisque angitur & afflictatur, & pugnat, & bellum gerit, & bello vexatur, & nemo subducta ratione apud se cogitat: ꝙ nisi peccata seminasset, nõ in domo sua spinę & tribuli succreuissent: nisi peccatorũ scintillas occultasset, domus non cõflagraret. Quòd enim peccatorum fructus sunt mala propria, & domesticos lictores deus in peccatores elegit, testis est scriptura, qua ad faciẽdam fidẽ nihil est validius, Vxor tecũ bellum gerit, ingresso tanquam fera occurrit, linguam tãquam gladium acuit. Res quidem valde molesta ac difficilis, quòd auxiliatrix aduersaria facta est: te ipsum tamen examina nunquid in iuuentute in mulierem noui quid attentaris, & quod mulieri à te vulnus inflictum est, curetur per mulierem, & alienum vlcus propria vxor, chirurgi officio fungens medicetur: & quamuis quæ secat, ignoret, nouit tamen deus medicus. Ipse enim ea tanquam ferro aduersus te vsus est. & quemadmodum ferrum nescit quid agat, futuram autem per ferrum medelam nouit medicus: ita etiam licet ignoret vxor quæ ferit, & maritus qui feritur, causam ictus: deus tamẽ vt medicus nouit quid cõferat. Quòd autem mulier mala sit peccatorũ *pugnus, testis est sacra scriptura. Quid enim dicat? audi, Mulier mala viro peccatori dabitur. Et dabitur tãquam amarum antidotum, quòd peccatorum malos humores cõsumat. Quod autem etiam obsideri à filiis, sit peccatorũ supplicium,

βεβαίοις à similb. *λύσις quæ stionis proposita.* *Exod.20.* *Matth.19.* *Mar.10.* **progitato legerẽ, cõmentum.* *2.Reg.12.* *Ita legit Chrysost.* *ἵλαρωτατ ὰ πάντα τὰ κατ ἐμὲ σὺ, Ego dedi tibi omnia quæ erãt domini tui.* *μεταφορὰς hæc. Esa.9.& vltim.* *Roma.2.* **κόνδυλος pugn°, hiccõmodo* verti potest,colaph° vel talitũ.* *A simili.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſupplicium, teſtis eſt Dauid qui propter nefariũ coniugium à ſuo filio Abſalon bello impetitur, vt ſuperiùs oſtendimus. Quòd autem etiã fratres aduerſus fratres propter peccata bellũ geſſerunt, teſtis eſt liber ludicũ. *Iu.19.et 20* Quando enim in viatoris concubinam fornicati ſunt qui erant tribus Beniamin, illa autem cùm immenſam non tuliſſet contumeliam, mortua eſt: vndecim tribus aduerſus vnam bellum geſſerunt. & quia vndecim tribus à Deo defecerant, & fornicati fuerant in idola, vndecim tribus ab vna tribu victę ſunt, & ſæpe ab vna victæ ſemel illam vicerunt, & fratres in fratres bellũ geſſerunt, quãdoquidem deus propter peccata eorum intermediam peccati maceriam ſuſtulit. Quoniam enim vna tribus in mulierem fornicata, vndecim autem tribus in idola fornicatæ fuerant, & hi & illi à deo exterminati ſunt, ſicut ſcriptum eſt, Exterminaſti *omnẽ qui fornicatur à te. Fratres ergo aduerſus fratres propter peccata, bella geſſerunt. Si te fratres oppugnant, nõ tantùm de illis ingemiſcas, quantùm apud teipſum rationem ineas & inquiras propter quęnam peccata tui fratres, tui ſint hoſtes. Non quòd omnes propter peccata à fratribus oppugnentur. Ioſeph enim oppugnabatur à fratribus, & non omnino propter peccata, & Iob vxor inſidiabatur, & non omnino propter peccata, ſed quòd longè plures homines propter peccata habemus bella domeſtica. Nonnunquam etiam amici in inimicos cõuertuntur propter peccata, & qui olim amabant, oderunt & auerſantur, deo tale odium immittente propter eas quas nouit rationes. Ita enim in pſal. 104. ſcriptum eſt de Aegyptus, Conuertit cor eorum vt odirent populum eius. Non datum autem eſſet à deo odiũ, niſi prius male amaſſent. Quibus amicicia comparabat exitium, iis odiũ erat occaſio virtutis. Iam verò ſerua quoque & obedientia corpora ſæpe propter peccatum inſurrexere in dominum. Vide enim Adam cum nondũ peccaſſet, beſtias tanquam ſeruas & obedientes habentem & eis tanquàm ſeruis nomina imponentem: Poſtquam autem aſpectum peccato commaculauit, tũc beſtiæ eum non cognoſcebant, & quæ ſeruæ erant ei, hoſtes euaſerunt, & quemadmodum canis qui in domo eſt ei ſeruit qui eum alit, & eum timet ac reuereretur, ſed ſi eum repente viderit vultu fuligine atrato vel perſonatum, aggreditur tanquam alienum, & cogitat eum dilacerare: ita etiã Adam quandiu purum ſeruauit vultum factum ad imaginem Dei, beſtiæ ei tanquam ſeruæ parebant. Quando autem vultum fœdauit inobedientia, non agnoſcẽtes dominum, tanquam alienum eum odio habebant. Seruorum itaque inſurrectio eſt peccatorum retributio. Iuſtus Daniel, & leones agnouerunt dominum. Viderunt eum non guſtaſſe peccatum, & eum ſupplicij expertem reliquerunt. Peccauit propheta mentitus, & leo eum in via inuentum morte affecit. Erat mendaci fuligine atratus, & leo eum non cognouit. Si prophetam viciſſet vt Danielem, eũ honoraſſet, inuenit pſeudoprophetam, & tanquam alienũ inuaſit. Dominus mentitus eſt, & ſeruus negauit dominium. Et quid dico de malis domeſticis? quando ipſum etiam noſtrũ corpus, quod eſt nobis omnibus familiarius & charius, quandoque nobiſcum peccãtibus bellum gerit, per febres, & morbos, & dolores nos oppugnans, & ſeruum corpus dominam animam quę peccauit flagellat, nõ quòd hoc velit, ſed quòd hoc iubeatur facere. Huius teſtis eſt Chriſtus, qui curato dicit Paralytico, Ecce ſanus factus es, noli amplius peccare nequid deterius tibi cõtingat. Cùm ergo didicerimus fratres quòd & domeſtica, & inteſtina & ſeruilia bella, & morbi etiam corporis ſæpe fiunt per peccatum, peccatum fontem malorum reprimamus, & ſi torrentes animi perturbationum non fluunt, fluuij tamen aquarũ dei oblectant animum. Quoniam ergo Dauid mulierem, quæ erat in mariti poteſtate, tanquam alienum regnum occupauerat (Cuilibet enim viro regnũ eſt concors coniunx, & non ſic rex purpurã & diadema, vt vir vxorem diligit) propterea qui ex vxore natus ei erat filius, inſurrexit tyrannus, volens arripere regnũ patris. Vi rapuit, & vim paſſus eſt, & qui clanculũ peccauerat, de eo palã triumphus actus eſt, & qui erat occultò vulneratus, Chirurgi manũ corã omnibus paſſus eſt, propter deum qui dixerat, Tu feciſti abſconditè: ego autem *2.Reg.12.* faciam in aperto, & in conſpectu ſolis huius. Abſalonis tamen ſcelus non ei ad finem vſq; proceſſit: & meritò, ne parricidæ hoc facinus tenerent pro lege parricidij. Cùm autem tãquam lictor deſeruiiſſet, interfectus eſt, vt qui eſſet damnatus: & quemadmodum quæ ſunt in theatris beluæ, alios quidem inuadunt, ab aliis verò interficiuntur: ita etiam Abſalon Dauid aggreſſus, à Ioab *2.Reg.18.* occiſus eſt, & in alto ligno ſuſpẽſus eſt, qui aduerſus pa- *2.Reg.* trem erigebatur, & ab arbore detinebatur, qui cum radice pugnabat, & vinctus erat à ramo ramus qui erat à paterna affectione abruptus, & capite tenebatur, qui genitoris caput auferre contendebat, & tanquam fructus pendebat ab arbore, qui naturæ agricolam volebat excindere, & in corde iaculo confoſſus eſt, illic occiſus, vbi cædem parabat. Et tũc videri poterat ſpectaculum admirabile. Mulo enim equitans, ex pilorum coma à coma arboris tenebatur, & coma tenebat comã tyrannum, illic eum contundens vbi diadema paternum geſtare contendebat. Poterat ergo videri Abſalon ſuſpẽ- *Eſa.14.* ſus in medio cœli & terræ. Cœlum eum non admitte- *1.Pet.3.* bat. Si enim primum inſurrectorem eiecit diabolum, quo modo ipſum inſurrectorem ſecundum admiſiſſet? Terra eum auerſabatur, non ferens pollui paſſibus par- *Num.16.* ricidæ. Si enim Dathan deuorauit qui contra Moſen erat locutus, & os ſuũ aperuit aduerſus eum qui os improbè aperuerat: quo modo potuiſſet ferre pedes currentes aduerſus genitorem? Cùm ergo ſublimis in arbore penderet, eum aggreſſus eſt Ioab primus dux exercitus, & in cor excordis tres ſagittas infixit, illic eum *Cor, vitia vel iniquitas de* feriens vbi erat receptaculum iniquitatis, & cùm in ar- *micium.* bore ſublimis penderet, pulchrum epitaphium ei Dauid cecinit, Vidi impium ſuperexaltatum & elatum tãquam cedros libani: & tranſiui, & ecce non erat. Pſalmus Dauid, quãdo fugiebat à perſona Abſalon filij ſui. Fugiebat autem, non vt qui timeret, ſed vt qui filium caueret occidere. Etenim parcebat tanquam filio, ſed qui cum eo erant, non pepercerunt tanquã inſurrectori. Vnde Dauid, cum filius eum perſequeretur, & prop- *2.Reg.16.* ter ipſum Semei eum maledictis inſectaretur, ipſe quidem patiẽtia vſus eſt. Quoniam autem multi aduerſus eum offendebãtur, & maximè qui vnà cũ Abſalone inſurgebãt. & deinceps aduerſus eũ erigebantur tanquã cuius nulla eſſet cura ac prouidẽtia, dicentes, Deſertus eſt nunc Dauid abſq; auxilio penitus, nunc diſceſſit ab eo Deus, vt etiã aliquãdo à Saũle. Quemadmodũ enim tunc diſceſſit à Saũle, & fuit cum Dauid: ita nũc diſceſſit à Dauid, & eſt cum Abſalone: inſurgamus, inaudiamus, non eſt ei ſalus in Deo. Quoniã autem hæc dicebant, hæc ægrius ferẽs Dauid quam filij inſultus, Deum interrogat, *Domine quid multiplicati ſunt qui tribulãt me?* Circunſeptus ſum tentationibus, circundor torrentibus malorum,

Sine diſperdidiſti, ἐξαλέθρευσας. *Pſalm.72.* *Gen.30.* *Iob per totum.* *γνώμη.* *Gen.1.& 2.* *Eccle.7.* *Sapien.3.* *Confirmat ſimili.* *Gene.2.* *Daniel.6.* *3.Reg.13.* *Matth.9.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

malorum,descendit periculosius laqueus,venerunt flumina hostium,venti spirarũt,in meam domum irruperunt, volentes animã meam à te dimouere,sed fundatus supra petram fidei,non cado,sed procumbo, vt dicam,Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? Qui ex me genitus est, contra me est,sed tu es pro me. Mea mecũ viscera bellũ gerũt,meus populus. Post Absalonẽ meus contra me armatur exercitus. Oues meę lupi facti sunt,& leones agni,& canes rabie perciti,agnelli & tauri cornu petẽtes arietes, non propter meipsum afficior tristicia,sed illorum doleo exitium.

In psalmum quartum,Cum inuocarem,exaudiit me deus iusticiæ meæ.

NOn hæc dicit Propheta, vt solùm intelligamus eum fuisse exauditum: sed vt discamus quo modo ipsi quoque Deũ inuocantes,citò poterimus exaudiri, & ante finem orationis postulatum consequi. Non dixit enim, Postquam ego inuocaui,exaudiit me,sed, Cùm inuocarem. Nã ipsius quoque dei est eiusmodi promissio, dum alicubi dicit ei qui inuocat,Te adhuc loquente dicam,Ecce adsum. Non solet enim deo persuadere verborum multitudo, sed pura anima, & rectè factorum seu bonorum operũ ostensio. Eis itaque qui improbè quidẽ viuunt, verborum autem prolixitate se eum placare existimant, vide quid dicat, Quando multiplicabitis orationem,nó exaudiam vos. Si extenderitis manus,auertã oculos meos à vobis. Ante alia itaque omnia oportet eum qui precatur habere fiduciam, & postulatum omnino consequetur. Et ideo non dixit propheta,Exaudit me,sed,Iusticiam meam: suam in deum fiduciam ostendens, & quòd cum ea omnino ad eum accedit. Nec verò putet quispiam eum dũ hæc dicit se iactare & glorioſè loqui. Non enim hæc dicit se volẽs extollere, sed doctrinam quandam & admonitionem valde vtilem afferens. Ne dicat enim quispiam, ille fuit exauditus, quoniam erat Dauid, ego verò non exaudiar, quoniam sum pusillus & abiectus: ostendit quòd nec illum audit quomodocunque,nec te non audit temerè & nulla ductus ratione,sed semper res & facta exactè contemplatur. Quæ si habueris,& eorum possis vti defensione,omnino exaudieris. Quemadmodum si non habueris, nec si Dauid quidem fueris,poteris Deo persuadere: & quemadmodum auari qui studio tenentur pecuniæ,nec dignitatẽ, nec aliquid aliud respiciunt,nisi eos tantùm qui habent pecuniam,& ad eos,tanquam nihil non effecturi,accedunt: ita etiam deus, quandoquidem est amator iusticiæ, quicunque cum ea ad ipsum accesserit, nõ recedet vacuus,quemadmodum qui ea caret,& iis quæ sunt illi contraria, inquinatur: quantumuis prolixè oret & obsecret,nihilo plus efficiet, cùm non sit penes eum persuadere. Quamobrem si apud deum velis aliquid efficere,ea accepta proficiscere. Iusticiam autem ne hîc esse partem virtutis existimes,sed integrã, & vniuersam, & omnibus numeris absolutam. Ita etiam erat Iob iustus, vt qui humanam omnem haberet virtutem, non qui ab hoc quidem malo abstineret, illud verò retineret. Ita etiam nos iustam staterã esse dicimus, quæ omni ex parte æqua est: non si aurum quidem possit exæquo statuere, secus autem plumbum, sed quæ in quauis materia æquitatem exhibet, & rursus mensura, quæ est omni ex parte æqua. Ita etiam erat Iob Iustus, qui erat æquus ex omni parte. Neque enim in pecunia solum eam seruabat æquitatem, sed etiã in aliis omnibus,modum nunquam excedens. Nec possit dicere quispiam quòd in pecunia quidem diligebat æquitatem, in congressione autem & sermone cum propinquis modum excedebat,vt qui esset superbus & arrogans. Hoc enim summo studio fugiebat. Et ideo dicebat. Quòd si etiam contempsi iudicium serui mei vel ancillę: vel non sicut ego fui,fuerunt & ipsi. Et hoc ergo etiam iniusticia est, esse superbum & arrogãtem, & plura habendi cupiditatis seu auariciæ vicium. Quemadmodum enim auarum esse dicimus qui vult in ea quę sunt aliorum inuadere, nec suis est cõtentus: ita etiam superbum & arrogantem, quando plus exigit quàm quod homini debetur à proximò, quando quis seipsum quidem in omni honore collocat, alium verò habet despectui. Hoc autẽ non aliunde oritur, quàm ex iniusticia. Quòd enim hoc sit iniusticia, ex hoc considera. Et te & illum fecit Deus, & tibi omnia dedit cum illo communia & exæquo. Quo modo ergo eum expellis, & spolias honore quem Deus dedit,& ad societatẽ non admittis, sed omnia tibi tribuis,& non solũ in pecunia,sed etiam in honore eum facis pauperem? Deus dedit vnã vtrique essentiã: æquali principatu,æquali scilicet creationis honore dignitus est. Illud enim, Faciamus hominem, est commune vniuerso generi. Quo modo ergo eum exturbas à bonis paternis,ad summam humilitatem redigens, & quod est commune,tanquam tibi propriũ vendicans. Sed talis non erat beatus Propheta, & ideo audacter & liberè dicebat: Exaudiit iusticiam meam. Ita etiam Paulus seipsum adducit in medium, non se efferens, nec intumescens, sed se aliis exemplar proponẽs, quemadmodum quando dicit, Volo omnes homines esse sicut & meipsum. Ita etiam Dauid in tempore quo postulabat fortitudinem suam quę ei diuinitus obtigerat,in medium adducit,dicens,se & vrsos suffocasse, & leones superasse,non seipsum quidem sic extollens,absit,sed ea ratione procurans vt sibi fides haberetur. Et si habeo iusticiam, dicet fortasse quispiam, quid opus est oratione,cùm & res ipsa ad omnia rectè gerenda sufficiat: & qui daturus est,sciat quibúsnam opus habemus? Quoniam oratio non est paruum vinculum dilectionis in Deum,quæ cum eo colloqui nos assuefacit,& ad sapiẽtiæ studium nos deducit. Si enim qui cum magno aliquo & admirabili viro multum versatur, ex eius cõsuetudine maximum fructum accipit, quãtò magis qui cum Deo perpetuam habet consuetudinem? Sed nescimus vt opprtet quódnam sit commodum orationis, quandoquidem nec eam exactè attendimus, nec ea ex Dei legibus vtimur. Sed homines quidem aliquos alloquuturi qui sunt nobis superiores, & habitum,& incessum,& amictum,& omnia composuerimus,ita vt oportet alloquimur. Ad Deum autem accedentes, hiamus,fricamus,nos huc & illuc versamus, negligẽtes,ac socordes sumus, humi genibus flexis, per forũ oberramus. Quòd si cum ea qua par est reuerentia, & tãquam cum Deo loquuturi accederemus,tunc sciremus etiam antequam acciperemus,quæ petimus,quantum lucri faciamus. Homo enim qui cum Deo loqui didicit,vt par est, eum qui cum Deo loquitur, erit deinceps angelus, ita liberatur anima à vinculis corporis, ità ei ratio in altum tollitur, ita è terris migrans in cœlis habitat, ita de victu curam omnem abiicit, & quæ ad victum pertinent,despicit,ita apud ipsum thronum sistitur,etiamsi sit pauper,si famulus,si priuatus,si indoctus: Non quęrit enim Deus linguæ elegantiam,nec verborum compositionem, sed animæ pulchritudinem, & si illa ea quę ipsi placent loquatur, tota re effecta recedit. Vides

Auarus quis, quis item arrogans.

Iob.31.

1.Cor.7.

1.Reg.17.

Hanc ipsissimam consuetudinem habes in promptu.

Quam exorabilis Deus.

μπορεῖ.

Εἰσάκ-ουσόν μου.

Εἰσ.1.

πρόσω-πον πρὸς πρόσ-ωπον.

Adde necessitatem operum.

Ex collatione.

Communis virtus ex collatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

κατ' ἐνεργειαν. quanta facilitas. In hominibus quidē, oportet eum qui ad aliquem accedit, esse & dicēdi facultate præditum, & posse blanditiis sibi conciliare omnes assectas principis, & multa alia excogitare, vt gratus & acceptus esse possit. Hîc autem nullo alio, præterquam sola sobria & vigilanti mente opus est. Et nihil est quod prohibeat quo minus prope Deum simus. Deus enim appropinquans ego sum, & non deus procul. Quamobrem quod lōgè abest à nobis proficiscitur. Ipse enim semper propè est. Et quid dico nos non opus habere dicēdi facultate? Sæpenumero ne voce quidem opus habemus. Nā si vel in corde locutus fueris, & eum vt oportet vocaueris, vel tunc quoque facilè annuit. Ita & Mosem audiuit. Ita etiam Annam. Non adsistit miles qui expellat, non satelles, qui tempus interrumpat. Nō est qui dicat, Non est nunc tēpus accedendi, veni postea. Sed quando veneris, stat audiens, etiam si tēpore prandij, etiamsi tempore cœnæ, etiamsi nocte intempesta, etiamsi in foro, etiamsi in via, etiamsi in cubili, etiamsi intus in iudicio apud magistratum fueris, & eum vocaueris, nihil vetat quo minus tuam petitionē audiat, si ritè vocaueris. Non potes dicere. Vereor accedere & orare, adest meus inimicus. At hoc etiam impedimentum ablatum est. Neque enim inimicum tuum attendit, nec tuam interrumpit petitionem: sed semper & assiduè eum potes interpellare, & nulla adest difficultas, neq; enim opus est ianitoribus qui te introducant, non dispensatoribus, procuratoribus, custodibus, aut amicis, sed quando ipse per teipsum accesseris, tunc maximè te audiet, tunc quando neminem rogaueris. Non ita ergo eum per alios placamus orantes, sicut per nos ipsos. Cum enim nostram expectat amiciciam, omnia etiam facit, vt nos ei cōfidamus. Quando viderit nos hoc per nos ipsos facientes, tunc maximè annuit. Ita etiam facit in Chananæa, & cum Petrus quidem & Iacobus accederent, non annuit. Cum ea autem permaneret, quod petebatur dedit protinus. Et si enim visus est parum differre, non hoc fecit vt protelaretur muliercula, sed vt eam magis coronaret, & eius assiduitatem magis sibi familiarem redderet. Meditemur ergo nos quoque Deū interpellare. Discamus quo modo ea sit facienda interpellatio. Non est eundum in Musæum, non sunt consumendæ pecuniæ, nec sunt conducendi pædagogi, rhetores, & sophistæ, neque verò multum temporis consumendum est, vt hanc dicendi artem discas, sed solū voluisse sufficit, & ars perfecta euasit. Et nec pro te solùm poteris dicere in eo iudicio, sed etiam pro multis aliis. Et quisnam est scopus? quod institutum artis huius iudicialis? Modus orationis. Sobria mente, animo contrito, cum fontibus lachrymarum ad eum accedere, nihil quod ad hanc vitam pertineat petere, futura concupiscere, pro spiritalibus interpellare, inimicis non male precari, acceptam iniuriam memoria non tenere, omnes perturbationes ex animo expellere, conterentē cor ita accedere, cupiditates contrahere ac moderatum esse, mansuetudinē exercere, & linguam ad bene loquendum conuertere, cum nullo pro rebus improbis cōspirare, nihil habere commune cum communi orbis terrarum hoste, cum diabolo, inquā. In eum enim qui pro aliis cum rege loquitur & cum eius inimicis cōmunicat, externæ etiam leges animaduertūt. Et tu ergo si vis & pro te & pro aliis dicere, fac vt hac in re maximè te rectè geras, vt nihil commune habeas cum cōmuni hoste orbis terrarum. Ita enim fiet, vt sis iustus: & cum fueris iustus, audieris, vt qui talē habeas patronam. *Intribulatione dilatasti mihi.* Non dixit, Non adduxisti afflictiones, neque sustulisti tentationes, sed stare permisisti & dilatasti mihi. Quanta sit enim dei solertia & quam facilis liberandi facultas, hinc maximè ostenditur, non solum in eo quòd nō inducat afflictiones, sed etiam in eo quòd his manentibus eas nō toleratu difficiles efficiat. Hoc & dei ostendit potentiā, & qui in eas incidūt, sapientiæ reddit studiosiores, quādo & latitudo fuerit quæ afflictam animam consolatur, & afflictio non dissoluitur, quæ & negligentem astringit, & ab omni contemptu liberat. Et quo modo in afflictione, inquit, fuerit dilatatio? Quemadmodum in trium puerorum fornace, quemadmodum in lacu leonū. Non enim extinxit flammam, & tunc fecit vt ipsi essent in campo libero & aperto. Neque occidit leones, & tunc securos eos reddidit, sed & illic fornace vehemēter ardente, & his feris manentibus, iusti difficultatis molestiam non senserunt, sed tuti & securi fuere. Potest etiam aliter accipi dilatatio, vtpote quando anima à tētationibus oppressa liberatur à perturbationib⁹, & multis ęgritudinibus, tunc enim maximè libero & aperto cāpo fruitur. Multi enim, quandiu manent in rebus secundis, grauissimis ac turpissimis tenentur amoribus, qui affligunt eorum animam, pecuniarum, corporum, & eiusmodi aliorum, quæ sunt absurda & valde aliena, sed postquam in afflictionem inciderint, liberantur ab illis omnibus & in liberum & apertum campum euadunt, & quemadmodū qui febre laborant, quandiu quidem intempestiuis fruuntur voluptatibus, lauta, inquam, & referta mensa & vino mero, & huiusmodi aliis, in maiores cogūtur angustias. Sed si voluerūt paulisper seipsos affligentes sustinere, lati & liberi campi magnum fructū percipiunt, & eo quod eos angebat depositō, iucundè deinceps in pura sanitate versantur. Ita etiam in rebus & negociis vsuuenit. Nihil enim æquè relaxare consueuit, vt afflictio quæ abducit ab omnibus quę ad hanc vitam pertinent. Quo modo existimas Iudæos fuisse in afflictione, etiam quando erant res eorum secundæ? An nō hæc febricitantis animæ ægritudinēque confectæ & vexatæ, dicere: Fac nobis deos qui nos præcedēt. Moses enim hic qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid ei factum sit, Aut non illa verba animæ quæ tenetur studio sapientiæ, & à perturbationibus ad hāc vitam pertinentibus respirat, quando afflicti tam vehementer orarunt, vt ipsum dei auxilium attraxerint? Iam verò hic ipse qupque Propheta quando versabatur in remissione & quiete, quodammodo affligebatur, ab improba cupiditate in angustias coactus & laceratus. Quando autem versatus est in afflictione, scitis quo modo fuerit in remissione, & animi quiete: neque enim eū ignis attigit, sed etiam flamma vniuersa extincta est: Nihil enim æque affligit, ac si anima obsideatur à perturbationibus. Aliæ enim extrinsecus incidunt. hæ verò intus nascuntur, & hæc est maxima afflictio: Etiamsi nos vexet mūdus, nos autem ipsos non vexemus, nihil nobis fuerit molestum. In nostra potestate situm est vt vel affligamur, vel non affligamur. Vt autem discas etiam ex voce Apostolica quàm latus & liber campus oriatur ex afflictione, audi ipsum Paulum dicētem fructum afflictionis, Tribulatio autē patientiam operatur. Patientia autē probationem. Probatio verò spem. Spes autem nō confundit. Ineffabilē vidisti latitudinem. Vidisti portū lætitiæ. Patientiam, inquit, efficit afflictio. Quid enim homine fortissimo, & qui omnia facilè ferre potest, patiētius? Quid probato autē fuerit fortius? Quid autē cōferri

Hier.13. *Num.14.* *Sam.1.* *ἀοριᾶ.* *Matth.21.* *Marc.11.* *Matth.15.* *In oratione perſiſtendū.* *Scopus ſeu modus orādi.* *Sapien.8.* *Pſal.50.* *Thren.1.* *Matth.6.* *Rom.12.* *Iudith.9.* *Epheſ.4.* *Coloſſ.4.* *Tob.12.* *2.Cor.6.* *A ſimili.* *1.Cor.1.* *Dan.3.* *Cur vt in afflictione dilatandū.* *Dan.6.* *Hebræi.* *γνόφῳ.* *Exod.32.* *Rom.5.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ferri potest cum ea quæ hinc oritur, delectatione? Dicit enim nobis tres voluptates quæ hinc oriuntur, patientiam, probationem, & spem futurorum bonorũ. De his nunc Philosophans Propheta dicebat, In tribulatione dilatasti mihi. Quoniã enim dixit, Exaudiit me Deus, dicit quõnam modo exaudiit. Non in pecuniis: nihil enim petebat eiusmodi. Non vt vinceret inimicos, nam neque hęc postulabat. Sed in relaxatione quę in medio afflictionis exorta est *Miserere mei & exaudi orationem meã.*

Quid dicis? Meministi superiùs iusticię, hîc miserationis & misericordiæ. Et quam nam hæc habeant consequentiam? Pulchram, & prioribus admodum connexam. Nam etiamsi innumerabilia rectè fecerimus, à miserationibus & clementia audimur. Etiãsi ad ipsum virtutis fastigiũ peruenerimus, seruamur à misericordia. Hinc discimus quod cum iusticia, mente quoque contrita opus est. Etenim licet sit peccator, si cum humilitate orauerit, quę est pars virtutis, magna poterit efficere: & licet sit iustus, si cum arrogantia accesserit, à bonis omnibus excidet. Vtriusq; exempla nos docuerunt Publicanus & Pharisæus. Oportet itaque scire etiã modum orandi. Quo modo autẽ sit orandum, disce à Publicano. Nec te pudeat eo vti magistro, qui hac in re adeò se præclarè gessit, vt solis verbis vniuersum effecerit. Quia enim erat mens ei rectè parata, sufficit vel verbum vnum ad cœlum ei aperiendum. Quo modo autem erat parata? seipsum miserum clamabat, pectus tundebat, ne cœlum quidẽ aspicere audebat. Si tu quoque ita oraueris, vel pẽna leuiorem reddes orationem. Si enim peccator, iustus ab oratione factus est, considera cuiusmodi erit iustus, si talem orationem offerre didicerit. Et ideò ne hic quidem seipsum absolutè posuit, sed orationem suam: superiùs iusticiam, hic orationem meam. Ita etiam exauditus est Cornelius, quoniã eius patrocinio vsus est. Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ, inquit, ascenderũt coram Deo. Et meritò. Opera enim sunt quæ exaudiuntur, & rectè facta. Non absolutè autem orationes, sed orationes quæ fiunt ex lege Dei. Et quænam sunt ea? Quæ ea petunt quæ Deum dare conuenit, quæ ab ipso non postulant quæ sunt eius legibus repugnantia. Et quis est, inquit, adeò audax, vt ea velit deum facere quę repugnãt eius legibus? Qui aduersus inimicos eum rogat, hoc enim est præter legem quæ ab eo lata est. Ipse enim dixit, Dimittite debitoribꝰ vestris. Tu autem cum ipsum, qui tibi iubet condonare, aduersus inimicos inuocas? Ecquid hac amentia fuerit deteriùs? Oportet eum qui orat habere habitum, mẽtem, & sensum supplicis: cur aliam ergo personam induis, nẽpe accusationis? Quo modo enim poteris veniam tuorum peccatorum assequi, quãdo rogas vt Deus puniat peccata aliorum? Sit itaque oratio mansueta, placida, iucundo & molli vultu prædita. Talis est quæ cum lenitate, atque adeò pro ipsis etiã sit inimicis, quemadmodum contraria, ebriæ & deliranti cuipiam mulieri & instar apri efferatæ est similis. Quocirca ad cœlum ei non datur aditus. Non enim est eiusmodi ea quæ fit cũ mansuetudine: quæ habet aliquid canorum & lene dignúmque regiis auribus, suaue, concinnum ac numerosum. Quamobrem non expellitur è theatro, sed corona redimita recedit, etenim habet auream citharam, vestem auream. Qua de causa delectat etiam Iudicem & habitu, & aspectu, & voce. Propterea nullus eam exturbat à cœlestibꝰ circulis. Vniuersum enim illud theatrum incredibili lętitia afficit. Hęc est digna cœlis oratio. Hæc est lingua Angelorum, quãdo nihil acerbum, iucunda autem omnia loquitur, quando pro iis qui faciunt iniuriam, & probris persequuntur venit supplicans, tũc adstant etiam Angeli magno audientes cum silentio, & postquam cessauerit, ei applaudentes, laudantes, admirantes. Talem nos quoque afferamus orationem, & omnino exaudiemur: & quando ad Deum accedimus, id esse existimemus theatrũ, sed ex vniuerso orbe terrarum, vel potiùs ex supernis populis cœlestibus collectum: & regẽ in medio sedere qui vult nostram audire orationem, & faciamus vt res sit comparata ad demonstrationem. Nullus sit citharœdus, nullus lyricen, qui ita se exerceat scenã ingressurus, timẽs ne quid insuaue, & inconcinnum canat, vt nos ingressuri theatrum Angelorum. Plectrum autem sit nobis lingua, quæ nihil iniucundum sed numerosum & modulatum dicat, cùm ea qua pars est cogitatione, & ad Deum accedentes, & rogantes, & orantes, pro inimicis primum fides pulsemus, ita enim pro nobis quoque ipsis exaudiemur. Hæc vox Dæmones pudore afficit. Hęc dat nobis liberam loquẽdi potestatem. Hæc pudore afficit Diabolum, & facit vt secedat. Neque enim dęmon ita eum metuit, qui eum expellit & eiicit ex alio homine, vt hominem qui iram vincit, & animo imperat: nã hoc ipsum quoque est sæuus dæmon. & ij potiùs quàm qui à Dæmone vexantur, miseri dicẽdi sunt. A dæmone enim vexari, non immittit in gehennam: Irasci autem, & acceptæ iniuriæ meminisse, expellit ab ipso regno cœlorum. Si orationem ita composuerimus, poterimus nos quoque Deo fidenter dicere, Exaudi orationem meam. Quare non solùm teipsum iuuabis & promouebis tua supplicatione, sed Deum etiam audiẽtem delectabis, vt qui eius præceptis aliquid dignum petas. Quocirca etiam facilè annuet. Hoc illa adoptione dignum est, hoc illum maximè characterem ostendit, Estote, inquit, misericordes, sicut & Pater vester qui est in cœlis. Et rursus, Orate pro iis qui vobis insultant & vos iniuria afficiunt, vt sitis similes Patris vestri, qui est in cœlis. Quid ergo potest cum hac oratione conferri? Hæc non Angelis nec Archangelis, sed ipsi Regi facit similem. Qui autem regi, quantum licet, fuerit factus similis, considera quanta vtetur fiducia & loquẽdi libertate in orationibus. *Filij hominum, quousque gravi corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Ad quósnam dirigit orationem, & increpat, & subiungit consilium? Quósnam vocat filios hominum? Eos qui viuunt in improbitate, qui sunt procliues ad vicium. Quamobrem? Nos quidem non filij hominum, natura quidem hominum filij, gratia autem non ampliùs, sed Dei filij. Si ergo etiam eius imaginem quę est ex virtute conseruauerimus, erit nobis donum integrum. Eos enim qui Dei filij facti sunt per gratiam, etiam per vitæ suæ institutionem eam oportet imaginem exprimere. Quòd autem eos qui vitæ curis paulò plus dediti, & sunt ad vicium propensi, vocat filios hominum, audi, Videtes autem filij Dei filios hominum. Atqui contrarium, inquit, dixisti. Nequaquã, Dei enim filios hîc vocauit, eos qui antea ex viris bonis nati fuerant, & Dei honorem perceperant, deinde mutati erant, & euaserant deteriores, & suum honorem perdiderant. Vt enim magis amplificaret eorum reprehẽsionem, eorum honorem reuocauit in memoriam, maximũ esse crimen ostendẽs, quod cùm tales essent, & orti ex talibus, ad tãtam se præcipitassent improbitatẽ. Et rursus Deus, Ego dixi dij estis, & filij altissimi omnes. Vos autem vt homines morimini. Et cõsidera Prophetæ prudentiam. Cùm priùs ostẽdisset Dei

Matth.5. *Luc.6.* *Matth.5.* *Filij hominum.* *Ioan.1.8.* *Gen.6.* *Psalm.81.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

set Dei potentiam,facultatem,solertiam,benignitatem & clementiam,quòd in afflictione dilatat, quòd miserans annuit. Deinde mente agitans effusum in hominibus vicium,& tyrannidem impietatis, tanquam animi mœrore coactus,conuertit sermonem ad eos qui in viciis vitam degunt,propemodum dicens,Cùm talem habeatis Deum, adeò benignum, adeò clementẽ,adeò potentem, quo modo declinastis ad impietatem?Vide autem quanta etiam cum ira, lenitate: quanta Philosophia,admonitio plena sit.Quid enim dicit? Filij hominum, quousque graui corde? Hoc est eius qui grauiter inuehitur etiam ex temporis diuturnitate.Si enim Dei beneficentiam ab initio non cõsideasse scelus est: quo modo vllam veniam consequetur, qui in veritate tandiu hallucinatur?Quid est autem esse graui corde?Graues corde sunt, qui sũt crasso corde,carnales, affixi terræ, vicium persequentes, improbitatem exercentes, libidine & voluptate corrupti ac marcidi. Talis est enim homo carnalis.& vitam eorum reprehendens,ostendit fontem impietatis,significans hoc eis esse maximo impedimento quo minùs ad alta dogmata perueniãt. Nihil enim facit cor adeò graue, vt libido, & ad ea quæ ad hanc vitam pertinent affectio, & terræ affixum esse. Quod tale est,non errauerit qui cor luteum appellauerit, & ideo id graue vocauit, & id dixit esse causam malorum, quod cùm aurigæ locum teneat, non solùm equum non cohibeat, sed etiam cum ea trahente deorsum præcipitet.& cùm oporteat carnem alatam & se in altum erigentem efficere,& in cœlum sustollere,id verò cùm ægritudinum grauissimo onere pessundatur. Quando ergo vel auriga, vel gubernator talis fuerit, quænam est spes salutis? Quemadmodum quando dicit, si lux quæ in te est, tenebræ sunt, quantæ sunt tenebræ? Quando est gubernator ebrius, & fluctuũ ac ventorum imitatur incõstantiam ac perturbationem, quo modo fieri potest vt nauis seruetur? Quid ergo potest leuem animam efficere. Vita admirabilis ad nihil eorum quæ hîc sunt aspirare nec pedibus suis quicquam alligare eorum quæ deorsum & feruntur & ferunt,potest. Ex corporibus enim alia quidem deorsum ferri solent, vt lapides,& ligna,& quæ sunt eiusmodi.Alia verò sursum, vt ignis & spiritus,& alarũ natura leue quid est.Si quid ergo eorum quæ deorsum feruntur ei quod leue est alligaueris, nulla est alarum, nec spiritus vtilitas, cùm commoderationem excedat, superet, & vincat grauitas. Ita etiam siquis pedes habuerit aggrauatos,vel propter malos affluentes humores, vel propter aliquam aliam ægritudinem, nihil eum iuuerit si sit reliquũ corpus leue.Si autẽ hoc est in corporibus, multo magis in corde. Ne faciamus ergo id graue, ne quemadmodum nauigia, quæ nimium habent saburræ, demergatur. In nostra enim hoc potestate situm est. Non est enim talis natura:sed leuis natura & sursum tendẽs facta est: nos autem ipsam præter naturam grauem facimus,& ideo Propheta quoque reprehendit:Si autem naturale,nequaquam reprehendisset.Quemadmodum ergo secundum naturam nobis est ingredi, sed si aggrauata fuerint nobis genua, res fit præter naturã,cùm nos simus impediti: ita etiam in pedibus mentis, dico autem cogitationibus,vsuuenire solet. Vt quid amatis vanitatem, & quæritis mendacium? Hic & simulachra, & vitam quæ in improbitate versatur,videtur mihi dicere. Vanum enim illud dicitur,quod est inane,quando nomen quidem fuerit, res nequaquã. Ita apud Græcos nomina quidem deorum multa, res verò minimè, & in aliis similiter, nomẽ diuitiarum, res autẽ minimè, & nomen gloriæ res verò minimè, nomen potentiæ, & remanet solùm nomen. Quis est ergo adeò excors, vt quærat nomina quæ rebus destituũtur? & persequatur inania, quæ oportet fugere? An non vitæ voluptates & fœlicitates tales sunt? Non omnia mentiuntur,& decipiunt? Etiam si dixeris gloriam, etiam si diuitias,etiam si potentiam, omnia sunt vanitas. Et ideo dixit etiam Ecclesiastes: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Propterea dolore afficitur propheta, dum in vita videt tantam amentiam: perinde enim est ac si quis, cùm videat quempiam lucem fugientem, tenebras autem persequentem, ei dicit: Cur hoc facis adeò absurdum & prẽter rationem?Ita enim ipse,Cur diligitis vanitatem,& quæritis mendacium? *Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum.* Alius interpres dicit, sed scitote quoniam fecit admirabilem. Vidisti prophetæ sapientiam:Vnde nam eos adducit ad dei cognitionem? à quadam parte manifestissima & moribꝰ magis cognitis, nempe seipsum in medium adducens. Ego, inquit, seruus sum dei veri, à me ergo eius discite potentiam, virtutem, prouidentiam. Non est enim hoc paruum, quod etiam ex creaturis euadit manifestum. Propheta, quando de eius prouidentia differit, cùm ad Solem,& cœlum,& terram,& aërem feratur,& ex ordine eorum quæ videntur opificem prædicet, eam quoque tractat orationem quæ ab eius seruis, & iis quę ex eo accidunt, sumitur. Quod quidẽ etiam in Abraham vsu venit. Ei enim dicebãt, Scimus quòd à deo venis nobis rex. Vnde scitis? Ex victoria, ex triumphis,ex bellis.Hoc etiam in ludæris accidit.Miracula enim quę pro eis facta sunt, vniuersæ terræ timorem attulerunt, quod etiam tunc dixit meretrix illa Hierechũtina, Cecidit in nos timor vestrũ & tremor. Vna est ergo via ea quæ est per creaturas. Alia verò, eaq; vel manifestior, quæ est per seruos: Et hanc deus à multis retro seculis disseminauit in vnaquaq; generatione. Aegyptios itaque docuit ex Abraham, Persas rursus,ex eodem.Ismaëlitas,ex eius nepotibus,& alios innumerabiles, & per Iacob eos qui habitabãt in Mesopotamia. Vides vniuersum orbem terrarum futurũ fuisse à sanctis doctũ,si modò ipsi voluissent.Quinetiam ante eos,diluuium,linguarũ confusio, ad excitandam eorum mentem satis fuerant. Ne enim quod euenerat,tẽporis diuturnitate obliuioni traderetur,locus appellationẽ accipit:& exinde Babylõ,ex linguarum confusione dicitur, vt auditor ab ipsa appellatione deductus, ad eorũ quæ euenerũt principium deueniat, & dei virtutem intelligat. Ita etiam qui habitabant in occidente omnes omnia discebãt,cum mercatoribus Aegyptiis versantes. Quanquã alioqui in principio ne multæ quidẽ gentes erant in illa religione:sed maxima hominum frequentia ac turbę multitudo erat in partibus Oriẽtis.Etenim & Adam illinc egressus est, & genus Noë illic versabatur,& post turrim illic erant, & vt plurimum versabantur in Oriente. Sed tamen in vnaquáque generatione Deus illis doctores cõstituit, Noë,Abrahã,Isaac,Iacob,Melchisedech. Quamobrem hîc quoq; Propheta, ex iis quæ in sanctos fiunt, eos qui in improbitate ac scelere viuunt,excitat,dicens, Scitote quòd mirificauit Dominus sanctum suum.Quid est, mirificauit:fecit admirabilem,insignem,clarum,cõspicuũ,eum qui est ipsi dedicatus. Ex seruo ergo,& iis quę ipsi accidũt,domini discite potentiã. Non dixit solùm, Bonum dedit,sed admirabilẽ fecit,significans eum dedisse cum magno miraculo,& præter fidẽ & opinionẽ.

Ita

χαπασπόμυροι. — γνώμη. — μεταφορά. — Matth. 6. — A simili. — Coloss. 3. — Ex collatione. — Vanũ quid — Psal. 4. — Genes. 22. — Rabsac. — Isa. 7. — Rom. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ita etiam in Abraham factum est, Non solùm enim dedit vxorem intactam, sed eum etiam reddidit admirabilem. Vt nō solùm donum in eo cōsisteret quòd nihil graue passus sit, sed etiam in eo quòd clarus in Aegypto euaserit: Propter eius enim iusticiam factum est, vt nihil molestum illi fieret. Propter aliorum autem vtilitatem, vt admirabiliter & præter opinionem illinc rediret. Hoc in tribus pueris, hoc in leonibus accidit, hoc in cœto, & vndiquaque seruat cum miraculo, sed non quemlibet absolutè, sed sanctū. Vidisti quo modo cum Dei cognitione ad vitam quoque exactam exhortatur, docens, non solùm in Dei benignitate, sed in proprio-rum etiam sanctorū virtute, spem salutis ponere. *Dominus exaudiet me cùm clamauero ad eum.* Postquā dixit quòd eum fecerit admirabilem, non in his subsistit: sed dicit etiam aliud genus fœlicitatis. Quôdnam autē hoc est? Deum habere perpetuò adiutorem & auxiliatorem, & vbique præsentem. Non enim hoc semel facit, & bis, & ter, sed perpetuò, inquit, si ipsum inuocemus. Et vide rursus hîc etiam celeritatem. Quemadmodū enim dixit superius, Cùm inuocarem, exaudiuit Deus meus iusticiam meam: ita etiam hîc, Dum clamauero ad eum. Quo modo ergo, inquit, non audiuntur multi? Quoniam petunt inutilia. Hîc enim melius est nō fuisse exauditum. Quare etiamsi exaudiamur, nō propterea lætemur: sed & quando non exaudimur, etiam propterea deum glorificemus. Vel enim inutilia petētes non exaudimur, & eò quòd non accepimus, lucrifacimus. Vel negligenter petimus, & in dono differendo. Deus vt nos illi adsideamus, subtilem init rationem: & hoc etiā nō est exiguum lucrum. Si enim vos, inquit, nostis dare bona filiis vestris, multò magis Deus qui scit dare. Nam Paulus etiam petiuit, & non accepit. Petebat enim inutiliter: & Moses, & nec illi quidem deus annuit. Ne ergo deficiamus, quādo non exaudimur, nec tristicia afficiamur & torpeamus, sed permaneamus. Agit enim Deus omnia vtiliter. *Irascimini, & nolite peccare: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris cōpungimini.* Quod antè dixi, id etiam nunc dico. Quoniam ad Dei cognitionem eos est deducturus, liberat animum ab ægritudinibus. Scit enim vitam corruptam ac deprauatā esse impedimento, quo minus perfectionem decretorū assequamur. Quod quidem Paulus quoque innuēs dicebat. Non potui loqui vobis tanquam spiritualibus, sed tanquam carnalibus. Et rursus, Tanquam infantibus in Christo lac vobis potum dedi, non cibum. Et rursus de quo est nobis multus sermo & explicatu difficilis, quoniam estis hebetes auditu. Et Esaias, Scire vias meas cupiunt, vt populus qui iusticiam fecerit, & Dei iudicium nō reliquerit. Et Oseæ, Seminate vobis ipsis in iusticiā, illuminate lucem cognitionis. Et Christus, Omnis qui mala facit, odit lucem, & non venit ad lucem. Et rursus, Quo modo potestis credere, gloriam à vobis inuicem accipientes, & gloriam quę est à solo Deo nō quęrentes? Et rursus, Hæc dicebant parētes eius, quia timebant Iudæos, ne expellerentur à synagoga. Et rursus, Multi autem crediderunt in ipsum, & propter pharisæos non confitebantur. Et vbique videri potest vita praua ac corrupta ad perfectionem dogmatum afferre impedimentum. Quemadmodum enim lema perspicuæ oculorum pupillæ insidēs, id quod illustrat, obscurat & obtenebrat: ita enim ratio quam obsedit & occupauit vicium. Quocirca cùm id etiam sciret propheta, dicit, Irascimini, & nolite peccare. Nō tollit enim iram, est nanque vtilis, nec excindit excandescentiam. Pro-

Gen.20. Dan.3. Dan.6.

1.Cor.11. Exod.32. 1.Cor.3. 1.Cor.5. Hebr.5. τω θεῳ. Esa.58. Oseæ 10. Ioan.3. Ioan.5. Ioan.9. Ioan.12. Sapien.1. Esa.29. 1.Cor.2.

Matth.7.

deest enim aduersus eos qui faciunt iniuriam, & aduersus negligentes, sed etiam quæ iniustè mouetur, excandescentiam, quæ nulla ratione regitur. Et quemadmodum Moses cùm in sermonem de moribus incidisset, ex eo primo quæ ferebatur, legis ducit initium, dicens, Non occides: ita hîc etiam, sed hîc amplius, quò magis ei erat nota vera pietas. Ille enim euellit cædem. Hic verò iram, quæ cædis mater est, fons, & radix. Quocirca Christus etiam iram comprimens ac refrēnās dicebat, Qui irascitur fratri suo temerè, erit obnoxius in gehēnam ignis. Vidisti vbique modum, Irascimini, & nolite peccare. Qui irascitur temerè (licet enim etiam iustè irasci. Nam & Paulus Elymæ succensuit, & Petrus Saphiræ. Sed id non iram dixerim absolutè, sed philosophiam, curam, & œconomiam, Irascitur etiam pater filio, sed eius curam gerens.) Ille est qui temere irascitur, qui seipsum vlciscitur. Qui autem aliena corrigit, is est omnium mansuetissimus. Nam Deus etiam quando dicitur irasci, non seipsum vindicans irascitur, sed nos corrigēs. Eum ergo nos quoque imitemur. Ita enim se gerere, diuinum est, aliter verò humanum. Sed Deus non eò solum à nobis differt quòd iustè irascitur, sed quòd nec in Deo quidem irę est perturbatio. Nec nos ergo temerè irascamur. Ira enim in nobis ideo insita est, non vt peccemus, sed vt alios peccantes prohibeamus, non vt fiat animi perturbatio & ægritudo, sed vt sit ęgritudinum & perturbationum remedium. Cogita apud te quàm sit insignè vicium, quando medicamentum, venenum efficitur: quādo per quod aliorum vulneribus medēdum est, per id vulnera infligimus: quēadmodum si quis accepto ferro vt quæ in aliis putrefacta sunt excindat, seipsum vbique concidat, se per totū corpus saucians. Vel gubernator per clauum cymbam submergat, per quem ventorum impetentium impetum oportebat cohibere. Huiusmodi est etiam ira, vtile instrumētum, vt nostram excitet somnolentiam, vt animum nostrum intendat, virēsque & robur addat. Vt nos acriores efficiat, vt pro his indignemur qui sūt affecti iniuria. Vel ad pœnas de insidiatoribus sumendas non moueat. Ea de causa dicit, Irascimini, & nolite peccare. Quòd si hoc fieri non posset, minimè præcepisset. Quæ enim fieri non possunt, nemo præcipit. Legem itaque afferēs Apostolicam, & philosophiā Euangelicam, cum eadem dixisset quæ Christus, aliam adiicit admonitionem quæ sic dicit, Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compūgimini. Quid est quod dictum est? Videtur enim esse obscurum. Post cœnam, inquit, quando itis dormitum, quando estis decubituri, & nullo præsente multa quies & silentium, & nemine interturbante profunda tranquillitas, excita iudicium tuæ conscientiæ, ab ipso rationem exige, & quæ interdiu mala cepisti consilia, vel dolos cōstruens, vel propinquum circunueniens, vel praua desideria suscipiens, ea cùm in illius quietis tempore in mediū adduxeris, & improbis illis cogitationibus conscientiā iudicem dederis, eas fodica & dilania, & de eis pœnam sume, occide cogitationem quæ peccauit. Id enim sibi vult illud, Cōpungite, pro eo quod est, Pungite, stimute, quæ in cordibus vestris dixistis interdiu. Hoc est, mala quæ cogitastis consilia, ea in cordibus vestris, in tempore illius quietis punite, in ea animaduertite: quādo neque amicus interturbat, nec famulus irritat, nec turba negociorum vrget, tūc vitæ interdiu actæ rationem exigite. Et cur non dixit, verborum & factorum, sed malarū cogitationum? Hoc docens ex abundantia.

Ira quæ licita. Act.13. Act.5.

μεταφορά.

Elegans μεταφορά.

γνώμη.

κατανύγητε, compungite.

ἐκ περισσείας.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si enim mala ſunt caſtiganda cõſilia, vt nõ in opus exeant: multò magis pro factis & dictis oportet angi animo. Hæc fiãt ſingulis diebus, nec prius dormieris ô homo, quàm mẽte verſaueris quę à te interdiu perperam
A ſimili. acta ſunt: & die ſequẽti eris omnino tardior ad ea ipſa rurſus aggredienda. & quod facis in pecunia, nec ſinis vt duo dies prętereant, quin cum famulo rationem ineas, ne cõfuſionem inducat obliuio, hoc etiam fac in actionibus: ſingulis diebus veſperi ab anima rationẽ exige, & cogitationem quæ peccauit, condemna eam, veluti in ligno ſuſpende, & torque, & iube ne ampliùs ea aggrediatur. Vidiſti optimam medendi rationem, quo modo & præſeruatoriis & correctoriis medicamentis vſus eſt. Præcipere enim ne in peccata incidas, præſeruatorij medicamenti locum obtinet, nempe iraſcimini, & nolite peccare. Illud autem, Quę dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris cõpungite, correctorij. Poſtquã enim peccauit, adhibet rurſus medicamẽta, ab ipſo qui peccauit accepta medicina. Hac ergo vtamur medicina, quæ nihil habet omnino difficultatis. Sin autẽ non ſuſtinet anima meminiſſe peccatorũ erubeſcens
Eſa.47. & pudore ſuffuſa, dic illi, Nihil lucri facis, ſi non memi-
Mar.3. neris: ſed magnũ potius damnum accipis. Si enim non nunc apud te memineris, tunc ante omniũ oculos tua ſtatuentur peccata. Sin autem nunc ea ſupputaueris, & ab illis citò liberaberis, & in alia nõ facilè incides. Ani-
Pſal.115. ma enim heſternum verita iudicium, ne eãdem rurſus
διδαγμα. ſubeat ſententiam: ſi pungatur, & flagelletur, reddetur ad peccatum tardior, & ex ea re tantùm erit emolumẽtum. quòd ſi id vno ſolo menſe fecerimus, in perfecto virtutis habitu nos ipſos cõſtituemus. Ne tantum itaq; bonum neglexerimus. Qui hoc enim hîc iudicium ſtatuerit, acerbas illic pœnas non dabit. Si enim nos ipſos
1.Cor.11. iudicaremus, non vtique iudicaremur. A domino autẽ iudicati erudimur, inquit, ne cum mundo condemnemur. Ne ergo condemnemur, hoc faciamus. *Sacrificate ſacrificium iuſticiæ, & ſperate in domino.* Vidiſti cõſequentiã optimi conſilij. Vidiſti perfectam admonitionẽ. Poſtq̃ enim propter peccata vnumquẽque pupugit, & ad eadem rurſus aggredienda tardiores effecit, & iudicium quod non poteſt corrũpi conſtituit, & actæ vitæ rationem exegit, ita ad virtutis actionẽ deducit. Neq; enim ſufficit ſi a malis abſtineamus, ſed oportet etiã bonorũ
γνόμη. accedere actiones. Quocirca etiã progrediens admonet, dicens, Declina à malo, & fac bonum. Non ſolùm enim improbitatis actio, ſed etiam à virtute ceſſatio, vt puniamur, efficit. Nam & quia eſurientẽ non pauerũt,
Matt.25. & ſitienti potum non dederũt: & qui nudum non veſtierunt, non furati ſunt, nec auari fuerunt, nec bona aliena ceperunt: ſed quia nõ fecerunt eleemoſynã, propterea pœnę immortali dati ſunt & ſupplicio, cuius nul-
Eſa.3. lus eſt finis. Ex quo intelligimus q̃ abſtinere à malis nõ ſatis eſt nobis ad ſalutem, niſi adſit etiam bonorũ poſſeſſio & virtutis actio. Propterea ergo etiã propheta, cùm & ab improbitate per cõpunctionem abduxiſſet, & ad virtutis actionem aptiorem feciſſet, & duriciam mentis emolliiſſet, & eam per cõpunctionem, teneram reddidiſſet, incipit verba facere de iuſticia, & dicit, Sacrificate ſacrificiũ iuſticiæ & ſperate in domino. Quid eſt, ſacrificate ſacrificiũ iuſticiæ? Perſequimini iuſticiã, offerte iuſticiam, hoc eſt maximum deo donũ, hoc eſt acceptum ſacrificium. Hæc oblatio valde grata eſt, non oues & vitulos ſacrificare, ſed quæ ſunt iuſta facere. Vides eccleſiaſticæ vitæ inſtituendæ rationem multis retro ſeculis fuiſſe ante deſcriptam, & pro illis ſenſilibus ea quæri quę cadunt ſub intelligentiam *luſticiam autem hîc, ſicut antè dixi, non ſingularem aliquam dicit virtutem, ſed vniuerſam: quemadmodum etiam virũ iuſtum vocamus, qui omnem in ſe virtutem continet. Hoc ſacrificium non eget pecunia, non gladio, non altari, non igne, nõ aliò reſoluitur in fumum, cinerem & nidorem, ſed animo eius qui offert contentũ eſt. Ei nec eſt paupertas obſtaculum, nec mendicitas impedimentum, non locus, nec aliquid eiuſmodi, ſed vbicunq; fueris, id offerre poteris cum ipſe ſis & ſacerdos, & altare, & gladius, & hoſtia. Talia enim ſunt quæ ſunt intelligentia ac ſpiritalia, plurimum habent facilitatis, vt quę nulla externa operatione egeãt. Et ſperate in domino. Alius dicit, Et confidite in domino. Qui enim per iuſtam vitæ inſtitutionem deum ſibi propicium & clementem reddiderit, maximã habet opitulationem, auxilium inexpugnabile, & plurimum quod illinc dependet momentum. Vidiſti fructum ſacrificij qui eſt in foribus. Vidiſti celerrimè germinantem denſum & conſtipatum bonorum theſaurũ. Qui enim deum habet auxiliatorem, quèmnam timebit amplius? Nullum. Iam verò hoc quoque eſt non parua virtus, ipſo fretum, bono animo eſſe, & in ipſo confidere, ſed cum iuſticia: & à nobis hanc virtutem exigit, vt in eo ſperemus, vt in nulla re quæ ad hanc vitam pertinet confidamus, ſed nos ab omnibus ſeiungentes, cogitationem omnem illic defigamus. Res enim vitæ præſentis ſunt vmbris & ſomniis ſimiles, & ſunt etiam iis imbecilliores, vt quæ ſimul appareant & euolent: & interea dum adſunt, iis qui illas habent, multum turbæ ac moleſtiæ afferunt. Spes autem in Deum eſt immortalis, immutabilis, immobilis, quæ nullam ſuſcipit conuerſionem, quæ omni ex parte tutum reddit, & inexpugnabilem eum efficit qui ea cum qua pars eſt exacta cura & affectione vtitur. *Multi dicunt quis oſtẽdet nobis bona?* Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Poſtquam de moribus perfecit admonitionem, & ad Dei adduxit cognitionem, & omnem verſauit rationem quę poteſt erigere mentem eorum qui aberrarunt, & maximè ex iis qui illi ſunt dedicati, & ex eius in eos prouidentia curam eius oſtendit, ponit quandam obiectionem quæ fit ab imbecillioribus ac craſſioribus, & dicit, Multi dicunt, Quis oſtendet nobis bona? Non pauci, qui ſunt veri, probi ac ſynceri, & norunt philoſophiam, hæc dicunt, ſed confuſa & promiſcua multitudo, quæ ignorationi & ſtulticiæ affixa eſt. Quid eſt autem quod dicit? Quis oſtendet nobis bona? Sunt quidam qui dicunt, alij quidem Dei prouidentiam accuſantes, alij verò voluptatis amatores, ſocordiæ, opum, gloriæ, & potentiæ, qui etiam hæc amantes, dicunt talia, Vbi ſunt bona Dei? Ego ſum in mendicitate & morbo & calamitate & extremis malis, probris, & contumeliis: Alius autem in fœlicitate, voluptate, deliciis, potentia, gloria, & diuitiis: & alij quidem hæc bona tantùm requirunt, ea quæ verè ſunt bona prætermittentes, virtutem, inquam, & ſtudium ſapientiæ. Alij verò, vt antè dixi, Dei etiam prouidentiam ex eo criminantur. Vbi eſt dei prouidentia, cùm tanta ſit in vita cõfuſio, cùm plures in mendicitate & inopia & in extremis malis degant? Quod eſt ſignum eius curationis? Qui autem hæc dicunt, *perinde faciunt ac ſi quis meridie quærat ſolem videre, & dubitet de luce. Quod oſtendens Propheta, & quamprimùm afferẽs ſolutionem, dixit. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Non dixit, Apparuit, non dixit, Reſplenduit, ſed, Signatum eſt, ſignificans quòd

Iuſticiam ſuam.

Ex tua tantum.

quemadmo-

quemadmodum quod in fronte signatum est, est omnibus manifestum, nec fieri potest vt id aliquem lateat: nec visum luce plenum & radios potest quis ignorare, ita, inquit, nec tuam prouidentiam. Quemadmodum enim lux signata, hoc est impressa, & insculpta, est manifesta omnibus: ita etiam prouidentia tuæ benignitatis. Lucem enim hîc dicit, defensionem, curationem, auxilium, prouidentiam. Deinde cùm pronunciasset, subiungit etiam probationem. Quámnam autem? *Dedisti lætitiam in corde meo.* Postquam inconsideratam reprehendit multitudinem, ex iis qui sapiunt & sani sunt, dei probat prouidentiam, & dicit, Dedisti lætitiam in corde meo, hoc est, Docuisti me philosophari, res quæ ad hanc vitam pertinẽt aspernari, ea scire quæ sunt vera ac permanẽtia, vt bona spe ducerer effecisti, ad futuram vitam manu duxisti, ante bonorum perceptionẽ, me spe bonorum pennatum reddidisti. Si quis enim pecuniæ, vel etiam alicuius maximi regni hæres futurus, non solùm tempore perceptionis, sed etiam antequam ea experiatur, erigitur expectatione, ex spe magnam voluptatem perpetuò capiens, cogita qualem eum esse consentaneum est, qui expectat regnum viuens & immortale, & bona illa quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Propterea, inquit, dedisti lætitiam in corde meo. Quòd maximæ erat prouidentiæ, illa tũc prouidisti & præparasti. Quòd si ij qui sunt crassiores, carni, & terræ affixi, hæc non attendũt, non ex eo qui est pollicitus, sed ex illorum vecordia turba & tumultus oritur. Et non dixit simpliciter & absolutè, Dedisti lætitiam, sed, In cor meum, ostendens non esse in rebus externis lætitiã, nec in mancipiis, nec in auro, nec in argento, non in vestibus, non in lauta & opipara mensa, nec in potentiæ magnitudine, nec in domus laxitate. Hæc enim lætitia nõ est cordis, sed solùm oculorum. Multi ergo eorum qui hæc possident, vitam non esse vitalem existimant, & angoris fornacem in animo circunferunt, à curarum multitudine exhausti, & continuis timoribus oppressi. Sed mihi, inquit, non est in his lætitia, sed in corde intelligente, in mente incorporea, & ea quæ sunt incorporea cogitante. Quare si te delectant præsentia, & ex iis Dei prouidentiam cognoscis, multo magis eam discе ex futuris quò sunt illa & præstantiora, & diuturniora, & quæ auferri nõ possunt. Si quòd diuitiis affluas & prospere agas, id tibi persuadet esse Dei prouidentiã, multo magis id tibi persuadeant quæ sunt in cœlo, diuitiæ. Si autem dicas, Quare sunt hæc in spe sita, & non apparent? hoc dixerim, quòd maximè nos quidem fideles ea quæ in spe sita sunt, his quæ sunt manifesta manifestiora ducimus. Talis enim est dei certitudo. Quòd si rursus dicas, Qua de causa hîc illa non accipimus? illud dicam. Hoc est quidem tempus laborum & certaminum, illud vero coronarum & præmiorum. Quin etiam & hoc quoq; Dei est curationis effectus, labores quidem & sudores breui hac & fluxa vita circunscribere, præmia autẽ & coronas in vitam æternam extẽdere. Alioqui autem etiam quando multi erãt imbecillioris animi, sensilia quoque hæc eis bona dedit. Populum itaq; Iudaicum per eam vitæ agendæ rationem deduxit. Etenim eis affluebant diuitiæ, & ad senũ vsque vita producebatur, & omnis morbus procul aberat, & hostium internecio, & pax alta, & triumphi, & victoriæ, fœlixque bonorum liberorum multitudo & quæcunq; eiusmodi oderant, iis qui deo parebant. Postquam autem accessit Dominus noster Iesus Christus, in cœlum nos vocans, & quæ hîc sunt, despicere persuadens, illorúmque nobis amorem immittens, & ab iis quę ad hanc vitam pertinent nos seiungens, hæc meritô in angustum contracta sunt: in illis autem vniuersæ sunt sitæ diuitiæ, vt qui iam perfecti euaserimus. Nam etiam in pueris, iis quidem qui sunt adhuc paulò minores, patres præbẽt eiusmodi, calceos, vestes, aureas quasdam bracteas, & armillas. Postquam autem creuerint, illis eis ablatis, dant alia maiora, benedicendi in suggestu gloriam, in ciuitate splendorẽ, in aula imperatoria loquendi libertatem, magistratus & principatus, eos ab omni puerili ambitione abducentes. Ita etiam fecit Deus, nos à paruis illis & puerilibus abducẽs, ea quæ sunt in cœlis pollicitus est. Ne hæc ergo quæ fluunt & prætercurrunt admireris, nec sis pusilli & abiecti animi. Quanquam nec iis quidem te omnino defectũ reliquit. Quoniam enim eos qui carne tecti erant, & in corpore versabantur, ne iis quidem penitus priuatos esse oportebat, hæc quoque nobis affatim suppeditat. Et ideo propheta cũ altam illam & philosophicam prouidentiæ speciem agitasset, & dixisset, Dedisti lætitiam in corde meo, sub meo, subiungit dicens: *A fructu frumenti vini & olei sui multiplicati sunt.* Hoc autem cùm dicit, non paruam inde tangit partem eius prouidentiæ quæ cernitur in iis quæ sub aspectum cadunt. Quando enim dicit frumentum, vinum & oleum, & quæ est in his, abundantiam dicit & pluuiam, & bonam temporum temperationem, & terræ in vtero conceptionem, & pariendi nixum, & partum, & aërem diffusum, & solis cursum, & lunæ ambitus, & numerosam stellarum choream, & æstatem, & hyemem, & autumnum, & ver, & agri colendi artem, & instrumẽtorum aptitudinem, aliarúmque artium examen. Nisi hæc enim omnia concurrerint, fieri non potest vt fructus perficiantur & ad maturitatem perueniant. Quando ergo dicit frumẽtum, vinum & oleum, dat sapienti occasionem ex parte totum intelligendi, aperto mari prouidentiæ quæ apparet in sensilibus. Quocirca etiam Paulus alicubi concionans, & de eius prouidentia differens, hinc verba facere aggreditur, dicens, Qui dat pluuias, & tempora fructifera, qui implet nutrimento & lætitia corda nostra. Quoniam autem propheta fugit quæ sunt superuacanea, prætermissis aliis omnibus, fructibus, baccis, generibus plantarum, generibus seminum, generibus herbarum, pratorum, florum, hortorum, & quæcunque sunt alia: ea ponit quæ sunt cõtinentia, & ad vitam nostram necessaria, ex his illa quoque manifesta faciens. Quæ nec dat nobis solummodo, sed cum magna copia ac multitudine, & singulis annis. Quòd si ea etiam quandoque contrahit, & dat parciùs, in eo etiam rursus ostendit suam prouidentiam, multorum socordiam expergefaciens, & eos excitans ad hæc bona ab ipso petenda. Sin autem dicant aliqui non esse Dei dare pluuiã sed simulachrorum: eos interrogemus vndênam hoc constabit? Quia poëtæ, inquiunt, dixerunt Iouẽ esse qui pluit. Sed illi ipsi dixerunt eum esse & adulterum, & pediconem, & parricidam, & alia non minora his crimina illi ascribentes. Atnõ sunt, inquit, vera. Ergo nec quòd pluat. Si hoc enim admittis, illa quoque admittere necesse est. Si illa autem reiicis, & hæc quoque cum illis. Nos enim quoniam testes præbemus illius potentiæ quæcunque ab eis dicuntur, suscipimus. Necesse est ergo te admittere illum quoque esse adulterum, & ex eo discere quòd eiusmodi crimina sunt lõgè à diuina potestate remota, & qui talis est nequaquã fuerit deus, sed

Iunō multitudo domus.
Extollatio.
1.Cor.2.
Matt.17.
1.Cor.2.
Eccle.2.
Lætitia & cordis & oculorum.
Matth.6. Luc.12.
1.Tim.4.
Deut.28. Esa.1.
Matth.19. Marc.10. Luc.18.
Actor.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fabula ipſa ſibiipſi repugnat, & mendacium à ſeipſo conuincitur etiam ſi nolimus,& poëtas eiicit. Quòd illis autem electis omnia veſtra ſint peritura, clarum eſt. Ipſorum enim nomina inuenerunt illi & impoſuerũt, quod etiam ex veſtris quidam dixit philoſophis. Quòd ſi illis relictis ad allegorias confugeris, te illud interrogabo, Quid eſt Iupiter? Eſt feruens, inquit, ſubſtantia & pars quæ ſuperat aërem, & quam appellant ætherem, ex eo ꝙ ferueat & vrat. Non eſt ergo ratiocinandi nec diſcernendi poteſtate prædita, ſed expers rationis. Quòd enim natura aëris nec rationẽ habet nec ratiocinationem, cuiuis eſt apertum,& nemo eſt qui hoc neſciat,etiam ſi minus quàm lapis,ſenſus habeat. Quare iam de medio ſublatus eſt Iupiter. Si aër enim eſt Iupiter,aër autem eſt id quod iam diximus,ex eo quoque interibit fabula. Si autem eſt aër,nec fuit alicuius pater, nec aliquam peperit ſubſtantiam, cuiuſmodi confingũt Solem, quem etiam vocant Apollinem,& eum dicunt eſſe eius filium: neq; enim ſol habet rationem,nec mentem, nec cogitationem, ſed ipſum etiam eſt opus naturale,quod agitur & circunfertur lege quã ei Deus in principio poſuit. Quanquam alioqui nec pluere eſt ætheris, ſed nubium, quæ aquam ſuſcipiunt vel ex mari,vel ex aquis,quæ ab alto ſuper cœlum feruntur,vt dicunt prophetæ. Sin autem fidem non habes prophetis: ſigna aperta & manifeſta præbemus, quæ maximè oſtẽdunt eos fuiſſe à deo inſpiratos, & nihil nobis diſſeruiſſe,quod è domo ſua afferrent,ſed diuina illa gratia & ſupercœleſti afflatos. Quæcunq; enim ab eis dicta ſunt, finem ſunt aſſecuta,& omnia ad rerum veritatem euenerunt, ſeu vetera ſeu noua velimus accipere. Nam & quæ de Iudæis à Prophetis dicta ſunt, omnia finem ceperunt, quorum etiam exitus fuit omnibus manifeſtus: & quæ de Chriſto in nouo,quæ maximè oſtendunt diuinam eſſe vtranque ſcripturam: ſi autem ſunt diuina, quæ de deo in ea dicta ſunt,ea vera ſunt omnia. Ne dubita igitur de dei prouidẽtia, ſed eius curam quam gerit,admirare,quòd cùm ſint boni & mali,orbem terrarum & ſolem omnibus permittit, & omnibus dat pluuias. Quòd ſi ſinit aliquos degere in mẽdicitate & inopia,id facit vt animam illorum corrigat, ſapientiæ ſtudioſiorem animam efficiens. Sciatis enim, ſciatis apertè,quòd diuitiæ quidem iis qui non attendunt,ſunt vitiorum miniſtræ: paupertas autem,mater philoſophiæ, eàque res ipſæ indicant quotidie. Quot pauperes ſunt diuitibus prudentiores,& ſapientię amantiores,& corpore ſaniores,cum paupertas eis & carnem & animam corrigat? *In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe cõſtituiſti me.* Vide etiam aliam non paruam ſpeciem prouidentiæ, quòd pace fruantur qui ſunt Deo dedicati. Pax eſt enim iis qui legem tuam diligunt, & non eſt ipſis offendiculũ. Nihil enim æquè ſolet pacẽ facere ac Dei cognitio, & virtutis poſſeſſio, quę animi perturbationem internum bellum domo procul eiicit: nec permittit vt homo cum ſeipſo ſeditiones agitet. Sanè ſi hac pace non fruatur, etiamſi ſit extrinſecus ſumma pax, etiam ſi nullus eũ hoſtis inuadat, eſt omnium qui viuunt in terra miſerrimus. Neque enim Scythæ,nec Thraces, nec Sarmatę,nec Indi, nec Mauri,nec quæcunq; ſunt feræ gentes,tam atrox bellum gerũt,quàm improba ac nefaria cogitatio, quæ verſatur in penetralibus animi, & quæ non caſtigatur intemperans libido, & amor pecuniæ, & potentiæ vehemens deſiderium,& in res quæ ad hanc vitam pertinent, affectio. Et meritò. Illud enim eſt bellum externum,hoc verò eſt internum prœlium. Quòd autem quę intus naſcuntur,ſunt iis quę extrinſecus inuadunt,graniora,& interitum magis afferre ſolent,hoc licet videre in omnibus. Etenim & ligni naturam vermis qui eſt intus magis corrumpit: & vires & ſanitatem corporis, morbi, qui intus procreantur,plus lædũt, quàm qui extrinſecus aduenĩũt, & ciuitates non tam externi quàm interni & qui ſunt eiuſdem generis hoſtes perdunt,ita etiam animæ non tam externæ quæ in eam inuadunt machinationes, quàm quæ intus oriũtur ægritudines, perniciem afferunt. Sed ſi quis timorem Dei habẽs hoc bellum perfectè ſedauerit,& perturbationes animi cõpoſuerit,& varias illas improbarum cogitationum beluas ſuffocans non permiſerit vt in antris deliteſcant, is puriſſima & altiſſima pace fruetur. Hãc pacem Chriſtus veniens largitus eſt. Hanc etiam Paulus precatus eſt fidelibus dicens in ſingulis epiſtolis: Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro. Qui hanc enim habet pacem, non ſolùm barbarum & hoſtem, ſed ne ipſum quidem diabolum extimeſcit, ſed vniuerſam videt dæmonum phalangem, & eſt omnibus hominibus tranquillior & animo alacrior, vt qui non paupertate prematur, non morbo & mala valetudine grauetur, nõ aliquo eorum quę humanitus inopinatò accidunt,perturbetur,propterea quòd valentẽ & ſanam habeat animam, quæ hæc poteſt prœclarè & facillimè adminiſtrare ac temperare. Et vt ſciatis hoc eſſe verùm,ſit aliquis inuidus,& nemo cum eo bellum gerat, quid iuuat? Ipſe enim cum ſeipſo bellũ gerit, quouis enſe penetrantiores in ſe cogitationes acuens, in omnibus quæ videntur offendens & in ſingulis qui occurrunt hominibus ſeipſum ſaucians, in nullum beneuolo & grato animo prædituſ, ſed omnes illos tanquam hoſtes intuẽs. Quæ eſt ergo illi pacis externæ vtilitas,quãdo ille furens & rabie percitus,& cõmunis naturæ hoſtis,circuncurſat tantũ internum bellum geſtans, & mille telis ac ſagittis confodi, atq; adeò potiùs millies mortem pati optans,quam videre quempiam ex iis, qui ſunt eiuſdẽ generis, in bona eſſe exiſtimatione,aut paulò fœliciùs agere? Teneat rurſus alius pecuniæ cupiditate,innumerabilia bella,pugnas, & ſeditiones in ſua conflat anima: & tumultu ac perturbatione exagitatus, ne poteſt quidẽ paululũ reſpirare. At non is qui eſt liber ab eiuſmodi perturbationibus, hoc modo affectus eſt: ſed in tranquillo portu ſedet, ſe ſtudij ſapientiæ voluptatibus explens,& nullam eiuſmodi moleſtiam ſuſtinens. Quocirca hac quoque prouidẽtia fruens propheta dicebat, In pace in idipſum dormiã & requieſcam, innuens ꝙ ei, qui hanc nõ habet pacem, ne communis quidem omnium portus eſt apertus, ſed is quoque obſtructus eſt, nempe quietis & noctis. Huiuſmodi enim perturbationes etiã eam quæ à natura datur ſecuritatẽ profligant, alia grauiori tyrannide ſomni tyrannidem omnino deturbantes. Inuidi enim, auari,& raptores hoc bellum vndiquàque circunferentes, & intus ſedentes inimicos habẽtes, quocunque receſſerint, pugnam non poſſunt effugere. Sed etſi domi maneant,& ſi in lecto iaceant, telorum nubes,& tumultus vndis violentiores, cędes & vociferationes, querelas & eiulationes,& alia multò iis quæ inter hoſtes accidunt, graviora ſuſtinent. At nõ ſic iuſtus. Sed & vigilans delectatione fruitur, & nocturno tempore cum magna voluptate ſomnum capit. Quid eſt autem, In idipſum? In meipſum, inquit, totus coactus,& conuerſus, non in tũ. curas innumerabiles diuiſus, non quæ ſunt huius vel illius cogitans, nec in orbem terrarum ſolicitudines diſpertiens,

Plato in κρατ. & Iulius pollux. ζῆς ἀπὸ τοῦ ζέειν, *id eſt à feruendo dictus.*

Pluere nubium non ætheris. *Pſalm. 17. & 12.* *2. Pet. 1.*

Matth. 5.

Pſal. 118. σχάνδαλα λογ. γνώμη.

A

B

C

D

Ex Baſilio.

Ex Luc. 1. *Ephe. 1.*

Ex Matth. 5.

Ex Matth. 12.

Ex Matth. 6.

dispertiens,sed quæ mea sunt cogitans,& quę mihi vti- A
lia,& quæ sunt homini maximè conuenientia. Quia tu
domine singulariter in spe cõstituisti me. Quod autem
dicit,est eiusmodi. Propter spem futurorũ, & expecta-
tionem quæ est in te, omnes animi mei perturbationes
1.Corin.4. cõprehẽdi. Sicut etiã dicit Paulus. Quod est enim in præ-
sentia admodũ leue afflictionis,insigniter æternũ pon-
dus gloriæ nobis operatur, non considerantibus nobis
ypom. quæ videntur. Nulla enim res est adeò difficilis, quæ
non fiat facillima spe futuræ à deo bonæ existimationis.
propterea dicit: In spe constituisti me. Et illud,singula-
riter,non est paruæ virtus doctrinæ. Quid est autẽ sin-
gulariter? seorsum ab improbis. Hanc enim pacem, in-
quit,apud te præclarè,habui,& separatim habito,fugiẽs
homines improbos ac corruptos. Et iure ꝓfecto. Quẽ-
Confirmat si- admodum enim corpora sæpe à corrupti aëris lue infe-
milibus. cta pereunt: ita etiam anima sæpe damnum accepit ex
malorum congressione, & quemadmodum sanus ocu- B
lus, quando laborantẽ aspexerit,afficitur,& qui est scа-
bie refertus,iis etiã qui sani sunt eam impertit: ita etiam
sæpe contingit in consuetudine improborum hominũ.
Matth. 5. Et ideo etiam suasit Christus non solùm eos qui sunt
Si oculus tales fugere, sed etiam excindere, sic dicens, Si oculus
dexter tu- tuus dexter te scandalizat, erue eum & eiice à te,nõ di-
mulus. cẽs de oculo, quid enim mali fecerit oculus, si sit sanus
animus: sed de amicis necessariis, & qui sunt nobis lo-
co horum membrorum, & nos lædunt, hæc constituit,
iubens eorum etiam amiciciam contemnere, vt sua sa-
lus efficiatur tutior. Quãobrem ipse etiam rursus pro-
grediens dicit, Non sedi cum cõcilio vanitatis,& cum
Thren.3. iniquè agentibus nõ ingrediar. Quinetiam Hieremias
eum dicit beatũ,qui sedet separatim, & tollit iugum ab
adolescentia. Iam verò etiam prouerbia multa de ea re
verba faciunt, dicentia & suadentia omnibus, non so- C
lùm declinare sed etiam resilire ab iis qui mala consu-
Arcent à nunt,& nõ cum illis versari. Si enim quę sunt naturalia,
simis. sæpe mutant naturam ex mala cõsuetudine: quantò ma
gis quæ sunt arbitraria & nostræ volũtatis? Color enim
& sanitas inest nobis natura: sed ea nonnunquam cor-
rumpuntur ex alio habitu cõtrario, & rursus appetitus
ciborum,& eum sæpe perdidimus vicio ægritudinum,
multa etiam alia licet videre eiusmodi quæ accidunt.
Quòd si ea quæ sunt naturalia,mouentur,multò magis
ea quæ sunt volũtatis, quò facilius mutantur ad vtrũli-
bet. Ne parum damni afferre existimemus malorũ con-
suetudinem: sed ante omnia eos qui tales sunt vitemus,
etiamsi sint vxores,etiamsi amici,etiamsi quilibet. Nam
hoc etiã malos illos perdidit, Solomonem,inquam, &
Confirmat Sampsonem. Quinetiã totum genus Iudaicũ sic periit. D
ratione. Neque enim feræ ita pungunt vt hominũ improbitas.
Illæ enim venenum apertè præ se ferunt: hi autem in-
sensiliter & absque vllo strepitu virus quotidie immit-
tunt de animi robore quotidie paulatim detrahentes.
Quocirca etiam impudicũ aspectum Deus amolitur,di
Matth.5. cens,Qui respexerit mulierẽ ad concupiscendum eam,
iam mœchatus est in corde suo,propterea ꝙ sit facile &
procliue exitium. Tu autẽ si in ciuitate aliqua sis habi-
A similitudine. taturus,de aëre curiosè inquiris, an nõ sit salubris, non
temperatus,non siccus. De anima autẽ rationem initu-
rus, non es solicitus de eorum cõsuetudine qui cum ea
sunt congressuri: sed temerè & inconsideratè eam om-
nibus permittis? Dic tu mihi,quo modo veniã assequeris
qui eam sic negligis? Vnde nam existimas eos qui de-
serta incoluerũt, admirabiles & claros euadere? non ꝙ
strepitus & fora fugiũt, nec quòd longè à fumo qui est

in medio, se collocarent. Eos ipse quoque imitare, in
media ciuitate, solitudinẽ persequens. Quo modo au-
tem hoc erit? Si fugias improbos, & si bonos sequaris.
Ita enim maiorem percipies securitatem quàm qui in
desertis habitant, non solùm in iis fugiendis qui lædũt
sed etiam in communicando cum iis qui prosunt. Si e-
nim malos quidem fugias bonos autem sequaris, vtrin-
que & virtus augescet, & decrescet vicium. Vt hoc er-
go fiat, hæc faciamus, parentes psalmographo, qui dicit:
Tu domine singulariter in spe constituisti me.

EIVSDEM IN QVINTVM PSALMVM.

In finem pro hæreditate. Psalmus Dauid. Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum.

VIdeamus primùm quæ sit hæreditas, & si ea ad
nos quoque pertinet. Deinde tempus quo da-
tur. Est enim absurdum si deferatur quidẽ no- Collatio.
bis ex testamento hæreditas, tanquam quæ ad nos per-
tineat,de ea esse solicitos,& curiosè indagare,& scripta
inquirere, & pecuniam soluere, & ad tabulas accede-
re,& quæ in iis scripta sunt exscribere,& omnem adhi-
bere diligentiam: hîc autem productis in medium te-
stamentis, & omnibus libris apertis, esse socordem ac
negligentem idque cùm non sit sensilis hæreditas. Ac-
cedamus ergo,& aperiamus scripturas, & iis quæ scrip-
ta sunt incumbamus & videamus quibúsnam de causis
hæc nobis relicta sit hæreditas, & quæ sit natura hære-
ditatis. Non enim reliquit nobis hæreditatem purè &
absolutè,sed sub quadam conditione. Quænam autem
ea est? Qui me diligit,inquit, præcepta mea seruabit. Et Ioan.5.
rursus: Qui non tollit crucẽ suam,& sequitur me. & plu Matt.10.
ra alia,quæ in testamento scripta sunt. Discamus etiam
tempus quo eam sumus accepturi. Nõ est enim præsens,
sed futura vel potius & prẽsens,& futura. Quærite enim Lucæ 12.
regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis, tunc au-
tem perfecta & integra dabitur hæreditas. Quoniam
enim præsens vita est incerta & instabilis, & sumus ad-
huc imperfectiores: quod externi faciunt legislatores,
vt iis qui ad plenam ac perfectã ætatem peruenerint,pa
terna bona tradant,hoc etiã facit Deus. Postquã in vi-
rum perfectum, & mensurã ætatis occurrerimus, & ad
vitam ab omni interitu alienã transierimus,tunc illam
nobis tradit hæreditatem. Interea autem testatus est, &
scripturas nobis reliquit, & dixit quænam facientes as-
sequemur hæreditatem,vt ab ea non excidamus,neque
exhæredes efficiamur. Quòd si perturbetur quispiam,ꝙ
nos nondũ sumus perfecti, & suspecta ei sint quæ dicta
sunt,audiat Paulum dicentem,Quando eram paruulus 1.Corin.9.
sapiebam vt Paruulus,cogitabam vt paruulus: quando
autem factus sum vir, euacuaui, quæ erant paruuli, lo-
quendo de præsenti & futuro seculo. Et rursus, Donec Ephes.4.
occurrerimus omnes in virum perfectũ, in mensuram
ætatis. In vita enim præsenti veluti apud nutricem quã-
dam creatura hac alimur. Quando autẽ in domum do- ἐξήγημα.
mini deducemur,exuentes vestes corruptionis,& assu-
mẽtes incorruptibilitatẽ, ad aliam vitæ conditionẽ tũc
traducemur. Hoc testamentũ multos etiam exhæredes
futuros minatum est, si conditionibus in eo scriptis in-
digni fuerint. Sed videamus deinceps quænam sit hæ-
reditas. Quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit, nec in 1.Corin.2.
cor hominis ascenderunt. Quo modo ergo in præsen-
ti vita eorũ sumus vsum percepturi,quorũ vel cognitio
nostram cogitationem superat? Propterea ea illic nobis
sunt reposita. Vide autem curam eius ac prouidentiam.
Labores quidem vitæ præsenti attribuit: vt eius breui-

tate

tate vnà etiam terminaretur moleſtia, bona autem in futurum ſeculum reſeruauit, vt remunerationes extenderentur cum æternitate quæ eſt expers ſenij. Illam cõ-
Matth.6. ditionem vocat etiam regnum. Etſi enim rationem ſu-
Matt.11.25. perant, quantum tamen licet audire, ænigmaticè futura
1.Tim.6. ſignificauit, nunc quidem, vt iam dixi, regnũ vocans,
& Apoc.1. nunc autem nuptias, nunc autẽ imperium, ex ſplendidis quæ ſunt apud nos nominibus ad illa cogitanda nobis viam aperiens, æternam gloriam, ab interitu alienã beatitudinem, cùm Chriſto conuerſationem, cui nihil poteſt conferri. Quænam ſunt autem cõditiones? Quæ
Matth.7. nihil habent difficultatis. Quæ vultis, inquit, vt faciant vobis homines, ea vos etiam ipſis facite. Vides quo modo nihil alienum attulerit, ſed ea quæ natura prius conſtituerat? Quæ vis, inquit, vt propinqui tui in te faciãt, ea ipſe quoque fac. Vis laudari? lauda. Non vis aliquid tibi furto ſurripi? ne furare. Vis honorari? honora. Vis miſericordiã aſſequi? miſerere, vis amari? ama, vis non malè audire? nec tu malè dixeris. Vide autem quàm ac-
Ad virtutẽ vię duæ. curatè locutus eſt. Non dixit: Quæcunque non vultis vt faciant, nec vos facite, ſed, quæ vultis. Quoniã duæ ſunt viæ quæ ducunt ad virtutem. Vna quidem, liberatio à vicio: alia verò, virtutis actio: hanc proponit, per hanc illam etiam manifeſtans, & illam quidẽ ſignificauit cùm dixit, Quod odiſti, alij ne feceris: hãc verò,
Matth.22. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos ipſis facite. Eſt etiam alia conditio. Quænam ea eſt? Diligere proximum, ſicut ſeipſum. Quid eſſe poſſit hoc facilius? Odiſſe enim graue eſt, & turbas ac tumultus excitans. Amare autem, facile eſt & expeditum. Si enim dixiſſet, Vos cum homines ſitis, diligite beſtias, præceptũ fuiſſet difficile. Si autẽ qui homines ſunt, homines amare iuſſit, vbi & ſubſtantiæ ſimilitudo, & cognatio, & ipſius naturæ admonitio plurimum momenti afferunt ad diligendũ. quidnam habeat difficultatis? Quod fit etiã in leonibus & lupis. Nam apud illos etiam naturæ cognatio conciliat amiciciam. Quãnam ergo poterimus afferre excuſationem, qui leones quidem manſuefacimus, & in iiſdem nobiſcũ ædibus collocamus: quod eſt autem eiuſdem nobiſcũ generis non attrahimus? Non videtis q̃ multi propter hæreditatẽ ſenes venantes circumcurſant, & ſenectutis omnia mala tolerãt, cum ſint iuuenes vegetoq; ac luxuriãti corpore podagrã, & alios qui ſenectuti accidũt morbos, mucũ ac ſcreatum, quòd illis perpetuò aſſideant? Atqui illic ſunt pecuniæ, & ſpes incerta, hîc autẽ cœlum, & ante cœlum Deo fuiſſe gratum. Quæ eſt autẽ hæres? Inſcriptio enim dicit, Pro hærede Eccleſia, & eius plenitudo. De qua dicit Paulus.
2.Corin.11. Deſpondi vos vni viro virginẽ caſtam exhibere Chri-
Ioan.3. ſto. Et Ioannes, Qui habet ſpõſam, ſponſus eſt. Ac ſpon-
Collatio ſpũſi & ſpõſæ. ſus quidem poſt primos dies remittit amoris vehementiam: ſponſus autem noſter nos amat perpetuò & auget deſiderium. Quod innuens Ioãnes vocat ſpõſum, quando ſunt ſumma deſideria. Non ſolum autem propterea ſponſam vocauit: ſed etiam q̃ vult omnes vnũ eſſe corpus, & vnam animã, ratione virtutis & amoris: & quòd quemadmodum ſponſa omnia facit vt viro placeat: ita nos etiã tales eſſe oportet per totam vitam. Quẽadmodum ſponſa in illo die ſedet in cubili, id vnum tantummodo cogitans quo modo viro placeat: ita etiã nos in hac vita ſedentes, vnum ſolùm, nempe ſponſi virtutem conſideremus, & ſponſæ modeſtiã ac decorem conſer-
Pſal.44. uemus. Huius ſpõſæ Dauid quoq; meminit dicens, Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata
Epheſ.6. varietate. Vis videre eius calceos? Audi Paulum Para-

nymphũ, qui dicit, Calceati pedes in præparatione Euãgelij pacis. Vis etiam videre eius zonam, & quo modo cõpoſita eſt ex veritate. Ille ipſe te docebit. Accincti lũbos veſtros in veritate. Vis etiam videre eius pulchritu- *Epheſ.6.*
dinem? Id ab eodem quoq; diſces. Non habens maculam vel rugam. Audi etiã quid de ea dicat Eccleſiaſtes, *Cant.4.* Tota pulchra es propinqua mea, & macula nõ eſt in te. Vis etiam videre pedes? Quàm ſpecioſi pedes Euange- *Roma.10.*
lizantium pacem, inquit Paulus. Et cùm eos ſic compoſuiſſet, non venit gloriam ſuam oſtendens, ne inſigni ſua pulchritudine eam obſtupefaceret & amentem redderet, ſed venit eodem indutus indumento quo ſpõſa, nec ipſe eam ſurſum vocat, ſed ipſe ad eam accedit, ſeruans hîc quoq; ſponſi legem, quæ ſponſum ad ſponſam adducit, quod etiam dixit Moſes, Pro eo relinquet ho- *Gene.2.*
B mo patrẽ & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Et Paulus, Sacramentũ hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chri- *Epheſ.5.*
ſto & Eccleſia. Cùm ergo veniſſet in eius habitaculũ, & eam inueniſſet ſordidam, ſquallidã, nudam, ſanguine inquinatã, lauit, vnxit, abluit, id quod in nullo alio poteſt inueniri. Cũ ipſe ipſi fuiſſet indumentũ, eam ſublatam ſurſum ducit. Ei parata eſt hæreditas. Quid ergo de ipſa dicit Propheta? Multa, eſt enim eius patronus, & multa eorum quæ ei ſunt euentura prædixit & proclamauit, quemadmodũ de ſponſo, de ſponſalibus & deductione ad ſpõſum, de bonis quæ ſunt ei euentura, & hîc etiã pro ipſa loquitur, & incipiens, ſicut hi qui cauſas defendunt oratores, dicit quẽnam ſua oratione defendat, dicens ſe verba facere pro hærede. Quid autem petat hæres, audiamus, *Verba mea auribus percipe Domine.* Sponſum vocat dominũ, hoc eſt enim ſponſæ prudentis officium. Si enim hoc fit in iis qui ſunt eiuſdem ſubC ſtantiæ, & vxor maritũ vocat dominum: multò magis in Chriſto & Eccleſia, vbi eſt etiã natura Dominus. Ita ergo eum vocat dominum, nõ tantùm vt ſponſum, ſed etiam vt verè Dominum, & eum ad preces audiendas attrahit. Quoniam enim eſt ei propoſita hæreditas, hæc autẽ hæreditas non aliàs effectũ ſortitur, quã ſi quæ ſibi ſunt præcepta rectè fecerit, orat & obſecrat vt ei opẽ ferat, vt quę ſunt propoſita perficiat, & nõ excidat ab hæreditate: dicit itaque, Verba mea auribus percipe domine, & hoc dicit audacter & liberè, quoniã ea petit quæ ipſe etiam dare vult. Quemadmodũ ſiquis ea petat quæ eo qui ſit daturus indigna ſunt, non poteſt eam petere gratiam. Quãdo oratur aduerſus inimicos, quando aduerſus eos qui moleſtia aliqua affecerunt, ea non ſunt verba hominis ſed diaboli. Si iurare enim eſt ex diabo- *Matth.5.*
lo (quod enim eſt his amplius, à malo eſt) clarũ eſt quod
D etiam precari aduerſus inimicos. Si ergo dicas, Verba mea aurib° percipe, dic ea verba quæ ſunt hominis mãſueti ac humani, & qui nihil habet diabolicum. *Intellige clamorem meum.* Clamorem hîc dicit, nõ vocis intentionem, ſed mentis affectionem. Nam Moſi etiam tacenti *Clamor quid petit.*
dixit, Quid clamas ad me? Non dixit, Quid oras ad me, ſed quid ẽclamas ad me: quoniam cum vehementi affectione ad eum acceſſerat. Vt ergo ſcires q̃ hîc quoque non dicit clamorem, ſed mentis affectionem, & intenſum ſtudium, nõ dixit: Auribus percipe clamorẽ meum. Sed quid? Intellige, hoc eſt, diſce ſeu cognoſce. Etſi enim humanis verbis vſus eſt, ſed in ipſis tamen verbis humanis quod rectè repræſentatur, ſignificat. *Intende voci ſupplicationis meæ.* Dicit rurſus vocem internam. Ita *Exod.14. Samu. Iudicũ.*
etiam clamabat Anna. Et nõ dixit ſimpliciter & abſolutè, Intẽde voci orationis meæ, ſed ſupplicationis meæ. *deprecationis.*
eum enim qui orat oportet & habitum & mentem ſup-
plicis

plicis induere. Qui est enim supplex, non suscipit verba accusatoris. Qui autē inimico malè precatur, est accusator potius quam supplex. Vidisti quo modo orationē attulit, quādo eam fecit dignā quæ audiretur: ita etiam nos quādo oramus, & volumus exaudiri, eam primùm ita cōparemus, vt sit oratio & non accusatio, & latis ab eo legibus cōuenienter eam introducamus. *Rex meus & deus meus.* Quod frequēter dicit propheta, vel potius quod erat Abrahæ vt eximiū attributū, vt dicit Paulus, Hebræ. Qua de causa non erubescit Deus, Deus eorum vocari: hoc ipsa sibi assumpsit, & desiderio impulsa præclarè vsurpauit. Nō enim dixit, rex absolutè, sed rex meus, & deus meus, amorē suum indicans. Deinde affert etiam causas, propter quas vult eam exaudiri. Quænam autē Matth.6. sunt ea? *Quoniam ad te orabo domine.* Quis, inquit, deum non orat? Multi videntur quidē deum orare: sed id faciunt vt se ostentent hominibus. At nō hæc, sed ad deū B ferebatur, humanis rebus omnibus dimissis. *Manè exaudies vocē meam.* Vides vehemens studiū, & contritū animum. A principio diei, inquit, hoc ago. Audiāt qui post Διὸτ μαν. innumerabilia opera tandē veniunt ad orationem. At non ipsa, sed ab initio diei dabat deo primitias. Oportet enim, inquit, ad gratias tibi agendas solem prēueni- Sap.16.d re, & ante ortum lucis te interpellare. Tu autē in Imperatore quidē minimè patiaris eum qui est inferior ante te adorare: nunc autē sole oriente ipse dormis, & cedis primo loco creaturæ, nec omnē creaturā prēuenis quæ propter te facta est: nec ei agis gratias, sed cū surgis manus & faciem lauas, animam autē immundam negligis. Collatio. Nescis q̄ sicut corpus aqua, ita oratione mūdatur anima? laua ergo ante corpus animam, multæ illæ insident viciorum maculæ, eas expellemus per orationē. Si enim os nostrum ita munierimus, diurnæ actionis pulchrum C iecerimus fundamentū. *Mane adstabo tibi, & videbo.* Adstabo tibi, nō loco, inquit, sed factis. Qui enim est eius- Sap.7.2. modi, is propè esse potest. Vt enim prope simus, vel procul, ex eo euenit: deus enim est vbique. *Quoniā non deus volens iniquitatem tu es.* Alius interpres dicit, Et considerabo q̄ non deus volens iniquitatē tu es. *Neque habitabit iuxta te malignus.* Simulachra hîc innuit, quòd his delectarentur, & omni iniquitate, & rebus improbis. Neq; habitabit iuxta te malignus. Nō erit tibi amicus, nō erit tibi vicinus. *Neque permanebūt iniusti ante oculos tuos.* Ostēdit hîc deum odisse malos, docens eos, qui illi propinqui esse volent, seipsos tales reddere, nempe q̄ non alia ratione prope eum esse liceat. Si enim viro bono non possit esse propinquus, qui ab eo discrepet moribus: ei multo magis. Quòd enim improbi nō possint esse probis propinqui audi quid dicāt de iusto, Grauis est nobis Sapien. etiā dum videtur. Ita Ioānes vel agens in carcere, cùm D ne videretur quidē, molestus erat Herodiadi, licet tantum ab ea aberat, post mortē autem, etiam illius qui tūc erat, tyranni vexabat cōscientiam. Nemo ergo eorum qui ex virtute viuunt, se graue aliquid pati existimet, etiamsi improbi eis insidientur. Qui enim faciunt, ij patiūtur. *Odisti omnes qui operantur iniquitatē, perdes omnes qui loquūtur mendaciū.* Virum sanguinū & dolosum abominabitur dominus. Hæc dicūtur nō vt solùm audiam°, sed etiam vt doceamur hęc assiduè audientes, & sponsi moribus congruere, & ei esse propinqui. Si hæc enim non fiant, superno auxilio deficimur, quo nihil potest esse deterius. Odisti omnes qui operātur iniquitatem. Siue seruus, inquit, fuerit, siue liber, siue rex, siue quicunq; fue γνώμη. ris: Nō enim ex dignitate, sed ex virtute solet deus amicos eligere. Sed quoniā nonnulli paulò crassiores odiū A nihil esse existimant: audi quo modo etiam supplicij timorem induxerit, Perdes omnes qui loquūtur mendacium, ad id quod est in peccatoribus crassius orationē transferens. Nō enim vsq; ad odium subsistit supplicium, & si hoc quoq; sit punitio ineffabilis, sed etiā perdet omnes qui loquūtur mendaciū. Quanquā prius quoq; graue est, & gehēna deterius, sed ad eos quidē qui possunt intelligere, illud posuit, ad crassiores verò hoc quoque adiecit. Ne ergo perturberis ô homo, neque obstrepas quando videris aliquos mentientes, rapientes, in bona aliorum inuadentes, qui tamen nihil mali patiūtur: hoc enim erit omnino. Talis est enim dei natura, auersatur improbitatē, eam odit & abhorret. Loquētes autē mendaciū hîc dicit, eos qui malè viuunt, eos qui res fallaces persequūtur, eos qui libidini, gulæ, & auariciæ sunt dediti. Hæc enim omnia appellat mēdacia, seu falsa, pseudos enim vtrūque significat. *Virum sanguinum & dolosum* Ψεύδος. *abominabitur dominus.* Hominē hîc dicit qui cæde delectatur, qui insidiatur, qui est fraudulentus & versipellis, qui aliud quidē habet in ore, aliud in pectore, qui man suetudinis quidē ac comitatis personā induit, sed se fa- Ὑπουλ. ctis lupū ostendit, quo nihil posse esse deterius. Apertus enim inimicus potest facilè caueri. Qui autē maliciam quidē celat, & vtitur malicia, cùm non possit facilè deprehēdi, plurima mala facit. Quocirca Christus etiam, quando illi accesserint, sobrios & attentos nos esse iubet. Veniunt enim ad vos, inquit, in vestimētis ouium: Matth.7. intus autē sunt lupi rapaces. *Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ, introibo in domum tuam.* Quoniam ex eiusmodi hominibus collecta erat ecclesia, gētibus, magis, homicidis, præstigiatoribus, mēdacibus, impostoribus: dixerat autē, Odisti & auersaris: ostendens q̄ ipsa non ex iu- C sticia & rectè factis, sed ex illius clemētia ab illis liberata in penetralia introducta est, subiunxit, Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ, introibo in domū tuam. Ne quis enim dicat, Quo modo ergo tu, quæ hęc & illa fecisti, seruata es? dixit modū salutis, Propter magnam, inquit, clementiā, propter ineffabilem bonitatē seruata sum: sed sunt nōnulli, qui nec misericordiam quidē admittūt, immedicabili morbo affecti, cuiusmodi sunt Iudæi. Gratia enim & misericordia, & si sit gratia & misericordia, volentes tamen & gratiā habentes seruat, nō eos qui effrænata audacia repugnant, & donū non volunt suscipere, quales fuerunt Iudæi, de quibus etiam dicit Paulus, quòd ignorantes dei iusticiam, & propriam Roma.10. iusticiam quærētes statuere, iusticiæ dei nō fuere subiecti. Deinde quoniā de deo dixit, de seipso quoq; loquitur. *Adorabo ad templum sanctū tuum in timore tuo.* Vbi enim gratiam accepero, tunc, inquit, mea offeram, hoc tibi sacrificiū offeram. Adorabo ad templū sanctum tuum in D timore tuo. Non sicut, inquit, multi qui orant, fricātes, hiantes, torpescentes, sed cū timore, inquit, & tremore, Qui enim sic orat, omne vicium deponit, ad omnē virtutem deducitur, Deum sibi reddit propiciū. *Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos.* Dixit laudes, Dei dixit in malos odium, benignitatem, clemētiam. Dixit suam salutē. Dixit quo modo seruata sit. Dixit postquā seruata fuit quænam attulerit, vicia auersata est, ad virtutem deduxit: iis etiā qui malè viuūt, bonam spem dedit, si voluerint cōuerti, vt qui possint misericordiā cōsequi: conuertit sermonē ad petitionē, quę deinceps dicit, Domine deduc me in iusticia tua, per hæc docens auditorē prius hymnos ac laudes deo offerre, & pro beneficiis acceptis gratias agere, & tūc quæ vult petere, & pro iis quæ acceperit rursus agere gratias. Sed videa-

mus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus quænam ea sunt quæ petit, num aliquid eorũ quæ ad hanc vitam pertinent? num quid temporale ac momentaneũ? num quid eorum quæ præterfluũt? Num de diuitiis loquitur? nũ de gloria? num de potẽtia? num de vlciscendis inimicis? Nihil horum. Sed quid? Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos. Vides quo modo nihil petit fluxũ & caducũ, & quo modo supernũ rogat auxilium? Qui enim ea via ingrediũtur, eo maximè auxilio indigent. Iusticiam autẽ hîc dicit vniuersam virtutẽ, Et rectè dixit, Tuam iusticiã. Est enim etiam hominũ iusticia, quæ ex externis legibus pficiscitur, sed vilis, & quæ nihil habet perfectũ & absolutũ, & cõstat ex humanis cogitationibus. Ego autẽ tuam peto iusticiã quæ à te delata est, quę deducit in cœlum, & auxilium vt hanc iusticiã mihi conciliem. Rectè autẽ dixit illud, Deduc me. Præsens enim vita via est, quæ vt à manu superna deducatur, opus habet. Si enim vrbẽ ingressuri opus habemus aliquo qui viam nobis indicet, multò magis in cœlum peregrinaturi opus habemus superno auxilio, vt indicet, confirmet, & deducat. Multæ enim sunt semitæ quæ diuertũt. Propterea dexterã dei teneamus. Propter inimicos meos. Multi, inquit, cõspirarũt inimici, volentes gressus meos diuertere, & in errorem abducere, & in aliã viam ducere. Quia ergo tales sunt insidiæ, tales inuasiones, ipse me deduc. Tuo enim auxilio egeo. Nam vt in via quidẽ deducamur, eius est. Vt autẽ digni simus vt illa manu teneamur, nostræ sit diligẽtiæ. Si fueris enim immũdus, non te tenet illa manus: si fueris auarus, si aliquam aliam habens maculam.

Iustitia virtus omnis.

Dirige in conspectu tuo viam meam. Hoc est, fac mihi eam claram, apertã, notam: fac vt ea sit apud me certa & recta. Alius autẽ interpres dixit: Cõplana ante me viam tuam, hoc est, redde planã ac facilem. *Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est.* Mihi videtur hæc dicere & de iis qui in errore versantur, & os & mentẽ accusans, vt omni bono defectam, & de iis qui viuunt in scelere. *Sepulchrũ patens est guttur eorum.* Vel hominũ cæde delectari, vel mortua & malè olentia dogmata proferre hîc dicit. Non aberrauerit quispiã, si etiam eorum qui obscœna verba loquũtur, ora sepulchra appellauerit. Ille enim fœtor est sensili multò grauior, qui quidẽ ex animæ putrefactione oritur: sunt etiam auarorũ ora talia, quãdo nihil aliud proferũt quàm cędes & rapinas. Ne sit ergo os tuum sepulchrũ, sed thesaurus. Thesauri enim multũ à sepulchris differunt, quòd illa quidẽ corrumpũt quod acceperint, illi verò cõseruant. Habe ergo tu quoq; diuitias studij sapientiæ, quæ perpetuò permanent, sed non maleolentiã aliquã & putrefactionẽ. Et non dixit simpliciter & absolutè sepulchrũ, sed patens, vt etiam significet maiorem esse abominationem. Cùm enim oporteret eos huiusmodi verba celare, illi etiam proferũt, vt suum magis morbũ ostendant. Et in mortuis quidẽ corporibus contrariũ faciẽtes, terræ tradimus. Hi autẽ in his verbis faciunt cõtrarium, & quod in imo celare oporteret, proferentes, & multos offendentes, & omnibus videnda proponentes, sed eos qui tales sunt, abigamus. Si enim mortua corpora extra vrbem sepelimus, multò magis eos qui verba mortua, & qui talia proferũt, & ne tegere aut obũbrare quidẽ volunt, lõgè amãdare oportet. Huiusmodi enim ora sunt communis ciuitatis pernicies. *Linguis suis dolose agebant.* Vidisti aliud genus improbitatis. Hi quidem dolum in mente sua celant, blandis verbis vtentes. Alij autẽ adeò sunt vafri & astuti, vt in ipsis verbis improbitatẽ obtegant, fraudesq; & insidias cõstruant. *Iudica illos deus, excidant à cogitationibus suis.* Vide hîc etiam quàm sit mitis oratio. Non enim dixit, Puni, sed iudica eos, & fac cessare à vicio, fac vt sint irrita eorum cõsilia, quod etiam pro ipsis licet orare, vt nõ vltra progrediatur eorũ improbitas. *Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine.* Hoc est, Non sunt mihi curæ ea quæ mihi facta sunt: sed doleo propter ea quę tibi fecerunt. Hoc est enim in primis pij & sapientis animi suos quidem nolle vlcisci: sed dei iniurias vehementer persequi. Multi faciũt his contraria, quæ in deũ quidem facta sunt cõtemnẽtes, quæ in se autẽ peccata sunt acerrimè vindicantes. At nõ sic sancti, sed eorum quidem quæ in deum fiebant, erant acerrimi vindices, quę in se autem negligebant. *Et lætentur omnes qui sperant in te.* Vide lucrum orationis. Et illi meliores euadẽt, & desistent à viciis: & alij magna voluptate afficientur, videntes illorum mutationẽ, & ad id quod est melius cõuersionem, & alios ea ratione fieri meliores. *In æternum exultabunt, & habitabis in eis.* Hoc est maximè gaudiũ perpetuum. Alia enim graudia nihilo sunt stabiliora q̃ fluuiorũ fluenta, quæ simul ac videntur præterfluunt. Quæ est autem ex deo lætitia, manet, firmisq; hæret radicibus, & est suffi-ciens, perpetua ac stabilis, quę nullis inopinatis ac inexpectatis casibus interrũpitur, sed per ea quæ prohibent maior & sublimior redditur. Nam & Apostoli flagellis cædebãtur, & gaudebãt, & Paulus affligebatur, & exultabat. Moritur erat, & gaudij participes appellabat. Sed etsi delibor propter sacrificiũ & ministeriũ fidei vestrę, gaudeo & collætor cũ vobis omnibus. Itidẽ & vos gaudete, & mecũ collætamini. Cum iis qui ita lætãtur, deus habitat. Quamobrẽ ipse quoq; dicit, In æternũ exultabunt, & habitabis in eis. Hoc ipsum Christus etiã significans dicebat, ostendẽs eam voluptatem minimè posse cessare. Rursus videbo vos, & gaudium vestrum nemo tollit. Et rursus Paulus, Semper gaudete, assiduè oratè.

Sap. 6.

Et gloriabuntur in te qui diligunt nomen tuum. His enim solis licet maximè gloriari, his gaudere, his lætari. Nam qui de iis quæ ad hãc vitã pertinẽt gloriatur, ac sibi placet, is nihil differt ab iis qui in somno voluptate fruuntur. Quid enim mihi dic quæso, ex rebus humanis est eiusmodi, vt de eo quis possit verè ac solidè gloriari? Vires corporis? Sed vt eas validas habeamus nõ est nostri arbitrij, & ideo non est q̃ gloriemur, & alioqui flaccescũt & excidũt, & sæpe etiã lædunt eum qui est iis præditus, si iis non vt oportet, vtatur. Hoc etiã videri potest & in pulchritudine, & in diuitiis, & in potẽtia, & voluptate, & omnibus quæ ad hanc vitam pertinent. In deo autẽ gloriari & in amore in ipsum, est ornatus omniũ maximus, & splendor qui innumerabilia superat diademata, etiãsi sit captiuus, & in vincula coniectus qui gloriatur. Hic ornatus, non morbo, non senio, non rerũ vicissitudine, non temporũ varietate, non ipsa deniq; morte interrumpitur: sed tunc etiã magis resplendet. *Quoniam tu benedices iusto.* Quoniã multi ex iis qui ita affecti sunt probris ac maledictis ab hominibus appetũtur, ac irridentur, & maximè qui virtutẽ persequuntur: ne quis ex crassioribus propterea animũ abiiciat, vide quo modo eius mentem fulcit, & sustentat, dicens, Quoniam tu benedices iusto. Quid enim dãni accipit si homines cõtemnant, & vniuersus orbis terrarũ, quando dominus angelorũ eum laudat & prædicat? quemadmodũ si ipse non benedicat: etsi omnes laudent qui terram & mare habitãt, ei nihil prodest. Hoc ergo omni ratione consideremus, vt ipse nos prædicet, ipse nos coronet. Quòd si fiat, sumus omnibus excelsiores, etiãsi in paupertate, etiamsi

etiamsi in morbo,etiamsi in extremis malis simus. Nam etiam beatus Iob,& in sterquilinio sedens,& vulnerum sanie exulceratus,& innumerabilibus scatens vermium fontibus,& illa indignissima patiens, vt qui à seruis cõspueretur: eiq; ab amicis & inimicis,& ab vxore insidiæ tenderentur,& ad inopiam,famem,& immedicabilem ægritudinem illam esset redactus, erat omnium beatissimus, quoniã deus ei benedicebat,dicens, Homo à reprehensione alienus, iustus,verus,pius, ab omni re mala abstinens. *Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Rursus desiit in gratiarũ actione, quibus gratiæ aguntur,hymnos offerens. Quod est autẽ scutum bonæ voluntatis? scutum optimũ, arma quæ sunt ex dei sententia,arma optima ac pulcherrima. Quod autẽ dicit,tale est,nos optimo auxilio muniisti. Alius autem interpres, qui dicit, Coronabis ipsum, de iusto dixit, vt doceret, Coronabis ipsum iustum, hoc est, Bona tua volũtas est illi pro armis,iisq; præstantissimis: vel illud,Optimo auxilio iustum munis,& neq; eius pulchritudo priuata est securitate, neq; eius securitas gloria deficitur. Quid enim fortius, quid rursus formosius eo viro qui à superna dextra munitur? Hæc corona etiam ex misericordia contexitur,quemadmodũ ipse Dauid dicit alibi, Qui te coronat in misericordia & in miserationibus. Hæc etiã ex iusticia,quẽadmodũ dicit Paulus, De cętero mihi est reposita iusticiæ corona. Est etiã corona gratiæ,sicut dicit alius, Corona autẽ gratiarum defendet te. Iam verò est etiam corona gloriæ, sicut dicit Esaias, Erit corona spei,ex gloria cõtexta. Corona enim habet hæc omnia, benignitatẽ,iusticiam,gratiã,gloriam,decorẽ. Est enim dei donum,quod variã producit gratiam. Est etiam incorruptionis, quemadmodũ dicit Paulus: Illi quidẽ vt corruptibilem coronam accipiant, nos autẽ immortalem. Hoc est ergo quod hîc dicit, securitate & gloria nos coronasti. Talia sunt enim dei dona,valida,& decore plena. Tales sunt coronæ. At in hominibus nõ ita est. Sed quid est quidem in gloria,nõ est omnino securus. Quid est autẽ in securitate,non est omnino in gloria,nec hęc facilẽ euenerint. Quòd si etiã euenerint,celeriter auferũtur. Dico verbi gratia, Qui sunt potentes, & summos gerunt magistratus: sunt quidẽ splendidi & illustres, sed non sunt securi,immò vel eo maximè nomine in lubrico & periculoso loco versantur, propter gloriæ magnitudinem. Qui autem sunt abiecti & viles, sunt quidẽ securi, eo q̃ non cognoscantur, sed eo ipso sunt vel maximè inglorij q̃ sint in securitate. In deo autem nõ ita est: sed vtraq; insigniter concurrunt. Considerantes itaq; bonorum magnitudinem,& ante omnia sit bonum deo esse gratũ,quod est & arma,& gloria, & securitas,& alia innumerabilia. Ad certamẽ nobis propositum curramus cum tolerantia,nec vnquam animo deficiamus,nec vnquam videamur inermes. Hoc enim belli genus nõ patitur, vt miles videatur sine armis: sed tunc demũ dimittitur apparatus, quando fuerit theatrum dissolutũ: soluitur autem theatrum,quãdo anima soluitur à corpore. Quare quandiu hîc sumus pugnare necesse est,& domi sedentes,& in forũ euntes, & prandentes,& ægrotos & sanos. Morbi enim tempore,huius maximè pugnæ tẽpus est, quando dolores vndiq; conturbant animam,quãdo tristiciæ obsident,quãdo adest diabolus incitans,vt acerbũ aliquod verbum dicamus. Tunc maximè nos muniri oportet, tegi lorica, clypeo, galea, & armis cæteris, & perpetuò deo gratias agere. Hæc sunt grauissima quæ in diabolum torquentur tela, hic est ictus in dæmonẽ certissimus, tunc sunt coronæ splendidissimæ. Nam etiam beatũ Iob (*Nihil* enim vetat quò minus ad eum rursus cõfugiamus) hoc maximè clarum reddidit, hoc maximis laudibus affecit, hoc coronauit, quòd tempore tentationis morbi, & paupertatis immutabili animo apparuerit, & mente immobilis, quibus gratias ageret, deo verba obtulit, & spirituale illud sacrificium. Erant enim sacrificiũ verba eius quæ dixit, Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictũ in secula. Quod quidem nos quoque semper faciamus, in tentationibus, in calamitatibus, in insidiis, Deum gloria & honore afficientes, & perpetuò benedicentes. Quoniam ei gloria in secula seculorum. Amen.

Iob 1.

Scutum.

Psal.102. 2.Timo.4. Eccle.31. Esa.28. iuxta 70. interpr.

1.Cor.9.

Iob 1:

IN PSALMVM VI.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Quando furorem & iram audieris, nihil humanũ suspiceris. Sũt enim verba quibus se accõmodat, & ad captum nostrũ demittit. Deus enim ab his omnibus liber est. Ita autem loquitur vt in crassiorum cadat intelligentiam. Nam nos quoq; quãdo loquimur cum barbaris,illorum lingua vtimur: & si cum puero loquimur, vnà cũ eo balbutimus: & vt millies docti simus,ad humilitatẽ illius nos demittimus. Et quid mirũ si hoc *in* verbis facimus, quãdo id etiã *in* rebus fit à nobis? Vt qui & manus mordeamus,& iram simulemus,vt infantẽ corrigamus. Ita etiam deus volens reprehẽdere, talibus verbis vsus est. Non enim pro sua dignitate loqui studuit,sed pro auditorũ vtilitate. Nam se non esse iræ obnoxium alicubi rursus ostendens, dicebat: Nunquid me ad iram prouocant, non autẽ seipsos? Tu autem quo modo velles ipsum differere cũ ludæis,cùm neque irascitur,nec odio habeat malos? Odiũ enim est animi perturbatio,nec humana respicit. Videre enim ex corpore sumptum est,neque audit: nam hoc quoq; est ex carne,sed si ei attributæ nõ essent: quæ sunt hominibus propriæ affectiones, ex hoc malum aliud dogma inductũ esset, nempe nõ regi omnia à dei prouidentia,& dum talia de deo audire recusarent, multi ex iis qui tunc erant omnino deum esse ignorassent: eo autem ignorato,omnia periissent. Illo autem humanarum,inquam,affectionum deo attributarum, dogmate introducto, eius celeriter fieri poterat correctio. Cui enim persuasum est deum esse,etsi nõ habeat eam quam par est de deo sententiam,sed quid de eo crassius suspicatur: tempore quidẽ certè ei persuadebitur nihil tale in deũ cadere. Qui autẽ habet persuasum eius nullam esse prouidentiam, nec vllam eorũ quæ sunt curam gerere, immò ne esse quidem, quid eum iuuerit si tractetur de dei impatibilitate. Illa ipsa de causa,cùm prius cũ illis diseruisset, postquã eis persuasit vt eum esse opinarẽtur,paulatim eos rursus expurgat,ad hoc dogma euehens, de eo loquẽs sublimius, & eum esse ab affectione remotũ oratione pertractans. Dicit enim,Non esuriet, neque laborabit: & qui eum irasci dixerat, idem rursus ostendens deum esse impatibilem,subiungit, Nunquid me ad iram prouocant,non autẽ seipsos? & qui dixerat eum esse in templo,rursus dicit,Non est homo in te sanctus,& nõ ingrediar in ciuitatem,hoc est,loco non cõtineor. Quòd si nõ omnibus cõceditur,at prudentiori quidem certè reliquit cogitandũ, quòd qui à tyrãnicis liber est affectionibus,& sine quibus nõ licet viuere, ab aliis multò magis liber est. Dicit itaque,Num eris vt homines dormiens? & vbiq; tractat ac loquitur de impatibilitate. Quare hîc quoque quando furorem aut excandescentiam audieris,ne putes esse affectionem. Si enim homines

συμπάθειας.

Odium.

Esa.40. Hierm.7. Osee 11. iuxta 70. interpr.

Heb.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines qui ſapientiæ ſtudium meditãtur, quoad eius A
fieri poteſt, ab ira alieni permanent: multò magis illa
1.Time.6. ſubſtantia, quæ eſt ab interitu & corruptione libera, &
quæ nec dici nec cõprehendi poteſt. Non vides quòd
A ſimili. etiam medici dum ſecant, vel vrunt, non ira adducti id
faciunt: ſed vt quod male affectum eſt corrigant ſcopũ
ſibi proponentes, non iraſcentes ægrotis, ſed eorum mi-
ſerentes, & à morbis liberantes. Quando ergo dicit, Ne
in furore tuo arguas me: hoc dicit, Ne pœnas ſumas de
meis peccatis, nec mea delicta perſequaris. *Miſerere mei*
domine, quoniam infirmus ſum. Hac voce omnes egemus,
etiamſi innumerabilia rectè & ex virtute fecerimus, &
vel ad ſummam peruenerimus iuſticiam. Quocirca ip-
Pſal.142. ſe etiam procedens rurſus dicit, Non iuſtificabitur in
Pſal.139. conſpectu tuo omnis viuens. & illud, Si iniquitates ob-
1.Corin.4. ſeruaueris, quis ſuſtinebit? & Paulus, Nihil mihi cõſcius B
Prou.20. ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Et alius, Quis glo-
riabitur purum habere cor, vel quis aſſeret ſe eſſe mun-
dum à ſorde? Omnes ergo egemus miſericordia: ſed nõ
omnes digni ſumus miſericordiam aſſequi. Nam etſi ſit
miſericordia, dignum tamen requirit, quemadmodum
Exod.33. ipſe dicebat Moſi, Miſerebor cuius miſerebor, & miſe-
rabor quem miſerabor. Qui ergo fecit aliquid propter
quod ſit dignus miſericordiam aſſequi, dicit, Miſerere
mei. Qui autẽ ab illius gratiæ aſſecutione ſe deturbauit,
fruſtra dicit, Miſerere. Si enim eſſet peruentura ad om-
nes miſericordia, nemo ſupplicio afficeretur. Quanquã
habet ipſa quoq; aliquod iudiciũ, & eum qui dignus &
aptus eſt vt ea fruatur, requirit. Multi ergo ſæpe eadem
peccata admiſerũt, & non eaſdẽ tamen pœnas dederũt,
vt qui aliàs haberent culpas quæ ea præceſſerãt: & ſi vul
Pſal.13. tis, in hac nunc immoremur oratione. Peccarunt Iudæi
Roma.3. omnes, & fuerũt idololatræ, ſed nõ omnes eaſdem pœ- C
nas dedere, ſed alij quidẽ ceciderunt, alij verò veniam
ſunt aſſecuti. In peccatis enim nõ quæritur ſolùm natu-
ra eius quod factũ eſt: ſed etiam animus, & tẽpus, & cau-
ſa: & poſt peccatum, ſi hi quidẽ perſeuerarũt, illos verò
pœnituit, & ſi caſu, ſi ex amore, & ſi dedita opera. Et
multa ſunt quæ quærũtur, & tẽporis differẽtia, & ſtatus
reipublicæ. Vt exẽpli gratia. Peccarũt qui erant ſub ve-
teri, peccant etiam qui ſunt ſub nouo: ſed nõ dederunt
vtriq; eaſdem pœnas, immò hi grauiores. Et hoc Paulus
Hebr.10. ſignificans dicebat, Qui legẽ moſis fecit irritã, ſub duo-
bus vel tribus teſtibus moritur. Quãtò putatis, deterio-
ri ſupplicio dignus habebitur, qui filiũ dei conculcaue-
rit, & ſanguinem teſtamenti cõmunem exiſtimauerit?
Quando autẽ dicit, quantò, intenſum oſtendit ſuppli-
cium. Peccarũt qui legem præceſſerunt, & qui erant in
lege. Rurſus priores pœnas leuiores luerunt. Hoc autẽ
ſignificans, dicebat, Quicũque enim ſine lege peccaue- D
Roma.2. rũt, ſine lege & peribũt. Illud, ſine lege, ſignificat leuius,
non grauius. Et, Quicũque in lege peccarũt, per legem
iudicabũtur. Quare? Quoniã illi quidẽ habent quæ eos
accuſat, naturam. Hi verò cũ natura etiã legem, & quò
plus doctrinæ acceperunt, eò maius ſubibunt ſuppliciũ.
Rurſus etiã ex authoritate licet hoc videre euenire. Idq;
perſpici poteſt ex ſacrificio. Pro vniuerſo certè qui pec-
carat populo tantũ offerebatur ſacrificiũ, quantum pro
Leui.4. ſolo ſacerdote. Id autẽ ſignificat q̃ quò maior eſt autho
ritas, eò eſt grauius eorũ qui peccant, ſupplicium. Ea de
re quæ ſimpliciter quidẽ fornicabatur, de medio tolle-
batur. Sacerdotis autem filia comburebatur. Poſſumus
etiam aliunde videre & veniam, & grauitatem augeri
ſupplicij, vt cum quiſque peccauit, hic pœnas dederit,
alius autẽ ſe voluptate expleuerit. Ille enim illic maio-
res: hic verò minores pœnas dabit, ſi nõ hic fuerit om-
nino abſolutus. Et id ſignificãs Chriſtus, inducit Abra- Luc.16.
hã dicentẽ diuiti: Recepiſti bona tua, hic verò mala, &
nunc hic cõſolationẽ accipit, tu verò cruciaris. Sed hic
quidem ſibi integrũ reſeruauit ſuppliciũ, & ideo grauiter
fuit punitus, alij autem nõ integrum, ſed ex parte, &
ideo leuius puniũtur. Viderit etiã quiſpiã ſupplicij dif-
ferẽtiam ex magna intelligentia & ex ſimplicitate, vt
quando dicit, Seruus qui nouit voluntatẽ domini ſui, Luc.12.
& nõ fecit, vapulabit multis. Qui autem non nouit, nec
fecit, vapulabit paucis. Multa etiam alia inuenerit quiſ-
piam quæ faciũt differentiam punitionis, & differentiã
miſericordiæ & benignitatis. Cõſidera autem id etiam Gene.3.
in eo qui primus homo fictus eſt. Peccauit Eua, peccauit
etiam Adam. Vnum autem erat peccatum. Ambo enim
de fructu comederunt. Ambo autem nõ eaſdem pœnas
dederunt. Occidit Cain, & occidit Lamech, & hic qui- Gene.4.
dem miſericordiam eſt aſſecutus, ille verò punitus eſt.
Collegit quiſpiã ligna ſabbato, & nullam veniam eſt aſ Numer.15.
ſecutus. Dauid occidit, & adulterium cõmiſit: & ſalutẽ 2.Reg.12.
eſt conſecutus. In his ergo quærendis immoremur, mul
tò eſt enim melius hæc inquirere, quàm nugas & con-
uentus qui fiunt in foris attendere. Non ſolùm enim
hæc inueniſſe ſed etiã quærere, magnũ eſt lucrum, etſi
non inuenerimus. Cogemur enim in his immorari, &
vniuerſum tempus in his conſumere. Cur ergo (opor-
tet enim ad prius inſtitutã redire orationem) cùm om- Exod.32.
nes Iudæi vitulum conflaſſent, alij quidem puniti ſunt:
alij verò minimè? Quòd illi quidem pœnitentia ducti
ſunt & ipſam naturã ignorarunt propter ſimplicitatem:
Illi verè perſeuerarunt. Quare fuit quidẽ peccatum æ-
quale: ſed quæ cõſecuta ſunt, non fuere æqualia. Quare
autem & in Adam & in Eua non fuit idem ſupplicium,
& ſi fuerit idem peccatum? Quòd nõ idem eſt à muliere
deceptũ eſſe & à ſerpente. Itaq; Paulus illud appella- 1.Time.2.
uit deceptionẽ, dicens, Adam nõ fuit deceptus. Mulier
autem decepta fuit in tranſgreſſione. Cur autem is qui
ligna collegerat, non eſt aſſecutus veniam? Quoniam Numer.15.
erat maximè iniquitatis præceptũ ſtatim ab initio tranſ
gredi: & oportebat aliis magnũ timorem immitti. Hoc Actu.
etiam in Saphira Anania accidit. Et nos itaque quando
peccamus, conſideremus, an ſimus digni miſericordia,
ſi quid fecimus vt miſericordiã aſſequamur, ſi pœniten
tia ducti ſumus, ſi meliores euaſimus, ſi deſtitimus. Nam
qui dum pœnitentia ductus eſt ſalutem eſt aſſecutus, eo
ipſo ſeruatus eſt à dei miſericordia. Ita ergo hic etiam
vult ex eo ſeruari, ex lachrymis, ex lamentationibus ac
planctibus. Lauabo enim, inquit, per ſingulas noctes le-
ctum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Id
eſt, ex compunctione conturbata ſunt oſſa mea, & ani-
ma mea turbata eſt valde. Non hoc ſtatim dicit, ſed ad
naturæ ad labendũ procliuitatem confugit, dicens: Mi-
ſerere mei domine, quoniam infirmus ſum. Ita dicit
oſtendens hoc non ſolùm ſufficere, ſi enim ſufficeret,
omnes ex eo ſeruati eſſent, omnes enim ſumus homi-
nes. Mihi autem, ſi de eo aliquid exactius dicendũ eſt,
fortaſſe ne hoc quidẽ videtur dicere, ſed ſignificat im-
becillitatem quæ proficiſcitur ex tentationibus, ad mi-
ſericordiam aſſequendam & clementiam, hanc quoq;
non paruam rationẽ afferens. Hoc quidem certè etiam
in progreſſu ſignificauit, dicens, Inueteraui inter om-
nes inimicos meos. Afflictio enim quæ offertur cum
gratiarum actione ſolet magnam præbere anſam mi-
ſericordię & deum reddere propicium. Hanc ergo mi-
hi etiam videtur ſignificare, dicens, *Sana me domine quo-*
niam

nam cõturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde. Nõ dixit, Remitte mihi, neque cõdona mihi, sed sana. Rogat enim vt priora deleantur vulnera. Ossa autem hîc dicit vniuersam virtutem. Turbationem autem, ictum, pœnam, supplicium. Sana me domine quoniam cõturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde. Quẽadmodũ ergo in medicis tria sunt, vel potius quatuor, vel etiam quinque, medicus, ars, ægrotus, morbus, vis medicamentorũ, & existit quædam pugna ac cõflictus. Si enim cum medico, arte, & medicamentis accedit etiam voluntas ægroti, morbum vincũt. Si autem cum illis stare in acie desierit, ad infirmitatem seipsum reducit: cui seipsum tradidisset, etiamsi non cum illa aduersus arcem stetisset in acie. Ita etiam in nobis accidit, immò potius nõ sic, sed multo admirabilius. Sub medicis enim, sæpe etiam cum morbo, & cum arte, & cum medicamentis stat ægrotus, & tamen nihil prodest, cùm & natura imbecilla facta sit, & ars hæsitauerit, nec exitum inuenerit & vis medicamentorũ aliquo casu effugerit. In deo autem hoc nõ est, sed si cum medico steteris, vlcus omnino curandũ est. Non est enim ars humana, vt dubitet: sed diuina facultas, quæ & naturas, & morbos, & improbitatẽ, & omne deniq; vicium superat. Et ideo hîc quoq; cùm ad deum, tanquam ad medicum accessisset, dicebat, Sana me domine, quoniã conturbata sunt ossa mea. Nonnulli autẽ dicunt eum hîc dicere cõturbationem, illam quæ fit ex peccato. Quemadmodum enim quando venti vehementes mari incubuerint, omnia turbãt, & quæ est in profundo arena sursum fertur, & qui nauigant in magno versantur periculo: ita etiam in nobis turbatur anima, mouetur corpus: omnia complentur tẽpestate: & plena est nobis deinceps cymba tumultus ac perturbationis, & densæ tenebræ, & pereunt omnia propriis locis relictis, & est maxima confusio. Hoc maximè & in libidinosis solet cupiditatibus euenire, hoc etiã in ira & in calamitatibus. Hæc enim omnia cõturbant & ossa & animam, & pupillæ inuertũtur: & nec oculi quidẽ ritè intuentur, sed quemadmodum perturbato auriga, equi insolenter feruntur: ita etiam cõturbata ratione omnia cõfunduntur: omnia inuertũtur, & propriũ locum amittunt. Quo modo autem hæc fiat perturbatio, dicere etiã necesse est. Non enim quẽadmodũ in mari ex ventorũ impetu, ita etiam in anima ex inopinato casu, sed ex nostra socordia euenit. Nam vt vel fiat, vel nõ fiat, ipsi in causa sumus. Vt, verbi gratia, excitata cupiditate, nisi tu flammam accenderis, fornax nõ excitatur: nisi materiæ dederis alimentum. non accenditur autem fornax, nisi de speciosis vultibus curiosè inuestigaris, nisi de aliena pulchritudine fueris nimium solicitus, nisi in theatra iniquitatis ascẽderis. Nisi enim carnem deliciis ac lauticiis pinguefeceris, nisi vino rationẽ obrueris, flamma non excitatur, fornax non accenditur, non euadit belua ferocior, non tanquam à ventis immanibus excinditur cogitationis puritas. Hæc ergo, inquit, sufficiũt? Non sufficiunt hæc sola, sed oportet etiã alia accedere, orationes assiduas, sanctorũ consuetudinem, ieiunium commoderatum, victum tenuem, necessaria exercitia, ante alia autem omnia, Dei timorem, futurum iudicium, supplicia intolerabilia, bonorum promissiones. Per hęc omnia refrẽnanda est cupiditas rabie exagitata, & sedandum est mare commotum fluctibus. *Sed tu domine vsquequo? Conuertere domine, & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiã tuam.* Ponit assiduè illud, Domine, veluti quandam rationem adducens gratiæ condonationis, est enim hæc nostra spes maxima eius ineffabilis clementia ac benignitas, & quòd suapte natura sit propensus ad condonandum. Illud autem, Vsquequo, non est grauiter ac molestè ferẽtis, sed dolentis ac mœrentis & non ferentis molẽ tentationum. Cõuertere domine, & eripe animam meam. Duo hîc ponit & ipsum conuerti, & eripere animam. Hoc enim à iustis maximo studio contenditur, vt ipse reconcilietur, & sit benignus ac propicius, & non auersetur. Hoc enim etiam aliud consequitur, nempe vt seruetur anima, non quemadmodum multi homines, & maximè crassiores, vnum solum requirunt vt præsenti fruantur prosperitate. At non illi sic, sed vt salutem animæ consequantur, qua nihil est eis antiquius. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* Vide quot affert causas salutis. Quoniam infirmus sum, inquit, quoniã conturbata sunt ossa mea, quoniam hæc peto à domino, quoniam non est in morte qui memor sit tui. Non hoc dicens vitam nostrã vltrà id quod præsens est non progredi & extendi, abfit: nouit enim resurrectionem, sed quòd, postquam hinc excesserimus, non datur locus pœnitentiæ. Diues enim & confitebatur, & ducebatur pœnitentia, sed nihil ei proderat, quoniam tempus præterierat. Voluerunt etiam virgines accipere oleum, sed nemo eis dedit. Hoc ergo vult hîc etiam, vt hîc peccata eluamus. Vt in terribili tribunali liberè ac fidenter loqui possimus. Deinde docens auditorem q̃ cum dei clementia oportet etiã nostra consequi, nam etsi imbecillitatẽ adducamus, si turbationem, si dei bonitatem, si hoc etiam ipsum quod dixit: nostra autem his nõ accedant, nobis nihil prodest. Vide quidnam subiungit, *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratũ meum rigabo.* Audiãt qui sunt humiles & abiecti, qualem rex & purpura indutus offendit pœnitentiam, audiamus, cõpungamur. Non solummodo laborauit, sed laborauit gemens, non tantùm lachrymarus est, sed etiam lachrymis lectum lauit, non vno aut duobus aut tribus diebus, sed etiam singulis noctibus, & non solùm dicit præteritum, sed etiam futurum. Ne puretis enim quòd cùm hæc semel fecisset, deinceps se quieti tradiderit, & laxamento vsus sit: sed hoc assiduè fecit per totam vitam, non sicut nos, qui vno die vt plurimum laborantes, atque adeò ne vno quidem, nos ipsos risui, voluptati, & ocio tradimus. At non ille: sed in lachrymis perpetuò agebat. Hanc nos etiam imitemur cõfessionem. Si enim noluerimus hic flere, illic omnino necesse est flere & eiulari: illic quidem inutiliter, hic autem cum emolumento: & illic quidẽ cum ignominia ac dedecore: hic verò decorè & honestè. Quod enim necesse sit hoc fieri, audi quid dicat Christus, Illic erit fletus & stridor dentium. At non ij qui hic flent: sed magnã consequentur cõsolationem. Beati enim qui lugent quoniã hi consolationem accipient. Væ vobis diuitibus quoniam accipitis consolationem vestram. Audiant qui lectos habent argenteos, qualis erat lectus regis, non ex gemmis conflatus, non auro cõtextus, sed ablutus lachrymis. Et noctes erant, non quietis, sed noctes fletuum & lamentationum. Quoniã interdiu eum multæ curæ circunsistebant, quod alij quietis ac relaxamenti tempus sumũt, id ille ducebat tempus confessionis, tunc acrius lamentans. Bonum est enim semper flere, maximè autem tempore noctis, quando nullus est qui hanc admirabilẽ voluptatem excutiat sed licet volenti ea liberrimè experi. Sciunt qui eius quod dico fecere periculum, quantã lætitiam habeãt hi fontes lachrymarum. Hæ lachrymæ possunt

Ossa quæ.

Eiulatio.

Turbatio per similc.

Eiulatio.

Insipientes.

Prou.10. Eccl.16.

Hortatur ad pœnitentiã paradigmate.

Matth.2.

Luc.18.

Matt.5.

Luc.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

possunt extinguere ignem inextinguibilẽ, fluuium illũ qui trahitur ante tribunal. Propterea Paulus etiã triennio fleuit noctu & diu, alienas affectiones corrigẽs, nos autem ne nostras quidẽ, sed nos ipsos risui ac voluptati dedẽtes, tota nocte graui somno & crapula obruimur. Et hi quidem somno morti simili sunt affixi: alij verò agunt morte grauiores vigilias, fœnora & vsuras & in alios insidias eo tempore, animo agitantes. At nõ ij qui sunt sani & sobrij sed suas colunt animas, his lachrymis tanquã imbre vtentes, & semina virtutis augẽtes. Nulli vicio & libidini erit aditus ad lectũ eius qui lachrymas eiusmodi suscipit. Qui eas enim fundit, nihili ducit quę sunt in terra, sed liberat animũ ab omni obsidione, mẽtem reddit vel sole clariorem. Nec me existimaueritis solis hęc dicere Monachis, etiã ad eos, qui rebus ad hãc vitã pertinẽtibus attenti sunt, habetur hæc exhortatio, & ad hos potius q̃ ad illos. Hi enim sunt qui maximè indigent pœnitẽtiæ pharmacis. Qui hoc modo lamentatur, surget animo melius affecto & cõposito q̃ sit portus tranquillus, omnes animi perturbationes expellens, omni refertus lętitia, in domum dei liberè & securè ingredietur, cum ꝓpinquo iucundè colloquetur, nõ eum vexat ira in internis penetralibus, nõ inflãmat cupiditas, nõ amor pecuniæ, nõ inuidia, nó aliquid aliud eiusmodi. Hæc enim omnia tanquã beluæ in cauernis delitescunt, nocturnus ille gemitus & lachrymæ te ad hæc obruẽda præparauit. *Turbatus est à furore oculus meus.* Vidisti cõtritam animam. Postquã dixit pœnitentiã, dicit rursus perturbationes animi, conturbationẽ quæ est in mente, timorẽ qui ex ira dei procedit. Oculũ enim hîc dicit oculũ animæ, perspicacitatem illam & ratiocinãdi facultatem, quam solet perturbare suorũ peccatorũ cogitatio. Quia enim sua delicta ante oculos perpetuò habebat. Dei etiam iram apud se cogitabat, timore affectus, nõ omnis doloris pœnitus expers, sicut multi: sed horrens & cõtremiscẽs. Talis cõturbatio est mater trãquillitatis: Talis metus, est fundamentũ securitatis. Qui ita est cõturbatus, omnem tempestatẽ expellit. Qui talì nõ est anima præditus, graues fluctus subibit, & quemadmodũ nauigium gubernaculo defectum, violentorum ventorum impetui relictũ celeriter submergitur: ita etiã anima quæ nullo doloris sensu tangitur, exposita est innumerabilibus perturbationibus. Quocirca etiam beatus Paulus dicebat ostendẽs hanc affectionẽ, Qui omni doloris sensu priuati seipsos tradiderũt impudicitiæ in operationem omnis immundiciæ, in auaricia. Et quemadmodũ gubernator, quandiu pro nauigãtibus solicitudine vexatur, omnes reddit quietos ac tranquillos: Sed si ab ea liberatus dormiat, magnam affert perturbationẽ: ita etiam homo, qui horret quidem, tremit, & perturbatur, quietam reddit suam cogitationem. Qui autẽ socordiæ somno seipsum tradidit, efficit vt cymba obruatur. *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* Quid est inueteraui? Debilitatus sum, inquit, ab inimicis meis. Vita enim nostra versatur in certamine, & innumerabilibus inimicis plena est, qui etiam efficiuntur potentiores quando in peccata inciderimus. Quamobrem omnia sunt facienda vt eorũ manus effugiamus, & ne eis vnquã reconciliemur. Hoc est enim nobis securitatis maximæ fundamentum. Horum inimicorum phalangem Paulus significans, dicebat, Non est nobis colluctatio cũ carne & sanguine, sed cum dominationibus, cum potestatibus, cum rectoribus tenebrarũ huius seculi. Cum ergo talis sit phalanx inimicorum, semper & perpetuò in armis esse oportet, & fugere peccatorum insultus. Nihil enim facit adeò inueterare, vt natura peccati. Quamobrem Paulus quoq; volens inueterationem quæ ex eo fit amoliri, dicebat, Ne conformemini huic seculo, sed transformemini renouatione mẽtis vitæ. Quando ergo à peccato inueteraueris, renoua teipsum per pœnitentiam. *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit.* Non est hæc quoq; parua via ad virtutem deducens, malos fugere, quod quidem Christus quoque à nobis cum tanta hyperbole exigit, vt etiam amicos qui maximè necessariorũ nobis membrorum loco sunt, iubeat excindere, quando nos scandalizant, & nobis aliquid damni affert eorum cõsuetudo. Si oculus, inquit, te scandalizat, erue ipsum, & si manus te scãdalizat, excinde ipsam, & eiice à te, non dicens de membris, absit, sed de veris & necessariis amicis, quorũ sunt aspernandæ amiciciæ, quãdo nec nobis nec ipsis sunt vtiles, sed damnosæ. Ex hac virtute se rectè gerens hic quoque, nõ solùm nõ persequebatur tales familiaritates & cõgressiones, sed etiam eis iubebat à se resilire. Hic est fructus pœnitentiæ, hoc est lucrum lachrymarum. Mens enim quæ ita est contrita, nulla deinceps libidine tenetur. Hoc ipsum nos quoq; faciamus. & sit quispiam vel ipso diademate redimitus, nos autẽ lædat, aspernemur eius amiciciam. Nihil est enim viro vilius (etsi sit rex) quando est vicio deditus, quemadmodũ nihil est vel captiuo regalius ac magnificentius, quandu virtutẽ possederit. Quoniã exaudiuit dominus vocem fletus mei. Non dixit, Exaudiit vocem meã simpliciter, sed vocẽ fletus mei. Vides quo modo sua largè & copiosè proferat: Vocem hîc dicens, non intensionẽ clamoris, sed affectionẽ animi: & fletum non eum solùm qui profluit ex oculis, sed etiã eum qui ex anima. Qui enim inducit pœnitentiam, & à deo exauditur, hoc etiã bonum potest pręclarè consequi, vt consuetudinem improborum amoueat. *Erubescant & conturbentur omnes inimici, conuertantur & erubescant valdè velociter.* Hæc oratio maximam habet vtilitatem, pudefieri, inquam, & retrocedere. Quemadmodũ enim si viderimus hominem in præcipitio & præruptis locis ingredientem, ne vlterius procedat retinebimus, dicentes, Homo, quò ferris? Occurret tibi præcipitium quod ante est: ita etiam hîc vult malos retrocedere. Ita etiam furẽtem equũ nisi quis citò represserit, citò peribit. Ita etiã medici, serpẽtis alicuius venenum sæpe serpens & emanãs maxima celeritate, ne vlterius progrediatur, sistunt, eius vicium incidentes. Hoc autem nos quoque faciamus, & quod in nobis est vicium, maxima celeritate reprimamus, ne vlterius progredieus morbum augeat. Neglecta enim peccatorum vulnera sæpe maiora euadunt, & nec vsque ad vulnera solùm sistit morbus & infirmitas, sed sæpe etiam mortem parit immortalitatem, quemadmodum etiam si ab initio parua sustulerimus, nec magna consequentur. Considera autem, Qui meditatus est nõ facere iniuriam, nec sciet pugnare, qui pugnare nescit, so etiã rectè geret in amicicia. Qui se in amicicia rectè geret, nõ habebit inimicũ. Qui autem nõ habet inimicum, sed habet charitatem, habebit omnem virtutem. Ne priora ergo negligamus, ne mala in maius crescãt. Iudas si pecuniæ amore coërcuisset, non venisset ad sacrilegium. Si illud compressisset, non ad colophonem (vt aiunt) malorũ prouiuisset. Et ideo Christus quoque non solùm fornicationem & adulterium sed impudicũ etiam obtutum reprimit, radicem ab imo euellens, vt facilius possit superari vicium.

Hoc

Ἄκτο. 10.
γνάμη.
ἀνδραποδῶδες.
Collatio.
Ephes. 1.
Altera.
Iob. 7.
Ephes. 6.
Romã. 12.
γνάμη.
A
B
C
D

Hoc etiam faciebat Iudæis crassius quidem, & tanquã per ænigma. Loquebatur enim eum carnalioribus, sed tamen faciebat. Quo modo? Non permittebat vt in bestiis vlla esset coniunctio ex diuersis generibus, nõ sinebat comesse sanguinem brutorum, nõ permittebat tenere pignora post vesperum, magna per hæc mala reprimens. Per primum quidem initum masculorum; per secundum autem, cædes, per tertium autem crudelitatem & inhumanitatem. sed nunc omnia passim & impudenter fiunt, & ideo omnia susque dèque aguntur & feruntur. Quando ergo paruam animi perturbationem susceperis, ne eã neglexeris, quod parua sit, sed consydera quòd id quod ex ea alitur, maxima mala parit. Etenim postquam in domo aliqua parũ stuppæ accensum viderimus, conturbamur & tumultum mouemus, non enim attendimus initium: sed ex initio finem consyderantes, mouemur, & cõcurrimus vt totum caminum extinguamus. Hoc igne vehemẽtius, animam exedit viciũ. Oportet itaque præuenire. Nam si fuerimus negligentes, id correctu euadet difficilius. Hoc viderit quispiam euenire etiam in nauigio, & cõturbari nautas, non quando mare iam superare, sed quando id facturum esse viderint. Ne simus ergo in paruis peccatis socordes, sed ea reprimamus cũ magna vehementia, vt liberemur à maioribus & bona futura consequamur, Gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi. Cui gloria in secula. Amen.

IN PSALMVM SEPTIMVM.

Domine deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me & libera me. Oportet quidem scripturarum & historiarũ adeò exactè habere cognitionem, vt non egeremus longiori oratione ad earum doctrinam, sed quoniam alij quidem in rebus quæ ad victum pertinent occupati, alij verò seipsos socordiæ dedentes, ea non audiuerunt, necesse est paulò longiori vti oratione, psalmi argumentũ dicentes, sed attendite diligenter quódnam sit argumentum. Psalmus Dauid quẽ cecinit domino, Alius. Psalmus pro ignorantia Dauid. Alius, Ignoratio Dauid, & pro Chusi Aethiope, inquit. Sed sic etiam obscura sunt quæ dicta sunt, quòd vos ignoretis historiã. Sed quoniam non oportet solum reprehendere, sed etiam docere, necesse est aggredi narrationẽ. Quis est ergo hic Chusi filius femini, & quænam sint verba eius pro quibus deo cecinit hoc canticum Dauid, hinc deinceps dicendum est ab initio ducta oratione. Absalon fuit filius Dauid, iuuenis incontinens & perditus. Is aliquãdo insurrexit aduersus patrem, eóque regno & domo & patria ejecto, pro illo ipse tenebat omnia, & neque naturam, nec educationem, nec ætatem, nec quæ præcesserant respiciebat, aut reuerebatur, sed erat adeò, vt semel dicã, crudelis, & immitis, & belua potius quàm homo, vt his omnibus perruptis obicibus, ipsis naturæ insultaret legibus & turba omnia ac tumultu compleret, tunc enim omnia euertebantur decreta naturæ, hominum reuerentia, in deum pietas ac religio, humanitas & misericordia, alimentorum remuneratio, & in senectutem reuerentia. Nam etsi nolebat eum reuereri vt patrem, saltẽ reuereri oportebat vt senem. Quòd si canos negligebat, certè vt benefactorẽ. Quòd si nec sic quidem, vt eum quidem certè qui nullam fecerat iniuriam: sed amor principatus hãc omnem eiecit reuerentiam, & vt homo fera esset, effecit. Et hic quidẽ beatus, qui & genuerat & aluerat, tanquam qui è patria migrasset, errabat in alienis finibus, & quæ ex his sequuntur, malis opprimebatur: ille verò in bonis paternis voluptatem explebat. Cum res ergo ita sẽ haberent, & cum illo instructi essent exercitus & tyranno vrbes parerent, quidam Chusi vir probus, Dauid amicus, suam in eum amiciciam perpetuò conseruauit in hac mutatione temporum, & cum sæpe eum vidisset errantem in solitudine, dirupit tunicã, aspersit se cinere, acerbè fleuit & miserabiliter, & cum nihil aliud posset, lachrymarum affert consolationem: non erat enim amicus temporum, nec potentiæ, sed virtutis, & ideo licet regno euersus esset, nõ mutarat amiciciam. *Amicus tẽporum.* Cum ergo videret Dauid eum hęc ita facientem, dicit ei. Sunt hæc quidẽ amici & eius qui in nos syncerè affectus est: sed nihil nos iuuabunt, sed consultandum est, & aliquid excogitandum, vt quibus impliciti sumus, mala expediantur, & inueniamus rationem nos liberãdi ab his calamitatibus. Hæc cum dixisset, talem illi suam dixit sententiam, Vade ad filium meum, & amici susceptа persona disturba mihi illius consilia, & fac vt sit irritum Achitophelis consilium. Hîc autem Achitophel, apud tyrannum tunc omnia poterat, rei quidem militaris valde peritus, & qui in bello & prælio Imperatoris patres prędarè poterat sustinere, & ideo Dauid eum plus timebat quam tyrannum, tantum ingenio valebat & prudentia. His auditis ille paruit, nec vllam pusilli aut abiecti animi cogitationem suscepit, nec humile aut ignauum quid dixit, vtpote, Quid si fuero deprehensus? Quid si detecta fuerit mihi persona? Quid si fuerit deprehensus actus simulationis? Callidus Achitophel hoc fortasse cõuincet & deprehẽdet, & temerè ac frustra illic peribo. Horum nihil reputans, se in castra tyranni proripuit, vniuersæ rei cura in deum coniecta: & seipsum in media immisit pericula. Hæc omnia à me dicta sunt, non solum vt laudemus, sed vt & quæcunque Dauid tristia euenerunt, quæcunque passus est, discamus, & quæcunque alia commoda possunt ex historia percipi, ea etiam in medium adducamus. Vide enim quòd assiduè à multis inquiritur, Cur iusti affliguntur, improbi autem in quiete ac ocio versantur, hoc hîc inuenire possumus. Iustus enim versabatur in calamitatibus: sceleratus autem, & parricida, & ipsius naturæ inimicus & hostis, in fœlicitate agebat & palatiis regis. sed nec ille quidquã ex eo lucrabatur, neque hic lædebatur, sed ille quidem euasit maioribus obnoxius afflictionibus: hîc autẽ clarior & splendidior factus est: vt aurum in fornace, reditus afflictione purior. Hinc ergo primum hoc discę, ne conturberis in huiusmodi rebus aduersis, cũ videas etiam iustis id euenire. Aliud autem postea, ne muteris pro tempore, sed noris leges amicicię. Tertium, vt etiã pericula audeas adire pro virtute. Quartum, vt etiã in rebus dubiis & afflictis bona spe sis prędituś, Dei auxilium expectans. Ille enim Chusi nõ castra respiciebat, non tyranni timorẽ, non equorum multitudinẽ, non armatorum phalanges, non quòd vrbes iam antè captæ fuerant, non Dauid solitudinẽ & imbecillitatẽ, sed vnum solum respiciẽs inexpugnabile dei auxilium, & illius beneuolentiam, ita vtrasq; partes diiudicauit: & illas quidem inuenit impotẽtes & inualidas, has verò firmas & potentes. Ille enim iniuste faciebat, hic vero cum iusto seipsum seruabat. Cum ergo staret non vbi multitudo hominum, sed vbi erat virtutis præsidium, opem dei ad se attraxit. Hæc dico, vt nos quoque, etsi simus imbecilli à quorum parte stat ius, illorum partes tueа- *Documenta quatuor.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes tueamur:licet sint potentes qui faciunt iniuriam,so
γνώμη ex contrariis. cietatem illorum fugiamus. Vicium enim,etsi secũ ha-
beat vniuersum orbem terrarum, est omnium maxi-
mè imbecillum. Virtus autem, etsi sola sit, est omnium
potentissima:habet enim deum secum stantem. Quis
ergo seruare potest eum qui à deo oppugnatur? Quis
autem potest perdere eum cui ipse fert auxilium? Hæc
autem omnia sapienter considerãs Chusi,bona spe cõ-
cepta venit quò mittebatur:& postquam adstitit, cum
vidisset tyrannum,ad æquitatem accessit. Ille autẽ cum
frequenter eum vidisset, & esset imperandi cupiditate
ebrius,non diligenter examinauit: sed illum irridens,
& probris impetens,Abi,inquit,cum tuo amico, ne in
animum quidem inducens vt nomen diceret,tantum
erat odium, & inimicicix. Cui Chusi nihil commotus
2.Reg.16. nec cõturbatus dicit: Quando deus erat cum ipso, illi
beneuolebam: quoniã autẽ nunc tecũ est, consequens
est vt tuas partes sequar. Hoc tyranno magnos spiritus
fecit,tumidumq; reddidit, & re non diligẽter exami-
nata:nam vir leuis credit sermoni cuilibet,quod illi e-
περοχὴ λισμένος. tiã vsuuenit,& inimicis apertus,ipsum statim inter in-
timos admittit, & in primorum amicorum refert nu-
merum. Deus autẽ præsens,& quæ fiebant regens, om-
nia dispensabat, & proposito de bello cõsilio, cum alij
alia dicerent de eo de quo consultabatur,an statim in-
uadere,an parũ differre oporteret,accedens ille Achi-
tophel, qui consilio plurimum valebat, & in dicenda
sententia prudens erat:hanc dicit sententiã,dicens,Af
flictum nunc & perturbatũ patrem tuum inuadamus.
Nam si ei respirandi nullum tempus dederimus,ita eũ
de medio tollemus. Si enim eum imparatum nunc ag-
grediamur,res citra vllum laborẽ à nobis transigetur.
Hæc cum audisset tyrannus,vocat etiam Chusi,qui ad
ipsum transfugerat per simulationẽ, & eum facit eius
quod petebatur consilij participem,quod non erat hu
manæ rationi consentaneum,vt eum qui recenter ve-
nerat tanto honorẽ afficeret,& fide dignum existima-
γνώμη. ret,vt etiam de rebus eiusmodi eum esse vellet consi-
liarium:sed sicut antẽ dixi,quando deus est ductor, e-
2.Reg.17. tiam quæ sunt difficilia,euadunt facilia. Introducitur
Chusi, & facit ei liberã dicendi potestatem, & vult eũ
dicere de eo quod proponitur. Quid verò Chusi? Nũ-
quam,inquit,aberrauit Achitophel,nosti viri pruden-
tiam. Non reprehendit statim eius sententiam, sed eũ
laude. Eũ enim admiratus quòd oportunũ antea con-
silium dedisset,ita præsentẽ vituperat sententiã. Quod
Icon. autem dicit,tale est,Miror quo modo nunc errauerit:
non mihi enim videtur esse vtile consiliũ. Si eũ enim
nunc inuaserimus,tanquã vrsus rabie percitus, ira ple-
nus pater tuus,& de vita desperans,& cum summa pu-
gnans indignatione,suæ salutis nullã ducet rationẽ,&
maximo impetu in nos irruet. Quòd si parũ cessauerimꝰ,
eum cũ maioribus & instructioribus copiis aggredie-
mur,& longè tutius,& citra vllũ laborẽ, & cũ maxima
facilitate eũ veluti laqueo implicatũ capiemus & addu
cemus. Laudat Absalon sententiã, & hæc dicit esse sibi
vtiliora. Hæc autẽ dicebat Chusi,Dauid volẽs dare tẽ-
pus vt se parũ recrearet, ac respiraret, & cogeret exer-
citum. Ita ergo repudiata Achitophelis sentẽtia per vi-
ros aliquot secretos mittens,omnia Dauid renũciauit,
2.Reg.18. quòd tyrannus suã confirmarat sententiam, quæ Da-
uidi afferebat victoriã. Quod ita etiam accidit. Cum e-
nim illi parum spacij dedisset paratꝰ Dauid eũ inuasit,
fusisq; ac fugatis hostibus victoriã retulit. Quod cum
p sua prudẽtia & ingenij solertia videret Architophel
& ex eo exitũ intellexisset, nempe quòd hæc sententia
Absaloni afferebat exitium,nõ ferens contumeliã,rece
dẽs aptato laqueo se suffocauit,& ita vitam finiit. Hæc
itaq; omnia cum didicisset Dauid,psalmũ scribit, qui-
bus gratias agit,deo hymnos offerens,& totũ stratage-
ma deo tribuẽs. Quocirca incipiẽs sic dicit, *Domine deus
meus in te speraui saluũ me fac.* Non in Chusi,nec in huma-
na sapientia,nec in illius prudẽtia,nec in meo consilio
sed in te. Ita nos etiã faciamus,etiãsi per homines à no-
bis aliquid præclarè geratur,Deo gratias agamus, tam
pro iis quæ per nos quam quæ per alios nobis euenerũt
beneficiis. Si enim ita faciamus,nihil erit graue,nec dif
ficilè,quod etiã faciebat Dauid, propemodum dicens:
Non in verbis Chusi habebã spem salutis, sed in tuo au
xilio. Vide autem cũ quanta loquitur affectione, sicut
solet facere. Non enim dixit, Dominus deus:sed,do-
mine deus meus.& alibi,Deus deus meus ad te de luce
vigilo. Etenĩ cũ omnibus eo opus habebat: seorsum au
tem ac separatim propter insigne desyderium. Ita etiã
deus hoc ipsum facit iniustis,& cùm sit omniũ deus,se
dicit separatim esse deũ iustorum,Ego deus Abraham,
& deus Isaac, & deus Iacob. Vide autẽ eius sapientiam,
cum dixisset,Domine deus meus in te speraui:non di-
xit,Puni hostem,tolle de medio inimicũ:sed quod suũ
est tantùm quærit,& dicit,Saluũ me fac,hoc est,ne per
mittas vt malè patiar ab omnibus persequẽtibus me,&
libera me. Vide quo modo ne malè quidẽ patiens, no-
minatim meminit parricidæ, & naturã in calamitate
agnoscens,& in bello respiciens filiũ,& in periculis nõ
obliuiscens viscerũ. Tanta erat in filios pietas & cha-
tas,vel potius tanta erat eius sapientia. Non enim tyrã-
nis naturæ,sed animi potius mansuetudo eum talẽ red
debat,& plus exercitui imputabat quã tyranno:& ideo
dicit,Ab omnibus persequentibus me,& libera me. Vi-
de quo modo non meminit illorum. Non enim dixit,
Ex iis qui mecũ belligerantur,ex iis qui mea diripiunt,
ex iis qui per summam libidinem meæ regię insultant,
& se omnibus explent voluptatibus:sed,*A persequenti
bus me.* *Nequando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui
redimat, neque qui saluum faciat.* Atqui collegit exercitum,
& multos secum habuit. Quo modo ergo dicit, Dum
non est qui redimat,neque qui saluum faciat? Quoniã
ne vniuersum quidem orbem terrarũ auxilij loco ha-
bet,nisi opem diuinã fuerit assecutus, nec se esse ducit
in solitudine,licet solus sit, si sit illius auxilij particeps.
Et ideo dicebat, Non soluatur rex per multam poten-
tiam, & Gigas non saluabitur in multitudine virtutis
suæ. Nonnulli autem hoc dictum anagogice accipien-
tes, leonem & persequẽtes dicũt esse diabolum & dæ-
mones. Quoniam enim videbat filium ab ipso raptum
& deuoratum,rogat ne idipsum quoq; ei accidat,& di
cit etiam causam propter quã hoc illi accidit. Quænã
est autẽ causa? Propter vicium,inquit,à se dei auxilium
auertit. Propterea dicit, Dũ non est qui redimat, neq;
qui saluũ faciat. Quòd autẽ Leo dicitur diabolus, audi
ex scriptura quæ dicit: Inimicꝰ noster diabolus,circuit
vt leo rugiens,& quærens quẽ deuoret. Quin etiã ipse
propheta dicit alibi,Et conculcabis leonẽ & draconẽ.
Est enim belua mutiplex, sed si sapuerimus, hic leo &
draco erit quouis luto vilior, & nec aduersus nos qui-
dem diriget aciem. Sin autẽ direxerit, conculcabitur.
Ambulabitis enim,inquit, super serpentes & scorpio-
nes. Circuit enim eum multa ira tanquã leo, sed si eos
inuaserit qui Christũ habent,& crucẽ in fronte,& ignẽ
spiritus,& lampadẽ quæ nunquã extinguitur, ne aspe-

O digna ab Adamplo le necem.

Psal.5.

In diabo. Leo.
1.Pet.5.
Psal.90.
Luc.10.

ctum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum quidem ferre poterit, sed verso tergo recedet, ne conuerti quidem audens. Et ne gloriosa tantùm putes verba esse quæ dicta sunt, considera mihi Paulũ. Nam ipse quoque homo erat, sed eum ita leo pertimescebat, vt vestes eius & vmbram fugeret. Christi enim fragrãtiam ex eo spirantem & ascendẽtem non ferebat, & ad lampadem respicere nõ poterat. *Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manib⁹ meis.* Hoc perpetuò seruandũ est, vt non solummodo oremus, sed ita oremus, vt etiã exaudiamur. Non enim sufficit oratio ad efficiendũ id quod est propositũ, nisi eum composuerimus sicut Deo videtur. Nam orauit etiam Pharisæus, & eum nihil iuuit, & Iudæi rursus orarunt, sed orantibus ipsis Deus auertebatur. neque enim orabant, vt orare oportet, & ideo iussi sumus eam afferre orationẽ, quæ maximè possit exaudiri. Hoc etiã ostendit in præcedenti oratione, se non simpliciter & absolutè rogare vt audiretur, sed B postquam sua attulisset. Quænam autem erant ea? hoc, Lauabo per singulas noctes lectũ meum, in lachrymis stratum meũ rigabo. & illud, Laboraui in gemitu meo. & hoc, Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, & illud, Cõturbatus est à furore oculus meus. Hæc enim omnia ad deum attrahendũ satis sunt, luctus, lachrymæ, gemitus, resilire ab improbis, eiúsque pertimescere & horrere sententiam. Et alibi dixit, Si audiuit Deus iusticiam meã, in tribulatione dilatasti mihi. Hac enim ratione fit, vt exaudiamur. Primùm quidẽ ex eo quòd digni sum⁹ accipere. Deinde ex eo quòd ex Dei legibus oremus. Tertiò, ex eo quòd assiduè. Quartò, ex eo quòd nihil petamus eorum quę ad hanc vitam pertinent. Quintò, ex eo quòd petimus ea quæ sunt vtilia. Sextò, ex eo quòd quæ nostra sunt omnia afferam⁹. Vide ergo multos qui sic exaudiũtur. Cornelium, ex vita: C Syrophœnissam, ex assiduitate: Salomonem, ex modo petitionis. Propterea enim, inquit, quod nõ petiisti pecunias, neque animas inimicorũ tuorum. Publicanũ, ex humilitate, & alios ex alia ratione. Quemadmodũ ergo efficitur ex his vt audiamur: ita etiam alia ratione fit vt non exaudiantur, licet iusti sint qui petant. Quid enim fuit Paulo iustius? Sed quoniam petiuit quæ erãt inutilia, non fuit exauditus, pro eo, inquit, ter dominũ rogaui, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Quid verò Mose? Sed ne ille exauditus est, deo dicente, Satis tibi sit. Quia enim petebat ingredi in terram promissionis: hoc autem erat inutile, nõ permisit Deus. Cum his etiam est aliud quod facit nõ exaudiri, quando in peccatis perseuerantes oramus. Quod etiam de Iudæis dixit Deus Hieremiæ, Ne deprecare pro hoc populo. An non vides quid hi faciunt? ab impietate non defecerunt, & tu offers pro eis preces, sed te non exaudiam. Rursus, quando contra inimicos petimus, non solum non exaudimur, sed etiã irritamus: est enim oratio medicamentum, sed si nesciamus quo modo sit adhibendum medicamentum, vtilitatem ex eo non capiemus. Videamus ergo quid hic etiam orans dicit, Domine Deus meus, si feci istud. Quid est, si hoc feci? Quod patior, inquit, Si insurrexi aduersus patrẽ, si sic me iniquè gessi. Sed ne hic quidem, eum qui fecit iniuriã, dicere nominatim in animũ inducit, sed pro filio erubescit & pudore afficitur. Quemadmodũ si quis vir generosus videns vxorem suam adulterari, ne nominatim quidem eius delictum in mediũ proferre sustineat: ita hic etiam, Nõ dixit, Si insurrexi aduersus eum qui genuit, si fui parricida. Sed, si feci hoc. Et quid hoc dico, inquit? cuiusmodi enim est virtus, nõ fuisse parricidam, quod

Ama. Trahe pa- radigmate.

Luc.18. Esai.1.

Oratio dei emolumentũ.

Esai.4.

Oratio mala.

Cornelius. Matth.15. 4.Reg.3. Matth.8.

Deut.3.

Hiere.7.

Oratio medicamentũ.

Deus, hoc.

Quomodo in peccãtis per- dolorem.

nec in feris quidem cernitur? Si est iniquitas in manib⁹ meis. Nõ dico de hac iniquitate: sed nec alia, inquit, inuenietur esse in meis manibus iniquitas. Hęc autem dicit, non glorians, nec se magnificè extollens, sed quæ à se rectè facta erant coactus dicere. Sed nec hoc quidẽ magnum est, si conferatur cum eo quod est dicẽdum. Quid hoc autem est? *Si reddidi retribuẽtibus mihi mala.* inquit. Attende diligenter. Non est enim vulgare quod dicitur, Bonũ quidem est iniuriã non facere, sed multo præstãtius, & sapientis est animi, non vlcisci eũ qui facit iniuriam. Atqui hoc quidem lex cõcedebat, iubẽs *Deute.19.* oculum pro oculo, & dentẽ pro dente excindere: nec sic lex transiliebatur, sed hic tanto erat studio sapiẽtiæ præditus, vt non solum legem non trãsgrederetur, sed etiam ex nimia quadam abundãtia eam longè superaret, fossas, vt est in prouerbio, transilĩes. Non enim exi- *παροιμία.* stimabat sufficere ad virtutem, nisi etiã iussa longo interuallo superaret. Quemadmodum ergo fecit etiam Paulus, qui ex Euangelio iubebatur viuere, & non vi- *1.Corĩ.9.* uebat, sed sine sumptu prædicabat Euangelium. Ita etiã beatus Dauid, cum lex ei permitteret vlcisci inimicos, non se continuit intra hunc modũ, sed eũ lõgè etiam superauit. A nobis autẽ hoc non solum exigitur, vt nõ retribuamus, sed etiã vt benefaciamus. Orate enim, in- *Matth.5.* quit, pro iis qui vos offendunt, benefacite iis qui vos oderunt. In Dauid autẽ non paruum est non vlcisci, sed etiam multò est maius quàm sit legis præceptũ. Et ideo dicit, Si hoc feci, si est ininiquitas in manibus meis. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala. In filio enim vel ipsa natura prohibebat, sed si alios, inquit, iniuria affeci, vel etiam vltus sum. Quãmnam ergo nos veniam consequemur, & quã afferemus excusationem, qui post Christi aduentum non peruenimus ad mensuram eorũ qui viuebant sub veteri testamento: idq; cum à nobis longè maiora exigantur. Nisi enim abundauerit, inquit, iu- *Matth.5.* stitia vestra pluspuam Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quemadmodũ enim nõ est æqualis is qui se in lege rectè gerit ei qui in iisdem se rectè gessit ante legẽ, ita nec qui in gratia ei qui sub lege, sed etiam ex tempore magna fit differentia. Hoc ostendẽs Paulus & in vicio & in virtute, vide quo modo illos quoque magis admiratur, & hos maiori supplicio dignos esse pronunciat, ita dicens: Quando enim gẽtes, *Roma.2.* quæ legẽ non habent, natura quæ sunt legis faciunt, ij legem non habẽtes sunt sibiipsis lex. Vides quo modo eos qui sine lege se rectè gerunt laudat & prędicat. Vide rursus quo modo eos etiã qui peccãt in gratia, ostẽdit esse dignos maiori supplicio iis qui peccãt in lege, sic dicens: Qui irritam fecit legẽ Mosis, sine misericor- *Heb.10.* dia sub duobus vel tribus testibus moritur, quantò putatis, deteriori supplicio dignus habebitur qui filiũ dei conculcauit, & sanguinẽ testamenti communẽ existimauit? Et rursus eos qui ante legẽ, iis qui in lege trans- *Roma.2.* gressi sunt, minori supplicio dignos esse ostẽdẽs. Quicunq;, inquit, sine lege peccauerũt, sine lege & peribũt, hoc est, mitius, vt qui legẽ non habeant accusatricẽ, sed naturã tantum. Quicũq; autem in lege peccarunt, per legem iudicabuntur, hoc est, habẽtes grauiorẽ etiã cũ natura legem accusatricem. *Decidam meritò ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulueremdeducat.* Vidisti iusti fiduciam, & optimam conscientiã. Nisi enim valde sibi confidisset, non esset talia imprecatus. Quod autẽ dicit, est eiusmodi. Si feci iniuriam, si me vltus sum, hæc & illa patiar, & in seipsum fert sentẽtiam,

Meritò non est in Greco Chrysostomi sed ὀφειλὴ quæ est excusatiuncula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiã,& nõ postulat vt pro modo rei iudicetur, sed multo magis vt supra meritũ luat pœnas,& seipsum reddit illi supplicio obnoxiũ,à quo ipsum lex prohibet. Vide autem quòdnam sit illud. Decidam, inquit, ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meã,& cõprehendat,& conculcet in terra vitam meã, & gloriã meam in puluerem deducat. Hoc est, Me inglorium, & bonæ famæ & existimationis expertem perdat, & simul cum vita mea meã quoq; gloriam destruat. Quid est, Et gloriã meam in puluerẽ deducat? humiliet, conculcet, efficiar, inquit, meis inimicis expositus. Quid possit esse Absalon sceleratius, qui Patrem & talem patrẽ, adeò mansuetũ & mitem persequebatur, cũ esset impudicus, petulãs, & contumelios⁹? Quid ergo? Num reddidit retribuentibus ei mala, num reuocauit in memoriam quas acceperat iniurias? Nequaquam, & si examinaueris Saülis historiã, tunc maximè videbis illam vocem esse claram & illustrem. Cum enim eum qui post innumerabilia beneficia, & trophæa, & victorias, ei iniuriam faciebat, & insidias tendebat, & quotidie cupiebat de medio tollere, & semel, & bis, & ter, & sæpe dormientem, & tanquã in carcere inclusum, & satellitibus destitutũ in manus accepisset, multiq; eum iuberẽt occidere & de medio tollere, ei pepercit, & irã vicit, idq; cum sciret, quod eum dimittens, hostẽ esset & irreconciliabilem inimicum dimissurus. Sed tamen neq; memoria præteritorum, nec metus futurorũ, neq; vllum aliud eiusmodi, eum ad illam cædẽ faciendã impulit: sed sapientia vsus est, & manũ continuit, & iram refrenauit, & maluit periculum adire, & insidiis appeti, & à patria & libertate excidere quàm inimicum qui nulla de causa ei insidiabatur, qui post innumerabilia beneficia ei mortem moliebatur, occidere, & de medio tollere. Ex multis quoque aliis potest cognosci bonus eius & innocẽs animus, & ideo multa sibi imprecatur eaq; grauia, ac difficilia, vt re infecta rediret, vt inimici eius sint pro arbitrio compotes, vt moriatur inglorius, vt hoc patiatur ab inimicis, quod videtur esse morte multo graui⁹, & ideo nihil homo nõ molitur, vt post mortem possit eius esse memoria. Vide igitur quot sibi imprecatur, Vt frustra laboret, vt ab inimicis vincatur, vt moriatur, vt ne morte quidem communi, vt eius etiã memoria deleatur, vt cum ignominia, non tot & tanta sibi imprecaturus, nisi conscientiæ vehementer cõfideret. Quòd si illi erat inimicus, non potest in eum culpa conferri, neq; enim ipse præbuit occasionẽ. Quã enim dedit filio occasionẽ? Quam Saül? non illum, cũ quæ mortẽ mererentur, fecisset, ad tempus castigatum reduxit, & restituit? Hunc autẽ mortem ei machinantem, in manus sæpe acceptũ seruauit. Non ergo respice an inimicos habuerit, sed an eos ipse fecerit. Neq; enim Christus hoc iussit, nos non habere inimicos, sed non odisse, hoc enim est in nostra potestate, illud verò omnino non est. Ne autẽ sine causa odio habeamus, nõ est in nostra potestate, sed in eorũ qui oderunt. Improbi enim bonos nulla omnino de causa odisse consueuere. Etenim Christum quoque sine causa odio habuerunt, quemadmodum dicit, Oderũt me gratis. Et Apostoli habuerũt inimicos pseudoapostolos, & Prophetæ falsos Prophetas. Nõ est enim hoc spectandũ vt nõ habeamus inimicos, sed ne iustè, & ne cum causa, vt licet millies odio habeamur, nõ habeamus odio, neq; auersemur. Sũt hæc enim inimica, odio habere, & auersari. Quãdo ego odio habeor, & odio nõ habeo, illa me inimicũ, non ergo eũ habeo. Quãdo ei bene precor, quãdo ei volo benefacere, quo modo ego illi sum inimicus? Propterea dicebat Paulus. Si possibile est quod est in vobis, cũ omnibus hominibus pacem habentes. Nostra ergo afferamus, & huic ipsi sufficientẽ laudẽ. Quæ nam sunt autẽ nostra? vt verbi gratia. Hic odio te habet, & bellum gerit. Tu ama, & eũ beneficio affice. Probris & maledictis appetit, tu benedic & lauda. Sed ne sic quidẽ soluit inimicicias, maiorem igitur tibi affert mercedẽ. Mali enim, quo magis à nobis obseruati bellum nolunt componere: eo nobis splendidiorẽ remunerationem comparant, & se reddunt imbecilliores. Qui enim odio habet, & nõ recõciliatur: colliquatur, tabescit, & in perpetuo bello versatur. Qui est autẽ his telis superior, stat remotus à magnis tempestatibus, & sibiipsi ante illum maximè prodest, studet illi reconciliari, & non cũ eo bellum gerere, seipsum à bello & pugna liberãs. Fugiamus ergo inter nosipsos bellũ gerere, & eorũ radicem de medio tollamus, vanã gloriã, & auariciã. Vel enim propter pecunias est inimicus quispiam: vel propter vanam gloriã. Quòd si iis fuerimus superiores etiã ne nos apprehendant inimiciciæ, euademus superiores. Et si ergo contumelia affecerit, magno & forti animo feramus, seipsum enim, non te affecit iniuria, & si percusserit, ne dextram contrà tendas. Ipse est enim qui feritur, te quidẽ manus, seipsum verò ira pulsans, & sibi malã ab omnibus existimationẽ cõparans. Quod si hæc tibi videntur esse difficilia, consydera. Si quis furens vestem tuã perfregerit, quèmnã dixeris malè pati, te ne qui passus es, an illum qui male fecit? Clarũ est quòd illum. Deinde vbi vestis quidẽ confringitur, qui fecit, passo grauiora passus est, vbi autem cordis rumpitur (hoc enim facit ira) non illũ grauiora esse passum putabis eo qui nihil omnino passus est? Neque enim hoc dixeris, quòd vestem tuam disrupit, sed quod prius cor tuũ. Quemadmodum enim non fuerit morbus regius, nisi bilis disrupta sit, & proprios limites transilierit: ita vehemẽs ira tibi non fuerit, si nõ fuerit cor disruptum. Quemadmodũ ergo si videris aliquẽ regio morbo teneri, & si mala fecerit innumerabilia, morbum ad te nolis attrahere: ita etiã in ira. Ne imitare viciũ, sed illius potius miserere qui quã in se habet, non frænat beluã, sibiq; prius damnũ affert & exitium. Quòd enim qui tales sunt sibiipsis damnũ afferũt, licet audire multos, qui huiusmodi pugnas & lites componũt, dicẽtes, & eos admonentes, Parce tibiipsi, facis tibi iniuriã. Tale est viciũ eum qui ipsum parit solũ dãno afficit omnia susq; deq; mouẽs & agitans. Ne ergo volentes alios vlcisci, ipsi à portu excidamus. Neq; enim si quispiã nauẽ fracturus, & submergendus, te in terra sedentẽ cõtumeliis afficeret, ex eo dolorẽ caperes, nec è terra exceders, cũ eo esse velles naufragij particeps. Hoc ergo apud te reputa, quòd qui te contumelia afficit, & probris insectatur, tanquã turbine & procella aliqua agitatus submergitur, in iræ naufragiũ incidẽs. tu autẽ qui fers fortiter, & in portu & in littoree agis suauiter. Sed si ad eandẽ deferaris cõtentionẽ, nõ illũ sed teipsum demersisti. *Exurge domine in ira tua, exaltare in finibus inimicorum tuorum.* Hoc ita dixit, ostendens quod potest etiã surgere nõ in ira, quãdo dicit. Surge domine, serua me deus meus. Cũ autẽ audis, Exurge, nihil corporale suspiceris. Quẽadmodũ enim sedere nõ dictũ est in deo corporaliter, ita nec hoc. Tu enim, inquit, sedens in seculum. Quid est ergo quod significat per sessionem? firmitatem, immobilitatem, & naturæ stabilitatem, atque constantiam. Quod quidem significauit etiam

Attẽde mã suetudinem Danidis.

2. *Reg.* 16. & *seq.* 2. *Reg.* 24. 26.

Penes nos est nõ odisse

Psal. 34.

γνώμη.

Rom. 12.

Hierem.

Collatio.

Physica.

A similit. gubernat.

Psal. 44.

cuam per id quod ei ex aduerso opponitur. Cũ enim dixisset, Tu sedens in seculũ, subiunxit, Vos autem pereuntes in seculum. Quemadmodũ ergo sedere non est corporale: ita nec etiã surgere, sed illic quidẽ stabilitas: hic autem potiendi vis & consumendi potestas. Sedere autem significat etiã nonnunquam iudicandi facultatem, vt quãdo dicit, Sedisti super thronũ, qui iudicas iusticiam. & Daniel, Throni positi sunt: & sedit iudicium. Est etiã regale sedere, vt quãdo dicit, Thronus tuus deus in seculũ seculi. Virga rectitudinis, virga regni tui. Vnde illud, Sede à dextris meis, significat æqualitatem honoris. Quid est autẽ, In ira tua ⁊ld quoque ita rursus accipiendũ est vt deo conueniat, eumq; deceat. Ira enim dei, non est animi pertubatio, sed punitio. *Exaltare in finibus inimicorum tuorum.* Alius dicit, in ira aduersus inimicos tuos. Alius, In bile eorum qui me affligunt. Alius, in dilationibus alligantium. Hebræus autem id quod est, In finibus, dicit בעברות צוררי, vide quo modo rursus nõ se vlciscitur, sed hæc dicit pro dei gloria. Non enim dixit solũ modo, Puni inimicos meos, vel tuos, sed, Exaltare. Et quo modo exaltatur altus & qui est semper altissimus? Eius enim naturæ altitudo, nec crescit, nec minuitur, est enim perfectus & nullius rei indigẽs, & qui semper similiter & eodẽ modo se habet. Quo modo ergo, & quãnã ratione exaltatur? Exaltatur in multorũ mẽtibus. Quemadmodũ sæpe lenitate & lõganimitate vsus est. Inimici autẽ existimabant hoc nõ esse longanimitatis, sed humilitatis & imbecillitatis. Quocirca etiã humiliatur, non re quidẽ ipsa sed illorum cogitatione. Quemadmodũ enim sol videtur esse obscurus & subluſtris iis qui laborãt oculis: ita deus videtur esse infirmus & imbecillus in corũ mentibus. Sed quemadmodũ sol ita existimatur, non est autẽ subluſtris & opacus, sed est affectio illorũ imbecillitatis: ita etiã deus, etiam si hoc existimetur, non est imbecillus: sed id ex illorũ insipientia accidit. Quid ergo dicit iust? Exaltare etiã apud inimicos meos. Persequere, & vires tuas ostende, vt quite humilẽ existimant, ex iis quæ patiuntur, tuã videant gloriã, vidisti eius institutum, nõ id quod suũ, sed quod dei est quærentis. Illud autẽ, In finibus, alij quidem dicũt, In capitibus. Alij autẽ, nullus fugiat inimicorũ. Magna est autem iusti virtus, quãdo eosdem habet dei inimicos, & eosdem amicos, quemadmodũ magnum viciũ, quãdo dei amicos inimicos, & inimicos amicos habeat. Quẽadmodum ergo deus dicitur habere inimicos, non odio habens, neque eos auersans, sed improbas eorũ actiones abhorrens. Ita etiam iustus habet inimicos nõ eos vlciscens, sed improbitatem auersans. *Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti.* * Alius dicit, In iudicio. Et Synagoga populorrũ circũdabit te. Alius dicit, Circũdet te. Et propter hãc in altũ regredere. Alius dicit, Et supra ipsam in altũ conuertere. Hebræus autẽ illud, super ipsam, dicit עליה vealeah, Quid est, in præceptoquod mandasti? Vt opem feramus, inquit, iis qui affliguntur, & nõ negligamus eos quibus struuntur insidiæ. Quod tu ergo nobis lege constituisti, hoc etiã factis nobis exprime. Alij autẽ dicunt etiam aliud, quòd iusit nos non habere odio inimicos, *Et Synagoga populorum circundabit te.* Nihil humanum ne hîc quidẽ suspiceris. Etsi enim tales sunt dictiones, sunt tamen sensa quæ deo conueniãt. Quid est ergo, Circũdabit te. Pro eo quod est canet tibi, laudabit te, bonis & honorificis te verbis affatim prosequetur. Quoniã enim hoc per choros faciebant, in orbem circunsistentes in templo & in altari, & ita gratiarum actiones offerebant: ex ipsa ſtãdi forma laudationẽ eorum significauit. Quod autem dicit, tale est. Persequere, fer auxilium. Hoc te & apud inimicos reddet excelsum, & vt tu⁹ populus multis te laudibus & hymnis afficiat, efficiet. Vide quo modo non quod suũ sed quod est dei quærit vbique. Vult enim ipsum & apud inimicos & apud suos gloria & honore affici. *Et pro ipsa in altum conuerte.* Pro ipsa. Quãnam? Synagoga, inquit, Hoc est, propter ipsam in altũ conuerte, exalta nos, extolle nos, fac vt sint res altæ & excelsæ, fac vt sit clarior & illustris, reduc eam ad priorem prosperitatem. Vide autem quo modo vbiq; precibus doctrinã admisceat. Etenim cum priùs dixisset, Miserere mei, & exaudi me, conuertit sermonẽ ad consilium, sic dicẽs: Filij hominum quousque graui corde? Et hic cum dixisset, In altum conuerte domine, subiũgit, *Dominus iudicabit populos.* Alius autẽ dicit, dominus iudicabit, docẽs eos qui omnia casu & temerè fieri putant, rebus quandam præesse prouidẽtiam, quæ eorum quę fiunt rationem exigit. Iudicium autem hic dicit, & futurũ, & præsens. Illic enim ipsum erit & vniuersum, & manifestum, hic autem ex parte etiam sumit pœnas, & socordiores excitans, & infideliores attrahẽs ad cogitandam vniuersi prouidentiã. *Iudica me domine secundum iusticiam meam.* Alius dicit, secundum ius meum. *Et secundam innocentiam meam super me. Consumatur nequicia peccatorum.* Alius dicit, peragatur vexatio aduersus impios. *Et dirriges iustum.* Alius. Et stabilies iustum. Qui fit vt qui alibi dicat, ne ingrediaris in iudicium cum seruo tuo, hic dicat, Iudica me secũdum iusticiam meam? Quòd hoc aliud, & illud aliud. Illic enim dicẽs, ne ingrediaris in iudicio cum seruo tuo, significat, ne tu me cum iudicio contenderis, ne meam vitam, eam cum tuis beneficiis conferendo, examinaueris. Et ideo subiunxit etiam, Quia nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs, hoc est, si tecum in iudicio contendat. Hic autem non hoc dicit. Non vult enim in iudicio cum ipso contendere, sed secum. Et ideo dicit, secundum iusticiam meam, hoc est, secundum iusticiam quæ mea est. Iusticiam autem hic dicit, non affecisse aliquem iniuria, quod dixit superius, si hoc feci, & quæ sequuntur. Idem autem significat illud, secundum innocentiam meam, secundum hoc, inquit, volo iudicari. Magna est autem etiam hic iusti fiducia. Hæc autem dicit coactus. Et quo modo? Quòd multi stulti, ex iis, quæ patiebatur, malam de eo opinionem ceperant. Multi enim stulti ex iis quæ accidunt calamitatibus solent etiam vitam criminari. Quod etiam ipsi Iob accidit. Quocirca ei etiam dicebant: cum nihil scirent ab eo malè factum, Nõ dignè pro peccatis tuis flagellatus es. Paulum quoque sceleratum aliquem & maleficum existimabant Barbari, quoniam vipera eius manum apprehenderat, & ideo dicebant. Seruatum ex mari iudiciũ nõ siuit viuere. Porrò autem Semei quoque Dauid vocabat homicidam, propter calamitatem, hãc nefariam de eo ferens sententiam. Ne ergo idipsum quoque vobis accidat age de his paulisper differamus. Multos enim audio dicentes, Si Deus amaret pauperes, nõ sineret esse pauperes. Rursus alios, Vbi sunt illius eleemosynę? Vbi eius benefactæ? Ne in his ergo peccetis, de his clarè & distinctè dicamus, si enim homo qui sapit, nec bonos odisse, nec malos amare potest: quo modo tu audes dicere, quòd eos qui sunt in paupertate odit Deus, & si sint virtute præditi: diuites autẽ; & si sint vicioſi & sceleratí, diligit, maledicũ & blasphemum os aperiens?

ℓd est, iudicaria potestas. Psal. 9. Dan. 7. Psal. 44. 109. In deo.

Eccle. 18. Mala. 2. Psal. 109. Roma. 2.

Quid hoc? Exaltatur deus per simile.

Ipsi ad deum collatio. Varietas interpretum hic adducitur, ex qua constat à posteriora verbum בעברות quæ ex præpõdet vulgatæ vbique hic cũ ea est בעברות enim propter, super, ad, apud, ἐπὶ, supra. ἐπὶ τοῦτο ἐπὶ τῷ ἐπὶ τούτοις ὑπὲρ ἐπὶ τοῦτο

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ne ergo pecces in talib⁹, disce quid deus amat & odit. A
Ioan.14. Quem ergo amat deus? Eum qui mandata eius seruat. Eum enim, amabo, inquit, & veniam ad eum, nō eum qui est diues, non eum qui sanus est, sed qui paret meis
Epagoge. præceptis. Quēnam autē odit & auersatur? Eum qui præcepta nō facit. Quando ergo videris aliquem, qui præcepta eius non seruat: etiamsi sanus sit, etiamsi opibus affluat, refer eum in numerum eorum qui odio habentur. Virum autē bonum & virtute præditum, etiāsi ægrotum videris & inopia oppressum inter eos qui a-
βεβαίωσις à simili mantur annumera. Non enim in his consistit amicicia sed in illis. An non vides etiam in iis rebus quæ ad vitam præsentē pertinent, Regum amicos in bellis maxima adire pericula, & accipere vulnera, & peregrè proficisci? Non audiuisti quod scriptum est, Quem diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium
Heb.12. quem recipit? At multi, inquit, offenduntur hæc vidē- B
σκάμματα agonū intelligit. tes. Non propter ipsos, sed propter suam stulticiā. Nō datur enim hic nobis laborum remuneratio, sed sunt hic quidem fossæ transiliendæ: postea autē erunt præmia & coronæ. In tempore ergo luctæ & certaminis, ne quæras quietē & animi remissionem: nec cūfundas tempora. At multi sunt, inquit, imbecilliores, sed deus his etiā prouidit, & permisit vt multi etiā iusti hic quo-
Ioan.16. que in prosperitate agerent, nō propter illos, sed propter imbecilliores. Quare si te & offendunt qui sunt in afflictione: ædificent rursus qui in quiete vitā degunt, & si te supplantant scelesti qui rebus vtuntur secūdis: te erigant & recreent qui torquētur ac puniuntur. Nō audiuisti Christū dicentē, In mundo afflictionē habebitis? Quid ergo quæris quietem, cū ille hæc dixerit? Non audiuisti eum dicentem, Mundus gaudebit, vos autem tristicia afficiemini? Proinde consentaneum es- C
ἐξακολουθίας. set offendi insipientiores, si iis quæ dixit euenirent cōtraria, tūn autē omnia euenunt ex consequētia, cur ergo offenderis? Et cur, inquit, deus ita decreuit? Ne in-
Roma.9. quire, nec fis nimium curiosus. Neq; enim dicit figmētum figulo: cur me sic fecisti? Propterea etiā propheta increpat Iudæos, quòd cū innumerabilibus essent malis referti, Dei vias nimis curiosè scrutarentur, dicens:
Esaiæ 58. Scire vias meas deliderāt, tanquā populus qui fecit iusticiam, & iudiciū dei sui non reliquit, perinde faciētes ac si quis seruus qui offendisset, & innumerabilium esset reus criminum, mittens studium adhibere vt sedetur ira domini, exigat ab eo rationē, cur sic fecerit. Ne hæc itaq; inquiras, prætermittens flere, & lugere, & tua peccata abluere. Hæc dico non quod nō possim rationem dicere, sed volēs te ab hac nimis curiosa inuestigatione ad salutis tuæ curā traducere. Cur ergo sic ius- D
tis? Humano generi parcens. Labores enim hic vbi breuis est vita attribuit, coronas autē in futurū reseruauit, vbi senij expers est æuum, & nunquā finiendum. Et hic quidem labor celeriter soluitur & præterfluit, illa autē
2.Cor.4. manent æterna, & nunquā desitura. Alioqui autē exercet etiā animas ad amorem virtutis. Quādo enim vel cum laboribus ipsam eligit, nunquā præmiū accipiens, meditatur in eā exactissimè affici: quando autem etiā cum voluptate fugit vicium, supplicium nunquā sustinēs, ad ipsum odio habendū & auersandū exercetur. Vnde fiet vt ex hoc accipiat habitum & odij aduersus improbitatem, & amoris in virtutem. Est etiā alia ratio. Quænam autem ea est? Quòd afflictio nos vel maximè vngit, confirmat, & fortiores reddit ad studium sapiētiæ. Et cum hac etiam alia. Quænam autem ea est? Vult nos docere præsentia despicere, & non eis esse affixos & alligatos. Propterea afflictionem concessit & laborem: quæ autem bona sunt & iucunda, vt facilè soluerentur, effecit. Consumatur nequicia peccatorū, & diriges iustum. Quid est, consumatur? Infer, inquit, supplicium & cessare facies à vicio. Quemadmodū enim pu- *Collatio. Physica.*
trefactiones cedunt amaris medicamentis, vsturis, & sectionibus: ita etiā à supplicio arcetur improbitas. Cū hæc ergo intelligant, non oportet eos flere qui puniūtur & supplicio afficiuntur: sed eos qui peccantes nullas omnino pœnas luunt. Primum enim malū est, peccare: Secundū autem, si peccantibus nulla adhibeatur medicina. Imò vel hoc primū iure dixerit quispiam, & *Prouer.14.* *Altera.*
longe grauius. Quemadmodum enim non graue est ægrotare: sed eum qui ægrotat nō curari, nec eum qui putrefactione laborat simpliciter & absolutè deflem⁹: sed eum qui laborat quidem, sed iacet neglectim, nec habet medicum qui ei manus adhibeat, eum autem qui scinditur & vritur, eum dixerimus iter ad sanitatē ingredi, non respicientes dolorem qui ex sectione, ad sanitatem, quæ ex ea oritur: Ita etiam oportet nos in anima affici, lugere quidem & deflere non eos qui puniūtur: trahuntur enim ad sanitatem: sed eos qui cùm peccant, non dant pœnas. Et si pœnæ, inquit, peccata pro- *Quæstio.*
hibent, cur non inquit, quotidie damus pœnas nostrorum peccatorum? Quoniam si hoc factum esset, præreptum fuisset humanum genus, & sublatus esset fructus pœnitentiæ. Considera in Paulo. Si ille enim dedisset persecutionis pœnas, & fuisset sublatus: quo modo habuisset tempus agendi pœnitentiam, & post pœnitentiam, faciendi bona innumerabilia, & vniuersum, vt semel dicam, terrarum orbem deducendi ab errore *Solutio.*
βεβαίωσις. ad veritatem? Non vides etiam medicos, quando quis C
multis est affectus vulneribus, non tantam adhibere medicinam quantam postulat natura vulnerum, sed quantam ferunt vires eius qui est sauciatus, ne dū vulneribus medentur, ægrotum de medio tollant. Ea de causa deus nec omnes simul punit, nec omnes pro meritis, sed sensim & aliquantum cedens, & sæpe vnum *Altera similis.*
puniens, multos per illum castigauit. Hoc etiā sæpe fit in corpore. Vnius membri abscisio, pluribus aliis præbuit sanitatem. Vide autem charitate plenam iusti animam, quo modo vbiq; quærit quod est cōmuniter vtile, & vt peccatū de medio tollatur, non vt sumat pœnas de inimicis, sed vt inimici cessent ab improbitate. Hoc ergo semper spectemus vt sistatur vicium, & lugeamus eos qui illo tenentur, etiāsi sericis vestibus sint induti: eosq; è diuerso beatos iudicemus qui sunt virtute præditi, etiamsi cū extrema inopia colluctentur, ab externis cogitationē vtriusq; subeuntes. Tūc enim videbimus huius quidem diuitias, illius verò inopiā. Quid enī si splēdida veste extrinsecus est indutus? Quid differt ab officinis & lignis quæ eam ferunt? Qua in re est iis locupletior qui eam vendendam accipiunt? Sed nō iusti sunt eiusmodi diuitiæ, sed firmę, & stabiles. Quòd si non sentiunt diuites se esse in paupertate, nihil mirum. Nec ij etiam malum sentiunt, qui laborant phre- *Stoici.*
nesi: & propterea sunt maximè miserandi, nō beati ducendi. Si enim sentirēt, ad medicum accurrerent: nūc autem hoc est in vicio grauissimum, quòd cum in eo sint, ne se quidem in eo esse sentiāt. Ne hoc respexeris, quòd se esse diuitem lætatur diues, sed propter hoc ipsum vel maximè eum defle, quòd ne sentiat quidem in quanto malo versetur. Non est enim humanum, sed à ratione maximè alienum, propterea exultare. Et diriges istū. Quid hoc est? Punitis enim malis, inquit, fiunt

iusti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Septua. ꝓ dextra. ue. Cælum.

iusti attentiores. Proinde duo hinc bona oriuntur. Nã & illi à vitio desistunt, & hi ad virtutẽ magis accedũt. Quemadmodum enim homo sanus cum videt quempiam vri aut secari, redditur attẽtior ad sanitatem: ita hic etiam. Et multi eorum qui tunc erant, offendebantur, etiam eorũ qui videbantur seipsos attendere, propter malorum prosperitatem adhuc imbecillius affecti. Quapropter hic etiam alibi dicit: Propemodum effusi sunt greſſus mei, quoniam æmulatus sum propter iniquos. Alius autem rursus: Quare via impiorũ prosperatur? Quinetiã Iob multa quærebat eiusmodi. Sed tũc quidem imperfectius affecti dicebant, hæc dicentes, & quærebant quærentes, nũc autem nulla est dignus venia qui his perturbatur: qui tot & tãta philosophiæ scita didicit, & de futuris talia decreta accepit, & de gehẽna & regno apertius edoctus est: & quod illic vnusquisque accipiet pro meritis. *Scrutans corda & renes deus iustus. Adiutorium meum à domino, qui saluos facit rectos corde.* Alius, Examinator cordiũ & renum deus, iustus defensor meus. Et alius: Deus iustus. Septuaginta autẽ ita dixerunt: Scrutans corda & renes deus, iustum auxilium meum à deo. Dixit eum esse iudicaturũ orbem terræ. Dicit deinceps etiam quo modo sit iudicaturus. Dixit eum non egere testibus, non probationibus, nõ demõstrationibus, non scriptis aut instrumẽtis, aut alio eiusmodi. Ipse est enim qui scit etiam quæ sunt arcana. Ne dicat ergo stultus quispiã, Et quo modo iudicabit mũdum, qui est tantus? Qui enim fecit, cum non esset: is factum iudicabit. Renes autem hic dicit mentis arcana, quæ sunt intima, quæ sunt profundissima ex positura partis. Quid est, scrutãs? Quod alius dixit, probãs. Et si sint autem humanæ dictiones, sunt tamen sensa deo conuenientia. Quemadmodum enim Paulus cum dicit, Qui autem scrutatur corda, scrutari ponit, pro aperte scire: etiam hic scrutans, pro perfecte cognoscẽte. Porrò autem examinare est etiam nudare, quod est perfectæ scientiæ: vt etiam dicit Paulus: Omnia autem sunt nuda & resupinata oculis eius. Iustum auxiliũ meum. Alius: Iustus defensor meus. Quid est, Iustum auxilium meũ à deo? Nihil enim peto iniustum. Quare si supernum auxiliũ impetrare volumus, ea sunt petenda, quæ etiam iusti habent rationem: vt natura petitionis attrahamus auxilium eius qui seruat rectos corde. Hoc est eius officiũ, hæc est ei consuetudo. Quoniam ergo nec ego eum iniuria prouocaui, nec vlcisci desidero: propterea mihi iustũ fuerit à deo auxiliũ. Hæc ergo cũ sciamus, nihil petamus eiusmodi, quod vetet donationem. Quando enim contra inimicos petieris, non est iustum tuũ quod petis auxilium, est enim contrariũ legi eius qui præbet. Itidem etiam quando diuitias, quãdo pulchritudinẽ, quando aliquid aliud quod ad hãc vitam pertinet, quod præterfluit, petieris, id est cõtrarium philosophiæ animæ. Petamus ergo, vt etiam consequamur. *Deus iudex iustus, fortis & patiens, & iram non inferens per singulos dies.* Alius dicit, Fremens quotidie. Hebræus autem, In omni vita. Et alius, Minans, fremens, non puniens. Quod autem dicit, est eiusmodi. Si est iustus: volet omnino punire iniquos. Si fortis: omnino poterit. Et vbi, inquit, est clementia, si ex iusto iudicabit? Primum quidem in eo, quòd nõ statim pœnas infligat, vel potius in eo, quòd ante omnia remiserit per lauacrum regenerationis. Secundò autem in eo, quòd etiam dederit pœnitentiam. Si enim cogitaueris quòd peccamus quotidie, tunc maximè videbis ineffabilem eius clementiæ magnitudinem. Quod quidem etiã si-

Septua. ꝓ dextra. ue. Cælum. Psal.52. Hier.12. Iob.21. Iræ dei punitio. Prouer.20. Hierr.17. Renes. Rom.8. Sentio deitatis. scientia. Heb.4. Exemẽ dedicatio. Matth.5. Rom.12. Rom.3. Rom.2. Gala.3. Psal.43. Luc.2.

gnificans, subiungit, dicens: Deus iudex iustus, fortis, & patiens. Dubitas cur cum velit & possit, nõ puniat, Disce, inquit, quòd est patiens, & nõ inferens iram per singulos dies. Ne quis enim stultus existimet quòd propter imbecillitatem non exequitur: ostendit causam dilationis, quòd magna habeat spacia & magnã mensuram patientia. Quia enim propterea mitis est & patiẽs, te adducens ad pœnitentiã: quando nihil tibi prodest hoc medicamẽtum, etiã exequitur. Nos ergo quotidie digni sumus qui puniamur. Nisi enim ita esset, nõ tanquam magnum quid posuisset illud: Non inferens irã per singulos dies, sed tanquam rebus quidẽ hoc postulantibus. Dei autem clementia iustam sustinente punitionem, hoc dicit. Vide quo modo hic etiam ostendit deum à molestia alienum, & iram appellat punitionẽ. Nemo enim iram infert alij: sed ipse quidem habet irã, supplicium autẽ infert alij. Nihil ergo significat aliud quàm punitionem, cum dicit, Et non inferẽs iram per singulos dies. Et quo modo dicit per singulos? Ingrediatur vnusquisq; suam conscientiam, & tunc videbit. Vt enim prętermittã arcana vniuscuiusq; peccata, hæc quidem cõmunia quis effugiet? Quænam autẽ ea sunt? Quis est dies in quo non socorditer oremus, & cũ magna negligentia? Quòd autem hoc etiam ira dignum sit, hinc sciri potest. Dic enim mihi, Si ad iudicem oscitans accessisses, & conuictus esses, nõ de te statim sumpsisset pœnas, & misisset in exilium? Certè, inquis: homo enim est. Et quid tum? si homo enim affectus est contumelia, nõ fuerit æquum vt irascatur: ab eo enim contumelia affectus est, qui est ei honore ęqualis. Deus autem contumelia affectus, iure supplicium intulerit. Maius enim est hoc peccatum eo quod fit in hominẽ. Et homo quidẽ hoc facit quęrens quod suum est: Deus autem quod est tuum. Quamobrem vel hoc nomine iustius irascatur. Nõ est enim æquale, eos contemnere qui sua quęrunt, & eum qui quæ tua. Hoc maiorẽ enim iram meretur, quando nec ea quidem petiturus quę tibi vtilia sunt, sapis. Quis est autem qui non fratrem cõtumelia sine causa affecerit? Nec mihi dixeris, seruũ affecit cõtumelia. In Christo enim nec masculus nec fœmina, nec seruꝰ est, nec liber. Quis te accusauit, nec est mentitus? quis mulierẽ non aspexit impudicis oculis? quis non inuidit? quis non inani gloria laborauit? quis non locutus est verbũ ocioſum? Hæc autem omnia pœnæ sunt obnoxia. Et si in iis quidẽ quæ ad vitam pertinent, non versantes, essemus diligentes in spiritalibus, venia digni essemus: nũc autem hæc quoq; nobis præcepta est defensio. etenim in illis quidem sumus vigilantes: in his verò planè supini. Ne autem qui audiunt eum esse patientem, fiant negligentiores, subiunxit, *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit.* Alius autẽ dicit, *Ensem suum acuet. Arcum suum tetendit, & parauit ipsum.* Alius dicit, *Intendet. Et in eo parauit vasa mortis sagittas suas ardentibus effecit.* Alius dicit, *Ad ardendum.* Quid ad hæc dicãt qui deum dicũt humana esse forma præditum, ex eo quòd dicatur habere manus, pedes & oculos? Sunt ne in supernis cœli regionibus arcus & tela, & eos & gladiꝰ, & pharetra? Atqui dicit alius: Dum tu respexisti, turbabũtur à te mõtes terræ. Et hic ipse, Qui respicit in terram: & facit eam tremere. Quod si qui terram solum aspicit, lapidum naturam liquefacit: quanto magis hoc ipsum poterit in hominibus? Cur ergo qui solo obtutu poteſt orbem terrarũ euertere, immò qui sola volũtate? Qui enim per solam eum fecit voluntatem, clarũ est quod sola potest eũ volũtate tollere. Dicitur gladium

Προβολὴ & simile. Σιλβόσει vibrabit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esaiæ 40. 4. Reg. 19. & arcum habere. Si enim in manu eius sunt fines terræ, & qui in ea habitant, vt locustæ: & omnes gentes tanquam gutta à cado, & tanquam trutinæ momentũ reputabuntur: iam verò Angelus quoque ab eo egressus, breui momento temporis centum octogintaquinque milia interfecit. Quid dico Angelus? Muscæ, erucæ, & vermes Aegyptiorum exercitum perdiderũt: vbi illic arcu opus est, vbi gladio? Cur ergo hæc dicta sũt? Propter auditorum crassitudinem, & vt his cõsuetis armorum nominibus eorum mentẽ terreant. Cuius enim in manu est omnium nostrum spiritus, & in facie frigoris eius quis sustinebit? quo modo his armis indiget? Sed vt dixi antea, hæc propter auditorum crassitudinẽ & tarditatẽ ita dicta sunt. Quid est autẽ, Et vibrabit, seu acuet? Cotẽne opus est? & est rubigo in gladio? & quisnã qui sapiat, hæc ita accipere sustinebit, vt dicta sunt? Sed vt antè dixi, per omnia describit punitionẽ, & procedit ad ea quæ sunt crassiora, vt etiam qui sunt valde stulti, intelligant non esse insistendũ dictionibus, sed quæ deo conueniãt sensa, esse ex iis accipiẽda. Quare si quis dubitat qua de causa excandescentia & ira de deo dicta est: multo magis propter hæc dubitauerit. Sin autem hæc non sunt accipienda vt dicta sunt, sed ita vt deo conueniãt: clarũ est quòd etiã ira & excandescentia. Crassæ autẽ sunt dictiones, vt auditorũ penetrent crassitudinẽ. Et ideo nec iis quidẽ quæ dicta sunt, fuit contentus: sed terrorem adaugens adhuc more magis humano procedit. Non solum enim inducit eum habentem gladium, sed etiã armatum. Quia enim nõ æquè quis metuit audiens acui gladiũ, & audiens arcum esse in manibus: ex figuris humanis mentẽ auditorum concutit, dicens: Arcum suum tetendit, & parauit illũ, auditorem terrẽs, simul & patientiã eius & iram indicans. Non enim dixit, Immisit, nec iaculatus est: sed, Intendit & parauit, hoc est, est paratus ad emittendũ. Et quid miraris si sic in veteri dictum est, cum etiã in nouo Ioannes cum Iudæis tale quid dicit: Iam autẽ ad radicem arboris securis posita est. Quid ergo? Lignicidãne deus imitatur seculi ligna scindentẽ, & hic & securis accipienda est, & ligna? Absit, quemadmodũ nec paleæ nec frumentum, quando dicit: Cuius ventilabrum in manu eius & mundabit aream suã, & frumentũ quidem congregabit in aream suã: paleam autẽ comburet igne inextinguibili. Quæ est ergo securis? Punitio supplicium. Quæ verò sunt arbores? Homines. Quænam verò Paleæ? Mali. Quod vero frumentum? Boni. Qui autem ventilabrum? Discretio. Ita etiam hic, gladius, arcus, & sagittæ, pœna est & supplicium. Deinde dilationem, & abesse quidem pœnam, sed non longè, adesse autem in foribus, per intenditionẽ & paratum ostẽdit. Instrumẽta autem mortis dicit sagittas. Quemadmodum instrumenta agriculturæ, ea quibus terra colitur, & nauigationis, quę ad nauigandum conferunt, & textrinæ, quibus texitur: ita etiam mortis instrumẽta, quæ mortem efficiunt. Deinde interpretans quæ nam sunt instrumenta mortis, subiungit, sagittas suas, ostendens celeritatem supplicij quando voluerit. Quid est autem ardentibus? Iis qui puniuntur, iis qui dant pœnas. Vide quòd omnia per translationẽ & emphasim dicta sunt, & vt per hæc cuncta augeretur timor. Quod enim dicit, tale est, Parauit supplicia iis qui sunt puniendi. Sed si non sic dixisset, non ita terruisset. Nunc autẽ cum sagittarum, & gladij, & arcus, & immissionis, & intentionis, & instrumentorum mortis, & incendij meminit, nominum varietate metũ incussit. Deinde rursus metum consolans, subiunxit, Ardẽtibus. Ne quis enim insipientior existimaret in omnes eum manus dirigere, & armatum esse, subiunxit, Ardẽtibus. Quod etiã Paulus significat de magistratu dicens: Non enim frustra gladium portat. Quòd si in magistratibus gladius hoc facit, & terret: multò magis in deo. Porrò autem hoc est non vulgaris clementiæ argumentũ, per verba terrere, & pœnã amplificare, ne re ipsa eam experiamur. Propterea enim intendit, propterea parauit, propterea sagittas imposuit, propterea separat ad supplicium, ne veniat ad supplicium. Orationem autem reddit grauiorem, per vibrauit quidem seu acuit, supplicij vehementiam: per intendit autem, propinquitatem. Per appropinquauit verò, id quod omnino futurum est, si nõ fuerint mutati. Per ardentibus autem, reos ostendens, vt per hæc omnia docti, improbitatẽ reprimãt. Quòd si hæc essent furoris & excandescentiæ, non prædixisset eis quos est inuasurus. Ita enim nõ hoc facit, sed cõtrarium, & maximè quando ad summum peruenerit, & supplicio ac supplicij apparatui imminet. Hostes certè, & qui volunt supplicium infligere, non modo id non dicunt, sed etiam id celantes inuadunt, ne qui sunt puniendi, si resciuerint, caueant. At non sic deus, sed contrà omnino, & prædicit, & differt, & verbis terret, & nihil non facit, vt quę minatur, non afferat. Hoc etiam fecit in Niniuitis. Nam illic quoq; arcũ tetendit, & gladiũ vibrauit, & iacula parauit, & ictum nõ inflixit. An non tibi videtur verba Prophetæ esse arcus, & telum, & gladius acutus, quando dicit: Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur. Sed telum non emisit, nõ ideo enim erat apparatum vt emitteretur, sed vt reponeretur. Nã milites quidem ea de causa armãtur, vt puniant: Deus autẽ nõ sic, sed vt cum reddiderit metu modestiores, abstineat manũ à supplicio. Ne ergo conturbemur, est enim terror verborũ, maximæ clementiæ, & quo dicit intolerabiliora, eo illa ex maiori dicit mansuetudine. Nam patres etiam quando nolunt punire filios, verbis iram attollunt. Ita ipse etiam, quia nõ vult punire, verbis metum reddit grauiorẽ. Dicit etiam separasse gehennam, ne mittat in gehennam, & ideo etiã in Euangeliis plura dicuntur de supplicio q̃ de regno. Quia enim in iis qui minus sentiunt, non tam bonorum promissio quàm tormentorum metus adducit ad virtutem, & abducit à vicio: propterea in iis magis immoratur, & ea ponit assidue. Ne ergo molestia afficiamur dum grauia verba audimus (magnum enim lucrum in se continent) sed eius consyderantes & patientiã & iustum iudicium, ne de salute desperemus, est enim patiens, neq; tristi animo simus, est enim iustus, hic quidẽ multam ostendens patientiã, illic autem eos qui non hic lucrifecerunt, experiundo tradẽs supplicio. Quod ne fiat, hic iam supplicium depellamus. *Ecce parturiit iniustitiam.* Hebræus autẽ pro parturiit, *Cõcepit dolorẽ.* Alius, *Et concepisset. Et peperit iniquitatem.* Alius, *mendacium. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.* Alius, *Interitũ quem fecit.* Dicit deum esse paratum ad supplicium. Dixit eum immittere supplicia, hoc castigauit, & modestum reddidit auditorem, vt qui supernam iram ei impendẽre ostenderit. Eum deinceps docet etiam ex rebus ipsis, docens vel ante supplicium, ipsum vicium esse pœnam. Quod quidem etiam Paulus ostendens, dicebat, Et mercedem quam oportebat erroris in se recipientes, & adducit in medium eos qui extrema à vicio passi sunt. Quia eni multi ex crassioribus tũc maxime solent reprimi & moderatiores effici, quãdo eos qui passi

Exod. 3. 4. & 5.

Cur hæc deo tribuãtur.

Luc. 3.

Math. 3. Luc. 3.

Securis dei Arbores Paleæ. Frumentũ, ventilabriũ gladius, arcus, sagittæ.

Ardentes.

μεταφορικῶς καὶ ἐμφατικῶς hæc omnia.

Differit.

Esa. 38. Sophon. 2. Matth. 24. Luc. 17. Ionæ 3.

Confirmat. Mat. 10. 11.

Ἐμφατικῶς incude

Rom. 2.

qui passi sunt viderint: propterea ipse quoque eos adducit in medium. Ita etiam facit Christus, qui cum de gehenna multum disseruisset, eos etiam qui illuc mittuntur, in medium adducit, vt diuitem qui erat sub Lazaro, virgines, cum insuper qui vnũ talentum abscondérat, & in præsenti vita eos qui in turri obruti fuerãt, & quorum sanguinem Pilatus miscuit in sacrificiis. Ita etiam Petrus cum de gehẽna multum disseruisset, eos tunc maxime perculit, quãdo punitos adduxit in medium, & ante oculos ostendit supplicium. Quod quidem fecit etiam Paulus in mago. Porrò autẽ hoc etiam alio quoque modo confirmat, quando eorum qui in solitudine fuerant meminit, sic dicẽs, Nolo vos ignorare fratres, quòd omnes patres nostri sub nube fuerunt, & omnes in Mose baptizati sunt, & eibũ spiritualem comederunt, & potum spiritualem biberunt, sed non in pluribus eorum complacitũ est Deo, sed perierunt, & ceciderunt. Quia enim disseruit de futuris, de gehenna, inquam, pœna & supplicio, ex præteritis, eorum quoq; affert probationem, eos qui puniti sunt adducens in medium, hos quidem à serpẽtibus, illos verò ab exterminatore. Quod quidem hic quoque facit Dauid, vel de Achitophele dicẽs, vel de Absalone. Nõnulli itaq; dicunt dicta esse de Achitophele. Non enim erat eiusdem dicere: Parcite filiolo meo Absaloni, & post casum: Quis dederit mihi mortem pro te? & hæc nunc dicere. Sed illa quidem dicebat instigante natura, nunc verò afflatus à spiritu. Sed siue de Absalone, siue de Achitophele dicta fuerunt, cõsiderãda sunt quæ dicta sunt. Neque enim de personis à me magnopere agẽdum est. Quid ergo ex hoc loco discimus? Ostendit quòd qui propinquo fodit foueam, ipse in eam incidet, & quemadmodum mulieres parturientes, à doloribus discerpuntur: ita etiam qui facit dolum, priusquam propinquum iniuria afficiat, ipse discerpitur, & non leui aliquo sed vehementissimo dolore afficitur. Quocirca cum vellet acerbitatem doloris ostendere, rẽ parturitionis nomine appellauit. Quãdo enim vult scriptura intolerabilem aliquem dolorem ostendere, partus doloris eã nomine describit. Proinde alibi dicit, Pariendi dolores ceperunt habitantes Philistiim, hoc est, timor, tremor, labor, & dolor. Et rursus, Quando autem dixerint, Pax & securitas, tũc eis repentinus imminet interitus, quemadmodum dolor pariendi eique vterũ gerit. Hic duo significat, & esse intolerabile, & esse inopinatum. Et Ezech. Venit dolor parienti, nõ habet autem virtutem pariendi intolerabilem eius timorem indicans. Ita etiam hic propheta. Etsi enim sit quis millies improbus, non interit iudicium conscientiæ, est enim naturale, & à Deo ab initio insitũ. Etiam siquis millies se ambitiosè iactet & glorietur, instat illud vociferans, castigans, condemnãs, & nemo est eorum qui viuit in scelere qui non innumerabiles dolores sustineat, & de malis consultans, & consilium exequens. Quid Achab sceleratius? sed tamen cum ille vineam concupiisset, cõsidera quãtum dolorem senserit. Itaque cum rex esset, & omnia dominatu teneret, nec vllus esset qui ei contradiceret, quoniã conscientiæ non ferebat sententiam, ingressus est tristis, humi procumbens, confusus, vel ipso aspectu præ se ferens conscientiæ condemnationẽ, prædicans in vultu probationem, nec valens tegere quam animo conceperat tristiciam. Ita ergo fuit vel ab vxore deprehensus. Proditor quidem certè, qui in tantum scelus impegerat, cum non posset ferre iudicij conscientiæ dolorem, adaptato sibi laqueo vitam finiit. Quemadmodum ergo qui improbè viuit, tanta patitur: ita qui vitã ex virtute instituit, tranquillitate & mente minime perturbata fruitur. Consydera autem. Si voluerit quis vlcisci quempiam, vel prior iniuriam facere: vide quot mala patitur. Furore repletur, ab ira discerpitur, mouet innumerabiles fluctus cogitationum, mille vias ingreditur, inuadit timor, pauor, ac tremor quo modo offendet, quo modo rem perficiet, & ante eum quem est iniuria affecturus, seipsum perdit. Qui autem iram expulit, ab his omnibus liber est, & iurè certè. Hoc enim est in eius potestate, & vniuersum confecit. Sed illud non itidẽ, sed & opportunitate opus est, & loco, & dolo, & maleficio, & armis, & machinationibus, & offensionibus, & adulatione, & securitate, & simulatione. Vides quàm res sit facilis, virtus, difficilis autẽ vicium: quemadmodum illa quidem est tranquilla, hoc vero turba & tumultu refertum. Hoc ergo describens dicebat Propheta, Ecce parturiit iniusticiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Ex hoc ostendit iniusticiam non esse nobis secundum naturam, sed esse quid alienum, & ideo graue est, & donec ab eo fuerimus liberati, nobis dolores immittit. Nam fœtus etiam donec secundũ naturã perficitur, naturæ adhæret: propterea & manet, & dolorem non habet. Postquã autem perfectus fuerit, si intus maneat, mora est præter naturam: vnde etiam fiunt partus dolores. Quapropter vexata natura ad eum extrudendum vim affert, vt quæ vniuersum fecerit ac perfecerit, & ferre nõ possit amplius. Sed illic quidem prius fit conceptio & tunc dolor partus: hic autem primùm parturiit, & tunc concepit. Quid hoc autem sibi vult? Quod illic quidẽ in tempore partus est dolor, hic autem dolor est à principio. Simul ac enim quispiam de malo consultauit, etiam priusquam in cogitatione cõcreuerit, tumultus ac turba est in cogitatione. In muliere enim deiectum semel semen, ipsum etiam formatur. In iis autem qui dolos construunt, hęc hodie deiecta est cogitatio, & cras rursus alia, & sunt innumerabiles malorum seminum deiectiones, & sunt singulis diebus conceptiones, & partus dolores, qui perimunt quæ ea parit, cogitationem. Non est enim talis partus qualis est in mulieribus, sed quemadmodum in viperis, vterum discerpũt, & latera dilaniantes fœtus procedunt: ita etiam in fraudibus & in iusticia. Sed quantumuis contendamus, non poterimus oratione explicare molestiam ac dolorem quem improbi sustinent. Et ideo dicit quispiã. Exhauriet verò malus solus mala. Quid est enim eo qui inuidet, grauius, & dolentius eo qui insidiatur? eo qui aliena concupiscit? Quouis carnifice grauius perturbationes hæmentem excruciant. Meritò ergo dolores partus has vocauit cogitationes. Sed quemadmodũ mulieres ex congressione pariunt, & si sunt sana quidem corpora, talia sunt etiam quæ nascuntur, vt quæ parẽtum naturam imitentur, ita etiã in cogitationibus: & si cum bonis verseris, tales quoque erunt tui fœtus. Sin autem cum malis, & non attendas, magnum illinc quoq; dãnum capies. Audi ergo quid dicat Propheta: A timore tuo in vtero concepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. In iis autem qui ex Diabolo: Oua aspidum fregerunt, & aranęæ telam texuerunt. Fugiamus ergo improbos. Quo modo enim non est absurdum, cùm liceat ex dei præceptis & concipere & pârere, id nolle, sed improborum persequi congressiones, sed perinde facere ac si mulier in cuius est potestate

ἀνομίαις.

ἐναντίωσις.

γνώμη.

Embryonẽ intelligit.

Parturitio cur hic conceptione prior.

Iniquitas partus viperinus.

Collatio.

Esa. 26.
Esa. 59.

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum rege cõiungi, nõ sustineat, sed pro illo latronem & murorum perfossorem velit habere coniugem? Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Vsus est rursus translationibus, quemadmodum per parturitionem, dolorem: ita per lacum, difficilem liberationem indicans, Et incidet in foueam quam fecit. Quod alius dicit: Qui fodit foueam proximo suo, incidet in ipsam. Porrò autem hoc quoque Dei benignitatis est & clementiæ, insidiis talem tribuere naturam, vt retia conuertãtur in ipsos insidiatores, vt ideo desistant cum propinquis belligerari, & eis parare insidias. Hoc etiam in Mose accidit. Qui enim esset perimendus, cõseruatus est. Pharao autem per viam quam aduersus infantes machinatus est, per eam periit. Cùm enim iussisset infantes interimi, coëgit matrem Mosis infantem propter metum exponere. Cùm autem filia Pharaonis fiscellã scirpeam de fluuio sustulisset, & infantem inuenisset, eum nutriit: auctus autẽ ille omnes perdidit. Hinc & dei maximè elucet solertia, & improbis magna castigatio, & iis qui effugiunt, voluptas. Ita etiam in Ioseph accidit. Cùm enim eum fratres in seruitutem conjecissent, passi sunt qui passi sunt, & eum quidem nihil læserunt, sed etiam iuuerunt: ipsi autem tragœdiam illam sustinuerũt. Cùm multa autem possint dici eiusmodi, consydera etiam in aliis. Aliena inuasit aliquis? seipsum perdidit. Eum enim in cuius bona inuasit, sæpe etiam iuuerit, suam autẽ animam prodidit. Fecit aliquis iniuriam? ense seipsum cõfodit. Nõ enim malè affectũ esse, sed malè afficisse, hoc verò est malè pati. Et ideo Paulus quoque suadebat iniuria potius affici, quàm afficere: & Christus alapis impeti, & non cõtra impetere, sed etiam seipsum ad patiendum offerre. Hoc est maximę virtutis, hoc efficit tolerantiã, hoc fortem reddit animã, hoc omnibus animi perturbationibus potẽtiorem efficit. Qui enim alij iniuriam facit, vel eum verberat, aut cõtumelia afficit, ipse priùs ab animi perturbatione victus, & in seruitutem redactus, tũc videtur proximo iniuriam facere: ipse autem grauiora passus est, in extremam redactus seruitutem.

Prouer.26. *παροιμία.* *Exod.2.* *Exod.14.* *Gene.37.* *vsq; ad finem libri.* *1.Cor.6.* *Matth.5.* *Luc.6.*

Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Et de Achitophele & de Absalone hęc dicta esse dicunt. Vtriusque enim caput descendit ad supplicium. Ille enim laqueo vsus vitã finiit, hic verò cùm sub arborem venisset, & coma fuisset suspensus, illic longo tempore pepẽdit. Ita etiam Iudas laqueo vitam finiit, sciens se hæc omnia fecisse in malum sui capitis: & Achitophel cùm animaduertisset omnino futurum vt Dauid vinceret, seipsum suffocauit: Absalon autem inuitus pependit, & nõ statim de medio sublatus est, sed tanquam in iudicio priùs suspensus est, & ligno affixus, & Deo è superius ferente sententiam longo tempore pependit, à conscientia deinceps flagellatus. Ipse enim cupiebat in patris gulam dexterã intingere: pater autem vel sic rogabat milites ei parcere. A vana autem gloria (quod dixi) erat adeò alienus, vt etiam post mortẽ eum lugeat. Et vt scias quod factum est, non fuisse humanæ industrię, sed totum fuisse diuini iudicij, capilli & lignum eum alligarunt, & brutum eum animal tradidit, & pro fune quidem coma, pro ligno autem arbor extitit: pro milite autẽ eum adduxit mulus. Cõsydera autem id quod est admirabile. Cùm hæc passus est, nemo suorũ ad eum accedere ausus est, cùm tantum fuisset spacium. Hoc autem Deus prouiderat, vt neque detraheretur, nec vinctus ad patrẽ afferretur, quoniam paterna viscera ei parci velle vltra modum indicauerãt: & quod est admirabilius, qui patrem ei recõciliauit, is ipsum interfecit, propemodum instans vehemens accusator: sed is quidem eum occidit, Deus autem tulit sententiam. Quòd enim è superis lata sit sentẽtia, audi quo modo id ipse ostẽderit. Cùm enim dixisset, Et in verticẽ ipsius iniquitas eius descendet, dicit: *Confitebor domino secundum iusticiam eius, & psallam nomini domini altissimi.* Gratias agam, inquit, non aliorum gaudens cędibus, sed dei sententiam suscipiẽs. Et quis potest ei gratias agere secũdum iusticiam eius? Quis autẽ eum laudabit sicut est? Nullus. Quid est secundum iusticiam eius? Pro eo quod est, propter iusticiam eius. Et psallam domino altissimo. Eius est enim victoria, eius trophæa, non mea. Quemadmodũ enim in bellis cùm rex vicit, choros ducentes canunt laudes in eum conferentes: ita ego quoq; faciam, inquit, propterea non dixit, Confiteor: sed, Confitebor: significans quòd nec postquam est assecutus, bonorum obliuiscitur: nec fit negligẽtior, sed est diligens, & vigilat, non quòd Deus iis indigeat, sed quòd hoc sit nobis vtile & commodum. quemadmodum enim accipiebat sacrificia, non egens sacrificiis. (Si enim esuriero, inquit, non dicam tibi) sed homines deducẽs ad eius honorem: ita etiam hymnos laudesq; suscipit, nostra laudatione nõ egens, sed nostram salutem desiderans. Deo enim magnæ curæ est vt in virtute crescamus. Nihil autẽ æquè facit in virtute crescere, atq; cũ Deo assiduè versari & colloqui, eiq; perpetuò gratias agere & psallere. Psallit autem Deo, iustum eius iudicium admirans, & patientiam. Et vbi, inquit, eius est patientia interfecto tyranno? Longè certè maxima. Longo enim tẽpore eum dimisit, vt veniret ad pœnitẽtiam: & regiam tenendam dedit, vt cùm videret domum in qua creuerat, & educatus fuerat, & patris signa, ad pœnitentiam veniret. Si enim non fuisset immanis bestia, nec cor habuisset lapideum, omnia illa sufficiebant ad illum reducẽdum: mensa cuius cum patre erat particeps, *domus, sedilia* vbi verba eum *reconciliauerãt cum talem cædem* fecisset. Cum *his* erant etiam *alia*, quæ ad eum emolliendum sufficiebãt. Audiuerat enim eum exulem sedibus incertis errare, & mala grauia tolerare. Quòd si ne hęc quidem eum molliebãt, oportebat ea quæ Achitopheli euenerant, eum castigare, laqueum, mortem: vt per hæc omnia veniret ad pœnitentiam. Neq; enim ignorabat quæ amico acciderant. Quam autem culpam in patrem conferens, hæc faciebat? Quòd eum ab aspectu remouit? Sed eo nomine debebat eũ admirari & suspicere, quòd cùm fratrẽ interfecisset, eum molli & leni animo tulisset. Sed cum nihil ei posset dari crimini, sed importuna teneretur cupiditate, idq; cùm pater esset iam senex, & esset expectatio in foribus, ne tãtillum quidem expectauit. Quo modo autem non cogitauit, quòd etiam si vicisset, miserrimam omnium vitam esset acturus, cùm esset sceleros us, immundus, & execrãdus? Vbi nunc sunt qui deflent paupertatem? Qua non paupertate, quo non morbo, quo non dolore sunt hęc longè grauiora? Nihil tale dixit apud se, neq; indignatus est, nec lamentatus est, dicens: Egregiam verò refero mercedẽ, qui in eius lege die & nocte meditor: qui cùm in tanta essem authoritate, nũc sum omnium abiectissimus. Qui peperci inimicis, in petulãtis filij sum manus traditus. Nihil tale dixit, nec cogitauit, sed omnia sapienti & forti animo ferebat: in his quæ fiebant, vnam habens consolationem, quòd deo hæc sciente fierent. Quemadmodum tres quoque pueri dicebant. Dan.3.

2.Reg.17. *2.Reg.18.* *Actor.1.* *Secũdũ pro propter.* *Simile.* *Psal.15.* *1.Reg.19.*

Sin minus

Sin minus: Notum sit tibi rex, quòd deos tuos non colimus, & statuam tuam auream quam statuisti, non adoramus. Si quis autem eis dixisset, Et qua tandem spe moriminì? quid expectantes, quid verò sperantes post mortem, post ignem? (Resurrectionis enim nondum erat expectatio) audiuisset: Hæc est maxima remuneratio mori propter Deum. ita hîc etiam maximũ existimabat solatium, deum hæc scientem non prohibere. Amator enim vel millies pro amica moreretur, quanuis post mortem nihil ab ea expectaret. Ita etiam nos oportet nõ propter regni expectationem, nec propter aliquam spem futurorũ bonorum, sed propter ipsum deum omnia pati. Sed sunt multi adeò ignaui & supini, vt ne cum mercede quidem virtutem expetant. Et deus quidem qui regnum promittit, non auditur: Qui gehẽnam autem procurat diabolus, amatur. Quid hac est insania grauius? Quid autem dixi procurare gehẽnam, etiam ante gehennã, hîc dolorem, risum & ignominiam, & innumerabilia adducens supplicia, multos habet qui ad ipsum accurrunt. Considera quo modo adulter vel ante gehennam est omnium miserrimus, omnia suspicans, vel ad vmbrã contremiscens, ad nullum liberis respiciens oculis, sed omnes pertimescẽs & qui sciunt, & qui nesciunt, acutos videns gladios, impendentes lictores, iudicia. Quid tale habet temperantia, etsi labores habeat innumerabiles? Non est semper *in voluptate continens*: in dolore autem semper est *adulter, etiam in* tenebris. Ita etiã videre possumus in *aliis, qui* vincũtur *ab ira*, & qui iram vincunt: in iis qui rapiunt, & in iis qui sua propter deum donant, vel (vt verius dicam) profundunt. Hi enim sedẽt in portu, illi verò in præsentium malorum euripum detrusi, quotidie circuncursant. Præter hæc autem, quando qui est maximè auarus, præsentia bona non satis ducit ad fruendum, & morte timet imminentem: considera quanta patitur. At nõ qui est virtute præditus, sed tunc gaudet & oblectatur, cum eius non pereat, sed potius germinet & efflorescat fruitio. Adulteris itaque & incontinentibus & auaris & helluonibus senectus affert, vt ab illis fruẽdis excidant: bonis autem maiorem fruendi facultatem. Quare vel ante gehennam hoc vel ad mentem vexandam sufficerit. Hæc ergo cogitãtes, fugiamus vicium, sectemur virtutẽ, Deum amemus non propter ea quę sunt eius, sed propter ipsum. Ita enim in præsenti vita ingrediemur via quæ ducit ad virtutem, quæ est angusta quidem natura, sed viatorum voluntate & instituto lata redditur. Ad cuius fastigiũ cacumen nobis detur peruenire gratia & clemẽtia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorũ, Amẽ.

ydem.

Confirmatio similis.

Exemplum.

Conclusio parænetica.

Matt.7. Tenet.4.

IN PSALMVM VIII.

In finem pro torcularibus. Alius, *Victorinus pro torcularibus.* Alius, *victoriæ effectori, pro gittithide. Hebræus autem* לַמְנַצֵּחַ *Lamnazeah* עַל־הַגִּתִּית *alhaggathith*

DOmine dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Alius, *Quàm magnum nomen tuum.* In priore psalmo dixerat, Confitebor domino secundum iusticiam eius, & psallam nomini domini altissimi: hîc implet quod promiserat, et hymnum offerens. Et in illo quidem sunt ea quæ dicuntur tanquã ex vna persona. Domine enim deus meus, inquit, in te speraui, saluum me fac. Hîc autẽ tanquam ex persona multorum. Domine enim, inquit, deus noster, quàm admirabile est nomen tuum. Sed præbete silentium, & attente audite. Si enim cùm in theatro chori canunt satanici, summa est quies, & maximũ silentium, vt pernicioſa percipiantur cantica: hîc vbi chorus quidem est ex viris sanctis: qui autẽ chorum ducit, est propheta: canticum autem ac melodia nõ est ex operatione satanæ, sed est ex gratia spiritus: qui autem canitur, non est dæmon, sed deus: quo modo non est summum adhibẽdum silentium, & cum veneratione & summa reuerentia audiendum? Chorum enim ducimus vnà cum supernis potestatibus. Supernorũ enim chororũ Cherubim & Seraphim, hoc est munus, Deum assiduè laudare, & hymnis celebrare. Ex his choris etiã in terra apparuerunt cũ vigilantibus pastoribus canentes. Audiamus ergo hoc quoque canticum. Qui terrenũ quidem regem laudãt, cum eo loquuntur de imperio, de trophæis, de victoria, & dicunt gentes quæ ab eo victę sunt, vocãtes eos expugnatores, & barbarorum victores, & quæcunque sunt eiusmodi. Huiusmodi cãticum canit etiam hîc beatus. narrat enim victoriam, & trophæum, & bella confecta, non quidẽ talia, sed his multo difficiliora. Vide autem quo modo incipit, Domine deus noster. Aliorum enim, qui non credunt in ipsum, vno modo est dominus: noster verò simplici ratione, & quòd nos ex iis quæ nõ erant, fecerit, & quòd agnoscatur à nobis. Et vide quo modo statim à principio ponit summã beneficij. Si enim didiceris quo modo dominus tuus factus sit: quòd & alienatos & inimicos, & morte affectos, familiares effecerit, & viuificauerit: pulchrè videbis summã beneficij. Hoc ergo admirans propheta dicit: Quàm admirabile est nomen tuum, hoc est valde admirabile. Quàm admirabile autem sit, non dixit: neque enim dimetiri potuit, sed tantùm amplificationem & hyperbolen attulit. Vbi sunt qui dei essentiã curiosè perueſtigant? Si enim cùm nomen eius dixisset, adeò admiratus est, vt obstupesceret: quo modo venia eis dabitur qui se dicunt noisse dei essentiam, cùm ne propheta quidem quàm sit admirabile eius nomen, cognoscere potuerit? Quàm admirabile nomẽ tuum! In nomine enim tuo mors victa & fracta est, vincti sunt dæmones, cœlum apertum est, fores paradisi patuerũt, spiritus demissus est: serui, facti sunt liberi: inimici, filij: alieni, hæredes: homines, Angeli. Quid dico angeli? deus homo factus est, & homo deus: cœlũ accepit naturã è terra sumptam, terra eum suscepit qui sedet super Cherubim cum exercitu angelico: quæ intercedebat maceria, diruta est, sublata est sepes: quæ diuisa & disiuncta erant, vnita sunt: tenebræ sunt extinctæ: lux resplenduit, mors absorpta est. Hæc omnia cogitans, & longè his plura propheta, exclamat dicens, Quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra: Vbi nunc sunt Iudæi, qui sunt impudentes aduersus veritatem? Lubenter enim eos interrogarem de quónam hæc dicuntur. De omnipotẽte, inquient. Sed non erat nomẽ eius admirabile in vniuersa terra. Testatur Esaias dicẽs, Propter vos blasphematur nomen meum inter gentes. Si autem qui eum colebãt, in causa erant vt ipse blasphemaretur, vbi erat admirabile? Quòd enim natura sit admirabile, clarum est, apud homines autem non erat tunc pluribus admirabile, sed etiam vile & aspernandũ. Sed non sic nũc: quia quando accessit vnigenitus filius, vbique nomẽ eius admirabile cum Christo. Ab ortu Solis, inquit, vsque ad occasum glorificatum est nomen meum in gentibus. Et rursus: In omni loco offertur incensum nomini meo, & sacrificium mundum. Vos autem ipsum prophanatis.

Argumẽti à minori.

βίκης.

Luc.2. A simili.

1.Cor.15. Ephe.4. Act.4. 2.Cor.5. Act.2. Rom.8. Rom.5. Tit.3. Ioan.1. Ephe.2. Ioan.1. 1.Cor.15.

Nomẽ dei, admirabile cũ Christo. Psal.112. Mal.1. Esa.11.

Esa.52.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis. Et alius, Impleta est vniuersa terra cognitione do- A
mini. Et rursus, Venient dicētes, patres nostri falsa ido-
Hier.10. la possederunt. Vides hæc omnia dicta esse de filio, fa-
ctū est enim eius nomen admirabile in vniuersa terra.
Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Alius, *Qui posuisti laudem tuam super cælos.* Quia enim terræ memi-
nit, transfert etiam orationem in cœlum, quod semper
consueuit facere, ostendens vniuersum orbem terra-
rum laudare suum dominum. Hoc etiam hic ostendēs
dicit: Admirabile infrà, admirabile suprà. Non solum
enim homines, sed etiam angeli laudant ea quæ facta
sunt, & pro eius in homines beneficiis agunt gratias,
quod etiam fecerūt in principio, cum in terris choros
Luc.2. duxerunt. Vel hoc ergo dicit, quòd canunt etiam an-
geli, vel vult eius ostendere magnitudinem. Quando
enim scriptura vult aliquid magnū dicere, distantiam
horum elementorum adducit in medium, vt quando
Psal.102.16 dicit, Secundum altitudinem cœli à terra. Et rursus,
Quantum distat ortus ab occasu, longè fecit à nobis B
iniquitates nostras. Hic ergo admiratur quàm magna
sint & quàm grādia quæ facta sunt omnia, cum infimā
substantiam effecit omnibus superiorem. *Ex ore infan-
tium & lactentium perfecisti laudem.* Alius, *Ex ore infantium &
lactentiū fundasti fortitudinem.* Alius, *Constituisti robur.* Quod
autem dicit, est eiusmodi. Potentiam tuam ex hoc ma-
ximè ostēdisti, quòd vires imbelles moueris, & linguā
balbutientem ad illam glorificationem, claram & ex-
Matth.21. peditā feceris. Quæ enim facta est à pueris in templo,
hymnorum decantationem hic dicit. Et quámnam ob
causam, aliis prætermissis miraculis, mortuorū resur-
rectione, leprosorum mundatione, Dęmonum expul-
sione, nunc puerorum miraculi meminit? Quoniā illa
quidem etiam antè facta sunt, & si non sic, tamen facta C
sunt, & aliquid inter se commune habuerūt, licet non
4.Reg.4. modum. Suscitatus est enim mortuus sub Helisæo, &
4.Reg.5. leprosus mundatus, & Dęmon per Dauid expulsus est,
1.Reg.16. quando Saūl inuadebatur à Dæmone. Chorus autem
infantium & lactentium nūc primum locutus est. Ne
ergo impudenter se gereret Iudæus, dicens hæc dicta
esse de iis quæ facta sunt in veteri, elegit signum quod
nunc primum & solum factum est, & alioqui quæ fie-
bant, erant figura ac typus apostolorum. Nam cum ij
essent valde infantes, & ipsis piscibus magis muti, vni-
uersum orbem terrarum irretierunt. Quòd autē hoc
sit maximè dei virtus & potentia, vide etiam Prophe-
tam hoc de patre dicentem. Cum Mose enim loquens
Exod.4. dicit: Quis fecit mutum & surdum, videntē & cæcum?
Esa.50. Et rursus: Qui dat linguas expeditas iis qui sunt impe-
ditioris linguæ. Et rursus, Dominus dat mihi linguam D
disciplinæ vt sciam quādo oporteat loqui sermonem.
Gene.11. Iam vero dicit etiam in principio: Agite descēdamus,
& confundamus ipsorū linguas. Magna ergo est & va-
lida demonstratio. In aliis enim, etsi præter rationem,
aliqua tamen suspecta habebant qui sunt impudentes,
hic autem nihil potuerūt dicere, cum ipsa per se nuda
natura contenderet. Et ideo non dixit simpliciter in-
fantium, ne quis innocentes & simpliciores eum dice-
re putaret, sed subiūxit, Et lactentium. ætatem, cibi ab-
iectione exprimens. Non enim dixit solummodo in-
fantium, sed etiam vbera sugentium, qui nondum so-
lidi cibi fuerunt participes. Non est ergo hoc solū ad-
mirabile, quòd vocem, camq; clarā & expressam emi-
serint, sed etiam quòd plenā bonis innumerabilibus.
Quæ enim apostoli nondum nouerāt, ea pueri laudi-
τροπικῶς. bus hymnisq; celebrabant. Ex hoc etiam aliquid aliud

significat, nempe oportere eos qui ad dogmata acce-
dunt, animo pueros effici. Si quis enim non susceperit Matt.
regnum cœlorum vt puellus, inquit, non potest ipsum
ingredi. *Propter inimicos tuos.* Dicit etiam causam cur
hoc miraculum factum sit. Alia enim non propter ini-
micos facta sunt, sed vt accedentes beneficium accipe-
rent, & alij docerentur: hoc autem non solū propterea
factum est, sed vt obstruerētur ora inimicorum. Quos
etiam alius clarius significans, dicit, Propter alligan-
tes te. Ii enim eum alligarunt ductum ad crucem. *Vt
destruas inimicum & vltorem.* Vt compescas inimicum, &
qui seipsum vlciscitur, populum hic dicens Iudaicum.
Christum enim expellebant vt inimicum, præ se fere-
bant autem hoc facere tanquam patrem vlciscētes. Et
ideo hanc illis excusationem auferēs, dicebat, Qui me Ioan.15.
odit, odit & patrem. Et rursus, Qui credit in me, credit Ioan.12.
in eum qui me misit. honori suo & iniuriæ semper pa-
trem coniungens. Vide autem quàm accuratè locutus
sit Propheta. Nō dixit, Vt punias, sed vt destruas, quod
alius clarius significat, dicens, Vt cessare facias, hoc est,
vt eorum de medio tollas impudentiam, non vt do-
ceas, laborabant enim morbo qui corrigi nō poterat.
Cum ergo tale viderent miraculum, & nihil possent
contradicere, in ipsum conuertebantur, dicētes, Non
audis quid ij dicant? Et cum oporteret deinceps ado-
rare & admirari, erant valde perplexi & incerti quid
agerent, & cum deberent vnusquisque inter se dicere,
Nō audis quid hi dicunt? id seipsis dimissis Christo di-
cebant. Et cur nō emissa est vox angelorum? Quòd il-
lud quidē, visum seu spectrum eis potuisset videri, ad
hoc autem nihil poterant contradicere. Quid autem
dicebāt pueri? Nihil graue aut importunum, nec quod
eos iure posset percellere, sed quod eius cum patre cō- C
sensionem maximè significaret. Benedictus, dicebant, Matt.
qui venit in nomine domini. Tunc ergo eorum coër-
cuit impudentiam, postea autem vrbē quoque eorum
euertit, nec est vlla pars totius orbis terrarum quæ sit
Iudęorum calamitatis expers, sed quemadmodum qui
corpore est mutilo, vndiquáque circuncursat sua vul- *Elegāter
nera ostentans, & quemadmodū iudices cum multos mœsis.
homicidas de medio sustulerint, vnum furcæ affigunt,
vt vel ipsis mortuis, tanquam recenter inflictū supplici-
um viuos coërceat & in officio contineat, ita hic etiā
non mortuos, sed viuos omnibus exemplum pro-
posuit, eos quoquouersus dispergens, & qui vnam ha-
bitabant regionem, nunc sunt dispersi per totum or-
bem terrarum. Etsi causam rogaueris, nullam aliā in-
uenies, quàm quòd Christum crucifixerint. Cur enim,
dic mihi, hoc ita factum est? Sed & si id aliquando fa- *Pulchrè re-
ctum est, in vnam gentem exterminati sunt, & ad pau- prehen-
cos annos. Nunc autem non sic, sed infinito supplicio dens.
puniuntur, Et si eos rogaueris, Cur Christum crucifi-
xistis? dicūt: Quòd esset impostor & præstigiator. Vos
ergo oportebat propterea honorari, & fines vestros
propagari, vt qui deo fecissetis rem gratam. Qui enim
impostorem, & præstigiatorem, & dei aduersarium de
medio sustulerit, is dei hostem sustulit. Qui autem ho-
stem sustulit, is iure optimo laudetur. Nunc autē, Phi- Num.25.
nees quidem quòd vnā meretricem interfecit, tantam
laudē à deo est consecutus, vt sacerdotio & tanto ho-
nore dignus habitus fuerit: vos autē, quos multo ma-
iori honore affici oporteret, si modò impostorem oc-
cidissetis, nō modò nullo honore afficimini, sed, quod
longè est grauius, errones & exules, nullamq; certam Esa.23.
sedem aut patriam habentes, huc & illuc obitis. Hoc Ioan.1.

ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo nulla alia de causa passi estis, quam quòd præsidem,& benefactorem, & veritatis doctorem crucifixistis. Si fuisset enim impostor ac planus, & dei aduersarius,& cum deus non esset, voluisset esse deus, & patris honorem ad seipsum attraxisset: & Phinee, & Samuele, & illis omnibus oportuit vos magis honorari, qui legis defendendæ tantũ zelum ostenderetis. Nunc autem quod nunquam passi estis cum idola coleretis, cum impij essetis,cũ filios interficeretis. hæc nunc passi estis,& nulla datur ratio vos liberandi à malis,& errones,exules,vagabundi, & Romanorũ legibus seruientes,terram & mare obitis,migrantes,nullasq; certas sedes,vrbes aut domos habentes,& in seruitutẽ redacti, & à patria,& à sacerdotio,& omnibus quę priùs habebatis,expulsi estis,in mediis barbaris & gentibus innumerabilibus dispersi, omnibus hominibus exosi, execrandi,& omnibus ad iniuriam accipiendam expositi. Et meritò quidem. Non enim præmia accepistis,quòd dei inimicum occideritis: hoc mera est insania & nugæ. Quæ enim nunc patimini,non sunt eorum qui dei inimicos occidunt, sed eorum qui amicos interimũt. Sed nos,ô amice, inquit, hæc nõ dicimus. Propter nostra peccata hæc patimur. Nunc confitemini incredduli,& quænam peccata cedo? Nũquid nunc primũ peccastis:nũc certè mitiores & moderatiores euasistis. Sed nondum hoc agimus. Sed vos illud lubenter interrogarem,quamobrem priùs semper peccantes,Dei benignitatem & clementiam sensistis,nunc autem non itidem,& quod est admirabilius, nunc minora peccata committentes? Tũc enim & Beelphegor initiabamini, & vitulũ adorastis, & filios occidistis, & filias de medio sustulistis, idq; cum vobis signa abũdè suppeterẽt, nunc autẽ cum nec videatis mare diuidi, nec petram frangi,nec adesse Prophetas, nec vestri cõsuetam sentiatis prouidentiam, maior tamẽ appareat probitas, & vitæ moderatio,quænã est causa, quòd quando minùs peccatis, & maior est vestra modestia, maior est pœna ac supplicium? An nõ vel stultis clarũ est, id ideo fieri, quoniam maiùs est vestrum nunc peccatum? Quãdiu enim in seruos peccastis, veniam estis assecuti, vt cum Prophetas interficeretis, & lapidibus impeteretis, sed postquam manus in dominũ iniecistis,vobis deinceps euasit vlcus immedicabile, & ideo quadringenti* iam anni præterierũt ex quo ciuitatis vel ipsum solũ periit, sublatum est sacerdotium,regnum abruptum,confusę tribus,præclara illa & magnifica euanuerunt,& ne vestigium quidẽ est apud vos reliquum, quod nunquam antè factum est. Sed in principio quidẽ cum dirutum essẽt templum,remanebant prophetæ,& suppeditationes spiritus,& miracula,nunc autem vt claré intelligatis deũ vos esse perpetuò auersatum,ea quoque sublata sunt:& seruitus, & captiuitas, & rerum omnium euersio,&(quod est omnium difficillimum) Dei vos inuasit derelictio,& perinde fecit deus,vt siquis seruum ingratum,sæpe flagris cęsum & non correctum,vestibus exutum,nudum,desertum, vagabundũ errare permitteret mendicantem,& vndique eiectum. Antea autem res vestræ non ita se habebant, sed apud vos erãt prophetæ & in Aegypto,& Babylone,& in deserto. Moses in Aegypto,Babylone Daniel & Ezechiel, in Aegypto rursus Hieremias: & miracula adiecta miraculis, clariorq; & illustrior gẽs euasit, vt quæ apud vos captiuis regibus esset superior. Sed nunc illa omnia perierunt, & supplicium est grauius prioribus, nõ solùm propter longitudinem temporis, sed etiã propterea quòd estis vndiquaq; derelicti. Quánam ergo de causa, dic quæso, quando plura peccabatis, tanta vestri erat cura ac prouidentia: quãdo autem pro lege zelo accensi estis, passi estis grauiora? Ex hoc enim deum damnatis iniusticiæ, quòd peccatores quidem honoraret, eos autem qui se rectè & ex virtute gerũt, cõtẽpserit. Si enim impostorẽ, vt dicitis, sustulistis, vos rectè ac præclarè gessistis. Vel si iustus est deus, vt certè est iustus, clarum est vestra nunc esse grauiora peccata. Si autem nunc nec impij estis, nec filios (vt antè) sacrificatis, quódnam est aliud peccatum propter quod grauiora passi estis? An non est euidens, quòd crucifixio est veluti quidam colohon & summa omnis malorum? Hoc vos magis perdidit quàm idolorũ cultus, vituli conflatio,& filiorum occisio. Non est enim conferẽdum, filium suum interficere,& dominum suum crucifigere. Propterea quando filios quidem occidebas, veniam es consecutus: sed quando dei filium & tuum dominum occidisti, puniris deinceps absq; vlla venia. Quot sunt anni ab exitu ex Aegypto vsque ad aduẽtum Christi? mille & quingenti puto,& plures. Quo modo ergo in his omnibus vos peccantes passus est: nũc autem vos abiecit, quando maximè coronare oportuit, etsi multa peccassetis? Præclarum enim esset vestrum facinus, si impostorem occidissetis. Cùm hoc autem nunc & sabbata obseruare videmini, & idola minimè adoratis, & alia seruare magno studio contenditis. Quãdo ergo & vita vestra est melior,& tam præclarum,vt dicitis,facinus fecistis, tũc vltima patimini. Quid hac insania fuerit deterius? Quid hac amentia? quòd cùm vos defendere velitis, blasphemiis & maledictis deum insectamini. Si enim quod aduersus Christum peccastis,non est illis omnibus deterius,sed id à vobis, & dicitis, iustè & rectè factum est: cur vos quidem punit, vos sic rectè gerentes, peccantibus autem pepercit? Hoc non solùm deus, sed nec vllus homo mentis compos facere in animum induxerit. Sed quid ad hæc dicunt? Diiecti sumus, vt essemus orbis terræ doctores. Nugæ sunt hæc,& ineptię. Eos enim qui futuri sunt doctores,se priùs rectè gessisse oportuit,& tũc ad id mitti: cuiusmodi fuerunt prophetæ & Apostoli. cùm autem ipsi sint peruersi, & omni vicio referti, quo modo ad docendũ processerunt? Videamus ergo qualis eorũ fuerit vita quæ præcesserit. Inueniemus enim eos beluis fuisse immaniores. nã & parricidæ,& filicidæ,idolorumq; cultores, & alienorũ bonorum occupatores fuere: eorum autem sunt plenę prophetiæ. Ac vestram quidem libidinem ac incontinentiam significãs Hieremias dicebat: Et qui in equas insanientes facti sunt: vnusquisque hinniebat ad vxorem proximi. Quid hac fuerit peius immunditia? Non enim vt homines cum suis inuicem vxoribus coibant, & ideo eorum furorem appellauit hinnitum. Nec eos solùm arguit fornicationis, sed eos etiã accusat adulterij,quod etiã ab eis impudẽter admittebatur, quemadmodum in brutis. Alius autem propheta dicit, Ingressi sunt ad mulierem facientes aulæa filius & pater ad eandem puellam. Propterea ergo, dic quæso, vos misit doctores, vt fornicationes & adulteria discereremus,& quòd oportet, patrem & filium idem inire cubile? Quid verò Ezechiel? Ne secundum gentium quidem legitima feciſtis, inquit. Eos ergo qui erant deteriores gentibus,dic mihi,doctores misit? Factas autem ab eis cædes quis ferre possit? Filios enim & filias mactarunt dæmoniis,& eos cõbusserunt. Hoc autem Dauid quoque ostendit, dicens: Et mactarunt filios suos & filias

Habet scholion.

Num.25. Exod.32. Psal.105. Ezech.16. Exod.34. & 22. Amos de diuina ap. Christoſta. in impios Iudæos. Matt.23. Act.7. Heb.11.

**Amos de eadem Chryſoſt. Dan.9.*

Argumentũ à ſimili. Iſa.64. & ſeq. & Matth.23.

Hier.5.

Amos.2.

Ezec.5.

Pſal.105.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& filias ſuas dæmoniis. Propterea ergo miſit, vt hoc diſceret natura hominum, quòd oportet filios & filias mactare dęmoniis? Non erubeſcitis, nec pudore ſuffuſi vos tegitis, cum huiuſmodi nugas comminiſcamini. *Oſee.4.* *Hiere.3.* *Ezech.22.* *Pſal.13.* Alius enim dicit, Sanguinem miſcent ſanguini: & execratio, & mendacium, & furtum, & adulterium fuſum eſt ſuper terram. Alius autem: Facta eſt tibi facies meretricis, erga omnes fuiſti impudẽs. Alius rurſus, Principes veſtri tanquam lupi Arabiæ. Alius rurſus, Nõ eſt intelligens, non eſt requirens deum. Omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt. Egreſsi ergo eſtis vt hęc doceretis, impudentiam, amentiã, fornicationes, adulteria, cædes, omnem viam improbitatis? Non ceſſatis nos cogere veſtra mala traducere. Vos eſtis qui erigimini ex vtero, & docemini vſque ad ſenectutem. Vos eſtis cæci, & qui vos inuicem in foueam præcipitatis. *Eſa.49.* *inxta 70.* *interpre.* *Pſal.70.* *Matt.15.* *Luc.6.* Cæcus enim, inquit, cæcum ducit, & ambo in foueam cadent. Qui prophetas ſemper habuiſtis, & nunquam facti eſtis meliores, futuri eſtis aliorum doctores? Non ceſſatis hæc nugari, veſtram agnoſcitis culpam? Hoc enim vos ſemper perdet, quòd veſtrorum malorũ nolitis fundamentũ cognoſcere. Propterea quòd faciũt iudices, qui iubent vt eos qui flagris cæduntur, ſequãtur qui clament & dicant cur cædantur, ſi fures, ſi raptores: ita etiam deus vos quoquouerſus traducens, iuſſit ſequi prophetas qui cauſam dicerẽt ſupplicij. Vbiq; enim terrarum vnà vobiſcum vincti ſunt, qui etiã nũc adhuc vobis inclamãt. Et ſi in ſynagogas ingrediaris, audies aſsiduè eos hæc verba dicere. Et Dauid quidẽ deſcribens illud (quod latrocinij inſtar habebat) Caiphæ iudicium, dicit vos propterea periiſſe. Cum enim dixiſſet, Dirumpamus vincula eorum, & abiiciamus à nobis iugum ipſorum: ſubiunxit, Tũc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Eſaias autẽ cum dixiſſet ouem ductam eſſe ad occiſionẽ, ſubiũxit: Et dabo improbos pro ſepultura ſua, & diuites pro morte ſua. Et rurſus alibi de vite loquens: Expectaui vt faceres iuſticiam: feciſti autem iniquitatem, & non iuſticiam, ſed clamorem. Quẽnam autem clamorem? Crucifige, crucifige. Et ſubiunxit: Propterea diruã ſepem eius, & erit in conculcationem: & mandabo nubibus vt non pluant ſuper ipſam pluuiam. Non propterea ergo diſperſũ eſtis, ſed propter ea quæ in cruce auſi eſtis, idq; manifeſtum eſt ex prophetis. Et vt ſcias Chriſti virtutem, & vt ex vobis ipſis diſcatis, quæ non didiciſtis à prophetis, vide res quoque ipſas id teſtantes. Quod enim vos lex non docuit, hoc ex redũdanti copia fecit Chriſti potentia. Quandiu enim legem habuiſtis, & occidebatis, & filios mactabatis, & adulterabatis: poſtquam autẽ illuxit ſol iuſticiæ, de veſtris malis multũ deceſsit, & moderatius vitã inſtituiſtis, correcti per veſtram in nos æmulationem. Propterea vos diſperſit, vt ſciretis quantam in terris plantarit rempublicam: & templum ſoluit, vos vel inuitos à vicio abducens: & vbi templum fuit ſolutum, illic etiam Chriſtus ſepultus eſt, vt propter illius ſepulchrum recedentes, viderent etiã trophæum illius potentię, & verbum ſtetiſſe quod dicit: Non manebit hîc lapis ſuper lapidem. Vbiq; enim ſunt eius trophæa & monimenta potentiæ. Sin autem erat, vt dicitis, impius, & dei aduerſarius, etſi innumerabilia peccata feciſſetis, ne ſic quidẽ puniri opportebat: & ſi oportebat, non tũc: ne quis exiſtimaret vos pro illo pœnas luere. An non audiſtis deũ dicentem, quando eratis in captiuitate, Non propter vos facio, ſed propter me, ne meum nomẽ prophane-

Homœoſis elegans. *Pſal.2.* *Eſa.53.* *Eſa.5.* *Matth.27.* *Mar.15.* *Luca.23.* *Ezech.23.* *Matth.24.* *Ezech.36.*

A tur. Atqui tunc erat maior veſtra improbitas: ſed tamen, inquit, ne exiſtimẽt barbari me eſſe imbecillum, dimitto veſtra peccata, & conſeruo vos. Deinde tunc quidem vos iniquè vos gerentes ſeruauit, ne eius nomen prophanaretur: nunc autem hoc non feciſſet? Si enim vel innumerabilia peccata feciſſetis, vos nihil oportuit pati eiuſmodi ſi fuiſſet impoſtor Chriſtus, ne quis exiſtimaret vos illa propter ipſum eſſe paſſos, ſed etiam conſeruatos vos eſſe oportuit: & ſi, vt iam dixi, vos pati oportuit, at non tunc. Nunc autem hæc ſimul facta ſunt. Quando enim crux proceſsit, paulò pòſt exierunt apoſtoli, & difficile bellum aduerſus illam ciuitatem ſuſcitatum eſt, & quod eſt in euangeliis: Væ lactantibus & prægnantibus, & omnia illa, exitum ſortita ſunt: & illud, Tunc erit tribulatio, qualis nunquam antè fuit, impletũ eſt. Nam & mulieres filios comede- *Matth.24.*

B runt, & hoſtes perfregerunt ventres mortuorum, & *Luc.21.* ignis barbaricus eſt omnia depopulatus, & omnia erãt *Ioſ. de bello* plena ſanguine, & nouæ tragœdiæ, & vniuerſus orbis *Iudaic.* terrarum refertus erat malis Iudaicis. Hæc ergo apud vos cogitantes, veſtrum dominum agnoſcite. An non prophetas occidiſtis? nunquid tale quid paſsi eſtis? Nõ altaria diruiſtis: nunquid talis vobis cõtigit calamitas? Non vitulum adoraſtis, & Beelphegor eſtis initiati, & *Exod.32.* naturam ignoraſtis: Nunquid tales hoſtes experti eſtis? *Num.25.* An non vel in mediis beneficiis immemores & ingrati ſeruati eſtis? Vnde ergo innumerabilia in vos mala profecta ſunt? An nõ clarum eſt ex eo, quòd in dominum auſi eſtis peccare, nõ in ſeruos? Vnde nec eſt vobis à malis liberatio, nec erit. Si eſſet enim, eam prædixiſſent prophetæ. Nunc autem dixerũt quidem captiuitatem, ſed non reditũ: licet bona ſuppliciis aſsiduè

C admiſcentes, & tẽpora definientes. Etenim Hieremias *Hier.26.* definiit ſeptuaginta annos, & Daniel ſimiliter 70 heb- *& 29* domadas & dimidium. Quin etiam prędictum eſt eos *Dan.9.* quadringẽtis & triginta annis in Aegypto ſeruituros. *Genes.* Huius autẽ captiuitatis nuſquam ſitum eſt tempus, nec *Matth.* finis, ſed relicta eſt veſtra domus deſerta, & quotidie *Prouer.* res veſtræ deterius procedunt. Hęc apud vos conſide- *1.Tim.4.* rantes, & quæ breuiter dicta ſunt fuſius tractantes (Da enim ſapienti occaſionem, & erit ſapientior) illorũ impudentiam immemoremq; & ingratum animum poteritis refellere. *Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum.* Alius, *Video enim cœlos, lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti.*

Alius, Paraſti. Alius, Stabiliiſti. Cùm dixiſſet, Deſtruxiſti inimicos, ſplendidæ huius victoriæ affert probationẽ. Tu enim, inquit qui crucifixus es, qui de medio ſublatus es, apparuiſti orbis terrarũ creator & opifex.

D Propterea dicit, Videbo cœlos tuos, ſignificans multos non hoc antea cognouiſſe, poſtea quidem certè omnes ſcient. Et cur non vniuerſas orbis terrę partes perſecutus eſt? Quòd eorum quæ videbãtur opportuniora perſecutus, de aliis docere minimè opus habuit. Adeò ergo deſtructi ſunt inimici, vt qui ab eis expellebatur, & ab eis de medio ſublatus eſt, omnium quę videbantur apparuerit opifex. Et quare non dixit, Manuum tuarum: ſed, Digitorũ tuorum: minimæ operationis opus oſtendens ea quæ videntur, & admirabilitatem opificij, quòd ſuſpenſæ ſtellæ nõ cadant: etſi natura fundamentorum exigat, vt infernè non ſupernè iaciantur: ſed opifex qui eſt optimus artifex, & qui facit admirabilia, in his quæ apparent, plura fecit ſupra naturæ cõſequentiam. Et quare nihil dicit de poteſtatibus incorporeis? Illinc etiam oſtendit eius creationem, quòd tunc cum hoc agebatur: vt ipſi diſcerẽt de

iis quæ

iis quę apparebāt. Et propterea eius quoque pater cum A quidem hæc & hiſtoricè, licet & anagogicè accipere- *terpretātur,*
ſuſq; deq; cum Iudæis loqueretur, non dicit: Ego feci *Alij p deo,*
Angelos & Cherubim, ſed, Ego cœlum extēdi: manus *vt Hieron.*
mea terram fundauit, dextra mea firmauit. & omnem *Eccleſia ab*
ſemper orationem conſumit in iis quæ apparent, om- *Angelis.*
nia agens ad ſalutem auditorū. Cum enim eſſent craſ- *Gene.2.*
ſiores, magis ducebantur ab iis quę videntur, quā ab iis *Luc.10.*
quæ ſub viſum non cadunt. Propterea Paulus quoque
ſemper ingrediens & concionans, ducit exordium à
creatura quæ videtur, dicens: Deus qui fecit cœlum &
terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & à pluuiis
annuis, & à genere hominum ducit exordium oratio-
nis. Si enim dixero & eum feciſſe Cherubim, duo erūt
mihi probanda, quòd ſunt Cherubim & quòd ea fece-
rit. In iis autem quæ videntur, cogor ſolùm oſtendere
eum illa feciſſe: quocirca eſt etiā oratio facilior, habet B
enim viſum, teſtem eorum quæ dicuntur. videt enim
auditor magnitudinem, pulchritudinem, & vſum, cōſ-
tantemq; ac numeroſum curſum. In hoc ergo eſt ſo-
lum mihi ſtudium ponendum, vt oſtendam id deum
feciſſe. Et quare non meminit ſolis, ſed lunæ, & ſtella-
rum? Hoc cum dixit, illud quoq; ſignificauit. Quoniā
enim nonnulli à dei opificio, noctem ſeparant, per lu-
nam eam oſtendit, dicens eum etiam huius eſſe opifi-
cem. Non eſt autem parua ſtellarum varietas. & luna-
rium curſuum demonſtratio. *Quid eſt homo quod memor*
es eius, aut filius hominis quod viſitas eum? Alius, Quid quod
viritim eius recordaris? Alius pro viſitas eū, dicit, Viſi-
tabis. Poſtquam dixit de opificio, & vniuerſum ex par-
te ſignificauit, inſerit deinceps ſermonē de prouiden-
tia hominum. Nam illa etiā quæ dicta ſunt, ſunt prop-
ter genus noſtrum, quinetiam quę eorum habetur cu-
ra & prouidentia? vniuerſa enim creatura propter ho- C
minem. Verum enimuero aliud quoque genus pertra-
ctat prouidentiæ, & non temere, ſed valde prudenter
& gratè de his dicere aggreditur, pro toto orbe terra-
rum agens gratias, & vniuerſum dicens beneficium, &
oſtendens magnitudinem eius diſpēſationis in homi-
nem. Si enim nihil erat antea: multo magis quando
Chriſtus acceſsit poſt tot & tanta peccata: & oſtendit
Chriſti aduētum ita fuiſſe, vt ei parceret, & is à ſumma
proficiſceretur clementia. Nam tanquam optimus ali-
quis medicus, ęgrotis relictis venit ad nos, qui labora-
mus, qui nihil eramus. Hoc ergo oſtendens, dicebat,
Quid eſt homo? Pro eo quod eſt, Nihil eſt, eſt quid vi-
le. Ad tantam enim reſpiciens dei curam & prouiden-
tiam, & ad ea quæ fecit pro ſalute hominum, valde ſtu-
pet & admiratur, cur eum tanta ſit prouidentia digna- D
tus. Conſidera enim eſſe propter ipſum, omnia quę vi-
dentur: propter ipſum, quæ ab Adam vſque ad eius ad-
uentū diſpenſata & adminiſtrata ſunt. Propter ipſum,
paradiſus & præcepta, pœnę & miracula, ſupplicia q; &
beneficia poſt legem. Propter ipſum dei filius homo fa
ctus eſt. Quid dixerit quiſpiam futura quæ eſt cōſecu-
turus? Hæc ergo omnia reputans, dicit, Quid eſt homo
tantum, quòd tot & tātis dignus fuerit habitus? Si quis
enim conſideraſſet quot & quanta propter ipſum fa-
cta ſunt & fiant, & quanta ſit poſtea percepturus, mul-
to horrore implebitur, & tūc clarè videbit quantæ cu-
ræ deo ſit hoc animal. *Minuiſti eum paulominus ab angelis.*
Alius, parū à deo, Hebræus autē וַתְּחַסְּרֵהוּ מְעַט מֵאֱלֹהִים
Hic meminit cōdemnationis, & veteris peccati, mor-
tem in medium adducens. Quin eam quoque ſoluit,
cum veniſſet vnigenitus. *Gloria & honore coronaſti eum,*
Alius, Gloria & authoritate coronabis ipſum. Licet

Iſa.48.

Dels eguí mos & p- ſſus. Aliter.

Vt viſites eum.

Paulo minus ab angelis.

Hic ſenſus non pro prietas Hebraei in.

ſimile.

Ioan.15.

Acto.8.

Luca.2.

Roma.8.

quidem hæc & hiſtoricè, licet & anagogicè accipere-
Dicit enim & eius imperium, quod ei cum factus eſt,
traditum eſt. Dicit etiam quæ bona conſecutus ſit poſt
aduētum Chriſti. In principio enim audiit, Tremor &
metus veſtri erit ſuper omnes beſtias terræ, & imperēt
piſcibus maris. Poſt hæc autem: Calcate ſuper ſerpentes
& ſcorpiones. Sed his dimiſsis, contexit orationem ex
humilioribus, relinquens illa conſideranda iis qui poſ-
ſunt cernere acutius. Gloria enim maior & honor ea
ſunt quę fiunt in nouo teſtamento, quādo habet Chri-
ſtum caput, quādo eius corpus efficitur, quando fit fra-
ter & cohæres, & conformis eius corpori, quādo ma-
iorem Moſe accipit gloriam, ſicut ſignificauit Paulus, *2.Cor.3.*
oſtendens quòd nō quemadmodum Moſes impone-
bat velamē, ſed omnes reuelata facie domini gloriam
contemplamur. & ideo dicit: Non enim glorificatum
eſt quod glorificatum eſt in hac parte, propter excel-
lentem gloriā. Hanc ergo gloriam dicit propheta per
anagogen. Quid enim eſt cum ea conferendum, quā-
do ſimul cum angelis choros ducimus, quando in fi-
lios adoptamur, quando nec vnigenito quidē pro no-
bis parcitur? Qua non purpura, quo nō diademate ſunt
hæc longè ſplendidiora, quando mortem irridemus,
quando ad poteſtatum incorporearum impatibilita-
tem traducti ſumus, qui prius eramus cōtempti, inglo-
rij, & execrandi? Adam cum nec boni nec mali quid
feciſſet, ſtatim honoratus eſt cum primum factus eſt.
Quo modo enim feciſſet, qui non erat? Nos autem qui
mala fecimus innumerabilia, longe ſumus maiorē ho-
norem aſſecuti. Non amplius, inquit, dico vos ſeruos.
vos enim amici mei eſtis. Non amplius noſtri cauſa pu
dore ſuffunduntur angeli, ſed etiam noſtræ ſaluti de-
ſeruiūt. Nam & ad Philippū venit angelus, & ad mul- *Acto.8.*
tos alios: & euangelium nunciabant hominibus. Non *Luca.2.*
in terra autem hæredes, ſed ſumus ſocij bonorum cœ- *Roma.8.*
leſtium, & Chriſti participes, & venimus ad cōmunio-
nem vnigeniti. Hæc omnia per gloriam & honorē ſi-
gnificat. Quamobrem dicit etiam alius, Gloria & ho-
nore coronabis eum, prædicēs quod futurum eſt. *Et*
conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Alius, Feciſti vt
haberet poteſtatem operum manuum tuarum, *Omnia*
ſubiecisti ſub pedibus eius. Oues & boues vniuerſas, inſuper & pe-
cora campi. Alius feras. *Volucres cœli, & piſces maris, qui per-*
ambulant ſemitas maris. Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt
nomen tuum in vniuerſa terra. Quemadmodum cum de
creatione loquitur, non ſolum ſupernas attingit pote-
ſtates, ſed etiam orationem deducit ad ſenſilia: ita e-
tiam cum docet de honore habito hominibus, cū tan-
tum ſignificaſſet illa arcana & incorporea quę enume-
rauit, nunc amplius immoratur in ſenſilibus. Quænam
autem ea ſunt? Terrenum illi datū imperium. Eſt au-
tem admirabile, & quod maxime ſignificauit, quòd eū
honoratum ante tranſgreſsionem, ne poſt peccatum
quidem priuauit honore. Minuiſti enim, inquit, eum
paulominus ab angelis, hoc eſt, morte condēnaſti cum
peccaſſet. non tamen poſtquam eum morte condem-
naſti, dono eum ſpoliaſti. & propterea poſtquam illud
dixit, hoc ponit, oſtendens inenarrabilem dei clemē-
tiam, quòd vel diminutum propter ſuam trāſgreſsio-
nem, permiſit eſſe gloriæ honore coronatū, nec ei ab-
rogauit imperium. Si autem parum quid detraxit, hoc
eſt etiam eius prouidentiæ. Nam ante inobedientiam
dominabatur beſtiis: poſt inobediētiam autem de hac
poteſtate aliquantum detractum eſt. Nam nunc etiam
dominatur eis aliquibus artibus, ſed cū timore ac tre-
more.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hominis imperiū in beſtias cur imminutū ſit.

more. Nam nec totum imperium ſuſtulit, nec totū reliquit, ſed quæcunque erant ei quidem ad alimentum & exercitiū neceſſariæ, ſubiectas eſſe permiſit: quæ autem ſunt efferatiores, non itidem, vt ex ſua cū illis contentione, primi parentis Adę veteris peccati admoneretur. Vnde etiam ex eo quòd non valde nobis ſubiiciuntur, magnum lucrum accedit. Quid enim nos iuuaret, ſi leonem noſtræ poteſtati obnoxium & māſuefactum haberemus? Quid nobis prodeſſet, ſi pardū haberemus ſicurem? Nihil, niſi ad arrogantiam tantum & ſuperbiam: propterea has quidē permiſit eſſe exemptas ab imperio: quæ ſunt autē nobis vtiles, effecit manſuetas, bouem arantem, & ouem amicientē noſtri nuditatem corporis, & iumenta apta ad ea vehenda quæ importari aut exportari poſſunt, aues & piſces vt eſſet nobis menſa lautior. Quemadmodum enim cum quis exhæredat filium, non priuat eum omnibus, ſed parte aliqua, vt ſe corrigat, ita etiam deus. Immo non ſic, ſed contrà potius. Qui enim exhæredat, maiori parte priuat, minorem verò relinquit: deus autem maiori relicta, exigua priuauit portiuncula, idq; ad eius vtilitatē, ne alia omnia facilè ſuperaret. Sed hoc ipſum eſt etiam dei prouidentiæ, qui hominis ſapientiam excitans, & arrogantiam deprimens, & intempeſtiuum ocium interrumpens, (ſi enim ei omnia cum facilitate ſuccederent, ſupinus & diſſolutus euaſiſſet) comparādo rerum vſui admiſcuit quandam difficultatem, & nec omnibus cum labore, nec omnibus ſine labore frui permiſit: ſed quæ ad vſum quidē ſunt, ſine labore & ſudore habere permiſit: quæ verò ſunt ad delicias, cum labore & ſudore: volens hāc quoque nobis nimiam præcidi facultatem. Si quis autem dicat, & quis eſt nobis vſus ferarum? Dicemus: Primùm quidē, animæ humilitatem efficiunt, & vt homo ſe exerceat & ad certamen comparet, in cauſa ſunt: & vel valde arrogantem, propriæ naturæ admonent, quādoquidem brutum eſt ei terribile. Iam verò laborantibus quoque corporibus multa ex his fiunt medicamenta. Qui hæc autem interrogat, cūrnam ferę factę ſint, interrogabit etiam cur in nobis ſit bilis & pituita: Nā ea quoq; ſi incitata fuerint, exeūt fera vehemētius ac perniciōſius, totiq; corpori exitium afferunt. Porrò autem nobis quoq; ineſt ira & cupiditas, quæ ipſis quoque feris grauius nobis incōmodum afferunt, niſi eas coerceamus & refrenemus. Quid autē dico animum & iram, cum ipſe etiam noſter oculus in peiores, quàm feræ, affectiones nos præcipitet, vt qui nos in amorem acerbum totos configat? Sed nō propterea dicemus, cur hæc facta ſunt, ſed etiam pro omnibus deo gratias agemus. Quod enim eſt puero ſcutica, hoc eſt fera hominibus. Si enim cum vel tot rebus aſperis & difficilibus contineantur, plures tamen in tantam extolluntur arrogantiam: ſi hoc etiam frænū ademeris, conſidera quò ſit tandē proceſſura improbitas. Ea de cauſa datum eſt nobis corpus adeo valetudinarium, morbiſq; obnoxiū, patibile, quod obſidetur à malis innumerabilibus: & terra, quæ ſua ſunt, producit cū laboribus: & vniuerſa vita plena eſt ſudoribus, quoniā præſens vita eſt veluti quoddam gymnaſium ſeu locus in quo exercētur pueri: ociumq; & remiſsio plures perdit homines, propterea nobis laborem & inquietudinem admiſcuit, vt tanquam à quibuſdam frenis caſtigetur acrimonia mentis & vigilantia. Tu autem conſidera quo modo ea etiam quę natant per profunditatem aquarū, & quę in ſublime tolluntur, per artem tibi dominus ſubiecerit. Et cur non omnia quæ videntur, perſecutus eſt, plantas, arbores, & ſemina? Ex parte totū ſignificauit, & ſtudioſis de iis quod diceret reliquit. Et rurſus in eūdem deſinit finem, ex quo cœperat. Domine deus noſter, & ante probationem & poſt probationem eadē verba ponens. Perſeueremus ergo nos quoque eadē aſsiduè dicere, admirantes eius prouidētiam, ſuſpicientes ſapientiam, clementiā, & quam noſtri gerit prouidentiā. Et hæc quidem à nobis dicta ſunt ad interpretationē. Si autem vultis, rem maiori quoque contentione agamus. & ludæos rogemus, vbi nam vocem puelli emiſerint, vbi autē inimicum talis vox deſtruxerit, quando autē eius nomen fuerit admirabile. Sed aliud tēpus quàm hoc non poterunt dicere, quod ſole clarius oſtendit vim veritatis. Et ideo dicit, Videbo cœlos opera digitorū tuorum, & tamē iam dixerat Moſes, Fecit deus cœlū & terram. Sed aduerſus ludęos quidē ſufficiūt & hæc, & quæ antè dicta ſunt. Sed quoniam qui illorū dogmata, ſi dematur circunciſio, ęmulantur, Pauli Samoſateni aſſeclæ, dicunt Chriſtū fuiſſe ab eo tempore, ex quo ex Maria proceſsit. illos etiā rogemus, Quo modo ſi ab eo tēpore erat Chriſtus, cœlos fabricatus eſt? Eundē enim hic eſſe dicit, qui ex ore infantium & lactētium laudem perfecit, & qui cœlos fabricatus eſt. Si autē eſt cœlorum opifex, reſtat vt fuerit ante cœlos, & nec duxit initium ex Maria, immo erat ante Mariam. Cōſidera autē Prophetæ ſapientiam. Nō enim eum ſolummodo inducit opificē, ſed etiā fabricantē cum magna facilitate. Et ideo dicit, Videbo cœlos opera digitorum tuorum, nō quòd habeat deus digitos, ſed minimæ eſſe operationis oſtendens quæ videntur, familiaribus nobis & conſuetis nominibus docens quæ ſunt ſupra nos. Nam etiā quando dicit, Qui metitur cœlum palmo, & terram pugillo: nō pugillum & palmum ſignificans, hæc dicit: ſed volens dei infinitam oſtendere potētiam. Quo modo ergo audent nōnulli filium dicere adminiſtrum? Qui enim ne vniuerſam quidē ſuam mouit operationē, quando cœlum facere oportuit? Quid dico totam? ſed qui ne minimam quidē, ſed quod erat vel maximè puſillum, quo modo fuerit adminiſter? Quo modo adminiſter ſi quæ facit pater, ea quoq; facit filius ſimiliter? Vbi eſt enim illud ſimiliter, ſi hic quidē eſt adminiſter, ille vero opifex? Quo modo autē dicit eius eſſe opera, aliquādo quidē dicens, Domine tu ab initio terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli, hic verò, Videbo cœlos opera digitorū tuorum. Nō enim adminiſtrorum ſunt opera, ſed opificū: & ſi quis ſit adminiſter, nō illi attribuitur opus, ſed ei qui fabricatur. Ergo ea etiā quæ antè à Moſe dicta ſunt, dicta ſunt de filio, nempe illud, In principio fecit deus cœlū & terrā, & illud, dominētur piſcibus maris. Is enim qui perfecit laudē ex ore infantiū & lactentiū, is viſitauit hominē. Quę ergo de patre dicit Moſes, ea Paulus de filio accipit, magnam ęqualitatem oſtendens. Cum ergo liceat ſanctis, quæ de patre dicuntur, indiſcriminatim filio tribuere, & quæ de filio, patri (omnia enim per ipſum facta ſunt) vbi adminiſtri nomen omnino ſitum eſt? Hoc nuſquam viderit quiſpiam. Immo, inquit, dictum eſt, per ipſum. Quid, quòd hoc ipſum etiā de patre dictum eſt? Audi autem quo modo. Fidelis deus, per quē vocati eſtis in ſocietatē filij ſui. Et rurſus, Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatē dei. Et rurſus, Quoniā per ipſum, & ex ipſo, & in ipſum omnia. Quānā ergo de cauſa cū dicitis ad adiuuandū miniſtrum? Vt patrē honoremus. At qui dicit filius: Vt omnes honorent filium, ſicut honorant patrē. Qui autem

Rationē cō firmat à ſimili.

Simili confirmat.

Gene.3.
Iob.5.
Metaphora.

Ferarū vſus quis.

Gene.1.
De hac Eu. ſebius in Eccl. hiſt.
Hebr.vlt.
Eſa.40.
Iob.5.
Pſal.101.
Gene.1.
Hebr.1.
1.Cor.8.
1.Tim.2.
Rom.11.
Iohan.5.
Philem.2.
Adiuuandū.

tem

tem non honorat filium), clarum est quòd nec patrem. Quid ergo, inquit, patrem dicam filium? Nequaquam: Non enim dicit, Vt me dicatis patrem: sed quid? Vt filium manentem vt honoretis patrem. Quòd si patrem dixeris filium, omnia confuderis. Manente ergo hac proprietate est honor communis. Propterea enim dixit filium & patrem, ne cõfunderetis personas seu hypostases. Si autem non esset eadem substantia, quo modo æqualem honorẽ exegisset? Quánam ergo de causa dicit Christus multa abiecta & humilia? Et nos docẽs humilitatem, & propter indumentum carnis, & propter stuporem Iudæorum, & quòd oporteat genus hominum deducere paulatim ad cognitionem, & quòd essent imperfecti auditores, & alioqui sæpe loquitur ad auditorum existimationem. Sublimiora enim sunt ea quæ sunt solius dignitatis, vel potius quodcunque de deo dixeris, est longè illa substantia inferius, & ad demissionem, ad auditorumq; captum se accommodãs. Quid vis enim dicere, Magnus deus? Atqui hoc est paruum, si de deo dicatur. Magnum enim, quãtumuis sit magnum, est finitum: sed deus est infinitus. Et hoc etiam paruum est, si de deo dicatur. Quod enim finem non habet, scio: sed quid sit aut vbi sit, nescio. Et si sapientem, & si bonum dixeris, ea quæ ipsa quoque sunt infinita, nihil de illa substãtia dixisti pro dignitate, sed verbo adesse oportet sensum deo dignũ. Si hæc ergo adeò magna dignitatẽ non ostenduntur: quo modo venia digni fuerint qui hæc quoque manca & mutila efficere conantur? Fugiamus ergo eorum conuenticula, & cum didicerimus vnigeniti ante secula essentiam, opificiam facultatem, authoritate prẽditã potestatem, nec vllam eius esse à patre diuersitatẽ, œconomiæ demissionem, multiplicẽ eius in nos curæ prouidentiam (hæc enim omnia, & his plura, thesaurus qui in Psalmo situs est, eos docet qui diligenter attendunt) dogmata exactè custodiamus, & vitæ institutionem iis dignam ostendamus, vt bona futura assequamur. Quibus nos dignos esse concedatur gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi cum quo patri vnà cum sancto spiritu honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Idolia eius.

Hæretici vituli.

IN PSALMVM IX.

In finem pro occultis filij, Psalmus Dauid. Alius, *Epicinion pro morte filij canticum Dauid,*
Alius, *pro iuuentute filij.*

Pro ac nis filij.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Lõgus est hic psalmus. Hoc autẽ est etiam sapientiæ spiritus. Neque enim fecit omnes breues, neq; omnes fecit prolixos, sed multiplici mensura hunc librum variauit, lõgitudine quidem socordiam excitans, breuitate autem leuans laborem. Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Duplex est genus confessionis. Vel est enim propriorum peccatorum condemnatio, vel in deum gratiarum actio. Hic quidẽ significat gratiarum actionem. Quid est autem, In toto corde meo? Cum omnia alacritate animi. Cum studio, inquit. Nõ pro rerum successu, inquit, sed propter contraria. Hoc enim est maximè grati animi, hoc sapiẽtiæ studiosi, in rebus etiã asperis & aduersis gratias agere, pro omnibus gloria deũ afficere, nõ solũ pro beneficiis, sed etiã pro suppliciis, hoc enim maiorem mercedẽ conciliat. In bonis quidẽ gratias agens, reddidisti debitũ: In malis autẽ, deum cõstituisti debitorẽ. Qui enim beneficio affectus est, & agit gratias, reddit debitum: qui autem malè affectus est, & gloria afficitis debitum acquirit. Multa alia bona deus & tũc & nunc reddit. Quare nec malorum quidẽ sensus ad nos perueniet. Nemo enim de iis dolore afficitur, p quibus deo agit gratias. Quocirca aliud quoq; hinc lucrifaciemus, quòd ægritudinẽ animi discutiemus. Quãdo enim priuatus fueris pecuniis, & gratias egeris, nõ tantũ te mordet damnũ, quãtum lætitia afficit gratiarũ actio. Hoc diabolo certum vulnus infligit. Hoc reddit animã studio sapiẽtiæ prẽditam. Hoc de rebus præsentibus verum cõparat iudicium. Multi enim homines nõ habẽt veram de his quę hic sunt, sententiam, & ideo arguuntur. Ita etiã qui insaniunt, ea sæpe pertimescunt quæ nõ sunt terribilia, & sæpe formidant ea quæ nõ subsistunt, & vmbras fugiũt. Hi sunt similes qui damnum pecuniæ metuunt. Nõ est enim naturæ metus, sed liberæ volũtatis. Si esset enim res molesta, oporteret omnes dolere qui priuati sunt. Si autẽ non omnes quibus ea periit, dolent: nõ est hoc vtique rei naturæ, sed imperfecti animi. Quemadmodum enim in tenebris sæpe quis vel funẽ timuerit, serpentẽ esse ratus, & omnia habet suspecta, & amicos hostes esse existimat: ita etiam quos inuasit defectio rationis, tanquam profundis quibusdam capti tenebris, rerum naturam nõ cognoscunt, sed voluuntur in luto, nec fœnũ existimant esse fœnum: & pleni auaricia tetrum odorem non sentiunt. Quod si forte receſſerint, tunc scient. Et quemadmodum qui deformis mulieris amore capti sunt, postquàm à morbo cõualuerint, tũc sciunt deformitatem: ita etiam qui tenẽtur amore pecuniæ. Et quo modo, inquit, potero cessare ab amore? Vtar rursus eodem exemplo. Quemadmodum qui deformẽ amat mulierem, si assiduè quidẽ cum ea habeat cõsuetudinem, accendit fornacem: sin autẽ parum seipsum seiunxerit, paulatim effluit affectio: ita etiam tu parumper secede, paululum concede, & paruum illud erit multum interuallum. Incipe tantum rectè facere. Habes domum superfluam? Vende, & da iis qui indigent, nõ hoc reputans, quòd eam à te alienas, sed quòd eam magis propriam efficis. Non sumptum considera, sed redditum, non quòd ea hic priuaris, sed quòd eius illic dominus efficeris. Ita etiam perpetuò poteris narrare dei miracula. Hoc enim dicit psalmus ab initio. Nam qui tenetur amore pecuniæ, non valde potest in ea re versari. nam perpetuò meditatur vsuras, contractus, syngraphas, venalia, testamenta, agrorum precia, precia domorũ, lucra, cauponationes & narrare & cogitare nõ cessat. Vbi est autẽ thesaurus hominis, illic est etiam cor eius. Hæc loquitur, hæc meditatur, & quemadmodum serui ea quæ sunt dominorũ meditãtur, ita hic etiam ea meditatur quæ sunt domini. Quid iussit? Quid perfectum est? Quid nondũ perfectũ est, sed est perficiendum? Quocirca te adhortor, vt ab illa obsessione liberatus, verseris in his narrationibus, narrãs dei miracula quę fiunt quotidie, quæ priuatim, quæ cõmuniter, quæ in omnes, quæ in vnũquenq;. Plena est enim vita his narrationibus & vndecunque inceperis, videbis luculentum emanare proœmium, siue à cœlo, siue à terra, siue ab aëre, siue à brutis, siue à seminibus, siue à plantis & arboribus, si velis dona antiqua recensere, si quæ legẽ antecesserũt, si quæ fuerũt in lege, si quæ sunt in gratia, si quę post ex hoc loco excessum, si quę in ipsa morte, inuenies immensum pelagus narrationũ. Quãtæ est ergo stulticiæ, cũ tot narrari possint per quæ voluptas, lucrum, & vtilitas possit animæ accedere, luto

Metus non naturæ est sed voluntatis. A simili.

Collatio deformis mulieris.

Matth: 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationem inquinare, de auaricia & rapina narrantem? Quòd si velis, supernis relictis de terra disseramus, de eius magnitudine, positione, vsu, natura, assiduis parturitionibus, rebus variis, & diuersis quæ ex ea gignũtur, seminibus, herbis, plantis, floribus, pratis, hortis. Ab his rursus arboris vniuscuiusque figuram oratione diuidamus, positionem, altitudinem, bonũ odorem, fructum, tempus, ministeriũ, alia omnia mente reuoluentes, ipsius terræ & eam quæ est ferax, & quæ sterilis. Eius enim nihil est inutile. Etenim hæc quidem ferrum, illa vero æs: hæc aurum, illa tulit argentũ, hęc aromata, illa verò medicamẽta varia & omnis generis. Quid, si dixerit quispiã naturam aquarum, potabilium, salsarum, vsum montium, metalla variorum marmorum, fontes qui sunt in ipsis, arbores quæ sunt aptæ ad tecta & ædificia? Hęc omnia sunt fructus solitudinis, hęc & animalia & omnes feras alit. Quid si quis dixerit lacus, mõtes, fluuios? Quemadmodũ enim mulieres quæ pepererunt, fontem lactis profundentes, natis præbent alimẽtum: ita etiam terra hortis & viridariis fluuios & fontes tãquam mammas porrigẽs, ea affatim irrigat. Sed in mulieribus quidẽ oportet infantem ad mammã accedere: hæc autem ipsa extendit vbera, vndiq; ea ex alto demittẽs. Est etiam alius vsus solitudinis. est enim aptior ad sanitatem corporis, vt quæ præbet puriorẽ inspirãdum aërem, & vniuersum orbem terrę ex alto circunspiciendum, & in solitudine philosophãdum, & à vitæ curis parumper respirandum. Quid dixerit quispiam aues quæ canunt, & animalium quæ capiuntur, vitam? Habet etiã alium vsum eremus, sæpe enim prędiis murorum vicem præbuit, habẽs montes in altum erectos, voragines, & præcipitia. Quid enim dixerit quispiam herbas quæ in ipsis nascuntur, quæ laborãtibus corporibus magnam opem afferũt? Si autem desertorum & mõtium tantus est vsus, tantaq; ex eis bonorũ est suppeditatio: si ad terram veneris arabilem, & supinos cãpos: considera quantos videbis fontes narrationum: Quemadmodũ enim in nostro corpore hæc quidem sunt ossa, illa vero nerui, alia autem carnes: ita etiam in terra, alia quidem sunt mõtes, alia vero voragines, alia vero pinguia prædia. Sunt hæc autẽ omnia vtilia. Sed quid dico terram, quæ tantum est elemẽtum? Si vnius arboris velis dicere figuram, vsum, fructum, folia, tempus, alia omnia, magnam videbis narrationem. Si mõtium situm, si alia omnia. Si autem hunc ipsum hominem oratione persequaris, & ipsius corporis formationem, hinc rursus inuenies immensum pelagus narrationum. In his ergo versemur, hinc erit nobis voluptas maxima, hinc lucrum maximum, hinc ineffabile sapiẽtiæ studium. Qua de re hoc significans, subiunxit, *Lætabor & exultabo in te, & psallam nomini tuo altissime.* Alius, Canam nomen tuum. Non est hoc paruum genus philosophiæ, lætari in domino. Qui enim in deo vt oportet lætatur, omnem quæ ex iis quæ ad vitam pertinẽt proficiscitur, expellit voluptatem. Quid est autem, Lætabor in te? Cum talem habeam dominum, hoc est mihi voluptas, hoc est exultatio. Siquis hanc nouit voluptatem, ita vt nosse oportet, non sentit aliam voluptatem. Hoc enim est propriè voluptas: alia verò omnia sola sunt voluptatis nomina, re ipsa defecta. Hæc sublimem & excelsum hominem efficit. Hæc animã liberat à corpore. Hæc ad cœlũ eum pennatum reddit. Hæc terrenis, & iis quæ ad victum pertinent, altiorem cõstituit. Hæc à viciis liberat. Et meritò. Si enim qui pulchra ac præclara amant corpora, nihil eorum sentiunt quæ ad vitam pertinẽt, sed in vno solo amicæ aspectu versantur: qui deum amat vt oportet, quidnam deinceps vel boni vel mali sentit eorũ quæ sunt in vita? Nihil, sed erit iis omnibus superior, se rerum immortaliũ voluptate perfundens. Talis enim est qui ab eis amatur. Qui enim amant alia, vel inuiti cito traducũtur ad obliuionem, cum intereant & flaccescant quæ amãtur. Hic amor est infinitus, qui non potest desinere, qui & maiorẽ habet voluptatẽ, & plus lucri: & hoc ipso amantem delectat & recreat, quòd nunquã dissoluitur. Canã nomini tuo altissime. Hoc solet maximè fieri ab amante. Qui enim amãt, canunt in amãtes cantica, etsi illos nõ videant: & per canticũ seipsos cõsolantur. Ita etiam facit propheta, quoniam deus videri non potest, facit in ipsum cantica, per cantus cum ipso cõgrediens, & desiderium accendens, & ipsum videre existimans. Vel potius cantando hymnisq; celebrando multorum inflammat desiderium. Quemadmodũ enim qui amant, *Assũta a* eorum quos amant celebrãt encomia, & ipsorum nomina circũferunt: ita hic etiam, Psallam, inquit, nomini tuo altissime. Vide quo modo seipsum è terra erexit, & sui materiam ad illam essentiã extulerit, seipsum deo dedicans, & ideo versat eius nomen assiduè: is est enim mos amantis. *In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua.* Alius, Cum conuersi sint inimici mei retro, offenderint, & perierint à facie tua. Hic quoque est mos amantis, perpetuo dicere beneficia, & in iis sibi placere: hoc enim ab amore proficiscitur, & ipsum rursus amorem accendit. Non aberrauerit autem quispiam, si dixerit eum hic dicere inimicos, qui mente solùm percipiuntur. Nã ij quoque auertuntur quando generosam animam inuenerint. Quemadmodum enim hasta quæ in clypeum incidit, *Elegã hr* si mollis quidem sit, eum excindit: duro autem & repugnanti nihil facit, sed reflexa acie vana & inutilis excidit: ita etiã vsuuenit in anima. Si mollem enim & delicatam inuenerint tela quæ mittuntur à diabolo, in profundum peruadũt: sin autem durã & validiorem, & ipse abit re infecta, & ei nihil mali facit, duoq;, immò verò tria, ex eo capiuntur commoda. nam ipsam nihil lædit, sed reddit etiam fortiorem, & ipse ex eo imbecillior factus est. Considera autẽ quo modo dei virtutem prædicat. Infirmabũtur, inquit, & peribunt à facie tua. Rursus cùm audis faciem, nihil suspiceris corporeum. Hic enim operationẽ, eius apparitionem, & eius viriũ facilitatem significat. Sicut alibi dicit: Qui respicit terram, & facit eam tremere. ita hic etiam idem dicit, Sufficit enim solus obtutus ad perdendos improbos. Si enim sanctorum pręsentia facit vires dæmonum imbecillas, multò magis dei. Si eius fulgur apparens omnes terrore afficit, considera illam potentiam ab interitu alienã, quo modo terret, quo modo perdit improbos. Vidisti genus hymnorũ, vidisti modũ glorificationis, & quemadmodũ eius narrat potentiam. Non paruum autẽ hinc docet decretũ philosophiæ, cum dixit, Psallam nomini tuo altissime, in cõuertendo inimicũ meũ retrorsum. Quòdnã verò hoc est? Quòd non solùm in afflictionibus, sed etiã in rebus quietioribus se moderatè gessit & sapienter. multi enim malis humiles effecti, redduntur meliores: bonis autem socordiores & ignauiores: quod quidem dicit de Iudæis, progrediẽs: Quando occidebat ipsos, tunc quærebant ipsum. Sed non est hîc eiusmodi, immò etiam in rebus secundis moderatus est & vigilans. Non est autem hoc parum ad sapientiæ studium. *Quoniam fecisti iudicium meum, & meã.*

Simile.

Solitudinis encomium.

γνώμη.

Galat. 3. Philip. 2.

Argumẽtũ ex collatiõe.

Psalm.

Matth.

Collatio.

In conuertendo

causam

causam meam. Alius, Iudicasti pro me. Sedisti super thro- A nũ qui iudicas iusticiam. *Increpasti gentes, & periit impius.* Alius, Perdidisti. *Nomẽ eius delesti in æternum, & in seculum seculi.* Vide rursus viri philosophiam, quẽadmodum non ipse vlciscitur inimicos, sed deo concedit iudicium, seruans præceptum apostolicum, Non vos ipsos vlciscentes. Non hoc autem solùm videre possumus, sed quòd hęc etiam iniustè passus est. Nisi enim iniustè esset passus, ea deus non esset persecutus. Sedisti super thronum, qui iudicas iusticiam. Humano more loquitur, dicens thronum & cathedram. Illud autem, Qui iudicas iusticiam, id dicit quod est deo consuetum, & est eius substantiæ eximium. In hominibus enim nõ licet hoc dicere. Non iudicant enim iusticiam, etsi millies iusti sint, vt qui aliquando quidem propter iusticiam, aliquãdo verò propter socordiam, quod iustum est, ignorent. Deus verò qui ab his omnibus liber est, & B sciens & volens iustam fert sententiam. Illud ergo, Sedisti super thronum, iudicasti, inquit, persecutus es, vltus es. Increpasti gentes, & periit impius. Vides quo modo armis deo non opus est, non gladio, non arcu, non sagittis: sed illa humano more dicta sunt. Deo enim sufficit increpare & perdere eos qui puniendi sunt. Vt autem eius potentiam intelligas, audi etiã quę sequuntur, Nomen eorum delesti in æternum & in seculũ seculi. Radicitus perdidisti, cõuulsisti, ita deleuisti, vt eorum etiam perierit memoria. *Inimici defecerunt framea in finem.* Alius, Ruinæ. Hebræus autem חָרְבוֹת Et ciuitates destruxisti. Quid hoc est? Machinis, inquit, & consiliis cõsumptis, eum propriis armis destituisti. Talis est enim ira dei. Omnia delet, & perdit. Vel quod alius doceet interpres, dicens, Deserta, id est, non solùm eorum ciuitates, sed ipsa etiã deserta deleuisti, & vrbes diruC isti: ita enim iustus bellum gerebat, ita aduersarios prosternebat, non vtens armis & hastis, sed dei fretus auxilio. propterea ei quoque bellum est præclarum & insigne, & vi parta est victoria. *Periit eorum memoria cum sonitu.* Alius, Cum ipsis. Hebræus autem הֵמָּה hemah. Quid est cum sonitu? Vel dicit internecionem, vel malorum mœrorem. Porrò autem hoc est etiam dei prouidentiæ, quòd non facit hoc latenter, vt aliorum calamitatibus alij reddantur meliores. significat ergo manifestum exitium. *Et dominus in æternum permanet.*

Alius, Sedet. Sedere enim sæpe ponitur pro stabili & permanente substantia, vt declarat etiam Hieremias, dicens: Tu sedes in seculũ seculi. Et Hebræus hìc יֵשֵׁב Iesseu. Propheta hoc dicit assiduè in hominũ interitu, ostendens interminatam eius esse substãtiam, & quòd hominum quidem genus est caducum & momentaD neum, illius autem substantia & magnificentia finem nunquam accipit. Hoc autem facit timorem incutiẽs, vt duabus de causis eum timeant, & propter magnitudinem gloriæ, & propter vilitatem propriæ substãtiæ, & vt semper manentem, & vt mirandum in modum punientem. Quòd si aliquid etiam oportet dicere anagogicè, id nõ est recusandum. Alia enim possumus etiam contemplari: alia verò ita sunt solùm intelligenda sicut dicta sunt, quemadmodũ illud, Fecit deus cœlum & terram. Alia verò aliter quàm habeant dictiones, quemadmodum, Cerua amicicię, & hinnulus gratiarum tuarum, tecum habeat consuetudinem. Et rursus, Sint tibi soli quę habes, & nemo alienus sit tibi particeps. Et rursus, Fons aquæ sit tibi soli. Hoc enim, si intellexeris id quod scriptum est, & non verba quidẽ fugias: sensum autẽ persequaris, erit valde inhumanum, vt ne aquam quidem illi impertiaris. Sed hìc quidem loquitur de vxore, vt ea fruamur cum tẽperantia, fontem vocans eam & ceruam, propter puritatẽ congressus cõiugalis. Et hìc quidem hoc modo. Alicubi verò & quòd scriptum est accipiẽdum est, & quod ex eo significatur, quemadmodum est illud, Sicut serpentem exaltauit Moses. Credẽdum est enim hoc factum esse: factum est enim & quod ex eo significatur in figuram Christi. Ita hìc etiam non aberrauerit quispiam, si quæ dicta sunt, acceperit de iis quæ euenerunt Iudæis. hæc nempe, Sedisti super thronũ qui iudicas iusticiam. Increpasti gentes, & periit impius, Inimici defecerũt framea in finem, & ciuitates eorum destruxisti: periit memoria eorum cum sonitu. Calamitas enim eorum qui Christum crucifixerũt, est omnibus manifesta, & ciuitates eorũ sunt dirutæ, & diaboli machinę defecerunt, cum Christi cura ac prouidẽtia omnia susceperit. Sed hæc relinquentes adaptanda studiosis, ea quę sunt proposita persequamur. *Parauit in iudicio thronũ suum.* Alius, Stabiliit ad iudicium. *Et ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.* Vidisti quo modo paulatim attollit orationem. Quoniã throni meminit, ostẽdit throni naturam, non ex lignis, nec ex aliqua materia compositam, sed ex iusticia. In iusticia, enim, inquit, collocatus est: iudicabit orbem terrę in iusticia. Et præsentia, & quæ futura sunt, prædicit. Generale enim iudicium illic est reseruatum: singulare autem etiam hìc multa facit, ne stolidi existimaret ea quę sunt, non regi dei prouidentia. Quòd si nõ hìc omnes coronas accipiunt, ne mireris. Parauit enim diem in quo est iudicaturus orbem terræ: in præsentia autem stadium, luctas, & certamina. Propterea non recipiunt hìc omnes pro meritis, sed iis qui se rectè gerunt, dona sunt illic reposita: & iis qui secus, supplicia. Hìc autem est lenitas patientia, vt per pœnitentiam abstergamus peccata. Sed illic non ita. Homicida enim, quãdiu est in via, potest mutari, & liberari supplicio, sed postquã deductus est ad accipiendam iudicis sententiam, restat deinceps ensis, & lictor, & barathrum. Ita etiam hìc. Quandiu fuerimus quidẽ in vita præsenti, possumus vitare supplicium si mutemur: postquam autem illuc discesserimus, frustra lachrymabitur. *Parauit enim in iudicio thronum suum.*

Si quis autem etiã illud parauit, acceperit vt dictum est, nõ peccabit. Omnia enim sunt parata, & supplicia, & coronæ, & sentẽtia. Non est cunctatio, nec tempus, nec tarditas apud deum: quãdoquidem qui viuunt, nõ præueniẽt eos qui dormierunt, quemadmodum dicit Paulus: Nos qui viuimus, qui reliqui sumus in aduentum domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Iudicabit populos in iusticia. Vide sapiẽtiam prophetæ, quo modo dicit præsentia, quo modo futura. Præsentia, Increpasti gentes, & periit impius. Futura, Parauit in iudicio thronum suum. Et ipse iudicabit orbem terræ in æquitate. Hoc autem facit, vt qui illi non credunt, ex præsentibus argumenta accipiant. *Et sæpe futuris est dominus refugium pauperi.* Alius, Attrito, Alius, Cõfracto. Vocat assiduè seipsum & pauperem & mẽdicum, licet regiam teneret. Ita etiam alibi. Ego autem mẽdicus sum & pauper. Sciebat enim, clarè sciebat omnia humana esse vmbra imbecilliora, & nihil esse nobis virtute magis proprium: reliqua autẽ omnia esse similia foliis extrinsecus appositis. Quòd enim virtus sit nobis propria, ex hoc clarum est, Quocũque receserimus, eã circunferimus: illa autẽ non itidem. Hoc est ergo nobis magis proprium, alia autem sunt remotiora.

Aequitate dixerat pro iustitia.

Iustitia, ἐν εὐθύτητι, in rectitudine.

Illis nempe futuris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quemadmodum ergo cum dicimus proprium ac ne- A
ceſſarium qui eſt nobis propinquior: ita etiam hãc pe-
cuniis dicimus magis propriam, quoniã nobis ſemper
eſt propinquior. Cõſidera autem mihi eius gratum &
ſapientiæ ſtudioſum animum. Cùm enim haberet &
equos, & caſtra, & alia innumerabilia, illis omnibus
miſsis ſupernum acceſsit auxilium, & ſuam ei ſalutem
fert acceptam. Non enim dixit: Fuerunt mihi caſtra re-
fugium meũ, nec pecunia, nec muri: ſed fuit dominus
refugium pauperi. Ipſe me, inquit, in tuto collocauit:
nihil enim conferri poteſt cum hoc refugio, quod &
Matth. 14. ad facilitatis & ſecuritatis rationem attinet. Aliis enim
Matth. 7. refugiis poſſunt afferri inſidiæ, nec poſſunt in prõptu
Ioan. 13. inueniri, ſed & tempore & loco innumerabilibus ar-
Eſa. 58. centur circunſtantiis. Hoc autem, vtpote quod propè
Hiere. 23. ſit, inuenies, ſi id tantùm exactè quæſieris. Te enim ad-
huc loquẽte dicet, Ecce adſum. Et, Deus appropinquãs B
ego ſum, & non deus procul. Nec curſu ergo, nec per-
egrinatione nobis opus eſt, ſed vel domi ſedentes hoc
poſſumus euocare auxilium. Et aliquando quidem li-
berat à periculis: aliquando autẽ eos ipſos reddit præ-
claros & potentiores aduerſariis, & vtrunque in tem-
pore conuenienti. Quando enim ſe modeſtè gerunt
qui id aſſequuntur, dat vtrunque. Sin autem in eo non
ſe rectè geſſerint, intra vnũ ſubſiſtit, ne alterius addi-
tamento nimis fiant arrogãtes. Vt autem ſcias id ſæpe
παράλη- in cauſa eſſe vt in inſolentiam efferãtur homines: Eze-
ψμα. chias ea de cauſa elatus eſt. *Eſa. 38.* Sed ne ſic quidem eum cõ-
tempſit, ſed quoniam victoriæ ſucceſſus mentem eius
extulerat, immiſit infirmitatem quæ eum corrigeret.

Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Quid eſt in
Opportuni- opportunitatibus? In tempore, inquit, opportuno. Du-
tas duplex. plicem dicit opportunitatem, quòd & fert auxilium, & C
quòd in tempore. Opportunitatem enim hîc dicit af-
1. Cor. 6. flictionem. Qua de re? Quòd ſit mater ſtudij ſapientiæ,
& maximè diuinum attrahat auxiliũ. Tunc ſublata eſt
ſocordia, & nimia diſſolutio, tũc ſupplicationibus va-
camus diligentius. Et quemadmodũ hyems eſt tempus
opportunum ad terræ agriculturã: ita etiã afflictio ad
curam & ſtudiũ animæ. Eius enim ſemper opus habe-
mus auxilio, etſi ſint nobis res ſecundæ. Tunc autẽ ma-
ximè ſentimus auxilium, quãdo verſamur in afflictio-
nibus. Hic etiam aliquid aliud ſignificauit, nẽpe quòd
oportet nos operari. Qui enim fert auxiliũ, et fert qui
operatur. Non oportet ergo ocioſos eſſe, & animo de-
ficere, ſed & preces afferre & eleemoſynas, & omnia
A ſimili. quę à nobis ipſis afferri poſſunt. Qui ſunt enim in bello
ſocij, iis qui pugnãt opem ferunt, nõ iis qui animo de-
ficiunt, & ſe dedũt ocio. Si vis ergo dei aſſequi auxiliũ, D
nunquã quę tua ſunt prodideris. Ita Iob opes latæ ſunt
ſtanti, & fortiter dimicãti. Ita etiam Apoſtolis pulchrè
laborantibus. *Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuũ.* Alius,
Et confident. Propheta hoc facit aſsiduè, à precatione
ad exhortationem orationẽ conuertẽs, vt qui ſit com-
munis doctor orbis terrarũ, & Philoſophię theſaurum
proponens in medium. Pulchrè autem dicit: Sperẽt in
Roma. 5. te qui nouerunt nomen tuũ. Qui te nouerunt, inquit,
2. Cor. 1. & auxilium & defenſionem tuam, ſatis validam habẽt
anchoram, ſpem quam in te habent, ſatis validum au-
xilium, & turrim infractam, qui non ſolùm pollicetur
liberationẽ à malis, ſed ne præſentibus quidẽ difficul-
μόγμα. tatibus perturbari permittit. Qui enim eſt liberatus ab
humanis, & à ſuperna ſpe dependet, nõ ſolùm adſciſcit
ſibi celerrimã à malis liberationem, ſed ne in ipſis qui-
dem malis vexatur & perturbatur. vt cui ferat auxiliũ

ſpes illius anchoræ. Ita ergo tres pueri non ſolùm libe- *Daniel 3.*
rati ſunt à fornace, ſed ne dum in fornace quidẽ ver-
ſarentur, cõturbabantur. Norãt enim quòd ſibi aderat
à deo auxilium. Et ideo alius dicit: Et cõfident, pro eo
quod eſt, habebũt fiduciam. Perturbationũ enim prin-
cipio longè maior eſt cautio quæ ex ſpe in deũ oritur.
Illæ enim ſunt humanæ, hoc verò diuinum & inexpu-
gnabile. Quandoquidem dixit eum fuiſſe adiutorem,
& fuiſſe refugium: dicit etiam quo modo ſit. Quo mo-
do autem eſt? Quãdo in eum aſsiduè ſperare perſeue-
ramus. Quòd ſi nõ ſtatim ſoluit difficultates, hoc quo-
que ſit pro tua probatione. Quemadmodũ enim cum
poſſet nõ permittere vt te inuaderẽt, permittit tamen,
vt te faciant robuſtiorem, ita etiã cum poſſet ad initio
ſoluere, rurſus cunctatur & differt, tuam augens con-
ſtantiam, & tuam ſpem exercẽs, & tuam in ipſum affe-
ctionem reddens vehementiorẽ, & neque ſemper per-
mittit opprimi, ne deficiamus, nec ſemper quieſcere &
relaxari, ne collabamur. *Quoniam non dereliquiſti quæren-* *Eccl. 2.*
tes te domine. Alius: Non enim reliquiſti. Ita etiam dicit
alius: Reſpicite antiquas generationes, & videte quis
ſperauit in domino, & pudore affectus eſt? aut quis in-
uocauit dominum, & dereliquit ipſum? Et quo modo,
inquit, quæritur deus qui eſt vbique? Studio, & animi
promptitudine, & ſi ab iis omnibus quæ ad victũ per-
tinent, liberemur. Sæpe enim cum ante oculos & in
manibus habeamus, neſcimus, ſed circũcurſamus ſæpe
quærentes quę tenemus, quãdo mens aliò verſa fuerit.
Quo modo ergo deum quærere poſſumus? Quãdo il-
luc animum intendimus, quãdo ab iis quæ ad hanc vi-
tam pertinent, fuerimus liberati. Qui enim quærit, om- *Quærẽdus*
nia ex anima eiiciens, venit ad illud quod quærit. Nec *deuote re-*
oportet ſolùm quærere, ſed etiã exquirere. Qui exqui- C *quirendus.*
rit, non ipſe ſolum quærit, ſed aliorum etiam ope vti-
tur, vt inueniat quod quærit. Sed in iis quidem quæ ad
hanc vitam pertinent, cùm ſæpe quęſiuerimus, non in-
uenimus. In ſpiritalibus autẽ hoc nõ licet, ſed omnino
neceſſe eſt vt qui quærit, inueniat. Si enim ad quæren-
dũ tantùm egreſsi fuerimus, nõ permittit deus vt nos
multum vexemur: & ideo dicit, Omnis qui quærit, in- *Matth. 7.*
uenit. *Pſallite domino qui habitat in Sion.* Alius, qui ſedet,
Annunciate inter gentes ſtudia eius. Alius dicit, In po-
pulis machinationes eius. Quid dicis? Cuius cœlum ſe-
des eſt, & terra ſcabellum pedum: cuius in manu ſunt
fines terræ, is habitat in Sion? Certè. Habitationem e- *Habitatio*
nim hic dicit, non loco circuncludi (eſt enim infinita *dei quæ in-*
eius magnitudo) ſed peculiarem in locũ affectionem, *telligatur.*
& peculiariter in eum affici, vt Iudæos per hanc ſui de-
miſsionem ad ſe attraheret. Propterea enim noſtra
quoque domus eſſe dicitur, quòd peculiariter in eam
afficiamur. Iã verò in nobis quoque habitare dicitur,
non quòd à nobis comprehẽdatur, ſed quòd propriè
ac peculiariter in nos afficiatur. Sion autem eccleſia a- *Sion, tole-*
nagogicè dicitur. Acceſsiſtis enim ad montem Sion, *ſia.*
& Eccleſiam primogenitorum. Et meritò mõs eſt Ec- *Ebion.*
cleſia, quòd ſit firma, & ſtabilis, nec poſsit conquaſſari. *Eccleſia, vt*
Quemadmodum enim mons non poteſt labefactari, *mons, per ſi-*
ita nec dei Eccleſia. Annunciate inter gentes ſtudia e- *mile.*
ius. Vult eos eſſe præcones dei beneficiorum, & nun-
quam eius celare beneficia. Et hoc dicit vbique, tam
propter eos qui dicunt, quàm propter eos qui audiunt.
Nam & hi & illi lucrifaciunt ſi attenderint. *Quoniam*
requirens ſanguinem eorum recordatus eſt. Vidiſti quænam
dicit eorum ſtudia, beneficia. Hic etiam magnũ quod-
dam decretum ſignificat, nõ perpetrari vllam cędẽ, de

qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ pœnæ non sumantur,& quę nõ vindicetur. Quòd etiam Moses ostendit in Genesi,dicens, Sanguine vestrum requiram. Hoc est indicium infinitæ eius prouidentiæ,ingentisq; & prolixæ curæ. Si autem nõ statim requirit,ne taceris,dat enim peccatoribus tempus pœnitentiæ. *Non est oblitus clamorem pauperum.* Vide rursus esse in honore pauperes. Non autem dicit simpliciter & absolutè pauperes,sed illos qui sunt pauperes spiritu,sicut dicit Christus. Si enim maxime exaudiuntur dum orant,qui sunt corde humili & contrito. Hic autem duo ponit, & orationẽ & humilitatem. Ad quem enim,inquit,respiciam, nisi super humilẽ, & quietum, & timẽtem verba mea? Vbique autem orationis vehiculũ inuenitur humilitas. Prope enim est dominus cõtritis corde. Oportet itaq; eum qui orat, maximè liberari à bilioso ardore. Quod etiam quęrit Paulus dicẽs: Asque ira & disceptatione. Rectè dixit, Clamorẽ pauperum,dicens clamorem,mentis affectionem,non autem vocis intensionem. Eo autem quod dixit,Non est oblitus,significauit eos inuocare assiduè, & tamen ne tantillum quidem assequi. Quid est ergo quod dicit? Ne putetis deũ esse oblitum.& propterea non esse persecutum, eius enim est propriũ, ea quæ sunt eiusmodi quærere,etiamsi nemo roget: quãdo autem rogant,& qui rogant sunt humiles,multo magis. *Miserere mei domine, vide humilitatem meam de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis, vt annũciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.*

Alius,Hymnorum decantationes tuas. Alius,laudes tuas. Vide eum perpetuò orationi affixũ. A malis enim liberatus,& in tuto collocatus,non cessat rursus orare, dicens: Miserere mei.& rogare eum pro futuris. Sẽper enim egemus dei prouidentia,maximè autem dum liberamur à malis. Aliud enim bellũ excipit priori difficilius,socordiæ,& arrogantiæ. tunc enim spirat vehementius diabolus. Quare maximè postquã liberati sumus à malis,illo opus habemus auxilio, vt facilè res secũdas feramus. Nam Iudæi quoque ab Aegyptiis liberati,grauiori bello vexabantur, arrogãtia & socordia. tunc itaque maximè moriebãtur, vt qui nõ possent rectè ducere exercitum. Quia enim nec aduersus ingluiem, nec aduersus pusilli abiectiq; animi vitiũ fortiter in acie steterũt, sed Aegyptiorum vicia sunt æmulati: ea illos perdiderunt. Dauid quoq; cum & à Saulis difficultatibus,& ab aliis omnibus hostibus fuisset liberatus: postquam quietem & laxamentum assecutus est, difficilius bellum passus est incontinentis cupiditatis, quod eum etiã maiori supplicio affecit. Quocirca tunc maximè timendum est, quãdo fuerimus liberati ab ærumnis. Quemadmodum enim alligatam bestiam nõ ita timemus vt emissam: ita etiam vitium nõ est ita timendum in afflictione, tũc enim alligatum est anima ægritudine,& aliis vinculis,sed post quietem & remissionem maximè timendum est. Et ideo sæpe videbis rerũ successus maiora mala facere quàm res aduersas. Ita etiã Ezechias fusis fugatisq; hostibus erat periturus. Quocirca ipse quoq; alibi dicit: Bonum,quòd me humiliasti. Quærit autem misericordiam etiam post liberationẽ: & affert causam petitionis misericordię,quòd male sit affectus. Vide enim humilitatẽ meã de inimicis meis. Et aliam rursus, *Qui exaltas mè de portis mortis.*

Ad eum enim qui præest,& mei curam gerit,& semper manus mihi præbet,confugio. Vidisti eum in futurorum petitione pro præteritis etiam gratias agere, & duplex dicere beneficium. Non dixit enim, qui liberas me de portis mortis,sed, qui exaltas me. Non enim in eorum malis tantũ soluendis substitit dei beneficium: sed fecit eos etiam admirabiles, insignes, & clariores. Non dixit autẽ, ex porta: sed ex portis,multa pericula significans. *Vt annuncient omnes Laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Quod suasit aliis facere,ipse facit. Annunciate enim,inquit,inter gẽtes studia eius. Hoc ego quoq; nũc faciam:& nõ solummodo faciã vno præsente vel duobus vel tribus,sed in medio theatro. *Exultabo in salutari tuo.* Hoc est mihi corona,hoc diadema,propter te trophęum erigere,propter te salutẽ adipisci. Ita etiam nos quoque quæramus non omnino seruari, non omnino à malis liberari, sed per deum. Hoc autẽ dico propter eos qui in morbis vtuntur incantationibus,& alias exquirunt imposturas & præstigias ad suam leuãdam ægritudinem. Hoc enim non est seruari,sed perire. Maxima enim salus est, per deũ esse seruatum. *Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt.* Alius,immersæ sunt. Corruptionẽ dicit vicium: nihil enim æquè corrumpit, vt vicium. Improbo enim homine nihil est imbecillius, propriis armis capitur, quemadmodũ ferrum à rubigine,& lana à tinea, ita etiam improbus à vicio. Vnde etiã ante suppliciũ quod à deo infertur, ipsum vicium ab eo qui id facit pœnas exigit. Quia enim multa de superna iustitia differuit,& de dei auxilio, ipsum autem nõ statim venit,sed cunctatur & differt,& hoc multos efficit ignauiores,ostẽdit esse in foribus supplicium, & malos id perpeti,sicut dicit etiã Paulus: Et mercedem quam oportuit erroris sui in seipsis recipientes. Vide autem quàm propriè vtatur dictionibus. Infixæ sunt,hoc est,per vim retẽtæ sunt,sunt eis ineuitabiles paratæ insidiæ. Et rursus, *In laqueo isto quem fecerunt, comprehensus est pes eorum.* Vinculis,inquit,quę solui nequeunt,astringuntur improbi. Hæc Apostolis & Iudæis vsu venerũt. Quando enim bellũ gerebant cum apostolis,illos quidem nihil lædebant: malis autem innumerabilibus seipsos implicabãt, ciuitate,& libertate, & aliis omnibus euersi,& crescebat quidem prædicatio, displuebantur autem qui parabant insidias. Et qui tres pueros in Babylonicam fornacẽ immiserũt, ab ea rursus capti sunt. Quod etiam in Daniele factũ est. Sed in Daniele quidem hoc meritò accidit,ipsi enim ipsum iniecerunt. In tribus autẽ pueris quidnam est in causa quòd cum rex peccasset,ij qui stabant ante fornacẽ,puniuntur? Quoniam ij quoque qui fuere combusti,Regis iussui inseruierunt, & auream statuam adorarunt. *In laqueo quem abscondérunt,comprehensus est pes eorum.* Vide quo modo ostenderit inenarrabilem eorum esse vituperationem. Quia enim quod fiebat, erat plenum ignominia, ideo celant,& conantur latere. *Cognoscitur dominus iudicia faciens.* Alius,cognitus est iudicium faciens. Hoc est,puniens,vleiscens,persequens. Vidisti aliud genus beneficij ex castigatione. Non solùm enim facit eos meliores qui castigantur, sed facit etiam vt dei cognitionis eluceat ratio, & ex eo qui eũ magis viderit hominum curam gerere. Cum itaque permisit gregẽ porcorum deturbari,& in mari submergi,tunc admiratione maxima perculti sunt. Porrò autem in veteri quoque Iudæi,quando eos occidebat,tunc eũ quærebant, quemadmodum dicit propheta. Et cur non hoc facit frequentius? Quoniam vult nos non per vim & compulsionem,sed per liberam eligendi volũtatem ex virtute nos gerere, & beneficio potius affectos quàm punitos. Et quanto, dicet quispiã, melius est esse necessitate bonum, quàm malum libero eligendi arbitrio? Non potest esse bonum quod fit necessitate. Qui enim vin-

Interitu διαφθορᾷ corruptione. Collæio.

Roma.2.

Roma.1. ἐνεκάλυπτον. Actor.4. Roma.5. Rom.10. Coloss.1. Daniel.3. Daniel.6.

Ab exẽplo.

Mar.5. Luc.8. Psal.77. 2.Cor.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

γτώμ. culo illaqueatus bonus est, nunquam erit semper bonus, sed à necessitate liberatus reuertetur ad vicium. Qui autem ita instituitur, vt sua spōte & libera eligendi potestate fiat bonus, cum bonus factus fuerit, constans manet & stabilis. *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Non dixit, manuum dei, sed manuum peccatoris. Vidistis quo modo variat orationem, & quod à superis infertur supplicium inferens, & pœnas quæ ex vicio infliguntur, inducens. Quo modo supplicium quod infertur à superis? Cognoscitur, inquit, Dominus iudicia faciēs. Quo modo pœnas quæ infliguntur à peccato? Infixæ sunt gētes in interitu quem fecerunt. Et rursus ea quæ proficiscūtur ab improbitate, in operibus manuum suarum comprehēsus est peccator. Non enim dicit solum supplicium quod à deo proficiscitur, quoniam sæpe cunctatur & differt: neque solum quod à vicio, quoniam multi in eo libenter versantur, sed vtrinque confirmat orationem. Et ideo dicit, in operibus manuum suarum cōprehēsus est. Alius, Plantarum suarum. Ne ergo existimes te machinationem in alium moliri, quando struis alicui insidias, tibi enim ipsi contexis retia. Cantus diapsalmatis. Alius vox semper. Alius, Modulatio semper. Hebræus autē הגיון סלה higaion selach. *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur deum.* Alius, Cōuertentur. In iisdem rursus persistit, ostendens vicium habere supplicium constitutum. Et impietas parit mortem, & peccatum pericula. *Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.* Alius interpres dicit, Non enim in finem, mitium expectatio tradetur obliuioni. Pulchrè dixit, in finem: ostendens non semper quæri remissionem & laxamētum. Si enim semper futura sit quies & remissio, vbinam ostendetur patientia? Quod autem dicit, est eiusmodi. Pœnas dabūt improbi, & extrema patiētur. Neque enim deus patietur, vt iis qui iniuria afficiuntur, perpetuæ parētur insidiæ. Per hoc & eos consolatur, & illos terret, & dei ostēdit clemētiam, quòd hos quidē mora reddit probatiores: illos verò trahit ad pœnitētiam. Vide autē quo modo rursus pauperes in honore habentur, pauperes non absolutè, sed qui sunt cōtriti corde. Ii enim sunt vel maximè apti ad patientiam, vel ea potius se inuicem constituunt, humilitas patientiam, patientia humilitatem. Siquis autem dixerit, & quomodo est paupertas humilitas? dicemus eam esse aptiorem ad virtutem. Qui est enim diues, animi ægritudine afficitur & cōturbatur. Qui autem pauper est, omnia fert facilè, vt qui in paupertate veluti in quadam palæstra frequenter exerceatur. Et ideo Christus quoque dicebat, difficile esse cum diuitiis regnum cœlorum ingredi. Quid est autem, patientia pauperum non peribit in finem? Nunquam, inquit, peribit, sed proprium fructum omnino recipiet. Quod quidem non semper euenit in iis rebus quæ ad victum pertinent, sed finē non consequuntur pereuntibus laboribus. Nā & agricola expectat & mercator, sæpe autem propter aëris iniquitatem vtrique à fructu sui laboris excidunt. In deo autem nō ita fit, sed necesse est omnino finem consequi. Hoc autem nō paruam affert consolationem, semper de fine confidere. *Exurge domine, non confortetur homo.* Alius: Non audax euadat. *Iudicentur gentes in conspectu tuo.* Alius: Et in facie tua. Postquam dixit vicium quod plures homines inuadit, & narrauit hominum improbitatē, rapinas, auariciam, cædes hominum, rogat deum pro auxilio eorum qui afficiūtur iniuria. Talia sunt enim sanctorum viscera,

70. Τῶν χειρῶν αὐτοῦ.

Paupertas ad virtutē aptior.

Matth. 19.

Matt. 5.

A simili.

A vt nō solum sint de se soliciti, sed perinde ac si vna sit domus orbis terrarum, vel vnū corpus multitudo hominum, ita precantur dominū. Exurge domine, ne cōfortetur homo. Quid est autem, Surge domine? Persequere, inquit, fer opem, puni eos qui faciunt iniuriam. Et egregiè nudis nominibus vsus est, cum dixit, Surge, & non cōfortetur homo: vt significet quòd vilis, quòd terrenus, quòd puluis & cinis. Iudicentur gentes in cōspectu tuo. Quid hoc est? Dent, inquit, pœnas suorum peccatorū, Non redditi sunt meliores patientia, audacium inceptorum ab eis rationē exposce. *Constitue domine legislatorem super eos. Et sciant gentes quoniam homines sunt.*

Diapsalma. Alius, semper. Quid est, Constitue legislatorem super ipsos? Quoniam, inquit, omnia faciunt perinde ac si essent sui iuris, nolētes dare pœnas, persequere, & sit eis supplicium pro admonitione. Hoc alius quoq; significans dicebat, Constitue domine eis timorem. Vide quo modo non quærit vt puniantur, sed vt admoneantur, & corrigantur, & nō viuāt inique. Erit enim, inquit, eis supplicium loco legis, non eis tantùm, sed etiam aliis. Et vt scias quantum ex eo fiat lucrū, & quo modo morbum reprimat, audi quod deinceps sequitur. Et sciant gentes quòd homines sunt, Quod autem dicit, hoc est. Multi hoc etiam perdiderūt, naturæ obliti sunt, in furorem impegerunt, seipsos ignorarūt. Et pulchrè adiecit illud, Semper, vt significaret nō solum in rebus aduersis, sed etiam in secundis. Verum enimuero si eos nunc punieris habētes magnum timorem, & memoriam malorum quæ eis euenerunt, etiā si eis prosperè res successerint, scient suam naturā. Vides quo modo facit pro eis orationem, & eorū vult furorem corrigi. Seipsos enim ignorare, est extremę amentiæ, & phreneſi grauius. Hoc enim est morbus necessitatis: illud verò deprauatæ & corruptæ voluntatis. *Vt quid domine recessisti longè, despicis in opportunitatibus in tribulationibus.* Hæc dicit propheta orans & supplicās ex persona eorū qui affliguntur, non autem accusans. Absit. Nam multi eorum qui affliguntur, præ dolore cupiūt ante tempus conueniens, fieri iudicium: quemadmodum qui secantur, nondum perfecta sectione rogant medicum vt manum abstineat, damnosam quidē gratiam petentes, eo autem quòd non ferant dolorē, hoc agentes. Sæpe autem apud medicos vociferātur. Torsisti me, perdidisti me, me de medio sustulisti. Hæc autem verba non ex mente sed ex dolore procedunt. Ita etiam dicūt multi pusilli & abiecti animi, in afflictionibus laborem nō ferentes. Sophonias quoq; tali oratione vtitur. Sed hæc quidē in veteri, quando erāt eis fossæ cōmoderatæ, longè autē absunt à noui Philosophia. *Dum superbit impius, incenditur pauper: cōprehendantur in consiliis quæ cogitant. Quoniā laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit dominum peccator.* Propheta, imposita sibi persona supplicis, & rogans pro iis qui afficiuntur iniuria, dicit etiā affectiones quæ venerunt, quæ sunt humanæ imbecillitatis, nēpe quòd ante punitionem angitur & excruciatur is cui fit iniuria, nō ferens prosperitatem improbi. Non est autem paruum hoc quoque supplicium. Deinde rogat vt dent pœnas, & eorum in seipsos vertantur insidiæ. Dicit etiā intolerabile genus improbitatis. Quōdnam autem hoc est? Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Pro iis pro quibus se abscōdere, pro quibus erubescere oportebat, pro iis in admiratione habetur, pro iis laudatur. Quo modo autē poterit huic deinceps remediū adhiberi, quando laudatur vicium? Hoc autem nunc quoque

Collatio.

Ignorātia sui grauis perniciosa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoque fit. Hic in admiratione habetur, vt qui sit potens, ille verò, vt qui vlciscatur inimicos: alius verò vt prudens, quoniam omnium bona coëgit: & quãdo seipsum perdiderit, cum dicunt seipsum inuenisse, & alij alia dicunt: de spiritualibus autem rebus ne verbũ quidem. Nequaquam laudatur qui est negociorum & litium fugitãtior, nec paupertatis amator: sed qui est rei faciendæ cupidus, cauponator, adulator, qui seruili est ingenio, qui pro nulla re vtili nullum non genus obit ministerij. Hæc deflet propheta, quòd vicium ita inualuerit, vt ũbi placeat & blãdiatur, & quod est grauius, vt minimè erubescat: nec solum seipsum laudat propter ea quæ facit, sed habet etiam alios laudatores. Quid hac autẽ insania fuerit deterius? Exacerbauit dominũ peccator. Alius, Irritauit dominũ peccator. Alius, Quoniam cum laudauit iniquus secundum desideriũ animæ suæ, & auarus benedixit, irritauit dominum. Quãdo exaltata fuerit ira eius, non quærit ira eius, nõ quærit. Alius, Quòd laudauit in desiderio animæ suæ, & auarus qui benedixit, detraxit domino. Impius secundũ exaltationem iræ suæ nõ exquiret. Septuaginta autem, Exacerbauit dominũ peccator. Vidisti quò viciũ processerit. Quid dico, inquit, quòd pauperes molestia afficit? Ipsum deum irritat. *Et secundum multitudinem iræ suæ non quæret*, inquit, *Dominum*. Alius autẽ hoc ostendit esse de impij exaltatione, hoc est, arrogãtia, insolentia. Vidisti insignem & perditam insaniam? Est iis qui sunt eiusdem gẽtis ac generis, hostis & inimicus, à virtute alienus. Et pulchrè dixit alius, Non est deus in omnibus eius cogitationibus significans eum deum nõ quærere, plenum esse tenebris, nõ habere illius timorem præ oculis, sed quemadmodum lema obscurat pupillam, ita etiam improbitas fert mentem vel per præcipitia. *Non est deus in conspectu eius*. Alius, Per omnes cogitationes eius. *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore, auferuntur iudicia tua à facie eius*. Alius, Exaltatum est iudicium tuum. Vidisti fructum vicij, lux eius extinguitur, orba redditur ratio, traditur captiuus improbitati. Quemadmodũ enim qui est luminibus orbus, frequenter incidit in barathra: ita hic etiam, quoniam dei timorem non habet præ oculis, in vicio perpetuo versatur, non nunc quidem in virtute, nunc autem in vicio, sed semper in vicio, & nec gehẽnę meminit, nec futuri iudicij, nec reddendę rationis: sed his omnibus auxiliis tanquã frẽno, excussis, tanquam nauis quæ caret gubernaculo, traditur malis spiritibus & sæuis fluctibus, cum nullus sit qui eius animum regat & instituat. Vidisti malum in ipso etiã vicio pœnas luere? Quid enim equo effrẽni, quid naue cui deest clauus, quid oculis orbo homine grauius? Sed his omnibus miserior est qui viuit in vicio, vt qui extincta luce, quæ ex dei timore proficiscitur, captiuus sit traditus. *Omnium inimicorum suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo. Non mouebor à generatione in generationem sine malo*. Alius, Omnes inimicos suos insufflat, dicens in corde suo, Non cõuertar à generatione in generationẽ. Nõ ero enim in afflictione. Vidisti arrogantiã. Vidisti inenarrabilem perditionem. Vidisti quòd paulatim augetur exitiũ. Vidisti quo modo quę sunt beata apud stultos, verè plena sunt multa miseria, & quo modo obruũtur. Laudatur in peccatis, benedicitur in maleficiis. Hoc est primũ barathrum, quod satis est vel ad præcipitandum eum qui non aduertit. Et ideo magis sunt admittendi qui accusant & corrigunt, quàm qui laudant & ad interitũ blãdiuntur. Hi enim corrũpunt stolidos, & ad maius vicium propellũt, quẽadmodum qui hunc peccatorem insufflarunt, exercuerunt ad arrogantiam. Et ideo Paulus quoq; hoc ipsum dicit Corinthiis de eo qui erat fornicatus, Et vos inflati estis, & non potius luxistis. Eum qui peccat multũ lugere, non laudare oportet. Vidisti peruersum vicium, quòd non solum non accusatur, sed etiam laudibus afficitur. Hic ex propria arrogãtia amplificauit laudum improbitatem. Oblitus est timoris dei, iudiciorũ eius. Hic etiam propriæ est naturæ oblitus. Qui enim iudiciorum dei obliuiscitur, sui ipsius quoque tandẽ obliuiscitur. Vide ergo quæ cogitat, *Non mouebor in generationem, & generationem, sed ero sine malo*. Quid est hac cogitatione stultius, vt qui homo est, & interitui obnoxius, & caducis ac momentaneis rebus implicatus, & innumerabilibus mutationib⁹ subiectus, visione talia apprehẽdat? Vndẽ nam autem hoc fit? Ex stulticia. Quando enim vir stultus multis rebus secundis vsus fuerit, & inimicos vicerit, & ab omnibus laudatur, & in admiratione habetur, omniũ miserrimus efficitur. Eo enim quòd nõ expectat mutationem, res quidẽ secundas fert modestè, & si res ei aduersę euenerint, cum sit inexercitatus, nec eas sit vnquã meditatus, turbatur & tumultuatur. Sed non sic Iob, sed etiã rebus in secũdis res aduersas quotidie sperabat: & ideo dicebat: Metus quem timebam, venit mihi, & quem timuerã, occurrit mihi, nec in pace egi, nec quieui, nec cessaui, venit tamen mihi ira. Et ideo alius dicebat. Memẽto temporis famis in tempore egestatis, paupertatis & inopiæ in die diuitiarũ. Sed hic quidem semel corruptus non considerat humana, sed propter fœlicem rerum successum ea esse immobilia existimat: quod est extremæ stulticiæ & corruptelæ argumentum, & occasio interitus. Ne beatos existima eos qui sunt diuites, eos qui vincunt inimicos, eos qui propterea laudantur. Magna sunt hæc barathra & præcipitia iis qui nõ attendunt eum qui iacit basim impietatis. *Cuius os maledictione plenum est, & amaritudine & dolo. Sub lingua eius labor & dolor*. Alius, Inutile. *Sedet in insidiis cũ diuitibus in occultis, vt interficiat innocẽtem*. Alius, insidians apud aulas. *Oculi eius in pauperem respiciunt. Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua*. Alius, In septo suo. *Insidiatur vt rapiat pauperem, dum attrahit eum*. Alius, in tractione eius. *In laqueo suo humiliabit eum*. Alius, In sagena. *Inclinabit se & cadet, cum dominatus fuerit pauperum*. Alius, Cõfractus autẽ inflectetur cũ is irruerit in ipsum cũ fortibus in imbecillos. Vidisti eum etiã effectũ esse ferã, immanemq; beluam. Eum enim tanquam feram describens propheta, ita de eo loquitur, dolos, fraudes, insidias traducens. Quid eo potest esse miserius, quid pauperius, cum pauperis egeat pecuniis? Hũc ergo (die quæso) dicemus diuitẽ? Ergo etiam furẽ & murorũ effossorem. Absit, inquit. Quid enim si noctu nõ perfodit iudicia? Quid si nõ noctu aggreditur, sed cum dolo iudicis lumen extinguit? Quid enim si nõ dormientibus, sed vigilãtibus omnib⁹? Hic est enim impudẽtior. Ex furibus enim leges eos grauius puniunt, qui interdiu furãtur. Vidisti paupertatẽ, vidisti crudelitatem. Paupertatem, quòd bona pauperis cõcupiscit: crudelitatẽ verò, quòd nec calamitate quidẽ frãgitur: sed cuius misereri, & cui subuenire oportebat, paupertatẽ opprimit. Nec tamen hæc faciet impune: sed quando præualuerit, quãdo sibi visus fuerit esse superior, quãdo se putarit esse inexpugnabilẽ, tunc peribit: vt & dei videatur vincendi facilitas, & pauperum patientia, & huius corrigendi difficultas, & dei lenitatis tolerãtia. Propterea nõ euestigio persequitur iusticia, Deo per patientiã vocãte eum ad

Alius hunc qui cõtra lippit fones.

Vitupera.

Peruersi nõ abblandiendum.

1. Cor. 5.

Βόγμα.

Confirmãt exemplo.

Iob. 3.

Eccl. 18.

Corruptor iudicis sua re peior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnitentiam,ſed quãdo nihil lucrifacit lenitate & patientia, tunc eum per ſupplicium admonet. Hi enim qui iniuria affecti ſunt,nihil læſi ſunt:ſed etiam meliores & clariores afflictione facti ſunt. Deus autem ſuam oſtendit patientiam, vt qui ſuſtinuerit & tolerauerit, cum patientia autem potentiam,& rei gerendæ facultatem,quòd quando is eſſet ſeipſo potentior, tũc temporis ipſum ſuperat. Hic autem cum manſiſſet incorrigibilis,vltimum dat ſupplicium. Hoc autẽ non parum facit ad corrigendos eos qui abutũtur rebus ſecundis. Ne ergo quãdo viceris inimicos, & omnia tibi ſecunda fuerint, cõfidas improbè viuens, ſed tũc magis pertimeſcas. Augetur enim vicium,tollitur tibi defenſio, præciditur & aufertur venia ſi malus maneas. *Dixit enim in corde ſuo,oblitus eſt deus. Auertit faciem ſuam ne videat in finem.* Vide in quãtum barathrũ perditionis deſcendit,qualia dogmata colligit, quæ propter impudentiã quidem nõ audet efferre, ea autem apud ſe verſat, pugnans cum veritate,& quæ ſunt ſole clariora, propter mentis ſuæ orbitatem adumbrans. *Exurge domine deus, & exaltetur manus tua.Ne obliuiſcaris pauperum.* Alius, Exalta manum tuam. *Propter quid irritauit impius deum? Dixit enim in corde ſuo,non requiret, Vides quoniam tu laborem & dolorem cõſideras,vt tradas eos in manus tuas.* Alius,vt dentur in manum tuam.Iniquus quidẽ hæc dicit,raptor,auarus, vtpote qui non det pœnas. Propheta autem eius euertẽs dogmata,de dei patiẽtia amplè loquitur.Ille enim dicit,Auertit faciem ſuam ne videat in finem.Hic autem contrà,Et vides,& conſideras,& es patiẽs, donec ij ceciderint in manus tuas. Quid eſt, donec traditi fuerint in manus tuas? Dixit more humano. Hoc eſt autem quod dixit, Expectas, toleras, vt inſigni tradantur improbitati.Poteras enim vel à principio eos ſubigere & euertere,ſed eſt ineffabile pelagus tuæ tolerantiæ,videntis, & non perſequentis, ſed expectantis eos ad pœnitentiam. Quod ſi nolunt,tunc punis, quando nihil ad eos redit lucri ex tua patiẽtia.Quòd enim magnam habeat rationem eorum qui iniuria afficiuntur, audi quo modo per ea quæ ſequuntur confirmat, *Tibi derelictus eſt pauper,orphano tu eris adiutor.* Alius, Tu fuiſti. Quod autem dicit, tale eſt.Hoc eſt officium tuum egregiũ.Quod autẽ ſuum eſt,non prodiderit. Quemadmoduum enim eſt artificis ædificare,& gubernatoris nauem dirigere,& ſolis illuminare: ita etiam tuum eſt præeſſe orphanis,manus prębere pauperibus.Nemo eſt qui ſic eorum curam gerat, ſed tu ſolus. Hoc enim ſignificat illud,Derelictus eſt. Nullus, inquit,alius,ſed tu ſolus orphanorum & pauperum curam geris. *Contere brachium peccatoris & maligni. Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Alius,Quæratur impietas ipſius,vt non inueniatur ipſe.Non vult peccatorem abſolutè cõteri, ſed vires,potentiam,& eius improbitatis fomitem:deinde vult eum eorum quæ fecit reddere rationem: & oſtendens iniurię magnitudinem,dicit,Si hoc fecerit, ne ſtare quidem poterit, nec apparebit, ſed peribit,interibit,radicitus delebitur,iis quę ferit examinatis.Nemo ergo orbitatem defleat, nemo paupertatem. Quo enim ea maiora fuerint,eo magis eum deus auxilio dignabitur. Nemo de poteſtate ſibi magnificè placeat, nec intumeſcat.Locus enim eſt & lubricus,præceps, & eos qui non attendunt, facillimè ſubuertit. *Dominus regnabit in æternum, & in ſeculum ſeculi.* Hic reſpondet eis qui perturbantur eò quòd peccatores non ſtatim pœnas dederint.Quid times?inquit. Quĩd formidas? Nõ eſt iudex temporaneus, finem enim nõ habet regnum eius:etſi enim nunc nõ det pœnas qui inuaſit dominatum,qui eſt raptor qui auarus, omnino tamen dabit. Manet enim qui exigit, & regnat perpetuo. *Peribitis gentes de terra illius.Deſiderium pauperum exaudiuit dominus.Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Alius Præparabis cor eorum ad attendendum auri tuæ. *Iudicare pupillo & humili:vt non apponat vltrà magnificare ſe homo ſuper terram.* Vides prophetam malorum maiorem curam gerere: Eſt enim eorum maximè malè pati.Is enim qui iniuria afficitur, accipit damnũ pecuniæ. ille autem verſatur in rerum maximarũ periculo. Quid tum enim ſi nõ ſentiunt ægritudinem qua vexantur? eo magis creſcit eorum ſtupor, & eo nomine magis oportet eorum miſereri. Nã pueri etiam terribiliũ nullam ducunt rationem:ſed ſæpe etiã in ignem manus immittunt, perſonas autem inanes videndo pertimeſcũt. His ſunt auari ſimiles,qui paupertatẽ quidem verentur,quę non modò terribilis non eſt, ſed fundamẽtum potius eſt ſecuritatis,iniuſtas autem diuitias, & alienorum bonorum inuaſionem multi faciunt, quod eſt quouis igne terribilius.Semper enim malum eſt auaricia.Vt ea ergo excindatur,ſemper rogat propheta, minans, vociferans, deum rogans vt exurgat ad puniendum talem mentis ſtuporem.Et ideo ſubiungit dicens, Peribitis gẽtes de terra illius minans illis interitum, & rogãs vt ſit adiutor & vindex eorũ qui iniuria afficiũtur: vt & hi reſpirent,illi verò caſtigẽtur. Nemo ergo opum & facultatum copiam perſequatur. Multa hinc mala oriũtur iis qui non attendunt,arrogãtia, ſocordia, inuidia,vana gloria, alia multo his maiora. Sed vt ab his omnibus malis liberemini, radicẽ excindite. Si ea enim nõ maneat,mala germina non germinant.Et ideo hæc dicta ſunt,non ſolùm vt audiamus, ſed etiã vt corrigamur.

γενέμη.

Quàm dẽfius eſt in homœſibus.

Eſa.14.23

Ezec.18.29

Luc.1.

Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Crudelis est oppressio pauperis, exaudiri dominus. Attende vim verbi increduli. Contra Ebionitas. Genes. Pſal.32. Habac.2 Lex à deo profecta. Ada.

DE EO QVOD IN EVNDEM PSAL-

mum ſcriptum eſt, Narrabo omnia mirabilia tua domine: Homilia incerto interprete.

GReatoris, & omnium rerũ inſtitutoris opera tacenda non ſunt: ſed tantum poteſt dicere lingua,quantum cõcipit memoria. Nec poſſunt ab aliquo narrari cuncta quę deus operatus eſt ab initio mundi:quia fecit omnia ex nihilo verbo illo ineffabili,nõ aërem verberante, & per ſyllabas literarum tranſeunte: non à ſilentio incipiens, & ad ſilentium finiens:ſed illo verbo quod ſemper loquitur, nunquam ſilens,per creaturam miniſterium aſſumẽs ſiue per nubem,ſiue per angelum,ſiue per propheram,ſiue per doctorem. Nec enim hoc eſt quod miniſtratur, quale eſt vnde miniſtratur. Hic deus noſter, qui dixit, & facta ſunt: qui eſt miraculorũ plenitudo, infudit ſe prophetæ:& cum conſideraret cuncta miraculorũ opera,quæ mirabilis fecit deus,ad hoc ſe conuertit vt diceret:Cõſideraui opera tua,& expaui.Aequé propheta ſanctiſſimus,ſicuti modò cantauimus,Narrabo omnia mirabilia tua. Quæ ſunt miracula, etſi non multa poteſt promere lingua noſtra,tamẽ vtcunque loquimur, intelligimus,& agnoſcere poſſumus. Fecit ergo deus cœlum & terrã,mare,& omnia quæ in eis ſunt,cuncta animãtia,quadrupedia,volatilia,ſerpentia, natãtia,germina arborum, fructus, radices,ramos, folia, & cuncta ſunt creata & præparata.Iſta omnia mirabiliter fecit,hominem manu pietatis è limo terræ, dans ei præceptũ, vt lege ſeruata nõ moreretur,præcepto tranſgreſſo morte moreretur.Peccante primo homine, totus viciatus eſt mundus, labes peccati tota inoleuit, cõcupiſcentia in homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in hominibus augmentata est, labiles facti sumus & infirmi. Medico indigebat generatio hominū. Ille è sinu patris missus, qui semper fuit, & non fuit quando non fuit, vnam cum patre habens substantiam & essentiam, sanauit morbum quem protoplastus infuderat massæ hominum. De aduentu autem incarnationis eius quid enarrem, nisi mirabilia eius? Angelus aduenies, qui est vehiculum verbi, infudit Mariæ, concepit credens verbo. Hoc verbum, caro factum est, assumens (quod non erat) nostrū non amisit quod erat ex patre, permānsit in suo quod erat in diuinitate. Ingressus vterū virginis, non violauit integritatem, creatus non abstulit virginitatem. Quę sunt ista miracula? Generationē eius quis enarrabit? Trāseamus id quod est super nos, redeamus ad nos. Quid est illud, vt homo in vtero matris cōceptus formaretur? Lineamēta corporis quis cōponit, quis omnes artus, quis pulchritudines capillorum ordinat, nisi ille mirabilis, qui est plasmator totius generis humani? Quid dicam de mirabilib⁹ illius? vt succedāt sibi tempora, fructus occurrant maturi in ordine suo, sapores diuersi, cæpularum magnitudo? Quid dicam de deo iusto, misericorde, faciente de superbo humilē, de adultero castum, de edace parcū, de iracundo māsuetum, ex impio pium, ex ebrioso sobriū, ex discorde concordem, ex tenace largum, ex inquieto quietum, ex odiente, charitatem habentem? In his omnibus quis operatur, *nisi ille* cui cantauimus modo, Narrabo omnia *mirabilia tua*? Ex fonte miraculorū impleuit fistulā linguæ *nostræ*, areolas conscientiæ nostræ. Lætandum est, exultandum est, non in nobismetipsis, sed in domino, qui ista operatus est. Nam contexuit subsequens versiculis psalmi, Lętabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. Psallere verbo, opere subsequi, fructus est inenarrabilis. Qui psallit deo, & facit id quod cantat, psallit spiritu, psallit & mente: orat spiritu, orat & mente: vt quod faciat, dicat: & quod dicit, faciat. Et cū hoc inimicus aduersarius totius mundi viderit, retrorsum redit pessum perductus: atq; subter pedes famulorum dei prostratus non dominatur, quia aditum non inuenit introeundi. Clausa ianua cordis, firmata vecte crucis, ingredi minimè potuit: quia tyrānus imperatorem intus agnouit Christum, & filiū matris ecclesiæ. Et vos germen ecclesiæ, qui estis vno verbi semine concepti agnoscite qui cantatis, quod cantatis, & cui cantatis. Quid enim sumus, nisi quod ait sanctissimus ille vates Christi: Memento quia puluis sumus? Quid cantamus illi? canticum nouum. A vetustate primi hominis separati, in Christo recreati: cantamus canticum nouum, à vetustate narrantes miracula eius in nos collata. Cui cantamus? domino omnipotenti, præstanti talia miracula facienti: cui credentes, peruenite ad ciuitatē olim promissam nobis, intrate, null⁹ remaneat. Miliaria sanctorum attendite, qui positi sunt in via vitæ nostræ. Et ibi resumentes, ibi ciuitatem nobis in eisdem monstratam quo tendimus, dicamus cum propheta: Narrabo omnia mirabilia tua, quia feciſti iudiciū meum, & causam meam. Vt causæ nostræ sic sibi conueniant cū præceptis dei, sciētes quia staturi sumus ante tribunal Christi, & reddituri rationem, quę per corpus gessimus, siue bonum siue malum. Vt cum chartæ operum nostrorū fuerint discussæ, si nulla in eis falsitas, nulla prauitas inuenta fuerit, liberi & non serui peccati, amplicemur ad dexteram pastoris pastorum, & cum ouibus innocentibus deputet nos, qui sanguine suo redemit nos.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST in eundem psalmum, Patientia pauperum non peribit in æternum, &c. Homilia, incerto interprete.

DEus generis nostri, qui non despexit creaturā suam, neq; facturæ suæ se negauit: præsertim præstando hominibus vniuersa beneficia, vt det quæ vsui corporis necessaria sunt: virtute adornauit, ordinem constituit, rationem cordibus non negauit, vt ad viam vitæ peruenientes, sine offensione inueniamur. Nūc quis cognoscit, quis verbis explicat, quis enarrat magnalia dei, miracula omnipotētis dei? Omnipotens deus iste egentiū, qui in omni ordine ita voluit suos clamare ad se, & iugiter indigere à se beneficio, vt quæcunque dici possint, à nullo deo sperentur, nisi à deo nostro. Illi vagi & pagani non à deo cuncta sperant, sed à diis manufactis: nos verò speramus beneficia ab omnium creaturarū factore. Nam modò quasi ipsa tolerantia clamabat ad deum, dicens corde & ore nostro ex dicto prophetæ, Nunquid in æternū in obliuione erit pauper? Modo hīc pauperes audiūt, & quasi eriguntur, quasi ipsi non sint in obliuione, & diuites in obliuione sint. Non est vna paupertas. Nam euangeliū demonstrat nobis pauperes non substantia, sed spiritu, quos & laudat & beatos dicit, quoniā dicit: Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum. Qui sunt isti pauperes? Respicite si possint æstimari diuitiæ illorum. Quicunque possident in terra, partem possident terræ, & eam exiguam. Qualis ille diues, qui possidet totum cœlum, & meretur regnum? De istis pauperibus dicebat propheta: Nunquid in obliuione in æternum, id est, in illa vita erit pauper, aut patientia paupertatis peribit in æternū? Videtis quæ est tolerātia, quam potēs, vt toleret homo fratrem inquietum, superbum, iracundum, bilinguem, detractorem, subdolum, pigrum, iniuriosum, murmurabundum, sibi placentem, cupidum, inordinatè ambulantem. Ista patientia cum admonitione increpat, non peribit in æternum. Sic tolerandi sunt isti, vt tamen non taceatur istis talibus. Si tacuerimus, alios perdimus. Sed sic moderatione seruata, fixa admonitione, vt & lingua clamet, & cor amet: quia clamor iste, etsi clamat, sed intus amat. Nam dictū est prophetæ, Clama. Et interrogauit ipse, Quid clamabo? Et responsum est ei, Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius vt flos fœni. Exortus est sol, flos decidit: aruit fœnum, sed verbum domini manet in æternum. Ergo ista patientia talis esse debet, vt & charitas seruetur, & proteruus homo increpetur. Ergo in æternū in obliuione erit pauper? Quis est iste pauper? An fortè ille, qui dixit, nos in se portās, Pauper & dolēs ego sum, & salus vultus tui deus suscepit me? Pauper erat, quia nos esuriebat. In tantū nos esuriebat, vt quando discipuli obtulerunt ei de Samaria venientes cibos vt māducaret, dixit eis, credētibus Samaritanis: Habeo cibū manducare, quem vos nescitis. Ergo iste pauper potest dici & populus Christianus, mēbra ista sub vno capite: quia caput nostrum Christus, nos verò mēbra eius. Et quare pauperes? quia quo modo pauperes omni tempore, omnibusq; momentis pulsant aures omnium hominum clamoribus suis pro pane ventris: ita pauperes spiritu clamant pro pane mentis, qui de cœlo descendit. Ergo pauperes isti beati, isti in obliuionem erunt nunquā, quia semper præstolantur, semper intendunt, semper rogant, semper conseruant, promissionem dei expectantes. Quo modo erit in obliuione iste pauper, qui diu noctuq; genu flectit ad patrē domini nostri Iesu Christi?

Paupertas vna nō est.

Matth. 5.

Attēde veri pauperis expectationem.

Psal. 68.

Ioan. 1.

Ephe. 4.

Per collatio nem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſu Chriſti:qui orationi inſtat,& vigilat in ea in gratia- A
rum actione?Magna eſt patientia,eò quòd totum patitur anima Chriſtiana.Impugnationes diaboli patitur, ſed nõ ſuperatur.Delectationes, immiſsiones, cupiditates.Stimulis carnis colaphizantur, exagitantur, illuduntur,imaginantur,phantaſiæ immittuntur:iſta omnia tolerat anima,ſed non ſuperatur:vincit,non tamẽ ſuis viribus:adiuuatur,vt vincat:accipit, vt perueniat: donatur,vt coronetur.hæc patiẽtia, quæ ad victoriam peruenit,non periet in æternum. Sed quia non poſſumus noſtra potentia,noſtra virtute,noſtra magnitudine iſta facere,dicamus cum eodẽ propheta, ſicuti pſalmus ſubtexuit dicens:Exurge domine, non prævaleat homo.Quis eſt iſte homo,niſi Antichriſtus?Audite fratres dilectiſsimi,Multi in ſeculo iſto caduco & fœneo habitant Antichriſti,& audite qui ſunt iſti Antichriſti. *Antichriſti,qui.* B
Antichriſti dicuntur ficti Chriſtiani:Antichriſti dicũtur hæretici,pagani.Ecce iſti omnes Antichriſtiani dicuntur, quia in vno nomine Chriſti nõ eis placet ſimplicitas catholicæ eccleſiæ,qui aut ſub laude vituperãt, aut inimiciciam apertè exercent.Sed iſti cum à fide noſtra nos non tollunt,non prævalet homo.Atque vtinã *Antitheſis.*
non nos laudes humanæ extollant, nõ vituperationes frangãt:quia & laus periculoſa eſt,& vituperatio æquè periculoſa eſt. Illa proſperitate corrumpitur anima,dũ delectatur humanis laudibus: illa aduerſitate frãgitur, obtuſa vituperationibus.Ergo orem⁹ & dicamus: Exurge domine, non prævaleat homo:nõ quaſi deus noſter ſedeat,& ſurgat,& ſtet, aut corporeus, aut viſibilibus ſit iſtis oculis:ſed aliquid dicitur de illo,quod poſſumus intelligere ex ipſo. Quod dicimus deo exurge, *In anthropomorphitas. Pſal.43. Pſalm.102.*
vt in nobis ſurgat,& nos ad illum ſurgamus.Nam alio C
loco dicitur: Exurge,quare obdormis domine? æquè alio loco dicitur: Ecce non dormitabit neq; dormiet, qui cuſtodit Iſraël.Nunquid iſta teſtimonia impugnãt ſe:quia hic dicit: Exurge, quare obdormis domine? & ibi dicit,Ecce non dormitabit neque dormiet,qui cuſtodit Iſrael.Sed attendenda ſunt teſtimonia ſibi conuenientia cum omni ſolicitudine. Nam ſi locis ſuis ponantur,non claudicant.Quod dictum eſt, Quare obdormis domine? exurge,& ne repellas in finẽ: vox eſt martyrum,qui volebant ſe in prẽſenti defendi de per- *Apoca.16.*
ſecutionibus. Nam vox illorum eſt in Apocalypſi dicens: Quouſque ſanctus & iuſtus non iudicas ſanguinem noſtrũ de his qui in terris habitant? Volebant ergo martyres vt in præſenti miracula faceret deus, & confunderet fortitudinem aduerſariorum & inimicorum Chriſti, ſed deus qui volebat pati ſuos, & multas D
pœnas tolerare,dimiſit eos torqueri,cruciari,affligi,vt vbi eſſet magna pugna,cõcederetur eis & glorioſa victoria.Exurgit ergo in nobis Chriſtus,quando tolerãtiam habemus, quando erigimur ad dulcedinem eius: quando vigilamus,ne nobis inimicus ſurrepat,ne prævaleat homo iſte fili⁹ interitus. Veniat ergo pietas tua, & iudicentur gentes in conſpectu tuo. Conſtitue domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciãt gentes quoniam homines ſunt.Nunc orandus eſt,qui non nos ſinat tẽtari ſupra quam poſſumus ferre, ſed faciat tẽtationem *Luc.22.*
cum exitu, vt poſsimus ſuſtinere.Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: quia omnis qui vigilat, & aduerſarium nõ timebit, & coronam repoſitam accipiet.

Nonnihil ſuper Pſalmum, Cœli enarrant gloriam dei, &c. reperies in vltimo tomo ad populum Antiochenum Homilia nona. *Pſal.18.*

EIVSDEM IN PSALMVM X. in finem Dauid. Alius,*Epicinion Dauid.* Alius,*victoriæ effectori.*

IN domino cõfido,*quo modo dicitis animæ meæ,Transmigra in montem ſicut paſſer?* Alius, Tranſi in montes ſicut paſſer. Alius, Tranſmouere. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerũt ſagittas ſuas in pharetra,vt ſagittent in obſcuro rectos corde.* Alius, In tenebris. *Quoniam quæ tu perfeciſti deſtruxerũt.* Alius,Quoniam leges diſſolu- *Heb.8.*
tæ ſunt.Alius.Quod doctrinæ confringentur.Magnæ μεταφορὰ.
ſunt vires ſpei in dominum, præſidium quod non vincit,murus qui non expugnari,auxilium quod nõ poteſt *κῦρε hac omnia*
ſuperari:portus trãquillus,turris quæ nequit pati,arma *Iudic.4.*
inſuperabilia,vires inuictæ, & quæ in reb⁹ difficillimis *1.Regum.*
& impeditiſsimis exitum inueniunt.Per eam, inermes *Iudeb.13.*
armatos,& mulieres vios ſuperauerũt: & pueri, iis qui in rebus bellicis exercitati fuerãt,facilè ſuperiores fuere.Quid mirum autem ſi hoſtes vicerunt, quando ipſum quoque mũdum ſuperarunt?Elementa enim propriam ignorantia naturam, ad id quod erat illis vtile, mutata ſunt,& feræ non erãt amplius feræ, nec fornax fornax. Omnia enim componit ſpes in deum. Dentes *Dentes.*
erant acuti,& arct⁹ carcer,naturæ immanitas,& fames *Dentes.*
naturam irritãs:nuſquam autem erat quod eas arceret ſeptũ, & ora prophetæ corpori erant proxima:ſed ſpes in deum,quę eſt quouis frẽno potentior,in ora earum irruens eas retro trahebat. Eadem ipſe quoq; philoſophatus dicebat iis qui eũ iubebant effugere, & ex locorum tutela ſibi ſalutẽ parare:In domino confido, quo modo dicitis animæ meæ,&c.Quid dicis?Eum qui eſt orbis terræ dominus,habeo ſocium:eum qui vbiq; omnia facilè facit,habeo ducem,& à partibus meis ſtantẽ, & me mittis ad terrã inhabitabilẽ, & ex ſolitudine cautionem comparas?Maiũsne fuerit ex ſolitudine auxi- *Iob 41.*
liũ,quàm ex eo qui omnia poteſt quàm facillimè?Quid *Sapien.*
me pulchrè armatũ,tanquàm nudũ & inermem ad fugam incitas, & tranſmigrare iubes? Deinde eum quidem qui habet exercitũ, muriſq; & armis munitus eſt, non iubes fugere in deſertum, ſed videreris ridiculus eſſe ſi hæc conſuleres. Eum autem qui habet ſecum orbis terræ dominum exterminas, & mittis in exiliũ, & iubes tranſmigrare propter bellum quod peccatores inferunt?Cum his enim quæ dicta ſunt, hæc etiam alia cauſa eſt cur non fugiat. Quãdo enim & deus fert auxiliũ,& peccatores ſunt ij qui bellũ gerunt,quo modo non longè eſt omniũ ſtultiſsimus,qui iubet imitari auium timiditatem?Non conſyderas quo modo exercitus,qui contra me ſtat in acie, eſt vilior aranea? Si enim Imperatoris terreni inimicus,vbicunque fuerit,in periculo viuit,timet & contremiſcit: multò magis dei vniuerſorũ. Quocũq; enim venerit, omnes habet inimicos,atq; adeò ipſam etiam creaturam. Quemadmo- *Sapient. Callim.*
dum enim ſuos amicos & elemẽta & beſtiæ metuunt, & omnis creatura reueretur: ita inimicum & hoſtem bello petunt & execrantur,vel ipſa etiam inſenſilia. Et ideo illos quidem prius quàm vel terram tangerẽt, feræ confecerunt:hos verò ignis conſumpſit. At habent arcus & pharetram,& eis parata ſunt omnia. Pararunt enim,inquit,ea in pharetra. Sed nullæ ſunt eorũ vires, nec eos propterea timemus. Nam neq; ſi videre quẽpiam qui haberet arcum ſolutum, timerẽ. Quid enim iuuant arma,ſi non ſit virtus? Nec hîc ergo, ſi non adſit dei benevolentia. At dolos ſtruunt, & nõ recta aggrediuntur,& propterea eos maximè rideo,quòd ſagittãt in tenebris.Nihil enim imbecillius viro qui ſtruit inſi- *Prouer.*
dias.

dias. Non opus habet vt armis aliorum capiatur: sed ca A
dit manu propria, & sua ipsius fraude euertitur. Quid
ergo possit esse eo imbecillius, quando capitur à pro-
priis machinationibus? Cum his autē possumus etiam
aliud dicere, quòd nō solum bellum gerunt aduersus
eos quibus deus fert auxilium, idq; cū dolo: sed quòd
etiam aduersus innocentes, & qui eos nulla affecerunt
iniuria. Hoc autem eos non parum reddit imbecillos.
Similitudo firmat. Quemadmodū enim qui aduersus stimulos calcitrāt,
illos quidem non lædunt, sed suos pedes cruentant: ita
hi etiam. Cum his autem alia quoq; causa est, quæ belli
eorum vires frangit. Quænam autem ea est? *Quoniam*
quæ perfecisti, destruxerunt. Quod autem dicit, est eiusmo-
di. Tecum bellum gerūt & præliantur, legem tuam &
præcepta tua destruentes. Præcepta enim tua eaq; per-
fecta conantur destruere. Vel hoc dicit, vel quòd etiā
sunt legis transgressores. Iam verò hoc quoq; est non B
paruum argumentū imbecillitatis, quòd qui tua præ-
cepta non custodierunt, in bellū perficiscuntur. Prop-
terea enim & cum rectis bellum gerunt, & dolos stru-
unt, quoniam tua præcepta non audiunt. Postquā nar-
rauit hostium imbecillitatē, eamq; ostendit non ex iis
ex quibus alij, sed ex his quæ sibi conueniebant. (non e-
nim dixit, Pecunias non habent, non præsidia, nec so-
cios, nec vrbes, nec quòd sūt rei militaris imperiti, sed
his omnibus prætermissis & repudiatis, vt quę nihil es-
sent, cum dixisset eos esse iniquos, & bellum gerere cū
iis qui nullam fecerant iniuriā, & quę dei sunt destrue-
re) dicit deinceps iustorū aciem, ex eo ostendēs quàm
sint hostes expugnatu faciles. Ita nos etiam eum qui est
potens & imbecillus, examinemus, sed non propter ea
maximè timeamus, propter quæ timent homines ridi-
culi. Quid enim dicunt: Est terribilis, improbus, ingēti C
pecunia & opibus munitꝰ. Propterea eum maximè ri-
deo. Hæc enim sunt genera imbecillitatis. At scit, in-
quit, tēdere insidias. Rursus mihi dicis aliud genus im-
becillitatis. Quid est ergo in causa quòd multi vincūt,
qui tales sunt? Quoniam tu rectè pugnare nescis. Quo-
Formula niam tu quoq; de *eis decertas*, ex quibus illi fiūt imbe-
Christi ego cilliores, nempe de gloria & potētia. Fuge causam cer-
vos inuidi. taminis, & alia parte feri eos qui te inuadūt, arrogan-
tem moderatione ac lenitate, auarū paupertate, incon
tinentem continentia, inuidum humanitate: & ita eū
vinces facilè. Sed, sicut prius dixi, dum narrarem imbe
cillitatem hostium, vide quo modo iusti quoq; dicit
armaturā. Subiungit enim: *Iustus autem quid fecit?* Hoc
est, Cum illi autem sic instruerent aciem, quęris vndè-
nam se iustus armauerit? Audi, *Dominus in templo sancto*
suo: dominus in cœlo sedes eius. Vides quàm paucis eius nar D
rauit auxilium. Quid fecerit rogas? Ad dominum con
fugit qui est in cœlis, qui est vbiq; præsens. Non arcum
intendit: nec pharetram parauit sicut ille, nec aciē in-
struxit in occulto: sed his omnibus omissis, spē in deū
in omnes muniit, & eam illis opposuit, qui nullo horū
indiget, non loco, non tempore, non armis, non pecu-
niis, sed solo nutu omnia peragit. Vidisti inexpugna-
bile expeditumq; & facile auxilium. *Oculi eius in pauperē*
respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum. Dominus inter-
rogat iustum & impium. Qui autem diligit iniquitatem, odit animā
suam. Alius, Palpebræ eius probāt. Alius, Dominus iu-
stus examinator. Alius, Iustum probat & impium. Et eū
qui amat iniusta, odit anima eius. Alius, Qui amat in-
iusticiam, odio habet animam suam. Vidisti paratū ad-
iutorem, promptum opitulatorem, vbiq; præsentē, om
nia respicientem: cuius hoc maximè munus est, etsi nul
lus eum roget, prouidere, curā gerere, eos qui iniuriā
faciunt prohibere, iis quibus fit iniuria succurrere, illo-
rum rectè facta remunerare, his pro peccatis supplicia
infligere. Nihil ergo ignorat. oculi enim eius orbē ter-
ræ respiciunt. Non solum autē hoc, sed etiam ea vult
corrigere. Et ideo alius quoq; hoc ipsum significans di *Heb. 4.*
cebat, Iustus. Si enim iustus, non inducet in animū vt
hæc temerè fieri permittat. Auersatur malos, laudat iu-
stos. Deinde quod in priori psalmo dicebat, ostendēs
satis esse vicium ad seipsum consumendū, hoc hīc etiā
significans, subiunxit: Qui autem amat iniusticiā, odit *Roma. 1.*
animam suā. Est enim animæ inimicū vicium, infestū,
& pernicioſum. Quare vel ante supplicium dat pœnas
improbus. Vidisti quo modo vndiq; ostēdit aduersa- *Psal. 138.*
rios facilè capi posse, cū & talem habeat adiutorē, & à *Hiere. 23.*
propriis illi armis vincantur, per quæ muniuntur, per
ea se consumentes, & seipsos lædentes. Vidisti auxilij
facilitatem. Neq; enim aliquò eundum nec currendū
est, nec consumendæ pecuniæ, cum deus sit vbiq; præ-
sens, & omnia videat. *Pluet super peccatores laqueos ignis, &*
sulphur, & spiritus procellarum. Pars calicis eorum. Quoniam iustus
dominus, & iusticias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Alius,
Pluet super iniquos carbones. Alius. Rectitudines vi-
debit vultus eorum, hoc est, iustorū, vel etiā ipsius dei.
Postquā dixit supplicium quod ex vicio oritur, quoniā
multi id contemnūt: mentē deinceps improborū con
cutit ex ictu qui supernè infertur, emphatica & rē ex-
primente oratione vtens, & per nomina terribilia pro-
cedens. Ignē enim, & sulphur, & spiritū procellarū, &
carbones dicit eis supnè pluiturū, dictionū trāslatione
pœnā ineuitabilē, supplicij profusionem, feriendi faci- *μεταφορᾶς*
litatem, & consumptricē vim volens ostendere. Quid *καὶ.*
est, pars calicis eorum? Hæc, inquit, est sors eorum, hæc
possessio: in eo versabuntur, in eo consumentur. Dein-
de causam quoq; affert, quòd qui omnia respicit, non
permittit vt hæc impunè abeant. Quod alius etiam di-
cit propheta: Purus oculus tuus ne videat mala, & su- *Abac. 1.*
per labores respicere non poteris. Hoc hīc quoq; ostē-
dit dicens: Quoniam iustus dominus, & iusticias dile-
xit. Hoc dei est eximiū, quæ iusta sunt admittere, æqui-
tatem amplecti: nec quę aliter fiunt, vnquam sustinue-
rit. Propterea psalmum incipiens, dicebat: In domino *Passeris in*
confido, quo modo dicitis animæ meæ, Trāsmigra in *montes emi*
montes sicut passer? Qui enim in rebus terrenis, & iis *gratio.*
quæ ad hanc vitā pertinent, confidunt, nihilo melius *Collatio pas-*
afficiuntur quàm passer, qui fidens solitudini, facilè, ca *seris & de-*
pi potest ab omnibus. Talis est qui sperat in pecuniis. *uitis.*
Quemadmodū passer & à pueris & à viseo capitur, &
à laqueis, & ab aliis innumerabilibus: ita etiā qui est di-
ues, & suorum & hostiū petitur insidiis: & in maiore q̄
ille versatur periculo, vt qui multos habeat qui viscū
adhibent, & ante illos malas cupiditates, & est semper
transmigrator, semper tēpori seruiens, & lictorum iras
pertimescens, & imperatoris indignationē, & adulato-
rum insidias, & fraudes amicorū: & cum hostes irrue-
rint, plus quàm omnes contremiscit: & cum est pax, su-
spicatur insidiatores. neq; enim habet diuitias stabiles,
& quæ auferri nequeunt: & ideo semper volat & trans
migrat, montes & deserta persequens, versans in cali-
gine, & in meridie crassas habens tenebras, & dolos
struens. Sed non talis est iustus. Viæ enim iustorum re- *Sapien. 4.*
splendent instar lucis. neq; enim insidias parare, neque
iniuriā facere constituunt, sed quietū & remissum ha-
bent animum. Illi autem dolos semper struētes, semper
sunt in metu & in tenebris, sicut latrones, & murorum
perfossores,

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfossores,& adulteri:& interdiu vident tenebras,cũ sit eorum anima timore conturbata. Quo modo ergo possint hæ discuti tenebræ? Si te ab his omnibus seiunxeris,& à dei spe pepẽderis,etsi sis millies peccator. Respicite enim,inquit,ad antiquas generationes,& videte quis sperauit in dominum,& cõfusus est. Non dixit, Iustus:sed,quis? etsi sit,inquit, peccator. Hoc est enim admirabile, quod etiam peccatores anchoram hãc tenentes,sunt ab omnibus inexpugnabiles. Hoc est enim maximæ in deum affectionis,quando tot malis oppressus,in eius benignitate habueris fiduciã. Quemadmodũ enim est execrãdus qui sperat in homine, ita etiam beatus est qui sperat in deo. Ab omnibus ergo te seiungens,hãc tene anchoram. Deus enim omnia intuetur: & quæ iusta sunt iudicat:& non solum iudicat,sed etiã ad opus deducit: & ideo postquã dixit de eius iusticia, ostẽdit etiam supplicium per ignem,per procellã. Hoc autem facit illorũ curam gerens,& per supplicium redens modestiores. Omnibus ergo de cautis ad eũ accedamus, & perpetuo ad eũ respiciamus. Ita enim etiam omnia bona cõsequemur,in Christo Iesu domino nostro: cui gloria in secula seculorum, Amen.

Eccle.2.

Spes, anchora.

Hiere.17.

A cõtrariis collatio.

EIVSDEM IN PSALMVM XI. IN finem pro octaua. Alius, *victoriæ effectori pro octaua,* *Hebræus autem* על-השמינית

Hasiminith,citharæ octauæ chordæ.

Probatio à simili.

Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus:quoniã diminutæ sunt veritates à filiis hominũ. Alius,Quoniam finiti sunt fideles à filiis hominum. Ardua quidem res est virtus, & per se difficilis, maximè autem quando qui operatur,est in magna bonorum virorum paucitate. Quemadmodũ enim viæ quidem ingressus affert laborem, multo magis autem quando fuerit solus viator,& nullum habet viæ comitem:ita hic etiam. Non parua enim res est fratrũ societas,& adhortatio. Et ideo dicit etiam Paulus,Consyderantes vos ipsos ad prouocationem dilectionis & bonorum operum. Et ideo sunt vel maximè beati iudicã di veteres,nõ quod rectè & ex virtute se gesserint, sed quod tum, cum magna esset virtutis sterilitas, & nusquam apparerent qui se rectè gererent. Hoc ergo signi ficãs quoque scriptura dicebat: Noë iustus perfectus in generatione sua. Propterea admiramur Abrahã, propterea Lot, propterea Mosem, quod veluti in profunda nocte stellæ apparebant, & tanquam rosæ inter spinas,& oues inter lupos innumerabiles, vt qui viã omnibus contrariam ingrederentur,& cœptum iter minimè interrumperent. Si hoc ipsum enim est difficile in multitudine:& qui multis contrarium iter ingredientibus ipse solus contra tẽdit,magnis afficitur molestiis, & in nauigatione est etiam difficile, cũ fluctus & æstus contra feratur,nauem in contrarium dirigere: multò magis in virtute. Propterea hic quoq; iustus, vt qui solus eã apprehendisset,cæteris contra tendentibus, confugit ad dei prouidentiam,dicens: Saluum me fac domine. Nihil ergo hic aliud quàm hoc significat:Supernа mihi manu opus est,cœlesti ope,& illo diuino auxilio. Cum enim viam ingrediar omnibus contrariam, magna mihi opus est prouidentia. Et nõ dixit,Saluum me fac quoniam non est sanctus, sed quoniam defecit sanctus: ostẽdens eos etiam qui erant,periisse postquã inualuit viciũ,& morbus superior factus est. Hoc Paulus quoque timet, dicens: Nescitis quod parũ fermenti totam massam fermentat? Et rursus, Corrũpunt bonos mores colloquia praua. Quid est autẽ,Diminutæ sunt

Heb.10.

Gene.6.

Metaphora.

A simili.

Gal.5.

1.Cori.15.

veritates? Multæ sunt veritates. Quemadmodũ in coloribus & aliis generib⁹ alia quidem sunt vera,alia falsa, & est purpura vera, & purpura falsa, & in croco, & in lapidibus,& in aromatibus,& aliis eiusmodi:ita etiã in virtutib⁹. Veritas enim est quod vere est,falsum autem quod non est. Quoniã ergo hæc inuersa & obscura fuerant,non quod suã perdiderant substantiam,sed quòd ab hominibus fusa & fugata fuerant: propterea nõ dixit solum,Diminutæ sunt,sed adiecit, A filiis hominum,hoc ipsum volens significare. Considera autẽ. Est mundus verus,est etiam falsus. Quis est ergo verus mũdus? Qui est in anima. Quis est autem falsus? Qui est in corpore. Sunt diuitiæ veræ,sunt etiã falsæ. Fallæ,pecuniarum:verę,rectè factorum. Est lęticia hęc quidem vera,illa vero falsa,& pulchritudines,& potẽtiæ,& gloriæ. Sed maxima pars hominum,horũ veritate relicta, quæ falsa sunt persequitur: quemadmodum enim est homo verus & falsus:verus quidem,qui viuit & operatur:falsus autẽ qui pictus est:ita etiam videre possumus in virtutibus. *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suũ. Labia dolosa in corde & in corde locuti sunt mala.* Ali⁹ dixit,in corde alio & alio loquitur. Duo hic dicit vicia, & quòd vana locuti sunt,& quòd proximo suo. Vel ea quæ falsa sunt,dicit vana,vel ea quæ sunt superflua & inutilia. Tale quid etiam dicit Paulus,cum dicit,Ne mẽtimini adinuicem,& quod est omnium grauissimũ quòd omnes erant corrupti. Et ideo non dixit,hic vel ille,sed vnusquisque. Neque enim erat tantum vicium quod nabat in superficie:sed erat in profundo,& in corde. In corde & in corde:quod alius interpres dixit, In corde alio & alio:docens esse magnã in corde duplicitatem. Hoc est omnibus hostib⁹ acerbius. Illi enim sunt aperti,vnde etiam facilè possunt caueri. Hi verò cum aliã personam præ se ferant,& sint aliud: ab iis quibus tendunt insidias,non facilè deprehenduntur, multo graniores iis qui gladios abscondunt. *Disperdat dominus vniuersa labia dolosa,& linguam magniloquam. Qui dixerunt,Linguam nostram magnificabimus.* Alius, dominabimur. *Labia nostra à nobis sunt.* Alius,adsunt nobiscum. *Quis noster dominus est?* Alius,Quis nostri dominabitur? Vidisti quo modo eorum curã gerit propheta, quo modo pro eis orat. Neq; enim cõtra ipsos est id quod dictum est, sed pro ipsis. Neque enim orauit vt perderẽtur, sed vt eorũ vicium de medio tolleretur. Non dixit enim, perdat ipsos dominus,sed labia dolosa. Et rursus,non substantiam,sed linguam,arrogantiã,fraudem vult auferri,superbiam excidi. Irridens autem eorum stulticiã, dicit: Labia nostra à nobis sunt. Quis noster dominus est? Insanorũ & mente captorum verba. Et ideo Paulus contrà ac ij loquens suadet: Nõ estis vestri, precio empti estis. & iubet eos non sibipsis viuere. Non sunt tua labia,sed domini. Ipse enim ea fecit:ipse construxit,ipse vitam inspirauit. At tu habes. Sed nõ omnia quæ habemus, nostra sunt. Pecunias enim habemus, quas alij apud nos deposuerunt: & agros conductos habemus, quos alij nobis dederunt. Ita hæc etiã tibi locauit Christus,non vt feras spinas,sed vt conuertas semina ad id quod est vtile:non vt arrogantiam,non vt dolum,sed vt humilitatem,& laudem ac benedictionem,vt dilectionem facias per ea germinare. Et dedit oculos, non vt impudicè aspicias:sed vt ipsos ornes temperãtia: & manus,non vt ferias,sed vt miserearis. Quo modo autem dicis,labia nostra sunt à nobis, quando ea peccati serua feceris,quãdo fornicationis, quando immunditiæ? Quis est noster dominus? O verbum diabolicum.

Elegans homiſia.

Mũdus duplex, Diuitiæ, Lætitiæ.

1.Cori.5.

Rom.14.

2.Cor.5.

Corde nostra duplicata.

O ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

O animam dæmoniacam. Vides, ô homo, vniuersam creaturam prædicare domini potentiam, sapientiam, curam, prouidentiam, corpus tuum, animã, vitam, quæ sub aspectum cadunt, & quæ non cadunt, omnia propemodum vocem emittentia laudare potentiam artificis, & dicis: Quis dominus noster est? Hoc est furoris, hoc stuporis, hoc corrupti animi. Propterea sunt mala innumerabilia. Sed hi quidẽ dicũt, Quis est noster dominus? Alij autẽ dominum quidẽ confitentur, iudicium autẽ & pœnas propositas auferũt, breui iucũditate magnũ sibi emẽtes supplicium, & dum volunt se recreare ꝙ gehennæ non meminerint, per hanc securitatem metusq; vacuitatem in magnum se barathrum imprudentes immittunt. Et ideo rogo vt gehẽnæ memineris, de gehenna loquaris. Ita animam tuam compone, pulchramq; ac decoram effice. Magna est enim horũ verborum vtilitas. Non enim ei deus temere minatus est, & eã terrore affecit: sed id fecit vt metu meliores redderet. Et ideo diabolus omnia facit & molitur, eius volens auferre memoriam. Noli eam è memoria eiicere: nec dicas, Quid me importuna afficiam tristicia? Importuna erit tristicia, quando angeris in gehẽna. Hoc est tempus tristiciæ, non illud: & hoc ostẽdit diues sub Lazaro, cui nihil profuerunt innumerabiles quibus afficiebatur molestiæ. Si autem in tempore doluisset, nõ ea passus esset quæ passus est. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit dominus. Ponam in salutari fiduci aliter agam in ipso.* Alius, Ordinabo salutare apertum. Disce quanta sit virtus humilitatis. Pauperum patientia, pauperum inquam eorũ qui sunt contriti corde, est quod malè patiãtur, defensio. Non enim vitam nec virtutem, sed malorum perpessionem dicit deum excitare, & eum ad supplicium & vindictam euocare. Tanta res est, si tibi fiat iniuria, eam ferre forti animo, tantam deus curam gerit eorum qui afficiuntur contumeliis, maximæ defensionis loco est calamitas, & mala pati. Magna est vis eiulatus quæ supernum euocat auxilium. Timete quicunque pauperes iniuria afficitis. Habetis vos potentiam, opes & pecuniam, & iudicum beneuolentiam, sed habent illi arma omniũ validissima, luctus, & eiulatꝰ, & illud ipsum iniuria affici, quæ è cœlis auxilium attrahunt. Hæc arma domos effodiũt, hæc fundamẽta euertunt: hæc integras gẽtes submergunt: gemitus dico eorũ qui afficiuntur iniuria. Bonũ ac piũ eorũ animũ deus reueretur, quando mala patiẽtes, nullum malum verbum proferũt, solũ autẽ gemunt, & sua mala deplorãt. Quid est autẽ, Ponã in salutari, fiducialiter agam in ipso? Cum fiducia, inquit, apertè & manifestè eos defendam, vt omnes intelligant. Et quandõnam non conseruat eos palam & manifestè? Nonnunquam id facit nõ manifestè, sed clam, neque enim opus habet vt ab hominibus gloria afficiatur, nunc autem quoniam erat verisimile inimicos eos insectari, eisque insultare, & eis exprobrare quòd deũ non haberẽt adiutorem: vt illi quoque castigarentur, & fierent meliores, cum experientia didicissent domini auxiliũ: apertè, inquit, faciam pro eis salutem. *Eloquia domini eloquia casta, argẽtum igne examinatum, probatum terræ.* Et quo modo sunt hæc iis quæ dicta sunt cõsequentia? pulchre admodũ. Ne hæc enim, inquit, existimetis temerè dicta esse, inaneſq; & superuacaneas esse minas. Sunt enim pura eius verba, à mẽdacio libera. * Quemadmodum enim argentum ignitum nihil habet alienum & adulterinũ: ita etiam dei verba quæ dixerit, omnino euenire oportet. Et ideo dicit, Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. Alius, Ignitũ cedens terræ. Hebræus autem pro eo quod est cedẽs terræ dixit, בעלול לארץ Baalil laares, hoc est, fusum, in terrã fluens, *Purgatum septuplum.* Vidisti quo modo quod verum est, & à mendacio alienum, per similitudinem materiæ ostenderit. Quemadmodum enim illud fusum, ignitum, & hoc sæpe passum, est ab aliena materia alienum, exactissimè purgatum: ita etiam dei prolata sententia. *Tu domine seruabis nos & custodies nos ab hac generatione & in seculũ.*

Alius, Custodies ipsos. Alius, Custodies ipsa, & conseruabis nos ab hac generatione & in seculum. Alius, Cum generatione quæ est in seculũ. *In circuitu impij ambulant.* Alius, Ambulabũt. Alius, In circuitu impiorum ambulabunt. * *Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* Alius, Quando exaltati fuerint viles filiorum hominum. Alius, secundum altitudinem exaltati filii hominum. Hebræus autem כרם ולות לבני אדם corum zuloth liben Adam. Tu autem domine custodies nos & conseruabis nos. Vide eũ frequẽter, immò verò assiduè ad deum confugere, & ab eo auxilium petere. est enim potẽtissimum auxilium, quod nullo tempore interrũpitur. Nulla re, inquit, humana opus habemus. Tu enim es, inquit, qui perpetuo custodis. Quid est autem, In circuitu impij ambulant. Cõuenienter quidem septuaginta. ita dicendum est, Etiamsi impij nos circũcirca obsideant, nihil graue patiemur, nos enim eõseruas, & extollis, claròsq; & illustres reddis. Si alium autem interpretem sequamur hoc dicẽdum est, impij extrudentur quando viles ex filiis hominum exaltaueris. Hoc est, quando nos, qui viles reputamur & contẽpti, humiliatos gloria afficeris, seiunges ipsos & expelles. Quid est autem, Secundum altitudinem tuam? Pro eo quod est, Similes tui effecisti, quatenus fieri potest vt homo sit similis. Faciamus enim, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quod ipse enim est in cœlo, nos in terra: & quemadmodũ supernè nullus est eo superior, ita nullus in terra est huic animali virtute similis. Estote, inquit, similes patris vestri qui est in cœlis. Quinetiam nominis quoque sui nos fecit participes. Ego dixi, inquit, dij estis, & filij excelsi omnes. Et rursus, constitui te deum Pharaonis, & feci esse opificem corporeorum & incorporeorum. Et nũc quidem mutat Moses creaturam: nunc autem alij alia elementa: nobis autem iussit nos ipsos deo templũ extruere. Etsi ergo non fabriceris cœlum, dei tamẽ templum fabricaris. Propterea enim cœlum quoque est splendidum, quoniam habet deum in ipso habitantẽ: imò verò per Christum nos vnà quoq; suscitauit, & nos considere fecit in dextris in cœlis, & dedit vt maiora faceremus iis quæ ipse fecit. Signa enim, inquit, quæ ego facio, ipse quoque faciet, & maiora his faciet. Et in veteri hic quidem mare mutauit: ille verò solẽ frænauit: alius lunam iussit manere. Alius autem rursus in se radios auertit. Filij autem in fornace elemẽti operationem alligarunt, & flãma insaniens silebat, & alligata sibilabat. Norũt etiã feræ reuereri dei amicos: & licet fames vrgeat, sapientiæ tamen studiũ maius indicant. Qui sunt gulæ dediti, vereantur ferarum abstinentiam. Leones viderunt Danielẽ, & philosophati sunt: nos ad nos venientem filium dei videntes, minimè philosophamur. Maluerunt illi fame perire, quàm sanctum corpus tangere. Nos nudum Christum & fame cõfectum circuire videntes, ne quæ sunt quidem superuacanea dimittimus, sed in summa rerum affluentia viuẽtes, sanctos despicimus. Terra rursus alij dei amico tanta dona ex

suo sinu

Luc.16.

Tanta res est, si tibi fiat iniuria, eam ferre forti animo, tantam deus curam gerit eorum qui afficiuntur contumeliis, maximæ defensionis loco est calamitas, & mala pati.

A similibus dicta probat.

Vide hic verum interpretem.

Hebræus eũ Chald. habet, argentũ repurgatum septies, à terra

repurgatũ septies. Hiero. argentũ igne probatũ, separatũ à terra, colatũ septuplũ

ὑωσθεὶς μὰ ex collatione,

** κατὰ τὸ ὕψος Hie. cũ exaltati fuerit, pro Chaldæi* בעלקא *sicut sanguisuga, quæ & Hebr.* עלקת

Universidad de Deusto
Biblioteca

suo sinu protulit,& tantam fertilitatem quantam nunquam antea. Et quid miraris si ipsi erant venerabiles, cum & vestes eorũ, & vmbræ dæmonibus & morti & morbis essent formidabiles? Quinetiam Angeli quoque reueriti sunt & insigniter honorarunt homines. Quidni enim honorarent, quos ipse dominus honorabat? Hoc autem videri potest & in nouo & in veteri. Et ideo dicit: Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Cum ergo cõsideraverimus honoris magnitudinem, quam par est, præbeamus pro ea remunerationem, ne nobis habit⁹ honor insignis, sit nobis viaticum futuri supplicij.

Actor.19.
Actor.5.
Gene.18.19.
11.
Exod.14.
Iudic.2.
Mar.vlti.
Actor.5.8.
10.12.

EIVSDEM IN PSALMVM XII. IN finem Psalmus Dauid. Alius, Epicinion canticum Dauid.

VSquequo domine obliuiscēris me in finem? Alius, obliuiscēris me perfectè. Alius, ad contentionem. *VSquequo auertis faciem tuam à me?* Alius, abscõdis. *Quandiu ponam consilia in anima mea?* Alius, statuam sentẽtias. *Dolores in corde meo per diem.* Alius, solicitudinem in cogitatione mea quotidie. Non est hoc paruum bonum, sentire dei obliuionem. Obliuionem autem ne existimes esse affectionem, sed derelictionẽ. Multi certè quibus hoc accidit, hoc ipsum quidem norunt, nèque deflent. Hic autem beatus non solum hoc nouerat, sed tempus etiã animo reputabat. Illud enim, Vsquequo, est eius qui magnum tẽpus ostendit: & ideo deflet ac luget. Tu autem considera quo modo de nulla re terrena, & quæ ad hanc vitam pertineat angatur, non de pecunia, nõ de gloria, sed vbique de dei beneuolentia. Et vndenam nouit, inquit, deum esse sui oblitum? Quoniam nouerat etiam quando meminerat, & aperte sciebat quid sit quidem obliuio, quid verò memoria. Non quemadmodum multi homines quando sunt diuites, quando apud homines gloriam assequuntur, quando eis omnia fœliciter succedunt, quãdo vincunt inimicos, tunc existimant deum eorum meminisse, & ideo nec sciunt quando deus eorum obliuiscitur. Qui enim signum memoriæ nesciunt, nec norunt etiã signum obliuionis. Si enim non norũt signa amicitiæ, nec inimiciciarum etiam signa norunt. Multorũ enim qui hæc habent, deus obliuiscitur, atque adeo eorũ maximè: eorum autem qui in rebus aduersis versantur, sæpe meminit. Nihil enim apud deum æquè facit meminisse, ac boni aliquid facere, quam esse sobrium ac vigilantem, virtutis curam gerere: quemadmodum nihil æquè obliuionis causa est, vt esse in peccatis, auariciæq; & rapinæ esse deditum. Et tu ergo, ô dilecte, quãdo in aliqua fueris calamitate, ne dicas, Deus mei oblitus est: sed quando fueris in peccatis, & omnia tibi fœliciter succedunt. Si hoc enim cognoueris, à rebus malis agẽdis cito recedes. Vsquequo auertis faciem tuam à me? Hoc est maxima obliuio, ex humanis enim figuris ostẽdit dei operationes, & eius iram & punitionem exprimit. Deus autem rursus faciem suam auertit, quãdo facimus quæ sunt indigna eius præceptis. Quando enim extẽdetis, inquit, manus vestras, auertam oculos meos à vobis. Deinde causa subiungitur. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Hęc ipsa autem derelictio, & vultus auersio, magnæ est curæ ac prouidẽtiæ. Hoc autem facit, vt nos ad se vehementius attrahat. Nam etiam is qui est insano amore captus, eum qui amatur contemnentem dimittit ac dereliquit, non animo quidem expellens, sed ipsum volens ad se conuertere, & sibi coniungere. Postquam autem dixit auersionem, dicit etiã obliuionem, & quæ sibi ex ea euenerunt. Quænam autem ea sunt? Ea quæ subiungit, dicens, Quãdiu ponam consilia in anima mea? Quemadmodũ enim qui è portu egressus est, vbique vagatur, & qui luce priuatus est, in multis offenditur, ita etiã qui in dei obliuionem incidit, curis, solicitudinibus ac doloribus perpetuo angitur. Hoc autem non parum confert seipsum conuertẽdum ad deum, curis & solicitudinibus angi, doloreque & tristicia extabescere, auersionis eius rationẽ ducere. Quod etiam Paulus scribens ad Corinthios, dicit de seipso. Et quis est qui me lætitia afficiat, nisi qui ex me tristicia afficitur? Hoc enim non parum lucri est, ô dilecte, sentire dei auersionẽ, dolere, tristitia affici. Ita enim ipsum ad nos celeriter conuertemus. *VSquequo exaltabitur inimicus meus super me? Respice & exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.*

Quãdiu ponam consilia in anima mea?
Dolores in corde meo per diem.
Oblitio dei
ἕως πότε.
Enantiosis.
Quorũ dei maxime meminerit & obliuiscat etiam.
Esaiæ 1.
A simili cõfirmatio.
2.Cor.1.

Quemadmodum enim cum retinet ac defendit nos deus, & stat à nobis, quæ molestiam afferunt longe recedunt: ita etiam cum recessit & oblitus est, & anima discerpetur, & cor dolore angitur, & qui vexant insultant, & sunt omnia scopuli ac præcipitia. Hæc autẽ vtiliter permittuntur, vt per omnia stimulati qui sunt socordiores, maiori studio redeant eo, vnde exciderũt. Erudiet enim, inquit, te defectio tua, & vicium tuum te redarguet. Dei itaque derelictio est species prouidẽtiæ. Quando enim qui prouidet, & curam gerit, contemnitur, parum dimittit & derelinquit, vt tunc expulsa socordia, negligentes fiant diligẽtiores. Respice, inquit, vide inimicum meum, qui exaltatur supra me: & si nõ propter meam miseriam, saltem propter illius arrogantiam & superbiam exaudi me. Et quid petis? Vt vincas inimicos? Non hoc dicit, sed vt illuminẽtur oculi cordis, vt expellãtur tenebræ, quæ sunt offusæ perspicaci animæ facultati, & intelligẽtiæ oculum obscurarũt. Hoc peto, Illumina oculos meos. *Nequando dicat inimicus meus,* Cum me viderit deturbatum ad mortẽ peccati, *Ita prævalui aduersus eum.* Ipsum superaui quod volebam videre, hoc mihi accidit. Quid est, prævalui aduersus ipsum? Et si per se non est fortis, cõtra me quidẽ certè est fortis. Nostri victoria ei affert vires, eumq; reddit potentem & validum & inexpugnabilẽ. Vides quòd quando peccamus, non solum nos ipsos dedecore afficimus, perdimus, ad mortẽ cogim⁹, sed eo quòd victi sumus inimicos nostros validos potentesq; prædicamus, nec hoc solum, sed etiam eos in magna lætitia & exulatione collocamus. Papæ quãtæ est stulticiæ, quanti stuporis, aduersariis aduersus seipsos ferre auxilium, & vt ij qui animam excruciant & affligunt, lætẽtur & exultent parare? Vide quot absurda. Cum inimicum vincere oporteret, imbecillę enim factæ sunt eius rhompheæ in finem, cum inquam, vincere oporteret, vincimur, nec id solum, sed etiam validum ac potentẽ reddimus: & nec eousq; sistit extrema amentia & summus morbus noster, sed quæ ei etiam læticiam & exultationem afferant, comparamus. Reuera est extrema ebrietas, & summum malum, peccatum. *Qui tribulant me si motus fuero, exultabunt.* Tres causas affert propheta, vt dominum moueat vt respiciat, & faciem suam cõuertat, & eius orationem exaudiat: vires inimicorũ: & ante id erectionem, & eorum exaltationem: & tertium, læticiam & exultationem ipsorum, propemodum dicens: Si non propter meam orationẽ, nec propter meã miseriam conuertis ad me faciem tuam domine: saltẽ propter inimicorum arrogantiam, eò quòd suas vires ostentant, & sibi valde placẽt: quoniam meis malis lætantur,

Hostis cum vincimur fortior fit.
fit ins.

tantur, & casum meum irrident. Exaudi me, illumina oculos meos. Aufer grauem somnum in peccatis meis: quo sopitus propemodum ad animæ mortem dormitando deductus sum. Si enim à securitate tua tantum emotus fuero, eis lætitia & gloria & virtus hoc ducitur, & hoc nomine se iactant, & sibi valde placent: & sunt intolerabiles. Si autem ad mortē fuero deductus, quid ij non fecerint? Vides quàm magnum damnum existimet propheta, & nihilominus quam pœnam ac supplicium, communem inimicum lætitia afficere, & vt ipse potens excelsusq; videatur efficere. Si hæc enim non existimaret mala maxima & intolerabilia, nō hæc proposuisset ad deum placandum, & ad sui beneuolē- tiam attrahendum. Ita etiam nos faciamus, & consideremus, & contendamus ne inimicum exaltemus, ne potentē faciamus, ne lætitia afficiamus, sed contrà & humilem & abiectum & imbecillum tristemq; & demissum reddamus. Si enim eos qui peccant, rectè & ex virtute se gerere viderit, hęc omnia simul fiunt. *Ego autem in misericordia tua sperauí.* Quid ergo rectè fecisti vt petas vt rursus te respiciat, vt tuam orationem exaudiat, vt tuæ mentis oculi illuminentur? Vndènam autem hæc tibi speras futura: Dicant quidē, inquit, alij, si quid possint dicere: ego autem vnum scio. vnum dico, omnem spem meam in illo colloco: illud mihi propono, misericordiam tuam, tuam clementiam. *Ego autem*, inquit, *in misericordia tua sperauí.* Vidisti Prophetę humilitatem. *Attende Dauidis gratitudinem.* Vidisti pium & gratum viri animum. Licet posset innumerabilia à se rectè facta dicere, & per ea deum exorare, eorum nihil dicit, sed ad solam confugit dei misericordiam. Vnde clarum est quod cum hęc dicit, nēpe, si feci illud, si retribui mala pro bonis, & quę sunt huiusmodi: in magnam adducť necessitatem hæc dicit. Quæ si nō adsit, nihil dicit illorum, sed misericordiam & dei clementiam pro omni supplicatione proponit, deinde confidens fore vt spe non frustraretur, subiunxit, *Exultabit cor meum in salutari tuo.* Vidisti animam bene sperantem. Petiit, & priusquam acceperit, tanquam qui accepisset, agit gratias, & deo canit hymnum, & omnia facit quæ prædicta sunt. Vndènam autem est tā bona spe præditus? Ex pio & grato animo, ex magno & vehementi studio petitionis, sciebat eum qui sic peteret, à deo exaudiri, ex magno cordis calore & agitatione. *Antithesis et collatio. Gratarum actio ante beneficij acceptionem.* Quemadmodum ergo qui segniter & negligenter petunt, etiam cum acceperint, vix donationem sentiunt: ita qui cum intenso studio & vehementi animi contētione petūt, etiam priusquam acceperint, ex magna & pura sua affectione perinde ac si accepissent, donū sentiunt, diuina eis gratia lætitiam antea immittente: & propterea agunt gratias, & ab accipiendo non longè absunt. Exultabit cor meū in salutari tuo. Hoc, inquit, meam animam lætitia afficit, quòd à te salutem assequatur: lætatur anima mea, quòd eius sis salus. Vidisti exultationem, & exultationem, inimicorū exultationē propter lapsum, & exultationem animæ propter propriam salutem. Illa est improbi: hæc est eorum qui conseruantur. Illa est exitium & eius qui videbatur exultare, & eius propter quod exultabat: hæc est salus & adoptatio eius qui exultat. Hac ergo exultatione & lętitia lætemur & exultemus: illa autē fugiamus & auersemur. *Cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallā nomini domini altissimi.* Monimentum, inquit, huius beneficij cāticum deo offeram, quòd me beneficio affecit, inimicū humilem & abiectū reddidit, ignominia & dedecore implcuit, imbecillum esse conuicit, meam exaudiit orationem, in me vultum suum conuertit, discussa caligine & tenebris per quas ad mortem ferebar, & propter eius salutare exultās, tanquam aliquod monimentum indelebile, hoc canticum eius in me beneficiorum dedico, non nunc solum hoc canens, & beneficia eius apud me mēte versans, sed etiam in posterum cātabo & psallam nomini tuo, nulla vnquam obliuione delendam beneficij magnitudinem animo circunferens. Talis ergo anima malis irretita nō solùm à malis liberatur, sed etiam sit tutior, vt nō amplius in similia incidat. Quando enim beneficium semper habet in memoria, clarum est quòd malorum quoque recordatur, à quibus liberata beneficium fuit cōsecuta. Cum autem mala memoria teneat, diligenter apud se reputat vndè nam ea sibi euenerint, & propter quā causam in tantum malum fuerit deturbata, & deinceps id reputans, seipsam vndiq; munit ne in tales recidat calamitates, & ita deinceps suam vitam rectè componens & instituēs, ei qui liberauit, magnas agit gratias, quemadmodum inuenit liberatorem, ita vt etiā custodem in futurū habeat postulans. Hanc nos quoque imitemur, & si in aliquod peccatum inciderimus, ad nos cito redeamus, & faciamus vt lapsus sit occasio securitatis, & argumentum & impulsio non amplius peccandi. Quo modo ergo facies? Habes Dauid præceptorem. Peccauisti, ne dormias in peccato, sed exurge, & statim apud te cogita quòd deus à te facilè auerterit, quòd tui oblitus sit, deinde plora, ingemisce, laua per singulas noctes lectum tuum lachrymis, cito recede ab iis qui operantur iniquitatem. Nam hæc quoque sunt Dauid præcepta. Dic cū ipso, Vsquequo domine obliuiscēris mei in finem? Vsquequo auertis faciem tuam à me? Dic nō lingua, sed corde multo antè. Dic alias Dauid quoque rationes. Quādo dixeris omnia, spera in misericordia eius, spera, ne hæsitaueris. Qui enim hæsitat, inquit, est similis vndæ maris quæ vēto excitatur & agitatur. Ne ergo existimet qui est eiusmodi, se aliquid à deo acceptūrum. Vir enim duplici corde, est instabilis in omnibus viis suis. Spera ergo in eius misericordia nihil hęsitans, & postulatum omnino consequeris. Postquam autem consecutus fueris, ne sis accepti immemor, & ingratus in benefactorem, sed fac monimentum eius beneficij, & pro gratiarum actione ei dedica canticum. Non potes ipse fortè componere, conuoca pauperes, eorum linguas commodatò accipe & tibi eas compara. Scias eum lubentius id auditurum, quàm canticum Dauidicum, quod illi pro te cecinerint. Quemadmodum enim quod ex diuersis est chordis constitutum, *Elegans homœosis.* iucundiorem emittit modulationem, quàm quod ex vnica: ita etiam quod est ex diuersis pauperibus. Deo qui audit vocem pauperum, iucūdum quid resonabit & amabile. Erige tibi ipsi & deo huiusmodi monimentum. Ei quidem monimentum beneficij: tibi verò ostensionem gratiarum actionis grati animi & memoris, signum perpetuæ memoriæ, quam in corde semper habēs infixam, corrige tuā vitam: immò verò corrigamus, vt simus digni hæreditate bonorum quæ illic sunt. In Christo Iesu domino nostro: cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

Prouer. 2. *Lucæ 14.* *Ibidem.* *Iacob. 1.*

EIVSDEM IN FINEM
Psalmus Dauid XIII.

A similitudine.

DIxit insipiens in corde suo, Non est deus. Quemadmodum cū dominus iniuria afficitur, bonus seruus, vt qui sit in primis beneuolus, egrè fert & indi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& indignatur: ita etiam dum deus nihili ducitur, Dei Propheta impium corrigit, dicēs, vt audiisti, Dixit insipiens in corde suo, nō est deus. Quemadmodum enim seruus qui amat dominū, postquam intellexit suos conseruos habere dominum despicatui, vt ostendat suam in eum beneuolentiam, ad eum vlciscendum se cōparat, & vel manibus vlciscitur eum qui illum affecit iniuria, vel traducit reddēs omnibus exosum, vel ad correctionem & metum aliorum, domino renūciat, & vt grauioribus plagis afficiatur, procurat, in eum qui seditionem excitauit, tanquam in proteruum & rebellem bellum gerens: ita etiam propheta cum intellexit creatorem ignominia affici à creatura, & figulū à luto contumeliis incessi, & deū ab impio ludibrio haberi ac nihili pendi, perinde ac si lapidis ictum in corde accepisset, & dolorem non ferret, exclamauit, Dixit insipiens in corde suo. Nō est deus. Vide autem quam aptè psalmo qui præcedit coniungitur. Quia enim in illo ægrè ferens dixerat, Vsquequo domine obliuiscēris me in finem: & paulo post, Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me, insipiens dicens non esse deū (qui enim aduersus deum extollitur, multò magis extolletur aduersus dei prophetas: & qui cōtra dominum erigitur, etiam aduersus conseruos erigetur) quasi interrogatus curnam die & nocte excruciatur hæc nunc respondet: Cur excrucior rogas? Quoniam dixit insipiēs in corde suo, Non est deus. Cum impio conuersationē existimo esse à deo auersionem. Deum mei esse oblitū suspicor, quòd vna cum ipso viuā. Sancto enim est cruciatus, & ad iram prouocatio, impiorum impietas. Ita etiam de Paulo dictum est. Athenis autem cū Paulus expectaret Timothæum, incitabatur spiritus eius, videns idololatriæ deditam ciuitatem. Cur, ait, viuūt impij? Hoc Dauid dixit de Saüle, vt narrat historia, propter ventriloquam, quemadmodū etiam 52. Psalmū, propter Doec, qui eadem continet. Dixit insipiens Saül, Videte mihi mulierem ventriloquā, & quærite. Alius Adam à muliere deceptus est. Dicit autē ei, Diuina mihi in pythone & relicta prophetia, deturbatur ad diuinationē. Dixit insipiens in corde suo, Nō est deus. Muniamus nos fratres, ne in insipientis naufragium incidamus, verbis ipsum fatētes, factis autem negantes: bonum & misericordem vocantes, eius autē qui ægrotat, vel pauper est, aut affligitur, non miserentes. Et quod non solum verbis, sed etiā factis quis neget deum, & qui Christianus nominatur, eadem dicat quæ insipiēs, Non est deus: testis est Apostolus, qui dicit: Deum fatētur se scire, factis autem negant. Quanto sunt autē facta potentiora verbis ad persuadendum, tantò factis quam dictis deum negare ore vel corde grauius. Dixit insipiens in corde suo. Non est deus. Qui in ore dicit, Diligam te Domine: & in corde fratrem habet odio, quo modo deū diligit, non obediens ei qui dicit, Diliges dominum deū tuum, & proximum tuū sicut teipsum? Dominus dicit, Qui diligit me, sermones meos seruat. Qui ergo non seruat, non diligit. Ore dicit deum, & corde dicit, Nō est deus. Testis est dominus, qui dicit, Populus hic ore me honorat, cor autē eorum longè est à me. Dixit insipiens in corde suo, Non est deus. Quod autē qui fratrē suum habet odio, is etiam deū odit, licet ore clamet ac vociferetur se deum amare, dicit Ioannes Euangelista in Epistola, Qui dicit se deum amare, & fratrem suum odit, mendax est. Si enim fratrem suū quem videt, non diligit: deum quem nō videt, quo modo diliget? Cum ergo qui talis est, se deum scire fatetur, & nō aperte negat, is impietatem in corde fabricatur. Dixit insipiēs in corde suo, Non est deus. Vnde hanc sententiam cōfirmans propheta dicit inferius: Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deum confitentur verbis, factis autem negāt? Qui deuorant plebē meam sicut escam panis: Dominum non inuocauerūt. Deum enim fatentur scire: sed quoniam factis negarūt, inuocantes non inuocarūt. Ipse dominus dicit, Cur me vocatis domine domine, & non facitis quæ dico? Omnis, inquit, qui peccat, non agnouit dominum: dicit Ioannes. Cum enim viciū virtutes persequatur, pietas quoque vnà cedit ac religio, vt quæ ideo adsint, quòd id non adsit. Ita etiam filij Heli, filij pestis, dominū quoq; nesciebant, non eò quòd dominum ore negarent, sed quòd turpia facerent in tabernaculo. Et qui dant fœnori pecuniam, deum non nouerunt. Ipse dicit, Vsura super vsuram, dolus super dolum, noluerunt me nosse (dicit dominus) qui dixi, Si fratri tuo pauperi dederis mutuò pecuniā, non eum vrgebis, non impones ei vsuram. Non est deus. Et quo modo quæ sunt post deū? Non est deus. Et quo modo quæ sunt per deū? Non est deus. Et quo modo omnis lingua hominis deū nominat? Falluntur ergo omnes hominū myriades quæ deū esse dicunt & solus insipiens se putat verum dicere, qui solus ita mentitur. Et qui quinq; quidem vel sepiē testimonia vult in testamentis euertere, per consensum reprobatur ac reiicitur quando iudicat veritas, publicā autem totius orbis & vniuersam mundi linguā solus vult insipiens euertere? Et quo modo non est vere reprobus insipiens, & seipso insipiētior? insipiēs in negādo, in se impudenter gerēdo insipientior. Quanuis enim mundi homines de deo diuersas sentētias germinauerint: nominis tamē fundamentū nemo labefactauit. Dixit insipiens in corde suo, Non est deus. Non est fundamentum, & quònam modo stat ędificiū? Non est carina, & quo modo consistit nauigium? Nō est fabricator nauis, & quònam modo nauis cōparata est? Non est ædificator: & quo modo domus facta est? Nō est architectus, & quis vrbem condidit? Non est agricola, & quo modo agri tulere manipulos? Non est musicus, & quo modo in mundi lyra apparet concentus? Non est qui prouideat, & quo modo per omnia peruadit prouidētia? Nō est auriga, & quo modo elementorū quatuor currus agitur? Nō est statuarius, & quo modo homines veluti quędā statuæ in mundo facti sunt? Nō est fornicis constructor, & quis tibi cœli fornicē construxit? Nō est aurifex, & quis veluti discū aureum, tanquā in mensa, solē in cœlo posuit? Non est qui ferat lampadem, & quis tibi veluti lampadē argenteam dedit lunā in nocte? Non est qui illuminet, & quis tibi clara & lucem præbentia dedit luminaria? Non est qui faciat solus magna lumina, & quis accensos astrorū lychnos tibi in cœlo posuit? quēadmodū dicit propheta: Qui fecit luminaria magna solus, Solē, vt præsit diei: & Lunā, vt præsit nocti. Non est opifex, & quo modo pulchritudo creaturarū testatur creatorem? Ex magnitudine enim & pulchritudine creaturarū conuenienter earū genitor consideratur. Dixit insipiens in corde suo, Nō est deus. Quæcunq; in mundo fiunt, aguntur, & exercentur, habent qui eis præsit cāque perficiat: & solus mundus non habet qui eum administret? Si non est deus, quid facis in iis quę dei sunt? In domo dei manes, & domum dei inficiaris? Vel da mercedem domus, gratiarum actionem, vel domo egredere: cur etiam fumo eructati maledicti ac blasphemiæ domum impleā?

Altera confirmat.

Tit. 1.

Deute. 6.

Ioan. 14.

Esaiæ 29. Matth. 15. Marc. 7.

1 Ioan. 4.

Act. 17.

Iob 21.

1. Reg. 28.

ἐγγαστρίμυθον.

γνώμη.

Factis quā dictis deū negare grauius est.

Psal. 13.

Luce 6.

Psal. 4.

Psal. 52.

Exod. 22.

Psal. 18.

Psal. 135.

Insipien-

Insipiens autem nunc dicit, non eum qui est emotæ mentis, vel qui delirat, aut sensu minus valet, sed eũ qui malè sentit, non eum qui insita & cõmuni hominũ prudentia priuatus est, sed eum cui prudentia, quæ vna est ex quatuor virtutibus, peruersa est: quæ quidẽ prudentia est tanquam anima, regina cogitationũ, magistra eorum quæ bona sunt & honesta: de qua dixit scriptor Prouerbiorum: Et qui possidet prudentiam, amat seipsum. Et rursus, Posside sapientiam, posside prudentiam, intelligentiam. Ei autem cui læsa est principalis animæ facultas, & insitam amisit prudentiam, intelligentiaq; & mente priuatus est, non dicebat, Acquire sapientiam & scientiam, Nam etiam si maximè velit, nõ potest, vt qui prudentiæ instrumentum perdiderit. Et vt intelligas quòd qui nunc dicitur insipiens, non erat naturali priuatus intelligentia, vide quantum valebat prudentia. Neque enim lingua dixit, Non est deus: neque per os locutus est, sed in corde celauit improbitatem. Sciebat enim se in periculo futurum, si id eructasset. Quoniam enim qui illis temporibus deum blasphemabat, vel eum inficiabatur, lapidibus obruebatur (testis est Naboth, qui tanquam blasphemus condemnatus est) ne huic improbè sentienti idipsum vsu ueniret, in corde impietatem insculpsit, impietatis templũ cor suum cõstituens. Dixit insipiens in corde suo, Non est deus. Si fuisset enim emotæ mentis, & naturali caruisset prudentia, non in corde solùm, sed ore etiam dixisset, Non est deus: nec apud deum nec apud homines vocatus esset in periculum. Si enim imperator, (qui est totius orbis auriga) sæpe ab insipiente & stulto cõtumelia affectus, sustinet, naturæ ductus misericordia, si eum abripuit animi perturbatio: multo magis cum qui est natura insipiens, blasphemantem nec deus nec homo vltus esset, sed vt hominẽ stulta loquentem dignum venia iudicasset. Et ideo qui sunt à dæmone correpti, vel furore perciti, non censentur blasphemare. Porrò autem quicunque multos deos adorat, dicit, Non est deus. Quemadmodũ enim maritorum multitudo efficit vt nõ censeatur maritus (quinque enim viros habuisti, & nunc quẽ habes, non est vir tuus) ita etiam multorum deorum cultus est impietas, & perinde est ac si nullum colas. Multorum enim deorum admissio, est vnius negatio. Et q̃ qui multos deos colunt, sint impij, & deum non habent. audi Apostolũ scribentem ad Ephesios: Vos aliquando gentes, quando eratis in illo tempore sine Christo, abalienati à conuersatione Israël, spem non habentes, & sine deo in mundo. Et quo modo Ephesij sine deo? Hinc simulachra: illinc imagines: illic neocoros Diana, illic Demetrius argentarius, qui faciebat templa Dianæ argentea: tantus est grex deorum, & quo modo sunt absque deo Ephesij? Sed propterea sunt impij & sine deo, quòd cum multos deos elegerint, ab vno exciderunt. Dixit insipiens in corde suo, Non est deus. A primo insipiente peruasit ad suos discipulos. Primus insipiens diabolus, qui insipientiæ fuit primus seminator: qui primus præco deorũ multitudinis, Eritis, ait, sicut dij. Qui autem multos dicit, vnum negauit. Insipiens est etiam Iudæorum populus. Insipiens irritauit nomen domini, dicens Christum non esse deum. Hic si esset propheta, sciret quæ & qualis mulier est quæ eum tangit, quòd est peccatrix. Qui autẽ eum nec prophetam quidẽ esse dicebant, quo modo possent deum dicere? Nemo potest remittere peccata, nisi solus deus. Christus autem, Quid cogitatis in cordibus vestris? Dixit insipiens in corde suo, Non est deus. Est enim vbique: sed nõ est in corde

Insipiens priuatus mentis, & malè sentiens. *Prudentia.* *Prou.4.* *Imp.4.* *Ioan.14.* *3.Reg.21.* *Ephes.2.* *Hæreticorũ mos.* *Genes.3.* *Luc.4.* *Act.16.* *Dæmones non vindicant.* *Genes.3.* *Luc.7.* *Luc.7.* *Psal.52.* *Psal.13.*

A insipientis. Dixit deus synagogæ, Propterea quòd non accepisti me in cogitatione tua, sed proiecisti me post tergum tuum. Primus ex seipso insipiens, insipientiæ seminator diabolus fuit, quòd cum esset prudens, imprudentiæ munus executus est. Serpens autem erat prudentissimus. Et quódnam fuit eius studium? Voluit deo esse æqualis, dicens: Ponam thronum meum super nubes, & ero similis altissimo. Sustulit deus: & posuit, altissimus: erubescens eum nominare, quem iam negauerat. Ita etiam facit quilibet hæreticus vehementissimus in tempore persecutionis, loquens cum pontifice: nec eum vocat pontificem, nec archiepiscopum, nec religiosissimum, nec sanctum. Sed quid? Reuerentia tua, sapientia tua, prudentia tua, iusticia tua, & nomina illi adducit communia, eius negans authoritatem. Diabolus hoc tunc fecit in deo. Ero similis altissimo, non deo, sed altissimo. Et diligenter quæso attende, quàm solers & ac-
B curatus fuit diaboli accusator propheta. Dixit insipiens in corde suo, Non dixit, dicit, sed dixit. Semel ausus est, & dixit. Et quoniam cum dixisset, eiectus est è cœlis tanquam superbus insurrector, non amplius per se dicere ausus est. Quoniam enim semel tantùm dixit, Ponam thronum meum super nubes, & ero similis altissimo: & deum negans, deum expertus est: ex alto deturbatus, & in imo ab hominibus conculcatus, non amplius ausus est dicere, Non est deus, sed per ironiam & simulationẽ deum nominauit. Quo modo? Dixit deus, ne comedatis de ligno. Noui te qui sis sanctus dei. Hi homines sunt serui dei altissimi. Quia ergo semel dixit dogma impiũ non audet amplius dicere. Scit enim quid passus sit. Non dicit insipiens, sed dixit insipiens in corde suo, Non est deus. Non enim amplius hoc dicit per se, & nullo intermedio: sed dixit in corde suo. In quolibet
C qui eadem cum eo sentit, & nõ discrepat ab eius moribus, & est impius. Dixit in Pharaone, Non noui dominum, & curauit vt profundũ maris esset ei sepulchrum. Dixit per Sẽnacherib Assyriũ, Nõ potest deus Ezechiã è meis manibus eripere. & effecit vt occideretur manibus filiorũ suorum. Dixit per Nabuchodonosor, Quis est deus qui eripiet vos à manibus meis? & qui sibi deo potentior videbatur cunctis visus est omnibus hominibus abiectior, fœnum vt bos comedens: vt disceret bouem, suum cognouisse creatorẽ, quem ipse negauerat. Dei negatorem Iudam fecit perire laqueo, quòd deum ipsum tanquã hominem tradendũ curauerit. Cum diabolus, inquit, iam misisset in cor Iudæ, vt ipsum traderet. Dixit insipiens in corde suo, Non est deus. Si enim deum ipsum tunc dixisset, non tradidisset ad mortem, nec Iudæos docuisset occidere dominũ, quoniã eis persuasit Iesum nõ esse deum. Hũc nescimus vnde sit. Quo-
D niam ergo iis studebant quæ fieri non poterant, traditi sunt corruptioni. Dixit propheta deflens. *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis.* Cum enim diaboli fuissent discipuli, in lapsum diaboli inciderunt: sicut ille de cœlis, ita hi è sedibus regalibus delapsi. Quem quis enim sequitur, eandem cum eo partem capit. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Corrupti sunt, quoniã eum conati sunt corrũpere, qui corrũpi non potest. Et mutauerũt gloriam incorruptibilis dei in similitudinẽ imaginis hominis corruptibilis. Homines mẽte corrupti, corrupti sunt, sed & abominabiles facti sunt. Quare? Quoniã abominationẽ desolationis impietatẽ in templo cordis sui collocarunt. In studiis suis. Quamobrem? Quoniam quæ natura negauit, ea mala excogitauit affectio. Corrupti sunt vt Pharao, & Nabuchodonosor.

Genes.5. *Exod.5.* *4.Reg.18.* *2.Par.32.* *4.Reg.24.* *Daniel.3.* *Daniel.4.* *Esaiæ 2.* *Act.1.* *Ioan.13.* *Ioan.9.* *Roma.16.* *Roma.1.* *2.Timo.3.* *Daniel.5.* *Mar.13.*

Corrupti sunt, quoniam vulnerari, & putrefacti, & male olentes, & tabo sanieq; madentes, non quæsierũt medicum. Abominabiles facti sunt, quoniam tanquã porci in peccatorum cœno volutati, & tanquam canes ad suum ipsorum vomitũ reuertentes, exosi euaserunt. Ita enim scriptum est, Abominatio peccatoribus est pietas & dei cultus. Quoniã ergo abominati sunt dei cognitionem, eos viri pij sunt abominati. Corrupti sunt tanquam pannus à tineis, tanquã ferrum quod exeditur à rubigine. Abominabiles facti sunt, vt qui ossa & mortuos tetigerunt. Propterea enim lex eum qui mortuum tetigerat, fecit abominabilem, quoniã Iudas Christum mortuum semper tangens, & viuentem nòn aspiciens, factus est abominabilis. Corruptioni tuę Israël quis opẽ ferret? Deinde vt impietatis fructum ostendat, subiungit, *Non est qui faciat bonum.* Qui enim deum negauit, & de eo qui prouidet, & curam gerit, non cogitat: nõ mortem, non cõsummationem, non resurrectionem, nõ iudicium, non retributionem expectat, & ideo nihil boni facit. Quemadmodũ enim qui alicui regi dat nomen, in eius legibus & præceptis ingreditur: qui autem tyrannum sequitur, non facit quæ Rex præcipit: ita etiam qui deum negat, dei mandata auersatur, & reip. inutilis & pernicioſus euadit. Non est qui faciat bonum: Non Herodes, Bethleemeticos infantes innocentes occidẽs: non Iudæus, eum qui dæmonia eiiciebat, Beelzebub vocans: non legisperitus tentans: non pontifex contumelia afficiens, non scriba abrogans, & nihili ducens: non Pharisæus probra ingerens, aut insultans: non Sadducæus cõtradicens, non Iudas vendens, & minister alapam incutiens, non Pilatus condemnans, non populus clamans, Tolle, tolle, crucifige eum, non milites vincientes, non turbæ cõspuentes, colaphos impingentes, arundine verberantes, spineam coronam contexentes, crucifigentes, aceto & felle potantes. Non est qui faciat bonum. diligenter enim obserua, quòd hoc dictũ, quando Christus crucifixus est, maximè finem accepit. Tempore enim Dauidis, quando hæc dicebantur, erant qui bonum faciebant, beati prophetæ, qui cum Dauid versabantur. Sed quãdo natus est Christus: Ioseph, Zacharias, & Simeon iusti, & Apostoli bona faciebant: hi quidem admirantes, illi verò in vlnis tenentes. Solũmodo quando crucifixus est, nõ fuit qui faceret bonum. Non dixit autem, Non est qui loquatur bonum. Nam & Cẽturio, & latro bona de eo dicebant: Memento mei domine, quando veneris in regnũ tuum. Veré hic homo filius dei erat. Nõ est qui faciat bonum, quãdo & discipuli omnes eo relicto fugerũt. Ioannes nudus recedit. Petrus negat. Discipuli fugiunt: ipsius Mariæ matris animum gladius dubitationis pertransit. Quoniã ergo in passione nullius fructum charitatis accepit, Non est qui faciat bonum, *Non est vsque ad vnum.* Ne illum quidem vnum militem, qui etiã post mortem lancea latus eius pupugit. Et quãobrem, ô propheta, ante suum in carne aduentum, & humanæ naturæ susceptionem, non visitauit tanquã medicus mundum laborantem? Visitauit certè, & opem ferre, ac seruare voluit, sed nullus sibi voluit adhiberi medicinam. *Dominus de cœlo prospexit, vt videret si est intelligens, aut requirens deum. Sed omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt:* Et impletum est illud, Iustitia de cœlo prospexit. Ex patre Christus, veritas è terra orta est. Dominus ex virgine. Cum autem audis iusticiam de cœlo prospexisse, ne existimes diuinam & incorpoream naturam se flexisse & incuruasse, aut genu inclinasse, aut ceruice annuisse, sed eius demissionem, & humanitatem, & visitationem intellige. Quemadmodum enim caput, & oculos, & aures, & os, & manus habere dicitur, & sedere, & surgere: nec tamen omnino ex membris, partibus, & figuris constituitur: ita etiam prospicit, non ipse se inflectens, sed suam in nos benignitatem ostendens. Illud autem, E cœlo prospexit, non quòd in cœlo quod cernitur, fenestras aut portas fecerit, & iis apertis respexerit: sed quòd è cœlestibus ordinibus, intelligentibus, incorporeis, & immortalibus humanitatem visitauerit. Quemadmodum enim homines terra dicũtur, Quòd terra es, & in cinerem reuerteris: &, Ego sum terra & cinis: ita etiam dicũtur cœlum cœlestes ordines, ex quibus deus terram & humanitatem aspicit. Dominus è cœlo in terram prospexit, vt videret. Non vt tunc videret, sed vt tũc seruaret, non vt tunc disceret, sed vt tunc opem ferret, vt tanquã amicum amplecteretur, & vt iustũ amaret, vt dicat sicut dixit Noë: Te solum vidi iustum in hac generatione, & vt tanquã iusto ei appareat. Iis autem apparet, qui in eum fidem habent. Vt videat an sit ægrotus qui quærat medicum, an est pauper gentium populus, qui requirit Christum, patris thesaurũ. Vt videat si est intelligens, vt cum eo tanquam cũ prudente & intelligente differat. Vel requirés deum vt hoc inueniat. Deinde postquã viderunt prophetæ dominum è cœlo prospexisse vt videret, eum rogant, Non satis est, ô domine è cœlo solùm prospexisse, sicut prospexisti. Et iam descende. Domine inclina cœlos, & descende. Veni fili patris, quære quod factum est ad tuam imaginẽ. Omnes enim declinauerũt, simul inutiles facti sunt. Vniuersus hominum exercitus deflexit ad tyrannũ. Duces prophetas nõ amplius retinent. Veni rex, & appare, & verebũtur tuam authoritatem. Omnes declinauerunt vias prophetarum. Veni via, & qui aberrarunt, reuertentur. Cum autem dixit, Declinauerunt, ostendit eos didicisse à natura rectè ingredi, sed ex mala electione in errorẽ declinasse. Quemadmodũ scriptũ est in Ecclesiaste, Deus fecit hominem rectum, & ipse sibi inuenit multas cogitationes. Omnes declinauerunt sicut vituli qui ferũtur in voragines, & simul inutiles facti sunt, vt dolia perforata, vt vtres perfluentes, & ad id ad quod facti sunt, non amplius vtiles. Et non paulatim, sed omnes simul inutiles facti sunt, vno impietatis reti simul concluſi. Si declinarunt, scilicet, erant recti natura. Deus enim cum hominem fecit, eum rectum creauit, & nullum fecit malum natura. Et alibi, Prævaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Et eo quòd dixit, Simul inutiles facti sunt, ostẽdit quòd cum natura facti essent vtiles, inutiles præter naturã propria animi electione facti sunt. Prospexit ergo dominus vt videret è cœlo, an pœnitentiam agant qui declinant, vt salutem cõsequantur, an verò ita peccant, vt nulla ducantur pœnitentia, vt eo ipso condemnentur. Et quòd ideo prospicit & defendit & visitat dominus, vt vel seruet, vel condemnet, audi ipsum dominum dicentem: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est apud me, & peccata eorum magna valde. Descẽdam ergo, & videbo an iuxta clamorem eorum qui ad me venit, efficiãt. Sin minus, vt sciam. Sodomitæ, quoniam omnes declinauerunt, propterea inutiles facti sunt. Ignis enim descendit, & eos tanquam materiam consumpsit. Nimuitæ declinarũt, sed quoniam citò venerunt ad pœnitentiam, propterea nõ facti sunt simul inutiles, sed simul seruati sunt. Vidisti quo modo visitat dominus, vel vt seruet, vel vt cõdemnet. Et ideo dicebat etiam Osee propheta: Audite verbũ domini filij Israël,

Metaphora. *1. Pet. 2.* *Eccle. 1.* *Iob 13.* *Num. 19.* *Tren. 2.* *Bonum.* *Χρηστότητα bonitatem.* *A contrariis collatio.* *Matth. 2.* *Mar. 3.* *Luc. 11.* *Luc. 10.* *Matt. 14.* *Matt. 25.* *Mar. 12.* *Luc. 20.* *Matt. 26. & 27.* *Ioan. 18.* *Matt. 20.* *Lucæ 1. & 2.* *Mar. 15.* *Matt. 26.* *Mar. 14.* *Luc. 22.* *Luc. 2.* *Ioan. 19.* *Psal. 84.* *Prospicere dei de cœlo, quid sit.* *Genes. 3.* *Genes. 27.* *Genes. 6.* *Psal. 101.* *Genes. 18.* *Psal. 10.* *Eccles. 7.* *Homini rectum creauit.* *Ad eos.* *Psal. 10.* *Genes. 18.* *Ose. 4.*

Israël,quia iudicium domino cum habitatoribus terræ, propterea quòd non est veritas, nec misericordia, nec cognitio dei in terra. Maledictū,& mendacium,& homicidium, & furtum, & adulterium effusum est super terram,& miscent sanguines sanguinibus.Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et propterea dominus de cœlo in terram prospexit.Quo modo prospexit? Vel terram quatiens, vel fulmina mittens, vel aliqua quæ terrorem incutiant faciens, & suam indignationē
Psal.103. ostendens,Qui respicit terrā,& facit eam tremere.Dominus de cœlo in terram prospexit,vt videret terra seu
A simili. humanitas dominū indignantem, & cessaret peccare.
Salutatio. Quemadmodū enim seruis inferius in atrio aut in platea se petulanter ac insolenter gerētibus, Dominus aut rex ex alto prospicit,vt cum eum seruī viderint, timeāt & desistant: ita etiam quoniam vniuersa terra prosiliebat ad impietatem,Dominus de cœlo in terram prospexit,vt terrore affecta terra peccare desisteret. Huius te-
Psal.95. stis est propheta,qui dixit. Terra tremuit,& siluit, dum exurgeret deus ad iudiciū. Et quoniā dixit, Omnes de-
Omnes, ma in pars. clinauerunt: illud autem,Omnes,sæpe etiam de maiori
2.Tim.4. parte accipitur,quemadmodū illud,Omnes me dereliquerūt , cùm tamen veri & synceri discipuli Paulū non reliquissent, vt ostenderet vniuersum mundi naufragium, subiungit, *Non est qui faciat bonum , non est vsque ad*
Esaiæ 1. *vnum.* A pedibus vsq; ad caput, ab vltimo paupere vsq; ad eum qui rerum potitur, vniuersus mundus ægrotat. Vnum quærit deus fidelem & iustum, vt in Chaldæis Abraham & Lot in Sodomis. Sed illi quidē nec fidem, nec rectam habent vitam: illi verò veram habent fidē, sed vitam rectam nó habent : Deum confitentur scire,
Tit.1. factis autem negant . De deo præclarè & splendidè loquuntur, & veluti tuba canunt : in bene autem faciendo dormiunt.Non est qui faciat bonum,non est vsque ad vnum.Deinde quoniā dominus de cœlo prospexit, & propter eos qui peccabant,indignatus est,docet nos propheta eum non solum prospexisse, sed etiam minantem esse locutum . *Nónne cognoscent omnes qui operantur ini-*
Daniel.13. *quitatem?* Et quid cognoscent?Quòd dominus est deus
Psal.93. vltionū. Cognoscent quòd aduenit iudex viuorum &
Actuar. mortuorum . Cognoscent ꝙ reddet vnicuique secun-
Rom.2. dum opera sua.Non cognouerūt dum monerentur,cognoscent dum cruciabūtur. Ita etiam aliquando similia
Exod.14. dixit deus de impiis Aegyptiis, Et cognoscent omnes Aegyptij ꝙ ego sum dominus , dum ego glorificor in Pharaone & in curribus eius.Scient tunc,quando nihil eis proderit cognitio , quando persequentes curribus, obruti fuerint fluctibus. Vel etiam legendū est negatiue:Nó cognoscent omnes qui operantur iniquitatē. Et quid nō cognoscent? Quòd dominus de cœlo in terrā prospexit.Quid nō cognoscent? Quòd quę malè fiunt, ei displicent.Quid non cognoscent?Nolent scire viam domini.Huius rei Iob testis est,qui dicit: Dicit autē im-
Iob 21. pius domino: Recede à me, vias tuas scire nolo . Eo enim ipso ꝙ operantur iniquitatē, leges domini cognouisse nō sustinebunt.Et nunc sunt bella,& pestes,& terræmotus:multi tamen peccata nō sentiunt,& imminētibus malis non castigantur.Quid nō cognoscent?Dei voluntatem,promissa bona cœlestia,Dei thesaurum,paradisum deliciarum,vitam æternam. Non cognoscent omnes qui operātur iniquitatem.Iudęi,quòd legislator & dominus gloriæ ab eis est crucifixus.Si enim cognouissent,Dominū gloriæ non crucifixissent.Et quinam ij
1.Cor.2. sunt? *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis.* Qui propter inuidiam, mortem fidelium esuriunt . Et non dixit,

A Comedentes , sed deuorantes aut exedentes, feris crudeliores.Ferę enim cùm carnem humanā gustauerint, mox cessant, propter insuetum nutrimentū erubescentes. Improbi autem & inuidi fidelem perpetuò maledictis exedentes,non satiantur. Caueamus fratres, ne eos qui sunt eiusdem nobiscū fidei,maledictis & calumniis insectantes, cum iniquis inueniamur.Non cognoscent omnes qui operantur iniquitatem,siue sint hæretici, siue sint eiusdem fidei , qui deuorant populum meum. Quòd autem ij etiam qui sunt eiusdē fidei,eos deuorāt qui eandem habent cum eis fidem , dicit Apostolus, Si autē vos inuicem mordetis & exeditis, videte ne à vobis inuicem consumamini. Alienigenis Gentibus,Syris & Græcis,eos qui populum deuorant,assimilans Esaias dicebat : Ducam Syriam ab ortu , & Græcos ab occasu
B solis,qui deuorant populum meum toto ore.Sed etiam si propter peccata nostra ab inimicis tanquam à leonibus deuoremur : propter nostrā tamen in deum pietatem,vltionem assequemur. Audi Hieremiam dicētem: Sanctus Israël domino:omnes qui deuorant ipsum,delinquent,& inducam super ipsos. Dicit dominus,quòd eos qui peccarūt exedentes , grauius peccarunt quàm ij qui exedūtur, vt qui plus quàm deus in animo haberet, populum suum flagellarunt, quemadmodū de eo dixit dominus: Ego tradidi eum in manus tuas,tu autem nó feciſti misericordiam cum ipso. Et rursus: Propterea ꝙ ego parum irascebar, ipsi autem in mala inuaserunt. Et quòd propter peccata populus dei à dei inimicis exeditur,dicit Hiere.Quis errans Israël ? Leones extruserunt
C ipsam . Primus deuorauit ipsum rex Assyriorum, & secundus rex Babylonis eius ossa cōtriuit.Si non errasset vt ouis, non deuorata fuisset à leonibus. Intellige quæ dico.Qui deuorant populum meum sicut escam panis. *Dominum non inuocauerunt, etsi putauerunt se inuocare* . Quemadmodum enim qui ex rapina deo aliquid offert , non offert,quandoquidem deus ea non suscipit: ita qui fratrem deuorant,deū inuocantes nō inuocant. Vel etiam dominum non inuocarunt,pro eo quod est,A Christo non vocati sunt Christiani:quandoquidē cum Christo bellum gesserūt . Neque enim audiuerūt eum dicētem, Cōfitemini domino,& inuocate nomen eius. Quanuis autem tanquā ferę irruerunt , *Illic tamen trepidauerunt timore,vbi nō erat timor* . Audaces fuerunt vt leones, & tanquam lepores trepidarūt.Hoc etiam dicit propheta aduersus timidos in persecutionibus , quòd cū audiissent, Nolite timere eos qui occidunt corpus,animam autem non possunt occidere, & ne timete hominū opprobria: trepidauerunt timore vbi non erat timor . Cùm enim deum non timuissent, homines timuerunt.Illic timore trepidarunt impij , cùm vidissent deum piis ferre auxilium.Tanquam enim interrogatus,& cur timore trepidarunt impij?respondet, *Quoniā dominus in generatione* iusta est* . Qui dixit, Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio. si autem venit in medium duorum vel trium sanctorum , multò magis inuenitur in generatione iustorū,vbi est vita inexpugnabilis,vbi cōuersatio quæ caret tristicia,vbi est quies immortalis, hæreditas inseparabilis, regnum quod caret successione,ad quod Christus vocat dicens,Venite benedicti patris mei. *Desunt nonnulla.*

Feraꝝ crudelitas in gustu carnis humanæ.

Galat.5.

Esaiæ 9.

Hiere.12.

Esaiæ 46.

Partim iuxta veritatem hebraï cam,& 70

Zach.1.

Partim iuxta veritatem hebraï cā iuxta 70

Hiere.50.

Eccle.35.

Psal.104.

Antitheſis.

Psal.10.

**instarum*

Matth.18.

Matth.25.

IN PSALMVM XIIII.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Est pulcher psalmus prophetæ. est enim animæ sanctificatio, est pulcher psalmi concentus : ostenditur

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim acutissimum telum aduersus dæmones: nec cer- A
Collationes. ui ita tela fugiunt, vt psalmos Dauid dæmones. Sum-
1.Reg.16. psit Dauid citharam, & pulsauit, & à Saüle recessit ma-
& 18. lus spiritus, & recedens dæmon cecidit vt ceruus sagitta percussus, & in iecore sauciatus. Pulchra est Dauid citharа: est enim animæ consolatio. Pulchra est lyra pastoris: mentis enim nostræ neruos confirmat ad virtutem. Pulchra est pastoris & Regis tibia prophetica. Habet enim calamum, linguam, spiritum paracletum, & vocem, verbum, & melodiam, moderatam voluptatem & harmoniam, prophetiam, & vehiculũ supernam gratiam. Quia ergo in spiritale theatrum, & verborum cœlestium auditorium conueniistis, propterea diuinus orator & theologus, & à deo doctus musicus, beatus Dauid, venit vt populi doctor, & deum interrogat vt dei discipulus, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Tabernaculum tuum regale, in mundo, tanquam in agro, video ecclesiam. Sed quoniam magno precio B
acquisiuisti tabernaculum. Preciosum enim tuum dedisti sanguinem, & accepisti tabernaculum, & aperto latere (quod est theca eius quod est reconditum marsupium diuinitatis, arca sanctificationis) & lancea tanquam claue in arcam iniecta: iniecta autem, non vt qui te improbè gereres, sed qui concederes ac permitteres, dedisti precium ex paterno thesauro. Quia ergo magno precio emptum est tabernaculum, & cùm sit preciosissimum, habet etiam paradisum scripturarum diuinitus inspiratarum, recentes autem incolæ & habitatores in arcanis tuis fuerunt, qui sunt recenter illuminati, doce eos per me domine qualis esse debeat tuus incola, vt cùm institutum tuum scopúmque didicerint, tibi grati & accepti euadant. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui in tui pulcherrimi gregis numerũ C
relatus, & accepto signaculo sancti spiritus, & florido
μυτὰ θείᾳ. pastoris Christi sanguine notatus, floridum signaculũ pice non coinquinabit. Quánam? Cum aliis hæresibus, Arrij & Eunomij, in baptismo accepta & madefacta fide, humefacta glutino, labe quæ nõ potest elui. Habuerunt illi quoque olim vt oues album vellus, & floridum signaculum: sed tunc eousque album vellus seruarunt, donec seruarunt baptismum ecclesiæ: & tunc eousque eorum signaculũ ferebat florem Christi sanguinis, donec seruarunt obsignatam de baptismate constitutionem. Ex quo autem tres immersiones in vnam contraxerunt, trinitatis alterius substantiæ non incolæ sed pa-
ὑ πεφοικοι, ἀλλὰ παροικοι. rasiti facti sunt. Sicut enim illis est dogma alterius substantiæ, ita his etiam baptismus. Vt ergo recentes tui incolæ, qui sunt recenter illuminati, tanquam oues feras
Matth.7. fugiant quæ ouium speciem præ se ferunt, qui in indumentis ouium oues in errorem abducunt, doce domine leges tuas tuos incolas. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Quis huius vitæ visa ac spectra cõtemnit? Quis mũdi voluptates spernit, vt Moyses regiam?
Exod.2. Quis mauult cum populo dei in persecutione vexari &
Hebr.11. affligi, quàm ad tempus peccati iucũditate perfrui, dum ei & dogmata & authoritas blanditur? Quis tanquam in agro inquilinus vitam ab inani gloria remotam amplectetur? Quis iniustè partas repudiabit pecunias, vt
Iob 20. criminibus minimè sit affinis: Scriptũ est in Iob: Diuitiæ iniustè congregatæ euomentur ex ventre eius. Quis renunciabit mundi vanitati, & coniungetur cum Christi charitate, dicens, Cum Christo coniungor? Quis
Galat.6. cum Paulo dixerit, Mihi crucifixus est mundus, & ego
Matth.10. mundo? Quis omnibus valere iussis, Christũ sequetur?
Ioan.1. *Aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Quid est mons sanctus tuus? Videamus primùm in historia quid sit tabernaculum, & quid mons. Tabernaculũ appellabatur ta- *Tabernaculum.*
bernaculum testimonij, quod fixit Moyses. Mons autẽ
dei, templum quod ædificauit Solomon. Et quòd dei *Exod.26.*
tabernaculum appellabatur Mosaicum tabernaculum, *Mons dei.*
quemadmodum domus & templum dei, scriptum est *3.Reg.8.*
primo regum. Et ingressus est Helcana & Anna in do- *1.Reg.1.*
mum dei in Silo, & puellus Samuël erat cũ ipsis. Atqui *Ibidem.*
templum & domus nondum erat extructa. Tabernaculum autem Mosis erat in Silo. Et rursus: Et Samuël dor- *2.Reg.3.*
miebat in templo dei. Templum autem dei dicit tabernaculum. Domini itaque tabernaculũ dictum est, sicut domus dei & templum. Quòd autem mons diceretur dei templum quod extruxit Solomon, scriptum est, Ve- *Esaiæ 2.*
nite & ascendamus in montem domini, & in domum dei Iacob. Et hæc quidem quo ad historiam. Videamus autem etiam per anagogicam contemplationem quid sit tabernaculum, & quid sit mons dei, & quo modo oporteat primùm habitare in tabernaculo, & ita habitare in monte dei. Tabernaculum Mosis, & templum Solomonis ferebant imagines & figuras duarum dei ecclesiarum Christi, eius quæ est in mundo, & eius quę est in cœlis. Ecclesiæ quæ est in mundo, imago est Mosis tabernaculum. Ecclesiæ autem quæ est in cœlis, templum quod est in monte. Duæ ecclesiæ numero, vna autem modo fidei. De ea quæ est in mundo, dicebat dominus: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et de *Matth.16.*
cœlesti Apostolus: Accessistis ad montẽ Sion, & ciuita- *Hebræ.*
tem dei viuentis, Hierusalem cœlestem, & ad multorũ millium angelorũ frequentiam, qui conscripti sunt in cœlis. Quemadmodũ ergo Mosis in deserto taberna- *Collatio hæresum & vocis.*
culum, erat tugurium in quo cõgregari poterant, quod Romani vocarunt papilionem: & à loco in locum fre- C
quenter transferebatur: & eos faciebat inquilinos, qui in eo habitabant: ita etiam in terra est Christi ecclesia tabernanaculũ, quæ in solitaria vita resplendet. Et quare tabernaculum? Quia verbũ caro factum est, & habi- *Ioan.*
tauit in nobis. Quare tabernaculum? Propter eum qui dixit, Ecce ego venio: & habitabo in medio vestri, di- *Zach.*
cit dominus. Et ideo est etiam ecclesia tentorium, quod fixit dominus, & nõ homo: & mundum tanquam incolatum suscipit, & veluti tabernaculum, è locis in alia loca migrat in persecutionibus propter eum qui dixit, Si *Matth.10.*
persequũtur vos in hac ciuitate, fugite in aliam. Sed loca quidem mutat, loca autem rursus conseruat: fugit à ciuitate in ciuitatem, sed non fugit à pietate in impietatem. Quemadmodũ ergo Moysis tabernaculum huc & *Tabernaculum ecclesia mico.*
illuc transferebatur, & in multis locis habitabat: Solo- *Ioan. templum in*
monis autem templum in monte fundatum, in vno lo- *templũ in*
co stabat immobile, & quod nullo modo poterat labe- D
factari, donec fuit templum dei: ita etiam in terra, Chri- *monte.*
sti ecclesia tanquam peregre versans, pios facit inquili- *Hebræ.*
nos: superna autem ecclesia primogenitorum in cœlis, *Esaiæ 14.*
non habet illic inquilinos, sed habitatores, pios. Illic nõ
sunt inquilini: neque enim est illic persecutio. Vnus illic ciuis, tanquam inquilinus, mouit seditionem: & ejectus est tanquã externus, & à deo alienus, & cum eo, qui eum secuti sunt dæmones. Illinc ejecerũt te Cherubim, *Ezech.28.*
dixit de diabolo Ezechiel. Quoniam ergo quæ hic est ecclesia, est tanquã tabernaculum in incolatu: quæ autẽ suprà est ecclesia, est ciuitas tuta & munita: & oportet in hac primùm nos esse inquilinos, & sic in illa habitare: propterea Dauid, dignum inquirẽs, interrogat: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. aut quis requiescet in monte sancto tuo? Sed dices, Et quo modo

sumus

sumus in hac ecclesia inquilini? audi, Quemadmodum inquilinus prædium aliquod ingressus, rursus transit in aliud prædium si iubeat dominus: ita nos per baptismū ecclesiam ingressi, per mortem rursus transimus: & inuenta ecclesia, ecclesiam dimittimus: & cùm in ea fuerimus inquilini, ex ea adsumimur: & qui infrà eramus inquilini, superni ciues efficimur: & qui vt inquilini hic persecutiones patiebamur, illic vt amici & hæredes requiescimus. Venite benedicti patris mei, este hæredes regni vobis parati. Quoniam ergo sumus inquilini & peregrini in ecclesia, supernam autem habitamus: eum qui & hoc incolatu & superna habitatione dign⁹ sit inquirens, interrogat. Iusticia conflatur ex multis virtutibus, & vna virtus actiua nō facit iusticiam, quemadmodum nec vna tabula perficit nauigium, nec vnus lapis domum. vna sola virtus iustificat, fides, quæ est virtutū fastigium. Credidit Abraham deo, & reputatū est ei ad iusticiam. Iustificare ergo ex fide. Diuersis modis habitare possumus. Tabernaculū est hæc vita: mons autē est cœlum. Tabernaculum quoq; est litera diuinarū scripturarum: mons autem, quæ in ipsis sita, est intelligentia. Tabernaculum lex est, & mons Euangelium. Tabernaculum etiam corpus domini, mons autē diuinitas. Quæ quidē quo modo sint, vt & à peregrinis & vt à ciuibus habitanda, non sinit tempus dicere. Quoniam ergo rogauit beatus Dauid, quis habitat in tabernaculo, & quis in monte requiescit? audi spiritum sanctum dicentem, disce qualis esse debet, Virum tibi sermone describo, vt inuenias quem quærit. *Qui ingreditur sine macula, & operatur iusticiam.* Et quis hic est? Qui immaculata dei via ingreditur. Deus meus, immaculata via eius. Qui nō habet maculam peccati. Et quòd peccatum sit macula, dicit scriptura de mendacio: Mala est macula in homine mendacium. Macula est etiam fornicatio. Ita etiam dictum est de eo qui se inebriabat. Existimationem tuam macula aspersisti. & quæ sunt eiusmodi. Qui ingreditur sine macula. Quemadmodum autem qui habet labem aut maculam in vultu, non venit prope Regē aut principem: ita fur, aut qui mentitur, non potest ad deū accedere. Quamobrem? Quoniam mūdus est oculus eius, vt non videat mala. Et nō permanebūt iniqui ante oculos tuos. Qui ingreditur sine macula, & operatur iusticiā. Declina enim à malo, & fac bonum. Quis est autem is? Qui est mūdo corde, qui dolum nō fecit in lingua sua, sicut Nathanaël: Ecce verus Israëlita, in quo dolus non est. Qui nō fecit proximo suo malum, sicut Achab Naboth. Qui proximum probris non affecit, vt Pharisæus publicanū: nec probris affectus est, & malè audiit propter proximos, quemadmodum Heli propter filios, Qui de medio tollit improbos, & ad nihilum redigit, vt Helias sacerdotes Baal. Qui eos qui deum timent, gloria afficit, vt Abdias propheta. Qui iurauit pximo suo, & non fefellit, vt Abraham Abimelech, & Dauid Ionatham. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, vt Zachæus & Cornelius. nec propter res sceleratas accepit pecunias, vt nec Petrus Simonis: & qui nec emotus est, nec labefactatus in persecutionibus vt Paulus. si hunc videris, ô Dauid, inuenisti quem quæris. *Qui loquitur veritatem in corde suo.* At qui dicet omnino quispiā, talis certè homo inuenitur. Is verè est beatus Iob, qui multas sibi parauit victorias athleta, qui fuit diaboli expugnator. Et erat, inquit, vir ille inculpatus, iustus, verus, pius, abstinens ab omni malo. Huic ergo vni accommoda illud, Quis habitabit in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, Iob inculpatus, qui operatur iusticiam. Iob iustus, qui loquitur veritatem in corde: verus, qui non egit dolum in lingua sua, dum de rebus diuinis loquitur, pius, & deum colens: nec fecit proximo suo malum, abstinens ab omni malo. Vides quo modo totum psalmum Iob prius induerit, sicut Dauid. Aut quis requiesceret in monte sancto tuo? Multi enim habitarunt in ecclesia, sed quoniā non habitarūt vsq; ad finem, sed trāsgressi sunt, propterea in monte non requieuerunt, nec sedes suas fixerunt. Qui loquitur veritatē in corde suo. *μεταφορικῶς.* Qui veritatem vt virginem & sponsam ex animo diligit, qui tanquā matrem & reginam in honore habens, eam aspicit, qui loquitur veritatem cum proximo suo. Sed ne quis dicat, quid mihi officit in persecutione, si dicens mendaciū, in corde dico veritatem? quandoquidē scriptum est, Qui loquitur veritatē in corde suo: adiectione tutam reddidit orationem, sic dicens, *Qui non egit dolum in lingua sua.* Nec in corde tanquā in sepulchro veritatem sepelias, nec tanquam mortuam includas in monimento, sed tanquā viuentem & regnantē doceas eam extra sensuum fores progredi. Si enim occultatur veritas, tyrannidē obtinet mendacium, & tanquam ex agris qui carent dominis, ex animis prędas agit. Sin autem veritas ducat exercitum, mortuum iacet quod falsum est. Quemadmodū enim tenebræ à luce deuorantur: ita etiam mendacium à veritate sepelitur. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Neque enim vt proditor, eum in lingua tulit, sed dolum tanquā virus expuit: Fugiamus ergo dolum vt mortale venenum. Dolus cùm armasset serpentem, eum execrandū reddidit. Dolus matrē generis nostri desertam reddidit, vt Cain tremeret & gemeret effecit. Dolus Abel, sicut fera agnum, discerpsit. Decē fratres aduersus vnū armauit, & vt qui venditū vēdiderūt adorarent, perfecit: & quē per dolum tanquam seruum vendiderant, eum per metū tanquam dominū adorarunt. Dolus discipulū proditorem reddidit: & Apostolum, dei præfractum venditorem effecit. Sed is quidem cùm deum vendidisset, emit laqueum: venditus autem deus mundū redemit. Et aliās factis & verbis simul impletum est quod à domino dictū est, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Hoc cùm sciret beatus Dauid, petiit, & pulsauit, & quęsiit, & vnus tria consecutus est. Petiuit remissionē peccatorum, dicens: Remitte omnia peccata mea: & audiit, Et dominus remisit peccatū tuum. vniuersum peccatum tanquā vnum. Et accepta remissione peccatorū, dixit gratias agens: Tu remisisti impietatē cordis mei. Pulsauit portas iusticiæ, dicens: Aperite mihi portas iusticiæ. & portę ei apertæ sunt, & vidit in portis prophetarum vnigenitam portam patris, quæ dicit, Ego sum porta. In portis vnam portam: & admirans dixit, Hæc est porta domini, iusti introibunt in eam. Sicut ergo petiuit, & pulsauit, & vnus duo impetrauit: propterea tertium quoque quæsiuit: & cùm quæsiisset, inuenit. Cùm enim interrogasset, Quis habitabit in tabernaculo tuo? audiit, Qui ingreditur sine macula, & operatur iusticiam. Psalmus Dauid. Et cur non complectitur, In finem? Quoniā docet de iusticia, & reliquis virtutibus. Qui autem docet de iusticia, & cæteris virtutibus, non debet in finem vitę suadere hęc acquirere, sed ab initio, ab ipsis incunabulis, & à teneris vnguiculis cū eis versari. Nemo enim puero suadens, & eum admonens, dicit, Sis temperans ad finem, sis prudens, aut iustus ad finem, sed ab initio eum instituit ad vitam modestam, & ab ineunte ætate ei iacit fundamentum, dei metum.

Inquilinus & peregrinus. *Sine macula.* *Argumentum à fine.* *Veritas in corde non sepeliendā, sed ore promenda, per simile.* *Collatio.* *Dolī execratio.* *Gene.3.* *Gene.4.* *Gene.37.* *Gen.43.44* *Matth.26.* *Actor.1.* *Luce 11.* *1.Reg.12.* *Psal.31.* *Ioan.10.* *Psal.117.* *70.aliequi habent.* εἰς ὁ πάντα λόγον.

Confirmat homœosi à baptismo tracta.

Paruulorũ baptism⁹. Altera.

Huius autẽ testis est experientia. Adducit quispiam infantem adhuc vbera sugentem, vt baptizetur, & statim sacerdos exigit ab infirma ætate pacta conuenta & assensiones, & minoris ætate fideiussorem accipit susceptorem, & interrogat. Renunciat Satanæ, & non dicit, In finem: vel, Cum Christo coniungitur in finem: sed statim in principio vitæ petit renunciationes, & cõiunctiones. Iam verò omnis quoque vir orat, vt filius eius non in finem ditetur: nec vt quando fuerit senex, prudens euadat: sed vt diuitiæ & prudentia & authoritas cum eo ab initio & ab incunte ætate versantes, ei comites sint vsq; ad senectutem. Propterea dicebat etiã beatus Hieremias: Bonum est viro quando iugum tulerit ab adolescentia sua. Ab adolescentia, & nõ in finem: ab initio, & nõ ad senectutem. Si enim nullus nostrũ vult possidere seruum senem, nec qui habet delectum exercitus, senes refert in numerum: imperante autem necessitate, & vi impellente, tunc senes etiam ad bellum proficiscuntur: multò magis regnans virtus mauult adolescentiam quàm senectutem, & tanquã intactam virginem, & nihil probri passam adolescentiã secum iungit necessitudine, vt cuius vitæ primicias ambiat. Quoniam ergo hîc propositus psalmus est columen virtutũ, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula & operatur iusticiam: propterea non complectitur in finem, ne cum iuuentutem peccato exhauserit, languidam & eneruatam senectutẽ virtuti reseruet, & vitæ fæcem temperet sapiẽtia. Psalmus Dauid. Lex bonarum actionum cum numero & suauitate vocis oblata. Quãobrem? Vt virtutis asperitate temperata vocis modulatione, iucundam & acceptam reddet admonitionem. Vt dei legum cõtemptores, per cantus suauitatem bonos & attentos auditores efficiat, vt lingua tanquam calamo, & tanquam visco melodia auditorem aucupetur. Psalmus Dauid. Propositus psalmus habet magnam harmoniam & cõuenientiam cum iis qui præcesserunt. Quoniã ergo in illo publicam veluti negationẽ aduersus hominũ genus protulit, dicens: Non est vllus iustus. non erat autẽ homo qui dixit, sed deus. Si homo enim dixisset, venisset in suspicionem quòd ignorans vel dolore affectus id dixisset, vel vlciscens inimicicias, vel æmulatione percitus, non autem ꝙ id ita esse sciret. Ita etiam Helias aliquãdo vt zelotes, & maximo dei amore incensus, ratus se esse solum relictũ dei auditorẽ, dixit deo, Zelans zelaui deo omnipotenti, quoniam te reliquerunt filij Israël, altaria tua effoderunt, & prophetas tuos in gladio occiderunt, & relictus ego sum solus, & quærunt animã meam vt accipiant ipsam. Et dixit dominus ad ipsum: Ingredere, reuertere viam tuam, quoniam tu non es solus. Reliqui enim mihi septem milia virorũ, qui nõ flexerunt genua ante Baal. Sed nunc etiã non homo, sed deus dixit, Non est iustus vllus. Dominꝰ enim ex cœlo prospexit, vt videret: nõ vt tunc videret, sed vt tunc seruaret, vt quæ præuidit, ostenderet. Non est intelligens, nõ est requirens deum. beatus Dauid timore & admiratione & angore animi plenꝰ interrogat in psalmo proposito, an nullus sit iustus, an nõ sit intelligens vel quærens deum. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, vel quis requiescet in mõte sancto tuo? Vt apparet, ego frustra desideraui tabernaculũ & templum tibi in mõte extruere. Tantæ meæ fuerũt vigiliæ, tantum desideriũ, toties humi cubui, mane surrexi, meipsum iureiurãdo obstrinxi, iuraui domino si introibo in tabernaculũ domus meæ. Si ascendã in cubile strati mei. Si dabo somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem fronti meæ, donec inueniam locum domino, tabernaculũ deo Iacob. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Rogo te de habitatoribꝰ vt eorum curator, respõde mihi vt dominus. Video domine ecclesiam tuam veram, tabernaculum quod fixit dominus, & nõ homo. Sed quoniã patriarchæ quidem mortui sunt: prophetæ dormierunt: iusti abrepti sunt: Iudæi crucifixerunt: gentes maledictis impetierũt: hæretici aberrarunt, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Illuminatus sum spiritu sancto: didici quis ille populus habitabit, cuius meminit præcedens psalmus. Qui propter nomen tuum deuoratur sicut esca panis. De quo dixisti, Qui deuorãt plebem meam sicut escam panis. Qui deuorant, non habitant. Qui deuorantur, habitant. Oues enim possunt versari in atriis. Tabernaculum dicitur etiam corpus domini, cui dixit spiritus, Non accedent ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Sed quoniã nullus cæcus, claudus, vel vllam habens in vultu maculam, manet cum rege in regia: cum interrogasset Dauid, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, audit, Qui ingreditur sine macula, & operatur iusticiam. Qui non habet peccati maculam, cui nõ insidet labes fornicationis, qui non est sauciatus periurio, cui ad bene faciendum non sunt manus impeditæ, cui pes nõ claudicat dum est currendum ad ecclesiam, cui non caligant oculi, dum videt filium alterius substantiæ. Qui ingreditur sine macula. Si enim regi Nabuchodonosor adsistebant adolescentuli in quibus non erat macula, & omnis ætas profitens ἀνθολογίαν offerebat regi primicias iuuentutis: multò magis qui ad deum accedit, debet esse sine macula ingrediens. Quòd autem peccatum sit macula, scriptum est de mendacio, Et Dauid in via ingrediens sine macula ministrat mihi. Deinde Dauid, pulchrè, Et si qui ingreditur sine macula, cum deo habitat, ero etiã sine macula cum ipso. Deinde rursus Dauid. Si qui operatur iusticiam, cum deo habitat, sum omni cura vacuus, feci iudicium & iusticiam in terra, iniusticiam autem odio habui & abhorrui. Qui loquitur veritatem in corde suo. Deinde Dauid, Si qui loquitur veritatem domine, tecum habitat: non celaui iusticiam in corde meo, veritatẽ tuam & salutare tuum dixi, non occultaui veritatem tuam à congregatione multorum. Qui non egit dolum in lingua sua. Deinde Dauid, Et si qui nõ egit dolum in lingua sua, tecum habitat, domine probasti me, & cognouisti me. Tu cognouisti sessionem & stationem meam, quòd non sit dolus in lingua mea. *Nec fecit proximo suo malum.* Deinde Dauid, Ego autem in simplicitate mea ambulaui. Ambulaui in simplicitate cordis mei. Si reddidi retribuentibus mihi mala, ne habitem tecum vt amicus, sed cadam ab inimicis meis inanis. *Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos.* Deinde Dauid. Et in hoc etiam, inquit, me rectè gessi. Eum enim qui clàm detrahit proximo suo, persequebar, superbo oculo, & inexplebili corde, cum eo non comedebam, & quæ sequuntur, vsque ad, Non direxit in cõspectu meo, nec exprobraui omnibus proximis qui non potuerunt percutere Goliath. *Ad nihilum deductus est in conspectu meo malignus.* Deinde Dauid, Qui te oderãt domine odio habui, & propter inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam eos, pro inimicis fuerũt mihi. Ad nihilũ redegi eos, inquit, dicens, Ad nihilum redigentur tanquam aqua quæ transit. *Timentes autem dominũ glorificat.* Deinde Dauid: Appropinquent mihi qui timent te, vt eos coram glorificem,

Thr. Hie. 3. Tertia homœosis.

Virtus in adolescẽtia gratior.

μετάφορα

3. Reg. 19.

Psal. 15.

Psal. 131.

Dan. 3.

Ecclē. 4.

Psal. 100.

Psal. 14.

Psal. 39.

Psal. 135.

Psal. 7.

Psal. 100.

1. Reg. 17.

Psal. 138.

Psal. 57.

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.149. glorificem,dicens, Beati omnes qui timent dominum, A
Psalm. gloria hæc est omnibus sanctis eius. *Qui iurat proximo*
3.Reg.20. *suo, & non mutat*. Deinde Dauid, Iurauí & statui seruare
2.Reg.21. iudicia iusticiæ tuæ. Iurauí etiã proximo meo Ionathæ
non delere semen eius cũ ipso,& id seruaui. Post suam
enim & patris eius Saulis mortem, quando Gabaonitæ
propter periurium à Saule in eos cõmissum,semen Sau-
lis ex dei sententia volebãt excindere,tunc Dauid cum
filios Ionathæ,qui erant Saulis nepotes,occultasset,tra-
didit reliquum semen Saulis Gabaonitis,& cum Dauid
iurasset Ionathæ, iusiurandũ non violauit. Quoniã au-
tem hic fit mentio iurisiurandi, periurium autẽ vbique
instar caliginis diffusum est:age breuiter disce ex histo-
ria, quo modo post sexcentos quinq; annos deus iusiu-
randum vindicauerit, & filios perdiderit qui patrum
Ios.10. iusiurandũ violauerant. Quando Iesus Naue filius ad- B
uersus 29. Reges & populosissimas nationes bellũ ges-
Dolus Ga- sit,inuasit etiam gentem Gabaonitarum.Gabaonitæ au-
baonitarũ. tem aduersus Israëlem nõ direxerunt aciem, sed arte &
dolo muniti, vitandæ mortis rationem excogitarunt.
Cum enim panes qui emarcuerant, & veteres vtres tu-
lissent, & veteres calceos induissent, accesserunt ad Ie-
sum, dicentes. E longinquo legati missi sumus, bellum
quidem deprecantes, vobis autẽ seruire promittentes.
Ios.9. Deinde ad testandã viæ longitudinem, viaticum ostẽ-
debant, dicentes, Panes hos calidos ad viaticũ sumpsi-
mus,& ecce marcuerunt .Idem etiam de vtribus & cal-
ceis dicebãt.Deinde Iesus Naue filius hoc de Gabaoni-
tis negocium cõmunicat ducibus, & principibus,& iu-
rarunt Gabaonitis se aduersus eos bellum nõ gesturos.
Eis autem vsus est lixis & calonibus. Cum autem iusiu-
randum accepissent Gabaonitæ,tunc confessi sunt Iesu
& principibus se non é longinquo venisse, sed in iis lo-
cis esse natos, & esse indigenas, & quoniã eis iusiuran-
dum dederant Israëlitæ,aduersus eos non amplius bel-
lum gessere.Hæc cum ita facta essent,post sexcentos an-
nos Saul rex Israël patrum iusiurandum violauit,& ad-
2.Reg.21. uersus Gabaonitas bellum gessit,& ideo iratus est deus,
Fides iu- non quòd bellum fuisset illatum Gabaonitis, sed quòd
risiurandi esset violatum iusiurandum, & ne si tanquam lege per-
quam sit missa inualescat iniquitas, vitæ perniciem afferat,quod
obseruan- sexcentis antè annis datum erat iusiurandum,tanquam
da. recens vindicauit, re ipsa docens iusiurandum non in-
1.Reg.vlt. ueterascere nec corrumpi. Deinde Saul quidem vnã
cum filiis bello petitus, suis ipsorũ gladiis seipsos con-
foderunt, vt intelligerent quod per quæ quis peccat,
etiã per ea punitur. Post Saulem autẽ tribus annis fuit
fames & pestis, & gladius eos passim peruasit qui iusiu- D
randum violauerant. Scisciatus est itaq; Dauid deum
quænam sit causa famis,& ei deus hęc verba respondet,
Quoniam super Saulem, & super domum eius iniusti-
cia, quoniam ipse morte affecit Gabaonitas, quibus iu-
rarant filij Israël se eos non esse morte affecturos.Dein-
de vocat Dauid Gabaonitas ex dei iussu, & eis tradidit
illos qui ex Saule descenderant,& abscõdit filios Iona-
thæ, quoniam iurauit ei viuenti se non deleturum eius
semen post mortem, & non iurauit in dolo proximo
suo. Hoc considerans, si filij qui patrum iusiurandum
Patrum in- violauerant, à Deo dati sunt vt interirent: quid patiar
iuramenta fi- ego qui ausus sum peierare? Si ergo post sexcentos an-
lij seruant. nos deus iusiurandum vindicauit,& cum alij iurassent,
alij,qui iusiurandum violarant, pœnas dederunt, quid
Seuerior vi- patiemur qui peieramus? Qui iurat proximo suo,& nõ
ctus. decipit. *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram*. Et hoc
quoque fecit non dans fœnori.

Tomus primus.

* Desunt plurima. *

EXPOSITIO PSAL. XXII. ET CXVI.

Homilia. Incerto interprete.

CIrculo consecrato,anno reuoluto,debitũ vo-
bis sermonem electis ad fidem decreuimus.
Et quia constringimur suo quoque tempore
ad ordinem ecclesiasticum repræsentare, &
formam vobis dare, vt sicuti nos vobis reddimus, ita
& vos inuicem vobis reddatis, præsertim honore mu-
tuo præuenientes: & charitatem in qua est vinculum *Roma.12.*
perfectionis, tenentes: debitum reddite,& debitũ exi-
gite: vt ibi faciamus conclusionem, vbi Apostolus fe-
cit: testimonio ipso fulciamus, quod dixit: Nemini *Ibidem 13.*
quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Nam qui
diligit alterum, legem implet. Nam non occides, non
mœchaberis, non falsum testimonium dices,& si quod
est aliud mandatum,hoc in sermone recapitulatur,quo
ait: Diliges proximum tuum sicut teipsum: quia dile-
ctio proximi malum non operatur. Plenitudo autem *Ibidem.*
legis est charitas. Et vt plenissimè sciatis quæ sit perfe-
ctio, ait in epistola sua sanctus Ioannes: Deus charitas *1.Ioan.4.*
est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in
illo manet. Ergo de ista charitate compellit nos veri-
tas, vt psalmum vobis electis,& ad fidem concurrenti-
bus exponamus. Hos versiculos psalmi memoria tene-
te,ore reddite,operibus implete. Nõ sufficit verba red-
dere deo, nisi & cor mundum applicetis deo. Dicit er-
go quod audistis: *Dominus regit me,& nihil mihi deerit.* Vi-
dete quo modo se cõmendat ecclesia ore filiorum suo-
rum: quia verè quem deus regit, nec cadere potest,nec
errare. Iste rex noster, qui regit quotidie corda & cor- C
pora nostra, interiores & exteriores sensus conseruat,
& nihil deficit. Fortè aliqui dicunt, quia quem regit
deus, & nihil ei deficit: tantummodo de temporalibus
sentit. Quid est nihil deficere,nisi petentibus aurem pa
tentem præbere? Et regit, & nihil negat. Quod dixit,
Nihil deerit,magnum est. Quando deo non peccatur,
donat sapientiam,prudentiam, temperantiam, fortitu-
dinem,& iusticiam. Cum ista nõ defecerint, quid quæ-
rit auarus? In istis virtutibus totum deus se refundit: &
in quo totus est deus, nunquam erit reus.Dominus re-
git me, & nihil mihi deerit. Sequitur versiculus: *In lo-*
co pascuæ ibi me collocauit. Grandis est ista pascua. Epulæ
istæ & semper satiant,& nunquam deficiunt.Nam vul-
tis nosse quo modo pascit deus præstolatores suos, id
est,sustinentes se? dixit Propheta:In illis diebus mittam *Amos 8.*
in eos, non dico famem panis, aut sitim aquæ, sed au-
diendi verbum dei. In isto campo legis & in floribus
testimoniorũ cũ anima nostra venerit,reficitur, pasci-
tur,nutritur, pinguescit, exultat in simplicitate cordis:
proficit ibi anima collocata, requiescit, exultat, & glo-
riatur. Iste pastor bonus, qui posuit animã suã pro oui- *Ioan.10.*
bus suis,talia dedit pascua credẽtibus,sperantibus, per-
uenientibus. ibi collocauit animas fundatas sine motu.
Ergo in loco pascuæ ibi me collocauit. Sequitur dicẽs:
Super aquam refectionis eduxit me, animam meam cõuertit. Ma *Aqua re-*
gna ista aqua. Est alia aqua,quæ nõ est aqua refectionis, *fectionis.*
sed aqua consumptionis: de qua dixit Propheta, Fode- *Hiere.2.*
runt sibi lacus dereitos, aquam mendacem,aquam quæ
non habet fidem. Et aqua catholica, in qua ostendi-
tur fons æternus,qui reficit,id est,iterum facit,quo mo-
do generatio & regeneratio reficit animas, quia innoo-
uat in fide. Abluit sordes, tollit maculas, rudem facit
aptum, expolians veterem hominem cum actibus suis,
induens nouum eum, qui secundum deum creatus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aqua regenerationis. Hæc aqua primatum tenet in elementis. Sed cum iſtud elementum acceperit ſpiritum ſanctum, fit ſacramentum: & iam non erit aqua potationis, ſed ſanctificationis: non erit aqua communis, ſed refectionis. Per iſtam aquam educit, purgatos facit perfectos, ratione claritatis & gratiæ illuminans & replens eos: vt vbi abundauerat peccatũ, faceret diuites in gratia. Super aquam refectionis educauit me, animam meã conuertit. Quid eſt enim conuertere? ex aliquo alicubi ducere, ex peccato ad iuſticiam, ex falſitate ad veritatem, ex miſeria ad miſericordiam, ex opere carnali ad ſpiritualem intellectum. Sic conuertit ad ſe deus animas. Animam meam conuertit. *Deduxit me ſuper ſemitas iuſticiæ propter nomen ſuum.* Sic ſequitur. Iſtæ ſemitæ agnoſcuntur diuerſæ viæ generis humani. Licet vniuerſas ſemitas domini agnoſcamus, miſericordiam & veritatem: tamen ſemita vna agnoſcitur, quæ eſt prima in ſemitis, id eſt, virginitas: ſecunda, cõtinentia, quæ eſt & vidualis: tertia, coniugalis. Sunt aliæ ſemitæ, quæ ad patriam perducunt. Nam ſemitæ ideo dicuntur, eò quòd planę viæ non ſunt, ſed ſemiuiæ, id eſt anguſtæ. Audite, iſtæ ſemitæ anguſtæ quæ ſint. Orare pro inimicis, nulli malũ pro malo reddere, cibare inimicum, potare & veſtire, iniuriam pati, & non facere: & vt concludamus ſemitas iuſticiæ, Quod tibi fieri nõ vis, alij ne feceris: ſemitæ ſunt iuſticiæ. Et hoc facit non pro merito noſtro, ſed propter nomen ſuum. Sequitur, dicens: *Nam etſi ambulem in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Medium vmbræ mortis agnoſcimus vitam tentationis. Nam ille in medio vmbræ mortis ambulabat, qui dicebat, Inhabitaui in tabernabulis Cedar: id eſt, cum filiis tenebrarum. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: dum loquebar illis, debellabant me gratis. In medio vmbræ mortis ambulabat, qui talia tolerabat. Nam Apoſtolus quãdo inter falſos fratres ambulabat, in medio vmbræ mortis incedebat. Maledicebatur, benedicebat: iniuriam patiebatur, & non comminabatur: lapidabatur, virgis cædebatur: quando iſta patiebatur, in medio vmbræ mortis ambulabat. Ille cum illo erat, qui ei de cœlo clamauerat, dicẽs, Saule Saule, quid me perſequeris? In medio ergo vmbræ mortis, vt diximus, vita eſt tentationis. Sed non timemus, quia deus pro nobis eſt, & fortior nobiſcum magis quàm cum illis, & potior eſt ille ad protegendum, quàm illi ad expugnandũ. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Sequitur, *Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.* Duo iſta ſacramentis ſunt plena, virga & baculus. In virga dualitas intelligitur, vigor legis, & virgo Maria. nam ait Apoſtolus: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in ſermone ſpiritus mãſuetudinis? Et alio loco dictum eſt, Reges eos in virga ferrea, & tanquã vas figuli confringes eos. Et virga, virgo Maria intelligitur, vt dixit Eſaias ꝓpheta: Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Quid eſt, Florebit virga de radice Ieſſe, niſi de tribu Ieſſe ſurget flos? Partus eius reddidit nobis iſtum floꝛẽ in odorem ſuauitatis. Baculus intelligitur æquè ipſa lex, quæ oſtendere nouit peccata, non auferre: quia lex oſtendere nouit peccata, gratia auferre peccata. Nam agnitio peccatorũ cùm oſtenſa fuerit, ſubſequitur & correptio. Nam Giezi ille puer ſancti Heliſæi, cùm mitteretur ad filium cuiuſdã mulieris defunctum, baculum illi dedit ſanctus Heliſæus, vt reſuſcitaret puerum. Sed nõ potuit illum reſuſcitare baculo, niſi ipſe veniret, & breuiaret corpus ſuũ, vt oculos ſuos ad infantis poneret oculos, os ad os, manus ad manus, pedes ad pedes, proiiciens ſe ſuper puerũ mortuum, & reſuſcitauit eum. Quid oſtendebat in baculo, qui ſuſcitare nõ potuit, niſi legis oſtenſionem? Et in Heliſæo ſignificabat Chriſti natiuitatem, *Iiſai, legis oſtenſio.* qui ſe habuit minorare, aſſumens quod non erat, non amittẽs quod erat: Et ſuſcitaret mortuum, id eſt, genus humanum, quod acceperat ſententiam primi hominis, Morte morieris. Nam baculus ſuſtentatio eſt ſenectutis. Et quia populus qui legem acceperat, ſecundũ literam intelligebat, & tremula membra in ipſo baculo incumbebant: quia litera occidit, ſpiritus autem viuificat: in ſenectute mũdi venit veritas, vt figura auferretur, & adimpleret legem, non item ſolueret. Ergo in virga vigor legis, in baculo oſtenſio peccatorũ. Ipſa me conſolata ſunt ſic ſequitur. Quo modo illum conſolata ſunt? quia videbat in ſpiritu ipſe ꝓpheta, de quo dicebat dominus: Quanti prophetæ cupierũt videre quæ videtis, & nõ viderunt? Sed in corpore duntaxat. Nam mente viderũt, in tantũ vt diceret: Abrahã vidit diem meum, & gauiſus eſt. Nec enim nõ viderat Abraham diem ipſius, quando dixit ſeruo: Mitte manum tuam ſub femur meum, & iura per viuentẽ in ſecula, non te ducturum vxorem filio meo de filiabus Chananæorum. Et vtique quale ſecretũ videmus in femore patris noſtri Abrahæ, niſi ex femoribus eius ſecundũ carnem venire Chriſtũ in ſeculo? Ergo ipſa me cõſolata ſunt, virga & baculus. Sequitur dicens: *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.* Iſta menſa agnoſcitur altaris domini conſecratio. Nam vide quid dicit ſapientia, Sapientia ædificauit ſibi domum, ſuppoſuit columnas ſeptem, parauit menſam ſuam, miſit ſeruos ſuos cõuocans omnes, & dicens: Venite & edite de panibus meis, & bibite vinum quod miſcui vobis. Et quia iſtam menſam præparauit ſeruis & ancillis in conſpectu eorum, vt quotidie in ſimilitudinem corporis & ſanguinis Chriſti, panem & vinum ſecundũ ordinem Melchiſedech nobis oſtẽderet in ſacramẽto, ideo dicit, Paraſti in cõſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Qui ſunt iſti qui nos tribulant? ſuggeſtiones inimici, exagitationes, cupiditates, delectationes, ſeculi honores. Iſti tribulãt, quia huiuſmodi qui ita viuunt tribulationes carnis habent, ſed veniunt ad menſam potentis, conſiderantes ea quæ apponuntur eis, accipere cum timore & tremore: & tribulationes efficiuntur conſolationes. Auferuntur ea quæ ſunt carnis, infundũtur ea quæ ſunt ſpiritus, & ex menſa præparata proficiunt contra eos qui tribulant eos. Sequitur, dicens. *Impinguaſti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians quàm præclarus eſt.* Gratias tibi domine Ieſu, qui oſtẽdiſti nobis iſtud oleum. non illud oleũ quod habent hæretici, de quibus dictum eſt Muſcæ morituræ exterminant oleum ſuauitatis. Nec illud oleum, de quo dictum eſt: Oleum peccatoris non impinguet caput meum, ſed iſtud oleum, quo ſignificabat Eſaias propheta, dicens: Spiritus domini ſuper me, propter quod vnxit me: Euangelizare pauperibus miſit me: prędicare ãnnum acceptabilẽ remiſſionis, dimittere captiuis remiſſionem, & cæcis reddere lumen. Iſtud oleum agnoſcimus oleũ chriſmatis. Chriſtus enim dicitur vn ctus, Chriſtiani, ab vnctione. Impinguat caput noſtrũ, id eſt, Chriſtũ dominũ. Caput enim viri, Chriſtus. In iſto oleo facies cordis exhilaratur, de quo dixit prophe ta: Vt exhilaretur facies in oleo. Quę eſt iſta facies in oleo quæ exhilaratur, niſi imago & ſimilitudo dei cum de peccatore dicitur: Impinguaſti in oleo caput meũ, & calix tuus inebrians quàm præclarus eſt. Qualis eſt iſte

Virga. *1.Cor.4.* *Pſal.2.* *Eſa.11.* *Baculus.* *4.Reg.4.* *Actu.9.* *Semitæ diuerſæ.* *Virginitas Continentia cõiugium.* *Tob.4.* *Medium vmbræ mortis.* *Pſal.119.* קרר *1.Cor.4.* *Baculus Heliſæi, legis oſtenſio.* *Gene.2.* *2.Cor.3.* *Matth.13.* *Ioan.8.* *Gene.14.* *Menſa diuini.* *Prou.9.* *Ibidem.* *Tribulationes.* *res noſtri.* *Fruſtra è ſacramẽto.* *Oleum.* *Eccle.10.* *Pſal.140.* *Eſa.61.* *Chriſtus.* *Chriſtiani.* *1.Cor.11.* *Pſal.103.*

calix

calix audite. Ipse est calix, qui fuit in manu domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hūc. Veruntamen fex eius non est inanita. Iste calix est de quo clamauit tempore passionis, dicens: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Et quia obedientiæ nobis formam dedit, subsecutus adiunxit: Veruntamen nō sicut ego volo, sed sicut tu vis. De isto calice bibit ecclesia, inebriauit martyres, vt non agnoscerēt proximos carnis suæ nimio amore Christi: neque patres filios, neq; filij parentes. Inebriauit vino sanctitatis, nō vino erroris. Non agnouerunt suos, & sanguinem fuderunt. De mensa illa inebriati sunt, de qua dictum est, Accedens ad mensam potentis, considera ea quæ apponuntur tibi, sciens quia talia te oportet præparare. Quid est, Talia oportet te præparare, nisi corpus & sanguinē quod accipis? Nā & illi apostoli de ipso calice inebriati erāt, de quibus dicebatur: Hi ebrij sunt musto, cum esset hora diei tertia. Sed quàm præclarus est iste calix, videte quanta est claritas in toto mundo ex passionibus apostolorum & martyrum. Vbique spiritus immundi clamant se ardere orationibus & meritis eorum. Virtutes quas operatur Deus, videte: cæci illuminantur, mortui suscitantur, & cuncta quæ fecerunt & faciunt, declarata sunt & declarantur in toto mūdo. Iste calix facit claros & præclaros, & calix tuus inebrians quàm præclarus est. *Et misericordia tua subsequetur me per omnes dies vitæ meæ*, sic sequitur. Et quia non ex merito, sed ex misericordia facta sunt superiùs comprehensa, ideo voce populi subiecit ecclesia, clamans: Misericordia tua subsequetur me per omnes dies vitæ meæ. Quia verè quotidie misericordia fit in populo dei, vt Pagani ad ecclesiam perducantur, Iudæi conuertantur, hæretici corrigantur, peccatores indulgentia munerentur vsque in finem seculi, hæc misericordia subsequetur ecclesiam omnibus diebus vitæ eius quandiu est mundus. Sequitur: *Et vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum.*

Hæc domus domini illa significata est, de qua propheta cecinit: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Aequè domū domini agnoscimus cor humanum, de quo dicebat Apostolus: Quæ domus sumus nos. *In ipsa domo cordis habitat dominus*, in corde nostro dominus manet, & nos cum domino manemus. Nam cum ei locum habitationis in corde facimus, in domo domini habitamus, & eò peruenimus in longitudinem dierum. Quare nō dixit, Et longitudinem noctium? quia ille dies non habet noctem. Ideo dixit tantummodo, in lōgitudinem dierum, quia non erunt breues, sicut dies illi de quibus dictum est in alio loco: In illis diebus, si non fuerint abbreuiati dies illi, etiam electos meos seducent. Ista longitudo dierum æternam vitam ostendit, non præsentem. Sed ex puro corde eò venitur. Ecce inquantū ipse præstitit, non quantum debuimus, sed quantum potuimus ipso subministrante & donante expositum psalmū auribus vestris repræsentauimus.

IVNGAMVS & breuem propter tardos, qui prolixos versus psalmi tenere non possunt. *Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi: Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.*

Quàm breuis psalmus est, & grandem habet intellectum. Laudate dominū omnes gentes, intelligimus hic totum mundum, de quibus dixit propheta: Vocabo nō plebem meam, plebem meam: & nō dilectam, dilectā. Et erit, in loco vbi dictum est eis, Non populus meus vos: ibi vocabuntur filij dei viui. Isti laudant deum: ex omni tribu, ex omni gente, ex omni lingua laudāt deū. Quare? Quia populus factus est sub charactere Christi, cōfirmatus est, sub professione beati nominis eius liberatur. Collaudent illum & laudent, quia redempti sunt de manu inimici, id est ex opere eius, quia corroborata est super nos misericordia eius. Quàm roborata facta est, vt quotidie se impēdat & nunquā deficiat: quotidie gaudeat lucris: quia maiº gaudiū est in cœlo super vno conuerso à vanitate vię suę, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Corroborata est super nos misericordia eius sequitur: Et veritas domini manet in ęternum. Quæ est ista veritas, quę manet in ęternum? quę nos perducit ad æternum vetustū diem, ad deum nostrum sine initio, sine fine. Ipsa est veritas, quæ fidem tenet rectam, veram, & integram. Ipsa est in qua Christus requieuit, quā in se tulit dicens: Ego sum via, veritas & vita. Ipsa est quæ manet in æternum. Tenete traditū vobis psalmum, vt cum tenueritis lingua, reddideritis vita, vocibus & moribus, mereamini audire: Intrate in gaudium Domini vestri. Amen.

Luc.15. *Veritas in æternū permanent.* *Ioan.14.*

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo.xxiiij. Dirige me in veritate tua, & doce me: Homilia incerto interprete. *Matth.15.*

VIatores arctæ & angustæ viæ, qui se crucifigūt cum viciis & concupiscentiis & passionibus, qui post voluntates suas non pergunt, & suggestionibº malignis resistūt cantant & dicūt: *Dirige me in veritate tua, & doce me: quoniam tu es Deus salutaris meus.* In hac directione iste rogabat non tortuosam, sed rectam viam. Directio enim nō curua est, sed recta, quæ lineas legis tenet, mentem dirigit in via immaculata. Præceptis obtemperat, iussa implet, id est, ad perfectionem dirigit, propheta clamat: Dirige me. Sed quia hæc directio habet veritatem cōiunctam, à falsitate est separata. Quæ est enim veritas, quæ vita, nisi ille qui veniens pro nobis clamabat & dicebat: Ego sum via, veritas & vita? Prophetās ergo vates Christi futurū Christum, dicebat: Dirige me in veritate tua. Assumens vocem in isto versiculo etiam totius ecclesiæ vbique diffusæ, dirigi quærebat. Ergo in isto populo qui gentilis erat & tortum cor habebat, ipsa est de qua clamabat alius propheta, dicens: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectā, dilectam. Et erit in loco vbi dictum est, non populus meus vos: ibi vocabuntur filij Dei viui. Hoc ecclesia clamat, & dicit: Dirige me in veritate tua. In ista veritate falsitas nulla inuenitur. Hæc veritas cunctis ecclesiis donata est, omnibus appropinquātibus deo timoratis, iustis, benevolis, & sanctis: quibus mysteria agnoscere donatū est: qui sunt, vbi nondū sunt: & non sunt, vbi sunt: qui in corpore ambulāt, sed non secundum carnem militant. Hi sunt qui habēt veritatem, & possident eam, & possidentur ab ea. Doctrinam postulat dicens: Et doce me. Quid vult doceri, nisi id quod nescit? Quid est quod nescit? perfectionem virtutum, vt sciat quod nescit. Quid est quod nescit? quid? O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, hoc est quod vult scire, & clamat: Quoniam tu es Deus salutaris meus. Quid est, Doce me? instrue me, perfice me, ędifica me, quia tu à vulnere peccatorū saluasti me. ideo vbi dixit, Saluator meus, ibi subiunxit, dicens: *Et te expectani tota die.* Per diem expectauit, non in nocte. Quæ est tota dies nisi vbi lux est, & tenebræ non sunt? Tota dies ipse est saluator mundi, ad quem venit princeps huius mūdi, & in eo nihil inuenit iuris sui. Ipse est qui venit in mundum: ipsum sustineamus quandiu veniat

Ioan.14. *Rom.11.* *Ioan.14.*

niat in nobis,separãs nos à delectationibus carnis,pur- A gans à cupiditatibus carnis. Sustineamus eum quando veniat,vt paratos nos inueniat. Sustinemus eum,quando impetus tentationum portamus, quando tempestates aduersas patimur,sed naufragium non facimus. Sustinemus eum,quando non deficimus, sed proficimus: quando non conturbamur,sed confirmamur:quando exagitamur,sed non cadimus tunc sustinemus, tũc toleramus,tunc clamamus ad illum qui est fidelis,vt non nos faciat tentari supra id quod possumus ferre, sed faciat tẽtationẽ cum exitu,vt possimus sustinere. Dirigite ergo iter sine offensione. Obseruate ergo,ne offendẽtes curtum faciatis pedem,& claudicãtes in vicium veniamis,& non ambuletis:ne stantes non proficiatis,sed deficiatis. Veritatem tenete, falsitas de ore vestro nõ procedat,turpis sermo lõgè sit à vobis,ocios us,triualis,superbus,mendax,vt de ore exiens sit sale cõditus:in hac veritate persistite. Erudimini,scitote quoniam dies nostri velut vmbra declinauerunt. Discedite quia totum esse nostrum ad non esse tendit. Scitote quia staturi sumus ante tribunal Christi cum chartis operum nostrorum. Et siquis gessit bonum aut malum, ibi reddet rationẽ illi quem nihil latet. Nolite obliuisci saluifactorẽ nostrum, redemptorem nostrum, veritatem nostram, viam nostram, dominum nostrũ, qui est saluator, via, veritas,& vita:qui se obtulit, ne nos captiui remaneremus. Qui libertatem donauit nobis, qui cor illuminauit toto seculo. Quid pro iis omnibus retribuemus ei? quæ sunt compensationes operum nostrorum? quis laudet,quis definiat tantam potentiã,tantam magnificentiam, tantam virtutem, nisi quòd debemus agnoscere nos eum qui ex nihilo fecit nos? Peccauimus in inobedietia patris nostri protoplasti, & regenerati sumus in illo qui venit de sinu patris reconciliare nos ei à quo eramus lõgè, vt faceret nos propè. Nolite obliuisci tãta bona muneratoris dei. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehẽdite disciplinam, nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta, vt quotidie clametis: Dirige me in veritate tua,& doce me, quoniam tu es deus salutaris meus, & te sustinui tota die.

Sustinere seu expectare deum quando dicamur.

1. Cor. 10.

Caloss. 4.

2. Cor. 5.

Psal. 2.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo xxv. Redime me, & miserere mei, Homilia incerto interprete.

IIlij lucis in libertatem vocati, qui sedebãt in tenebris & vmbra mortis,illuminati sunt,redempti sanguine precioso. Obliti non sunt quæ & quanta & passus est ille qui splẽdor venit. Cunctos quidem obligatos inuenit & illaqueatos,vulneratos,cæcos,debiles,claudos, reos. Sed quia non venerat vt iudicaret mundum,sed vt saluificaret, liberauit seruos à seruitute,illaqueatos soluit,vulneratos sanauit,cæcos illuminauit, debiles fortificauit, claudos iter rectũ ambulare fecit, reos indulgentia munerauit. Nam vnde erat quod modò cantabat ex ore nostro propheta, dicens deo: Redime me,& miserere mei: Pes meus stetit in rectitudine,in ecclesiis benedicã te domine? Vox est capitis portans in se personam membrorũ, quæ mẽbra nos sumus,caput verò Christus, dicente Apostolo: Vnum corpus sumus in Christo Iesu. Redemptio autẽ hęc nõ est numi,sed gratiæ:nõ est corporis, sed animæ. Intantum redemptio est animæ, vt sicut hi qui captiui ducuntur à barbaris, ita ducantur à diabolo capti. Ille captiuus dicitur,qui efficitur non potestatis suæ,sed ditionis alienæ,qui suggestionibus eius subditus est. Captiui tales videntur sibi liberi esse,quia nulli imperio humano subditi sunt,& tamen serui sunt: quia omnis qui facit peccatum,seruus est peccati. Exclamandum est ergo cum propheta, vt liberemur, nõ merito nostro,sed eius misericordia. Nisi enim nostri misereatur, liberi esse nõ possumus. Ergo redimat nos misericors deus noster,separet nos ab affectibus, à desideriis & cupiditatibus inimici: vt libertate accepta,pes noster stet nõ claudus, sed rectus. Quid est enim claudum pedem habere,nisi infœlicẽ offendere? De quibus dicebat propheta: Errauerunt & claudicauerunt à semitis suis. Claudicat,qui sic deo credit, vt scandalizetur quoties prosperitatem videt malorum,sanitates impiorũ, diuitias paganorum,possibilitates gentium:& dicit non sano pede,id est, non sana fide. Effusi sunt paulominus gressus mei, quia in peccatorib⁹ pacem peccatorum zelaui intuens: Quia non est declinatio morti eorum, & firmamẽtum in flagella eorum. In laboribus hominum non sunt,& cum hominibus non flagellabũtur: ideo tenuit eos superbia, circumamicti sunt iniquitate & impietate. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, pertransierũt in dispositiones cordis. Similiter si dicat: quare viæ impiorum prosperantur? Idcirco perturbatur pes eius talia sentiens,& commouetur: quia ad tempus ad tẽtationem bonorum dimittuntur mali, in æternum verò damnabuntur. Ad tempus floret impius: ad tempus emendatur bonus. Sed flos illius sicut fœnum arescit, emendatio illius transiet. Ille accipiet pœnam perpetuã, quia hic flagellatus non est,& ad tempus floruit: ille autem qui tentationem sustinuit,in æternum vitæ perpetuæ retributionem accipiet. Non debet ergo perturbare fideles mentes sublimitas malorum, prosperitas impiorum,ne vnusquisque nostrũ apud semetipsum ægra mente dicat,quia placent deo facta malorum,aut deus constituta non implet,aut non curat res humanas. Qui vt faceret te esse,curam habuit: quo modo viuos in seculo non curat? Nolite ita sentire de deo,sed alto iudicio suo & de secreto pietatis & dimittit malos, vt probentur boni:& humiliat bonos, vt præsentia bona non sperent,sed æterna credãt. Quid fuit ille diues,qui byssо & purpura induebatur,splendideq; edebat,qui cunctos subditos habebat,adulatoribus delectabatur, cursoribus ornabatur, à clientibus constipabatur, deliciis fruebatur,quandoque finita est vita caduca,spes presentis vitæ migrauit,transiit. Et qui in seculo non se agnouit,de inferno gemens clamauit. Lazarus ille, cuius pes perstetit in rectitudine,qui contentus erat paupertate,qui non delectatus est deliciis, qui iacebat vlcerosus quidem corpore,sed mẽte integra,ęquè vltima die veniẽte illi, ex hac luce migrauit. Et quia tolerauit emendationem & probationem dei,meruit suscipi in sinum Abrahæ,in loco quieto,pacifico,tranquillo, Agnouit diues pauperem,superbus humilem, elatus tolerantem,& clamabat,dicẽs: Pater Abrahã,mitte Lazarũ,qui eontingat linguã meã ex digito suo gutta,quia crucior in hac flamma. Et quia prætermisit diues in hoc seculo misericordiam,& non posuit deum adiutorem suum,sed speрauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua: ideo non meruit guttam, quia non fecit misericordiam. Si enim dedisset, acciperet. In qua mensura mẽsus est,in eandem remetitum est ei. Ea fratres,nolite desidiosè audire verbum veritatis, non vos possideat vita falsitatis,mundus iste non vos obdulcet. Amarus ad tempus mundus iste,non manens,non vos seducat. Mundus transitorius nõ vos decipiat in æternum.

Redemptio nostra Christus.

Captiuus quis.

Ioan. 12.

Rom. 12.

Ioan. 8.

Aegyptus.

Luc. 16.

Abest per exemplum.

Psal. 51.

Matth. 7.

Psal. 31.

nū. Pes vester, id est, fides vestra non extollatur in prosperis, in aduersis non deiiciatur: sed clamate cum propheta, dicentes, Pes meus stetit in rectitudine, in ecclesiis benedicam te domine. Si videtis malos potentes à deo alienos in hac vita florere: nolite moueri à fide vestra, sed tolerate voluntatem dei, quia ista vita communis est bonis & malis. In area huius mundi non separatur palea à frumento, sed ille veniet cū ventilabro purgaturus aream suam, qui triticum congregabit in horreum, paleas autē tradet igni inextinguibili. Hic & bonis & malis dat bona: ibi autem solis bonis bona, & malis pœnam perpetuam. Nolite esse temporales, sed ad ęternitatem proficite: vt ibi in secula seculorum laudetis eum, quia de omnibus sanctis eius clamabat vates Christi, dicēs: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Amen.

Luc.3. *μετανοεῖτε.* *Psal.83.*

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN principio psalmi xxvi. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Homilia incerto interprete.

EX plenitudine verbi formamus verba in ore nostro vt trāseat aliquid ad aures vestras. Sic à nobis procedit doctrina, vt ad vos trāseat, & à nobis nō recedat. Sed hæc doctrina non est ex nobis, sed ex deo, qui ex nihilo fecit hominem atque mundum: qui illuminat conscientiā, amouet tenebras cordis, in mētem suggerit dictionem, vt veniatur ad correptionem vitæ, & ad conscientiam spiritualem. Propheta sanctissimus, in cuius animo & corde sedem fecerat deus, vociferabatur & clamabat dicens: *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quē timebo?* O magnum seruum, qui sciebat quo modo illuminabatur, vnde illuminabatur qualis erat qui illuminabat. Videbat lucem, non istā quæ ad vesperum tendit: sed illam lucem quam oculus non videt. Mentes ex hac luce illuminatæ, non ruunt in peccata, non offendunt in viciis. Dicebat enim dominus: Ambulate dum habetis lucem in vobis. De qua enim luce dicebat, nisi de ipso qui dixit: Ego lux veni in mundū, vt qui vident, non videāt, & cæci lumen recipiant. Iste ergo dominus illuminatio nostra, sol iusticię qui irradiauit ecclesiam suam catholicam vbiq; diffusam, & clamabat propheta in figura eius: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Illuminatus homo interior non claudicat, à via non recedit, totum tolerat. Qui de longinquo videt patriam, aduersitates sustinet, in temporalibus non contristatur, sed in deo confirmatur: deprimit cor, & sustinet, & in humilitate sua patientiam habet. Lumen istud verum est, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū, dat se metuentibus, infundit cui vult, vbi vult, reuelat se cui filius vult. Qui sedebat in tenebris & vmbra mortis, in tenebris malorum & vmbra peccatorum, orta luce horret sibi, & abiicit se, pœnitet, erubescit, & dicit: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Magna salus fratres mei. Ista salus infirmitatem non timet, lassitudinem non formidat, dolorem non videt. Sanitas ergo ista mentis est: quò febres non accedunt, quò tepor culturæ dei non appropinquat. Ista ergo salus possidetur à sanis, qui non obliuiscuntur sanitatem, sed dicunt: Saluator es medice bone & tolerando mētem phreneticam & insanam saluas animam: quia omnis qui medicum non agnoscit, phreneticus est. Nam quoties phreneticos videmus medicis contumeliam facere, resistere sanitati, nolle curari, deridere veram curam? Debemus ergo plenè atque perfectè non tantum lingua, sed etiam mēte clamare & dicere: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Si ipse illuminat, ipse saluat, quem timebo? Veniant caligines suggestionum dominus illuminatio mea. Venire possunt, proficere non possunt, cor nostrum impugnando, non tamen vincendo. Veniat cæcitas cupiditatū, Dominus illuminatio mea. Fortitudo ergo nostra ipse est, qui se dat nobis, & nosipsos damus illi. Currite ad medicum cùm potestis, ne cùm velitis, non possitis. Est tēpus currendi: nullus negligat infirmitatem suam: nullus desidia possessus non curat ad lumē, ne delectationibus seculi obligatus, obliuiscatur quod minatur deus, postponat quod promittit deus. Fugiamus imitationem malorum, appropinquemus operibus bonis, vt cū illo regnemus in regno cœlorum, Amen.

Ibidem.9. *Ibidem.r.*

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo xxix. Domine deus meus in æternum confitebor tibi: Homilia incerto interprete.

CElebritas confessionis perficitur ex iugi oratione, quia de præceptis regularibus conuenit semper orare. Oratio ergo cōtinua & instans prædicatio necesse est vt habeat mentis euigilantiam, vt agnoscat quis oret, quid oret, ad quem oret. Nā illud vas fictile thesauro dominico plenū, quod de bono thesauro cordis sui proferat bona, sicut modò cantauimus, vniti charitate dixit, *Domine deus meus in æternum confitebor tibi.* Quando dominū nominant serui, agnoscunt se debere esse subditos, non cōtumaces & superbos. Ergo dominus iste, qui nos emit precio, qui fudit sanguinem suum, vt nobis æternam vitā donaret, Dominus est, qui nobis impartitus est tantum munus gratiæ, tantam misericordiam inenarrabilem, tantam virtutem sine lassitudine. Iste ergo dominus bonorū seruorum, & Deus totius creaturæ, confessionem quærit à nobis, non vt ignarus, sed vt nos nobismetipsis manifestaret. Quid enim ei occultum est, cui patet omne secretum? Nullus dubitet de bono domino & clementi, qui confitentes suscipit, & nō punit vt terrenus iudex: qui nō torquet, aut eculeo imponit quasi ignarus, vt veritatem exprimat confessionis: sed ille dicit, Cōfitemini ei qui scit omnia antequàm fiant, cui nihil est occultum, qui est cordis inspector. Confiteamur illi quę in actis, quæ in factis, quæ in cogitationibus commisimus. Ideo nos cogit confiteri, nolens aliquē perire à sua misericordia, qua deus est: clementia, qua pius est: bonitate, qua creator est. Confiteamur illi multiplicem confessionem: tamen prima prætermitti confessio non debet. Assumentes vocem illam publicani, qui pectus suū tundebat, & se, sicut Pharisæus, non iactabat: qui humilis iustificari meruit, & Pharisæus qui quasi de meritis suis gloriari cœpit, dānatus descendit. Si bene viuimus, domino nihil præstamus, quia bonorum nostrorum non indiget. si malè viuimus, nobis contrarij sumus: deo nihil nocemus. Humiles ergo & deposita ceruice cōfiteamur illi, qui totū nouit. Dicamus ergo cum isto humili, qui reatum suum nō tacebat, & deposita ceruice peccatū suum semper agnoscebat, & iniusticiam suam nō operiebat. Quid ergo dicebat? Propicius esto mihi peccatori. Nunquid singula facinora sua deo enarrabat, quasi nescienti? Aut poterat in memoria tenere ex initio natiuitatis suæ quæ commiserat flagitiosus publicanus, reus omnium malorum? Sed collectè summatimq; clamauit & dixit, quia nihil boni in me habeo quod dicam de me, sed totum malum sentio in me: confitebor tibi deo bono, qui non punis confitentes, sed liberas ad te confugientes propicius esto mihi peccatori. Nullus desperet

λόγια. *Exēplo cōfirmat.* *Luc.18.* *Psal.15.* *Luc.18.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

γνώμη. desperet de malis suis, nullus præsumat de meritis suis. Præsumptores, & de operibus vestris quasi bonis erecti, timete, Pharisæum agnoscite: vt illius mores ad vestram salutem proficiant. Quare repudiatus descendit? quia non confiteri, sed iactare merita sua in templum ascēdit. Nam discutite eius verba, & videbitis quo modo erectus est ad apicem superbię, vbi dixit: Gratias tibi ago, quia nō sum sicut cæteri homines. Vnde nosti Pharisæe quia non es sicut cæteri homines? quasi totū mundum iam discusseris, quis, qualis est, aut quo modo habeat vitam quispiam: & cùm teipsum nescias, quo modo sententiā de omnibus hominibus cùm te iactas, dedisti, vt diceres, Quia non sum sicut cæteri homines? Si homo es, casibus plenus es. Si temporalis es, feris, feriris: vincis, & vinceris. Si homo es, pugnas cum sarcina carnis, cum voluptatibus ventris, cum auariciæ cupiditatibus. Si homo es, sensus tui impugnantur desideriis. Agnosce miser, quia caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē. Hæc enim inuicē sibi aduersantur, vt non ea quæ vis, facias. Quo modo ergo nō es sicut cæteri homines, cùm teipsum non videas quid sis? Iactas te, quia ieiunas bis in sabbato, qui à spiritu superbiæ non declinas. Quo modo ieiunas, publicano peccatori insultas, & teipsum sine peccato existimas? Quo modo ieiunas? si ieiunares ab obseruando peccata in mente, proficeret tibi. Et ieiuniū vnde te iactas, de ventre insultas publicano, nescies te futurum inde reprobum. Raptorem te non dixisti, iniustum te non dixisti: sed hoc totum insultando publicanum accusasti. Quid egisti, nisi vt cùm nos legimus hanc lectionē, nobis beneficium præstitisti? Agnoscite fratres, quæ sit in humilitate gratia, qualis in superbia proxima ruina. quod fecit caput fideli, hoc faciant omnes credentes in fide, vt iurè & legitimè dicamus: Domine deus meus, in æternū confitebor tibi: nō temporaliter, sed in ęternū. Qualis est cōfessio ęterna, nisi vox illa angelica: Hagios, hagios, hagios? Sine cessatione proficite, vt accipiatis non pro meritis gratiam, sed gratuitam coronam, Amen.

Sententiosa. ἀκρόφωνή.

Esa.6. ἅγιος.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN psalmo xxxiij. Quis est homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Homilia incerto interprete.

SErmo diuinus peragrans currensq; per campos singulos, velut luminaria ecclesiis contulit claritatem, qui discutiens corda vniuersorum credentium in Christo, clamabat bonis malisq;: *Quis est homo qui vult vitam?* Isto offerente tantū munus, tantam lætitiam exoptatam toti generi humano, quasi omnes vna voce exilistis ad interrogationem hominis dei dicentes: Ego. Sed qui vult viuere, audiat præceptū. Nec enim potest homo hîc accipere id quod promittitur, nisi impleuerit præceptum quod iubetur. Ergo cùm interrogaret iste ore prophetico cūcta corda, & conueniret omnes aures, & pulsaret omniū conscientias, dicens: Quis est homo qui vult vitam? Et respondentibus, non in lingua, sed in conscientia voluntateq; desiderij, Ego: subsecutus adiunxit: *Et cupit videre dies bonos?* Aequè talis interrogatio. Nam quid dixit, Quis est homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Vtrunque desiderabile promissum ostendit, sed audi sequentia: Si vis videre vitam, si vis inuenire dies bonos, *Cohibe linguam tuā à malo.* Eia fratres mei hîc modò respondere volo. Quanti modò dicunt, Nolo, qui dicebant Volo? Qui veterauerūt in detractionibus, qui mordent & comedunt humanas carnes detrahendo, non timentes ne ab inuicem consumantur, qui adulationibus linguam suam impendunt, qui bifaciem habēt mentem, præsentibus bene loqui, absentibus detrahere, quo modo modò dicunt, Volo, perseuerātes in malo? Nunquid si esset, quicunque ille est in officio, sine labore acquireret panē? Si militaret, & iudici nō obtemperaret, acquisitionem inueniret? Rusticus rura sua colens, sine labore posset colligere fructus? Et quicunque homo in seculo nascitur, à sententia primi hominis nō potest esse alienus, dicēte domino primo homini post lapsum: In labore & sudore vultus tui manducabis panem tuum. Ergo vos qui vultis vitam, & cupitis videre dies bonos, laborate vt corrigatis malos mores, vt possint vos sequi promissiones bonæ. Cohibe linguā tuā à malo, id est, à mendacio, à furto, à superbia, à detractione, ab adulatione, à fictione: & cùm hæc feceris, inuenisti vitā. Et si labia tua non fuerint locuta dolum, occurrūt tibi dies boni. Nam quo modo potest malo occurrere bonum, cum ipse bonus nō sit? Sed modò sunt hic aliqui stantes, qui inquirere à nobis non possunt, sed cogitant hoc in cordibus suis, dicentes: Ergo omnes boni bona inueniunt, & mali mala? ergo omnes boni vitā inueniunt, & dies bonos: & mali habentes vitam malam, habent dies malos? Et respondeo eis, ita est. Et illi mihi non inquisitoriè, sed contumelioſè dicunt, quo modo dixit Hieremias: Quare via impiorum prosperatur? Et nunc videmus homines malos abūdare filiis, familia, argento, auro, vestibus, prædiis, & diuersis rebus locupletatos. O homines inanes: & hoc est totum bonum? Quid hic est bonum? audi dominum dicentem ita: Etsi omnem mundum lucreris, animę verò tuæ detrimentum facias, quam dabis commutationem pro anima tua? Quale bonū est, quod male vtendo creat malum? Audi quid audiuit quidam diues: Stulte, hac nocte postulatur anima tua: quæ autem præparasti, cuius erunt? Quid dico de Apostolo, qui dixit: Nihil intulimus in hunc mūdum, verùm nec auferre aliquid possumus. Habentes victum & tegumentum, iis contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidūt in tentationem, & in laqueum & muscipulam diaboli. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidem appetentes naufragauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Modò si potestis diuites seculi, laudate quos videtis naufragari, & ad portum nō peruenire. Ecce iste diues mortuus in malis perseuerans, lecto eburneo portatus, ornatus luminibus, holosericis tectus: tota ciuitas exequias ei exhibens: perductus ad sepulchrum marmoreum. Ingreditur aliquis in tumulum defuncti, laudat diuitem, laudat potentiam, laudat ædificium: videt locum marmoratum, & non videt locum tormentorum. Vidisti quo modo à populis deductus est in malis perseuerās, & malis suis terminum vsque in diem vitæ suæ non ponens? Nunquid intellexisti futuram pœnā, quo modo angeli tartarei eum tulerunt, & incarcerauerūt vsque in diem iudicij? Audi diuitem purpuratum, comedentem splendidè, qui pauperem vidit, & eius misertus nō est, & sibi impertiuit. Stultus est, de viuis peruenit ad mortem: & Lazarus pauper, inops, egenus, pallidus, pannis obsitus, vlcerosus, vix pane corporis ventrem implens, sed tantùm pane cœlesti abundans satiabatur. Quandoque Lazarus etiam ex hac luce migrauit. simplex & humilis & beatus pauper migrauit ad cœlum, & diues purpura tectus mansit in inferno. Nonne melius erat pauperem cum bona vita peruenire ad sanctitatem angelorum, quàm diuitem obligatum peccatis ire in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dē-

Bifaciem, ὑποκρίσεως.

Gen.3.

Hier.12.

Matth.5.

Luc.12.

1.Tim.6.

Simile quid Aurelius Augustinus.

tium?

tum: Nam iste perversus dives, sibi & non alij locuples, quo modo erexit oculos in cœlum de loco tormentorum, & clamauit ad patrem Abraham, patrem fidelium, & bene viuentium, vt remitteret Lazarum, vt contingeret linguam eius, quia cruciabatur in flamma: & tamen non est auditus? Quia quando potuit & habuit, non audiuit. In qua mensura mensus est, in eadē remetitum est ei. Eia ille qui dicebas modo, quia hoc erat bonum, quemcunque hominem esse diuitem: modò dic, modò lauda, modo iudica, modo discerne, modo responde, Ecce transiit quod habebat, perrexit solus sine seruo, sine argento, sine numo, sine nitore seculi: ecce peruenit ad pœnā. Qualis illi fuit in seculo vita? quàm miserum temporalis vita creauit illi tormentum, & pœnam sine fine? Ergo cohibete linguam vestram à malo, & labia vestra ne loquantur dolum. Declinate à malo, & facite bonū: quærite pacē, & sequamini eam, & inuenietis vitā, & dies boni occurrent vobis. Diuitiæ istius seculi malis boniſq; cōmunes sunt. Dat ergo illas deus malis, vt non habeant quid de deo queri. Item nō illas dat bonis, vt æterna bona de deo sperent, & non propter aliquod temporale colant deum, sed gratis. Item non illas dat malis, vt paupertate humiliētur. Item dat illas bonis, vt dent formā malis, quo modo vtantur bonis. Ergo dat ista temporalia bonis & malis, sed se non dat nisi tantummodo bonis. Melius ergo eligendum est non habere hic communionem cum malis præsentium bonorum, quàm hic habere præsentiam bonorū, & peruenire ad perpetuum supplicium malorum. Facite ergo quod propheta prędixit, Cautio & conditio est posita, vt declinemus à malo, & faciamus bonum. Crescite in bonis, decrescite à malis: ascendite ad virtutes, descendite à peccatis. Proficite in castitate, separamini à luxuria. Quærite pacem omnium hominum, pacem cum corde & carne vestra, quæ concupiscit aduersus animam, quæ casu trahit ad lapsum. Cupiditatem vitate, quæ delectationibus inuiscat animam vegetātem. Iam facite terminum malis cogitationibus, date limitē, suffi ciat diei malicia sua. Noui surgite: nullus vetustus cum pannis peccatorum suorum incedat. Tu ergo qui carnalis es, & in temporalibus tantum speras, si videas nudum pānis obitum, quo modo horres, quo modo execraris, quo modo contemnis, ne in te impinguat ex vestimento suo. Pannos pauperum horres: & pannos peccatorum tuorum non horres? Displicete vobis, placete deo. Sustinet vos genitrix vestra, de celerrimis & bene currentibus in agone sancto gaudet tota ecclesia, de pigris verò & somnolentis cōtristatur. Sit ergo vobis bona societas, si vultis videre vitam. Agite dies læticię sanctè viuendo, confitemini domino piè sperando: & nō tantum vitam, sed & dies bonos inuenietis, & sine naufragio ad portum salutis peruenietis. Amen.

Matth.5.

Diuitiæ, bonum indifferens.

Ioan.19.

IN PSALMVM XXXVII. ALIVS PSALmus Dauid in commemorationem sabbati. Cuiusnam sabbati? Neque enim cuiuslibet. Vnde neque de sacrificiis legalis sabbati, sed de perpessionibus Christi psalmus loquitur. Illius itaque sabbati commemorationem habet præsens psalmus, de quo dicebat Ioānes Theologus. Iudæi ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato, erat enim magnus ille dies sabbati, rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.

DOmine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Sæpe à nobis dictum est, Christum sicut in affectionibus, ita etiam in Prophetia suscipere personam humanitatis, ex qua etiam nūc hæc loquitur, argui quidem naturam, sed nō *in furore*, corripi autem ipsam volens, sed non in ira. Quo modo autem argui? Propter salutem. Vult itidem etiam in pace corripi: quod quidem non poterat aliter euenire, nisi eam quæ in nobis erat, redargutionē & correptionem Christus suscepisset, qui ipse arguebat, & arguebatur, vt deus quidem, arguebat: vt homo autem, pro nobis arguebatur. Cum tunc ergo vtranque, & eius qui arguebat, & eius qui arguebatur, personam simul sustineret, hæc loquebatur per Esaiæ Prophetiam, *Si fuerint peccata tua vt coccinum, sicut niuem dealbabo. si fuerint autem vt purpurissum, tanquam lanam dealbabo.* Atque etiam correptionem similiter, de qua idem dicit Propheta. *Disciplina pacis nostræ super eū: liuore eius nos omnes sanati sumus. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.* Non temere ergo Christus hæc patrē precatur pro humano genere, sed quoniam quæ in eos intorta erant tela, hoc est, quæcunque mala propter Adam communem naturam inuaserant, in me infixa sunt, quoniam enim generis humani peccata suscepi, necessariò etiam pro eis castigor. Et ideo confirmasti super me manum tuam castigatoriam, de qua dicebat Iob. Est manus domini quæ me tetigit. *Nō est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ.* Ostendit se iram iustè deprecari, nō vt quæ sit æterna, sed vt quæ * medelā non habeat. Quòdnam enim inuenietur iræ Dei medicamentum? Tu autem considera quàm sit exactè & accurrtè vsus dictionibus. Non dixit enim, non est sanitas mihi, sed, non est sanitas in carne mea. Hæc scilicet ex persona humanitatis, & dicūtur affectiones quas pro nobis suscepit. Ne fortè autem iniustam iusti iudicis iram existimem, ostendit quia factum sit vt in hæc incideret, per ea quæ deinceps sequuntur, & id confirmat. *Non est pax ossibus meis, à facie peccatorum meorum.* Ossa rursus dicit suam humanitatem. Ipse autem id declarat, dicens discipulis post resurrectionem, quando susceptæ carnis voluit confirmare œconomiam, Palpate me, & videte, quòd spiritus carnē & ossa non habet, quemadmodum me videtis habere. A facie ergo peccatorū meorum, quæ pro nobis portauit, pacem nō habuit, sed conturbationem in suis ossibus, hoc est in humanitate. Ab omni enim perturbatione libera cōseruabatur *humanitas. Hoc ipsum autem discees etiam dicente vnigenito, Nunc anima mea conturbata est. Per animā enim significabat humanitatē, quibus subiungit causam conturbationis. Et quid dicens? Pater, serua me ab hac hora, sed propterea veni ad horam hanc. Hoc est, frustra carne angor & excrucior, quoniam vt Deus, sum morte superior, & propterea veni cū carne, & portaui peccata humani generis, vt omnes morte mea redimam.

Christus arguit & arguitur. Esa.1.

Esa.53.

**ἰάσεις medela.*

**Diuinitas. Ioan.12.*

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Hic apertè ostendit se propria peccata non habuisse, sed aliena cepisse, & ideo in capite dominicæ carnis fuisse accumulata, ita enim cōsueuerunt portari onera grauia, & ideo spinis quoque fuit caput coronatum. *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.* Et quónam modo putruerunt cicatrices carnis? Eius enim caro non nouit corruptionem. Quámnam autem insipientiam habuit, quę est vere sapientia? Sed insipientiam suam dicit Iudam, vt magister, sui discipuli lapsum sibi tribuēs. Huius proditione putrescebant vicij cicatrices. Quid enim fuit illo peccato fœtidius, in quo figmentum tradebat opificem ad mortem? Corruptæ sunt autem, quādo se suffocauit: tunc enim fuit planè desperatus, vt quæ emarcuere

2.Cor.5.

Iob.19.

Psal.15.

Caro & ossa Christi.

Luc.24.

Cellæio. cuere vulnera,à medicis desperantur. *Miser factus sum & A curuatus sum vsque in finem.* Afflictus est non solum in cruce,sed etiam antequam crucifigeretur, multa ferens vt

Metaphora. agricola,vt nostrum agrum purgaret. Incuruatus sum autem vsque ad finem, quando mortem pro nobis sustinuit. Qui est enim omni creatura altior,ad ipsam vsque terram incuruatus est, eum qui crediderat volens ex ea erigere. *Tota die cõtristatus ingrediebar.* Et quánam de causa triste esset mundi gaudium, docẽte ea quæ sequuntur. *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus,& non est sanitas in carne mea.* Illusiones vocat passiones quas in cruce sustinuit, quoniam irridentes hæc faciebant Iudæi. His,inquit, impletus sum, dum peccata hominum inter eos sanare studeo. Sed Iudæis nõ est sanitas in car

1.Cor.1. ne mea, hoc est, in affectionibus meæ carnis. Ad crucem enim offendunt, in qua vel sola est salus peccatoribus, & ideo meritò erat tristis. *Afflictus sum & humiliatus sum nimis.* Afflictus sum,sycophantiis & calumniis vexatus. Humiliatus sum, nihil respondens calumniatoribus. Vsque adeo autem sum humiliatus, vt irascente pontifice & petente, Si tu es Christus, non dixi sum,

Matth.26. sed tu dicis,ne meipsum quidem in hoc volens gloria afficere,etiamsi illi dubium responsum, à veritate coacti,perinde ac affirmationem acceperint *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Rugiebam dixit,vt ostenderet magnitu-

Rugitus Christi per collationem dinem gemitus, & quòd quemadmodum leo prædam desiderans,deinde tunc non inueniens,rugit,ita etiam ipse rugiebat, quando non veniebat præda Iudæorum salutis. Quod autem dicitur, confirmant quæ sequuntur. *Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.* Et quòdnam est Christi desiderium? Pascha pro nobis peragere. Et ideo dicebat Apostolis,

Luc.22. Desiderio desideraui hoc pascha comedere vobiscum, C priusquam patiar,Non solummodo Pascha,sed hoc,in quo cũ præteriisset figura,peracta erat veritas. Sed cur vobiscum? Quoniam Iudæi nolunt esse mysterij participes, propter quæ meritò ingemiscebat. Hunc autem eius gemitũ pater,vt qui omnia prænosset,sciebat. Vn-

Rom.9. de Paulus eum pro viribus imitans, dicebat, Tristicia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optarem enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis,qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israëlitæ. *Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea,& lumen oculorum & ipsum non est mecum.* Ac quo modo cor quidem eius conturbatum esset dum non salui fierent Iudæi,iam dictum est. Petrum autem vocat virtu-

Matth.16. tem propter confessionem fidei: Tu es enim Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam,& portæ inferi non prævalebunt aduersus eam, Is eum reliquit D inficiatus. Lux autẽ sunt omnes Apostoli, quibus dixit,

Matth.5. Vos estis lux mundi. Hi erant lux oculorum duorũ testamentorum, legis, & Euangelij. Hi enim nobis vetus & nouum in luce domini illuminant,qui quo tempore crucifixus fuit,non erant cum Christo,Iudęos enim timentes fugerunt. *Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt.* Amicos & propinquos reli-

Marc.14. ἤγγισαν καὶ ἔγγισα. quos dicit fortè Iudæos. Amicos quidem,nõ vt qui Iesum amarent,sed vt qui ab eo amarentur. Vt enim opifex suum opus diligit,& vt pastor amat oues quę perierunt ex Israël. Propinquos rursus eos vocat propter co

Simile. Luc.19. gnationem ex carne. His autem propinquiores,vel potius omnium proximi, fuerunt apostoli propter suam in ipsum fidem. Iudæi ergo quos quidẽ amicos & propinquos vocauit,qui non remoti, sed propinquitate ei coniuncti erant,propter summam impudentiam ei ten debant insidias, *Qui autem iuxta me erant,de longe steterunt,* Matth.25. id est,qui erant omnium proximi(Eos autem esse diximus sanctos eius discipulos)procul stabant tẽpore pas- Luc.23. sionis, non ei insidiantes, sed eos qui illi parabant insidias,vitantes. *Et vim faciebant, qui quærebant animam meam.*

Quare vim afferebant? Vt suam ei auferrent gloriam. Propter inuidiam enim parantes insidias,volebant vi- Matt.27. deri pro lege æmulari. Apertius autem sequens id docet versiculus. *Et qui quærebant mala mihi, locuti sunt vanitates,& dolos tota die meditabantur.* Quænam autẽ eæ essent, Luc.23. dicit Lucas. Cœperunt accusare eum,dicentes, Hũc inuenimus peruertentem gentem nostram, & prohibentem dare tributa Cæsari, cum tamen Iesus, quando ab Herodianis & Pharisæis interrogat⁹ fuit,diceret,Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Ego autem tanquam surdus non audiebam, & tanquam mutus nõ B *aperiens os suum.* Quod,inquit, mutis euenit, quorũ sunt Collatio à natura læsi sensus: hoc illi sua sponte eueniebat. Ma- muti & surdi. ledictis enim appetitus, non mouebatur ad iram. Hoc autem est surdorum proprium, non irasci si afficiantur contumeliis: quoniam quæ in eos torquentur maledicta non audiunt. Præterea autem dum in eum intẽderentur calumniæ, cum posset refellere calumniatores, os suum nõ aperuit. Hoc est mutorum,qui à natura loqui vetantur. Quod autem neque surdus erat nec mutus,sed eos imitabatur se humilians, ostẽdit Esaias, Tã- Esa.53. quam ouis ductus est ad occisionem,& tanquam agnus coram tondente ipsum obmutuit,ita os non aperuit in sua humilitate, quibus ea etiam conueniunt quæ nunc subiunxit Psalmographus ex persona seruatoris. *Et factus sum tanquã homo non audiens,& non habens in ore suo redargutiones.* Ergo audiebat quidẽ,sed prę se ferebat nõ audire, nec deerat loquendi facultas, qua posset cõuincere ac refellere,induerat autem personã eius qui est animi perplexus,& id nõ potest facere. Quænam sit autem horum causa,ostendit quod subiungitur. *Quoniam in te domine speraui.* Patri enim tanquam vero & incorrupto testi fidem habens(de quo ipse dicebat,Est qui testimo- Ioan.8. nium præbet de me,qui misit me pater, quẽ vos nescitis) falsos testes non curabat. *Tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei.* Quid dicit? Patrem exaudiisse orationem suam, vt nõ supergaudeat inimicus,aduersariæ scilicet potestates. Pro a- postolis autem orauit,Pater sancte,serua ipsos in nomi Ioan.17. ne meo,quos dedisti mihi,vt sint vnũ sicut nos. Et rursus, Nõ rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. Nisi enim hæc impleta esset oratio, ne Apostolorum quidem chorus esset seruatus, & gauisurus esset diabolus verus inimicus, & qui cum eo erant. *Et dum* D *commouentur pedes mei,super me magna locuti sunt.* Pedes Chri sti, discipuli. Ipse enim est eorum caput, & ideo non est dedignatus lauare eorum pedes. Quia ergo discipuli Ioan.13. propter crucem paululum cõmoti sunt, aduersus Chri stum magna Iudęi locuti sunt,vt qui esset omnibus spoliatus,& ne discipulos quidẽ apud se retinere potuisset.

Quoniam ego in flagella paratus sum. Ea enim de causa cum Mat.27. carne in mũdum venire sustinuit,quemadmodum ipse Zach.13. precans dicebat, Quid dicam? Pater serua me ab hora Ioan.12. hac,sed propterea veni ad horam hanc. *Et dolor meus in cõspectu meo semper.* Nostri scilicet commiseratio,propter quam habet perpetuò suæ passionis memoriam. Ex quo Hebr.2. enim passus est,inquit Paulus,ipse & tentatus, potest iis qui tentantur, opem ferre. *Quoniam iniquitatem meam ego annunciabo.* Atqui non habuit iniquitatem nostram tamen tanquam suam annunciat, & propterea orans dicebat,

ebat, Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Etsi enim confessio hic accipitur pro gratiarum actione, gratias tamen egit pro redemptione nostrorum peccatorum, quando Iudæos increpabat eum maledictis incessantes, vt peccatorum & publicanorum amicum. *Et cogitabo pro peccato meo.* Peccatū suum vocat peccatum nostri generis, vt qui humanæ conspersionis fuerit primitiæ, vtpote nouus Adam, volens in seipso veterem refringere, & ideo cogitat quonam modo possit eius peccatum expiari. Cogitantis enim erant verba quæ dixit in Euangelio, Ignem veni mittere in terrā, & quid volo nisi vt ardeat? Illud enim dixit, qui nostras spinas cōsumpsit. *Inimici autem mei viuunt, & confortati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.* Iudæos dicit, propter quos tristicia afficiebatur, vt qui scelerate viuerent. Iam verò quod etiam super ipsum confortati sunt, erant videlicet superbi & arrogantes. Cum enim ipse propter nos esset humiliatus, quemadmodum dicit Paulus: Humiliauit seipsum, obediens factus vsque ad mortē, mortem autem crucis, illi ignorātes causam humiliationis, arrogantia & superbia aduersus ipsum vtebantur. Vnde etiam qui eum iniquè odio habebant, in multitudinem prouecti sunt, videntes pōtificum crescere ac diffundi arrogantiam. Quinam autem iniuria eum odio habebant? *Qui retribuunt mala pro bonis.* Hoc est, cognati eorum qui visum recuperarūt, & claudorum quibus est rectus restitutus ingressus: ciues, propinqui, pro gratiarum actione eum calumniis incessebant. Et quānam de causa hoc facerent, significat quod sequitur, *Detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.* Ex mea, inquit, benignitate & bonitate accipiebant occasionem calūniæ: & iniquum vocabant & impium, quandoquidem sabbato eorū ægrotos curauit. *Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris à me.* Hæc non pro seipso dicit, sed pro Ecclesia, vel potius pro seipso. Ecclesia enim vnum esse cum ipso, sicut sponsa cum sponso, cognoscitur. Id autem sciemus ex iis quæ deinceps sequūtur. *Intende in adiutorium meum domine deus salutis meæ.* Auxilium suum vocat ecclesiam, ea etiam ratione saluam facere volens Adæ imaginem. Illi enim data erat vxor ad auxilium. Faciamus enim, inquit Deus, auxilium simile sibi. Et ideo Paulus quoq; dixit de Christo ea quæ de Adam & Eua dicta fuerant, nempe, Relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Deinde quid his subiunxit? Sacramentum hoc magnum est. ego autem dico, in Christo & in ecclesia. In hanc ergo vult patrem intendere & respicere, non quòd ipse esse imbecillis ad opem ferendā ecclesiæ, sed volens patri ostendere quantum interfit inter synagogam & gentium ecclesiam, & quo modo illi quidem, cum multi eum prædicassent, & ipse etiam eis Christus accessisset, non sunt seruati: gentes autē cum solam vocem Seruatoris audissent, protinus seruatæ sunt. Et ideo consequenter adiecit, Domine Deus salutis meæ. Suam salutem rursus vocans salutem gentium. Si enim peccata nostra sibi tribuit: quidni magis propriam salutem, nostram reputat?

INTERPRETATIO IN XXXVIII.

Psalmum In finem Idithum Canticum Dauidis.

NOnnulli scriptores hunc psalmum Idithum attribuerunt, & dixerunt eum hūc psalmum conscripsisse. Inscriptio autem docet contrarium, psalmum quidem esse Dauidis. Idithū autem, vt cui cantorum chorus esset creditus, datū esse psallendum. In finem autem nos transmittit, quoniam humanæ naturę vilitatem miserabiliter canit, & eius finem ostendit. Hunc autem psalmum dixit magnus Dauid, dum eum persequitur Absalon, & conuicia in eum iacit Semei. Habet autem magnam cōuenientiam cum præcedente. *Dixi custodiam vias meas, vt non peccem in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me: obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est.* Dum fugeret magnus Dauid parricidæ filij tyrannidem, Semei ei obuiam factus, cespites & lapides in eū proiecit, & conuiciatoriis eum verbis appetiit, virū iniquum & virum sanguinum appellans, sed solita Philosophia vtens diuinus Dauid, non solum eum non vltus est, sed etiam vnum ex ducibus conantem in eū iaculari prohibuit, dicens: sinite eum mihi maledicere, quoniam dominus iussit ei vt Dauid malediceret. Et cur sic feciſti? dicet ei quispiam, Vt videat dominus humilitatem meam, & reddat mihi dominus bonū pro maledictione hac die hodierno. Magnam habent conuenientiam cum hac historia verba huius psalmi. Magnam enim, inquit, adhibui diligentiam, sciens hāc particulam esse valde lubricam, & ad labendum procliuē, & hanc semper tanquam muro continens, & maximè quando mihi resistebat Semei, qui nulla fuerat affectus iniuria. Eum enim peccatorem tanquam iniustum nominabat. Tūc enim valde obmutui, & humiliatus sum, & silui. Sūt autem hæc similia iis quæ ab ipso dicta sunt in historia, Sinite eū maledicere. Dominus enim iussit ei Dauid maledicere, vt videat dominus humilitatem meam, & eripiat me hodie è manu inimicorum meorum. Hoc etiam hic dicit. Eram omnino similis surdo omnino non audienti, & humiliaui meipsum, expectās lucrum quod inde erat profecturū. Et dolor meus renouatus est. Cum ille me, inquit, maledictis inceſſeret, peccatum à me commissum reuocaui in memoriā, considerans quòd propter ipsum maledictis appetor, & punior, & regia expulsus, fuga cogor meæ saluti consulere. Quinetiam hęc quoque habent magnam cognationem cum historia. Illud enim, Iussit ei deus maledicere Dauid, habet peccati memoriam, quoniam propter ipsum adhibita est castigatio. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exæstuet ignis.* Hoc ita interpretatus est Symmachus. Concaluit cor meum intra me dum animo agiterem, incēdebar igne. Dum peccati, inquit, mei recordor, igne ægritudinis animi inflammabar. *Locutus sum in lingua mea, Notum fac mihi finem vitæ meæ, & numerum dierum meorum, vt sciam quid desit mihi.* Ei ergo qui maledictis impetebar, nihil respondi: Deum autem vniuersorum rogaui, vt mihi vitæ finem significaret: mortem valde desiderās. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te.* Hoc rursus ita interpretatus est Symmachus: Ecce tanquā palmos dedisti dies meos, & vita mea tāquam nihil ante te. Mortem autem desidero, sciens humanam naturam non esse longæuā. Nostra enim vita ne videtur quidem consistere, si cum tua conferatur. Tu enim es principij expers, & fine cares, nostra autem vita veluti quibusdam pugillis & palmis mensuratur. Per hæc autem declarauit vitæ humanæ breuitatem. Ita etiam dicit alibi. Quoniam mille anni in oculis tuis domine, sicut dies vnus qui præteriit, & custodia in nocte. Et alibi cum cœli & terræ meminisset, Ipsi, inquit, peribunt: tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & tanquam amictū circumages eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. *Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Quare, inquit, omnis hominum natura, & diuites

Ἐξαγορεύω.

2. Reg. 15. 16. 17. 18. 19

Attēde mā suetudinem exaudi æn.

Esa. 40.

Psal. 89.

Psal. 101.

Iac. 4.

Vita hæc, vapor.

diuites & pauperes sunt similes vapori qui dissoluitur: & frustra ædificant & plantãt, diuitias & facultates cõgregant. *Veruntamen in imagine pertranſit homo: ſed & frustra conturbatur. Thesaurizat, & nescit cui congregabit ea.* Homines, inquit, qui viuũt, nihil differunt ab iis qui sunt depicti in imagine. Et horum enim & illorum natura tempore similiter diffluit & interit: nihilo tamen secius cõturbantur contendentes, & concertantes, bellum gerẽtes, mercaturam exercentes, & vniuersa vita plena est tempestate, cum finem habeat mortẽ, & cum per sudorem diuitias congregent, futurum hæredem non nouerũt.

Luc.12.

Hoc autẽ scripsit beatus Dauid, morus ab iis quę ei vsuenerunt. Nam cum pręda & spoliis captis ex inimicis,

2.Reg.8.9. 10.

& tributo quod exigebatur ab alienigenis, maximum & clarissimum regnũ suum reddidisset, ignorabat impiam & iniquam mẽtem filij. Deinde cùm vidisset eum regia esse potitum, & quæ repositæ erant, sibi vsurpasse diuitias, vocem hãc emisit admirabilem, Sed & frustra conturbatur: thesauzirat, & nescit cui congregabit ea.

Et nunc quæ est expectatio meaꝰ nonne dominus? Et substãtia mea apud te est. Substãtiam meam Aquila dixit expectationem, pro eo quod est, Te expectans considero, expectans tuam beneuolẽtiam. Deinde aduersarum rerum causam ostendit. *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.* Et Semei rursus infert mentionem. *Opprobrium insipienti dedisti me.* Hoc quoque valde conuenit iis quæ in historia dicta sũt, Dominus iussit ei vt malediceret Dauid. & quæ subiũguntur, sunt iis similiter quæ dicuntur cõsequentia. *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.*

προσδοκία σου· ἀπὸ σοῦ. *à te est.*

Cùm tu enim, inquit, concessisses, ille me affecit contumeliis, & erat ille quidem similis flagello, tu autẽ per illud me castigasti. Et ideo tacitus suscepi flagella, illum quidem despiciens, te autem respiciens castigãtem. Admodũ autem appositè posuit quæ subiunguntur: *Amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci.* Non temerè, inquit, nec frustra vsus es castigationibus, sed lapsus redarguens, & medici ritu sequẽs, & saniem occultam educens. In medendo quidem crucias, sed iis qui secantur, sanitatem procuras. Verum frustra conturbatur omnis homo viuens. Hæc ergo apud me consideraus, video homines frustra turbari pro rebus momentaneis. *Exaudi oratiomem meam domine, & deprecationem meam. Auribus percipe lachrymas meas. Ne sileas, quoniã aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Remitte mihi vt refrigerer, prius quam abeam & amplius non ero.* Rogo te, inquit, domine, exaudi me eiulantem, & cum lachrymis orãtem. neque enim sum perpetuus terræ habitator, sed inquilinus, & cum similiter ac patres mei paruum tẽpus vixero, mortem suscipiam. Concede ergo mihi parũ dilationis, vt paucos vtique dies absque tristicia peragã, priusquàm ex hac vita excedam. Hoc enim dixit illud, Et amplius non ero: id est, Ad hanc vitam interitui obnoxiam non reuertar. Est autem iure admirandus magnus Dauid, qui in regno opibus & potẽtia, seipsum appellat inquilinum & viatorem, vt qui prosperitati rerumq; successui non fideret. Re vera enim sunt hęc verba plena sapiẽtiæ, quæ cognoscit rerum naturam, & ideo præsentem prosperitatem despicit.

Correctio dei, medicina animæ.

Heb.13.

IN EVNDEM PSALMVM ALITER.

IN finem Idithum psalmus Dauid. Et quo modo potest psalmus esse duarum personarum? nempe Dauid & Idithum? Nũquid ideo vtique, quod Dauid quidẽ ipsum composuit vt propheta, Idithum autem eum cecinit vt cantor psalmorum? Dauid enim dei cultui valde deditus, non solùm cecinit, sed etiam cantorum cœtus in Sion collocauit, vt canerent si vllos ex suis psalmis eis canendos traderet. Ipse autem plures cecinit. Inscriptus est autem psalmus in finem, quoniã vulgus hominum de fine est solicitum: idq; ad nostram vtilitatem, vt cùm didicerimus vitæ nostræ breuitatem, non moderatè geramus.

Psal.25.

Dixi custodiam vias meas, vt non delinquã in lingua mea. Hoc cuilibet prophetæ docenti conuenit, suas nempe vias custodire, suarum scilicet actionũ cursus & ingressus, ne declinent ad improbitatem: nec lingua peccet, dum ea facit quæ verbis suis repugnant. Lingua enim verè peccat, qui verbis quidem vicia reprehendit, ea autem factis commẽdat, dum ipsa admittit, & suam ipsius doctrinam vitæ propriæ institutione ementitur. *Posui ori meo custodiam.* Non est omne silentium pulchrum, sed id solũ quod à mala abdueit oratione: quod iussit à deo precibus postulãt, quemadmodum ipse quoque Dauid dicens, Pone domine custodiam ori meo, & portã attentionis circa labra mea. Ostendens autem se orasse silentium à dictis nefariis, statim subiunxit: Ne inclines cor meum in verba nequitiæ. Quod autem nunc dicit, non est eiusmodi: vnde nec deus ipsum posuit, sed ipse sibiipsi. Et quãdo? *Cùm consisteret peccator aduersum me,* hoc est diabolus. Is magna contra nos coacta multitudine, diuinæ legis suggerit silentium. Nequit enim operari quando nos illam loquimur. Quòd autem malũ & vituperandum dicit silentium, dicunt apertè quæ sequũtur, *Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est.* Vides quòd primum per inobedientiã obmutuit: & cùm obmutuisset, humiliatus est. Nihil enim vsqueadeo hominem deprimit & deiicit, vt sensuũ stupor & inobedientia. Post hoc autem, vel etiam propter hoc, siluit ex bono, videlicet cessans à meditatione legis boni magistri. Vnde iure renouatus est dolor peccati. Fit enim graui⁹ vulnus quod nobis ex peccato accidit, quando à meditatione legis nos ipsos abduximus, & tãquam nullo à diuino præcepto imposito medicamento depascit putrefactio. Et ideo non mansit in silẽtio, sed cum ad se rediisset, id repulit, vt quod afferret animæ interitum. Hoc itaque significans, subiunxit,

Psal.38. ἐκαυθη. *renouatus est.* *Iuuen. sardi.* *4.Reg.5.*

Cõcaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.

Quemadmodum silentio obsurduit, & propemodum mortuus, nulloq; sensu præditus extitit: ita diuinorum verborũ meditatione concaluit, & ignis exarsit in ipso, nempe diuini spiritus suppeditatio. Pulchrè autẽ significauit meditationem non esse tantum linguę, quãtum cordis. ita enim deus quoque significauit per Hieremiã prophetam, Dãs leges meas in cordibus ipsorum, & in mente ipsorum inscribam eas. *Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi domine finem meum, numerum dierum meorum quis est: vt sciam, quid desit mihi.* Simul ac legem meditatus est, cœpit calefieri, & statim ad sapientię studium inclinatus est. Finem enim, & numerum dierum, hoc est, temporis longitudinem, orat sibi significari, non ut peteret eis aliquid adiici, sed vt sciret quid sibi desit. Sed quãobrem? Vt interea suæ saluti caueret & prospiceret: & si peccata quidem fecisset, properaret ad pœnitentiã. sin autem iusticiam, vt eam retineret & cõfirmaret: vt qui peregrè esset profecturus, & coram iusto iudice sistendus. Verùm enimuero cum seipsum, vt qui talia interrogaret, reprehendisset, vide quid dicit: *Ecce numerabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te.* Cur, inquit de numero dierum sum solicitus? Quot enim fuerint, palmis conferuntur. Palmum autem dicit palmæ extensionẽ, cuius est minima mensura, maximè

Jerem.31.

Numerabiles *palmus.*

ximè si cõferatur cum maximis dei elementis. Humanã autem substantiã magis volens vilipendere, dixit nostram substantiã nihil esse coram deo, non ꝙ eam despicetur opifex: sed quòd quemadmodũ gutta aquæ nihil fuerit, si cum mari comparetur: ita homo si cũ dei substantia cõferatur, iure nihil esse inuenitur. Quod est enim huic simile, exposuit Esaias propheta, dicens: Omnes gentes tanquam gutta à situla, & tanquã momentũ trutinæ reputatæ sunt, & tanquam saliua reputabuntur: Libanus autẽ non est sufficiens ad visionem, & omnes quadrupedes non sunt sufficientes ad holocaustum, & omnes gẽtes ad nihil sunt, & pro nihilo reputatæ sunt. Ita etiam intelligamus id quod deinceps dictum est, *Esa.40.*

Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Nõ solùm autem hominẽ, sed etiam vniuersa, dixit esse vanitatẽ, quemadmodũ etiam exposuit Solomon, Vanitas enim vanitatum, & omnia vanitas, Ecclesiastæ inscriptum est proœmium. Non ꝙ dei creatura vana sit, sed quòd nos qui versamur in vanitate, in rebus inutilibus & incommodis vitam agimus. Diapsalma subiunxit propheta, ideo fortasse ꝙ sermonem cõuerterit. Postquam enim nostram naturam cessauit despicere, ostendit causam propter quam deus eam honoratã effecit: nos autẽ vituperat, quoniã re preciosa secus quàm oporteret, vtimur. Ita enim dicit, *Veruntamen in imagine pertransit homo.* *Diapsalma.*

Habet, inquit, figmentũ in se aliquid, quod facit vt ei videatur preciosum. Quid hoc est? Dei imaginẽ in qua ingreditur, cum qua in præsenti vita incedit vniuersæ creaturæ venerabilis. *Sed frustra conturbatur, thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.* Illud sed, posuit vt ostenderet ꝙ ne dei quidẽ imaginem, quę nos ad altiorem vitam vocat, consideramus: frustra autem in rebus terrenis conturbamur, & thesaurizamus, nescientes cui nam ea congregemus. Si delicias enim thesaurizamus, eas corruptioni & fimo colligimus. Si diuitias, eas sæpe inimicas accipimus. Si arrogantiam & fastum, nobis detrimentum, diabolo autem lucrũ: & quod verius est, nescimus nos hæc gehennæ colligere. *Et nũc quæ est expectatio mea? Nónne Dominus? Et substantia mea apud te est.* Quoniam omnis nostra expectatio, & substantia in deo est, ea à deo quoque est. Neq; enim diuitiæ, aut potentia facit vt inimicorum inuisibilium insidias sustineamus, immò nec visibiliũ: siquidem sæpe propter hæc nobis tendunt insidias. Sed neque deliciæ, nec vllum corporis studium, nobis ad substantiã, hoc est ad vitam acquirendã, sufficit, nisi ex dei dextera: & quę de inimicis paratur victoria, & ipsa etiã vita nostra hinc proficiscitur. *Ab omnibus iniquitatibus meis eruc me. Opprobrium insipienti dedisti me.* *Apud te* *πρὸς σὲ* *Est.*

Mirum est ꝙ hîc dicitur. Non enim opprobriũ insipienti mihi dedisti: sed, Dedisti me, inquit. Insipiẽtis ergo opprobriũ, intellexit peccatorum remissionem, quę nobis ad exprobrationem aduersus diabolũ, vt inimicum & aduersarium, & malis nostris gaudentem, data est. Vnde nec solummodo dixit, ab iniquitatib⁹: sed, ab omnibus. Tũc enim Satanã licet verè irridere, & probris appetere, quando integrè ac perfectè purgari possumus. *Obmutui, & non aperui os meũ, quoniam tu fecisti.* Surditatem hanc & silentium in bonam partem accipit, quando scilicet sustinemus dum castigamur, & nequaquam aperimus os nostrum ad eiulandũ, sentiẽtes nos à deo castigari ad nostrã vtilitatem. Hoc etiã fecit Iob, hæc etiam ab amicis loqui coactus, & deo dixit, Apponam manũ ori meo. semel locutus sum, in secundo autem non adiciam. Cur autem semel tantũ locutus est? Quoniã amicis, qui eius calũniabantur iusticiam, & accusabant eum, cogebatur respondere. *Iob.39.*

Amoue à me plagas tuas. A fortitudine enim manus tuæ ego defeci. Nõ possum amplius, inquit, ferre flagella, vt qui flagelleꝛ à manu adeò forti, vt nulla vis in nobis relinquatur. Vult ergo amoueri flagella, non vt contradicens ei qui illum flagris cædit, sed vt iam purgatus. Ostẽdit autem id quod sequitur, *In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.* Fortasse quidem dicit propter iniquitatem: & fortasse etiam vltra iniquitatem. Hoc est, Castigationẽ intulit supra modum peccatorum. Nam hoc quoque facit Deus, vt tentationum pars quidem sit ad nostra expianda peccata, pars autem cedat in occasionem coronarum & præmiorũ. *Et tabescere fecisti sicut araneam animã & supereius.* Valde quidem per seipsam tenuis est aranęæ tela, & nihil in ea facilè potest latere, neque occultari, propter nimiam eius perspicuitatem. Quòd si quid sit etiam valde subtile, dum aranęæ tela liquescit, hoc est, in partes tenues diuiditur, nullo modo occultabitur: ita deus nostras liquefacit animas, vt ne tenuissima quidem in nobis lateat cogitatio, quando vult nos omni ex parte purgare & abstergere. *Veruntamen vanè conturbatur omnis homo.* Rursus nos nostrę in vita vanitatis admonet. Cũ enim omnes dixit, hominem tamen iustum non comprehendit, quoniam is supra hominem vitam agit. Sed dicit sapientes, potẽtes, diuites, eorum enim studia sunt vanitas. Quod si dicas etiam iustum comprehendi, is quoq; vanè facit nisi deus eum dirigat, & iusti iusticiam cõfirmet. Non possumus enim per nos ipsos rectè agere. Vnde etiam dicebat Paulus: Non volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei. *Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam auribus percipe, & lachrymas meas.* Quid est deprecatio? Oratio quæ fit ad deum cum supplicatione, trahens deum ad cõmiserationem: vt quando dicit, Miserere mei domine quoniã tribulor, & Miserere mei, quoniã cõculcauit me homo, Et rursus. Miserere animæ meæ, quoniã peccaui tibi. Vnde deprecationi lachrymas quoq; adiecit. Cum lachrymis enim eiusmodi voces solemus emittere. Orationẽ ergo, vtpote simpliciorem, petiit exaudiri: deprecationem autem, quã affert, & lachrymas, auribus percipi, ipsas videlicet dei aures peruadere, vt eius in nos misericordiam hæc verba transeũtia attingãt. *Ne sileas, quoniã aduena ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei.* Dicit causam cur homo dignus sit dei misericordia & clementia. Cur est autẽ homo aduena? Quoniã quando deus iuserit, migrat ab hoc seculo in futurũ, veluti à domo in domum. Idem est etiã peregrinus. In corpore enim versantes, vt ait Paulus, peregrinamur à domino. Vnde etiam sancti desiderant hinc abire, vt possint vnà cum deo versari. Quos quidẽ suos patres appellauit propheta, nõ solùm propter carnem, sed etiam propter cognatas virtutes. *Plagas, μαστίγας, flagella.* *Propter, græcè est ὑπὲρ, quæ significat & propter eius.* *Thabescere fecisti, ἐξέτηξας, liquefecisti.* *Hier.17.* *Heb.4.* *Instus supra hominũ vitam agit.* *2.Cor.3.* *Rom.9.* *Deprecatio quid.* *Psal.60.* *Psal.55.* *Psal.40.* *Aduena, πάροικος, inquilinus.* *παρεπίδημος.* *2.Cor.5.*

Remitte mihi vt refrigerer priusquam abeam: & amplius non ero. Vult remissionẽ, id est, peccatorum condonationẽ, in qua beata res est refrigerari. Refrigerari autẽ priusquã abeã, hoc est, priusquã hinc ꝓficiscar. Si enim hinc recesserimus nõ accepta per pœnitẽtiã refrigeratione nõ poterimus eã amplius accipere. Quare: Quoniã non sumus amplius. Non ꝙ eò deueniamus vt nõ simus, & ab essentia excidamus, vt nõnulli existimant: sed amplius non ero, hoc est, non possum mutari. Qui est enim hic in peccato, quãdo per cõuersionẽ fuerit immutatus, nõ est in ipso, vt qui per pœnitentiã fuerit fact⁹ alius. Hoc autẽ facere non possumus postquã hinc excessimus. *Refrigeratio pœnitentiæ.* *Eccl.11.*

INTERPRETATIO IN XXXIX. PSALmum. In finem Dauid psalmus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOnnulli attribuunt hũc psalmum beato Hieremiæ, aliqui verò beato Danieli, quoniã & hic & ille proiecti sunt in lacũ. Meminit autẽ lacus psalmi proœmium. Vnum autem dictũ attendentes, venerũt in illam sententiam. Aliqui verò dicunt hũc psalmum conuenire captiuis qui habitauerunt in Hierusalẽ. Ego verò hũc psalmum scriptum esse existimo typicè quidẽ propter ea quæ Dauid euenerunt: referri autẽ etiam ad naturam omnium hominũ, quæ à deo & seruatore nostro susceptus spẽ resurrectionis. In hanc autem nos ducit sententiam beatus Paulus, qui in epistola ad Hebræos aliquot eorũ quæ hic dicuntur meminit. *Expectans expectaui dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis.* Cõueniunt hæc quoque verba beato Dauid. Habent enim conuenientiam cum præcedente psalmo. In illo enim dixit: Exaudi orationem meã, & deprecationem meam auribus percipe, & lachrymas meas. Ne sileas. Remitte mihi priusquã abeam, & amplius nõ ero. Et superiùs etiam dixit, Et nunc quę est expectatio mea? Nõnne Dominus? Et substãtia mea apud te est. Hic autem tanquã susceptа oratione, id est data petitione, Expectans, inquit, expectaui dominum, & intendit mihi. Auersato enim peccatum, benignũ mihi vultum ostendit, & exaudiuit preces meas. Et quid fecit cũ exaudiit? Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis. Ita autem cõsueuit scriptura maxima vocare pericula: sicut etiam iam ante diximus. Postquam autem liberauit à periculis, quid tibi largitus est? *Et statuit supra petram pedes meos.*

Non enim siuit me moueri, & circunferri: sed fecit vt esset mihi statio stabilis. *Et direxit gressus meos.* Fecit vt absque vllo impedimento currerem ad viam veritatis.

Carmen. Ὕμνον. *Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro.* Non amplius enim flebiliter supplico, sed hymnũ cano propter beneficia. Hæc quidem, vt dixi, typicè conueniunt non solùm Dauid affectionibus, & quæ in ipsum collata sunt beneficiis: sed etiam naturæ hominum insigniter conueniunt, quæ in ipsum peccati profundum deiecta est, & ad mortem transmissa, & per seruatoris nostri humanæ naturæ susceptionẽ educta est: quæ accepta spe resurrectionis, dicit: Expectans expectaui dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis. *Lacus miseriæ.* Lacus enim miseriæ mors iure dicta est, vt quæ sit plena interitu. *Lutum fœcis.* Lutum fœcis autem est peccatum, vt quod plurimum retri odoris emittat, & rectum hominum cursum inhibeat. *Matth.16.* Et statuit supra petram pedes meos. Super hanc enim petram, inquit, ædificabo ecclesiam meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eam. Et direxit gressus meos. Cum enim ab errore liberasset, diuinam viã veritatis ostendit. Et immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro. Pro impio enim cultu idolorum, eum qui deus est laudare didici, & ei offerre cãticum non vetus, sed nouũ, & recentibus beneficiis conueniens. *Videbunt multi, & timebunt & sperabunt in domino.*

Quoniam hæc dicit ex persona eorum qui salutem acceperũt, meritò dixit propheta quòd qui bona nondum gustarunt, fiduciam habentes videbunt, & timebunt, vt qui nondum accesserint: & spem tenentes, suã salutem consequentur. *Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius, & non respexit ad vanitates & in insanias falsas.* Harum vanitatũ propheta in priore quoque psalmo meminit, Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Et rursus, Veruntamen vanè conturbatur. Igitur hic quoque beatos ducit eos qui præsentia contempserunt, spem autem diuinam pro omnibus possederunt.

Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Numerum, inquit, & omnem narrationem superant miracula quæ à tua potentia facta sunt. Non est enim qui possit tibi facere similia. Sũt enim pulcherrima & maxima tua opera. Vincunt autem laudes humanas ea quæ administrantur à tua prouidentia, quæ in Aegypto, quæ in deserto, quæ duce Moyse, duce Iesu, duce Samuële facta sunt, & quæ sunt his antiquiora, quæ in Abraham, quæ in Iacob, quæ in Ioseph seruitute gesta sunt, & cætera, ne singula persequar. Sed quod nunc factum est, est his omnibus admirabilius. Non enim vnius tantum hominis vel gẽtis, sed vniuersarum gentium procuras salutem, & legali cultui fine imposito, qui imbecillitati Iudæorum cõtinebat, nouam dedisti gratiam, quæ cultum rationalẽ constituit. *Sacrificium enim*, inquit, *& oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi. Holocaustum, & sacrificium pro peccato nõ postulasti. Tunc dixi: Ecce venio.* His conuenit Apostolica admonitio: Obsecro itaque vos fratres per misericordiã dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabilem cultum vestrum. Pro victimis enim legalibus iussit dominus nostra mẽbra consecrare. Cum hanc itaque tuam vidissem gratiam, tibi meipsum obtuli, dicens, Ecce venio. Hanc autem vocem beatus Paulus accipit in Christo domino, & meritò, est enim nostræ naturæ primitiæ, & ei primo nostra dicere conuenit, & eum in se ipso præfigurare ea quæ oportet à nobis fieri. Ita primũ accessit ad baptismum, baptismi gratiam nobis ostendens. Ita lauit pedes discipulorum, nobis proponens exemplar humilitatis. Propterea dixit Ioanni, Sine modo: ita enim cõuenit nobis omnem implere iusticiam. Et ergo conuenit nostra quoque dicere, quo modo caput corporis: vt qui sit multorum fratrum primogenitus secũdum carnem. *In capite libri scriptum est de me.* Hæc multis antè seculis in propheticis libris de me prædicta sunt. Caput, volumen dixerunt Aquila & Symmachus. Ita etiam diuinas scripturas in hodiernum vsque diem solent Iudæi componere. *Vt facerem voluntatem tuam: deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Ad te, inquit, accedens, adhibeo omnem diligentiam, vt tua præcepta impleam, & ex tua voluntate meam vitam instituam. Illud autem, In medio ventris mei, dixit ex metaphora eorum qui bene sunt in aliquẽ affecti, & eum quem desiderant, cupiunt vel in intima immittere. Hæc autem nec Hieremiæ nec Danieli nec beato Dauidi conueniunt. Cùm enim lex adhuc vigeret, holocausta & sacrificia deo offerebãtur: prophetica autem oratio his omnibus eiectis suscepit rationale sacrificium. Qua de causa dixi hunc psalmum typicè quidem cõuenire Dauidi, quoniam ille quoque futura præuidit, & cupiebat vitam agere illis conuenienter: verè autem gentibus, quæ sunt salutem consecutæ, & ab errore liberatæ.

Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia magna. Ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti. Iusticiam tuam non abscondi in medio corde meo. Veritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam & veritatem tuam à concilio multo. Beatus Dauid pollicetur se magnæ ecclesiæ in vniuerso orbe terrarum à diuina gratia collectæ, dei iusticiam prædicaturum, & prophetiæ veritatem, & maximè expetendã salutem, & immensam misericordiam. Ipsa quoque futura natura pollicetur se pro salute redditurã hanc retributionẽ, nempe vt conueniat in ecclesiam, & ad dicendos

Heb.10. *In exo.* *In Ios.* *1.Reg.1.* *In Gene.* *Rom.5.* *1.Cor.11.* *1.Tim.2.* *Galat.4.* *Heb.5.10.* *Rom.12.* *Λογικὴν λατρείαν* *cultum.* *Heb.10.* *Matth.3.* *Marc.1.* *Luc.3.* *Ioan.13.* *Matth.3.* *Rom.8.* *Caput volumen.* *Cordis, καρδίας.*

dos hymnos labra mouerat,& iustũ dei iudicium annũciet,& ineffabilẽ enarret prouidentiam,& prophetica-
rum promissionum ostendat veritatem. Illud autem, A
concilio multo: vt Symmachus, in multitudine. Aquila
autem & Theodotion, In magna ecclesia, posuerunt, vt
clarum sit eum de eadem dixisse ecclesia. *Tu autẽ domine*
ne longè facias miserationes tuas à me. Misericordia & veritas tua
semper susceperunt me. Salutem etiam cõsecuta dei ecclesia,
eadem rursus cura & prouidentia indiget, propter ho-
minum ac dęmonum & omnis generis insultus, quorũ
in iis quę cõsequuntur meminit. *Quoniã comprehenderunt*
me mala, quorum non est numerus. Comprehenderunt me iniquitates
meæ, & nõ potui vt viderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis
mei: & cor meum dereliquit me. Nemo autẽ existimet ea quę
dicta sunt, non cõuenire iis quæ interpretamur. Tres e-
nim pueri cum ad summã virtutem peruenissent, & se
corona victoriæ redimissent, orantes dicebant in for-
nace, Peccauimus, iniustè egimus, iniquitatem fecimus,
& recessimus à mandatis tuis, & non custodiuimus iu-
stificationes tuas. Ita admirabilis Daniel. Ita diuinus
Hieremias. Ita diuinus Esaias. Ita sapientissimus Paulus.
Christus enim Iesus, inquit, venit in mundũ, vt pecca-
tores saluos faceret, quorũ primus ego sum. Ita etiã hic
quoq; dei ecclesia vehemẽtibus impiorũ fluctibus agi-
tata, non se iactat & magnificè circunspicit, vt quæ de-
certer, sed quæ fiunt, peccatis & delictis suis attribuit, &
rogat vt dei auxiliũ assequatur: alioqui nec ex perfectis
quidem vniuersa cõstat dei ecclesia, sed habet eos etiã
qui ocio & socordiæ se dedũt, mollemq; & dissolutam
vitam amplectũtur & lubenter seruiunt voluptatibus:
& quoniã est vnum corpus, tanquam ex vna persona &
hæc & illa pronunciat. *Cõplaceat tibi domine vt eruas me: do-*
mine ad adiuuandũ me respice. Confundantur & reuereantur simul,
qui quærunt animã meam vt auferant eam. Non volunt enim
vulnerare, sed ęternę morti tradere. *Auertãtur retrorsum,*
& reuereantur qui volunt mihi mala. Conuerte eos, inquit, in
fugam, & fac ne ea consequantur quæ cupiunt, mihi e-
nim mala struunt. *Ferant confestim confusionem suam, qui di-*
cunt mihi, euge, euge. Et iis qui me irrident & ludificantur,
sit fructus ignominia. *Exultent & lętẽtur super te omnes quæ-*
rentes te, & dicant semper, Magnificetur dominus, qui diligunt salu-
tare tuum. Eos autem qui te quærunt, inquit, & laudant,
& perpetuò diligũt, imple perpetua lętitia: & fac vt qui
tuæ dilectionis non admittunt mutationem, non accí-
piant mutationem tuæ iucũditatis. Neque enim iis qui
amãt solummodo, petiit lætitiam, sed iis qui semper &
perpetuò in primis expetendum habent amorem. *Ego*
autem mendicus sum & pauper: dominus solicitus est mei. Adiutor D
meus & protector meus es tu, ne tardaueris. Quemadmodum
peccatorũ superiùs meminit, ita etiam eam vocat men
dicam, vt quæ auxilio opus habeat, & diuina ope egeat:
petit autem vt eam quamprimum assequatur. Hæc au-
tem beato Dauid vel maximè conueniunt. Existimo e-
nim eum illam cõtemplatum prædictionem, & largam
gratiæ suppeditationem, seipsum mendicum & paupe-
rem appellasse, & vt ipse quoq; diuina frueretur prouí-
dentia, precibus contendisse, obsecrans ne prædictam
salutem in longum tempus differret, sed ea hominibus
quamprimum præberetur.

IN EVNDEM PSAL. ALITER.

IN finem psalmus Dauid. Nec hũc quidẽ psal-
mum ad ludæos pertinere ostendũt ipsa ver-
ba Prophetiæ. Sacrificia enim, & holocausta,
& oblationes, & alia abrogat legalia. Ideo autẽ fortasse
psalmũ spiritus in finem Dauid inscripsit, vt eũ, qui Da-

uid in finem visus est, Christũ omnino significaret, vel A
populũ, qui in finem ad ipsum Dauid, nempe Christum
accessit. Cum enim in seculorum cõsummationem ve-
nissset, gentes seruauit. Attẽdenda est autẽ diuisio Pro-
phetiæ, qp hic quidem Christus aliqua ex propria perso-
na, aliqua verò ex persona gentiũ, psalmo ita diuiso, lo-
quitur, *Expectans expectaui dominum, & intendit mihi, & exau-*
diuit preces meas. Expectans expectaui, dicit corpus eccle
siæ, vt ostenderet longitudinem expectationis qua deũ
expectauit. Quęnam autẽ expectauit? Non legẽ, non
Prophetã (nullus enim illorum gentes seruauit) sed do
minum, Christum scilicet incarnatũ, qui nos priùs attẽ-
dit, & tunc preces exaudiit, cõsiderans quòd puro cor-
de ad eum accessimus, non sicut populus ludæorũ solis
eum labris honorans. Vnde etiam admirans Cẽturio- *Matth.15.*
nem, dicebat, Amen dico vobis, Non inueni tantam fi- *Marc.7.*
dẽ in Israël. *Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis.* Lacũ *Matth.8.*
miserię vocat cultum idolorũ, nẽpe quòd miserè degãt *Lacus miſe*
qui ex eo hauriũt. Nihil enim hauriunt quod sit ad vitã *riæ idolo-*
accommodatum. Quod Hieremias ludæis exprobrãs, *latria.*
dicebat, Foderunt sibi lacus contritos, qui non poterũt *Hier.2.*
aquam continere. Lutum fæcis, voluptates, quoniã sunt *Lutum fæ-*
interitus & putrefactio corporis. Ex vtroq; autem Chri *cis, volup-*
stus gẽtes seruauit per fidem in ipsum, & prædicationẽ. *tatem.*
Et statuit supra petrã pedes meos, & direxit gressus meos. Priùs *Ephes.2.*
quidem statuit pedes nostros super petram, hoc est su-
pra fidem. Fides enim in Christũ, petra quæ frangi non *Fides in*
potest, iure dicitur. Et ideo cum Petrus eam exposuis- *Christum*
set, & dixisset, Tu es Christus filius dei viui: ipse subiun *petra.*
xit, Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo eccle- C *Matth.16.*
siam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus
eam. Primùm ergo pedes nostros in ea confirmauit, &
tũc gressus nostros, nostras scilicet actiones, direxit per
præcepta Euangelica, docens nos quo modo possumus *Matth.5.*
in vita ingredi, & in non adulterando nos rectè gere-
re, quòd nec omnino quidem concupiscamus, & in
non occidendo, quòd nec omnino irascamur, & non
peccare in iureiurando, quando omnino iurare caue-
rimus. *Et immisit in os meum canticũ nouum, carmen deo nostro.*

Quòdnã hoc sit, tradit nobis Lucas scriptor euange-
liorum. Et repente fuit cum Angelo multitudo cœle- *Luc.2.*
stis exercitus Deum laudantium, & dicentium, Gloria
in excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bona volun
tas. Hoc canticum verè est nouum. Iudæi enim illud
non canunt, sed hymnum sola accepit ecclesia: vnde id
etiam habet in ore quotidie. *Videbunt multi, & timebunt,*
& sperabunt in domino. Fortasse quidem significauit Pro-
pheta id quoque quod tunc accidit. Cum enim pasto-
res multa lux tunc circunfulsisset, timore affecti sunt,
& cum peruenissent in antrum, viderunt infantem, &
in ipso tanquam in domino sperare cœperunt. Quin-
etiam prædicantibus Apostolis, multi qui signa vide-
bant, in Dei timorẽ, & in spem in ipsum adducti sunt,
quemadmodum Philippis custos carceris, qui, concus- *Act.16.*
so carcere oratione Pauli, stupefactus baptizatus est,
& cum credidisset, Dei miles factus est. *Beatus ille vir,*
cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates & in-
sanias falsas. Dicit mysteria idolorum, aliasque fraudes
& præstigias, quas illi nominant sapientiam. Est enim *Cœlum me-*
verè insania, & falsa insania, cœlum metiri, & quæcun- *tiri insania*
que Greci visione apprehendũt. Apertè ergo dicit bea- *falsa.*
tum Christianum, qui credidit ex gentibus, qui nõ re-
spicit quidem ad vanitates & falsas insanias, habet au-
tem spem dei nomẽ. Nobis enim sufficit pro omnibus,
qp digni habiti sumus qui à Christi nomine diceremur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christiani. *Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.* Nō solùm cœlum & terram,& alia dei dicit opera,vel potiùs nec illa tantùm dicit.Neque enim dicit,fecisti iudicia tua:sed fecisti,inquit, mirabilia tua. Quænam sunt autem eius mirabilia? Quòd cùm deus esset, homo fieri dignatus est. Quòd cum esset opifex,luti & figmenti formam susce-
Mirabilia Dei.
Ioan.1.
Philip.2.
pit. Testatur autem versiculus qui sequitur. *Annunciavi,& locutus sum. Multiplicati sunt super numerum.* Quæcunq; enim ecclesia, quæ à Prophetis didicit, enūciauerit,vel ipsa etiam locuta fuerit per Prophetas: numerum tamen longè superat quod restat,& dictum non inuenitur, quandoquidem ex parte cognoscimus, & ex parte
1.Cor.13.
prophetamus. Sed nec Christi decreta, nec eius miracula possumus recēsere.Id autē testatur Ioannes Theologus, dicens post multa quæ de deo narrauit miracu-
Ioan.21.
la,Sūt & alia multa quæ fecit Iesus:quę si sigillatim scribantur, ne ipsum quidem mundum existimo contenturum libros qui essent scribendi. *Sacrificium & oblationē noluisti: corpus autem perfecisti mihi.* Quænam sacrificia, & quásnam oblationes noluisti? Legales videlicet. Eas enim etsi ad tempus propter cordis Iudæorū duriciam constituit,vt inutiles tamen,& quæ vmbram haberent superuacaneam,cum venisset veritas noluit. Et ideo di
Esa.1.
xit per Esaiæ prophetiam, Holocausta arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo.Quæ est autem veritas quam pro vmbra volebat?
70. Habēt σῶμα corpus,Hebr. ἀχενaim, aures.
Christi sacrificium. Et propterea dicit, Corpus autem perfecisti mihi: significans carnē domini,quam ex sanctissima & deipara Maria perfecit.Vel etiā,aures perfecisti mihi. Ita enim habent libri psalmorum qui ex Hebræis scripti sunt. Obedientiam autem per aures significat,quoniam melior quidem est obedientia quàm sa-
1.Reg.15.
Philip.2.
crificium. Christus autem eam pro nobis adeò pulchre exercuit,vt Paulus dicat, Humiliauit seipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. *Holocaustum & sacrificium pro peccato non postulasti. Tunc dixi,Ecce venio.* Quando enim quæ ex lege fiebāt holocausta, & pro peccato sacrificia reprobauit, tunc dixit Christus, Ecce venio.Vel id dicēs ex persona ecclesię,tunc enim populus gentium accurrit ad salutem. Vel ex propria persona, quoniam tūc Christus tanquam agnus venit vt pro nobis sacrificaretur. *In capite libri scriptum est de me.*

Hæc Christus si de seipso quidem dicit,intelliges caput libri,Euangelium, & multo magis vniuscuiusq; libri Euangelici proœmium,quandoquidem solemus ca-
Caput initium.
pita nominare initia.Quid ergo de ipso scriptum est in principio libri Euangelici?In principio erat verbum,& verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quibus cùm alia adiunxisset Theologus,subiunxit, Et verbum caro factum est,& habitauit in nobis. Vniuersam Christi authoritatem,& humanæ susceptæ naturæ œconomiam, quantum audiri poterat, exponens. Quod si
Psalm.1.
caput libri dicit de ecclesia, dicit fortè huius libri psalmorum proœmium, in quo beatum dicit eum qui non ambulat in consilio impiorum,nec stat in via peccatorum,nec sedet in cathedra pestilentiæ Iudæorū,sed stat secus riuos aquarum,nempe fontes baptismatis, apertè autem significauit populum ecclesiæ. *Vt facerem voluntatem tuam deus meus volui.* Patris & filij vna est & eadē vo-
Ioan.4.
luntas,& ideo dicebat,Meus est cibus, vt faciam voluntatem eius qui me misit, quocirca iure hic dei voluntatem nempe patris,se voluisse dicit,ipsum propriam per
Cordis, κοιλίας ventris.
hoc voluntatem appellans. *Et legem tuam in medio cordis mei.* Ventrem appellat ea ratione qua vocat Ecclesiam.

Vnde etiam Hieremias,propter peccata Iudaica, Ventrem meum,dicebat,ventrem meum doleo.Iudęorum synagogam significans. Sed Christi venter est probus, & bona mente prędituś,& habet valida sensoria.Vnde etiam patris legem seruare potest in medio sui,hoc est, comprehensim & integrè continens omnia præcepta quæ in ipsa scripta sunt. *Annunciaui iustitiā tuam in ecclesia magna.* Non eam quam diruit,sed hāc magnam appel- *Ecclesiā magna dicit.*
lat,non solum vt quæ sit maior multitudine, (extēsa est enim per omnem orbem terræ)sed etiam vt quæ maiora susciṕiat mysteria.Non solū enim legem & Prophetas quos illa,sed etiam Euangeliorum accepit latitudinem.In hac Christus iusticia primùm quidem seipsum *1.Cor.1.*
annunciauit,deinde præcepta quæ dedit,quę etiam iu- *Matth.5.*
re dicuntur iusticia: summa enim iusticia fuit in ipsis prædicata. *Ecce labia mea non prohibebo.* Non prohibet enim suam à nobis doctrinā, licet nos ea simus indigni. Vnde non solùm cum discipulis,sed etiam cum Iudęis, quinetiam cum muliere Samaritana, & cū multis aliis peccatoribus diserebat. *Domine tu scisti iustitiam tuam.* *Ioan.4.*

Verè Christus est patris iusticia, qui verè & propriè *Scisi, γνῶσις, cognitio.*
ab eo cognoscitur.Quemadmodū enim nemo cognoscit patrem nisi filius,ita etiam nemo filium nisi pater. *Non abscondi in corde meo veritatem tuam,& salutare tuum dixi.* *Matth.11.*

Veritas patris non solùm dicitur filius, sed etiam sanctus spiritus.Testatur autē id ipse dominus dicens,Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt sit vobiscum in seculum,spiritus veritatis. Idem est etiam *Ioan.14.*
salutaris.In ipso enim nostra salus meritò nominatur. Hoc non celauit Christus,sed dixit & declarauit Apostolis per eius præsentiam seruari ecclesiam,quando dixit eis.Quoniam hęc locutus sum vobis, tristicia imple *Ioan.16.*
uit corda vestra,sed ego veritatē dico vobis. Vide quo modo non celat veritatem, sed etiam eloquitur. Quænam autem ea sit,subiunxit in iis quæ consequūtur, Ex- *Ibidem.*
pedit vobis vt ego abeam. Nisi enim ego abiero,paracletus non veniet ad vos, non diuidens gloriam trinitatis,sed ostēdens quòd nullo modo seruari possumus, si patrem solum vel filiū adoremus, sed per solam ado- *Trinitatis cōfessio & adoratio ad salutem necessaria.*
rationem & confessionem trinitatis. *Non abscondi misericordiam & veritatem tuam à consilio multo.* Eandem Ecclesiam magnam dictam esse putamus.Vel etiam multum consilium Iudæos accipe:quoniam non nobis solis,sed & illis prioribus dei misericordiam & veritatem significauit.Misericordiam quidem cum dixit, Beati misericordes,quoniam ipsi misericordiam consequentur.Ve- *Matth.5.*
ritatem autem sæpe quidem, præcipuè autē quando eis dixit,Non potestis deo seruire & mammonæ. *Tu autem Matth.6.*
Domine ne longe facias miserationes tuas à me. Ecce apertè cōuertit orationē ad id quod est cōmune humanitatis, à qua dei patris miserationes non longè abesse precatur, vt nos doceat sic precari.Neque enim potest aliter saluum esse nostrū genus,quàm per solam eius qui id conseruat humanitatem & clementiam. *Misericordia & veritas tua semper susceperunt me.* Si enim nos peccatores,dum videmus dei clementiam,non desperamus, sed ad pœnitentiam cōfugimus, vt qui ex ipsa inueniamus à deo misericordiam:ad Iudicis autem veritatem respicientes, cum per Ezechielis Prophetiam ita esset vnūquenque allocutus,In viis vestris iudicabo vos,domus Israel,di- *Ezech.7.*
cit dominus,ad non peccādum cōfirmamus nos ipsos: ita defensio nostra est dei misericordia & veritas. *Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus.* Quænā ea sunt? *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & nō potui vt viderem.* Melius est à feris quàm à peccatis circundatum

compre-

Cæcitas animæ.

comprehendi. Illas enim vel terrere possumus, quando autem à peccatis fuerimus circundati, tanquam ab eis semel victi opprimimur, à quibus est miserrimum eum quem persequuntur, comprehendi. Vt viderem. Vt bonum possem à malo discernere. Peccatū enim tāquam caligo & nubes tenebrarum incumbit mentis oculis.

Peccatū ira. Psal.107.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. Virtus est panis animæ & cordis. Hūc ergo panem nisi comedat, animo linquitur & eneruatur. Quòd si etiam multitudo peccatorum accesserit, quæ ita creuisse exposuit, vt capitis pilos lōgè excederent: tūc est quoddam duplex animi deliquium, & virium imbecillitas.

Venter corporis & animæ.

Quemadmodum enim venter corporis fit à malis nutrimentis imbecillior: ita etiam venter animæ (is autem est cor) animo deficit, quādo eorum maiorem admiserit multitudinem, corruptionem veluti quandam fluxionem sustinens. Quod autem de pilis dictum est, ne omnino hyperbolicè dictū esse intelligamus, quoniā vel ignorātes multa peccata committimus. Quinetiam vna quoque actio in multa peccata diuiditur, quemadmodum cædes Abel pro septem peccatis Cain est reputata, Lamech autem pro septuagies septem. Nostra ergo peccata à Iudice exactè examinata, possunt capillos capitis superare. *Complaceat tibi domine vt eruas me. Domine ad adiuuandum me respice.* Complaceat tibi domine, hoc est, ea quæ bona & clementia plena sunt, tibi videantur, quandoquidem sola Dei clementia, quæ à scriptura diuinitus inspirata complacentia dicitur, genus nostrum seruatur: & ideo non petit solummodo vt respiciat aut attendat, sed ad ferendum auxilium respiciat. Si enim aliter intuens peccatorem respexerit, à iusti iudicis inspectione statim punitus interit. *Confundantur & reuereantur simul qui quærunt animam meam, vt auferant eam.* Confundantur, vt victi, & reuereantur, dum vident quàm sit veneranda nostra anima, & in quanto honore apud Deum habeatur. Ita autem afficiūtur qui nostram quærunt auferre animam, quando nos ad deū confugisse viderint, à quo prodi non possumus. *Auertantur retrorsum, & reuereantur qui volunt mihi mala.* Auertantur retrorsum, hoc est, terga dantes fugiant, vt nō amplius persequantur, sed fugentur. Quinam autem sunt qui nobis mala volunt? Non alij nobis malè volunt nisi Dæmones: qui cū nos ab initio variè deceperint, eos vult pudore affici. Quo modo autem pudore afficiuntur? Quando nos, qui ab ipsis decepti sumus, in priorem suam gloriam per bonam vitæ institutionem ascendisse viderint. *Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, Euge, euge.* Hoc est, qui me irrident, & mihi insultant. Confestim autem, ne adiiciantur alij, videntes eos prius nobis insultasse, & pudore affectos esse. Quis est autem eorum pudor, præterquam nostra salus, quæ per pœnitentiam à nobis acquiritur? Forte autem eos qui dicunt, Euge, euge, intelligere oportet eos qui ad res turpes agendas incitant & adhortantur: qui statim pudore afficiuntur, quando eorum improbum consilium declinauerimus. *Exultent & lætētur super te omnes quærentes te.* Qui in Deo lætatur, lætatur dupliciter, vt qui futura lucretur, & rerum præsentium nullū detrimentum sentiat. Vnde etiam Paulus gaudium in Christo duplicauit, cum dixit, Gaudete semper in domino, rursus dico, gaudete. Et ideo Psalmographus non solùm exultationem, sed etiam lætitiam prædicauit in iis qui quærebant dominum. Exultationem quidem, quòd peccatorum onus deposuerunt. Lætitiam autem, quòd etiam iusticiam acceperunt, si modò alia omnia despi-

Clementia dei complacentia.

Ioan.3.

Matth.3. Act.11.

Iustigaudiū duplex Phil.4.

A cientes, verè & syncerè deū quærant. *Et dicant semper, magnificetur dominus qui diligūt salutare tuum.* Vt deū perpetuò magnificemus orationibus & gratiarum actionibus, nobis quoque iussit Paulus, Semper dicens, gaudete, sine vlla intermissione orate, in omnibus gratias agite. Quæ autem ex eo ad nos redit vtilitas? Dei memoria, voluptatum & dæmonum memoriam eiicimus. Quare hoc meritò faciunt, qui Christum amant dei salutare. In ipso enim pater nostram fecit salutem. *Ego autem mendicus sum & pauper: dominus solicitus est mei.* Mendicus & pauper est homo. Cum enim esset diues & nobilis (Dei enim lege erat locupletatus, & per regiam imaginem ei erat cognatione cōiunctus) vsque adeò tamen mendicauit, vt cū mendicitas peruasisset multas generationes: pauper deinceps, vt qui in paupertate educatus esset, nominaretur. Quantam autem eius curā gerat Deus, dicit Ioannes, Sic deus dilexit mundum, vt filium suum miserit vnigenitum, vt seruaret mundum.

1.Thes.5.

Luc.2.

Mēdicitas hominis.

Ioan.3.

B *Adiutor meus & protector meus es tu: domine deus meus ne tardaueris.* Non solum deus fert auxilium vt benignus & clemēs, verumetiam protegit & defendit vt valens viribus, imbecillis suam potentiam largiens. Per crucem autem & mortem nos maximè protegit. Vnde vult patrem non differre, sed hoc tempus auxilij celeriter adducere, dicens conuenientia iis quæ ab ipso dicta sunt in Euangeliis: Calicem habeo bibere, & quo modo coarctor donec bibam ipsum?

Luc.12.

EIVSDEM IN XL. PSALMVM INterpretatio. In finem Psalmus Dauid.

NOnnulli quidem hunc psalmum attribuerūt Dauidi, alij verò Ezechiæ. Non permittit autem diuinum Euāgelium, vt alterum eorum admittamus. Cum enim Christus dominus

C cum sacrosanctis discipulis quædam disseruisset, hæc quoque subiunxit: Si hæc scitis, beati eritis si hæc facietis. Non dico de vobis omnibus, noui quos elegi, sed vt scriptura impleatur. Qui panem mecum comedit, sustulit in me calcaneum suum. Nūc dico vobis priusquam fiat, vt cum factū fuerit, credatis quòd ego sum. Cum ergo dicat dominus, vt impleatur scriptura, & ostendat præsentem psalmum sibi & non alij cōuenire, nimiū esse audax & temerariū existimo, ei aliud, & nō id quod par est, argumentum effingere. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Inueni in nōnullis exemplaribus τὸν πένητα, id est pauperem, cum articulo, sed non in Hebræo, nec in Syro, nec in vllis aliis interpretibus. Egenū autē vocat vniuersorū dominum, quoniā cùm esset dives, vt dicit diuinus Apostolus, propter nos pauper factus est, vt nos illius paupertate diuites essemus: & qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo, sed seipsum exinaniuit, serui formā accipiens: & qui est dominus tam eorū quæ videntur, quàm quę sub visum non cadunt, non habuit vbi caput reclinaret: & natus ex virgine, propterea quòd lecto careret, in præsepi positus est. Beatum ergo dicit sermo propheticus eum qui hanc paupertatem potest intelligere, & in memoriam reuocare eum qui illam suscepit. Deinde ostendit fructus beatitudinis. *In die mala liberabit eum dominus.* Malum autē diem, afflictionis diem dixit Symmachus. Innuit autē, vt arbitror, diem iudicij, qui est terribilis, & iniquos affligit & malo afficit: & pollicetur purā illius paupertatis cognitionē à diei terribilis malis liberaturā *Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animas inimicorum eius.* Non solùm autem futuris bonis fruetur,

2.Cor.8. Philip.2. Matth.8. Luc.9. Luc.2. Heb.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed etiam in præsenti vita diuinam cõsequetur prouidentiam, insignis & suspiciendus euadens, & hostiũ effugiens insidias. Et quoniam est consentaneum, vt qui corruptioni & interitui habet corpus obnoxiũ, in morbum incidat, polliceatur fore vt etiam ab eo liberetur.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. Vniuersum stratũ eius versasti in infirmitate eius. Ipsum, inquit, liberabit ab omni eius infirmitate, & morbũ conuertet in sanitatẽ. Illud enim, versasti in infirmitate eius lectũ eius, posuit, pro eo quod est, Mutasti. Deinde cum eius qui admirabilem illam paupertatem intelligit, narrasset remunerationes, ostendit nobis quis eam habuerit, & quo modo ad eam deuenerit, introducens eum docẽtem, & de seipso narrãtem, *Ego dixi, domine miserere mei. Sana animam meam, quoniam peccaui tibi.* Ego, inquit, sum is pauper, qui
Ioan.1. spontaneam suscepi paupertatẽ, agnus dei, qui tollo pec
1.Pet.2. cata mundi, qui peccatum quidem non feci, sed pro humana natura, tanquam naturæ primitiæ, preces offero. Notandum est autem q̃ Symmachus non dixit, Peccaui tibi, sed, Etsi peccaui tibi. *Inimici mei dixerunt mala mihi. Quando morietur, & peribit nomen eius?* Inimicos vocat ludæos, qui ei inuidebant, & mortem moliebantur. Hoc
Matt.26.27 docet etiam historia sacrorum Euangeliorum. Consi-
Mar.14. liũ enim, inquit, ceperunt, quo modo ipsum perderent.
Luc.22. Hinc deinceps in ludam transfert prædictionem. *Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur cor eius, congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur.* Ita etiam nos docent diuini Euangelistæ, quando Iudæis quidem di-
Matth.26. xit, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Quærebat autem tẽpus vt traderet ipsum. Hæc ipsa dicit quoque prædictio, Et ingrediebatur vt videret. Ingrediens & egrediens illi mortem machinabatur. Deinde eorum sceleratam prædicit cõspirationem: *In idipsum aduersus me susurrabant omnes inimici mei, cogitabant mala mihi.* His autem fert testimonium ipsarum rerum euen
Matth.26. tus. Clanculum enim inter se colloquentes, quærebant
Ioan.19. modum insidiarum: deinde affectatæ tyrannidis cri-
Luc.23. men in eum intenderũt, cum dixerunt Pilato eum seipsum quidem regem pronunciare, prohibere autẽ dare tributum Cæsari. Hoc ipsum autẽ prædixit prophetia, *Verbum iniquum constituerũt aduersum me.* Pro eo quod est, Me accusarunt iniquitatis. *Nunquid qui dormit nõ adiiciet vt resurgat?* Etsi, inquit, mortem patior, rursus tamẽ rusurgo, eósque dissipo ac destruo qui hoc machinati
Ioan.2. sunt. Hoc quoque est simile dicto Euangelico, Solui-
Matth.20. te templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum. Et
Luc.18. rursus, Ecce ascendimus in Hierusalem, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & occident ipsum:
Mors somnus. & tertia die resurget. Et ideo mortem somnũ iure vocauit. *Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui comedebat panes meos magnificauit super me supplantationem.* Aquila & Theodotion hoc dixerunt apertius: Et etiam vir pacis meæ, in quo confisus sum. Symmachus autem sic: Sed homo & qui mecum in pace agebat, & in quo habueram fiduciam. Nõ solùm enim inimici mortem mihi machinati sunt, sed homo etiam qui mecũ versãbatur, & beneuolentiã ac pacem præ se ferebat: qui in eadem mensa eodem mecũ cibo vescebatur, dolum quem in me cõcoquerat, aperuit. Dolũ enim nominauit calcaneũ, ex me-
Dolus, calcaneus. taphora eorum qui de cursu cõtendunt, cum alter calcaneo dolum molitur, vt is qui simul currit, offendatur & cadat. Hoc ipsum dixit etiam Esau à Iacob deceptus.
Gen.27. Iustè vocatũ est nomen eius Iacob: Supplantauit enim me ex altera vice. Primogenita mea antè tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam. *Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuã eis. In hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me.*

Et hæc omnia dicta sunt tanquam ex suscepta natura, in quam cadebat affectio. Ita etiã in sacris euãgeliis audimus dominũ Christum precãtem: Pater serua me ab hora hac. Et rursus: Pater, si possibile est, trãseat à me ca-Ioan.12. lix iste. *Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.* Hæc quoque conueniunt formæ serui quam suscepit filius vnigenitus. Nõ enim angelos apprehendit, vt dicit diuinus Apostolus, sed se-Heb.2. men Abrahæ apprehendit: vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt esset misericors, fidelis pontifex in iis quæ ad deum pertinent. Quoniam ergo supra naturam permãsit forma serui ab omni vicio libera iure dicit, Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Firmã enim & stabilem accepi vnionem, & est coniunctio indiuidua, & gloria æterna. *Benedictus dominus deus Israel à seculo & in seculum. fiat, fiat.* Hæc cum diuinus propheta prædixisset, & ineffabilẽ clementiam & benignitatẽ domini esset admiratus, & intelligeret eum qui volũtariam suscepit paupertatẽ: hymnum ei offert per linguã, vt ipse quoq; finem beatũ accipiat. Post passiones autẽ iure hymnũ obtulit, docẽs non esse solũ hominem qui prædicebatur, sed etiam deũ ante secula, cuius essentia est ab interitu aliena, nullumq; finem suscipit.

IN EVNDEM PSALMVM ALITER

in finem psalmus Dauid.

Etiamsi propheta sæpe psalmos in finẽ inscripsit, est tamen existimandum eum non frustra vnicuiq; eorum psalmorum hũc titulum imponere. Quænam autem nunc causa est? Quoniam in iis quæ ad finem spectant, loquitur de susceptæ à Christo carnis œconomia, quem non solũ hic propheta, sed etiam alij Dauid vocarũt. Osee autem sic quoque post Osee.3.
hæc dixit, Conuertentur filij Israël, & quærent dominum deum suum, & Dauid regẽ suum: licet Dauid mul Dauid nomine Christi intelligi.
tis ante hũc prophetam seculis esset mortuus. Tempore enim Ezechiæ exposuit prophetiam. Sed dicit nouũ
Dauid, ad quem conuersi sunt qui fuere seruati. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus.* Moralem prophetiæ doctrinam attulit, eum qui psalmum canit, volens vtrosq; iuuare. Et quem di-1.Cor.1. cit beatum? Eum qui intelligit super egenum & pauperẽ, hoc est, qui intelligit q̃ Christus cùm diues esset, ideo pauper factus est, vt nos quoq; pauperum, tanquam nostri opificis ac iudicis fratrũ, misereremur. Et quòdnam redit lucrum ex amore in pauperes? In die mala. Intelligit autẽ diem iudicij, qui affert peccatoribus dolores & molestias. Liberabit, inquit, eos qui pauperes amãt, Dominus. Eis enim benignitatẽ debet & clementiam, vt qui ipse eleemosynã mutuò ab eis acceperit, & dixit quidẽ per Solomonem: Qui miseretur pauperis, Prou.19.
deo fœneratur. propria autem lingua: Quodcunq; fe-Matth.25.
cistis vni horũ minimorum, mihi fecistis. *Dominus cõseruet & viuificet eum, & beatũ faciat eum in terra, & non tradat eũ in manus inimicorũ eius.* Et qui diligit pauperes, non solũ dat futura, seruans eum à gehenna, & in summa voluptate ei vitam largiens, sed eum etiam hic beat. Facit enim vt ipse beatus dicatur ab omnibus qui accipiũt eleemosynã, & præterea ab omnibus qui norunt quę & quanta bona in futuro excipiũt misericordẽ. Vnde nec ipsum tradit in manus inimicorũ dæmonum. Quemadmodũ ἔλαιον. enim oleum efficit vt athletæ elabantur à manibus ad- ἔλαιος.
uersariorum: ita etiã eleemosyna facit vt qui ea vtũtur

declinent

declinent & fugiant dæmones. *Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.* Lectum doloris diem mortis intelligamus. Ille enim grauis est & molestus peccatoribus, propter metū iudicij: sed in eo fert opem ei qui est amator pauperum. Iubet enim cum æquo bono animo, vt qui sit clemētiam ac misericordiam cōsecuturus. Versabit autē eius stratum in infirmitate eius, vt qui ei omnino adsit. Infirmitatem autem intelligamus tentationes. In eis enim morbi omnes inuadunt animos, sed tunc misericordis versatur vniuersum cubile: mutatur videlicet. Qui enim humi dormit propter tentationes, inuenitur in cœlis propter remunerationē eleemosynæ. Vel fortasse nunc Dauid propheticè beatum dicit paralyticum. Ille enim intellexit super egenum & pauperem. Intellexit Christi potentiam, qui propter nos pauper factus est: & ideo versauit eius cubile in infirmitate eius, & in lecto doloris ei opē tulit, cùm dixit, Surge, tolle grabbatum tuū, & ambula in domum tuam. Hæc cum dixisset propheta, conuertit orationem ad Christi passionem, *Ego dixi, domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.* Christi simul magnitudinem & humilitatē declarat propheta, illam quidē secundum naturam, hāc verò quia voluit. Ego enim, inquit, dixi, Quis? Qui dixit per Moysem, Ego sum qui sum. In euangeliis autē, Ego in patre, & pater in me. Ego igitur, qui patri sum & sede & honore æqualis, vel potiùs qui sum vnum cum ipso, dixi, Miserere mei. Non ipse misericordia indigēs, sed mihi hominum affectiones tribuens. Et ideo subiunxit, Sana animam meā, quia peccaui tibi. Animam suam, cōmunem animam hominū, similiter etiam peccatum nostrū vocās, quod rogat vt per suam sanetur passionem. Atqui quid ad hoc opus habebat oratione, cùm deus esset, & ipse passionē susciperet vnigenitus? Sed hoc fecit, vt ostenderet quòd carnem, sicut nos, imbecillam (nō enim aliam) susceperit, & quod Patris bona voluntate eius peragitur mysterium. *Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur & peribit nomē eius?* Inimicos vocat Iudæos, vt qui Christo essent infesti, & ideo dicebant, Quādo morietur, & peribit nomē eius? Hoc autē dixit Caiaphas, Expedit nobis vt vnus homo moriatur, & non tota gens pereat. Non solum autem volebant ipsum mori, sed etiam eius nomen perire, nobis inuidentes quod ab eo denominaremur. *Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur.* Hoc apertè dictum est de Iuda proditore, quando in torrentem Cedron ad Iesum cum laternis & facibus explorans ingressus est. Tunc enim frustra Iudæis loquebatur, dans signum suæ proditionis, Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eū. Si enim noluisset, non fuisset proditus. Sed nec potuissent tenere, qui eum comprehenderant. *Cor eius congregabat iniquitatem sibi.* Et cogitabat. Id autem ostendit, quando Christus adesse permisit tempus propter nostram salutem. Neque enim id aliter potuisset facere. Id autem ostendit Ioannes talia de Iuda referens, Dicit ei Iesus, Quod facis, fac citiùs. Præsentis itaque psalmi prophetia, ea per ordinē inducit, quæ eū historia Euāgelica optimè cōueniunt. *Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.* Vnde egrediebat? A cœna dominica. Hoc enim adiecit hic ipse Theologus iis quæ de Iuda dicuntur. Cùm ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo. erat autem nox. Quid autē egressus loquebatur, nos docuit Matthæus Euangelista. Profectus autem vnus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, & venīes ad sacerdotes, dixit ipsis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eū tradā? Illi autē consti-

A tuerunt ei triginta argenteos. Quāobrem pulchrè conueniūt ea quæ cōsequuntur, *Aduersus me susurrabāt omnes inimici mei,* dicens pōtifices, qui vnà cum Iuda cōspirabant, qui quidē de Iesu susurrabant, cum Iuda pacisc entes. Neq; enim palàm id facere audebant, timentes multitudinē. *Aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum cōstituerūt aduersum me.* Marcus hoc rursus exponit. Quęrebant sacerdotes & scribæ quo modo ipsum dolo tenentes, occiderēt. Dicebāt enim, Nō in die festo, ne fortè tumultus fiat populi. Hoc cōsilium non solùm vocat malum, sed etiam iniquū, quandoquidē volebant multitudinem festū differre: oportebat autē in festo paschæ agnum verum tunc vendi & sacrificari, quando typica ouis sacrificabatur. *Numquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat?* Frustra, inquit, hæc cōsultabant & machinabantur Iudæi. Mors enim nō erat læsura immortalē, qui ex ipsa tāquam ex somno lætitiaq; & iucunditate surgebat. Forte autem Iudā quoque proditorem increpās & reprehendēs, dicebat, ꝙ profundo peccati somno segniter dormiens, nō surrexit. Significāt autē ita esse ea quę consequuntur. *Etenim homo pacis meæ, in quo speraui: qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationē.* Pacē vocat prædicationē Euangelicam, per quam qui deo tūc eramus inimici, pacē cum deo habuimus. Homo ergo pacis meæ, Iudas (quandoquidē fuerat discipulus prædicationis) in quo tantū sperauit Christus, id est, acquieuit, vt ipse comederet panes dominicos, in catino cū ipso solùm intingens: (hoc autē faciebat Christus neq; ignorans, neq; proditorem aliis præferens, sed nihil ei volēs relinquere quo suā posset defēdere aut excusare proditionem) adeò in Iesum magnificauit supplantationem, vt cū eum sæpe non inuitum supplātasset, hoc est, in eū se improbè gessisset, vt ex loculis surriperet pecunias, postea quoq; ipsum dominum per proditionē supplantare aggressus sit. *Tu autē domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.* Atq; potestatem habeo ponēdi animam meam, & potestatem habeo accipiendi ipsam, dicebat Christus, vt qui ipse seipsum suscitaturū ostēderet. Sed seipsum deiicit & humiliat propter carnem, & cùm serui formam accepisset, vt seruus precatur etiā. Quid autem precatur? Vt misericordiam consequatur, & resurgat. Sed eius quidem verba sunt: res verò nostræ. Nos enim per resurrectionem vnigeniti consecuti misericordiam, resurreximus. Quid autem retribuit? Non mala quidem certè, sed bona. Quemadmodum enim ipsi, cum mali essent, mala benefactori pro bonis reddiderūt: ita ipse cùm sit bonus, reddit mala pro bonis. Id autem testantur quæ consequuntur. *In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniā non gaudebit inimicus meus super me.* Atqui is scit omnia, vt qui ea præcognoscat: sed cognitionem suam ipsius, nostram vocat. Tunc enim verè esse patris voluntatem in filio cognouimus, ꝙ non solùm orauerit pro iis qui peccauerant: sed etiam cum resurrexisset, tria ex ipsis milia, & rursus quinque per Petrum, post ea autem multa per Iacobum, & reliquū chorum Apostolorū seruauerit. Et super Christū non gauisus est inimicus, nēpe diabolus. Existimabat enim quòd etiamsi Christus mundum per crucem seruasset, at eos quidem certè qui ipsum crucifixerant, perderet: ille autem non perdidit, sed etiam eorū aliquos ecclesiæ primitias acquisiit. *Me autē propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo semper.* Neque enim sicut alij sacerdotes, postquam ipse tempore aliquo sacrificasset, cessauit, sed propter innocentiā mansit pro nobis sacerdos in ętternum. Hoc autem fusius declarat Paulus in epistola ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebræos: Talis enim decebat vt esset nobis pontifex, A sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui nō habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde populi. Hoc enim fecit semel se offerendo. Lex enim homines cōstituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autē iurisiurandi, qui post legem est, Iesum in æternum perfectū. Noster ergo cōstitutus est pōtifex, quoniā esset ab omni peccato alienus. *Benedictus dominus Deus Israel à seculo & vsque in seculum.* Hic, qui hæc pro nobis humilia locutus est, & easdem suscepit affectiones, vt in eis noster esset seruator. Esaias autem de eo testatur dicens, In te Deus est, & tu Deus es, & non est præter te. Tu es enim Deus noster, & non nouimus. Deus Israëlis seruator. Et rursus: Ego sum, & nō est alius Deus præter me: iustus, & nō est seruator præter me. Hic est benedictus ab omni creatura, benedictus à seculo & in seculum: *Fiat, Fiat.* A præsenti, inquit, in futurum. Ergo à præsenti quidem, quę à nobis procedit, venit dei benedictio: in futuro autē perficitur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: vnde etiam ex parte benedicimus. Quando autem vniuersum, inquit Paulus, fuerit perfectum, quod ex parte est euacuabitur. Per profectum enim in melius cessat id quod est ex parte. Propterea subiūxit Psalmographus, Fiat, fiat. & preces duplicat. Beata enim res est dei benedictionē laudémve inchoare à fide in deum, & à recta aliorum bonorum actione, & ita etiam coronare in futuro seculo. Impiis enim & infidelibus deum illic laudare non permittitur. Sciendū est autem, quòd hanc psalmorum prophetiam nonnulli in quinque libros diuidentes, vsque ad hunc psalmum, primum existimant, quoniam habet in fine coronam: veluti quandam dei laudem ac benedictionem. Vnde etiam ita diuidunt quatuor qui deinceps sequuntur.

Hebr.7.

Esa.45.

Ibidem.

1.Cor.13.

Διαίρεσις Psalterij.

EIVSDEM IN XLI. PSAL. QVEMADMODUM desiderat cervus ad fontes aquarum. Et quánam de causa psalmus in vitam introductus canitur cum cantico. Et de Dei lenitate ac patientia.

VOs quidem nos nuper admirabamini, quando verba fecimus de Melchisedech, propter eorum quæ dicta sunt prolixitatē: ego autem vos admirabar propter vestrā in audiēdo attentionem & sapientiam, & quod cum prolixior se obtulisset oratio, nos ad finem vsque consecuti estis. Quanquam non ea quidem solùm erat prolixa oratio, sed magnam etiam in se habebat difficultatem. Sed neque prolixitas, nec rei difficultas retardauit vestrā animi prōptitudinem. Age ergo vos pro illo labore remuneremur, apertius & dilucidius hodie vobiscum colloquētes. Neq; enim est semper intendendus auditorū animus: facilè enim dirūpitur: nec rursus semper remittendus ac relaxandus. hinc enim rursus redditur ociosior. & ideo vtendū est vario docendi genere: & nunc quidē populariori, & ad delectandam concionē accōmodatiori oratione vtendū est, nunc autem acriori, & ad contendendū aptiori. Quemadmodū ergo tunc docebam, quòd dum lupi gregem inuadūt, relicta fistula, funda in manū est sumenda: ita nunc dū festa Iudæorū præterierunt, qui sunt quibusuis lupis immaniores, relicta rursus funda, redeamus à fistulam: & à contentiosiore dicēdi genere cessantes, aliqua alia apertiora aggrediamur, ipsius Dauid citharā in manum sumētes, & obedientiam in mediū adducētes, quam omnes hodie cecinimus. Quænā est ergo obedientia? *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus.* Immò verò primùm est necessariū dicere, quánā de causa psalmus in nostrā vitam est introductus, & cū cantico maximè hæc dicitur prophetia. Quánam ergo de causa dicitur cum cantico? Audi. Cùm deus vidisset multos homines esse socordiores, nec ad legēda spiritualia lubēter accedere, nec qui in eo capitur, laborem tolerare, volēs gratiorem laborem efficere, eiusq; sensum præscindere, admiscuit prophetiā melodiæ, vt omnes versus cātici numero delectāti, cum magna animi alacritate ac promptitudine sacros ei hymnos emittāt. Nihil enim animam æquè erigit, & alatā quodammodo efficit, & à terra liberat, & exoluit à vinculis corporis, & amore sapientiæ afficit, & vt res omnes ad hāc vitam pertinentes irrideat perficit, vt versus modulatus, diuinum canticum numero compositum. Nostra certè natura vsque adeò delectatur cāticis & carminibus, & tantam cum eis habet necessitudinem & conuenientiam, vt vel infantes ab vberibus pendētes, si fleāt & afflictentur, ea ratione sopiantur. Nutrices quidem certè quę eos gestant in vlnis, sæpe abeuntes & redeūtes, & quædam puerilia eis carmina decantātes, supercilia eorum ita sopiunt. Quocirca sępe quoque viatores meridie agentes iugalia animalia, hoc faciunt canentes, iti neris molestiā illis canticis cōsolantes. Nec solùm viatores, sed etiā agricolæ vuas in torculari calcantes, vindemiantes, & vites colentes, & quodcūque aliud opus facientes, sæpe cantant. Nautæ quoque remos impellētes hoc faciunt. Iam verò mulieres quoque texentes, & confusa stamina radio discernētes, sæpe quidem & per se singulæ, sæpe autem etiam omnes cōcorditer vnam quandam melodiam concinunt. Hoc autem faciunt & mulieres, & viatores, & agricolæ, & nautæ, qui ex opere faciendo susciptur, laborem cantu cōsolari volentes, vtpote quòd anima, si carmen & canticū audierit, molesta & difficilia sit facilius toleratura. Quoniam ergo hoc genus delectationis est nostrę animę valde cognatum & familiare: ne dęmones lasciua & meretricia cātica introducētes, omnia euerterent: psalmos deus construxit, vt ex ea re simul caperetur voluptas & vtilitas. Ex externis enim canticis damnū, & exitiū, & multa grauia inuehūtur: (nam cùm quæ sunt in his canticis lasciuiora & iniquiora, partibus animæ insederint, eā imbecilliorem reddūt & molliorem) ex psalmis autē spiritalibus lucri quidē plurimum, maxima autem vtilitas insignisq; sanctificatio, & omnis philosophię occasio proceserit, cùm & verba animā expient, & sanctus spiritus in canētis animā celeriter aduolet. Quod enim qui canunt cū intelligentia, vocent spiritus gratiā, audi quid dicat Paulus: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed impleamini spiritu. Subiungit autē etiam quænā sit implēdi ratio, Canentes & psallētes in cordibus vestris domino. Quid est, in cordibus vestris? Cū intelligētia, inquit. Vt non os quidē, inquit, verba loquatur, mēs autem extra versetur vndiquaq; diuagās: sed vt lingua ab anima audiatur. Et quemadmodū vbi quidem est cœnum, eò porci cōcurrunt: vbi autē sunt aromata & suffitus, apes illic habitant: ita vbi sunt quidem meretricia cātica, illic congregantur dęmones: vbi autem cantica spiritalia, illuc aduolat spiritus gratia, & os sanctificat animā. Hęc dico, non vt vos tantùm laudetis, sed vt & filios & vxores doceatis talia cātare cantica, nō solùm in texendo aliòve opere faciendo, sed maximè in mensa. Quum enim diabolus vt plurimū insidietur in conuiuiis, cum & ebrietatis, & ingluuiei, risūsque profusi, & remis-

Varietas ac tentionē parit.

Homœosis elegans.

Idem Basilius in prooemio psalmorum.

Musicę vtil.

Similibus confirmat.

λυπηρὰ τοῦνης.

Psalmi cur inuenti.

Ephes.5.

Psallēdum cum intelligentia.

Aduersus

Contra vanas fœminas pseudoprophetas.

Conuiuia & remiſſi animi auxilio vtatur: tunc maximè oportet
cauta.
& ante menſam,& in menſa, ſe munire pſalmorũ præ-
ſidio,& ſimul cum vxore ac liberis ſurgentes à cõuiuio,
Libat. hymnos ſacros deo canere. Si enim Paulus (cui intole-
rabilia flagella imminebãt) cum ligno alligatus in car-
cere habitaret, media nocte,quando eſt omnibus ſom-
nus iucundiſſimus, cum Sila deum perpetuò laudabat,
& nec locus, nec tempus, nec ſolicitudines, nec ſomni
tyrannis, nec illi labores, nec dolores, nec quidquam
aliud eum coẽgit modulationem illam intermittere:
multò magis nos qui iucũdè viuimus,& dei bonis frui-
mur,hymnos,quibus deo gratiæ agantur,oportet emit
tere, vt ſi vel ebrietas,vel ingluuies noſtræ animæ, tur-
pe aut abſurdũ quid fecerit, vbi ingreſſa fuerit pſalmo-
Similis pro- dia, omnia illa mala & improba conſilia reſiliant: &
bat ab opi- quemadmodũ nonnulli diuites impleta balſamo ſpon-
bus gratiarũ gia menſas abſtergunt:vt ſi ex cibis vlla remanſerit ma-
ſtimẽ red- cula,ea tracta puram menſam oſtendant:ita nos quoq;
dendam. faciamus,pro balſamo os implentes melodia ſpiritali:vt
ſi ex ſaturitate vlla in anima macula remãſerit,eam per
illam modulationem abſtergamus, & communiter om
Pſal.91. nes ſtantes dicamus:Lætificaſti nos domine in creatura
tua, & in operibus manuum tuarum exultabimus. Poſt
pſalmodiam autẽ addatur etiam oratio, vt cum anima
ipſam quoq; domum ſanctificemus. Quemadmodum
enim qui mimos & ſaltatores & mulieres meretrices
Enantiofis. introducunt in conuiuia, dæmones & diabolum illuc
vocant,& domos ſuas implent bellis innumerabilibus,
(hinc certè zelotypiæ, adulteria,ſtupra,& alia innume-
rabilia) ita qui vocant Dauid cum cithara, intus Chri-
ſtum per ipſum vocant. Vbi autem eſt Chriſtus, nullus
dæmon quidem ingredi, vel potius ne diuertere qui-
dem auſus fuerit: pax autem & dilectio, & omnia tan-
quam ex fontibus bona promanauerint.Illi domũ ſuam
faciunt theatrum,tu eccleſiam fac tuam domunculam,
Vbi enim eſt pſalmus & oratio, & chorea prophetarũ,
& pius canentium animus, non aberrauerit quiſpiam,
qui hunc cœtum dixerit eccleſiam. Etiamſi vim ver-
borum non noueris, doce interea ipſum os verba di-
cere. Sanctificatur enim etiam lingua per verba, quan-
do ea dicuntur prompto & alacri animo. Si noſipſos
deduxerimus ad hanc cõſuetudinem,nec noſtra ſpon-
te nec per ſocordiam pulchrum hoc prætermittemus
miniſterium, more vel inuitos nos cogente hunc dei
cultum quotidie peragere. In hac modulatione, ſeu
quis fuerit ſenio confectus, ſeu iuuenis, ſeu voce aſpe-
ra,ſeu omnis penitus numeri ignarus, nihil ei vicio da-
bitur. Quod enim hîc quæritur eſt ſobria anima, mens
vigilans,cor compunctum, valida ratio,expurgata cõ-
ſcientia. ſi hæc habens, ingreſſus fueris in ſanctum dei
chorum, propter ipſum Dauid ſtare poteris. Hîc non
eſt opus cithara, neque neruis extenſis, neque plectro,
nec arte, nec vllis inſtrumentis: ſed ſi velis, teipſum ef-
ficies citharam, cum carnis membra morte affeceris, &
Galat.5. animæ cũ corpore pulchrum concentũ effeceris.Quan
do enim non cõcupierit caro aduerſus ſpiritum, ſed il-
lius iuſſis ceſſerit, & eam tandem duxerit in viam opti-
mam,& maximè admirabilem,ita melodiam efficies ſpi
ritalem. non hic opus eſt arte quæ longo tempore per-
Vel ij. ficitur: ſed bona tantum voluntate, & generoſo animi
Mala. inſtituto opus eſt, & breui tẽpore periti euademus. Nõ
opus eſt loco, nõ opus eſt tempore, ſed vel in omni lo-
co, & omni tẽpore licet mente canere. Nam ſiue in fo-
ro ambules,ſiue iter ingrediaris, ſiue cum amicis conſi-
deas, licet excitare animum, licet vel tacenti clamare.

A Ita etiam Moſes clamabat, & deus audiebat. Et ſi fueris *Exod.14.*
opifex,poteris in officina ſedens & operans pſallere.Li-
cet ſis miles,aut ſedeas in iudicio, poteris hoc ipſum fa-
cere, cum mens intus reſonet. Nõ enim hominibus ca-
nimus,ſed deo, qui poteſt vel corda audire: & in men-
tis noſtræ arcana ingredi. Hoc quoq; Paulus oſtendẽs,
vociferatur dicens: Ipſe ſpiritus interpellat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda, *Roma.8.*
ſcit quid deſideret ſpiritus, quod ſecundum deum po-
ſtulat pro ſanctis. Hoc autẽ dicebat, non q̃ ſpiritus ge- *Gemit⁹ ſpi-*
meret,ſed quòd viri ſpirituales, qui habẽt dona ſpiritus, *rit⁹ qui ſit.*
pro propinquis orantes,& ſupplicationes offerẽtes,hoc
facerent cum cõpunctione & gemitibus.Hoc nos quo-
que faciamus,& quotidie deum interpellemus per pſal-
mos & orationes. Ne autẽ verba ſolum offeramus, ſed
ipſam etiam ſciamus vim dictionum, age ipſum huius
pſalmi proœmium in medium adducamus. Quod eſt
ergo proœmium? Quemadmodũ deſyderat ceruus ad
B fontes aquarũ,ita deſyderat anima mea ad te deus. Hîc *Orditur exe*
eſt mos amantium, amorem non celare,ſed enunciare *geſtis à ſi-*
vicinis, & dicere ſe amare. Ardens enim res eſt natura *mili.*
dilectionis, nec poteſt anima ſuſtinere vt eam ſilentio
teneat.Et ideo amans quoq; Paulus dicebat Corinthiis,
Os noſtrum ad vos apertum eſt, Corinthij. Hoc eſt,nõ *2.Corin.6.*
poſſum continere, & ſilentio premere dilectionem,ſed *Exemplis*
vos ſemper & vbique & in mente & in lingua circũfe- *confirmat.*
ro.Ita etiam hic beatus deum amans,& ardens in amo-
re,non poteſt in animũ inducere vt taceat,ſed aliquan
do quidem dicit, Quemadmodũ deſyderat ceruus ad
fontes aquarum: ita deſyderat anima mea ad te deus.
Aliquando autẽ, Deus, deus meus ad te de luce vigilo. *Pſal.62.*
Sitiuit ad te anima mea, ſicut terra inacceſſa ſine aqua,
& deſerta. Ita enim dixit alius interpres. Quoniã enim
C non poteſt oratione amorẽ oſtendere, huc & illuc obit
quærens exemplum,vt vel ea ratione nobis ſuum amo-
rem indicet,& amoris nos faciat participes.Ei ergo cre-
damus,& ſic amare ediſcamus. Nec dicat mihi quiſpiã,
Et quo modo poſſum amare deũ,quem nõ video? Mul
tos enim amamus, licet eos nõ videamus, quemadmo-
dum amicos noſtros peregrè profectos, vel filios, vel
parentes,vel cognatos & neceſſarios: nec ad id vllũ af-
fert nobis impedimentũ quòd eos nõ videamus, immò
verò hoc ipſum magis accendit amorem,& auget deſi-
derium.Et ideo de Moſe quoq; dicens Paulus,quòd re- *Hebr.11.*
lictis theſauris & opibus, regnique claritate,& omni alio
in Aegypto ſplendore,maluit cũ Iudæis affligi. Deinde
nos cauſam docens q̃ hæc omnia faceret propter deũ,
adiecit,Inuiſibilẽ enim tãquã vidẽs ſuſtinuit. Nõ vides
D deũ,ſed vides eius creaturas,vides eius opera,cœlũ,ter-
ram,& mare. Qui autẽ diligit, ſi dilecti opus viderit, ſi
calceũ, ſi veſtem, ſi quoduis aliud, accenditur. Non vi-
des deũ,ſed vides eius famulos,amicos,viros,inquã,ſan
ctos, & qui habent in eũ fiduciam. Illos nũc obſerua &
cole,& habebis non leue ſolatium tui deſiderij. Etenim
in hominibus non ſolùm noſtros amicos,ſed eos etiam
qui ab illis amantur,amare conſueuimus. Et ſicut dixe-
rit quiſpiam ex iis qui amantur à nobis, hunc vel illum
diligo, & ſi is beneficio aliquo fuerit affectus ego me
beneficium accepiſſe exiſtimo: omnia facimus & pro-
curamus, vt perinde ac ſi dilectum videremus, ita om-
ne in eum ſtudium oſtendamus: hoc ipſum in Chriſto
quoque præclare facere poſſumus.Dixit,Diligo paupe- *Matth.10.*
res: & ſi ij boni aliquid acceperint, perinde ac ſi ipſe re-
cepiſſem, reddo remunerationem. Pro eis colendis &
ſubueniendis nihil non faciamus: immò verò in ipſos
omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes noſtras facultates effundamus,credentes per ipſas deum alere. Quòd enim dum ij aluntur, ipſe alitur,
Matth.25. audi quid dicat Chriſtus, Eſurientē me vidiſtis,inquit, & aluiſtis:ſitientem,& potum dediſtis:nudum,& me operuiſtis. multasq; dedit nobis rationes quibus poſſim⁹
Amorē tria conciliant. noſtrum ſolari deſiderium. Iam verò aliàs quoque tria ſunt quæ amorem apud nos efficere conſueuerunt,forma corporis,magnitudo beneficij,vel quòd ab eo amemur. Vnumquodq; enim eorum per ſe poteſt in nobis amorem procreare. Etſi enim nullum beneficiū ab aliquo acceperimus,ſolùm autem audiamus eum nos perpetuò amare, vt qui nos laudet & admiretur, ei confeſtim conglutinamur,& tanquam benefactorem diligimus. In deo autē non hoc ſolùm, ſed hæc etiam tria videre licet tanta & tam inſigna,vt nulla ea poſſit explicare oratio. Et primùm pulchritudo illius beatæ & ab
Pulchritudo dei. interitu alienæ naturæ,res eſt quædam infinita,& nulla ratione ſuperabilis,quę omnē excedit rationem,& omnem effugit cogitationem.quando autem pulchritudinem audiueris, nihil corporeū ſuſpiceris, ô dilecte, ſed gloriam quādam incorpoream, & magnificentiam in-
Eſaiæ 6. effabilem. Hanc itaque declarans propheta dicebat: Et Seraphim ſtabant in circuitu eius,& duabus quidē pennis vultum tegebant, duabus autē volabant, & clamabant,Sanctus,Sanctus, Sanctus, ex ſtupore,ex admiratione,ex illo decore,ex magnificentia,ex gloria.Et rurſus Dauid cum mente apprehēdiſſet hanc ipſam beatæ
Pſal.44. illius naturæ pulchritudinem, dicebat: Accingere gladio tuo ſuper femur tuū valide ſpecie & pulchritudine
Exod.33. tua. Propterea Moſes illum ſæpe cupiebat videre, hoc amore ſauciatus,& illam amans gloriam. Quocirca dicebat quoq; Philippus: Oſtende nobis patrem, & ſuffi-
Ioan.14. cit nobis. Vel potius quæcunque dixerimus,ne paruum quidem, immò ne exile quidē veſtigium illius decoris poterimus explicare.Sed vis beneficia enumeremus:ne ea quidē poterit oratio cōſequi:& ideo dicebat Paulus:
2.Corin.9. Gratia autē domino propter donum eius inenarrabile.
1.Corin.2. Et rurſus,quæ oculus non vidit,& auris non audiuit,& in cor hominis non aſcenderunt, quæ deus præparauit
Roma.11. iis qui ipſum diligunt?Et rurſus,O altitudo diuitiarū,& ſapientiæ, & ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & imperueſtigabiles viæ eius. Eius autē in nos amorem quænā explicarit oratio? Eum certè admirans
Ioan.3. dicebat Ioannes, Sic enim deus dilexit mundum, vt filium ſuum daret vnigenitū. Quòd ſi vis eius verba audire, & cognoſcere deſideriū, audi quid dicat per pro-
Eſaiæ 49. phetam,Nunquid obliuiſcetur mulier miſereri natorū vteri ſui? Quòd ſi eorū etiam obliuiſcatur mulier, ego tamen nō obliuiſcar tui. Et ſicut hic dicebat:Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarū, ita deſide-
Matth.23. rat enima mea ad te deus; Ita etiā dicit Chriſtus, Quēadmodum cōgregat gallina pullos ſuos ſub alis,ita vo-
Pſal.120. lui cōgregare filios veſtros,& noluiſtis. Et rurſus, Sicut
Ibidem. miſeretur pater filiorum ſuorum,miſertus eſt dominus eorū qui ipſum timent.Et rurſus,Secundū altitudinem cœli à terra confirmauit dominus miſericordiam ſuam ſuper timentes ipſum. Et quemadmodum propheta exemplis vtitur, vt ſuum oſtendat deſiderium: ita etiam deus vtitur quibuſdā exemplis,vt ſignificet nobis ſuum amorem noſtræ ſalutis. Et propheta quidem dixit ceruam ſitientem,& terram aduſtam:Deus autem gallinarum in pullos charitatem,& patrum curam ac ſolicitudinem,& cœli à terra altitudinē,& matrum miſericordiam, non quòd ſolùm tantum amet quantū mater filium,ſed quoniā his definitionibus, regulis & exemplis non ſunt apud nos alia maiora ſigna & argumēta amicitiæ. Nam quòd nos nō ſolùm tantum amat quantum mater pia filios, ſed etiā multò magis, audi quid dicat: Quòd ſi etiam oblita fuerit mater filiorum ſuorum,ego *Eſaiæ 49.* tamen tui non obliuiſcar. Hoc autem dicebat ſignificans ſuum in nos deſiderium eſſe omni charitate naturali ardentius. Hæc autem omnia apud teipſum conſidera,& amorem vehementem accendes, claramq; flammam & reſplendentē charitatis efficies.Quoniam ergo nihil apud nos homines æquè ſolet accēdere amicitiā, vt aſſiduè meminiſſe beneficiorum quę accepimus:hoc etiam in deo faciamus.Apud nos conſideremus quæcū- *Beneficia dei in nos.*
que fecit propter nos, ipſum cœlum, terram, mare, aērem: quæ in terra ſunt,arbores, varios flores, iumenta, reptilia:ea quæ ſunt in mari:quæ in aëre: aſtra quæ ſunt in cœlo. Solem, lunam, & vt ſemel dicam, omnia quæ videntur,fulgura, temporū pulchrum ordinem,diei & noctis ſucceſſionem, annuas cōuerſiones. Animam inſpirauit, rationē donauit, maximo honorauit imperio. Miſit angelos,miſit prophetas,poſtea miſit filium ſuum vnigenitum. Et poſt illa rurſus ipſe quoque & per ſe,& per filium vnigenitū hortatur vt tu ſerueris: nec ceſſat Paulus in hodiernū vſque diem dicere, Pro Chriſto le- *2.Corin.5.*
gatione fungimur, nempe deo per nos hortāte, recon- *Epheſ.2.*
ciliamini deo.Et ne hic quidem conſtitit,ſed ex ſua natura acceptas primitias cōſidere fecit ſuper omnē principatum,poteſtatē & dominatū,& omne nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo,ſed etiam in futuro.Nunc verè eſt opportunū dicere,*Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudationes eius?* Et illud rurſus, Quid retribuam domino pro omnibus *Pſal.115.*
quæ retribuit mihi?Quid enim poteſt cum hoc honore *Pſal.115.*
conferri, quando primitiæ generis noſtri (quod in tam multis offendit,quod ignominia & dedecore affectum eſt) in tanta ſedent altitudine, tantóque honore nunc fruūtur? Nec verò cōmunia ſolùm beneficia, ſed etiam propria & priuata apud te reputa, quemadmodum ſi quando fuiſſes delatus per calumniam, abſolutus es ab accuſatione: ſiquando cum media & intempeſta nocte incidiſſes in latrones,effugiſti illorum inſidias: ſiquādo ex dāno tibi illato te expediueris,ſi cū in morbum grauem incidiſſes,refectus & recreatus es. Reputa quæ per totam tuam vitā accepiſti à deo beneficia, omnino ea permulta inuenies, non ſolum in tota vita, ſed vel in vno die, & ſi vellet deus omnia beneficia, quibus nos quotidie afficit imprudentibus nobis & neſcientibus,in mediū afferre, ne ea quidē enumerare poſſemus. Quot dæmones feruntur per hunc aërem? quot aduerſæ poteſtates? Si ergo eis ſolùm permitteret terribilem illum ſuum & horrendū aſpectum nobis oſtendere, an non mente dimoueremur? an nō periremus? an nō omnino interiremus? Hæc omnia reputantes,& peccata quæcūque vel ſpōte vel inſcientes admittimus(nam hoc quoque non eſt paruum reputandū beneficium, quòd non ſingulis diebus deus noſtra perſequitur delicta) poteris deum diligere. Quādo enim cogitaueris quot peccata quotidie committis, & quot ſingulis diebus beneficia accipis,quanta dei lenitate & clementia fruimur,& q; ſi deus voluiſſet quotidie de tuis peccatis pœnas ſumere, ne breui quidē tempore vixiſſes, prout dicit propheta, Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſti- *Pſal.129.*
nebit? ei ages gratias, & nihil erit tibi graue ac moleſtū eorum quæ acciderint: ſed videbis,quòd etiam ſi innumerabilia longe grauiora acciduſſent, nondum tamen dediſſes pœnas quas meruerās:& ita affectus magnum

accendes

accendes desiderium, & poteris dicere cum propheta: Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te deus. Est autem operępreciũ quærere, quanam de causa hoc animal in mediũ adduxerit. Ceruus est quodammodo sitibundus, & ideo frequenter currit ad fontes aquarum. Efficitur autem sitibundus à natura, & ex eo quòd serpentes comedat, & illorũ alatur corporibus. Ergo tu hoc quoq; fac. Serpentem, qui intelligentia apprehenditur, comede, peccatum humi prosterne, & poteris sitire dei desiderium. Quemadmodũ enim mala conscientia efficit nos sordidos, & adducit nos ad desperationẽ: ita si nostra peccata humi prostrauerimus, si improbitatem expurgauerimus, poterimus respicere ad spiritale desiderium, & cum magna animi promptitudine deum vocare, & vehementiorem amorem accendere. Nec verbis solùm, sed etiã factis cane hanc obedientiam. Propterea enim psalmos nobis cecinit ille beatus, vel potius gratia spiritus, non vt verba tantùm dicamus, sed eos factis quoque meditemur. Ne ergo existimes te propterea huc ingredi, vt verba tantùm dicas, sed vt quando canis, cogites obedientiam à te esse pacto conuento promissam. Quando enim dixeris, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus: cum deo pactum fecisti, scripsisti syngraphum absque charta & atramento, voce professus te ipsum diligere plus omnibus, & nihil ei præferre, eiúsque amore ardere. Si ergo egressus videris formosam aliquam & impudicam mulierem te inescantem, & ad sui amorem pellicientem, dic ei, Non possum te sequi, cum deo pactum feci. præsentibus fratribus, sacerdotibus, doctoribus, professus sum & promisi per obedientiam eum ita diligere, quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. vereor pacta conuenta transgredi. illum vnum deinceps amorem meditor. Si videris argentum in foro situm, & vestes aureas, alios gloriosè incedentes stipatos famulis, & habẽtes equos frænis auratis, nec te moueat illa visio, sed tibi rursus cane, & dic tuæ animæ, Paulò antè cecinimus, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus, & quod scriptum est, nobis attribuimus, idque nostrum esse fecimus. Nihil ergo amemus eorum quæ ad hanc vitam pertinent, vt ille amor nobis purus maneat & integer, & ne diuisus fiat imbecillior. Hæ diuitiæ omnes diuitias, omnem thesaurum, omnem gloriam, omnem existimationem, omnem claritatem nobis largiri poterunt. Eas obtineamus, & nulla re alia egebimus. Si enim qui turpi amore tenentur, & alicuius puellæ sæpe etiam deformis ardore incenduntur, nec parentũ minas, nec amicorum conuicia, nec aliorum multorum quidquam curant reprehensionem, sed ad illam tanquam ad scopum tendentes, & domum despiciunt, & paternam hæreditatem, gloriam, & existimationem, & amicorum adhortationes cõtemnunt, æstimantes se magnam habere horum omnium consolationem, si apud amicam tantùm in precio & honore fuerint, licet sit vilis, licet famosa, & quæcunque denique ea fuerit: qui deum vt oportet diligunt, sentiẽtne vnquam quæ sunt inter homines aut præclara aut molesta? Nec præsentis quidẽ vitæ visa apprehendent, vt qui ad illum amorem dirigantur, sed omnem quidem ridebunt prosperitatem, & res omnes aduersas contemnent, vt qui sint alligati dei desiderio, & nihil aliud cernant præterquam illum solum, & eum semper visione apprehendant, & se esse omnibus beatiores existimant. Licet in paupertate, licet in ignominia, licet in vinculis, licet in afflictione, licet sint in extremis malis, in omnibus quę patiuntur, existimabunt melius secum agi quàm cum regibus, admirabilem quandam habentes consolationem, quòd ea patiantur propter eum quem desiderant. Quocirca Paulus quoque cum esset in quotidianis mortibus, in carceribus, in naufragiis, in solitudinibus, in flagellis, in innumerabilibus aliis suppliciis, gaudebat, exultabat, & gloriabatur: & nunc quidem dicebat, Non solum autem in spe gloriæ dei, sed etiã gloriamur in afflictionibus, nunc autẽ rursus: Gaudeo in passionibus, & adimpleo quæ desunt afflictionibus Christi, in carne mea, & gratiam eam rem vocat, ita confitens, & dicens, Nobis ita gratis à Christo donatum est, vt nõ solum in ipsum credamus, sed vt etiam pro ipso patiamur. Nos quoque studeamus esse eodem animo, & omnes quæ incidunt molestias, placidè & lubenter feramus. Ferre autem poterimus, si deum ita amauerimus, vt amauit propheta. Non solum enim ex hac obedientia amorem videre possumus, sed etiã ex eis quæ consequuntur. Cum enim dixisset, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus, subiunxit dicens, *Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. Quando veniam & apparebo ante faciem dei?* Non dixit, Amauit anima mea deum viuum, neque amat anima mea deũ viuum: sed vt ostenderet affectionem, amorem sitim vocauit, vtrunque nobis significans, & ardorem amoris, & eiusdem perpetuitatem. Quemadmodum enim qui sitiunt, non hoc in vno die patiuntur, & duobus & tribus, sed per totam vitam, ad hoc nos ducente natura: ita etiam beatus ille, & omnes sancti, non vno solùm die fuerunt in cõpunctione, sicut multi homines, nec duobus, nec tribus (hoc enim non est mirandum) sed assiduè & singulis diebus amare perseuerabant, & amorem augebãt. Quod quidem ipse quoque significans dicebat: Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, simul & causam volens dicere, & ostendere quo modo quis deum amauerit. Hoc enim declarauit per ea quæ sequuntur, cum dixit, Sitiuit anima mea ad deum, & subiunxit, viuum, propemodum suadens & vociferans omnibus qui rebus huius vitę inhiant. Quid in corpora insanitis? Quid corpora amatis? Quid gloriam desideratis? Quid concupiscitis voluptatem? Nihil eorum manet & viuit perpetuò, sed diffluit & præterit, & est vmbra vanius, & somnis fallacius, & citius quam verni flores corrumpitur & interit. Quid ni enim citius corrumpi dicam & interire, cum alia quidem nos relinquant simul cum vita præsenti: alia etiam antè dissoluantur? Incerta est eorum possessio, instabilis eorum vsus & fruitio, velox est mutatio: in deo autem nihil est eiusmodi, sed viuit quidem & manet perpetuò, nullam mutationem nec vllam conuersionem suscipiens. Caducis ergo & momentaneis relictis, eum qui est æternus & perpetuus, amemus. Neque enim fieri potest, vt qui illum amat, pudore vnquam afficiatur, fieri non potest vt ab eo excidat. Fieri non potest vt eo quem amat, deficiatur. Qui amat quidè pecunias, vel morte adueniente, vel etiam ante mortem euadit nudus ab iis quę desiderat. Ei quoque qui præsentem amat gloriam, idipsum sæpe accidit. Porrò autem corporum quoque pulchritudo iis quæ prædicta sunt multo citius extinguitur: & omnia quæ ad hanc vitam, vt semel dicam, pertinent, sunt caduca & momentanea, & priusquã adsint & appareant, protinus resiliunt. Spiritualium autem amor contrà se habet,

Ceruus sitibundus.

Culpa ex natura. Prouerb. 28. Ifaiæ 26.

Attende quàm cretion sit, & denique in similitudinibus.

Ioan. 8. Philip. 3. Matt. 22.

Psal. 62. Matt. 6. Luc. 12. 1. Tim. 6. Iac. 4.

Psal. 41. Psal. 118. Psal. 72. Psal. 83. Psal. 62. Psal. 41. Psal. 118. Psal. 72. Psal. 83. Psal. 62.

*

habet, assiduè viget & floret, non nouit senium, non susci-
pit vetustatem, nec vlli mutationi & conuersioni
& incertitudini futuræ est obnoxius, sed hic etiam iu-
uat eos qui possident, & eos vndiquáque amplectitur:
& eos qui excesserũt, nõ dimittit, sed vnà cum his pere-
grinatur, & vnà cum his recedit, & ipsis luminaribus
deos reddit illo die clariores. Quæ quidem sciens quo-
que beatus Dauid, in dei amore perseuerauit, & amo-
rem intus continere non sustinuit, sed iis qui audiunt,
omni ratione ignem ostendere contendit quem intus
continebat. Cum enim dixisset, Sitiuit anima mea ad
deum fontem viuum, subiunxit, Quando veniam & ap
parebo ante faciem dei? Vide ardentem hominem, vi-
de inflammatum. Sciens enim se cum hinc recesserit,
eum esse visurum, ne expectat quidem dilationem, mo-
ram enim non patitur, sed hic nobis spiritum ostendit
2.Cor.5. Apostolicum. Etenim ille quoq; ingemiscebat propter
diuturnitatẽ huius peregrinationis. Idipsum huic quo-
que vsuuenit. Et ideo dicebat, Quando veniam & appa
rebo ante faciem dei? Et si esset quidẽ priuatus aliquis,
humilisq; & abiectus, & viuens in paupertate, magnum
quidẽ esset vel sic vitam præsentẽ contemnere: sed non
esset adeò magnum vt nunc est, vt qui rex est, & tantis
fruitur deliciis, tantæq; est gloriæ particeps, & est innu-
merabiles victorias cõsecutus, multaq; bella vicit, & est
omni ex parte clarus, insignis & illustris, hæc quidem
omnia irrideat, diuitias, & gloriam, & omnes delicias,
ad futura autem aspiret & inhiet: hoc est magni cuius-
dam & excelsi animi. Hoc est animæ quæ tenetur stu-
dio sapientiæ, & cœlesti amore verè capta est. Eum nos
quoq; imitemur, & ne præsentia admiremur, vt admi-
remur futura: vel potius admiremur futura, ne admire-
mur præsentia. Si enim in illis cogitãdis perpetuò ver-
semur, & regnũ cœlorum, immortalitatem, vitam quæ
nunquã desinet, quæ ducẽda est cum angelis choream,
futuram cũ Christo conuersationẽ, gloriam illam quæ
nunquã interit aut corrumpitur, vitam autem ab omni
dolore liberam apud nosipsos consideremus, & quòd
lachrymæ, probra, maledicta, & mors, labor, & tristicia,
senectus, morbus, ægritudo, paupertas, & calumnia, vi-
duitas, peccatum, & cõdemnatio, pœna & supplicium,
& si quid est aliud in vita præsenti molestum & acer-
bum, ea omnia expulsa sunt, loco autẽ eorum introdu-
cta sunt, pax, lenitas, mansuetudo, dilectio, lætitia, glo-
ria, honor, splendor, & alia, quæ ne posset quidem ora-
Esa.64. tio consequi, nihil nos rerum capiet præsentium, sed po
1.Cor.2. terimus nos quoq; dicere cum Propheta. Quando ve-
niam & apparebo ante faciem dei? & ita affectos nec res
splendidæ & secundæ nos efferent, nec insolentes effi-
cient: nec quæ sunt molesta ac grauia, tristicia afficient,
non inuidia, non vana gloria, nõ aliquid aliud nos vn-
ἀφοσιού- quam expugnabit. Ne huc ergo temerè ingrediamur,
μενοι τὰς neque aures expurgãtes dicamus, sed ea quę audita fue-
ὑπαχοάς. rint pro baculo sumentes, egrediamur. Sufficit autem
vnusquisq; versus ad nobis comparandum plurimum
philosophiæ, & ad corrigendũ dogmatum sententiam,
& ad afferendum maximam vitę vtilitatem, & si vnam-
quãque dictionem exactè perscrutemur, admodũ vbe-
res inde fructus colligemus. Neque enim paupertatem,
nec negocia, nec tarditatem hic opus est prætexere. Etsi
enim sis pauper, & propter paupertatem libris careas,
vel libros quidem habeas, non superat autẽ tibi ocium,
mihi tantum obserua quæ ex psalmo audiisti, quem hic
cecinisti, non semel, non bis, non ter, sed sæpe, & ex eo
magnam capies consolationem. Vide ergo vel ipsa
psalmi auditio quantũ nobis thesaurum aperuerit. Nec
mihi dicat quispiam, Ante interpretationẽ nesciebam
quid valeret. Nam etiam ante interpretationem omni
tempore, à volente vtcunque animum adhibere, be-
ne potest intelligi quod auditur. Si enim teipsum so-
lummodo docueris dicere, Quemadmodum desiderat
ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad
te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontẽ viuum: quan-
do veniam & apparebo ante faciem dei, id vel ante in-
terpretationem sufficerit tibi ad omnem introducen-
dam philosophiam. Nec hæc solùm, sed etiam vnaquæ-
que psalmorum auditio easdem nobis suppeditabit di-
uitias. Nam si rursus dixeris, Beatus qui timet domi- Psal.127.
num: & potueris scire quidnam sit id quod dicis: non
diuitem, non principem, non formosum, non eum qui
valet viribus, non eum qui ædes possidet magnificas,
non eum qui gerit magistratus, non eum qui regnum
obtinet, nullum denique alium nisi eum qui est pius ac
religiosus, qui studio sapiẽtiæ tenetur, qui deum timet,
beatum duces. Non solum propter futura, sed etiam
propter præsentia. Nam etiam in hac vita hic quoq; est
illo potentior. Nam si morbus quandoque inuaserit,
ille quidem indutus purpura, nihil à satellitibus & su-
perba illa exteriori visione iuuatur ad solandam ægri-
tudinem, sed & domesticis, & parentibus & omnibus
præsentibus, & aureis vestibus super eum positis & sub-
stratis, iacet ille ardens veluti in fornace. Qui est autẽ
pius, & deum timet, non patre, non seruo, non vllo alio
præsente, postquam in cœlum non sæpe, sed bis & ter
suspexit, omnem illam fornacem extinxit. Hoc etiam
viderit quispiam euenire in rebus aduersis, & omnibus
quę inopinatò accidunt, eos quidẽ qui diuitiis affluunt,
clariq; sunt & insignes, turbari: eos autem qui sunt pij,
& sapientiæ studiosi, omnia ferre facilè & placidè. Iam Prouer.11.
verò ante ea omnia, si nihil graue euenerit, eius qui 1.Corin.4.
deum timet, conscientia, est & maiori & synceriori vo- 2.Corin.4.
luptate plena, quàm diuitis anima. Ille enim etsi ex-
terna voluptate fruatur, grauius afflictatur omnibus
qui fame vexantur, dum sua mala in memoriam redi-
git, & cum mala viuit conscientia. Hic autem licet ne-
cessario alimento careat, erit tranquilliori & alacriori
animo quàm ij qui fruuntur omnibus deliciis, vt qui
bona spe alatur, & suorum rectè factorum remunera-
tiones quotidie expectet. Et ne longiori vtens oratio-
ne, videar afferre molestiam, relinquẽs iis qui sunt pau-
lo studiosiores, legendam vnãquãque psalmi auditio-
nem, & quæ in eo sita est scrutandam potentiam: hic fi-
niam orationem, illa suadens vestræ dilectioni, vt non
hinc frustra egrediamini, sed quæ audita fuerint, tan-
quam margaritas sumentes, ea domi perpetuo conser- Metaphora.
uetis & meditemini, amicisq; & vxoribus ea omnia di-
catis: & si vlla vos vexet animi perturbatio, si excitetur
cupiditas, si ira, aut quæuis alia à ratione aliena pertur-
batio, ea assiduè canatis: vt & in hac vita magna tran-
quillitate fruamur, & in futura vita bona æterna cõse-
quamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Chri-
sti, per quem & cum quo gloria patri & sancto spiritui
in secula seculorum, Amen.

INTERPRETATIO IN XLII.

Psalmum. Psalmus ipsi Dauid. Est apud Hebræos absque inscriptione.

IVdica me deus, & discerne causam de gente non sanctâ
ab homine iniquo & doloso eruas me. Hic psalmꝰ est
apud Hebræos absque inscriptione, vt qui ha-
beat

Deat eandem sententiam cum præcedente. Rogant autem deum qui hæc verba fecerunt, vt eos iudicet & Babylonios, quorũ magna erat seruicia, & beluinus animus: & ideo appellant eos gentem non sanctam: quinetiam regem eorum, virum dolosum & iniquum. Hæc autem de eo quoque docet admirabilis Danielis prophetia. *Quare me deus fortitudo mea, cur repulisti me? & cur tristis incedo dum affligit me inimicus?* Easdem rursus preces offerunt, postulantes vt liberentur à crudelitate hostium, quæ in causa erat vt essent semper mœsti & tristes. Illud autem, Cur, non dicunt tanquam accusantes, sed vt qui ipsi non fuissent socij aliorum iniquitatis, & cum illis defecti fuissent superna prouidentia. Communem tamen pro omnibus fundunt orationem. *Emitte lucem tuã & veritatẽ tuam. Ipsa me deduxerunt in montem sanctum tuum.*

Hic mutarunt tempus septuaginta, & tanquam quæ fuerint, dixerunt quæ futura sunt. Fecerunt autẽ apertiorem interpretationem. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. Ad quem deducet me? Adducet in montem sanctum tuum in tabernacula tua. Rogo, inquit, vt tuum assequar auxilium. Per id enim possum liberari ab acerba seruitute, & in paternam terram reuerti, & in templo consecrato peragere dei cultum legibus constitutum. Tabernacula enim dei, templum vocauit: montem autem sanctum, Sion. Lucem autẽ & veritatem, iustam & salutarem apparitionem. Quemadmodum enim tenebras vocat calamitates: ita etiam lucem, ab eis liberationem. Petunt autem cum luce veritatem, vt qui petiissent vt deus eos iudicaret & Babylonios, & aperte scirent quòd deus vtens veritate & clementia, illos quidem esset condemnaturus, ipsos verò liberaturus. *Et introibo ad altare dei, ad deum qui lætificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cithara deus, deus meus.* Symmachus hoc ita est interpretatus. Vt cum venero ad altare dei, ad deum lætitiã tranquillitatis animi mei, cõfitear tibi in psalterio deus deus meus. Cupio, inquit, reditum, tuum in primis expetendum altare videre desiderans, & per illud te dominum contemplari, qui omnis generis lætitiæ & iucunditatis mihi præbes materiam. Illic autem cum cithara hymnos canam more solito. Babylone enim in salicibus nostra instrumẽta suspendimus, legis trãsgressionem, extra suum locum tui cultum esse rati. *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.*

Hinc autem manifestum est vtrunque psalmum eundem sensum habere. Se autem inuicem adhortantur vt meliorem spem habeant, & animi vincant perturbationem, & à deo salutem expectent, vt quæ sine vlla dubitatione danda sit.

Ioel. 4.

Psal. 136.

IN EVNDEM PSALMVM ALITER.

Psalmus Dauid.

COhæret priori psalmo, & eadem quę nunc, exposuit. Vnde etiam simpliciorẽ inscriptionem adiecit. *Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me: Quia tu es deus fortitudo mea.* Gentem non sanctam dixerit quispiam dici vniuersam peccatorũ congregationem, multò autem magis dæmonum, qui quidem nos impiè aggrediuntur. Cum eis quidem vt iudicio contendat, orat propheta, vt ipse quidem coronetur, illi verò condemnentur, quòd cum carne careant, quæ sunt carnis committant. Quinetiam orauit vt liberetur ab homine iniquo & doloso, est enim lingua dolosi terribilis, quę verbis dolosis corda hominum illaqueat. Intelliges autem hominem dolosum dici quoque diabolum. Dolosus enim dicitur, vt qui cum dolo Adam aggressus fuerit. Ipsum autem hominem Esaias quoque appellat. Sic autem dicit: Et insurget in domos improborũ hominum, & in spem eorum vanam Aegyptiũ hominem, & non deum, equorum, carnes, & non est auxilium. Hic cum dolosis quidem versatur, terribilis autem iure existimatur iis qui decepti sunt, eum tamen declinare possumus, si à deo confirmemur. Quæ est autem dei confirmatio? stabilimentum legis quæ ab ipso data est. *Quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?* Vides quòd quæ sunt huius psalmi, inuenuntur consentire iis quæ sunt in priori, præterquã quòd hæc verba cõueniunt personæ eius qui peccauit, & resipuit. Qui enim peccatum agnouit, propter id quidem afflictatur, deum autem interpellat ab eius auxilio excluſus, & propterea exclamat aduersus inimicos qui intelligẽtia percipiuntur, ad quos auertendos cum ipse non sufficiat, precatur ea quæ subiunguntur. *Emitte lucem tuam & veritatem tuam.* Nunc enim, inquit, versor in tenebris, faciens ea quæ sunt tenebrarum, & falsi tyrannide opprimor. Est enim falsum, pater omnis vicij. Quam ergo lucem emittet? Deum verbum. Veritatem autem ipsius spiritum precatur accedere. Et quid adiicit? *Ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.* Dicit fortasse montem legem (nihil est enim dei lege altius) tabernacula præcepta. In ipsis enim Iudæi figunt tabernacula, vnusquisque seipsum efficiens diuersa virtutum tabernacula. Intelliges autem etiam Golgotha montem verè sanctum. in ipso enim sanctus sanctorum per crucem orbem sanctificauit. Tabernacula ergo, Bethlehem, Sion, resurrectionem, præterea autẽ etiam assumptionem. Sępe enim in ipsis quoque diuerse habitauit. Ad ea enim à deo verbo & spiritu iure deducti sumus & quo modo aduersus inimicos possimus consequi victoriam, in ipsis adsumimus. *Et introibo ad altare dei, ad deum.* Quòdnam altare? Propriè. Eius enim in vniuerso orbe terrarum. Hoc est autem verè dei altare, In ipso enim dei verbi sacrificium, qui pro nobis mactatus est, peractum est. Illic nostra inuentus iure lætitia afficitur. Per crucem enim veterem exuentes, nouum Adam Christum induti sumus, à quo nostræ substãtiæ renouata inuentus iure lætitia afficitur. Et quo modo oporteat ad hoc altare ingredi, audi. *Cõfitebor tibi in cithara deus deus meus.* Vides quòd per cõfessionem introire ad altare dei, & renouari possumus. Oportet autem in cithara contexere confessionem, hoc est, in compunctione psalmorum, vel in mortificatione, vel in concentu virtutum. Mortificationem enim, nerui: concentum autem, harmonia significat. Deus autem, deus, inquit, meus. Primum cum articulo, secundum sine articulo, vt eum doceat, qui est deus in omnibus. Eum deum eximium per zelum inscribimus. *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?* Cur luges, inquit, vel turbaris animo? Adest enim, inquit, gaudium & tranquillitas, si ascenderis in spem quę in deo sita est. Si autem dicat anima, Et quo modo possum sperare in deo, cum peccauerim? audi deinceps prophetam docentem quæ sequuntur, *Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi.* Vbi autem est confessio, illic magna spes est familiaritatis cum deo. Et propterea adiecit Psalmographus, *Salutare vultus mei deus meus.* Vultus nostri sunt sensus nostri. Eos cum suscepisset Christus, seruauit per mysterium incarnationis, quandoquidem fuerant corrupti à dæmonibus.

Ἰdatio per antithesin.

Hebr. 7.

ὁ θεὸς, θεός

IN

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN XLIII. PSALMVM, victoriæ effectori filiis Core.

DEus auribus nostris audiuimus, patres nostri annũciauerunt nobis, Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. Alius, In dieb° prioribus. Alius, In diebus ab initio. Hunc psalmum dicit quidem propheta, dicit autem non ex persona propria, sed ex persona Macchabæorũ, narrans & prædicens quæ futura erant in illo tẽpore. Tales enim sunt prophetæ, omnia tẽpora percurrunt, præsentia, præterita, futura. Quinã sunt autẽ hi Macchabęi, quidque passi sunt, & quid fecerunt, necessariũ est primùm dicere vt sint apertiora quæ in argumento dicuntur. Ij enim, cum inuasisset ludæa Antiochus, qui dictus est Epiphanes, & omnia deuastasset, & multos qui tunc erant, à patriis institutis resilire coëgisset, permanserũt illæsi ab illis tentationibus: & quando graue quidem bellum ingruebat, nec quidquam possent facere quod prodesset, se abscondebant. nam hoc quoq; fecerũt Apostoli. Non enim semper apparentes in media irruebant pericula, sed nonnunquã & fugientes & latentes secedebant. Postquam autẽ parum respirarunt, tanquam generosi quidam catuli ex antris exilientes, & è latebris emergentes, statuerũt non se amplius solos seruare, sed etiam alios, quotcũque possent, & ciuitatem: & omnem regionem obeuntes, collegerunt quotquot inuenerũt adhuc sanos & integros: & multos etiam qui laborabant, & corrupti erant, in statum pristinum redegerunt, eis persuadentes redire ad legem patriam. Deum enim dicebãt esse benignum & clementem, nec vnquã adimere salutem quæ proficiscitur ex pœnitentia. Hæc autẽ dicentes, habuerũt delectum fortissimorũ virorum. Non enim pro vxoribus liberis & ancillis, patriæq; euersione & captiuitate, sed pro lege & patria republica pugnabant. Eorum autem dux erat deus. Cum ergo aciem dirigerent, & suas animas prodigerent, fundebãt aduersarios, non armis fidentes, sed loco omnis armaturæ, pugnæ causam sufficere ducentes. Ad bellum autem euntes, non tragœdias excitabant, non pæanas canebant, sicut nõnulli faciũt: non adsciuerunt tibicines, vt fit in aliis castris, sed dei supernè auxilium inuocabant, vt adesset, opem ferret, & manum præberet, propter quẽ bellum gerebant, pro cuius gloria decertabant. Videamus ergo quid hæc castra dei loquantur, quæ sunt spiritali munita auxilio, cùm sunt hostes aggressura. Deus auribus nostris audiuimus. Quia enim nõnulli eorum qui cum ipsis stabant in acie, Antiochi multitudinem, instructam aciem, & victoriam videntes, & quòd omnia primo impetu cepisset, propriámque imbecillitatem & paucitatem considerantes, molliores erant & imbecilliores, eorum animos spiritusq; excitans, & ostendens quòd in dei ductu vniuersum situm est, & absque exercitu, si is opem ferat, potest parari victoria: instar precationis compositam suasionem & exhortationem facit ad commilitones, & deum alloquens, eos promptiores reddit & alacriores. Non est autem hæc parua pars adhortationis. Neque enim tantum virium habuisset ad eos conuersa oratio, sicut ad deum directa. Et ideo procedens dixit: Non in gladio suo possederũt terram, & dextra eorum nõ saluauit eos. Hoc est enim eius qui eos recreat & reficit, qui sunt molliori & imbecilliori animo ad labores suscipiendos, qui quærunt victoriã ex humana cõsequentia. Omnis ergo hæc precatio, est ad milites adhortatio, quæ iubet vniuersum in deum coniicere statuerèque ex spe in illum pendere victoriam. Cur autẽ non dixit absolutè, Audiuimus, sed nostris auribꝰ audiuimus? Quãnam enim alia corporis parte auditur? Nunquid quę dicuntur, sunt superuacanea? Absit. Sed hic est mos communis hominum, qui, quãdo aliqua narrant de quibus sunt facti certiores, & res magnas & magni põderis referunt, iis quibus ea non sunt vsqueadeo certa, aures semper adiiciunt, dicentes se auribus audiuisse. Non in hac autẽ solùm actione, sed etiam in aliis hoc ipsum facere cõsueuimus, nostros ipsorum sensus producentes in testimonium. Est ergo eorum qui volũt fidem facere auditori, aures adiungere. Nam in oculis etiã & in manibus hoc ipsum facimus, vt quando dicimus, Manibus nostris palpauimus. Porro autem etiam dicebant Apostoli: Quæ viderunt oculi nostri, & manus nostræ contrectauerunt. Vide autem eorum vel hinc ex proœmio virtutem, qui cum tot & tanta propter deum passi essent, à patria & libertate excidissent, pericula adiissent, alij autem in exilium acti, montes & solitudines persequerentur, nihil eorum interim dicunt, videlicet, Hoc & illud passi sumus propter te, da nobis auxilium: sed tanquam hæc eis deessent quæ iure afferre possent, nec fiduciam ex suis factis haberẽt: ad ea, quæ deus maioribus illorum fecerat, confugiunt. Eos enim qui fiduciam non habent, hæc facere non est mirandum, cum eos ad hoc trahat necessitas. Quòd autem illi qui propterea q; rectè fecerũt, magnificè loqui possint, nolunt ex iis seruari, sed ex dei benignitate qua in patres vsus est: hoc est magnum argumentum eorum humilitatis: prompti autem & alacris sui animi non paruam hinc quoq; causam statuunt. Sufficit enim dei vel sola appellatio ad profligãda bella innumerabilia. Patres nostri annunciauerunt nobis. Audite quotquot vestrorum filiorum nullam curam geritis: quicũque carmina diabolica canentes, cõtemnitis diuinas narrationes. Sed nõ hi eiusmodi, sed in narrationibus præclarorum dei factorum vitam assiduè consumebant, & duplex lucrũ faciebant. Nam & qui beneficio affecti erant, dum beneficiorũ recordarentur, meliores fiebant: & qui ex illis descenderant, non paruum dei cognitionis argumentum sumebant ex his narrationibus, & incitabantur ad imitandã virtutem, eis enim libri erant ora eorum qui ipsos genuerant. omnisq; schola & omnis diatriba has habebat narrationes, quibus nihil erat iucundius, nihil conducibilius. Si enim rerum solùm narrationes, fabulæq;, & figmenta, solent sæpe multos consolari auditores: multò magis hæc quæ magnã ostendebant beneficentiam, potentiam, sapientiam, curam, & vnà cũ voluptate auditorem excitabant, & meliorem reddebant. Qui enim dum fiebant, interfuerant, & visu exceperant, ea auditui tradebant, & ad fidem faciendam non minus valebat auditus quàm visus. Non minus enim credebant ij qui non adfuerant nec viderant, quàm ij qui adfuerant & viderant. Hoc quoq; eos non parum exercebat ad fidem. Videamus autem quid narrarunt, & nunquid frmilis argumenti meminerunt. Qui enim est aliquid rogaturus, & postulatum consecuturus, ex data aliis gratia eum oportet petere similia. Quod autẽ dico, est eiusmodi, Petit aliquis famulus à nobis donum: si ostenderit alium quoq; id accepisse, maximam affert rationẽ cur id debeat accipere, nisi exemplum lædat differẽtia. Differentiam autẽ dico personę vel rei. Si enim qui accepit, talis sit qualis qui petit, & id quod petitur, simile: non constitit exemplũ. Sin autem ille quidẽ iure accepit, hic autẽ non itidẽ: postulatione maiori erit opus. Necesse est autem id quod dico, manifestũ facere ex scripturis.

Audire a

Palpare ma nibus.

Videre ea lis.

1. Ioan. 1.

Hyperbo.

Paradig.

Historiarũ sacrarũ vtilitas.

Chananæa

Matth.15. Chananæa postquam audiit, Non est bonum accipere panem filiorum, & dare canibus: dicit. Etiam domine. Nam & catuli edunt de micis mensæ dominorum suo-
1.Cor.9. rum. Et Paulus rursus scribens dicebat, Si alij vestrę potestatis sunt participes, multò magis nos: ex personæ differentia se plus iuris habere ostendens. Et rursus scribens ad Philemone, dicebat, Quia viscera sanctorũ requieuerũt per te frater: propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperãdi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatẽ magis obsecro. Hîc est ex æquo exemplum. Quãdo enim primus fuerit qui accepit: veluti quandã secundo fenestram aperit, si similis sit qui est petiturus, vel si eadẽ petat. Nõ solum autẽ ex iis quæ aliis data sunt, sed ex iis etiã quæ in nos ipsos antea collata sunt, fit sæpe valida postulatio: quod etiã fecit Pau-
Philip.4. lus scribens ad Philippenses, & dicens, Quoniã & Thessalonicã semel & iterum quod mihi vsui futurum erat, misistis. Et ideo multi qui multis donant, hoc præcipiunt ne id dicant aliis, ne in vnum facta gratia, ei qui dedit, multos petitores excitet, vtpote quòd non possit subterfugiũ inuenire qui dedit, quo minus det aliis. Et hoc quidem meritò iubent homines, vt qui dando fiant pauperiores: Deus autẽ contrà prædicat & proclamat ea quæ dat aliis, vt aliis etiam præbeat occasionem rursus ab eo petendi. Dando enim maiores eius osten-
Rom.10. dũtur diuitiæ. Et ideo dicit Paulus, Qui diues est in omnes, & super omnes inuocãtes eum. Vidisti nouã quandam naturam diuitiarum. Eam tu quoque imitare ma-
Prouer.3. gnificentiam. Quando enim opes repositas cõsumpseris, tũc ipsas magis augebis. Si autẽ infoderis, ipsas tunc magis diminues. Et quid mirum si hoc accidit in spiri-
Matth.19. tualibus, cùm hoc fiat etiam in carnalibus: Si quis enim
Mar.10. propter parsimoniam frumentum domi situm non cõ-
Luc.18. sumpserit, nec in terram iecerit, id vermibus exedendũ tradidit. Sin autem dispersérit, maiorem messem colliget. Audite quotquot estis tardi ad eleemosynã. Audite qui vobis diuitias seruando diminuitis. Audite qui nihilo melius affecti estis, quàm qui sunt in somnis diui-
Videntes tes. Quæ sunt enim præsentia, sunt somnio nihilo meliora. Sed quemadmodũ qui in somnis sibi videntur habere pecunias, licet fuerint regiæ gazæ domini, cũ dies illuxerit, sunt omniũ pauperrimi: ita etiam in via præsenti qui nihil illuc auferre potuerit, est omniũ pauperrimus, licet omnia possederit. In somnis enim solum est diues. Si velis ergo mihi ostendere diuitem, tunc mihi ostende quando fuerit dies, quãdo in illam patriam receſserimus: nunc autem non potero discernere diuitem & pauperem. Non est enim rerum veritas, sed potius splendida & speciosa vocabula. Quemadmodũ enim
Videntes, sed non videntes. nonnulli appellant cęcos græcè πολυβλέποντας, hoc est, multũ videntes, licet res nomen non sequatur: immò ij sunt maximè non videntes: ita etiam nomen diuitum hic dico, circunferri, eorum qui nihil illic possident.
Diuites, nisi valde pauperes. Quando enim hic diues fuerit, tunc cum scio maximè esse pauperem. Nisi enim esset valde pauper, non valde diteſceret. Quemadmodum enim cæcum, nisi omnino esset excæcatus, non appellassent ipsum πολυβλέποντα, hoc est, multũ videntem: ita hic etiam putandũ est. Depositа ergo deceptione nominum, veritatem rerum arripiamus. Res enim non consistunt in nominibus, sed rerum naturæ effingunt nomina ex propria substantia. Hic vocatur diues, sed non est. Et quo modo non est, quãdo multũ argenti, multum auri, & lapides precioſi, & vestes aureæ, & omnia alia ei affluunt? Quoniam nõ aurum, nec vestes, nec pecuniæ, sed eleemosyna facit di

A uitem. Hæc enim sunt fœnũ, hæc ligna & stipula. Quã- 1.Corin.3.
rumnã enim, dic quæso, vestium amictus illum ad terribile illud tribunal nudum stantem operire poterit? Quod pertimeſcens Paulus dicebat, Siquidem induti, 2.Cor.5.
non nudi reperiemur. Quænam pecuniæ eum venientem in periculũ poterunt eximere? Quinam famuli poterunt adesse domino qui flagellatur? Quænã domus? Quinã lapides precioſi? Quænã balnea poterũt abstergere sordes susceptas ex peccatis? Quousq; vosipsos seducitis? Quousq; rerum veritatẽ non cernitis, sed somniis inhiatis, cum propè atq; adeo in foribus sit iudiciũ? Sed reuertamur ad ea quæ sunt proposita. Patres nostri annunciauerũt nobis opus quod feciſti in diebus eorũ, & in diebus antiquis. Potest etiam hoc verbũ sumi anagogicè. Si enim illis patres narrauerũt, sed & nobis etiã ἀναγωγικῶς.
dedit dei gratia, vt quæ illis facta sunt, per sancti spiri-
B tus aduentũ discere mus. Quo modo autẽ poterit quispiam hæc sumere anagogicè? Si ea trahat ad præclara Ephes.1.
nouę gratiæ facinora, quòd in cœlũ sublati sumus, ꝙ re- Ioan.1.
gno digni sumus habiti, ꝙ deus homo factus est, quòd Ephes.2.
soluit intermediã sepis maceriam. Sed redeamus ad historiam. Opus quod operatus es in diebus ipsorum, in diebus antiquis. Meminit cuiusdã antiquæ narrationis, & quæ præclarè olim facta sunt adducit. Et cur nõ alicuius noui & recentis meminit? Quoniam apud homines quidem iure ea quæ sunt prophetarum, narramus: & per ea ipsos attrahimus, vtpote ꝙ sit eis imbecilla memoria. Deo autẽ æquè sunt omnia cognita, & vetera, & Psal.156.
noua. Ecce enim, inquit, tu cognouisti omnia antiqua & nouissima, vltima & prima. Nihil autẽ refert an veterem an nouam narrationẽ dixerit, modò sit adiecto cõ ueniens. Quãmnam autẽ vult antiquã dicere narratio-
C nem? Audiamus. *Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eas: afflixisti populos, & expulisti eos.* Agnouistis ne quódnã bellum dicat, quã victoriam, quod trophæũ? Opúsne habetis vt id à nobis declaretur? Existimo quidẽ multos iam intellexisse quod dicitur. Propter eos autẽ qui ignorãt, necesse est aliquid nostrũ addere. Quorúmnã ergo trophæorum, quorúmnã facinorũ meminit? Eorum quę in Numer.14.
Aegypto, eorũ quæ in deserto, eorum quę in terra pro- Hebr.3.
missionis facta sunt, vel potius eorũ quæ in promissione. Neq; enim ij qui ex Aegypto egressi sunt, ij peruene- Præter Iesue & Caleb.
rũt in Palæstinã, sed omnes ceciderũt in deserto. Quã- Iosue 6.
do ergo qui ex illis nati sunt, & qui in deserto sunt edu-
cti, exierunt in Palæstinã, inquit, eis nõ fuit opus armis, sed vel ipso solo clamore vrbes ceperũt: & cum Iordanem transiissent, primã vrbem quę eis occurrit, Iericho, saltantiũ potius quàm bellantiũ ritu diruerunt. Armati enim non tanquã ad pugnam, sed tanquã ad concionẽ
D festúmve ac choream egressi sunt, ornatus potius gratia, quàm vt tutiores essent, armis instructi, & sacris vestibus induti, & habẽtes Leuitas qui castra præcedebãt, muros cinxerunt. Et videri poterat spectaculũ admirabile, & penè incredibile, tot milia exercitus certo ordine & numeroſe incedẽtia, in silentio summo, honesteq; ac decorè, perinde ac nullus adesset, cum illo tubarum concentu & modulatione omnia rectè gessisse. Erubescant qui tumultuantur in ecclesia. Si enim vbi tubæ re- Extlamatio ad exẽplo
sonabãt, tam pulcher erat ordo, & tanta moderatio: vbi deus ipse loquitur, quãmnam veniam assequentur, qui propter suos tumultus impediũt ne quę dicuntur exaudiantur? Sed cur, inquit, non meminit eorum qui exceſserunt ex Aegypto? Quoniã omnes ceciderunt, quoniã pœnas dederunt. Cur autẽ omnes perierunt? Quoniam valde peccarũt. Hic autem aliud quoq; prouidit, vt qui

Palæstinam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Palæſtinam erãt occupaturi, mala quæ erant in Aegypto, non vidiſſent, omnẽ nempe ſuperſtitionem, & omnem impietatẽ, & vt tantæ improbitatis nullum magiſtrum haberent. Eos enim ita præoccuparat Aegyptiorum cõſuetudo, & eos ita ceperat, vt poſt tot miracula ne in deſerto quidẽ purè erroris reliquias abſtergerent.

Cur filij Iſraël tandiu in deſerto retenti.

Quòd ſi etiam accepiſſent Chananæos prioribus deteriores magiſtros, quo modo nõ impegiſſet eorũ impietas? Et ideo eos qui nati erant, continuit in deſerto, donec ad virorũ ætatem peruenirent eorũ filij. Hæc autẽ loquitur non è domo noſtra deſumpta, ſed producta è

Ezech.20.

ſcripturis. Nam per Ezechielem deus hoc ipſum eis exprobrat, quòd cum eos in deſertũ eduxiſſet, & multum cum eis diſſeruiſſet, nõ audiebatur. Sed qua de cauſa iuſſit eos armis indui, cũ eſſent aggreſſuri Iericho? Fuiſſet enim admirabilius, ſi hoc feciſſent ſine armis. Maximè ergo cum iubeat aliquid humanũ facere, & aliquod ſenſile auxiliũ accipere, hoc facit ſe demittens ad eorũ imbecillitatem. Quid potuerũt enim arma efficere ad muros diruendos. Quid verò clangor tubarũ? Si enim fuiſſet bellũ aduerſus homines, fuiſſet aliquod momentum in armis reponendum. Sin autem erant cauſura mœnia,

Iudic 6.

cúrnam armis induũtur? Porrò autẽ in Gedeone quoque, qui capti ſunt, erant numero æquales iis qui non capti ſunt, omnes enim manifeſti fuerũt. Quamobrem ergo hæc fiunt? Vt qui hæc iubẽtur, ad fidem deducan-

ἀναγωγὴ. Roma.1.

tur. Anima enim quę coalita eſt corpori, & nihil vnquã vidit incorporeũ, & ſenſilib⁹ inhiat, ab iis quæ videtur, ad ea quæ mente cõprehenduntur, deduci opus habebat. Vnde etiã prophetis de deo loquentibus opus fuit humanorũ membrorũ meminiſſe, nõ vt illam naturam à corruptione & interitu alienã, ad membrorũ figuras formarent ac effingerent, ſed vt animã in ſenſilibus cũ corpore enutritã, ex humanis doceret ſecreta quæ ſunt ſupra hominem. Quoniã ergo dei operatio eſt aliquid quod apprehenditur intelligẽtia: ne qui tunc erant, nõ crederent, ponit etiã aliquid ſenſile. Si enim diciſſet, In ſeptem diebus euertetur vrbs vobis quieſcẽtibus, & nihil facientibus: fortaſſe multi nõ credidiſſent, nunc autem hæc precepta, veluti quoddã fundamẽtum, humanæ menti ſubiicit. Et ne id quod dicitur, exiſtimetis eſſe ſolũmodo coniecturam, volo vobis narrare veterẽ hi-

Probatio ab exemplo.

ſtoriam quę cõfirmat quod dicitur. Naamam erat quidam Syrus. Eum cũ lepra inuaſiſſet, & propter eũ morbum erubeſceret, vt qui in maximo periculo verſaretur, venit in Palæſtinã (breuitate enim vtendũ eſt) volẽs

4. Reg. 5.

à Propheta liberari hoc malo. Cum ergo veniſſet, & in viri foribus cõſtitiſſet, vocauit medicum. Ille autẽ exaudiit quidem, non tamẽ eſt egreſſus, ſed tantùm miſit, iubens eum tingi in fluuio Iordane. Ille autem, quoniam erat leue mãdatum, nõ multũ habens ex ſenſili, & quod non habebat opus ſublimi cogitatione, non credidit. Sed quid dicit? Putabam ꝙ egrederetur ad me, & imponeret manũ ſuam, & inuocaret deũ, & curaret lepram. Vides quo modo anima opus habuerit re aliqua ſenſili. Nõ exiſtimaſſet enim iuſſum medici ſufficere, ſed manu opus fuiſſe, erat imbecillitatis eius qui curabatur. Por-

Matth.7. Mar.7.

rò autem multa quoq; alia hinc ſoluũtur. Et ideo Chriſtus quoq; non ſemper verbo ſanat, ſed etiã manu, immiſit enim manũ in os & in linguam: & alicubi quidem verbo ſolo, alicubi autem voluntate ſolum omnia faciens, curabat eos qui accedebant. Quare ergo hoc faciebat? Propter imbecillitatẽ eorum qui accedebant. Et vt ſcias hoc factũ fuiſſe propter eorum imbecillitatem, laudabat eos qui eiuſmodi rebus minimè opus haberẽt.

Amen enim, inquit, dico vobis, Non inueni tantam fidem in Iſraël: quandoquidẽ non traxit eum in domum ſuam Centurio, ſed dixit eius iuſſum ſufficere. In Eze- *4.Reg.18.*
chia itaq; nihil tale fit, ſed eſt ſolummodo prædictio, & *Num.5.*
nihil humanum adſumptũ eſt. & ideo in eo quoque qui vxoris zelotypia laborat, iuſſa eſt res aliqua craſſior. Quòd ſi velis hæc quoq; ſumere anagogicè (omnia e- *1.Cor.10.*
nim, inquit, hęc in figura eueniebãt illis, ſcripta ſunt autem ad correctionẽ noſtram, ad quos fines ſeculorũ deuenerũt) cogita apud te optimos eccleſiæ doctores pro tuba oratione vtentes, & aduerſariorũ mœnia diruentes, & populũ integra & perfecta Ieſu armatura armatũ. Septem autem dierum numerus iam antè nobis ſoluit ſabbatum. Neq; enim eiuſmodi legis præcepta principaliter data ſunt. Et ideo de ſacrificiis quidẽ dicit, Quis *Eſaiæ 1. Hierm.11. Amos 5. Hierm.6. Pſal 39. 1.Reg.15. Pſal.50. Eſaiæ 1.*
enim ea requiſiuit è manib⁹ veſtris? Et rurſus: Nunquid carnes ſanctæ auferent peccata veſtra? Et rurſus: Nunquid hoſtias & ſacrificia obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis? Et rurſus: Cur mihi affers thus ex Saba, & calamũ ſuaue olentem è terra lõginqua? Et rurſus, Sacrificiũ & oblationẽ noluiſti. Et rurſus, Nunquid holocauſta & ſacrificia vult deus, vel ea exaudire? Et rurſus, Si voluiſſes ſacrificium, dediſſem. Et rurſus, Obedientia melior eſt quàm victima. Et rurſus feſta eiiciens, inquit, Odio habui, repuli feſta veſtra. Aufer à me ſonũ canticorum tuorũ, & cantum organorũ tuorum non exaudiam, & diem magnum nõ ſuſtineo, & ieiuniũ & ferias *Amos 5. Eſa.58.*
odit anima mea. Et rurſus, Nõ eſt hoc ieiuniũ quod elegi. Rurſus quoq; dicebat Ezechiel, Dabo vobis præcepta *Ezech.20.*
non bona, in quibus nõ viuetis in ipſis. Ita etiã ſabbatũ hîc ſoluitur. Sed cur dicit, Quis hæc requiſiuit de manibus veſtris? Hoc vobis relinquo ſoluendum. Poteritis autẽ talia inuenire, ſi purã vitam egeritis. Si enim Cor- *Actor.10.*
neliũ propter vitam optimã vocauit ad arcanorum co- *Actor.8.*
gnitionẽ, & Eunuchũ propterea ꝙ ſtudioſè legeret, fecit etiã cognoſcere: multò magis eos qui iam fidẽ aſſecuti ſunt, ſi rectã vitam oſtẽderint, docebit quę ſunt manifeſtiora. Quẽadmodũ enim vita immũda eſt impedimẽto quo minus ea cognoſcãtur, vt dicit Paulus, Non *1.Cor.3.*
potui loqui vobis tanq̃ ſpiritalibus, quoniã lites ſunt in vobis & contentiones. Et rurſus Eſaias, Scire vias meas *Eſa.58.*
deſyderant, vt populus qui fecit iuſticiã: ita etiam vita *Luc.1.*
mũda deducit ad quęrendi ſtudium. Quærite, inquit, & inuenietis. Quinetiam parabola eius qui petit panes ab amico qui iam dormiebat, hoc oſtẽdit. Propterea Salo- *3.Reg.3.*
mon quoq; quoniã petiit ſpiritalia, ea etiã accepit quæ nõ petiit. Quando autẽ & aſſiduitas, & ſpiritalis petitio, & pura vita adfuerit, cogita apud te quãta erit accipiẽdi facilitas. Atqui vel ipſa per ſe ſola aſſiduitas plurimũ potuit. Dico enim, inquit, vobis, etſi nõ propterea ꝙ ſit *Luc.11.*
eius amicus, ei dabit, propter impudentiam tamen eius dabit ei. Sed reuertamur ad propoſitũ. Opus quod operatus es in diebus ipſorũ, in diebus antiquis. Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos. Vide quàm propriè dictione vſus eſt. Non eo, inquit, ſolùm rem deduxiſti, vt illi quidẽ vincerent, hi verò vincerentur: ſed omnia longius proceſſerũt, licet antea quoq; non æquo certamine res gereretur. Illi enim poſſidebant, hi verò erant aduenæ: ſed tamẽ tanta facta eſt mutatio, vt illi quidẽ ex dicitus euellerẽtur: hi verò fierent ciues & habitatores. Et ideo de illis quidẽ dicit, Manus tua gentes diſperdi- *Manus tua*
dit: de Iudęis autẽ, plantauit. Manum autẽ dicit eius potentiam. Quòd ſi eos qui aliũde aduenichãt, & nec vrbem nec domũ habebãt in qua ſedes figerẽt, aut in quã ſe reciperent, reddidit tam cito potẽtiores iis qui intus habitabant:

Universidad de Deusto

habitabant: multò magis nos patriis eiectos non despiciet. Quid est autem, Plantasti: Fixisti. Quod est enim plantatum, sit firmũ & stabile. Quid igitur, dic quæso, non migrarunt: nõ abducti sunt in loca aliena: Abducti sunt certè, sed nõ propter imbecillitatẽ eius qui collocauerat, sed propter vitium eorum qui plãtati sunt. Nisi enim quæ fecerant, fuissent eis impedimẽto, nihil vetuisset quo minus domi manerẽt. Afflixisti populos, & expulisti eos. Nonnulli dicũt hæc dici de AEgyptiis. Mihi autem videtur hoc quoq; dictum esse de gẽtibus. Nã de illis quoq; sumpsit suppliciũ, in vtroq; suã ostẽdens potentiã, in delendis scilicet inimicis, & suis confirmandis. *Non enim in gladio suo possederunt terrã, & brachiũ eorum non saluauit eos. Sed dextera tua, & brachiũ tuum, & illumi-*

Hereditate natio vultus tui. Alius, Lux. *Quoniam cõplacuisti in eis.* Atqui vincebant omnes armati in bellis. Armati quidem, sed non erat opº armis, sed deo duce. Vides quo modo loco orationis adtexit consiliũ, suadens vt omnia in deũ coniiciant, eiusq; arbitrio permittant: Quo modo autẽ terram vocat hæreditatẽ, cum patres, aui, & proaui terram non obtinuerint, sed alio & alio tempore cõsumpti sunt: Quia fuit facta patribº promissio. Veni, inquit, in terram, quã tibi ostendero, & dabo tibi terrã, & semini tuo. Cum autẽ dixisset dexteram & brachiũ, quoniam paulò crassiº meminit dictionũ, vide quo modo attollit orationẽ, rursus subiungens, & dicẽs: Et illuminatio vultus tui, hoc est, defensio, prouidentia. Velle enim adesse illis solũ sufficerit. Deinde etiã causa, Quoniam complacuisti in eis. Hoc est, quoniã dilexisti eos, quoniam voluisti. Res itaque quæ fiebant, erant gratiæ non rectè factorum, nec id ex propria virtute assecuti sunt, sed ex dei benignitate. *Tu es ipse rex meus & deº meº, qui mandas salutes Iacob.* Alius, Manda de salute Iacob. Et quænã est hæc cõsequentia? Magna quidem cũ iis quæ dicta sunt. Quod enim dicit, est eiusmodi. Nos ab illis originẽ duximus: & tu deus ille ipse es qui & tũc & nũc illa fecisti. Vndènam ergo est tanta mutatio? Nõ enim alius quidẽ *ille deus*, tu vero alius, sed tu idem ipse es. Neque verò rursus tu quidẽ idem es, ego verò alium deum inscribo, sed tu es rex meus, & deus meus. Ab imperio tuo nõ resiluimus, alium ducẽ non inscripsimus. Qui mandas salutes Iacob. Hoc est, & deus idẽ, & eadẽ est prouidentia. Vndènam est ergo rerũ mutatio. Quis est ergo, qui mandat? Qui præcipit, qui iubet Iacob vt seruetur. Hîc rursus ostẽdit magnã auxilij facilitatem, & maximam potestatem. Sed neq; parentis, nempe Iacob, temerè meminit, sed vt causam suã magis probet, eius virtutem adducit, volẽs sibi deum reddere propicium. *In te inimicos nostros vẽtilabimus cornu.* Et tu idem es, inquit, & prouidentia eadem, & nos nostra tibi adscribimus, & eisdem armis vsi sumus. Hoc enim tibi vult illud, In te inimicos nostros vẽtilabimus cornu. Alius autem dicit, Eos qui nos affligunt, cornu petemus.

Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nos. Alius, Conculcabimus. Quid, inquit, dico in te? Vel nomẽ tuum solum inuocare sufficit ad omnia egregiè peragenda. Non dixit enim vincemus, vel superabimus: sed, nihili ducemus, nec eos esse aliquid putabimus. Hoc enim sibi vult illud, in te inimicos nostros vẽtilabimus, & in nomine tuo nihili ducemus insurgentes in nos. Non enĩ existimabimus eos esse aliquid, nec perterrebimur, sed tãquam qui nihil sunt, persequemur. Quod significãs alius interpres, dixit, Cõculcabimus, per vim partã victoriã, instructam absq; certamine aciẽ, pugnã sine metu ostendẽs. *Non enim in arcu meo sperabo.* Alius, Cõfi-

dit. *Et gladius meus nõ saluauit me.* Et quare his vsus es? Cur autẽ armaris, & arcũ & gladiũ tractas? Quoniã ita iussit deus noster, propterea eis vsus sum: vniuersum autẽ in eũ coniicio, & eiº arbitrio permitto. Ita docebãtur bellare cũ inimicis sensilibº, superno auxilio muniti. Ita etiã cum iis, quos sola apprehendit intelligentia. Tu quoq; quando aduersus diabolum bellum geris, dic ita: Non confido meis armis, hoc est, non meæ virtuti, nec meæ iusticiæ, sed dei misericordiæ. Ita etiã dicebat Daniel; Non in iusticiis nostris* nos iactamus misericordiã nostram ante te. *Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti.* Alius, Quia seruasti. Quid opus est, inquit, dicere vetera, & quæ facta sunt à maioribº? Nos, inquit ipsi habemus multa pignora prouidentiæ, & gloriosa trophæa, frequenteſq; & admirabiles & incredibiles victorias enumerare possumus. Propterea enim dixit, & odientes nos cõfudisti, ostendens eũ non solum nos liberasse, nec tantũmodo eripuisse, sed cũ magno dedecore eorũ qui nos inuadebant. *In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo cõfitebimur in seculum.* Alius, deũ laudamus toto die. Victoria quidẽ, inquit, præteriit, nobis autem manet gratiarum actio. Totũ enim diem dicit totã vitam. Nõ enim cessamus, inquit, tuũ laudare & celebrare auxilium. Hæc est enim nostra gloria. Hac gloriatione in eo, apud omnes nos iactamus, nõ ꝙ ciuitatẽ magnam habemº & admirabilẽ, nec quod primi vincimº, nec ꝙ viribº corporis sumº superiores: sed quod verũ deum habemus, in hoc gloriamur. Non solũ quando nobis bene vis, sed etiam quando relinquis. Hoc enim est, Tota die: sicut etiam dicit Paulus: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Christi. Nulla est enim alia eiusmodi gloria. Quocirca rursus dicit, Non solum autẽ, sed etiam gloriantes in deo. Nihil enim potest conferri cum hac gloriatione. Nemo ergo se iactet & glorietur porpter diuitias, nemo propter ea quæ ad hanc vitam pertinent, sed propter hoc solum, ꝙ habeat deum dominum. Hoc est omni libertate melius, hoc est ipsis cœlis præstãtius. Si enim huius vel illius dici, gloriandi occasionẽ sæpe attulit apud homines: cogita quantam affert gloriã dei dici. Quocirca Paulus quoq; hoc pro magna authoritate posuit, dicens, Qui autem Christi sunt, carnẽ crucifixerunt cum viciis & cõcupiscentiis. Diapsalma. Alius, semper. Hebræus autẽ סלה selah. *Nũc autem repulisti nos, & confudisti nos.* Alius, Quãuis repulisti nos. Alius, Sed ad hæc reiecisti. *Et nõ egredieris deus in virtutibus nostris.* Alius, Et non progredieris in militiis nostris. Repulsionem enim statim pudor sequitur, & ad mala patienda esse omnibus expositum. Copias autem hic appellat eorum exercitum, quãdoquidem in eis est regis potentia: cum deus hoc summo consilio prouiderit, vt esset hoc principi, & iis qui eius reguntur imperio, vinculum. Nam & rex iis opus habet qui eius iussis pareant, & hi eo qui illis præsit: & alter alterius auxilio indiget. Ne aliqua enim esset arrogantia, effecit deus vt magna sæpe paruis egerent. Hoc ipsum fecit etiam in rebus inanimis. Labantem enim columnã subiectus sæpe calculus firmam stabilemq; præstitit. Et nauigium in quo quamplurimi sunt vectores, paruus clauus dirigit, & liberat à periculis. Quid est autem, Quãuis repulisti nos? Licet, inquit, tot & tanta passi simus, à te non deficimus, te laudantes, gloria afficientes, & in te gloriantes. *Auertisti nos retro post inimicos nostros. Et qui oderunt nos, diripiebant sibi.* Alius, Posuisti nos extremos cuiusuis inimici. Vide quo modo mala verbis extollit, & calamitatem verbis amplificat, ostendens eos

Daa.9. *Prosterni-mus preces ante faciem tuam.*

Dies pro vita.

Galat.6.

Copiæ.

Λόγμα probat à minori.

etiamsi essent peccatores, satis tamē pœnarum dedisse. Hoc etiam fecerunt pueri ex redūdanti quadam cōpia

Dan.3. in fornace tunc canentes & dicētes, Tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum pessimorū, prævaricatorúmque, & regi iniusto, & pessimo vltra omnem ter-

Ibidem. ram. Et rursus, Imminuti sumus plus quàm omnes gentes, sumúsque humiles in vniuersa terra. Hoc ipsum hic quoque significat propemodum dicens, Omnibus hominibus viliores & abiectores redacti sumus, quandoquidem sumus tua nudati prouidentia: & nec eousque quidem mala nostra steterūt, sed etiam præda facti sumus inimicis, qui nos suo arbitrio diuidebant. Hoc enim sibi vult, Diripiebant sibiipsis, hoc est, nullo prohibente. *Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos.* Alius, Ventilasti, aut cribrasti nos. Quid est, tan-

Ab ouibus ducta similitudo. quā oues deuorationis: Id est, Fecisti nos, inquit, ad in- B uadendum facillimos, nos viles esse ostendens. Sunt enim aliquæ oues acquisitionis, quæ sunt aptæ ad generandum: sunt vero aliæ, quæ propter senīū vel propter sterilitatem sunt tantùm vtiles ad comedēdum. Et id quod est acerbissimum, & omniū grauissimum, nempe in gentes esse dispersos, illis eo erat graui°, quòd ne legem quidē possent illic accuratè & perfectè seruare, & quòd à patriæ reipublicæ institutis excidissent. Et non in vnam gentem, sed vbiq;, inquit, dispersi sumus & ad vnum solum, nempe malè patiendū, parati sumus: vlci sci autē, aut manus extollere non possumus. Hoc enim significat similitudo ouium. *Vendidisti populum tuum sine precio.* Alius, In nō substantia. Alius, Non substantiæ. *Et non fuit multitudo in cōmutationibus eorum.* Alius, Et non mul tum fecisti precium eorū. Videtur dictum esse valde obscurum: sed attendite, vt psallatis cum intelligentia. Quid est ergo quod dicitur? Quam sint viles & abiecti C ostēdit, nēpe nullius precij. Tanquam vilis, inquit, precij abiectōsque & contemnēdos nos dimisisti. Hoc autē dicit more humano. Solemus enim quæ parui fiunt, & sunt vilia, dare vel sine præcio. Quæ autē magni faci mus, ea si vendamus, magno precio vēdimus: quæ verò parui, ea vel gratis damus. Improbos itaq; seruos alij quidē dimidio precio, alij verò nullo accepto precio vendiderunt. Si minori autem precio tradere, ostēdit quàm sit vile quod venditur: nullo dato precio accipe

Ex collatione cōfirmatio. re, sed sine precio, multò magis. Hoc ergo dicit, Perinde ac si homo quispiam reb° suis cedat sine precio, ita etiam ipse nos tanquā nullius precij dimisisti, nos valde contempsisti. Hoc itaq; significat etiam per id quod subiungit, Et non fuit multitudo in commutationibus

Eorum, ἡμῶν, nostris. eorum. Hoc est, In emptione nostra. Et ideo dicit ali°, D In appreciatione nostra. Precium enim est quæ datur permutatio. Sæpe enim seruum damus, & aurū vel argentum accipimus. *Posuisti nos in opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his qui in circuitu nostro sunt.* Alius, Pompam iis qui in circuitu nostro sunt. *Posuisti nos in similitudinem gentibus.* Graue est hoc supplicium & intolerabile. ab impiis maximè probris affici, ab inimicis hæc pati, esse circuncirca qui eis insultent, & eos vndiquaq; circumiri ab iis qui probra ingerunt. Quid est autē parabola? Narratio, probrum. Erant enim circūcirca quidam scelerati, nulloq; sensu præditi, qui non solum nō miserebantur, sed probris etiam & contumeliis afficiebant, ꝙ eos maximè angebat. Mihi autem videtur hic dicere Arabes, qui prope eos habitabant. *Commotionē capitis in populis.* Alius, Transmotionem: Hebræus autem מנד menod. Vel hoc ergo dicit, Trāsmouisti nos. Vel per gestum motus capitis, ostēdit valde lætantis inso-

Similitudinem, παραβολὴν, parabolā. מָשָׁל

מנד

lentiā. *Tota die verecundia mea contra me est.* Alius, Ignominia. *Et confusio faciei meæ cooperuit me, à voce exprobrantis & obloquentis.* Alius, Et maledicentis. *A facie inimici & persequentis.* Hæc supplicia eos magis cruciabāt. Quoniam enim eis semper & assiduè eueniebant res secundæ, & hostes vincebant, omnium tunc ora aperta sunt cū ipsi cecidissent, afflictiq; & prostrati essent: & nec respirare quidem poterant, sed perpetuum supplicium expectabant. *Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: & iniquè non egimus in testamēto tuo.* Alius, Nec fraudem fecim° pacto tuo. Nos, inquit, aliis contraria via ingressi sumus. Illi enim, antequā res vllæ aduersæ eueniissent, prostrati sunt: nos autem etiam post res aduersas graueq; calamitates, firmo & immobili animo constitimus. Hæc autem dicunt, vt bono sint animo, & bonam spem cōcipiant qui cum eis sunt, hortātes. Et ideo cum Daniel & tres pueri dicūt, Peccauimus, iniustè fecimus. hi di- *Dan.3.* cunt, Non iniquè egimus in testamento tuo: commilitonū animos & spiritus excitantes. Si enim, inquit, ma- *A cōtrario sensu exposita.* xima passi sumus, & ab eis originē ducim° qui magnis affecti sunt beneficiis, & in calamitatib° minimè declinauimus, spes est nobis magnæ salutis. Quod ergo dixi à principio, hoc quoq; nunc dico, quod loco orationis eis addunt animos, perinde ac si eis dicerēt, Quánam de causa spem salutis abiecistis? Deum habem° qui nos defendit: & si quid peccauimus, satis pœnarum pendimus: in tentationibus fortiter restitimus: eum qui peccatorum semper curam gerit, viæ ducem habemus, & ideo bonus exitus est nobis omnino expectādus. Quid est autem, Non iniquè fecimus in testamēto tuo? Hoc est, non iniquè nos gessimus in iis quæ nobis credita sunt, sed ea perfectè custodiuimus. Est enim maxima iniquitas, quando quis trāsgreditur legem quæ vindicat, quę nō sinit vt vel à propinquis iniuria afficiamur, & vicium prohibet, quando quis est ingratus in eū qui tot nobis bona præbet. *Et non recessit retro cor nostrū.* Alius, Non abscessit. *Et declinasti semitas nostras à via tua.* Alius, Nec inclinata sunt quæ nos erigunt. Alius, Et non auersum est retro cor nostrum, nec declinarunt gressus nostri à via tua. Quod prius dixit, hoc etiam hic dicit, quòd in tantis malorum fluctibus ne tātillum quidem labarunt. Pulchrè autem sic dicit. Quemadmodum enim lex ducit ad anteriora, ita iniquitas retro statuit: *Antithesis ex collatione.* & quemadmodum lex iubet recta via ingredi: ita etiā iniquitas traducit hominem in locum desertum & in- *ne.* accessum. Viam ergo hic dicit legē. Illud autem, Decli- *Via, lex.* nasti, quod alij dicunt, Nec inclinata sunt quæ nos erigūt, à via tua: Hebræus dicit וחם אלרינו מני ארקיך vathet aschurenu mini areheca. Si quis autem velit sequi interpretationem septuaginta, & non aliorum, illud, Declinasti semitas nostras à via tua, hoc est, procul à tēplo tuo nos collocasti, & in aliena terra fecisti habitare, quod nō permittebat vt tuus cultus perageretur. *Quoniā humiliasti nos in loco afflictionis.* Alius, In loco inhabitato. Alius, In loco sirenū. *Et cooperuit nos vmbra mortis.* Alius, Obstruxisti nos. Hæc mihi esse videtur redditio, *ἀνθίσεως* eo ꝙ superius dictum sit, vbi mala narrabāt dicētes, Et confusio faciei meæ cooperuit me, à voce exprobrātis & obloquentis, quoniam humiliasti nos: siquis ita acceperit vt referatur ad illud, Declinasti semitas nostras à via tua: habet hic consequentiam conuenientem sensui quem dixim°. Significat enim quo modo eos à viis suis repulerit, legib° inquā & institutis, quòd eos in loca deserta abduxerit, & inter inimicos dimiserit. Hoc *vmbra mortis.* enī significat illud, Cooperuit nos vmbra mortis, peri-

cula

Universidad de Deusto
Biblioteca

cula dicens quæ mortẽ pariunt, & quibus mors est proxima, quemadmodum dolores mortis, & inferorum portas vocat scriptura. Ineuitabilia autẽ esse mala hic per vmbram & experimentum ostendit, & quæ nec vllam liberationem,& ne minimam quidẽ inuenire possint respirationem. *Si oblíti sumus nomen dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deum alienum: nunquid deus requiret istud? Ipse enim nouit abscondita cordis.* Hoc est bonorum seruorum,malè patientes dominum colere & obseruare. Hæc sunt documenta philosophiæ. Hic etiam docent auditores nõ simulare, sed deum toto corde adorare. Nouit enim,inquit,abscondita cordis.Hæc autem dicunt,eos terrentes ne quid deo indignum cogitẽt. Vide autem magnum virtutis incrementum: subiungit enim dicens: *Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumꝰ sicut oues occisionis.* Magnum est enim & manere dei cultores,& ad alium nõ defeciſſe: multò autem maius est,cũ mors assiduè & quotidiana pericula immineãt, talem cõseruare dilectionem.Consydera autẽ quantũ sit genus philosophiæ,cum ipse quoque Paulus eo vtatur, Apostolicorum periculorũ procellas enumerans in epistola ad Romanos. Quot ergo hi coronis digni fuerint,quando in veteri ad eandẽ mensuram certaminũ quæ suscipienda erant in nouo,peruenerint? Quod enim dicit Paulus, Quotidie morior: hi hoc quoque, non experientia,nec euentu,sed animo. Quare autem dixit,*Propter te*? Licebat,inquit,deficere,& à patriæ rei publicæ institutis recedere, & tutos esse, sed malumus malè pati,& patria instituta seruare,quam postquam à patriis institutis exciderimus,in pace vitã agere.A Estimati sumus tanquã oues occisionis.Tam facilè, inquit, nos interimunt. Hic autem ostendit eorum mansuetudinem . Sed tamen quamuis simus tam facilè expositi, firmo tamẽ & immobili animo permanemus. Hic etiã dei iure admiranda est potentia,quod eos qui tãquam occisionis oues erant expositi,conseruauerit, & quotidie morientes nõ siuerit in mortem incidere. *Exurge, quare obdormis domine?* Alius,Quare es tanquã dormiens? Alius, Expergiscere. Alius, Euigila. *Exurge, & ne repellas in finem.Quare faciẽ tuam auertis?* Alius,Abscondis. *Obliuiscéris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ?* Alius,Miseriæ nostræ. Quod autẽ dicit, est eiusmodi.Potes mala soluere: neque enim propter tuam imbecillitatẽ, sed ex tua permissione hæc fiunt, Somnum hic dicit quietem, & exurrectionẽ, retributionem , & faciem, protectionẽ, prouidentiam,curam,auxiliũ. Cur obliuiscéris inopiæ nostræ? Vide rursus pium & gratum animum.Non dixit,Rectè factorum.nõ dixit, Animi firmi & immobilis. Non dixit , Animæ probatæ in tentationibus . Sed quando se quidam defendunt,illa ponunt. quãdo autem petunt auxiliũ,ex iis vt salui fiant postulant,ex quibus ij qui sunt condẽnati. Quoniam,inquit,satis pœnarum dederũt,quoniam extrema passi sunt . Hoc etiam sæpe facit Paulus,& alij prophetæ.Atq; hæc hi dicebãt, cum nihil adhuc scirent nec de gehẽna nec de regno, nec vllam adhuc talẽ didicissent philosophiam,& omnia facilè ferebant. *Quoniã humiliata est in puluere anima nostra.Conglutinatus est in terra venter noster.* Quoniã dixit,Obliuiscéris inopiæ nostræ, hoc est, afflictionis, dicit deinceps afflictionem. Quod autem dicit, tale est.Periimꝰ, defessi sumus,nihilo meliori sumus conditione,quàm mortui. Iure autem dixerit quispiã, eorum etiã qui rebus præsentibus affixi sunt,animã in terram esse humiliatam:eorumq; qui gulæ seruiunt,ventrẽ esse terræ agglutinatum.Etenim qui amore quoq; vinctus tenetur, & luto inhiat,& incorpoream quæ in se est,facultatem cineri mancipat, iuræ hæc pati dicaẽ.Quid enim aliud est pulchritudo corporis,nisi puluis & lutum,atq; adeo quidpiam his etiam deformius ac tetrius? Quòd si fidẽ non habes,consydera sepulchra hominum , & videbis lutum & puluerem. Quando enim facies vitã præsentem exuerit,tũc apparet id qꝺ est,immò verò etiam ante mortem,quãdo senectus inuaserit, quando morbus afflixerit, tũc videbis id quod apparet. est enim lutum: sed vt peritus artifex,vel ex vili & nullíꝰ precij materia fecit ingentem oriri pulchritudinẽ, non vt forniceris, sed vt tibi suam ostenderet sapiẽtiam. Ne ergo artifici iniuriam feceris,nec cõmiseris, vt eius sapientiæ opus, stupri & impudicitiæ à te fiat receptaculum. Formam eousq; mirare, vt gloria & honore afficias artificẽ, vlteriꝰ autem ne progrediare,animi perturbationẽ excitãs.Pulchrum opus.Is ergo qui fecit,est adorandus, nõ contumelia & probro afficiẽdus.Siquis,die quæso,auream alicuius statuam & regiam imaginẽ cœno & aliis eiusmodi fœdauerit: nõne vltimum luerit supplicium? Si qui autem inter homines stultè & scelerate se gerit, tanti reus est supplicij: qui dei opus tãta affecit ignominia,quid tandem patietur? & maximè quando qui hæc facit,habet vxorẽ.Ne mihi enim dixeris naturæ cupiditatem.Propterea enim permissum fuit matrimonium, ne vltra proprios terminos progredereris.Vide enim quanto dignus eris supplicio.Nã deus tuæ quieti & honori prospexit,vt & naturæ rabiẽ per vxorem compesceres,& hoc absque vllo periculo faceres , & ab omni turpitudine & dedecore liberareris. Tu autẽ eum, qui tantam tui curã gerit ex redundanti quadam & exuberãti copia,iniuria afficis.Dic enim mihi quæso,si noluisset lege lata statuere matrimoniũ,quantam vim & quãtum cruciatũ sustinuisses? Cum ergo oporteat te ei gratias agere & gloria afficere,qꝺ tibi maximã laboris partem amputauerit,dũ tibi non vulgare solatiũ excogitauit:tu per summũ ingrati animi crimen eum contumelia afficis,& omnẽ pudorem exuis,& terminos tibi præscriptos trãsilis? Non audis Paulũ & nunc,& in medio clamantem:Fugite fornicationẽ:vel potius Christum, qui eius mouet animũ? Cur alienã ediscis pulchritudinem? Cur de vultu nõ tuo curiosè scrutaris? Cur ferris per præcipitia? Cur retibus teipsum illaqueas? Oppone murũ tuis oculis,tuos oculos obstrue,impone legẽ tuis oculis.Audi Christum minantem,& impudicum aspectum tanquam adulterium condemnantẽ. Quid te iuuat voluptas,quãdo ea vermẽ parit,quando metũ perpetuũ,quãdo immortale ei qui fecerit,supplicium? Quãtò est meliꝰ dũ nostrarum cogitationũ vim parumper sustinemus,frui perpetua animi quiete & trãquillitate, quã dũ nefariis nostris cupiditatibus paululũ indulgemus,immortali cruciatu affici? Ne,ô filij,ne ita faciatis. Nõ bona est fama quã de vobis audio.Scio ad quos dirigatur oratio,nõ ad omnes:sed vbi vulnꝰ inuenerit,illic medicamentũ adhibet.Cur matrimoniũ violas? cur cubile iniuria afficis? cur mẽbrum tuũ probro persequeris? cur famæ tuæ maculã & ignominiã inuris? Excinde animi perturbationẽ,tolle delicias. Deliciæ enim & ebrietas sunt fons fornicationis.Si ocio & animi remissiõe nõ vtaris vt oportet,id affert tibi afflictionẽ. Audi quid passi sint Iudæi qui fornicati fuerãt, qui corporis Christi nõ fuerant participes,qui spiritualis mensę fructũ non perceperãt. Nec fornicemur, inquit,sicut nõnulli eorũ fornicati sunt,& ceciderũt in vno die 23.milia. *Exurge domine,adiuua nos,& redime nos propter nomen tuum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alius, Sta nos defendẽs,& libera nos propter miſericordiam tuam. Vide quo modo cõcluſerunt orationem poſt innumerabilia quæ ab eis rectè & ex virtute facta fuerant. Vndènam ſalutem aſſequi æquum cenſent: à miſericordia, à benignitate & clemẽtia, propter nomen dei. Quid eſt, Propter nomen tuum? Ne ipſum prophanetur, quòd ipſe etiã ſæpe dicit, Facio propter nomen meum. Vidiſti humilitatem & contritum animum. Et vndènam petunt ſalutem? A clementia, à miſericordia, tanquã quibus rectè facta deficerent, & nullam iuſtã ſalutis cauſam afferre poſſent, licet tot & tãta pericula laborèſque ſuſceptos iactarẽt. Nos quoq; qui in gratia ſumus, eos imitemur, & deo gloriam emittamus. Cui gloria & potentia nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

1.Cor.3.

EIVSDEM IN XLIIII. PSAL. EPINICION pro floribus filiorum Core. Alius, *Victoriæ effectori propter lilia filiorum Core. Hebræus pro liliis dicit* עלסנים *alsoſanim. Intelligentiæ Canticum in dilectum.* Alius, *Scientis canticum propter amicitiam.* Alius, *Dilectis: Hebræus autem dicit,* ידידות *Ididoth. Septuaginta autẽ in finem pro his qui commutabuntur, filiis Core, ad intellectum, Canticum pro dilecto.*

Eructauit cor meum verbum bonum. Alius, Erupit. Alius, Motum eſt cor meũ verbo bono. Vellem nũc adeſſe omnes Iudæos & Gentiles, & hoc libro à Iudæis accepto, pſalmũ ita legere. Neque enim ignoratis, & in iudiciis & vbique tũc maximè à ſuſpicione remotum eſſe rerum teſtimonium, quando id fertur ab inimicis. Vt hoc ergo hodie quoq; vſuueniat, exhibeam⁹ teſtimoniũ ex veteri, vt & Iudæi & Gentes pudore afficiantur. Iudæi quidẽ legentes, & non intelligentes. Gentes verò videtes libros nobis offerri ab inimicis. Neq; enim poterũt ea à nobis eſſe cõficta, cũ non nos, ſed qui Chriſtum crucifixerũt, libros nobis præbeant, qui de eius poteſtate loquũtur. Sed ſiue adſunt, ſiue non, nos noſtrũ officium faciam⁹, & aggrediamur interpretationẽ. Hic enim pſalm⁹ in Chriſtum eſt inſcriptus, & ideo habet inſcriptionẽ, In dilectum, &, Pro his qui commutabũtur. Is enim nobis magnam fecit mutationem, rerumq; conuerſionẽ, & traductionem. Hanc mutationem ſignificans quoq; Paulus dicebat: Quare ſi qua in Chriſto noua creatura. Et ideo ſic dicit in principio, Dixit cor meum. Quoniã enim eorum quæ dicebãtur, nihil erat humanũ, ſed cœleſtia ac ſpiritualia erat narraturus, eaq; non ex propria inuẽtione, ſed ex diuina operatione, eructationis nomine hoc ſignificat. Eructamus enim nõ quando volum⁹, ſed ſermonem loquimur quãdo volumus, eumq; & dicimus, & reprimimus: eructationem autẽ non itidem. Oſtendens itaq; quæ dicuntur, nõ eſſe humani ſtudij, ſed diuinæ inſpirationis quæ eũ incitabat, eructationem prophetiam appellauit. Quemadmodũ enim in eructatione id quod fit, oritur ex qualitate ciborum: ita etiam in doctrina ſpirituali. Talia ergo eructabat, qualia comedebat. Vide autem alibi quoq; alium prophetã hanc operationẽ ſimilitudine ſenſili exprimentẽ, & caput libri comedẽtem, idq; cum voluptate. Fuit enim, inquit, in ore meo tanquã mel dulce. Quia ergo ſpiritualẽ gratiam acceperunt, eis quoq; ſimilia eructarunt. Quod enim nec de hac eructatione ſenſili, nec de cibis agatur, audi quidnã eructet. Et quis eſt qui eructat? Nõ ſtomachus, qui eſt ciborũ receptaculum, ſed cor. Eructauit, enim, inquit, cor meũ. Et quid eructat? Non cibum, nec potum, ſed quæ ſunt menſæ cognata & conſimilia. Bonũ verbum, nẽpe de vnigenito. Is eſt enim maximè bonus. Veni enim, inquit, non vt iudicẽ mundum, ſed vt mundum ſaluũ faciã. Omnia mitia ac mãſueta, omnia ſupplicio libera. Eructat autẽ talia, quoniã cor ſuũ expurgauit. Quemadmodũ enim ventriculus quãdo ſordidis ſuccis fuerit plenus, eis cognata & cõſimilia eructat: ſed quãdo ſanus fuerit, ei quoq; conuenientẽ edit eructationẽ: ita etiam cor Prophetæ poſtquã fuit à peccatis liberũ accepit gratiam ſpirit⁹, & eructat verbum bonum. Hinc etiã aliquid aliud diſcim⁹, quòd Prophetæ non erant ſicut vates. Illic enim quãdo dæmon animam inuaſerit, orbat mentem ac cogitationẽ, & rationẽ obſcurat, & ita omnia ore ſuo loquuntur, mente nihil intelligente eorũ quę loquuntur, nõ ſecus ac ſi tibia aliqua inanimata loquatur. Hoc etiã dixit aliquis eorũ qui ſunt apud ipſos Philoſophorũ, ita dicens, Quemadmodum ij qui reſponſa canũt, & vates, multa quidem dicunt, eorum autẽ quæ dicunt, nihil ſciunt. Sed nõ ita facit ſanctus ſpirit⁹, ſed permittit vt cor cognoſcat quę dicuntur. Si enim nõ cognoſceret, quo modo diceret quod eructat verbũ bonum? Demon enim, vtpote hoſtis & inimicus, cum hominũ natura bellum gerit: Spiritus autẽ ſanctus, vt qui noſtri curã gerat, & beneficio afficiat, facit, vt qui eũ ſuſcipiunt, ſint ſenſus participes, & cum illorũ intelligentia reuelat quæ dicuntur. *Dico ego opera mea regi.* Quænã dicit opera? Prophetiam. Quẽadmodũ enim fabri ærarij opus eſt facere dolabram, & ædificatoris domum facere, & nauium fabricatoris nauem compingere: ita eſt etiã Prophetæ, texere prophetiam. Quod enim hoc quoque ſit opus, audi Chriſtum dicentem de Apoſtolis, Dignus eſt operarius mercede ſua. Et Paulus, Maximè qui laborãt in verbo & doctrina. Si enim non erat opus, quo modo habuit laborem? Quid eſt enim hoc operè præſtantius? Quid verò vtilius? Et omnibus artibus ſublimi⁹ eſt. Quódnam eſt ergo opus quod dicit? Hic hymnus, hæc prophetia. Non dixit autem cuinam regi, ſignificans ſe dicere deo vniuerſorum. Quemadmodum enim quãdo dicimus regem Perſarum, non ſimpliciter & abſolutè regem dicimus, ſed adiicimus Perſarum, ita etiam Armeniorum. quando autem noſtrũ dicimus, non habemus opus additamento, ſed ſufficit nobis regẽ dicere: ita etiam Prophetа quoniã loquebatur de eo qui verè rex erat, ſatis habet ſi dicat regi. Quemadmodũ enim cum dicimus omnipotentem, nulla opus habemus adiectione, quoniam non ſit alius omnipotens. ita etiã cum regem dicimus, non habemus opus alia adiectione, quod nõ ſit alius rex de⁹. Alioqui autem is qui id dicebat, rex erat. Vnde clarum eſt eum non de homine dicere, ſed de deo vniuerſorum: & ideo nõ dixit Græcè βασιλεῖ, ſed, τῷ βασιλεῖ, adiectione articuli peculiarẽ dominationẽ oſtendens. Deinde rurſus declarans quæ dicũtur, non eſſe ab homine excogitata, meditata & cõpoſita, ſed ea eſſe diuinæ gratiæ, & ſe tantùm linguam eis cõmodaſſe, ſubiunxit, *Lingua mea eſt calamus ſcribæ velociter ſcribentis.*

Calamus autem ea ſcribit, quæ iubet manus eius qui eum tenet. Alius autem dicit, lingua mea vt ſtil⁹ ſcribæ celeris. Quid ſibi vult illud, Celeris? Vt ex eo quoq; oſtendat gratiã. Qui enim aliquid domo prolatũ loquitur, differt & cũctatur, meditans, cõponens, impeditus ignoratione, inſcitia, & dilatione: & multa ſunt quę velocitatem ſermonis interturbant. Quãdo autem mentem mouet ſpiritus, nihil eſt quod impediat, ſed quẽad modum aquæ impetus, qui cũ magno murmure præcipitat, progredi: ita gratia ſpirit⁹ cum magna celeritate proce-

Teſtimoniũ inimicorũ, minimè ſuſpectum.

Eructatio prophetia.

Exer.3.

Ioan.3.

Confirmat ſimili.

Vt Prophetæ non erant ſicut vates.

A ſimili.

Luc.10.

1.Tim.5.

ὁμοίωσις.

elegans.

Altera cõfirmatio.

ἐξεργάζεται

te procedit, omnia leuia, plana & expedita proferens. Deinde hoc ipsum rursus expurgans, & ostendens nihil esse humanum eorum quæ dicuntur subiunxit, *Speciosus forma præ filijs hominum.* Nonnulli quidē dicunt hoc dictū esse de lingua, quòd sit calamus speciosus forma. Mihi autem videtur eū deinceps de Christo dicere. Et ideo alius quoque dicit interpres, Pulchritudine ornatus es à filijs hominū. Magno enim ardore & summa in eum affectione percitus, ad eum conuertit orationē: quemadmodum Iacob quoque dicebat, Ex germine meo fili mi ascendisti, lapsus dormisti vt leo. A deo enim afflatus, cum eo deinceps loquitur, & ad ipsum dirigit orationem. Hoc autem dicit non per comparationē: non enim dixit speciosior, sed speciosus forma præ filiis hominum. Hæc pulchritudo est alia ab illa. Cōsydera autem quo modo primum loquitur de humanæ naturæ susceptione. Quòd autem de ea loquatur, ostēdunt quæ sequuntur. Cum enim dixisset, speciosus forma præ filiis hominum, subiunxit. *Diffusa est gratia in labijs tuis.* Deus autem non habet labia, sed de humanæ naturæ susceptione agitur. Alius autem interpres, dicens, Diffusa est gratia in labijs tuis, hoc fecit apertius. Illud autem est, Ostensa est, velut si diceret quispiam, Quæ erat intus, scaturiit, emanauit. Quo modo ergo dicit alius Propheta, Vidimus ipsum, & nō habuit speciem, nec pulchritudinem, sed speciē eius indecoram, diminutam præter filios hominū: Non dicit de deformitate, Absit, sed de eius contemptione. Cum enim sermel humanitatis personam suscepisset, quęcunq; erant vilia & contemnenda peruasit, vt qui nec sibi matrem reginam adsciuerit, nec tēpore incunabulorum ac fasciarum in lecto aureo positus sit, sed in præsepi: nec in magnifica domo fuerit educatus, sed in fabri lignarij humili domuncula. Et rursus cū discipulos assumeret, nō oratores, & philosophos accepit, & reges: sed piscatores & publicanos: & tenuem hanc vitam persequebatur, nec domum habēs nec vestibus preciosis indutus, nec delicata & lauta mensa fruēs, sed ab aliis nutritus, probris affectus, cōtemptus, eiectus & fugatus. Hæc autem faciebat, ex superabundanti quadam copia humanum fastum conculcans. Quoniam ergo nil magnificū nec glorioſum præ se ferebat, & nec vllos comites habebat, nec satellites: imo vero nonnunquam etiā solus obibat, sicut quilibet è populo, propterea ille quidē dicit, Vidimus ipsum, & non habuit speciem, nec pulchritudinē: hic autem, speciosus forma præ filiis hominum, significans gratiam, sapientiā, doctrinam, miracula. Deinde describens eius pulchritudinē dicit, Diffusa est gratia in labijs tuis. Vides eū hæc dicere de humana ab eo susceptā naturā. Quæ est autē hæc gratia? Per quam docuit, per quam fecit miracula. Gratiā hic dicit, eā quæ venit ad carnem. Super quem, inquit, videris spiritum descendentem tanquam columbam, & manētem super ipsum, is est qui baptizat. Omnis enim gratia effusa est in illud templum. Nō dat enim illi spiritum in mensura. Nos enim de eius plenitudine accepimus. Illud autem templum integrā & vniuersam accepit gratiam. Hoc Esaias quoque significans, dicebat, Requiesceet super ipsum spiritus sapientiæ & intelligētiæ, spiritus consilij & virtutis, spiritus scientiæ & pietatis. Spiritus timoris dei implebit ipsum. Sed illic quidē est integra & vniuersa gratia: in hominib⁹ autem parū quid, & gutta ex illa gratia. Propterea nō dixit, Do spiritum, sed, Effundā de spiritu meo super omnem carnem. Hoc itaq; euenit. Omnis enim orbis terrarū accepit ex illo spiritu. Incepit enim donū à Palæstina, processit autem in AEgyptū, in Phœniciam, Syriam, Ciciliam, Euphratem, Mesopotamiā, Cappadociam, Gallatiam, Scythiam, Thraciam, Græciā, Galliam, Italiā, omnem Lybiam, Europam, Asiam, in ipsum Oceanū. Quid lōgiori oratione opus est: Quantum terræ sol respicit, tātum peruasit hæc gratia: & hæc gutta ac stilla spiritus impleuit vniuersum orbē terrarum scientia. Per eam signa fiebant, omnium peccata soluebantur. Gratia tamen quæ data est in tot regionibus, est aliqua tantum pars & arrha doni. Dans enim, inquit Apostolus, arrhā spiritus in cordibus nostris, hoc est, partē operationis. Spiritus enim non diuiditur. Vide autem quantus sit fons. Alij enim per spiritum datur sermo sapientiæ, alij verò sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij verò fides, alij autem gratiæ curationum, alij verò operationes potestatum in eodē spiritu, alij autem prophetiæ, alij verò discretiones spirituum, alij autem genera linguarum. Tot gratias in tot gentes, quæ in baptismo susceptæ est gratia in vniuersum terrarū orbem extendit. Hæc autem omnia facit stilla Spiritus. Quòd enim stilla esset, declarauit cum dixit, Effundam de spiritu meo, & arrhā appellauit. Per hoc enim clarum est parū quid ex toto datū esse. Quocirca Ioannes quoque hoc ipsum significās, dicebat, Ex plenitudine eius nos omnes accepimus: Ex eo quod, vt ita dixerim, superfluebat, ex eo quod redūdabat, ex eo quod supereffūdebatur omnes accepimus. Considera ergo quām in omni ex parte sufficiēs potestas Spiritus, quæ vniuerso orbi terrarum tanto tempore sufficit, & neq; circunscribitur, nec consumitur, sed omnes quidē implet opibus & gratia: ipsa verò minimè consumitur. Deinde quoniam nomen spiritus multa nomina complectitur (nam & Angelus, & anima, & ventus hoc dicitur, & multa alia) subiunxit, de spiritu meo. Quemadmodum ergo hominis spiritui intercedit cū homine cognatio, ita etiam dei spiritui, sed ei nihilo secius manenti in propria hypostasi. Idq; Paulus significans, dicebat: Quis enim hominum nouit quæ sunt hominis, nisi spirit⁹ hominis qui in ipso est? Ita etiam quæ sunt dei, nemo nouit, nisi spiritus dei. non confundens hypostases seu personas, absit, sed nobilitatem spiritus significans. Quanta ergo est ipsius animæ cum seipsa consensio, tanta est spiritus cum patre cognatio. Quemadmodum ergo filius quoque dicitur sermo aut verbū, nec est tamen eiusmodi vt non subsistat, sed per id cognoscim⁹ quæ sit eius cum patre cognatio: ita etiam spiritus dei, dicitur spiritus, nec tamen non subsistit. Et quemadmodum quoniā est proprius ac german⁹ patris filius, propterea nobis largitur adoptionem filiorum: ita etiam spiritus, quoniam sua natura est dei substantia, dona nobis præbet in æternum. Nam homo quoq; quādoquidem natura homo est, propterea potest hominis pingere imaginē. *Propterea benedixit te deus in æternū.* Vides quo modo ex vehemēti affectione ad ipsum orationē dirigit. Ea de causa alibi quoq; nō simpliciter & absolutè futura prædicit, sed præ se ferens figurā intentati criminis: vt quādo dicit, Quare fremuerūt gentes, & populi meditati sunt inania? Ita etiam hic, dicēs, Propterea benedixit te deus in æternū. Cū enim nec de eius ortu, nec educatione, nec de aliis quidquam dixisset, hic obiter de eo loquit̄. Quare? Quod omnia quidē dicere per ordinē ac consequentiam, est Euangelistarū, & ideo illa eis reseruauit, hoc enim erat officiū illorū narrationis, prophetiæ verò munus est partes aliquas sumere, & de iis disserere.

Luc 2. Matth.4. Matth.9. Matth.8. Luc 9. — *Gen.49.* — *Esaiæ 53.* — *Vt verè fuerit Christus passus.* — *Esaiæ 11.* — *Luc 2. Matth.4. Matth.9. Matth.8. Luc 9.* — *Iohel.2. Actu.2.* — *Psal.18.* — *Rom.10.* — *Coloss.1.* — *2.Cor.1.* — *1.Cor.12.* — *Spiritus vt varijs accipitur.* — *1.Cor.2.* — *ἀνυπόστατος.* — *Rom.8.* — *Matth.3. Marc.1. Luc.1. Ibidem.* — *Psal.2.* — *Prophetæ & Euangelistæ differentia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ideo prophetæ quoque hoc vbique faciunt. Nã pau ca quædam quæ ad hiſtoriam pertinent, iniicientes, & adumbrantes, recedunt. Et ideo hic quoque, Benedixit te deus, inquit, in æternũ, ſic dicens eius verba fuiſſe plena tanta gratia. Conſidera ergo virtutem gratiæ. Deãbulabat quãdoque prope mare, & inuenit Iacobum & Ioannem, & dicit eis: Venite poſt me, & faciam vos piſcatores hominum. Illi verò & patre & retibus relictis, eum ſtatim ſecuti ſunt. Deinde etiã cum alibi diceret omnibus Apoſtolis, Nunquid vos quoque vultis recedere? dicit ei Petr⁹: Domine, verba vitæ æternæ habes, & nos credidimus & cognouimus quòd tu es Chriſtus filius dei viui: ad quem abibimus? Quid dico diſcipulos? Ipſi Phariſæi cum miſiſſent miniſtros, audierũt eos dicentes, Nũquam homo ſic locutus eſt, vt hic homo. Et alij rurſus dicebãt, Nunquam ſic viſum eſt in Iſraël. Et mirabantur, inquit, quòd eos doceret tanquam habens poteſtatem, & non vt ſcribæ ipſorum & Phariſæi. Si velis autem tu quoque ſcire gratiam, conſidera quãti ſint ponderis & momenti eius præcepta, & videbis eius potentiam. Niſi quis renũciauerit omnibus, & præterea animam ſuam odio habuerit, inquit, non eſt me dignus. ſermo tamen tantum potuit, vt in opus exiret, & re vera id fieret: tãta erat eius gratia. Quid eſt maiori nobiſcum familiaritate ac neceſsitudine coniunctũ, quam anima? Atqui ipſa quoque cõtemptui habita eſt propter illi⁹ iuſſum. Tu autem cum audis, Benedixit te deus, ne labaris, nec humile & abiectum quidpiam cogitaueris. Quemadmodum enim iã ante dixi, de carne loquitur, quæ habet labia, quæ gratiam ſuſcipit, quæ ſuſcipit benedictionem. Deus enim nec benedictione opus habet, nec gratia. Nam deus nullius rei indiget. Quemadmodũ enim, inquit, pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: ita etiam quos vult filius viuificat. Et rurſus, Opera quæ ille facit, ea quoq; facit filius ſimiliter. Et rurſus, Sicut cognoſcit me pater, & ego quoq; cognoſco patrem. Illud enim, ſic, & ſimiliter, & ſicut, ſignificant eum eſſe immutabilem: ſed hic de humana natura quã ſuſceperat, agitur. Audimus autem ipſum quoq; rurſus dicentem, Propterea pater me diligit, quia ego pono animam meam pro ouibus. Nunquid eum non diligebat antea? Quo modo ergo dixit: Hic eſt filius meus dilectus? Sed hoc poſuit volens oſtendere quantum & quam præclarum ab eo fieret facin⁹. Sicut ergo illic in reddenda ratione eſt cauſa aliqua, ita etiam hic quoq; cauſa eſt manifeſta. Hac enim de cauſa prius dixit, Specioſus forma præ filiis hominũ. &, Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, &, propterea benedixit te deus in æternũ, id ſuſceptæ humanitati aſſcribens, vt quãdo rurſus humanũ quid dicturus ſit, & quod ſit eius dignitate inferius, ne labaris, ſed cognoſcas de quonam loquatur. Ita etiã Iacob humanitatis ſuſceptæ conſilium ſignificans, dicebat, Pulchri eius oculi ſicut vinum, & cãdidi eius dentes ſicut lac. Diuinitas autem non habet dentes. Alius quoque propheta dicit, Percutiet terrã verbo oris ſui, & ſpiritu labiorum tollet impium, eadem dicens cum Paulo dicente: Quem dominus conſumet ſpiritu oris ſui, & abolebit apparitione ſuæ preſentiæ. Ne tu ergo cum hæc audieris, contẽnas, oſtendit tibi vires diuinitatis. Neque enim carnẽ diuidit à diuinitate, neq; diuinitatem à carne, nõ ſubſtantias confundens. Abſit, ſed vnionem oſtendẽs. Propterea dicit, Benedixit te deus in æternũ. Quis eſt autẽ modus benedictionis? Aſsiſtũt angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, poteſtates, laudibus celebrantes. Omnis terra à finibus in fines deũ incarnatũ canit, & laudibus afficit. Primus enim Adam repletus fuit execratione, hic autẽ contrà multa benedictione. Ille audiit, Maledictus tu in operibus tuis, & qui eũ eſt conſecutus. Et, Maledictus, qui facit opus dei negligenter. Et, Maledictus, qui nõ permanet in omnib⁹ quæ ſcripta ſunt in libro hoc. &, Maledictus, qui pẽdet in ligno. Vides quot maledictiones. Ab his omnib⁹ liberauit Chriſtus factus maledictũ. Quem admodum enim ſeipſum humiliauit, vt te exaltaret, & mortuus eſt vt te redderet immortalẽ: ita etiam factus eſt maledictũ, vt tu implereris benedictione. Quid poteſt conferri cũ hac benedictione, quando per maledictionem largitur benedictionẽ? Neque enim ipſe opus habuit benedictione, ſed eã tibi donat. Quemadmodũ enim quando dico eum fuiſſe humiliatũ, non dico mutationem, ſed humanæ ſuſceptæ naturæ demiſsionẽ: ita etiam quando dixero eũ eſſe benedictũ, non hoc dico, quod ei fuerit opus benedictione, ſed rurſus oſtẽdo de miſsionẽ humanæ ſuſceptæ naturæ. Benedicta fuit ergo humana natura. Chriſtus enim à mortuis excitatus, non moritur amplius, nec eſt maledicto obnoxius: immo vero nec ante quidẽ erat obnoxi⁹, ſed ſuſcepit maledictũ, vt te ab eo liberaret. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potẽtiſſime.* Alius, cinge enſem tuũ ſuper femur. Alius, impone veluti gladium tuum ſuper femur. *Specie tua & pulchritudine tua.* Alius, laudẽ tuam & authoritatẽ tuam. Alius, gloria & decore tuo. Quænã eſt hæc mutatio, & quænam verborũ tranſlatio? Cũ enim de doctore loqueretur: (hoc enim ſibi vult illud, diffuſa eſt gratia in labiis tuis) armatũ regem nobis repẽtè deſcribit, nec ita vt locũ teneat prophetiæ, ſed vt locũ ſupplicationis. Non dixit enim, Accinget gladiũ ſuum, ſed rogat, & dicit, Accingere gladio tuo. deinde huic etiã armaturę admiſcet pulchritudinẽ, nunc quidẽ grauis armaturæ militẽ ſignificans, nunc vero venuſtũ hominẽ ac ſpecioſum. Specie enim, inquit, tua & pulchritudine tua, deinde ſagittariũ. Sagittæ enim, inquit, tuæ acutæ, potẽtiſsime. Et rurſus victorẽ & triũphatorẽ, Populi, inquit, ſub te cadẽt in corde inimicorũ regis. Porrò autem eundẽ rurſus inducit vnguentis delibutũ, qui eſt miles grauis armaturæ, & rex, & ſagittarius, & victor. Myrrha enim, inquit, & gutta, & caſia à veſtimẽtis tuis. Quid ergo cõmune inter ſe habẽt arma & vnguenta, gratia & gladius, doctrina & bellũ, arcus & pulchritudo? Hæc enim ſunt ſigna pacis, illa verò prælij & inſtructæ aciei. Quis ergo eſt ſimul & pacis amic⁹, & rei militari dedit⁹? cui diſtillat vnguentũ, & armis eſt munit⁹? Quis procedit ex domib⁹ eburneis, & hoſtes fũdit innumerabiles, & maximã ſtragẽ facit? Quo modo ſoluemus hanc dubitationẽ, niſi rectè ſciamus hæc quoq; dici de patre? Nã ipſe quoq; propheta eũ alibi armatum introducit, vt quãdo dicit: Niſi cõuerſi fueritis gladiũ ſuum vibrabit: arcũ ſuum tetendit, & parauit ipſum, & in eo parauit vaſa mortis. Et rurſus alibi, Induet thoracem iuſticiæ. Vide autem eãdem quoq; authoritatem. Quemadmodum enim illic dicit, Gladiũ ſuum vibrabit, nõ ab alio iuſſus, ſed ipſe ex ſeipſo: ita hic etiã, ſagittæ potẽtis acutæ, populi ſub te cadẽt in corde inimicorum regis. Deinde oſtendẽs eum hæc omnia ex ſua authoritate facere, dicit, Deducet te mirabiliter dextera tua. Non aliũde, inquit, operationẽ ſuſcipis, ſed ipſe tibi ipſi ſufficis. Audi autem ipſum quoq; pacis deum dicentẽ diſcipulis, Non veni pacẽ in terram mittere, ſed gladiũ. Et rurſus, Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo niſi vt accẽdatur? Hic autẽ de eodẽ dicẽs, quo modo

In Chriſto plenitudo gratiæ.
Matth.4.
Ioan.6.
Ioan.7.
Matth.9.
Matth.7.
Marc.1.
Luc.14.
Ioan.5.
Ibidem.
Ioan.14.
Sic, ſimiliter.
Ioan.10.
Matth.3.
Gene.49.
Eſa.11.
2. Theſſa.2.
Chriſtus vt benedicatur.
1. Corin.15.
Gene.3.
Hiere.48.
Deute.27.
Deute.11.
Gala.3.
Roma.6.
Quæſtio p antehoſia.
Pſal.7.
Sapien.5.
Matth.10.
Luc.12.

ſit ventu-

Psal.17. sit venturus dicit, Descendet sicut pluuia in vellus, & tanquam gutta quæ distillat super terram. Hęc dico, vt attenti sitis & vigilantes, & quæ ex dictionibus significantur, diligenter sumentes, soluatis apud vos dubitationē. Hæc enim nomina significant eius operationes. Ita ergo hic quoque cū audieris, Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, existima esse nomen eius operationis. Ita etiā arcus & sagittas. Quemadmodum enim scriptura dicit deum irasci, nō perturbationem animi ei tribuens, sed per hanc dictionem, punitētem eius operationem ostēdens, & quæ sunt crassiora attingens, ita id ipsum significat arma dicens. Quia enim non per nosipsos, sed per alia instrumenta punimur: volens eius punientem ostendere facultatem, id per nomina nobis nota significauit, nō vt arma in deo cogitemus, sed vt significātius & cum maiori emphasi eius punitionem audiamus. At multi, inquit, ex hoc loco læsi sunt: sed temere, & à propria insciti: maximè enim cum deum audirent, debebant intelligere id dictū esse tropicè & figuratè. Nunc verò nec per alia quidem verba neglexit scriptura docere deū esse impatibilem. Audi ergò quo modo alibi docet quàm sit ei facilè sumere supplicium, dicēs, Exurgat dominus, & dissipentur inimici eius. Nūquid opus est armis? Nunquid gladio? Sufficit, inquit, solū si exurrexerit. Sed hoc quoque rursus est crassum, & ideo sæpe dicit, Qui respicit super terram, & facit eā tremere. Et rursus, A facie eius commota est terra. Atqui hoc quoque est crassum. Audi ergo rursus id quod est sublimius. Omnia quæcunq; voluit fecit: ei enim solum voluisse sufficit. Vide autē quo modo in his etiā crassioribus ostendit deum nullius rei egere. Neq; enim prius armorum meminit, quā eum potentem vocauerit, & rursus cum arma enumerasset, omnem victoriā eius dextræ adscripsit, hoc est, eius naturæ & potentiæ. Quod alius quoque propheta significās, dicebat, Principatus eius super humerum eius, non vt humerum intelligas, absit, sed vt scias deum nō egere aliorum auxilio. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, specie tua & pulchritudine tua. Quid hic igitur dicit? Per hæc crassiora nomina ostendit eius operationem per quam orbē terrarum rexit, per quam bellum confecit, & tropheum erexit. Erat enim bellum grauissimum, & omnium bellorum acerbissimum, in quo barbari bellum gerebant, sed dæmones tendebant insidias, & vniuerso orbi terrarum afferebant exitium. Quocirca Esaias quoq; dicebat, Et fortiū diuidet spolia. Et rursus, spiritus domini super me, qua de causa vnxit me: ad euangelizādum pauperibus misit me, ad prædicandā captiuis remissionem. Quam obrem Paulus vbiq; in principio Epistolarum scribens dicebat, Gratia vobis & pax à deo patre nostro. Et rursus, Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnū. Ne autem dum audis, Accingere gladio tuo, ensem intelligas sensilem: audi quæ sequuntur, Cum enim dixisset, cinge te gladio, subiunxit, Specie tua, & pulchritudine tua: hoc est gladi⁹, species eius, pulchritudo, & authoritas, gloria, maiestas, & magnificentia. Nullius enim illa indiget substantia ad ea rectè gerēda quæ fuerint proposita, est enim nullius indiga. Eum ergo adhortatur propheta, pro vniuerso orbe terrarum cum ad bellum educēs. Deinde à sublimibus orationem rursus deducit ad crassiora. Cum enim dixisset gladium & femur, ascendit ad speciē & pulchritudinē: & illinc rursus descendit ad ea quæ sunt magis corporea, & dicit. *Intēde, prosperè procede, & regna.* Cum autem dixit, intende, arcū

Psal.64. Psal.105. Psalm.17. Psal.13. Sapien.12. Psal.44. Isaiæ.61. Luc.4. Isaiæ.42. Rom.1. Ephes.2.

significauit & sagittam. Deinde ostendens rursus eum armis non egere, subiūxit, prosperè procede, & regna. Alius interpres dicit, promoue. Regnum autē hic dicit, quod administrauit extremis temporibus ascisceendo in familiaritatem & scientiam. Hæc autem verba indicant prophetæ desiderium vidētis iam quæ erant ab eo facienda, & vniuersum orbem terræ, qui deducebatur ad veritatem: & ideo tropo vsus est, nempe præcipiente & exhortante figura dictionis. Consueuerunt enim minores quando sunt acri maiorum inflammati studio, his vti dictionibus. *Propter veritatem, & mansuetudinem & iusticiam.* Aduerbio veritatis vtitur. Vides quo modo seipsam interpretatur scriptura, & ostēdit victoriam versari in intelligentia, & esse spiritalē. Qui enim meminit armorū, gladij, & arcuum, quo modo hic meminit mansuetudinis? Quid enim cōmune inter se habent bellum & mansuetudo, pugna & clementia? Permultum quidem certè, siquis rectè expenderit. Nam & Dauid & Moses erant mites: & ideo de illo quidem dicit scriptura, Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. de Mose autem, Erat Moses mitissimus omnium hominum qui erant super terram. tamen videntur ij qui erant omnium mitissimi, omniū maximè vlcisci. Sed si vultis, dicamus priùs de eorum mansuetudine. Cum hic beatus cepisset sæpe Saūlem, & esset in eius potestate eum de medio tollere, manum in eum non immisit: quinetiam cum alij ipsum incitarēt, ei pepercit, & iram repressit. Iam verò cùm Semei eum contumelia afficeret, & eius calamitati tunc insultaret, vellentque duces transire, & maledicum hominē probris eiusmodi insectantem interimere, dicit verba plena omni sapientia. Illum quoque parricidam & incontinentem adolescētem, quo modo suis commendat ducibus, dicēs, Parcite filiolo meo Absaloni? Quando autem in principio loquebatur cum fratribus ei inuidentibus propter futuram victoriam, cogita quàm māsuete loquitur, dicens: Nunquid nō verbum est? Quid verò Moses? pro iis qui eū lapidibus petierant, pro iis qui eum, quod in eis erat, de medio sustulerant, audi quid dicat, Si peccatum quidē eis dimittis, dimitte: sin minus, me quoq; dele de libro quē scripsisti. Cum alij rursus eum mouerent ad æmulationem, & incitarent ad iram, pulchra illa & sapientiæ plena verba locutus est, dicens. Quis dederit vt totus populus domini prophetet? Pro sorore autē rursus, quæ eum maledictis incesse rat, quàm suppliciter precatur? Ex multis quoq; aliis locis videri potest eius mansuetudo, quādo etiam in Palæstinam ingredi prohibitus, cum omni comitate & mansuetudine Iudæos alloquitur. Sed tamē hic mitis, vt Dathan, Abiron & Core, cum in sacerdotium inuasissent, à terra absorberentur: & alij exurerentur, quandoquidem ignem alienum obtulerant, æquum existimauit. Dauid quoque ille mansuetus, & Goliath prostrauit, & exercitum fugauit, & retulit victoriam. hoc est enim vel maximè māsueti, suas quidem iniurias remittere, eos autem quibus fit iniuria, defendere: quemadmodum Christus quoque fecit. Cum enim in crucē ascendisset, dicebat: Pater, ignosce eis, nesciunt enim quid faciunt. Et Hierusalē rursus defiens, dicebat, Quoties volui cōgregare filios vestros, & noluistis: ecce relinquetur domus vestra deserta. Et cum impactus esset ei colaphus, non colaphum contra impegit, sed ei qui impegerat, respondet: & cum appellaretur dæmoniacus, eiiciebat dæmones: & cum vocaretur planus, & impius, & dei aduersarius, in regnum suum ducebat.

1.Reg.24. 26. 2.Reg.16. 1.Reg.18. 1.Reg.17. Exo.17. Exod.32. Num.11. Num.12. Num.16. 1.Reg.17. Luc.23. Matth.23. Ioan.18. Ioan.7. Matt.4.9. 12.13. Marc.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.5. Luc.21. Ioan.15. Discipulis quoque iussit vt vbique flagellarẽtur,perse- A
Matth.20. cutionem paterentur,expellerentur,minorẽmq; & in-
feriorem locum diligeret.Qui enim vult in vobis esse
primus,sit vester minister.Domesticũ autem subiunxit
exemplum,dicens,Sicut filius hominis non venit mi-
nistrari,sed ministrare: & dare animam suam redem-
ptionem pro multis. Quòd si expellit dæmones, & cũ
diabolo bellum gerit,& errorem tollit de medio, hoc
quoq; est maximæ mansuetudinis omne quidem vicĩ
abolere,eos autẽ qui ab illo detinẽtur liberare,insidiã-
tes dæmones coërcere,& qui ab eis probris affecti fue-
rint,à malis eripere.Quid est autẽ, propter veritatẽ, &
mansuetudinẽ,& iusticiã tuã? Dixit bellũ,dixit instru-
ctam aciem,ostẽdit armatũ militẽ, dicit deinceps quæ
pulchra & præclara in regno suo gesserit,gen° trophęi,
conditionem & naturã victoriæ. Alij enim omnes ho
mines regnãtes,vel pro ciuitatibus,vel opibus,vel ini- B
micitiis,vel vana gloria bellum gerunt:ipse autẽ prop
ter nullum eorum,sed propter veritatem, vt eam plan
tet in terra:& propter mansuetudinem, vt qui sunt fe-
ris immaniores,mansuetos efficiat: & propter iusticiã,
vt in quos tyrãnidẽ exercet iniquitas, eos iustos faciat,
primum quidem ex gratia, deinde ex rectè factis. *Et
deducet te mirabiliter dextera tua.* Alius,& illuminabit te su
per terribilia dextera tua. Alius,& ostendet tibi terribi
lia dextera tua. Vidisti quo modo rursus nobis appe-
ruit dignitatem eius qui hæc præclara facit. Quemad-
modum enim cum superius dixisset arma,& gladium,
ascendit ad speciem ac pulchritudinem,& ad incorpo
reas intelligentias deduxit auditorem: ita cum rursus
descendisset ad id quod est crassius,nempe arcus & sa-
gittas,paulatim rursus erigit auditorẽ,belli causas refe-
rens,veritatem,mãsuetudinem,iusticiam.Deinde rur-
sus modum quoque.Quisnam autem est is?Et deducet
te,inquit,mirabiliter dextera tua.Quod autẽ dicit,tale
est: Ipsa sibiipsi natura sufficit, ipsa sibiipsi sufficit po-
tentia ad videndum quæ sunt agenda,& finem eis im-
Opera Chri ponendum:Rectè autem dixit alius, terribilis dextera
sti terribi- tua, sunt enim valde terribilia & horrore plena quæ
lia. gesit, mors deleta est, perfracti sunt inferi, paradisus
1.Cor.11. fuit apertus,cœlum patuit,obstructa sunt ora dęmoni-
Heb.2. bus,inferna cum supernis commixta sunt,Deus homo
Act.2. fact° est,homo sedit in throno regio,aperta est spes re-
Heb.9. surrectionis,immortales expectationes,ineffabiliũ bo-
norum vsusfructus, & alia quæcunque per suũ aduen-
tum pulchrè & præclarè gesit:& ideo dixit, Ostendet
tibi terribilia dextera tua.ostẽdens sibiipsi sufficere na-
turam & potentiam ad ea inuenienda & perficienda D
quæ fuerant proposita.Septuaginta autẽ dicunt,dedu-
cet te mirabiliter dextera tua,hoc est, nõ solum mirari
oportet quòd res pulchras & præclaras gesserit, sed q
Heb.2.9. eas præter hominum expectationem & opinionẽ ges-
1.Cor.15. serit.Per mortem enim mors deleta est,per maledictũ,
Gala.3. maledictum sublatũ est, & data benedictio: per esum
Gene.3. nuper eiecti fueramus, per esum rursus introducti fui-
Ioan.6. mus.Virgo nos paradiso expulit, per virginem vitam
Gene.2. æternam inuenimus.Per quæ cõdemnati sumus,per ea
Matth.1. fuimus coronati.Hæc ergo animo agitãs propheta,di-
Luc.1. cebat,Deducet te mirabiliter dextera tua.Nunquid o-
pus est armis?Nunquid gladio?Nunquid arcu & sagit-
tis?Vidisti quo modo ipsa natura, ipsa potẽtia, est sibi-
ipsi sufficiens.Sed vide eum tanquam saltatorem opti-
mum rursus à sublimibus descendere ad crassiora. *Sa-
gittæ tuæ*, inquit, *acutæ potentissime. Populi sub te cadent in corde
inimicorum regis.* Alius,In corde inimici regis.Vide rur-

sus quando meminit sagittarum , quo modo potentis
verbum accepit,vt scias eum non egere sagittis,sed ip-
sum sibiipsi sufficere. Hæc est autem consequentia seu
contextus.Sagittæ tuæ acutæ,potens in corde inimico
rum Regis.Illud autem, populi sub te cadẽt, in medio
interponitur.Hic ergo mihi esse videtur duplex expo-
sitio. Vel enim dicit Iudaicã captiuitatem , & ciuitatis
euersionem & interitum,vel per anagogen vim verbi
vocat sagittas. Quibusuis enim sagittis velocius perua *Sagitta ver*
sit orbẽ terrarũ , & eorum qui prius erant inimici, cor *bi vis effi-*
terigit,non vt iterficeret,sed vt ad se attraheret.Quod *cax.*
etiam in Paulo vsuenit. Non enim aberrauerit quis- *Act.9.*
piam,si dixerit illud verbũ sagittã, quòd è cœlis emis-
sum tetigit cor eius qui prius erat inimicus, & amicum
reddidit.Populi sub te cadent. Vidisti quàm rectè bel-
lum gestum sit, quo modo recõciliati fuerint qui prius
erãt seditiosi,quo modo docti,quo modo initiati.Ipse
enim casus,& esse sub illo,est omnibus fundamentũ &
radix altitudinis . Cũ eos enim liberasset ab arrogãtia,
& ab inani fastu & gloria,& ab errore dæmonum, eos
sibiipsi subiunxit . Ita etiam alius propheta eum ostẽdit
cruentatum,cum sic dicit . Quis hic est qui venit ex E- *Esa.63.*
dom?rubedo vestimentorum eius ex Bosor?Nusquam
illic arma,arcus & sagittæ,sed vestes, verbum quidem
paulo crassius,sed eo tamen subtilius:& tamẽ illic quo
que in ea crassitudine erigit sensim orationem ad res
incorporeas. Quoniã enim rogat propheta vndẽnam
rubræ vestes, dicit,Torcular calcaui solus , ostendens
victoriæ facilitatem , & quod nullum habuerit qui ei
opem ferret, sed ipse sibiipsi sufficerit . Quemadmodũ
enim hic dicit,Deducet te mirabiliter dextera tua : ita
etiam illic,Torcular calcaui solus.Quemadmodum e- *Simile.*
nim facile est ei qui ingreditur torcular , calcare bo- C *Sapien.11.*
tros : ita etiam deo facere quæ voluerit imò ne sic qui-
dem , sed longè facilius. *Sedes tua deus in seculum seculi.
Virga directionis, virga regni tui.Dilexisti iusticiam,odisti iniquita
tem . Propterea vnxit te deus , deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus
tuis.* Alius, Thronus tuus, deus, æternus, & vltra.Hæ-
bræus autem dicit illud, deus deus tuus אלהים עולם
elohim olam . Quid hic dixerit Iudæus? De quònam *Christi aut*
enim hæc dicuntur? Quid verò hæreticus? Si dixerit *nitas.*
enim dici de patre, Sedes tua deus in seculum seculi,
quo modo ei conueniet quod deinceps sequitur: Pro-
pterea vnxit te deus deus tuus . Neque enim pater est
Christus, neque ipse vnctus est . Vnde clarum est eum
loqui de vnigenito , de quo prius quoque dictum est,
de quo dixit etiam Esaias , Et eius regni non erit finis. *Esa.9.*
Sed illud quæsierit fortasse quispiam, cur nunc loqui- D
tur de diuinitate , cum de humanæ naturæ susceptio-
ne antea verba fecerit? Quoniam idipsum quoque fa-
cit Matthæus , A carne enim incipit , & ita exorditur: *Matth.1.*
Liber generationis Iesu Christi . Similiter etiam Lu-
cas & Marcus: Ioannes autem solus aliter . Cùm enim
prius dixisset de diuinitate , In principio erat verbum, *Ioan.1.*
& verbum erat apud deum, & deus erat verbum,& de
ea multum disseruisset, tunc dixit : Et verbum caro fa-
ctum est , & habitauit in nobis . Quod si secus ac alij,
Euangelij scriptione vsus est, sic quoque magnam in-
ter ipsos ostendit consensionem.Et quo modo,inquit, *Contrario-*
fuerit rationi consentaneum, vt sit in eo quod est con *rum in vnũ*
trarium,cõsensio?An nescis quòd comedere repugnat *finem con-*
ei quod est non comedere:& bibere,ei quod est nõ bi- *sensio.*
bere:& dare,ei quod est nõ dare?Sæpe autem medicus
quoque multa facit eiusmodi,non secum pugnans,sed
sibi valde cõsentiens,vnum enim sibi finem proponit,

ægroti

ægroti ſanitatem. Hoc ipſum etiam vſuuenit in Euangeliſtis. Nam æſtas quoque eſt hyemi contraria, vnum tamen habet finem, perfectionem & maturitatem fructuum. Iam verò vniuerſus quoque mũdus conſtat ex contrariis. Quin etiam Chriſtus quoq; via Ioanni cõtraria ingreſſus eſt. Ille enim comedebat, hic verò non comedebat. Venit enim, inquit, Ioannes neque comedens neque bibens, & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis bibens & comedens, & dicunt, Ecce homo vorax, & vinipotor. Sed etſi erant quæ fiebant cõtraria, vnum tamen finem reſpiciebant, nempe eorum qui ſagena erant capiendi, ſalutem. Ita etiam hic ordo diuinitatis & humanæ ſuſceptæ naturæ, etſi ſecus ac ab aliis, ab Ioanne introductus eſt, id tamen eis valde conuenienter factũ eſt. Et quo modo? Dico ego, quòd in principio quidem cum ſermo nondũ eſſet diſſeminatus, conſentaneum erat verſari in explicãda humanitate, & de carne doctrinam aperire, à craſſioribus & ſenſilibus ducentes exordium: ſed poſtquam introducta fuerat ſcientia, & prædicationem iam ſuſceperant, erat deinceps tempus opportunum ab alto inchoandi. Quamobrẽ & prophetæ quoq; ſi quãdo de eo diſſerũt, ab humanæ naturæ ſuſceptione incipiũt, & exordium ducunt. Vide itaq; quo modo Michæas ab infimo orditur, Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda. Ex te enim mihi egredietur dux, qui paſcet populum meum Iſraël. Atqui non erat *diuinitas ex Bethleem*, ſed caro. Sed non permanſit in *hoc ſolo*, ſed ad diuinitatem etiam aſcendit, dicens, Et egreſſus eius ab initio ex diebus ſeculi. Et rurſus Eſaias: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuël, quod eſt interpretatũ, Nobiſcum deus. Vides quo modo is quoque à carne aſcendit ad diuinitatem? Et rurſus alibi conſidera hoc ipſum ab eo fuiſſe factũ. Dicit enim, Puellus natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & vocatur nomẽ eius magni conſilij angelus, admirabilis conſiliarius, deus, fortis, potens, princeps pacis, pater futuri ſeculi. Vides quo modo rurſus à puero carniſq; ſuſceptione, veluti per quoſdam gradus aſcendẽs, ſiſtit in diuinitate. Ita etiam pater eius cognitus eſt primùm ex creaturis. Inuiſibilia enim eius, inquit Paulus, à creatione mundi operibus intellecta, conſpiciuntur. Et ideo ipſe quoque ſeipſum ſæpe effingit in ſpecie ſenſili, paulatim euehens humanum genus ad intelligentias incorporeas. Et quid miraris ſi in dogmatibus hoc conſilio & hac œconomia vſus ſit, cùm in præceptis & mãdatis hoc ipſum faciat? Quocirca propheta quoque ſic hoc in loco oratione vſus eſt, à carne ad diuinitatem aſcendens: (labia enim ſunt carnis) & à diuinitate rurſus ad carnẽ deſcẽdens, & varietate orationis vtens ad ſalutem catechumenorum. Sedes tua deus in ſeculum ſeculi. Sedem hîc non ſolummodo ſedem, ſed regnũ ſignificat. Hîc ergo eam dicit æternam, alibi autem etiam altam. Vidi enim, inquit, dominum ſedentem ſuper thronum excelſum. Et rurſus, Quoniam alta ſedes tua. Alius quoque propheta videt eum ſedentem ſuper thronum gloriæ. Dauid autem oſtendit etiam thronum humanitatis. Miſericordia enim, inquit, & iudicium bonũ opus ſedis tuæ. Hæc omnia de eius regno dicta ſunt, quòd ſcilicet fine careat: hoc enim eſt, In ſeculũ ſeculi, quòd glorioſum, quòd excelſum, quòd potẽs & validum. Rurſus quòd ſit expers principij, quando dicit, Regnum tuum, regnum omnium ſeculorum. Quemadmodum autem thronus eſt regni ſignum: ita etiam virga, & regni, & iuriſdictionis. Et ideo dicit: Virga directionis, virga regni tui. Purum enim illic eſt quod iuſtum eſt, purum eſt quod eſt rectum, nihil illic adumbratum. Audiant qui inſaniunt, & ſunt emotæ mentis, immò verò qui ſunt eis deteriores. Quinam autem ſunt hi? Qui diuinam prouidentiam reprehendunt, & dicunt, Cur hoc & illud ſic factũ eſt? Quo modo enim non abſurdum, vt qui fabro quidem aſsidet, & ligna frangentem & ſecantem contemplatur, ab eo rationem non exigat: & dum medicus ſcindit & vrit carnem, & in domuncula ægrotum includit, & fame excruciat, nec vllus aſtantium, nec ipſe qui laborat, de iis quæ fiunt, curioſè inueſtigat: & dum gubernator tendit funem, velumq; & intendit, & rurſus remittit, & nauis partem inundat, nemo ſit curioſus, nec in vnoquoque horum opificum inquirat & ſciſcitetur, ſed taceat & quieſcat, quãuis ij in arte ſæpe peccent: de ineffabili autem ſapiẽtia, benignitate ineffabili, infinita & interminata cura ac prouidentia, curioſè indaget? Quantę hæ ſunt inſaniæ? Et opem quidẽ ferre, vel pecunias erogare pro iis quibus fit iniuria, & ſunt pauperes, non facilè inueniuntur qui velint: perpetuò autem inquirunt, cur hic pauper, cur ille mendicus, & cur alter ſit dives. Serue nequam & ſtolide, cur nõ oculos demittis, & teipſum condemnas, & freno linguę iniecto, mentem tuam reprimis, & mittens de tantis rebus curioſè inquirere, hãc anxiam indagationem in tuam vitã conuertis? Reſpice ea quæ feciſti, reſpice mare peccatorum: & ſi es curioſus & anxius inquiſitor, exige à teipſo rationem verborum quę malè dixiſti, & rerum quas male feciſti. Nunc autẽ tui quidẽ ipſius prætermiſſa examinatione, licet hæc quidem ſocordia ſupplicium afferat, curioſa autem indagatio ſalutem, ſed es deum in ius vocans, tuis peccatis alia adiiciens. Non audis prophetã ei dicentem, Virga directionis, virga regni tui? Et rurſus alius, Iudicium eius, inquit, tanquam lux exibit. Quòd ſi non noſti omnia quæ ſunt tui domini, propterea eum gloria affice, propterea eum maximè adora, propter ineffabilem eius maieſtatem, propter incomprehẽſibilem eius prouidentiam, propter variam ac ſapientem eius curationem. Dilexiſti iuſticiam, & odiſti iniquitatem. Poſtquam ſuperius dixit præclara eius facta, victorias, trophæa, ſalutẽ orbis terrarum, quòd eam veritate repleuit, quòd manſuetudine, quòd iuſticia, oſtendens fuiſſe rationi conſentaneũ vt hæc fierent, loquitur deinceps de dignitate eius qui illa fecit, monſtrans eum fuiſſe deum, regem fine carentem, incorruptum iudicem, iuſtorum amatorem, malis infenſum. Quoniam enim, inquit, eſt eiuſmodi, propterea talia ab eo facta ſunt. Nemo ergo de his dubitet. Qui ea enim fecit, ea fecit cum & poſſet & vellet. Poſtquam ergo dixit quæ ſunt alta de diuinitate, reuertitur ad loquendũ de carne, & dicit: Propterea vnxit te deus deus tuus. Propterea, quòd in iis quæ dicta ſunt, te rectè geſſeris, iniquitatem eieceris, iuſticiam plantaueris, & quæ feciſti feceris. Tu autem ne conturberis dum audis quòd hæc patri attribuat. Nõ enim id facit, vt eum priuet rectè factis, ſed vt ea quæ ſunt filij, patri adſcribat, qui ea etiam quæ ſunt patris, ſua eſſe dicit, Omnia enim, inquit, mea tua ſunt. Nam de reſurrectione quoq; Paulus quidem differens, dicit: Deus ipſum ſuſcitauit à mortuis. Ioannes autem, Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo ipſum. Quid eſt autẽ oleum lætitię? Atqui Chriſtus nuſquã vnctus eſt oleo, ſed ſpiritu ſancto. Et ideo adiecit, præ conſortibus tuis: hoc ipſum ſignificans neminem

Scilicet tentatis. *Luc.7.* *Matth.13.* *Luc.3.* *Mich.5.* *Iſa.7.* *Iſa.9.* *Iſa.11.* *Iam.1.* *Pſal.144.* *Prouidẽtiæ diuinæ reprehenſores & indagatores redarguit.* *παραλυτος.* *Soph.3.* *Ioan.17.* *1.Cor.6.* *Ioan 2.* *Ioan.3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

minem ita vnctum fuisse vt ipse. Multi enim fuerunt ante ipsum Christi, id est vncti, sed nemo sic: sicut etiã agni multi, sed hic eximius: & multi filij, sed ipse vnigenitus. sunt enim omnia eius eximia, non ea solum quæ pertinent ad diuinitatem, sed ea etiam quæ ad humanitatẽ. Nemo enim vnctus est tali spiritu. Si id autẽ appellat oleum, ne mireris. Nam cùm sit propheta, loquitur paulò obscurius, & magis ænigmaticè. Rectẽ autem dixit, Exultationis, vt ostẽderet id esse lætitiæ. Fructus enim spiritus est dilectio, gaudium, pax. Alius autem dicit, oleo venustatis, Hebræus autẽ שמש Sason hoc est, elegantiæ, gloriæ, ornamenti. Sin autem sit lætitiæ, id quoq; verum est. Quemadmodum ergo cum audiuisti gladium, gladium nõ intelligis: & cùm arcũ & sagittas, non arcus & sagittas, sed eius operationem qui hæc facit, vt iam antè dixi: ita cum oleum audieris, ne oleum solum arbitrare, sed vnctionẽ intellige. Oleum enim erat signum spiritus, res autem principalis & necessaria erat spiritus. Cùm hoc ergo ita se habeat, ne dubita eum vocare Christum. nam Abraham quoque appellabatur Christus, & prophætæ: sed non omnes oleo vncti sunt: quemadmodũ cùm dicit, Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Quando autem vnctus est Christus? Quando tanquã in columbæ specie spiritus super eũ venit. Participes autem aut cõsortes hîc vocat omnes spiritales, quemadmodum Ioannes dicit, Nos omnes ex plenitudine eius accepimus. De ipso autem, Non ad mẽsuram dat spiritum deus. Et rursus, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Illic autẽ non ex spiritu, sed totus venit spiritus: & ideo dixit, Non ad mensuram dat deus spiritum. *Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis.* Alius, In vestimentum tuum. Alius, In omnes vestes tuas. Nonnulli quidem dicunt prophetam per hæc significare sepulturam, alius autẽ diuersitatem vnctionis. Neque enim fiebat olim vnctio ex his vnguentis, sed ex aliis. & vt scias hunc fuisse olim alium modum vnctionis, per differentiam materiarũ significauit differentiam operationis. Illud autem, A vestimẽtis tuis, ostendit eius quoque vestes fuisse plenas gratia. Quæ itaque sanguinis profluuio laborabat, sanguinis riuos repressit cum vestis fimbriam attigisset. Siue hoc ergo, siue illud sit accipiendum, nulla prohibet ratio. sunt enim à me vtraque admittẽda. Quemadmodum ergo (nihil enim prohibet eadem rursus dicere) cùm arcum & gladiũ audis, & quæ sunt eiusmodi, nõ ea audis sensiliter: ita nec eũ myrrham aut casiam audiueris, ea sensiliter intelliges, sed ad intelligentiam referes. *Ex adonibus eburneis, ex quibus delectauerũt te filiæ regum in honore tuo.* Alius, A templis eburneis, vnde delectauerunt te in te honorãdo. Alius, In glorioſis tuis. Postquã dixit quæ rectè gesit, dicit etiam honorẽ qui præclara eius facta cõsecutus est, nempe quòd in preciosissimis templis sit adorãdus. Antiquitus enim hæc materia erat preciosissima, & magno studio conquirebatur, nempe eburnea. Vnde etiã dicebat alius propheta: Væ qui dormitis in lectis eburneis. Et rursus ostendit quòd prædicatio nõ perueniet solummodo ad priuatos, sed reges etiã subiiciet, qui ei ædes magnificas extruent. Hæc iam videntur re ipsa fieri. Volens enim propheta ostendere vim prædicationis, dicit quo modo ceperit, quo modo subiunxerit mulieres, viros, priuatos, diuites, eos ipsos quibus erãt redimita capita diadematibus, & eorum vxores, vt templa deo vbique excitarẽt. Deinde quoniam deinceps ad hæc dicenda digressus est, de his fusius dicere exorditur, eos qui illum colunt, & qui ei supplicant describens. Et cum ostendisset quo modo populi sub eo cadunt, quo modo cor ipsorũ tetigit, quo modo inimicos superauit, quo modo eum deduxit dextera, quo modo veritatem mansuetudinem & iusticiam plantauit: rursus quoq; metaphorica oratione vsus est, veluti in imagine ac similitudine ecclesiam describẽs, & quæ postea dixerunt Apostoli: hic quidem dicens: Despondi vos vni viro virginem castã exhibere Christo: ille autem, Qui habet sponsam, sponsus est. Alius verò, Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. ea hic quoque prædicit, introducens simul sponsam & reginam: & ideo dicit, *Astitit regina à dextris tuis.* Alius, stabilita est, hoc est firmiter stetit, stetit immobiliter. Quod alibi dicit Christus, Portæ inferi non præualebunt aduersum eam. Vidisti insignem honorem, vidisti summam dignitatem: quæ conculcata, & quæ in infimum locũ deturbata fuerat, in quantam extulerit altitudinem, vt ei assisteret. Cognouisti, quæ erat captiua, alienata, meretrix, scelerata & execranda, ad quantam dignitatem ascẽderit, cum ministratoriis potestatibus adstitit. Filius enim, vt qui sit honore æqualis, sedet à dextris: ipsa verò stetit. Quãuis enim sit regina, est tamen creatæ substantiæ. Quo modo ergo dicit Paulus, Conresuscitauit & considere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu? Sed attende quàm exactè loquatur, Nõ dixit simplummodo, Conresuscitauit & considere fecit: sed, in Christo, hoc est, per Christum. Quoniam enim, inquit, caput nostrũ est suprà: nos autẽ corpus, cùm superius sedeat nostrum caput, nos quoq; honoris participes fuimus, & stetimus. *In vestitu deaurato, circumdata varietate.* Alius, In diademate auri ex Ophir. Quemadmodum in rege non aurum, Ophir, & sagittas intelligimus, ita nec in sponsa vestes intellige, sed per ea quæ sunt sensilia, accipe intelligẽtias quæ deo conueniant. Ne quis enim tale quid suspicetur, subiunxit dicens: Omnis gloria filiæ regis ab intus. Atqui vestes sunt omniũ maximè extrinsecus, & propter eos qui vident. Sed hoc ita se habet quãdo sunt res corporeæ: sed quando agitur de rebus spiritalibus, cõuerte intrò mẽtis oculos. Hanc vestem rex texuit, eaq; illam per baptismum induit. Quotquot enim, inquit, in Christum baptizati estis, Christum induistis. Antea enim erat nuda, turpis & inhonesta, exposita omnibus qui transibant per viam. Ex quo autem illam vestem induit, euecta est ad illam altitudinem: & vt à dextris staret, digna fuit habita. Pulchrè autem ipsam quoque describit varietatem. Non constat enim vestis ex vno tantùm genere. Neque enim licet seruari tãtummodo ex gratia, sed fide quoque opus est: & post fidem, virtute. Nunc autẽ non agitur de vestibus. Neque enim spiritus tantum in eo studium ponebat, vt aureas vestes mulieris describeret. Si enim mulieres quæ se exornãt, reprehendit Esaias, & vbique expulsæ sunt delitiæ: quo modo hic ornatam mulierem laudauerit? *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: & concupiscet rex decorẽ tuum.* Alius, vt concupiscat. *Quoniam ipse est dominus tuus.* Alius, Ipse enim est dominus tuus. *Et adorabunt ipsum.* Alius, Et adorabis ipsum. *Et filia Tyri in muneribus.* Alius, Filia autẽ valida dona feret. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Vides quo modo nihil est sensile, quo modo nihil corporeum, sed referuntur omnia ad intelligentiam. Quo modo enim sponsa est eiusdẽ filia? Quo modo autẽ filia sponsa? In rebus quidem corporeis hoc sa-

non

Christi vocati sũt multi. *Psal.104.* *Quãdo vnctus Christus.* *Matth.3.* *Mar.1.* *Ioan.1.* *Ioan.3.* *Ioel.2.* *Actu.2.* *Gutta στακτὸ stacte.* *Matth.9.* *Eboris pretium apud antiquos.* *Amos.6.* *Galat.5.* *1.Cor.11.* *Ioan.3.* *Matt.22.* *Matt.26.* *Psal.109.* *Hebr.1.* *Ephes.2.* *In Christo, per Christũ.* *De Ophir aurifera terra, Isaiæ.* *Psal.44.* *Vestes spirituales.* *Gratia.* *Virtus.* *Galat.5.* *Esa.3.* *Ecclesia & filia & filia.*

Universidad de Deusto

non insunt,sed hoc quidē aliud,& illud aliud: in deo autem insunt vtraque. Ipse enim & ipsam regenerauit per baptismum,& ipse quoque eam despondit. Audi filia,& vide. Ducci præbuit: & doctrinam,quæ per verba traditur: & visum, qui & per miracula & per fidem suscipitur: & hæc quidem dedit,illa verò pollicitus est. Audi ergo verba mea,vide mea miracula, & mea opera, & meas fer admonitiones. Vide autem quale det prius præceptum. Obliuiscere populi tui,& domus patris tui. Quia enim eam despondit ex gentibus, hoc ei prius precipit,vt illam consuetudinē ex animo deleat, è memoria eximat,à mente eiiciat, nō solum ea fugiēdo, sed ne eorum quidem recordando. Et obliuiscere populi tui,& domus patris tui. Quando autem dicit & populum & domum, intelligit omnia quæ illic ab eis fiunt,& quod ad vitā, & quod ad dogmata decretaq; pertinet. Et concupiscet rex decorē tuum. Vides eum non loqui de pulchritudine corporis,si enim hæc feceris,tunc,inquit,eris pulchra. Hæc enim non facit pulchritudo corporea. Atqui inter infideles videmus corpoream pulchritudinem,& ex gentibus formosas mulieres: sed vt scias eum nō loqui de pulchritudine corporis,eam dicit constitui ex eius obedientia, obedientia autem non cōstituit pulchritudinem corporis, sed animæ. Si hæc,inquit,feceris,tunc eris pulchra,tunc eris sponso grata & amabilis. Quoniā ipse est dominus tuus. En pater,qui & spōsus & dominus apparuit. Quoniā enim iussit vt à parentibus recederet, populi obliuiscereturconsuetudinem expelleret, ostendit maximam & iustissimam esse causam cur ea preciperet,magnamq; esse rationis consequentiam, idq; debere fieri. Si enim idem pater tuus,idem sponsus,& idem dominus: æquum est vt ab illis omnibus te seiungas, & teipsam illi dedices. Non dixit autem, Quoniā ipse est pater tuus,sed, Quoniam ipse est dominus tuus, vt ea ratione eam maximē feriat,quoniam qui est dominus & pater tuus,voluit quoque sponsus fieri. Immò verò illud ipsum quoque factum esse dominū,summæ est benignitatis & clementiæ: vt quæ erat serua dæmonum, & conculcabatur ab errore,eam suam esse vellet. Non solum autem ancillam,sed filiā fecit,& sponsam. Obliuiscere populi tui, & domus patris tui. Nō venis enim ad alienū quempiam,sed ad eum qui te fecit,& est omnibus illis tibi propinquior, & de te est solicitus, tuiq; curā gerit. Ipse enim est dominus tuus & pater, & ipse omnia tibi dedit. Et adorabūt eum,& filia Tyri in muneribus. Quænam est hæc cōsequentia? Vel optima,est enim optimum genus adhortationis. Accede, inquit, sunt enim maximæ eius vires, & omnes ei obedient. Mittēs autem propheta dicere orbem terrarum, dicit propinquā ciuitatem,quæ morbo impietatis tunc maximè laborabat, & erat arx diaboli, & de cuius opibus & magnificētia fama erat maxima, ex parte totū significans. Mihi autē videtur omnem impietatem & luxuriā sic vocare, scit enim mores ex vrbibus exprimere, vt quando dicit, Audite verbū domini principes Sodomorum. Audite legē dei vestri,populus Gomorrhę. Atqui alloquebatur Iudæos: sed quoniam ea faciebant quæ fiebant à Sodomitis,eos appellat à nomine Sodomorū. Et quid miraris si eos sic appellat ex patria, cum eis quoque det patres eiusmodi, dicens: Pater tuus est Amorrhæus,& mater tua Cetęa? Et ne hic quidem sistit eorum accusationē, sed etiā ad feras vsque deducit orationem,in noua quidem sic dicēs scriptura, Serpentes,genimina viperarū. Et rursus in veteri: Oua aspidū ruperunt,& telam araneę texunt. Et alibi, Nūquid non sicut filij Aethiopum vos estis mihi? Ita hic etiā eos qui impiè & libidinosè vixerunt, Tyrios appellauit, sed etiam eos,inquit, superabo, & in eos dominatū obtinebo,& ita obtinebo,vt ipsi me adorent: & non solūmodo adorent,sed munera etiā & primitias offerāt,quod est maximum genus adorationis,& signū summæ obedientiæ. Vultum tuum deprecabuntur diuites plebis. Quid est, deprecabūtur? Honore & gloria afficiēt, qui magni sunt & excelsi. Hoc enim nūc fit in ecclesia, eos qui ex virtute vitam agunt,omnes honorant, colunt, licet sint & opibus & authoritate insignes. Omnibus enim copiis & facultatibus est maior virtus. Videte autem ecclesiā,quæ honoratur ab omnibus. Rectè verò dixit, Vultum tuum,hoc est,gloriam tuam,formam & pulchritudinē tuam. Deinde quoniam vultus meminit,& vestium,& pulchritudinis, ne quis crassior sentiret aliquid sensile,subiunxit dicens: *Omnis gloria filiæ regis abintus.* Mentē,inquit,ingredere,edisce pulchritudinem animæ,de illis tecum loquor: & si vestē dico, & si pulchritudinem dico,& si aurū dico, & si fimbrias dico,& si aurata dico, & si dico quodcunq; sit eiusmodi,de mente loquor,doctrina est de anima, est de virtute quod dicitur,de interna gloria. Rursus deducit orationem ad corporeas similitudines,postquā crassum auditorem correxit iis quæ dicta sunt. *In fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.* Alius,per aureas armillas varie induta. Nomine auri virtutem rursus vocās. Ita etiam dicit Paulus. Si quis superædificat super hoc fundamētum,aurum,argētum,lapides precios os,ligna,fœnum, stipulam: virtutem & vicium harum materiarū appellatione ostendens. Ne ea enim non esse existimares: id quod situm est interius, non permittit vt quæ sunt externa,visione apprehendas, sed intrà trahit cogitationem. Quemadmodum enim corpus his indutum,pulchrum apparetita ornatur anima, si sit virtute induta.

Adducentur regi virgines post eam. Alius,Sequentur. *Proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exultatione. Adducentur in templum regis.* Vidisti vestes,fimbrias, vidisti amictum aureum,florē virginitatis, is est vestis ecclesiæ. Considera autē mihi quàm accuratè loquatur Propheta. Quia enim non statim cum primum constituta est ecclesia,floruit bonū virginitatis, sed aliquāto pòst tempore,propterea ipse quoque postea id ponit, nēpe postquā ea oblita fuerit populi, & domus patris, & induta fuerit illo ornatu, & specie ac pulchritudine refulserit. Et ideo dicit, Post eam propinquę eius afferentur. Propinquę non loco tantū,sed & moribus & dogmatibus cum ea congruentes. Hæreticorum enim virgines nō rectè dixeris virgines, neque enim sunt propinquæ reginæ. Afferētur in lætitia & exultatione. Vide hic dictum Apostolicum resplendere, & illā enunciationem ostendi etiam in Prophera. Quenam autem ea est? Tribulationem carni habebunt, quæ nubunt. Quemadmodum autem illæ afflictionem, ita hæ lætitiam & exultationē. Illæ enim filios & maritum,& domum & famulos,& cognatos,& generos,& soceros,& nepotes,liberorum multitudinem,eorūdemq; vel defectum vel orbitatem curare coguntur. Neque enim nunc tempus est describendi calamitates matrimonij. Virgo autem crucifixa,& à præsentibus liberata,& curis ad hanc vitam pertinētibus effecta superior, & euripo traiecto in cœlū quotidie suspiciens, fruitur gaudio spiritus, perfunditur exultatione. Non solùm autem præsentia Propheta, sed etiam futura significat, quando

Decorum κάλλους pulchritudinem.

Virtutis laus eximia.

Collatio.

Virginitatis flos, vestis ecclesiæ.

1.Cor.3.

1.Cor.7.

Amos.9.

Esa.37.

Amos.1. Esa.23.

Esa.1. Mores ex vrbibus exprimuntur. Lib.1.

Mat.3. Esa.59.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.25. quando pulchras & splendidas lãpades habentes, fiunt obuiam sponsum excipientes. Templum autẽ regis hic vocat regiam, thalamum, & cubile. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.* Alius, Erunt tibi filij tui. Quoniã superiùs meminit populi & parentum, dicens. Obliuiscere populi tui, & domus patris tui: ostendens in hoc quoque omnia ei fausta & prospera futura, hoc subiunxit, Quæ enim erat sterilis, est mater filiorum innumerabilium. Quamobrem etiam si auulsa es à parẽtibus, at tuorum filiorum chori erunt adeò clari, insignes & illustres, vt omnẽ orbem terrarum impleant. Mihi autem videtur dicere Apostolos, qui fuerunt in ea doctores. Deinde describens eorum vires, potentiam, & gloriam, dicit,

Ecclesia olim sterilis, nũc mater est filiorũ innumerabiliũ. Psal.18.

Constitues eos principes super omnem terram. Egẽtne hæc interpretatione? Ego quidẽ minimè existimo. quẽadmodum nec quòd sol sit lucidus. Quæ autẽ dicta sunt, eo clariora sunt. Vniuersum enim orbẽ terrarũ peruaserunt apostoli, & omnibus principibus fuerunt magis

Max. vlt. Antithesis. Apostolorũ dignitas.

B

propriè principes, regibus potentiores. Reges enim dũ viuunt, dominatum obtinent: iis autẽ mortuis, intercidit dominatus. Et regum quidẽ leges ratę sunt & validæ intra eorum fines, iussa autẽ piscatorum per vniuersum orbẽ terræ extensa sunt. Imperator Romanorum Persis non posset ferre leges: nec Persarũ rex posset ferre leges Romanis. Hi autẽ Palæstini, & Persis, & Romanis, & Thracibus, & Scithis, & Indis, & Mauris, & vniuerso deniq; orbi terrarum leges dederunt. Nec solum dum ij viuerent, firmæ & ratæ fuerunt, sed iis etiam mortuis confirmatæ sunt: & qui eas leges acceperunt, mallent animã millies profundere, quàm ab illis deficiscere. *Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.* Alius, Reuocabo in memoriam nomẽ tuum in

C

vnaquaq; generatione. Propterea populi laudabunt te perpetuò. Dixit magnitudinẽ principatus, à lõgitudine terræ, à latitudine orbis terrarũ, à multitudine gentium quæ subiectæ sunt. Dicit etiã aliunde eius authoritatem, quòd non solũ extendetur per vniuersum orbem terrarũ, sed etiã per vniuersum æuũ. Immortalis enim, inquit, erit tui memoria, descripta in libris nostris, descripta in rebuspublicis, descripta in præceptis. Vide quo modo suæ quoq; Prophetiæ prędicit perpetuitatẽ. Cũ enim dixit, Memor ero nominis tui domine in omni generatione & generatione, hoc significauit. Etsi ego, inquit, mortuus fuero, te tamẽ cãtabo vel moriens. Corpus enim dissoluetur: literæ autẽ manẽt, & lex perpetua. Propterea populi confitebuntur tibi. Vnde cœperat, illic desinit, nẽpe in Christo. Propterea. Propter quænam? Quòd tot & tanta rectè gesseris,

D

quòd tales principes constitueris, quòd vicium exegeris, quòd virtutem plantaueris, quòd nostrã naturam despõderis, quòd hæc bona ineffabilia feceris, vniuersus orbis terræ tibi laudem offeret, nõ in breui tempore, nec in decem & viginti & cẽtum annis, nec in parte orbis terrarum, sed terra & mari, quæ est habitabilis regio, & quæ non habitabilis, per omne æuum canent gratias agentes pro bonis quæ à te acceperunt. Pro his autem omnibus nos quoque gratias agamus benigno & clemẽti Christo. Per quem, & cum quo patri gloria simul cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM XLV.

VICTORIAE EFFECTORI FILIORVM Core.

In finem pro filiis Core, pro arcanis. Alius, *nempe Heb. Pro adolescentiis canticum.*

Deus noster refugiũ & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Alius, In afflictionibus inuentus. *Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* Solita vtitur Philosophia propheta, à rebus quidem ad hanc vitam pertinentibus nos abducens, in spem autẽ supernam auditorem erigens. Ne mihi, inquit, dixeris arma, muros, & fossas, nec pecuniæ copiam, nec rei militaris scitiam, nec equorum multitudinem, nec arcus, sagittas, & loricas, nec sociorum vires, nec militum phalanges, nec robur corporis, & hostium experientiã. Sunt enim hęc omnia araneæ tela & vmbra imbecilliora. Sed si velis videre copias inexpugnabiles, refugium insuperabile, præsidium quod non diripi, turrẽ quæ labefactari non potest, ad deum confuge, vires illas attrahe. Rectè autem dixit, Deus refugium nostrum, & virtus: ostendẽs quod aliquando quidem fugiẽtes vincimus, aliquando autem stantes & pugnantes. Vtrunque enim oportet facere, & contrà tendere, & declinare. Hoc etiã faciebat Paulus, aliquando quidem cedens, aliquãdo autẽ insultans iis qui aduersabantur verbo veritatis. Hoc quoque Christus faciebat nos docẽs. Hoc quoque nos oportet facere, & rectè cognoscere opportunitatẽ tẽporis, & orare quidẽ ne ingrediamur in tentationem, vt vult illud dictum Euãgelicum: vbi autem aduenerit, non esse molli & ignauo animo, sed fortiter resistere. Adiutor in tribulationibus, quę inuenerunt nos nimis. Quod sæpe dixi, nunc quoque dico. Nõ prohibet quo minus veniãt afflictiones, sed vbi aduenerint, assistit, nos frugi & probos efficiens. Illud autẽ nimis, aut valde, attribuendum est ei quod est, Adiutor. Neque enim leue sed insigne fert auxilium, plus prębens solatij ex ope lata, quàm sit suscepta molestia ex afflictionibus. Non enim quantum malorum conditio postulat, tantum nobis præbet auxilium, sed longè maius. Propterea nõ timebimus dum turbabitur terra. Vides quo modo maius & longè copiosius fert auxilium. Nõ solum enim dixit, Nõ capiemur, nec cademus, sed ne id quidẽ patiemur, quod est naturæ proprium, vt terreamur & timeamus. Vndè nam autem hoc euenit? Ex eo quòd sit copiosum auxilium. Terram autẽ hic, & montes, & cor maris, non dicit elementa sed eorum nomine intolerabilia pericula significat. Et si omnia, inquit, videamus confusa, etiam si perturbationem planè intolerabilem, & si ea omnia euenire quæ nũquam facta fuerunt, etiam si ipsam, vt ita dicam, creaturã cum seipsa collidi, & ipsius naturę terminos moueri, & omnia ex ipsis conuelli fundamentis, & prima elementa confundi, & omnium denique rerum maximam fieri perturbationem, non modò nõ vincemur, sed ne timebimus quidem. In causa autẽ est quòd omnium horum dominus opem fert, manũ porrigit & assistit: Si autem vel his euenientibus minimè cederemus, nec molles aut ignaui redderemur: multo magis si nos inimici inuadant, & in nos aciem dirigant. *Sonuerunt & conturbatæ sunt aquæ eorum. Conturbati sunt mũtes in fortitudine eius.* Alius, Sonantibus & turbatis aquis, & concussis montibus in glorificatione eius. Postquam dixit se nõ verituros ne si omnia quidem confringantur ac collidantur, deinceps differit de eius potentia, quòd scilicet sint vires eius inexpugnabiles. Et meritò, inquit, nõ timuerimus, & quòd semper facit, nunc quidem ex creaturis, nunc verò ex iis quæ hominibus accidunt, vires eius prædicans: hoc ipsum hîc quoque facit. Quod autem dicit, est eiusmodi. Omnia concutit, labefacit, trãsfert quando volue-

Matth.5. Ioan.8.10. Luc.11.

Nimis vel de excessu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do voluerit, adeò sunt illi omnia prõpta & procliuia. Mihi autem videtur hic significare multitudinem virorum fortium, & præstantissimos hostium, & infinitum populum aduersariorum, Tanta est enim, inquit, eius potestas, vt si tantummodo annuat, hæc omnia fiant. Quo modo ergo poterimus timere qui talem habemus dominum. Diapsalma. Alius semper. *Fluminis impetus.* Alius, Diuisiones. Hebræus autem פלגיו pelagau. *Lætificat ciuitatẽ dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.* Alius, Sanctum habitationis altissimi. *Deus in medio eius non commouebitur. Adiuuabit eam deus manè diluculo.* Alius, Circa matutinum. Alius, Quod mane annuerit. Postquã dixit de eius potestate & virtute, & quòd sunt ei omnia facilia, ad ludæorum quam gerit prouidentiæ argumentum conuertit orationem, paucis dictionibus ostẽdẽs quę bona eis data fuerint. Hic enim, qui est adeò fortis, adeò potens, qui omnia fert & agit, qui omnia mouet, concutit & transfert ac traducit, impleuit ciuitatem nostram bonis innumerabilibus. Fluuius enim hic, profusam, copiosam, & inoffensam bonorum supernorum suppeditationem ostendit, perinde ac si diceret: Tanquam ex fontibus, omnia nobis bona profluũt. Quemadmodũ enim fluuius qui scinditur in multas partes, subiectam regionem irrigat: ita dei prouidentia omni ex parte influit, abunde promanans. cum susurro perfluens, & omnia implens. Nõ solum autem præbet nobis securitatem, certumq; & infractum auxilium, sed etiam spiritale gaudium: & ideo dicit, Sãctificauit tabernaculũ suum altissimus. Quin etiam hoc ipsum est non parua pars beneficij, tabernaculum suum, locum nostrum vocare. Neque enim temere posuit illud, Altissimus. Qui est ergo adeò altus, qui nullo loco comprehenditur, qui est substantia ineffabilis, dignatus est vocare nostram ciuitatem suum tabernaculum eamq; omni ex parte cõtinet. Hoc enim sibi vult illud, in medio nostri, quemadmodum etiam dicit alibi, Ecce ego vobiscum sum. Vndiq; eam coërcet & exercet: & ideo non modò nihil graue patietur, sed ne commouebitur quidem. Causa autem est, quod celerrimum assequitur auxilium, vtpote quod sit prõptum & paratum. Hoc enim sibi vult illud, Mane diluculo: quod nõ differtur nec protrahitur, sed est semper recens & vegetũ, & in tempore opportuno. *Conturbatæ sunt gentes.* Alius, simul congregatæ sunt gentes. *Inclinata sunt regna. Dedit vocem suã altissimus, mota est terra.* Ostẽdit hic vim eius auxilij. Non enim quibuslibet inuadẽtibus, sed regibus, gentibus vndiquaque coëuntibus, vnam ciuitatem circundantibus & obsidentibus, nõ modò nihil graue ab eis passa est, sed etiã vicit, superauit, & euertit eos qui inuadebãt. Hoc enim sibi vult illud, Inclinata sunt regna, dedit vocem suã altissimus. perinde ac si dixeris, Vel ipso solo clamore cepit vrbes, verbum quidẽ crassum, & quod humano more dictũ est. Neque enim vincit Deus voce & clamore, sed solo nutu & volũtate: sed tamẽ ex his quoque crassioribus eum sustollens, aliis altiorem dictionem excogitauit. Quia enim eum semper introducit armatũ, ostendens illa omnia dicta esse metaphoricè, & tropicè, & vt se ad nostrũ captum accõmodaret (deus enim nullo eorum indiget) subiunxit, Dedit vocem suam, & cõmota est terra, ostendens ipsum non solum vrbes, gentes, & regiones, sed ipsum etiam elementum concutere. Scit autem terram quoque vocare multitudinem, vt quãdo dicit, Et erat omnis terra labrum vnum. *Dominus virtutum nobiscũ. Susceptor noster deus Iacob.* Hebręus autẽ pro eo quod est virtutum, dixit צבאות sabaoth. Vide quo modo à terra tollit orationẽ, ad infinitos populos angelorum, ad gentes Archãgelorum, ad supernas potestates. Quid enim mihi dicis castra, & barbaros, & homines qui pereunt: Cõsidera eius vires. In regno quod in cœlis obtinet, quot inuisibiliũ potestatũ exercit⁹ sub se habet instructos? Rectè autẽ eos appellauit virtutes, vires eorũ ostendens: quod etiam dicit alibi: Valentes viribus, faciẽtes verbũ eius. Etenim vnus angelus cum aliquando esset egressus, centum octogintaquinque milia sustulit. Quid igitur, si est quidem potẽs, nõ vult autem nobis manum præbere? Atqui ne hoc timueris. Propterea enim subiũxit, Susceptor noster. Et vult ergo & potest, ne ergo timeas. Quid si nos sumus indigni? Sed habemus à patribus traditã eius in nos benignitatem. Hoc itaque significãs, dixit, deus Iacob: quasi diceret, Ab alto & ab initio hæc fuit semper eius consuetudo. Diapsalma. Alius, Semper. *Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram, auferẽs bella vsque ad fines terræ, Arcum conteret, & confringet arma.* Alius, Confregit, & *clypeos comburet igni.* Alius, Et currus comburet in igni. Postquam dixit de terra, de mari, de mõtibus, de spiritali quæ ipsis facta est suppeditatione, de auxilio, apud spectatores rursus argentum amplificat, eos vocãs ad trophæa ex magna voluptate, & summa in dominũ affectione, & narrans victorias quas pro eis obtinuit. Rectè autem dixit, Prodigia, non autem victorias & trophæa. Non enim quæ fiebant, ex certo ordine fiebant & quadam consequẽtia: nec armis & virtute corporum decernebatur prælium, sed dei nutu, rebus significantibus eum esse Imperatorem. Quoniam enim potentes vincebãtur ab imbecillis, multi à paucis, qui dominatum obtinebant, ab iis qui eis parebant, & res prẽter spẽ succedebant, ea iure vocat prodigia, vt quæ admirabiliter & præter spem eueniebãt, & vbique terrarum sparsa fuerant. Non aberrauerit autẽ quispiam, si hoc per anagogen ad præsens etiã tempus desumpserit. Difficilè enim dæmonũ bellum cõfecit, & per vniuersum orbem terræ pacem extẽdit. Quin etiam quod sub sensum cadit, eorum bellum depulit. Quod Esaias quoque significans dicebat, Conuertẽt gladios suos in ligones, & machæras suas in falces: & non sumet gens aduersus gentem gladium: & non discẽt amplius bellare. Ante Christi enim aduentum, omnes homines arma capiebãt, & nullus erat ab hoc munere immunis, & ciuitates pugnabant aduersus ciuitates, & bello vbique confligebatur: nunc autem maior pars terræ degit in pace, omnibus securè & artes exercẽtibus, & terram colentibus, & mare nauigãtibus, sunt autem pauci milites, qui pro aliis omnibus aciem instruũt. Quinetiam eorum quoque nullus esset vsus reliquus, si quæ decet faceremus, & non opus haberemus vt commonefieremus ab afflictionibus. Ignem autẽ hic vocat eius iram, & dicit rem quæ accidit, quòd scilicet arma eorum & currus combusserũt, cum eos per vim vicissent. Quod enim dicit Ezechiel, & quicunque sunt studiosi, nouerunt historiam. *Vacate & videte quoniam ego sum deus. Exaltabor in gentibus & exaltabor in terra.* Alius, Curemini, & cognoscite. Alius, Sinite vt cognoscatis: Hebræus autẽ dicit הרפו וידעו harepu vdeau. Hic mihi videtur gẽtes alloqui, propemodum hoc dicens: Nouistis quidẽ eius vires, & potentiam, quæ vbique terrarum se extendit. Opus est autem vobis ocio, opus est sano animo. Hoc autem significat etiam illud, Sinite. vos enim hortatur vt errorem dimittatis, à priori vitę instituto recedatis, à rerum

Fluuius. *Dei prouidẽtia fluuio confertur.* *Psal.* *Gen.11.* *Emm. Sanctũ tabernaculũ altissimi.* *Fluminis impetus.* *Lætificat ciuitatẽ dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.* *Deus in medio eius non commouebitur. Adiuuabit eam deus manè diluculo.* *Conturbatæ sunt gentes.* *Inclinata sunt regna. Dedit vocem suã altissimus, mota est terra.* *Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram, auferẽs bella vsque ad fines terræ, Arcum conteret, & confringet arma.* διὰ ἀλλαγμα, pro quo Hebræi habẽt מלחו *in seculum.* *Prodigia.* *Esa.2.* σιωτῆρ ἀσφαλὴς ὑμῶν. *Pax terræ per Christũ allata.* *Ignis, ira dei.* *Ezech.39.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

à rerum improbarum quæ vos detinẽt, caligine respiretis, vt deducti à doctrina miraculorum, quietoq; animo prædi-
Miracula sine pio animo non sufficiunt.
ti, Deum vniuersorum agnoscatis. Neque enim miracula solùm sufficiunt, nisi adsit pius & gratus animus. Nam apud Iudæos quoque facta sunt miracula, nec ex eis quidquam emolumenti ad illorum salutem allatum est. Quemadmodũ enim non sufficiunt solis radij, nisi oculus quoque sit purus & sanus: ita nec hîc quidem solummodo miracula sufficiunt. Quocirca cum de illis disseruisset, hortatur eos qui sunt ex illis capturi vtilitatem, vt respirent à malis quæ eos captos detinent, vt possint cognoscere deum vniuersorum. Vacate, & videte, quoniam ego sum deus: non simulachra, nec statuæ. Vacate, & multa euidẽtissima vobis argumenta ostendam. Hoc enim sibi vult illud, Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra, hoc est, per opera vobis magnus & excelsus ostendar. Habet enim pro-
Altitudo dei per opera eius ostẽditur.
priam altitudinem pura illa, & ab interitu aliena, & ineffabilis natura. Sed quoniam vos eam non perspicitis, eam vobis per opera ostendam. Non solùm autem in Palæstina, nec solùm Hierosolymis, sed etiã apud vos gentes. Ita ergo exaltatur, eos vincens ac superans, miracula faciens Babylone, miracula in Aegypto, miracula in deserto, miracula per vniuersum orbem terrarum, vt illi vndique habeant doctrinam eius cognitionis. *Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob.* Hîc est ergo deus, qui est vbique magnus, qui est vbique excelsus. is semper stetit nobiscum. Ne ergo timeatis, neque conturbemini, cùm habeatis dominum adeò inexpugnabilem: quẽ decet gloria, honor, & magnificentia, cum patre principij experte, & viuifico suo spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM XLVI.

PRO FILIIS CORE. Alius,

Victoriæ effectori filiorum Core.

Omnes gentes plaudite manibus. Alius, Manu. *Iubilate deo in voce exultationis.* Alius, Significate in voce laudationis. *Quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram.* Hîc etiam psalmus idem tangit argumentum, dicens victorias & trophæa quę contra hostes sibi pararunt, & vniuersum orbem terrarũ vocans ad ea laudanda quæ gesta sunt. Sed nonnullis fortasse videtur proœmium esse indignum diuini spiritus hortatione, & eiusmodi incitatio, plausus, strepitus, & iubilationes. Neq; enim iis qui in hunc venerandum locum ad docendum constitutum coëunt, hæc, dixerit quispiã, cõueniũt, sed iis quidem qui in scena & cõuiuiis versantur, pulsare & plaudere manibus: viris autem qui docentur à gratia spiritus, cõuenit quies, ordo, & moderatio. Quid ergo vult significare quod hîc dicitur, & quèmnam plausum in-
Iubilus & plausus militũ in præcinctu.
quit? Consueuerunt hoc facere, qui instructa acie prælio sunt decertaturi, iubilare inquã, & manibus maximos plausus edere, ad hostes perterrẽdos: à pacato autem & tranquillo animo est hoc alienum. Psalmus autem iubet vtrunque, & plaudere manibus, & iubilare. Quid est ergo quod dictum est? Nihil aliud ostendit quod dicitur, nisi victoriam, & signum victoriæ significat. Nam alibi quoque propheta inducit fluuios pulsantes manibus. Fluuij, dicens, plaudẽt manibus in idipsum. Esaias autem arbores quoq; adducit hoc faciẽtes. Hic ipse autem rursus, & montes & colles exilientes: non vt hoc intelligamus, quòd montes & colles exiliant: nec vt plaudentes fluuios, vel manus habẽtes:

Psal.97.
Esa.55.
Psal.113.

hoc est enim extremæ amentiæ, sed vt summam discamus voluptatem. Ita etiam possumus videre in hominibus. Et cur non dixit, Gaudete, & exilite, sed pulsate & iubilate? Vt nobis insignem ostendat voluptatem. Quemadmodum enim Christus quando dicit, Tu autem quando ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: non hoc dicit iubens vt vngamur: (nemo enim nostrum hoc facit) sed vt ostendamus gaudiũ, lætumq; & alacrem animum. Iubet enim vt lætus ieiunet, tristiciam non præ se ferens. Ita etiam hîc quoque non hoc iussi sumus, nempe plaudere manibus, & iubilare, sed dum psallimus, lætari, & voluptate affici. Iure autem sumpserit quispiam psalmum per anagogen, superata historia. Nam etsi initium ac proœmium ducit à sensilibus, ad ea tamen quæ versantur in intelligẽtia, deducit auditorem. Quod enim antea dixi, nunc quoq; di-
Scriptura sæpe vt accipienda.
co: Alia quidem ita sunt accipienda vt dicta sunt: alia verò aliter quàm præ se ferant quæ sita sunt: quemadmodum se habet in illo: Lupi & oues simul pascentur. Non accipimus enim lupos & oues, nec paleas, bouem & taurum, sed mores hominum per similitudinẽ brutorum exprimimus. Alia verò sunt accipiẽda dupliciter, vt & sensilia intelligamus, & quæ in intelligentia versantur, suscipiamus: quemadmodũ in anagoge & sublimi cõtemplatione filij Abraham. Filiũ enim oblatum fuisse scimus, verum aliquid etiam aliud quod latet in intelligentia, per filium excerpimus, nempe crucẽ. Et rursus in rubo qui in Aegypto visus est, passionis rursus similitudinẽ similiter exprimimus. Hoc ipsum hîc quoq; faciẽdum est. Neq; enim loquitur solùm de Arabibus & vicinis, sed vocat omnes gẽtes. Quoniam domin⁹ excelsus, & terribilis, & rex magnus super omnem terram. Statim à principio auditorem excitat, ad bonorum nunciorum tantam vocãs magnitudinem, & ad publicã totius orbis terræ cõcionem, diuinumq; ac spiritale festum, & quod deportatum est ex cœlis peragendum mysterium. Et ideo dicit, Plaudite manibus, hoc est, gaudete, exilite. Nam hoc quoq; sermo iubet euangelicus, dicens, Exultate: non omnino iubens saltare & exilire: hoc est enim illiberale, sed vehementiam lætitiæ significãs. Quod enim fit, magnam meretur lætitiam. Quantum enim terræ sol respicit, sermo peruasit Euãgelicus, & seruatus est vniuersus orbis terræ: & qui ab errore antea detinebantur Iudaico cultu maiorem ostendêre philosophiam. Et ideo dicit, Omnes gẽtes plaudite manibus. Illis, inquit, antea sceleratis, illis impiis & execrandis, quæ per immunda sacrificia quotidie polluebantur, quibus filios occidebatis, & turpia patrabatis, & aduersus ipsam naturam cõtendebatis, eis nunc plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis. Lingua illa, qua execranda gustastis, qua verba impia & blasphema protulistis, ea iubilate canticum victoriæ. Solent enim exercitus, quando inclinat
Iubilatio à simili.
exercitus hostium, non vti extrema victoria, sed concordi voce & clamore fractos iam & abiectos eorũ animos cõquassare, quod est claræ victoriæ, & trophæi maximi argumẽtum, quando bellum nõ manibus sed clamore decernitur, isq; loco manuum & armorũ sufficit. Hoc ergo fuit vniuersum Christi opus. Difficile enim hoc bellum ipse confecit, forti alligato, supellectile eius vasisq; ablatis. Cùm sit autẽ benignus & clemẽs, eos qui nihil laborauerant, victoria frui facit & trophæis, & ad epinicion offerendum eos præparat, perinde ac si ipsi se rectè gessissent, & vicissent. Quocirca omnes quoque clamamus non voce aliqua obscura ac confusa,

Matt.6.
Matth.5.
Luc.6.
Psal.105.
Mat.3.
Luc.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

confusa,sed clarissima & significātissima:Vbi est mors stimulus tuus? Vbi est inferne nūc tua cōtentio? Et rursus,Ascendit deus in iubilo. Hoc enim in hoc psalmo dictum est. Et rursus alibi,Ascēdisti in altum,captiuam cepisti captiuitatem,accepisti dona in hominibus. Obtulerunt etiam aliquando Iudæi epinicion, quando in mari fuit demersus Aegyptiorū exercitus, dicētes, Canamus domino:glorioſe enim glorificatus est. Sed nostrum est multò maius,nō Aegyptiis demersis, sed dæmonibus non Pharaone superato, sed diabolo: nō armis captis sensilibus,sed sublato vicio:nō in rubro mari, sed in lauacro regenerationis: non egredientibus in terram promissionis, sed in cœlum tendentibus: non manna comedentibus,sed dominico corpore vescentibus:non aquam è petra bibentibus, sed sanguinem è latere. Et ideo dicit, Plaudite manibus, quòd liberati à lignis & lapidibus,cœlos,& cœlos cœlorum transcenderitis,& ad ipsam regiam sedem steteritis. Iubilate ergo deo,hoc est,Illi offerte gratiarum actionem, illi victoriam,illi trophæum. Nō est bellum humanum,nec pugna sensilis:nec pro aliquo eorū quæ ad hanc vitam pertinent,decertatur,sed pro cœlis ipsis,& iis quæ sunt in cœlis. Ipse suis auspiciis suoq; ductu hoc bellum cōfecit:nobis autē victoriā impertit. Quoniā dominus excelsus,terribilis, rex magnus super omnē terrā. Vbi nunc sunt qui detrahūt gloriæ vnigeniti? Ecce rex magnus dicitur filius,quod de patre dictum est, Ne iurāueris enim,inquit,neque in cœlo,quoniam est sedes eius:neque in Hierusalem,quia est ciuitas regis. Et rursus alibi deus fortis,potens, quod est rex. Quādo ergo audieris crucifixū esse dominū, fuisse sepultum, ad inferiores terræ partes descēdisse,ne labaris,nec angaris: est enim altissimus, & natura altissimus. Quod est autem altum natura,ab altitudine minimè vnquā recesserit,nec si humile quidē fuerit:sed etiam in eius humilitate eius altitudo manet & ostenditur. Nā vel mortuus maximè ostendit suam in mortem potentiā. Lux in tenebris lucet,inquit, & tenebræ eam non cōprehēderunt. ita etiam in humilitate eius altitudo apparuit. Vide ergo ipsum,dū esset apud inferos, vel alta quęuis concutientem. Sol enim tunc auertebat radios, petræ findebātur,& velum templi abrumpebatur, terra mouebatur,Iudas suffocabatur, Pilatus & eius vxor terrebatur,ipse iudex se defendebat. Quādo ergo audieris eum vinctum esse,& flagris cęsum,ne confundaris:sed vide eum ostendentem potentiam vel in ipsis vinculis. Dixit, Quem quæritis? & omnes humi supinos prostrauit. Vides quàm sit terribilis, qui sola voce & nutu tanta faciat. Quādo ergo videris eum mortuum,face animo cogites sublatum lapidē,Angelos qui cum metu ad sepulchrū maneant:inferos qui refringuntur:mortem quæ consumitur:captiuos liberātem: & tunc cernes quàm sit terribilis. Si autē in ipsos ignominiæ tempore tāta fecit,in cœlo,in terra,apud inferos:quid nos faciet tempore futuri sui aduentus? Audi quid dicant dæmones tēpore humilitatis,spumātes,vincula soluētes, inuia via ingredientes, Quid nobis & tibi fili dei? Venisti huc ante tēpus torquere nos? Si ergo hæc tunc: quando aduenerit, & potestates cœlorum concutientur,& sol conuersus fuerit in tenebras,& luna non dabit lucem suam,quid dicent? Propterea dicit,Excelsus, terribilis. Vel potius, quid quis pro dignitate dixerit, diem illū narrans,quando mittet angelos per vniuersum orbem terræ,quando omnia concutientur,quando terra mouebitur reddens mortuorum depositum, quando innumerabilia corpora excitabuntur,quando cœlum veluti velum aliquod cōtrahetur, quando statuetur terribile tribunal,quando fluuij ignis trahētur, quando libri aperientur, quando quæ ab vnoquoq; in tenebris facta fuerint,in medium producentur, quando illæ intolerabiles pœnæ ac supplicia,quando minabundæ potestates,quando stricti gladij,quādo erit abductio in gehennam, quādo omnis peribit authoritas regum,imperatorum,& consulum,& prędum,quando adfuerit tantus Angelorum populus,quando Martyrum,Prophetarum,Apostolorum,Sacerdotum,Monachorū examina,quando illa ineffabilia præmia,quādo brauia,quando coronæ,quādo bona, quæ omnem mentem superant? Quæ oratio hęc explicare poterit? Si enim creationē propheta persecutus,defatigatus est,& resiliit,dicēs: Quàm magnificata sunt opera tua domine.& Paulus vnum genus perscrutans prouidētiæ, exclamauit dicens: O altitudo diuitiarum: quid dixerit quispiam diem illum describēs? Hæc omnia cum præuidisset propheta, dicebat, Dominus excelsus, terribilis,rex magnus super omnē terram, orbis salutē ostendēs. Erat itaque etiam antea magnus, sed ignorabatur. Mundus per ipsum factus est,& mundus,inquit,ipsum non cognouit. Nunc autem hoc quoque præclarè gessit,quod nos sibi familiaritate iungēdo rex magnus effectus est. Quid ni enim magnus,qui pauperes,piscatores, illiteratos, priuatos, numero vndecim, obscuros, peregrinos, piscibus magis mutos, vnicā tunicam habentes,calceis carētes,nudos, per vniuersum orbē terrarū misit,& veluti mandato omnes cepit. Hoc est vere esse regem magnum: qui vniuersum orbē terræ errore liberauit, & breui temporis momento veritatem reduxit,& diaboli tyrannidem sustulit. Qui etiā antequam essent qui ei parerent, erat rex magnus,non habens in seruis vim imperij, nō in specie ac in vestibus, sed in ipsa natura. Ego enim, inquit, ad hoc genitus sum. Hoc est esse regem magnum qui nō habet honorem extrinsecus allatum, qui nulla re opus habet vt sit rex,qui facit omnia quæcunq; vult, Volo,mūdare. Tibi dico, dęmoniū surdum,egredere ab ipso. Tace, os obstrue. Adeste, este hæredes parati vobis regni. Ite in ignem æternum paratum diabolo ante cōstitutionem mundi. Vides vbiq; potestatem, vides facultatē ac potentiam. Ita enim cepit eos qui paruerunt,vt persuaserit vel animā potiùs pfundere, quàm quod iussum est transilire. Rex enim habet honorē ab iis qui eius subiiciūtur ditioni: hic autē prębet honorem iis qui ei obediunt:& ideo illud quidem est solum nomē, hoc verò res. Magnus est rex,qui vniuersum orbem terræ, cœlū fecit,& vt barbari philosophi fierent,& angelos imitarentur,curauit:populos nobis subiecit, & gētes sub pedibus nostris. O miraculū:Eis qui crucifixerāt,adorare persuasit:eos qui cōtumeliis afficiebant, qui insectabātur maledictis, qui lapidibus affixi fuerant, docuit vel suas animas profundere,prout ei videbatur. Nō gerebatur enim hoc ab apostolis, sed ab eo qui illos præcedebat,& mouebat eorū animū. Quo modo enim piscator, vel tabernaculorum cōstructor tātum terræ habitabilis orbem ita mutasset, nisi illius verba impedimēta omnia sustulissent? Et præstigiatores,& tyrannos,& oratores & philosophos,& omnes denique qui resistebant,tanquàm puluerē discutientes,& instar fumi euanescere facientes,ita veritatis lucem seminauerunt,nō armis,nec vi pecuniæ, sed solo ac simplici sermone vtētes. Immò verò nō erat simplex sermo, sed erat quouis opere

1.Cor.15. Psal.67. Ephe.4. Exod.15. Exod.16. Iosue.6. Exod.17. Iosue.9. Matth.5. Hier.23. Esa.9. Psal.109. Rom.8. Psal.44. Psal.23. Matth.27. Mar.15. Act.2. Matth.27. Iosue.8. Iosue.20. Osee.13. 1.Cor.15. & Col.2. Matth.8. Matth.24. Iosue.11. Iosue.13. 1.Cor.15. Daniel.7. 1.Cor.4. Psal.90. Roma.11. Ioan.1. 1.Cor.1. Matth.10. Luc.10. Esa.9. Ioan.1. Heb.2. Ioan.18. Luc.5. Mar.7 & 9 Matth.25. Luc.23. Matth.4. Act.18. 1.Cor.9. 1.Cor.2 Mar.vlt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Actor.3.16. uis opere potentior. Quo modo? Inuocabant nomen A
20. crucifixi,& mors fugiebat,fugabãtur dæmones,morbi
propulsabantur,quæ erant in corporibus mutila ac vi-
ciata,corrigebantur, pericula protinus recedebant,&
Christ⁹ cur de cruce nõ descẽderit. mutabantur elementa. Quando ergo nobis dixerint,
Cur non opem sibi tulit in cruce? hoc dicamus: Quo-
niam hoc erat admirabilius. Neq; enim sunt paria, ex
cruce descendisse: & postquam fuit crucifixus, tot esse
mortuos eius nomine suscitatos. Quòd enim tunc sua
sponte manserit,ostendit ex iis quæ sunt postea consecuta. Qui enim mortem, quæ alios inuaserat, expulit:
multò magis à seipso,priusquam inuaderet,propulsare
poterat:& qui aliis vitam præbet, multò magis sibi ipsi
Ioan.10. præbere poterat.Quod etiã triduò pòst fecit, ex redũ-
Mar.16. danti quadam copia suscitatus. Id autẽ ostendit per ea
Matth.28. quæ postea secuta sunt. Quãdo ergo eius nomẽ visum
Luc.24. est habere tantam virtutẽ in alienis corporibus, vt in-
uocatum mortẽ fugauerit,nemo possit dubitare quòd
etiam in proprio corpore magnam potentiã ostendis- B
set,& mortem sibi subiunxisset. *Subiecit populos nobis,& gentes sub pedibus nostris.* Vide sapientiã Prophetæ, qui
Actor.3. omnia accuratè dicit, & exquisitè. Quod enim postea
dixerũt apostoli,Quid nos intuemini quasi nostra virtute aut pietate fecerimus vt hic ambularet?Ab alto petitum dicit propheta.Illud autẽ,Sub pedibus, id quod
subiectum erat ostẽdit, vel potiùs magnam subiectio-
Actor.4. nem.Si vis autẽ scire quãta subiectio esset,audi.Quot-
quot,inquit, possessores agrorum aut domorum erãt,
vendentes afferebant precia eorum quæ vẽdebantur,
& ponebant ante pedes apostolorum. Alij autem cum
Actor.15. pecuniis animam quoque profuderũt.Qui,inquit,pro
Gal.at.4. me seipsos periculis obiecerint.De aliis quoq; scribens
dicebat:Si possibile,inquit, oculos vestros effodissetis, C
& dedissetis mihi. Porrò autem ad Corinthios quoq;
2.Cor.7. scribens dicebat. Ecce enim hoc ipsum secundũ deum
tristicia affici,quãtum in vobis studium effecit, immò
defensionem,immò indignationẽ, immò timorẽ, immò desiderium,immò æmulationẽ,immò vindictam,
eos vsque adeò verebantur & pertimescebãt. Et Lucas
Actor.5. rursus scribens, dicebat: Cæterorũ autẽ nemo audebat
se cõiungere illis,sed magnificabat eos populus. Et rur-
1.Cor.4. sus,Quid vultis:in virga veniam ad vos,an in charitate,& spiritu lenitatis? Vidisti authoritatẽ & potestatẽ.
Matth.28. Hæc autem omnia fecit illud verbum quod dixit eos
emittens: Ego vobiscum sum.Ipse impedimẽta omnia
remouebat ante eos ambulãs,ipse plana omnia & proclinia reddebat, & quæ erant difficilia,faciebat facilia.
Atqui erant omnia plena bellis,omnia scopulis & præ-
cipitiis,& nusquam licebat pedẽ figere,nec sistere: ob- D
structi erant omnes portus, omnis domus clausa,omnes aures obturatę:& tamen cum primũ ingressi & locuti fuerant,diruebant omnia hostium propugnacula,
vt & ipsas animas profunderẽt,& innumerabilia pericula sustinerent pro iis quæ dicta fuerant. *Elegit nobis hæreditatem suam speciem Iacob quam dilexit.* Alius, Glorificationem Iacob. Vide quàm sit accurata exactaq; prophetia.Superius quidẽ dixit, Subiecit nobis populos &
gentes.Iudæi ei primùm accesserũt, primum ter mille,
Actor.2.3. deinde quinquies mille,& postea gẽtes.Ipse enim rur-
Ioan.10. sus dicebat,Et alias oues habeo,& illas me adducere oportet,& fiet vnus pastor,& vnũ ouile.Deinde ne quis
cum audierit,Elegit nobis hęreditatẽ suam,dubitet &
angatur,& dicat:Quo modo ergo nõ credunt nũc Iudæi? correctione soluit dubitationem, maximè enim
1.Tim.2. (quod ad se attinet)eos elegit,& quantũ ad ipsum qui-
dem spectat,nullum reliquit. Quòd si finẽ quoque requiras,audi ea quę sequuntur.Subiũgit enim,Speciem
Iacob, quã dilexit. Hic autẽ mihi videtur fideles dicere quod quidẽ Paulus significans,dicebat: Non autem *Roma.9.*
quòd exciderit verbum dei, nõ enim omnes qui sunt
ex Israël,sunt Israël, sed in Isaac vocabitur tibi semen.
Hoc est, Nõ qui sunt filij carnis,ij sunt filij dei: sed qui
sunt filij promissionis,ęstimãtur in semine.Species autem seu pulchritudo populi iure dicãtur fideles. Quid
est enim speciosius illis qui crediderunt?Hæreditatem *Gentes cur hæreditas Christi.*
autẽ suam vocat gentẽ,non quod aliquando gentium
nullam curam gesserit,sed vehementẽ in eos dilectionem, & cum eis coniunctionẽ & prouidẽtiæ accessionem ostendens. Et vt scias quàm sit accurata exactaq;
prophetia,vide quo modo vtitur dictione multorum,
qua multi vtuntur in rebus quæ emuntur: Sæpe enim
permulti aliquid ementes,pulchrum illud esse dicunt,
quod reliquis antecellit. Ostẽdens ergo nõ omnes esse
seruandos, dicit, speciem Iacob.Hæc etiam ostenduntur in Euangeliis per innumerabiles parabolas. *Ascendit deus in iubilo.* Nõ dixit,Assumptus est aut deductus *Matt.13.18 20.21.22 Mar.4.12. Luc.8.14.*
est,sed,ascendit,vt ostenderet eũ ascendisse nullo alio
eum ducente,sed ipsum hanc viam esse ingressum.He-
lias enim qui nõ eò quò Christus processerat, duceba- *20.*
tur ab alia potestate. Non erat enim humanæ naturæ *4.Reg.2.*
via aliena ingredi.Vnigenitus autem ascendit propria *Actor.1.*
potestate. Quocirca Lucas quoque *sic dicebat, Et fixis* oculis intuebantur cum ille iret *in cœlum.* Non *dixit,*
Cum ipse assumeretur,nec,Cum portaretur:erat enim
eius proprius incessus,quod fiebat.Si autem antequam
crucifigeretur,ferebatur super aquas, adhuc patibili & *Ioan.6.*
graui corpore circundatus: quid mirum si postquam
sumpsit ab interitu alienũ,aërem secuerit? Vbi autẽ in
iubilo:Quis iubilauit quando ascendit?Atqui hoc silẽtio factum est,& vndecim solùm præsentibus discipulis.Vides nõ oportere dictiones simpliciter & vno tãtùm modo accipere, sed scire quid ex eis significetur?
Quemadmodũ enim dixi in proœmio psalmi, *iubilus* *Iubilus.*
aliquid aliud significat, nempe victoriam,trophæum.
Quod ergo hic dicit, *In iubilo*,hoc est, ascendit in vi- *Ioan.11.*
ctoria,cum mortẽ vicisset,peccatum deiecisset,dęmo- *Ephe.4.*
nes fugauisset,errorẽ expulisset, omnia in melius mutasset:in antiquã patriam, immò verò lõgè meliorem,
nostram naturã deduxisset.Cum enim aduenisset, nemo ei restitit,nõ peccati tyrannis,nõ mortis potentia,
nõ vis male dicti,non interitus, nõ vicij vehementia,
non aliquid aliud eiusmodi:sed cũ hæc omnia tanquã *Collatio.*
araneam perfregisset,& dęmonum cateruas,& neruos
diaboli,& hæc omnia fudisset ac profligasset, ascendit
rebus rectè gestis vt voluit. Quocirca Paulus quoque
eius trophæum narrans,dicebat:Cũ expoliasset princi- *Coloss.*
patus ac potestates,traduxit liberè,de eis in seipso triũphans. Et rursus, Deleuit quod erat aduersus nos chirographum,quod erat nobis contrarium: & ipsum de
medio sustulit,affigens illud cruci. *Dominus in voce tubæ.*

Idem rursus significat,hoc est,In præclara victoria.
Hic autẽ est aliud quoq; intelligendum nẽpe id fuisse
clarum, apertum, illustre. Atqui nullus id tunc nouit, *Ἀσυλλογίστως*
cum fieret,sed tam euasit manifestum,quàm si tuba cecinisset,atq; adeò multo magis. Illud enim quod tunc
clanculũ factum est, nemo ferè eorum qui orbẽ terræ
habitãt,ignorauit: sed ipsum perinde reuelauit rerum
natura, ac si tuba cecinisset, atque adeò multo magis.
Neq; enim tuba canẽs ita omnes vocasset ad illud spectaculũ,sicut postea rerum vox ostendit ascẽsum, magis etiam

gis etiam quàm tonitru rem claram efficiens. Neque enim tonitru ita vocasset orbem terræ, vt rerũ ostẽsio eos, qui tunc erant, & qui postea erant futuri. Tonitru enim est tantùm manifestiũ præsentibus, ipsa vero omnibus generationibus, tuba clarius, & tonitru apertius ostendit quod factũ est. Nec verò aberraueris, si tubas vocaueris ora Apostolorum, nõ tubas quidẽ æreas, sed auro pretiosiores, & gemmis magnificẽtiores. Cur ergo non dixit, in tuba, sed, in voce tubæ? Significans eorum concordiã, & animi cõsensionem, sicut etiam dicit Paulus, Siue ergo ego, siue illi, sic prædicamus. Et rursus, Multitudinis autem credentiũ erat cor vnum, & anima vna. tuba autẽ canebant, nõ ad bellum incitantes, sed prædicantes & annũciantes victoriã. Quẽadmodum enim in castris, quãdo cum signis in aciem prodeunt, præcedunt tubæ quæ præsentes excitãt, non aspectu solùm, sed etiã auditu: ita etiam tunc factũ est. Ingredientibus Apostolis in vnamquanq; ciuitatem, tubæ sonabant, & ad audiendum omnes effundebantur.

Psallite deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite. Quoniam rex omnis terræ deus, psallite sapienter: regnauit deus super gẽtes. Postquã narrauit quàm magna sint & quàm præclara quæ gesserit, vniuersum orbem terrę vocat ad eum laudibus celebrandum cum magno studio & diligẽtia. Vsus est itaq; repetitione seu cõduplicatione. Nec inuitat solũmodo ad psallendum, sed ad psallendum cum magna sapientia. Quid est, psallite sapienter? Cum quæ, inquit, facta sunt, didiceritis, cõsiderantes rerũ gestarum magnitudinem. Mihi autem videtur etiam aliquid aliud obscurè significare cùm dixit, sapiẽter, nõ voce tantũ, sed etiam factis, psallere non lingua tantùm, sed etiam vita. Regnauit deus super gentes. & quòdnam hic regnũ dicit? Non illud quod obtinet ratione creationis, sed hoc quod ratione eius ad quam eas adsciuit familiaritatis ac necessitudinis. Fuit enim rex omniũ etiam antehac, vt qui esset opifex & effector: nunc autẽ & lubentium, & gratias habẽtium: quod quidẽ est maxima laude dignum, & in primis admirandũ, quòd qui priùs contumelia afficiebatur à Iudæis, effecit, vt tanta fieret mutatio, vt vbique caneretur: & qui nec prophetas legerant, nec in lege educati fuerãt, immò verò planè erant ferinis moribus, repentè mutati sunt, & omnibus illis abiectis erroribus, se ei submiserunt, non duæ, aut tres, aut quatuor, aut decem gentes, sed qui vniuersum orbem terrarum incolebant. *Deus sedet super sanctam sedem suam.* Quid est, sedet super sedem? Regnat, inquit, imperium obtinet. Rectè autem dixit, sanctam. Nõ solùm enim regnat, sed etiã sanctè regnat. Quid est, sanctè regnat? Purè homines enim qui veniunt ad hunc principatum, ea potestate ad iniuriam faciendã vtuntur. Ille autem principatus est ab omni re eiusmodi intactus, purus, & sanctus. Neq; enim fraus, neq; aliquid eiusmodi, illud iudicium corrũpit & circumuenit, sed est purum, syncerum, quacunque puritate fulgens clariùs, resplendens ineffabili gloria. *Principes populorum cõgregati sunt cum deo Abraham, Quoniam dei fortes terræ vehementer eleuati sunt.* Hic ostendit quo modo fuerit extensum Euangeliũ, quod nõ solum priuatos attigit, sed eos etiã qui sunt redimiti diademate, & sedẽt in throno regio. Deinde ostendẽs eum esse deum noui & veteris testamenti, dicit: Cum deo Abrahã. pro eo quod est, ille ipse qui & nostrorum maiorũ deus est, & qui illis etiã legem dedit. Et ideo dicebat Hieremias: Dabo vobis testamentũ nouum, nõ secundum testamentũ quod dedi patribus in die quo ego apprehendi manũ eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, ostendens vnum & eundem esse legislatorem & noui & veteris testamẽti. Et Baruch rursus dicebat. Hic est deus noster, nõ reputabitur alius præter ipsum. Inuenit omnẽ viam sciẽtiæ, & dedit eã Iacob filio suo, & Israël dilecto suo. Postea autẽ in terra visus est, & cũ hominibus cõuersatus est, significans quòd qui legẽ dedit, is est qui fuit incarnatus: & is qui fuit incarnatus, legem dedit. hoc etiã dixit propheta. Congregati sunt, inquit, cum deo Abraham, Hebræus autem pro eo quod est, cum deo Abraham עם אלהי אברהם Et quo modo quæso, hoc factũ est? Quoniã dei fortes terræ vehemẽter eleuati sunt? Quinam sunt autẽ fortes dei, nisi Apostoli, fideles omnes? Quoniam enim potentia eorũ vsque adeò resplẽduit, מגן omnes vicerũt. Rectè autẽ eos appellauit fortes. Quid enim fortes, qui aduersum vniuersum orbem terræ aciẽ instruxerunt, aduersus dæmones, aduersus diabolum, aduersus populos, aduersus ciuitates, aduersus gẽtes, aduersus tyrannos, aduersus tormenta ac supplicia, aduersus sartagines, aduersus fornaces, aduersus cõsuetudinem, aduersus naturæ tyrannidẽ, & omnia diruebant, & superiores omnibus euadebant, & à nullo vincebãtur? Quo modo nõ fortes, qui vel post mortẽ, tantam ostendunt virtutẽ? Quo modo nõ fortes, quorum verba sunt quõuis adamante duriora, nec vllũ ea tempus aboleuit, sed quotidie maius incrementum suscipiunt? Pro his omnibus benigno & clementi deo gratias agamus. Quoniã ei gloria & potentia nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM XLVII.
CANTICVM PSALMI FILIIS Core. 2. sabbati.

Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. Fundatur exultatione vniuersæ terræ. Alius, pulchro germine, gaudio vniuersæ terræ. Alius, ab initio præscripto splendore vniuersę terræ. Hic quoq; significat liberationem à bellis. Quoniam enim à Babylone reuersi, & à longa captiuitate liberati, terrã receperunt, & multa bella euaserunt, pro his omnibus deo horum bonorũ authori gratias agentes, hos hymnos canũt. Dicit autẽ. Magnus dominus, & laudabilis valde. Magnus quidem dicunt, sed quàm magnus, non dicunt, hoc enim nemo scit, & ideo subiunxit, Et laudabilis valde. Nõ est enim finis eius magnitudinis. Quod autẽ dicit, est eiusmodi, oportet eum tantùm gloria afficere, & laudare, idq; supra omnẽ modum, laudare autẽ eum propter hanc infinitam & incõprehẽsibilẽ essentiæ magnitudinẽ, & propter summa eius in nos beneficia. Nam & voluit, & potuit quæ voluit. In ciuitate dei nostri, in monte sancto suo. Quid dicis? Illic eius laudẽ concludis qui est magnus, qui laudabilis, In ciuitate & in mõte? Nõ hoc dico, inquit, sed quòd nos eũ ante alios cognouimus. Vel propterea ergo dixit illud, in ciuitate dei nostri, vel volens ostendere, quòd per magnitudinẽ eorũ quæ ibi facta sunt, ostensa est eius magnitudo & gloria quòd qui erãt captiui, qui dissecti, qui contẽpti, qui in regione hostili veluti in carcere detinebãtur, vt ijadeò repẽtè clari essent, procurauit: vt & qui eos vicerãt, superarent, & ad priorẽ redirent prosperitatẽ, & antiquus patriæ status eis restitueretur. Ostendit enim, inquit, seipsum, & suarum creaturarũ quæ videtur, magnitudinẽ: sed quoniã complures antiquitùs erãt paulò insipientiores, cognitionem, quæ ex inimicis & ex victoria oritur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritur,adiicit,admirabilia hæc trophæa aſsiduè erigens, & vt in melius fieret mutatio,efficiens, & præter ſpem & expectationem omnem eiuſmodi miracula faciens. Hanc autem vocat eius ciuitatem, non alias eius priuans prouidentia, ſed vt eos oſtenderet, quod ad cognitionis rationem attinet, aliis fuiſſe longè priores. Illæ enim eius dici poterant ratione tantũ opificij,hæc verò etiam ratione familiaritatis & neceſsitudinis, & quòd hęc omnia illic fierent miracula. Tunc itaque ea dicebatur dei ciuitas, nũc autem nos omnes dei dicimur. Qui enim Chriſti ſunt, inquit, carnem crucifixerunt cum viciis & cõcupiſcentiis. Vidiſti ſummam & intenſiſsimam virtutem, & ideo appellabatur quoque mons dei,quoniam deus illic colebatur. Fundatur exultatione vniuerſæ terræ.Dictum valde obſcurum, & ideo oportet attẽdere.Ei enim,qui curſim legit & perfunctoriè,magnam affert dubitationem, qui ea autem diligenter perſequitur,videbit conſequentiam,& pulcherrimam ſententiarum cõnexionem. Quod autem dicit, eſt eiuſmodi: Magnus dominus in ciuitate dei noſtri,in mõte ſancto ſuo bene radicans,hoc eſt, bene radices agens, & eam pulchrè firmans ac ſtabiliens in gaudio & lætitia totius orbis terrarum. Hoc etiã alius obſcurè ſignificans,dixit, præſcripto ſplẽdore vniuerſæ terræ. Eam enim fecit ſplendorem & læticiam vniuerſæ terræ. Illinc enim eſt fons pietatis, & radices & principia dei cognitionis. Hanc ergo, cum talis eſſet, radicibus actis confirmauit ac ſtabiliuit propter ornamentum totius orbis terrarum,propter exultationem, propter gaudiũ totius terræ. Doctrinæ enim terræ officina,luduſq; literarius,erant tũc Hieroſolyma,& qui volebant frui gaudio,cultumq; & ornamentum capere,hinc ea quæ bona & honeſta erãt diſcebant.Et ideo hoc ſignificans, non dixit, Agens radices, ſed, Bene agens radices.Quod ſi velis id ipſum accipere anagogicè,videbis rerum veritatem,hinc enim proceſsit exultatio per vniuerſum orbem terrarum, hinc proceſsit gaudiũ & lætitia,hinc emanarunt fontes Philoſophię, vbi Chriſtus fuit crucifixus, vnde profecti ſunt Apoſtoli.Ex Sion enim, inquit, egredietur lex, & verbum dei ex Hieruſalem. habet autem hoc gaudium radices immortales. *Mons Sion latera Aquilonis.* Alius, montes Sion femora Aquilonis. Alius,femora Aquilonis Græcè himerĩ,cum articulo. Hebræus autem,הר ציון ירכתי har Sion iaregtei. Qua de cauſa meminit nũc Aquilonis,& ſitum loci nobis deſcribit? quoniam aſsiduè bellum hinc ſuſcitabatur, inuadentibus barbaris, & Prophetæ hoc dicunt aſsiduè,ab Aquilone appellantes, & lebetem illinc feruentẽ deſcribunt.ita enim ſita eſt regio Perſarũ, ſi habeatur ratio Palæſtinæ, quod factum admirans,hoc ſubiunxit,id ſignificans, eam quæ illinc aſsiduè vexabatur, feciſti inexpugnabilem. perinde enim ac ſi quis diceret de corpore, partẽ illam imbecillam feciſti valentiorem: hoc etiam hic ipſe obſcurè ſignificat,dicens,vnde luctus & lachrymæ, vnde origo calamitatum, ea mẽbra impleta ſunt voluptate,alacritateq; animi ac trãquillitate.Vnde minę,metus,& pericula,hinc gaudium & lætitia,nec vllus deinceps metuit aquilonarem illam partem creaturæ, nemo animi angitur,nemo ſuſpicatur,ſed omnes degunt in lętitia, cum eius radices fixeris in voluptate. *Ciuitas regis magni,deus in domibus eius cognoſcitur,cum ſuſcipiet ipſam.* Alius, cognita eſt. Alius, Deus in regiis eius cognoſcetur ad munimentum.Alius,Deus in palatiis eius cognitus eſt ad eripiẽdam eam. Prædicat eius authoritatẽ,laudem, coronam,dicens,ciuitas regis magni.Deinde oſtendẽs quo modo ſit ciuitas Regis magni, per illud,in domibus eius cognoſcitur,magnam oſtẽdens prouidẽtiam, & quòd eam totam omni ex parte ſeruat,nõ illius tantùm totius curam gerẽs,ſed etiam in vnãquanque domum ſuam oſtendens prouidentiã.Nobis enim etiam abſque eo eſt cognitus, inimicis autẽ ex eo ſuam oſtẽdit virtutem.Tẽpore enim Ezechiæ,cum barbarorum nubes eam inuaſiſſet, & eam veluti ſagena circũdediſſet, receſſerunt ſuis mortuis maxima ex parte relictis. Quinetiam multi quoque alij eam ſæpe ingreſsi,ignominia affecti receſſerunt.Hęc,inquit,omnia geſta ſunt dei prouidentia,eamq; præclaram & inſignẽ fecerunt. Non ſolùm autem quòd præclarè, ſed etiã quòd adeò præclara facta ſint,magna euaſit. *Quoniam ecce Reges congregati ſunt, conuenerunt in vnum.* Alius, Ecce enim Reges ſimul inſtructi ſunt. *Ipſi videntes ſic admirati ſunt,conturbati ſunt,commoti ſunt,Tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturientis,In ſpiritu vehementi.* Alius,Ardoris.Alius,Per ventum violentum. *Contores naues Tharſis.* Alius,Cõfringes,Hebræus autem, תשבר theſſaber. Hic narrat bellũ,bellum difficile,& vndique cõflatum & clariorem victoriam.Quoniam enim dixit illum eam ſuſcipere, & eius curam gerere, oſtendit deinceps quo modo eam ſuſcipit & defendit. Cùm innumerabiles enim gentes eam inuaſiſſent (hoc enim ſignificat per regum multitudinem) & non ſolùm inuaſiſſent, ſed etiam congregati aciẽ inſtruxiſſent, res eiuſmodi geſtæ ſunt, vt ipſi abirent admiratores rerũ admirabilium. *Ita enim bellum conficiebatur, vt ipſi horrore ac torpore pleni recẽderent,& cum magna animi perturbatione reſilirẽt,* mnlti paucos timentes,& qui ordines inſtruxerant,diuiſos:nec ſecus afficerentur quàm mulier quę parturit. Vnde clarum erat bellum non fuiſſe geſtum humanis viribus, ſed deum fuiſſe ducem in committendo prælio,qui non ſolùm ſpiritus eorũ deprimebat,ſed etiam mentem eorũ cõquaſſabat, & eis dolores immittebat, & ineffabilẽ timorem afferebat, & perinde accidit ac ſi magna claſſe cõgregata vehemens vẽtus irruens, omnes naues contriuiſſet, & triremes demerſiſſet, & magnam repente perturbationẽ inieciſſet.Hic enim mihi videtur per hoc exemplũ & victoriæ facilitatẽ, & perturbationis magnitudinem velle ſignificare. Nam hi quoque cum magnam claſſem paraſſent, & ex longinqua aliqua & aliena regione veniſſent,veluti quodam vehementi vento omnes ira dei perierunt. Et ideo locum quoq; ſignificans vnde venerunt,ſubiunxit illud, Tharſis. Ita etiam ſignificauit Hebræus per dictionem quam veſtra cauſa adiecimus in lectione cõtextus.Vel hoc ergo dici poteſt, vel illud quòd antè dixi, quòd quemadmodũ naues Tharſis vehemens ventus irruẽs ſæpe contriuit:ita etiam multitudinem illam deus cõturbauit: *Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate domini virtutũ,in ciuitate dei noſtri.* Vides quo modo exponit id quod eſt ſuperiùs, Bene radicans, aut, bene radices agens. Non dixit enim, Qui bene radicauit, ſed, Bene radicans,hoc eſt,aſsiduè prouidens,aſsiduè curam gerens, aſsiduè muniens. Poſtquam enim dixit quæ tunc contigerunt, ad res antiquas narrandas rurſus cõuertit orationem, oſtẽdens hæc habere magnam cum illis cognationem.Quæ enim,inquit,verbis audiuimus,ea factis vidimus, victorias dei,trophæa, curã ac prouidẽtiam,& quæ opinionem ſuperãt miracula. Deus enim nunquam intermiſit hæc facere.Eius ergo eſt & liberare à periculis, & deducere ad dei cognitionem. Rectè autem

Ciuitas dei κατ' ἐξοχήν.

Galat.5.

ἐυρίζως *bene radices agens.*

Eſa.2.

Eſa.2.

Hiere.1.

Lacerabis deſirues.

Confirmat homæoſi.

ἐυρίζως.

autem meminit Propheta eorũ quę longo antè tẽpore facta sunt. Oportebat enim & ex veteribus narrationibus, & ex nouis factis doceri, vt qui erãt ex eis crassiores, ex iis quæ fiebant, iis quoq; quæ facta erãt crederẽt, & dubitare desinerent facerent, & esset eis auditio pro visu. *Deus fundauit eam in æternũ, Suscepimus deus misericordiã tuam in medio tẽpli tui.* Alius, Cõiecimus deus misericordiam tuam in medio tẽpli tui. Hebræus autem דמינו חסדך dimenu hasedeca. Secundũ nomẽ tuum deus, hic etiã laus tua in fines terræ. Quoniam enim dixit, Quę audiuimus, ea & vidimus: dicit & quidnã audierit, & quid viderit. Quid ergo audiuit & vidit? Quòd dei gratia reddit ciuitatẽ firmam, validam & infractam. Hoc est enim eifundamentũ, hoc robur, hoc eam facit inexpugnabilem, nõ humanæ opes & auxilium, nõ vis armorum, nec turres & mœnia. Sed quid? Deus eam regit & cõtinet. Hoc enim eos maximè doceri oportuit, & propheta assiduè illos eò deduxit. *Suscepimus deus misericordiã tuam in medio tẽpli tui.* Quid est, susceepimus? Sperauimus, expectauimus, cognouimus tuam humanitatẽ & clementiã. Quoniam enim dixit, Fundauit, radicauit, muniit, ostẽdens tãtam prouidentiam nõ proficisci ex meritis eorum qui eam assequuntur, sed procedere ex bonitate eius qui illa facit, & simul volens fastũ eorum cõprimere, sic dixit, hoc propemodum dicẽs: Tuę sunt misericordiæ hæc præclara facinora, tuę gloriæ, tuæ bonitatis. Et ideo subiunxit: *Secundum nomẽ tuum deus: sic & laus tua deus in fines terræ.* Laus, inquit, tua facit res adeò præclaras, magnas, & admirabiles, adeò excelsas & glorioſas. Non enim ad mensuram curam gessisti eorum quos beneficio afficis, nec propter eorum merita, sed pro tua magnitudine. Laus ergo tua, hoc est, tui celebratio, quæ ex operibus profecta est, fecit vt præclara tua facta exaudirentur. Facta enim fuerunt in Palæstina, sed propter ingentem eorum magnitudinẽ peruenerunt ad extremos fines orbis terrarum, & qui erant procul remoti, ea sciebant. Quæ facta itaque fuerant in Aegypto, meretrix Hierichũtina sciebat melius iis qui interfuerãt. Rursus quæ in Palęstina euenerant, ij quoque qui in regione Persarum habitabant, prędicabant. Quæ rursus gesta fuerant in Perside, qui in extremis finibus terræ agebant, nouerant. Quapropter rex quoq; misit literas per vniuersum orbem terræ, prædicans ea quæ in fornace euenerant Et ideo hic quoque cum dixisset, Laus tua in fines terræ, subiunxit: *Iustitia plena est dextera tua.* Quod enim assiduè facere cõsueuit, vt ab iis quæ fiunt hominibus, ascendat ad ea quę adsunt ipsi naturæ, hoc etiam facit in præsentia: non vt aliqua deo accedere aut recedere cogitemus, absit: sed quoniã est imbecillus sermo & lingua humana, oportet ei quod dicitur deo conuenientem afferre sentẽtiam. Quæ ergo dei naturæ adsunt, ea dicit quæ sunt eius substantię cõiuncta, & vt eo verbo vtar, cõsubstantiata. Quænam autem ea sunt: Iusticia, inquit, plena est dextera tua. Ostendit enim ea quæ fiunt, nó esse ex meritis eorũ quos beneficio afficit, sed ex sua substãtia, quoniam ipsa eius substãtia delectatur iusticia, lætatur benignitate & clementia. Hoc est eius munus, hæc est eius cõsuetudo: & ideo tanta accipiebant ab eo beneficia. Quemadmodũ enim ignis est calefacere, & solis illustrare: ita etiã eius est benefacere, immò verò ne sic quidem, sed lõgè amplius. Et ideo sic quoque dixit, Iusticia plena est terra, eius affluẽtiam, illamq; eius esse substantiæ cõiunctam, & si ita dici possit, consubstantiatam significans. *Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudææ, propter iudicia tua domine.*

Circumdate Sion, & complectimini eam. Alius, Et obite. *Narrate in turribus eius.* Alius, Numerate turres eius. *Ponite corda vestra in virtute eius.* Alius, In ambitus abundantiã. Alius, In abundantiam. *Et distribuite domos eius.* Alius, Dimetimini regias eius. *Vt enarretis in progenie altera.* Alius, In generatione posteriori. *Quoniam hic est deus noster in seculum & in seculum seculi. Ipse reget nos in secula.* Quãnam de causa hæc percipit, circuire ciuitatẽ, numerare turres, attendere ædificia, cõsiderare eius decorem, domos & palatia metiri, non opus est nostra interpretatione, sed oratio ipsa seipsam explicat. Cũ enim hæc dixisset, causam quoque statim adiecit. Quãmnam? Vt enarretis in progenie altera. Quòd autem dicit, hoc est, Impleamini gaudio, lætemini, exultetis. Sed nõ leniter ac obiter, sed accuratè & diligenter eius vires intellige. Quoniã enim fuit diruta, quoniam radicitus cõuulsa, & eius solum propemodum interiit, & desperarũt fore vt ea in melius mutaretur, adeò vt dicerent, Aruerũt ossa mea, lassati sumus, cõsumpti sumus, nec expectabant fore vt eam reciperent: eã tamen receperunt, & non talẽ qualem amiserant, sed longè meliorẽ, clariorem, atq; illustriorem, maiorem, ditiorẽ, potentiorẽ, & magnificentiorem in ædificiis, in rebus venalibus, in copiis, in facultatibus. Erit enim, inquit, vltima gloria domus huius supra priorem. *Agg. 2.* Adhortatur populum, & propemodum hęc dicit: Ecce hęc ciuitas, de qua erat omnis spes abiecta, quæ diruta & euersa fuerat, quo modo in splẽdidiorem speciem statumq; restituta est. Hæc ergo ipsa discite, eius ędificationẽ, splendorẽ, claritatem, vt cum hinc dei virtutẽ didiceris, nẽpe quemadmodum cuius nulla erat spes relicta, eã maiorẽ fecerit: narretis posteris vestris dei potẽtiam, & perpetuã eius prouidẽtiam, & quòd nostri curam semper gerit, nos regit & defendit. Hæ enim narrationes posteris quoq; erunt magnæ argumentũ philosophię, & occasio exactissimæ dei cognitionis, & studij virtutis. Quamobrẽ iubet illos eam obire vt sint perfecti doctores suorum posterorum.

IN PSALMVM XLVIII.
IN FINEM FILIIS CORE.
Alius, *Epinicion.*

Avdite hæc omnes gentes. Alius, Audite hoc. *Auribus percipite omnes qui habitatis orbem.* Alius, subterraneã terrã. Alius dicit, Quæ in imo est. Hebræus autem חלד halad. *Quinq; terrigenæ, & filij hominum.* Alius, Et humanitas, & prętera ea filij vniuscuiusq; viri. *Simul in vnum dines & pauper.* Alius, Pariter. חלד *Seculum tempus seculi.* Magna quædã & arcana nobis nunc est dicturus Propheta. Neq; enim quotquot sunt vbiq; terrarum ad audiẽdũ vocasset, nec totius orbis theatrũ excuisset, nisi magnum quid, & pręclarũ, & tanti conuentus magnitudine dignũ nobis esset dicturus. Neq; enim amplius loquitur vt prophetãs seu prædicẽs Iudæis qui Palæstinam habitant, sed veluti quidã Apostolus & Euangelista, ad omnẽ humanam naturam dirigit orationẽ. Lex enim vno orbis angulo vnam gentem docebat. *Rom. 3.* sermo autẽ prædicationis vbiq; terrarum resonuit, & seipsum extẽdit, vt qui tantam peruaserit regionẽ, quantam sol prætergreditur. *Mar. vlt. Rom. 10. Gal. 2. 2. Cor. 3. Ioan. 1.* Illa enim erant pædagogica quædam institutio & ministeriũ mortis & cõdemnationis, hæc autẽ gratia & pax. Quoniam ergo cõuocauit omne genus ad audiendũ, nos quoq; hic adsimus, & videamus quid vult nobis dicere Psalmographus, qui communi hominum generi præest, licet sint barbari, licet sapientes, licet priuati, certè. Iubet enim omnes eos adesse, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo incipiens quoq; dixit, Omnes gẽtes. Et rursus amplificauit orationem, Quique terrigenæ, & filij hominum, vocans omnem humanitatem. Papæ quæ doctrina, quàm est apta omnibus & communis? Et ideo non solùm vocat omnes, sed magno studio & diligẽtia iubet eos illa quæ dicuntur attendere. Non solùm enim dixit, Audite hæc omnes gẽtes, sed etiam, Auribus percipite, vel, vt Græcum melius exprimatur, auscultate. Auscultare autẽ nihil est aliud quàm diligenter & attentè audire. Auscultare enim propriè dicitur, quãdo quis aure ori admota loquitur, seipsumq; & illum cõtendens iubet adhibere animum iis quæ dicuntur. Auribus percipite omnes qui habitatis terrã. Et iam si qui, inquit, non referuntur in numerum gẽtilium, sed sunt misti, & diperſi, vt Nomades, eos quoque voco ad audiendum. Vide autem cõcionatoris prudentiam. Primùm eorum animum excitauit, erectosq; & alacres fecit ad audiẽdum, eò quòd omnes simul vocauerit. Deinde postquam vocauit, fastum eorum & insolentiam cõprimit, ne propter multitudinem nimium efferantur, & sint nimis arrogãtes. Talibus enim maximè auditoribus opus est, quando quis est verba facturus quæ ad studium sapientiæ pertinent, nempe cõtritis & cõpositis & ab omni fastu ac tumore liberis. Quo modo ergo ferocem eorum animum cõpescuit? Naturam in memoriam reuocans. Postquã enim dixit, Gentes, subiunxit, Quiq; terrigenæ & filij hominũ, dixit substantiam ex qua est principium nostræ generationis communem omnium matrem reuocauit in memoriam. Et quare dixit, Filij hominum? Quoniã dixit, terrigenas, ne quis existimaret (vt volũt antiquę fabulæ) homines ab initio è terra pullulasse, quemadmodum nõnulli fabulati sunt, quosdã fuisse fatos introducẽtes: propterea subiunxit, Filij hominũ. Patres enim vobis sunt homines: principium autem generationis vobis & illis terra est. Quid ergo superbis terra & cinis? Cogita apud te quęnam tua sit mater, & fastum tuum cõprime: spiritus elatos cõculca ac deprime: cõsidera quòd terra es, & in terram reuerteris, & omnem arrogãtiam expelle. Tali enim mihi auditore opus est. Ideo te sedatũ reddo ac cõpositum, vt te accipiam aptum ad ea quæ dicuntur suscipienda: Simul in vnũ diues & pauper. Vidisti nobilitatem cõcionis. Quidni enim nobilitatem, quãdo propter authoritatem nequaquam arcet auditorẽ, sed vniuersa doctrina ex æquo profunditur, & pauperi & diuiti mensa cõmunis exhibetur? Postquam enim dixit id quod omnes vnit, eos videlicet esse terrigenas, & filios hominũ, & cõmunem esse naturam ostendit, tunc quæ ex rebus ad hanc vitã pertinentibus videbatur esse differentiam & inæqualitatem, oratione eiicit, comuniter omnes vocãs. est enim cõmunis nostra natura, cõmuniter omnes voco: cõmunis nostra mater, cõmuniter voco. Cõmunis enim nostra ciuitas est orbis terrarum. Sed ex paupertate & diuitiis differentiam aliquam excogitastis, & inæqualitatem introduxistis: atqui eam quoq; rursus eiicio, nõ diuites quidem admittens, pauperes autẽ habens despicatui, nec diuites quidem vocans, pauperes autẽ expellẽs, sed & hos, & illos, & nõ solummodo & hos & illos, verbi gratia, hos quidem priores, illos verò posteriores, vel illos quidẽ posteriores, hos verò priores: sed simul sit cõmunis conuentus, cõmunis oratio, cõmunis etiam auditio. Licet sis diues, ex eodẽ luto natus es: idem fuit tibi cum paupere ingressus, idẽ ortus. Et tu hominis filius es, & ille. Cum ergo quæ sunt præcipua, & magis opportuna, &

ἐναϊσθα-σθαι. *Auſcultare.*

Lege Strabonem.

Eccl.10.

Genes.

Hominum inter ſe natura cõmunis eſt.

Actor.17.

Sapien.7.

Heb.9.

honore æqualia, ex æquo habeatis, cur propter vmbras & somnia intumescis, ex iis quę nihil sunt, cõmunia distinguens, cõmunia naturæ, cõmunia ortus & generationis, cõmunia affinitatis & necessitudinis? Cur amictum exteriorem adducis, vt distinctionem ex eo efficias? Nõ fero, nõ patior, & ideo voco te cum paupere, dicens. Simul in vnũ diues & pauper. In aliis enim non possunt simul videri diues & pauper, nõ in iudiciis, nõ in aulis regiis, nõ in foris, nõ in mensis: sed illum quidẽ honoratum, hunc verò contemptũ & abiectum: illum quidẽ liberè & confidenter agentẽ, hunc verò pudore ac ignominia affectum videas. Sapiẽtia enim pauperis nihili ducitur, & verba eius nõ exaudiũtur. Locutus est *Eccl.13.* diues, & eum pulchrè ac rectè dixisse dicũt. Pauper locutus est, & nõ est datus ei locus. At nõ hic. Neq; enim in hac ecclesia ac cõcione stultam illam ambitionẽ honorisq; cupiditatẽ patior, sed cõmunem omnibus doctrinam propono. Vide doctoris prudentiã. quo modo etiam antequam incipiat concionẽ, ex ipsa sola vocatione maximum doctrinę decretum protulerit. Qui omnes enim simul vocauit, neq; illum siuit intumescere, nec hunc vilem & abiectum esse, sed ostẽdit nec diuitias esse bonũ, sicut nec paupertatẽ malum, sed ea esse superuacanea & externa. Quare nihil mea refert an hoc sis vel illud. Neque enim si sis diues, video tibi aliquid accedere: nec si sis pauper, decedere. Sed fortè dixerit aliquis, Et cur cũ homo sis, ciusdemq; naturę particeps, teipsum tanti facis, vt putes te esse idoneum orbis terrarum magistrum, & eos qui sunt in extremis finibus orbis, cõuoces? quid potes dicere quod sit dignũ tanto theatro? Certè, inquit, Postquã enim vocauit orbem terræ, credibilem ac fide dignam reddens orationem, audi quid dicat, *Os meum loquetur sapientiã, & meditatio cordis mihi prudẽtiam.* Alius, Et declarabit cor meum prudẽtiam. Hebræus autem hoc dixit והגתי vehagut. *Vehageth* Vides quo modo statim extulit orationem. Non dicã, *& medita-* inquit, de pecuniis, non de dignitatibus, nõ de potentia, nõ de viribus corporis, nõ de aliquo alio momentaneo. De sapientia sum exactè dicturus, non autem ex tempore: *Inclinabo in parabolam aurem meam.* Hebręus autem dicit למשל *Aperiam in pſalterio propoſitionem meam.*

tio.

Alius, Aenigma meum. Hebræus autem dicit, וחתי חרתי *hidati.* Et quo modo sunt hæc iis quę dicta sunt consequentia? Pro doctore enim nunc video auditorẽ. Nos enim vocasti tãquam aliquid boni & vtilis aduituros, postquam autem omnes adsunt & conuenerunt, & te aliquid doctum ac præclarum dicturum es pollicitus, nihil adhuc locutus, relicto loco doctoris, auditoris partes suscipis. Inclinabo enim, inquit, in paraholis os meũ. Quare hoc facit? Valde prudenter, & consequenter iis quæ dicta sunt. Quoniam enim dixit, Loquar sapientiam: ne quis existimaret esse humanum quod dicitur, & meditationẽ cordis: ne haberet suspectam eius inuentionem, per hæc ostendit diuina esse ea quæ dicuntur, seq; nihil loqui proprium, sed ea dicere quę audiuit. Inclinaui enim, inquit, Deo aurem meam. audiui ab illo, & quæ in mẽtem meam à superis demissa sunt, ea dico. Et ideo dicebat Esaias: Dominus dat mihi linguam doctrinæ, vt sciam quando sermonem dicere oporteat: adiecit mihi aurem ad audiendum. Et rursus Paulus, Fides ex auditu, auditus autẽ per verbũ dei. Vides illum quoq; prius fuisse auditorẽ, & deinde doctorẽ. Et ideo superius etiã dixit alius interpres, Et declarabit cor meũ. Quid est, Declarabit? Canet, dicet psalmum aliquẽ spiritualem. Si autẽ dicit meditationem,

Chald. non Hebra. hoc habent.

Eſa.50.

Rom.10.

ne con-

ne cõturberis. Quę enim à ſpiritu acceperat, ea aſsiduè meditabatur, & apud ſe verſabat: & cum diu verſaſſet, aliis proferebat. Quid eſt, in parabolã? Eſt nomẽ quod habet multa ſignificata. Eſt enim parabola, loquela, exemplum, & exprobratio aut opprobrium, vt quãdo dicit, Poſuiſti nos in parabolẽ in gentibus, cõmotionem capitis in populis. Eſt etiam parabola, oratio ænigmatica, quam multi dicunt quæſtionem, quæ aliud quidem ſignificat, ſed id nõ eſt apertũ ſtatim ex ipſis verbis, ſed habet ſenſum intus latentem, cuiuſmodi erant ea quæ dicebat Samſom: Egreſſus eſt à comedente cibus, & à forti dulce. Dicitur etiã Salomon intellexiſſe parabolam, & obſcurũ ſermonem. Dicitur etiam parabola ſimilitudo. Aliam parabolã, inquit, propoſuit eis, dicẽs: Simile eſt regnum cœlorũ homini ſeminanti bonum ſemẽ. Eſt etiam parabola, tropologia, ſeu figurata oratio. Fili hominis, die eis parabolã hanc, Aquila magna, magnas habens pennas, aquilam dicens Regẽ. Dicitur etiam parabola, figura & imago, quẽadmodum oſtendit Paulus, dicens: Fide obtulit Abrahã Iſaac, cùm tentaretur, & vnigenitum offerebat in quo ſuſceperat repromiſsiones. Vnde etiã in parabola eum retulit, hoc eſt, in figura & in imagine. Quid ergo ſibi vult hic parabola? Mihi videtur dicere narrationẽ. Si autem orationem facit obſcurã & ænigmaticam, & quæ multum habet difficultatis, ne ſic quidem cõturberis: hoc enim facit vt auditorẽ excitet: & alioqui quoniam facilitas ad ſocordiam & negligentiam adducit, propterea loquitur in parabola. Nam Chriſtus quoq; multa loquebatur in parabolis, ſeparatim autem eas ſoluebat diſcipulis. Parabola enim dignũ ab indigno diſtinguit. dignus enim quærit inuenire ea quæ dicuntur, indignus autem prætercurrit. Quod tunc etiam vſuuenit. Iudæi enim ne difficultate quidem excitati impellebãtur ad interrogandũ. Ita nõ attendebant omnino ea quæ dicebantur. Ad incitãdum autem ad inquiſitionem ſufficit quando fuerit aliquid adumbratum & obſcurum. Quocirca Chriſtus quoque hoc faciebat, & loquebatur in parabolis, eos ſtimulans & incitans, vt audire cuperent qui ſupini dormiebant: ſed ne ſic quidẽ attendebant: diſcipuli autem animũ adhibebant, & cum eſſent ignorãtes, vel eo nomine maximè permanebant, quoniam ignorabant. quocirca eis ſeorſum ſoluebat parabolas. & ideo hîc quoq; dicit, Inclinabo in parabolam aurem meam. Aperiã in pſalterio propoſitionem meã. Eſt autem problema oratio obſcura & ænigmatica, & ideo alibi quoq; dicit, Loquar problemata à cõſtitutione mundi. Quapropter auſus eſt etiam vocare ſapientiam, diuina fretus reuelatione, & ideo etiam aperit in pſalterio, doctrinam ſpiritalem indicans, & ſe ſuperno eſſe numine afflatum. In cantico autem dat cõſilium, orationem reddens ſuauiorẽ. Vidiſti quo modo proœmium cõpoſuit. Vocauit orbem terræ, quę eſt in vita inæqualitatẽ expulit, naturam in memoriam reuocauit, arrogantiam cõpreſsit, pollicitus eſt ſe aliquid magnum & præclarum eſſe dicturum. dixit ſe nihil domo allatum proloqui, ſed quæ ab illo audiit, ſignificauit in oratione eſſe magnam obſcuritatem, nos reddens attentiores. pollicitus eſt ſe nos ſpiritalem docturum ſapientiam, quàm perpetuò meditabatur. Attẽdamus ergo, & ne prætereamus. Si eſt enim ſapiẽs oratio, & parabola, & problema, mente erecta & excitata opus eſt. Quod eſt ergo cõſilium, & quod problema, quæ parabola, & quæ ſapientia, quã audiit è ſupernis? *Cur timebo*, inquit, *in die mala?* Alius, In diebus malis. Syrus autẽ רע rha. *Iniquitas calcanei mei circundabit me.* Alius, Veſtigiorũ meorũ: Hebræus autẽ עֲקֵבַי יְסֹבְבֵנִי vaõ aquebei iſubeni. Vidiſti quo modo eſt problema & ænigma, & obſcura oratio, & permultum obſcuritatis: ſed, ſi videtur, primum intelligamus quémnam dicit malum diẽ. Quemnam ergo malũ diẽ ſolet vocare ſcriptura? Diẽ calamitatum, diẽ ſuppliciorum, diẽ ærumnarũ. Quod etiã dicit alibi: Beatus qui intelligit ſuper egenũ & pauperẽ: in die mala liberabit eum dominus. Talis eſt autẽ dies futurus peccatoribus, illic terribilis & intolerabilis. Vidiſti primũ decretum ſupremæ ſapientiæ, & quo modo tibi definiat oratio quænam ſint digna metu, & quænã cõdemnatione. Niſi quis enim hæc optimè definiat & diſtinguat, ranq; in profundis tenebris, rerumq; cõfuſione huc & illuc circumlatus, exitum nõ inuenit. Niſi ſit nobis definitum & cõſtitutum quænã quidẽ timere, quænam verò execrari oporteat, magnus in vita error, & magnũ periculũ. Eſt enim extremæ amentię, timere ea quæ nõ ſunt timẽda, ea verò ridere quæ iure timẽda ſunt. In hoc homines à pueris differũt, quòd hi quidẽ (vt quorũ nõ ſit perfecta adhuc intelligẽtia) perſonas timẽt, homineſq; ſaccis indutos: patrem autẽ aut matrem contumelia afficere nihil eſſe exiſtimant, & in ignẽ quidẽ & lucernas ardentes inſiliunt, ſtrepitus autem quoſdã minimè timendos extimeſcũt. Viri autem nihil horum curant. Quia ergo multi ſunt pueris ſtultiores, tradit hãc diſtinctionẽ, & dicit quænam timere oporteat, nõ ea quæ multis videtur terribilia, paupertatem dico, ignominiam, & morbũ. Hæc enim nõ ſunt ſolùm multis terribilia, ſed etiã moleſta & grauia: ſed nihil horum tale eſſe ſtatuit, ſed ſolùm peccatum. hoc enim ſibi vult illud, Iniquitas calcanei mei circundabit me. Hoc eſt ergo oratio ænigmatica, hoc eſt, nouus tropus & admirabilis. Valde enim nouum videtur eſſe multis & admirabile dicere, non oportere aliquid timere eorum quæ ſunt in vita grauia & moleſta. Quid ergo timebo, inquit, in die malo? Vnum tantũ, ne fortè viæ meæ & vitæ iniquitas me circundet. Scit ſcriptura fraudẽ vocare calcaneum. Qui comedit enim, inquit, mecum panẽ, ſuſtulit in me calcaneum. Et Eſaũ rurſus dicebat de Iacob, Iã ſecundò me ſupplãtauit. Eſt enim peccatum res eiuſmodi, fraudulẽta, & apta ad arripiẽdum. Hoc, inquit, vereor, peccatum quod me decipit, quod me circundat. Et ideo Paulus id vocat circunſtãs, ſignificãs id quod cõtinuè, quod facilè, quod nullo ambit & circũdat negocio. In his ergo iudiciis multa timẽt homines, & vim opũ, & potentiam, & iniuriã, & fraudẽ. Illic autẽ nihil eſt eiuſmodi, ſed peccatum ſolum eſt terribile, quod vndiq; circuit eos qui capiũtur, quouis exercitu grauius. Sunt ergo omnia agenda, vt nõ ab ipſo circundemur. poſtquam autẽ viderimus id nos velle cõprehendere, oportet eius manus effugere, vt faciunt egregij milites. Quòd ſi etiã capti fuerimus, oportet id celeriter reſcindere, quemadmodum fecit Dauid, qui per pœnitentiam vires eius abſcidit. Fuit enim ab eo circũdatus: ſed id ſtatim effugit. Qui hoc timuerit, nihil aliud vnquã timebit, ſed irridebit ea quæ in præſenti vita bona ſunt, & quæ moleſta ſunt contẽnet, cum ſolus ille metus eius mentem agitet. Nihil enim, nihil aliud eſt ei formidabile. Qui eſt hoc timore præditus: atque adeò ne ipſa quidem mors, quæ eſt caput rerũ terribilium: niſi hoc vnum ſolũ. Quo modo? Quoniã tradit gehẽnæ, quoniã tranſmittit ad immortalia ſupplicia. Si quis rurſus in eo ſe rectè geſſerit, inducit omnem virtutem. Cogita enim quãta res ſit, nec

Parabola. *Pſal.42.* *Iud.14.* *3.Reg.4.* *Matt.13.* *Luc.8.* *Ezech.17.* *Hebr.11.* *Tollorẽ ad inquiſitionẽ iuuat ſcripturæ obſcuritas.* *Matth.13.* *Marc.4.* *Matth.13.* *Luc.8.* *Problema.* *Pſal.77.* *Cur timebo.* *Pro die mala Chald. habet tẽpeſtatis.* *Pſal.40.* *Eſa.23.* *Ioel.2.* *Hebr.10.* *μεμολυ-σμένον, intelligit laruatã perſonam.* *Peccatũ ſolũ terribile eſt ac timẽdum.* *Pſal.40.* *Genes.27.* *Hebr.12.* *Collatio.* *2.Reg.11.14* *γνάμη.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonis rebus intumeſcere, nec moleſtis animũ demittere, præſentium nullam rationẽ ducere. futura reſpicere, diem illũ expectare, in tali metu aſsiduè verſari. Qui talis eſt, erit angelus, qui quidẽ hoc ſolùm timuerit, & nihil aliud. nihil enim aliud timebit, ſi hoc ſolùm timuerit, vt timere oportet: quemadmodum qui non hoc timuerit, is erit obnoxius multis formidabilibus. *Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.* Alius, ſunt inſolentes. *Frater non redimit, redimet homo. Non dabit deo placationem ſuã, & preciũ redemptionis animæ ſuæ.* Et quænam eſt hæc cõſequentia, dixerit quiſpiam? Pulchra, & rectè cohærens, & magnopere depẽdens à prioribus. Quia enim loquebatur de iudicio, & de illa terribili reddenda ratione, & de ſententia quæ corrũpi nõ poteſt: multi autem in iis, quæ hîc ſunt iudiciis, iudicibus emptis ius corruperunt, & è iudicio euaſerunt: ſententiam illam quæ minimè corrumpi poteſt, prædicans, & quẽ prius dixit, timorẽ amplificans, hæc ſubiunxit, oſtendens ſe rectè dixiſſe, oportere vnũ eſſe timorem, nempe eum qui ex peccato proficiſcitur, & nullum alium. Ius enim nõ poteſt illic corrũpi pecunia: nec licet datis donis ſeipſum è gehẽna eripere: nec ſalutem afferre poteſt oratoris defenſio, nec aliquid aliud. Quanuis enim ſis diues, quanuis potens, quanuis alicui notus & familiaris, hęc omnia ſunt illic inutilia. *Luc.16. Matth.25.* Illic vnuſquiſq; ex factis & punitur & coronatur. Quoniam ergo & qui erat ſub Lazaro, erat valde diues, ſed nihil ei profuerunt diuitiæ: & notę erant virgines virginibus, ſed nihil eas iuuit illa familiaritas: (vnũ eſt enim illic ſolum quod quæritur) vos ergo, inquit, qui opibus fiditis, & eſtis circundati potentia, fruſtra intumeſcitis: nihil enim vobiſcũ tranſmittetur in illud iudicium, nõ præſidium pecuniæ, nec vires potentiæ, ſed nec vlla neceſsitudo aut cognatio, nec aliquid eiuſmodi vos illic eripiet. Nõ licet illic ſolutis pecuniis, aut vlla expiatione, aut precio animæ vllum vnquã ſeruari. *Luc.16.* Quid ergo quod dicit ſcriptura, Facite vobis amicos ex iniqua mãmona, vt vos recipiant in ęterna tabernacula? Quidnam eſt quod dictum eſt? Nihil cõtrarium, nec repugnãs prioribus, ſed valde etiam cõſentiens. In præſenti enim vita faciendi ſunt amici, ſoluẽdo pecunias, erogãdo ac cõſumendo facultates in egenos. Nihil ergo hîc aliud ſignificat, niſi largam & copioſam eleemoſynã. Si enim cum nihil eorum feceris, illuc recedas, nemo te defendet. Neq; enim nos defendit illorũ amicicia, ſed quòd ex mãmona amici facti fuerint, propterea adiecit amicos ex mammona: vt ſcias quòd hæc dicuntur tua opera, eleemoſyna, clemẽtia, in pauperes munificẽtia. Nam quòd nec cognatio, nec familiaritas quidquam prodeſt abſq; factis, audi quid dicat propheta, Si ſteterit Noë & Iob & Daniel, filios ſuos & filias ſuas nõ liberabunt. Et quid dico in futuro, quãdo nec in præſenti quidquã iuuat amicicia? Quantũ luxit & defleuit Samuël, & Saulem nõ eripuit? Quantũ precatus eſt Hieremias, & Iudæos nihil iuuit? immò verò etiã dum oraret fuit reprehenſus. Et quid miraris ſi nihil profuit Hieremias, quãdo nec Moſem quidẽ dicit, ſi fuiſſet illo tẽpore, ſeruare potuiſſet Iudæos, quandoquidem eorum inualuerat vicium, nec domo aliquid attulerant? Quantum pro Iudæis lamẽtatus eſt Paulus, dicens, Fratres, bona quidẽ voluntas mei cordis & obſecratio ad deũ eſt p ipſis ad ſalutẽ. Quid ergo valuit eius obſecratio? Nihil. Et quid dico obſecratio? cũ pro eis eſſe etiã anathema optauerit. Quid ergo? ſuntne ſuperuacaneæ ſanctorum preces? Nequaquã, ſed magnas etiã vires habent, quando tu quoq; eis auxiliũ tuleris. Ita etiã Petrus ſuſcitauit Tabithan, non ſolũ oratione, ſed etiam illius eleemoſyna. Ita ſancti orantes alios adiuuerunt. Et hoc quidẽ hîc, vbi ſaltandum & luctandũ eſt. Illic autem nihil horum, ſed eſt ex ſolis factis ſalus. Pulchrè autem hîc ludificatur diuites, & eos qui intumeſcũt. Neq; enim dixit, qui habent pecunias, nec qui magnam habent potentiam: ſed, qui cõfidunt in multitudine diuitiarum ſuarum, & in ſuis viribus gloriantur. eos irridens & inſectans, quod in vmbris cõfidant, & propter fumum ſe iactent & vẽditent. Rectè autem dixit, precium redẽptionis animæ ſuæ nõ dabit. Preciũ enim animæ nõ eſt ne vniuerſus quidẽ mũdus. Et ideo dicebat, Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ autẽ ſuæ detrimentũ faciat? Vt autem ſcias ne vniuerſum quidẽ mundũ eſſe precium animę, audi quidnã? Paulus dicat de aliis ſanctis, Circumierũt in ouinis, in caprinis pellibus, egẽtes, preſsi, afflicti, quibus dignus nõ erat mundus. Mundus enim eſt propter animam. Quẽadmodũ ergo nõ elegerit pater domum pro filio, ita nec deus mundũ pro anima. ſed operibus & rectè factis opus eſt. Vis ſcire quãtum ſit preciũ animarum? Redempturus eam vnigenitus, nõ mundũ dedit, nõ hominẽ, nõ terram, nõ mare, ſed ſuum precioſum ſanguinẽ. Quocirca dicebat Paulus, Precio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. Vidiſti magnitudinẽ precij. Quando ergo eam tanti emptã perdideris, quo modo poteris eam deinceps emere? Chriſtus enim à mortuis ſuſcitatus non amplius moritur. Vidiſti quàm ſit precioſa anima, & quanta ſit eius dignitas. Ne eam ergo negligas, & captiuam efficias. *Et laborauit in æternũ, & viuet adhuc in finem.* Alius interpres dixit, Et quieuit in ſeculũ. Alius, Sed cùm deſierit huic ſeculo, viuet in æternum. Quoniam enim dixit de diuitibus, quoniam dixit de potentibus, & oſtendit ex his nihil lucri fieri: dixit deinceps de iis qui vixerunt in virtute, de iis qui vixerunt in laboribus & afflictionibus, vngẽs & exercens athletas philoſophiæ. Sed cõſidera fructum, quòd homo ſit immortalis, quòd vita immortalis excipit, vita quæ finem nõ habet. Cõſidera ergo quãto ſit melius, cùm hic parum laboraueris, requiem æternam aſſequi, quàm cùm hic tibi parumper indulſeris, perpetuò cruciari. Deinde oſtendens nõ illic ſolum eſſe præmia & coronas, ſed etiam hic quoq; eſſe principia præmiorũ, ſubiunxit: *Non videbit interitum cùm viderit ſapientes morientes.*

Chryſoſt. aſſertor operũ.

Opera noſtra quæ ſunt.

Ezech.14.

1.Reg.15. Hiere.14. Hiere.15.

Roma.10.

Roma.9.

Sanctorum preces.

Actor.9.

Anime dignitas.

Matth.16.

Hebr.11.

Opera neceſſaria ſunt.

1.Cor.7.

Roma.6.

παρηγορία.

Ne mihi dicas, ſolummodo futura promittis: do tibi hîc etiam pignora coronarũ, immò verò arrhã ipſam & præmia. Quo modo, & quãnam ratione? Quoniã qui philoſophatur, & ſpe futurorũ erigitur, ne mortẽ quidem mortẽ eſſe putabit: ſed videns mortuum iacẽtem ante oculos, nõ ita afficietur vt multi, apud ſe reputans coronas, præmia, bona ineffabilia, quæ neq; oculus vidit, nec auris audiuit, vitam illã, vnà cum angelis choream. Quẽadmodum ergo agricola cùm videt frumẽtum diſſolui & interire, nõ abiicit animũ, nec mœrore afficitur, ſed tunc maximè exultat & lætatur, ſciẽs fore vt ille interitus ſit ortus melioris principiũ, & fundamentum maioris fertilitatis: ita etiã iuſtus, qui rectè factis gloriatur, & regnũ quotidie expectat, quãdo viderit mortẽ ſitam ante oculos, nõ angitur, nec ſe afflictat vt multi, nõ vexatur & perturbatur. Scit enim mortẽ iis qui rectè vixerunt, eſſe migrationẽ & trãſitũ ad meliora, & curſum ad accipiendas coronas. Quóſnã autẽ dicit ſapientes? Nõ eos qui ſunt ſapiẽtes, ſed qui ſapientes eſſe exiſtimãtur. Mihi autẽ videtur dicere externos ſapientes,

Elegãs admodum hoc moſis.

Qui hic ſapientes.

sapientes,eos ideo irridens,quòd cum viderentur esse sapientes,stulti facti sint, cum de resurrectione nõ sint philosophati. Quando ergo viderit illos philosophos pereuntes,lamentantes,lachrymantes, cum luctu efferentes, tunc ipsi nihil tale accidet, sed erit telis eiusmodi superior, vt qui bona spe erigatur, & sciat hunc interitum nõ interimere substantiã,sed tantũ mortalitatem,& id solũ quod potest corrumpi,cõsumere.Hęc enim mors nõ perdit corp°,sed cõsumit interitũ. Substantia enim manet, resurgit cum maiori & ampliori gloria,sed nõ omnium.Resurrectio enim est omnium cõmunis:resurrectio autem cũ gloria,est cõmunis eorum qui rectè vixerunt. *Simul insipiens & stultus peribũt,& relinquent alienis diuitias suas. Et sepulchra eorũ domus eorũ in æternum.Tabernacula eorũ in progenie & progenie.Vocauerũt nomina sua in terris suis.* Alius,Quæ sunt intra domos eorum in æternũ. Alius, Habitationes eorum in generationem, nominantes nominibus eorũ terras.Hebręus autẽ hoc dixit,על ארמות al adamoth. Vidisti quo modo non solũm ex futuris,sed ex iis etiam quæ hîc eueniunt, abducit à vicio & ab auaricia,& deducit ad virtutem, in pecuniis cõgerendis insaniam coërcẽs, & eos qui præsentibus inhiant,caq; admirantur,stultos vocans,& id per res ipsas ostendens.Quid est enim,dic quæso, stultius homine qui laborat, & se excruciat, & tantas opes cõgregat,vt ex eius laboribus alij se voluptate expleãt? Quid est hoc inani labore deterius,quando ipse quidẽ sudores& labores perpessus decesserit,aliis aũt diuitias fruẽdas reliquerit, & nec aliquibus quidem necessariis & ei familiaritate cõiunctis, sed sæpe etiam hostibus & inimicis?Et ideo nõ dixit, Aliis, sed alienis,relinquent diuitias suas.Quid est autem,Simul insipiens & stultus peribunt?iis qui prius dicti sunt,inquit.Hîc mihi videtur verba facere de impiis, qui toti rebus præsentibus affixi sunt, casq; suspiciunt, de futuris autẽ nihil philosophantur,ea de causa vocans eos insipientes. Si enim posthac,vt putas,nihil erit,cur teipsum vexas & excrucias vndiq; pecunias congerens,& labores quidẽ sustinens,fructum autem nõ percipiẽs? Et sepulchra eorum domus illorum in æternum. Hoc dicit, sicut erat eorũ existimatio. Tabernacula eorũ in progenie & progenie,vocauerũt nomina sua in terris suis.Alius autem dicit,Quæ sunt intra domos eorũ in æternũ: Hebræus autem קרבם בתימו לעולם carcuã bathumo laholã. Quid hac amentia possit esse deterius,quàm, inquam, putare sepulchra esse domũ perpetuã? quàm in iis gloriã ambitiosè persequi? Multi certè sæpe sepulchra cõstruxerunt magnificentiora domibus.Vel enim hostibus laborant, & afflictantur, vel vermi & cineri, hæc stultè cõsumentes. Talis est eorũ mens & sententia,qui de futuris nihil sperãt.Sed hic mihi venit in mentẽ deplorare,quòd multi etiam eorum qui sperãt futura, illos hac in re imitantur,qui nullam habẽt spem futurorum,sepulchra ædificantes, & præclara monimẽta cõstruentes,& aurum infodientes,& suas facultates ad alios transmittentes.Qui quidem sunt hac in re illis deteriores.Qui enim post hæc nihil expectat,etiã si id facit præter rationem,attamen propterea quòd nihil expectat,suum laborẽ & industriam cõfert in res præsentes.Tu autem homo qui nosti vitam futuram,& bona illa ineffabilia,& quòd ex dicto Euangelico, iusti tunc fulgebunt sicut Sol:quámnam veniam assequeris, quo modo te defendes, quòd nõ suppliciũ patieris, qui hîc omnia cõsumas in puluere,in cinere,in monimẽtis, in hostibus,in inimicis? Vocauerunt nomina sua in terris suis.Ecce aliud genus amẽtiæ,ædificiis,agris,& balneis sua nomina inscribere, & putare se magnam consolationẽ ex eo accipere,& vmbram pro rei veritate persequi.Si enim perpetuam memoriã desideras, ne nomẽ, ô homo,ędificiis inscribas,sed trophęa rectè factorum erigas,quæ & in præsenti vita nomen tibi cõseruant,& in futura vita immortalẽ tibi requiem cõparant. Si sis memoriæ cupidus, ego te doceo viam veram & apertissimam:virtutis curam gere. Nihil enim facit nomẽ adeò immortale,vt natura virtutis.Id ostendunt martyres,ostendunt apostolorũ reliquiæ, ostendit memoria eorum qui rectè & ex virtute vixerũt.Quot Reges vrbes euerterunt,portus extruxerũt,& nominibus suis inscriptis decesserũt,nec tamen eis quidquam profuit, sed silentio & obliuioni mandati sunt? Piscator autem Petrus,qui nihil fecit eorum, quoniã virtutem est persecutus,& ciuitatem maximè regiam occupauit,etiam post mortem resplendet Sole clarius. Quòd tu autem facis, est ridiculum, & plenum ignominia. Hæc enim monimenta nõ solũm nõ te clarum reddẽt, sed etiam facient ridiculum, & ora omnium aperient. Aedificia enim nõ sinunt tuam auariciã,quę obliuioni tradi poterat,tẽporis excursu extingui,& stant veluti columnę & trophæa erecta aduersus auariciam. *Et homo cùm in honore esset,non intellexit:cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Hîc mihi videtur deinceps prophęta deplorare,quòd animal rationis particeps,cui fuit traditum regnum in terris eò declinauerit, vt esset non minus vile & abiectum quàm bruta,dum in rebus vanis laborat, & ea quæ sunt suæ saluti cõtraria molitur, inanem gloriam persequitur,auaricia tenetur,in rebus inutilibus se exercet. Virtus enim est honor hominis, & de rebus futuris philosophari, & omnia procurare quæ ad illam vitam pertinent, & præsentia negligere. Brutorũ enim vita præsentis vitæ limitibus concluditur,nostra autẽ tendit ad aliam meliorem, & cuius nõ est finis. Sed hi qui de futuris nihil sciunt, sunt brutis deteriores:nec ij solum, sed etiam qui sceleratã & perditam vitam agunt,vtpote qui fiant serpentes,scorpij, & lupi propter improbitatẽ, & oues & boues propter ignorationem,& canes propter impudẽtiam. Quid enim, dic quæso, est insipientius iis qui in sepulchris & monumentis operam suam collocant,& ad aliorũ nominum appellationes stant hiantes & mirabũdi?Nihil enim memoriã efficit prętерquam sola virtus,nõ ędes, nõ statua, nõ filij, nõ aliquid aliud eiusmodi. Aedes enim opus est architecti,statua statuarij, filij verò naturæ.Tui autẽ nusquam est memoria.Et ideo vocat eum brutum propheta:quoniam cum ignorationis seruitutem submiserit,bruto deterius ducitur. Illud enim est vtile & aptum ad agriculturam,hic autẽ,qui seipsum subiecit ignorationi, illo etiam in hoc factus est deterior. Quoniam enim superius dixerat quàm esset mens eorum crassa,terrena,vilis & abiecta,& quàm inutilis esset labor eorum in cogendis pecunijs: volens amplificare eorũ accusationem, adducit dei beneficia: quòd solent sæpe facere prophetæ.Esaias enim,cùm esset eos accusaturus, primùm quidem dicit honorẽ quo Iudæi à deo affecti sunt, ita scribens:Filios genui,& exaltaui: ipsi autẽ me nihili fecerunt.Hoc quoq; in loco,vna dictione declarans beneficia quę homines à deo acceperunt,Homo,inquit, cùm in honore esset,nõ intellexit. Quẽnam autẽ dicit honorem? Audi eũ in alio psalmo dicẽtem: Minuisti eũ paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum.Deinde exponens honorẽ,subiungit:

Hominis sui perpetuã di amẽtia:

Virtus, nomẽ immortale parit.

Nempe Romã, velint nolint, Lutherani. Monumẽto vũ cura dãnabilis.

Virtus sola memoriã efficit.

Ignorãtionis ingens.

Esa.1.

Psal.8.

Mors subtilẽ non interimit.

Resurrectio omnis communis.

Sepulchrorũ fastus.

Matt.19.

Morțalitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iũgit:Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius,oues, & boues A vniuerſas,inſuper & pecora cãpi. Volucres cœli & piſces maris,qui perambulant ſemitas maris.Hîc eſt enim honor lõgè maximus,ei in omnia quæ videtur, permiſiſſe dominatum,idq; cum nihil recte geſsiſſet.Cùm enim cum nõdum finxiſſet, dixit, Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtrã. Deinde interpretãs illud,Ad imaginẽ,ſubiunxit,Et prẽſit piſcibus maris,& volatilibus cœli,& beſtiis vniuerſæ terræ.Et hunc breuem & tricubitalẽ,& viribus corporis brutis longè inferiorem,fecit cunctis excelſiorẽ,animam rationis cõpotem ei largitus:quod quidẽ eſt honoris ſignũ maximum.Per eã enim & ciuitates cõdidit, & mare ſecuit, & terram coluit, & artes inuenit innumerabiles,& feras ſuperauit, & quod eſt omniũ maximũ & primum, deũ,qui fecit ipſum,cognouit: & ad virtutẽ deductus eſt,& nouit quid ſit bonum,quid ſecus.Solus ex iis quę B videntur,deũ orat,reuelationes accepit,idq; ſolus: cognouit rurſus multa arcana & ineffabilia, didicit quæ ſunt in cœlis.Propter ipſum terra,propter ipſum cœlũ, propter ipſum ſol & ſydera:propter ipſum lunę curſus, tẽporumq; mutationes & viciſſitudines.Propter ipſum fructº & arbores,& tot genera animãtiũ. Propter ipſũ miſsi ſunt apoſtoli & ꝓphetæ,prꝓpter ipſum ſæpe miſsi ſunt angeli.Quid pluribus opus eſt:neq; enim fieri poteſt,vt omnia perſequamur.Propter ipſum vnigenitus dei filius homo factus eſt,crucifixus,& ſepultus, & terribilia illa miracula facta ſunt poſt reſurrectionẽ.Propter ipſum lex, propter ipſum paradiſus, propter ipſum inũdatio. Nã hoc quoque eſt maximũ genus honoris, eum & beneficiis & pœnis corrigere. Propter ipſum omni priori tẽpore innumerabilia certo conſilio geſta & adminiſtrata ſunt.Porrò autẽ ipſum quoque futurũ C iudicium ſit propter eius honorẽ.Quocirca Iob quoq; dicit:Quid eſt homo quòd duxiſti eũ in iudiciũ?Quẽ admodũ alibi dicit ipſe ꝓpheta: Quid eſt homo quòd memor es eius? Propter ipſum rurſus veniet vnigenitus donans bona innumerabilia. Alia enim iam dedit per baptiſmũ, & ſacramẽta, & myſticã celebrationem: alia verò ſe daturũ eſt pollicitus, regnum cœlorũ,vitã æternam,facturũ ſuos hæredes, & cum eo regnaturos. Quocirca Paulus quoque dicebat,Si ſuſtinemus,& cõregnabimus.Hæc ergo omnia cõſiderãs propheta, eos iure brutis cõparat,qui tantam nobilitatẽ vicio prodiderunt,& ad affectiones illorum deſciuerunt. Hoc ipſum ſæpe faciunt alij quoq; prophetę,impudentem auditorem volẽtes per cõparationem pudore ſuffundere. Et ille quidem dicit, Equi in fœminas inſanientes D facti ſunt. hic verò: Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuum, & aſinus præſepe domini ſui.dicens quidẽ multò Dauide acerbius.Dauid enim dicit,Cõparatus eſt iumentis inſipiẽtibus: ille autem dicit eos fuiſſe magis expertes rationis quàm bruta.Illa enim,inquit cognouerunt poſſeſſorem,Iſraël verò nõ cognouit.Iam vero alibi quoque alius quidã vir ſapiens,oſtendens vel formicis eſſe deteriorẽ virum pigrum & deſidem, & ocio languentem,eum illuc mittit vt diſcat eſſe laborioſius & induſtrius.Vade,dicens,ad formicã ô piger,& imitare vias eius.Illa enim,cum nec agrum cultũ habeat, nec ſit qui eam cogat,nec domini imperio pareat,parat æſtate alimẽtum,& tempore meſsis multa reponit.Rurſus autem iubet ire ad apem. Proficiſcere ad apem, & diſce quòd ea ſit opifex,cuius labores Reges & priuati ad ſanitatem afferũt.Alius verò dicit, Principes tui tãquam lupi Arabiæ.Et alius,Sediſti in deſerto tanquã cornix.

Gene.1.

Animi dignitas.

Hominis dignitas.

Iob.14.
Pſal.8.

Rom.8.
2.Tim.2.

Hiere.5.
Eſa.1.

Homo brutis deterior.

Pro.6.

Eccl.10.

Sepho. iuxta.70 interpretes.

Zachariæ autẽ filius dicit, Genimina viperarum, quis *Matth.3.* vobis oſtendit fugere à vẽtura ira?Et alius rurſus,Ova *Eſa.59.* aſpidum ruperũt,& araneæ telam texunt. Alibi autem *Pſal.139.* idem propheta dicit,Venenum aſpidum ſub labiis eo- *Pſal.57.* rum.Et rurſus,Ira eis ad ſimilitudinem ſerpentis. Tale eſt enim vicium.eum qui talis eſt & tantus, eò redigit, vt ſit non minus ignobilis quàm bruta.Et ideo in præſenti quoque pſalmo cum elegiſſet duo vicij genera,& alia auditoribus reliquiſſet cõſideranda,eos qui illis tenentur,ita pungit.Quid enim fuerit à ratione alienius homine, qui temerè & cum ſui capitis malo ac diſcrimine,orbẽ terræ percurrit, & innumerabiles pecunias colligit,nõ ſibi, ſed aliis qui ipſi quoq; non cognoſcũtur,ſæpe autẽ ſunt hoſtes & inſidiatores? Rectè autem *Eccl.11.* dixit. Relinquent alienis diuitias ſuas. Quid eſt enim ſtultius,quàm(vt hi faciunt)laborem quidem & peccata quæ in his colligẽdis admittuntur, ſuſcipere, alienis verò eorum vſufructu cedere?Deinde cum amore pecunię inanem quoque gloriam adducens in medium, eos pungit vehementiſsimè,dicens, Vocauerũt nomina ſua in terris ſuis. Quid his rurſus eſt à ratione alie- *Inanis gloria.* nius? qui lapidibus & lignis & inanimatæ materiæ ſuã cõmittunt memoriam, & propriam cedunt gloriam? Aliquot enim bonis omnibus euerterũt,& viduas ſpoliarunt,& pupillorum facultates diripuerũt, vt vermi domum facerent ſplendidam, tineæq; & corruptioni magnificos ambitus ædificarent, quòd exiſtimẽt ſuam per ea futuram immortalem memoriã, quæ ne paruo quidem momento tẽporis potuerũt corpora retinere.

Hæc via illorum ſcandalum ipſis. Quænam eſt autẽ hęc via?Studium quod in res eiuſmodi cõfertur, vanus labor,inſana pecuniæ habẽdæ cupiditas,inſatiabilis gloriæ ebrietas:& ante futurum,inquit,ſuppliciũ hic ſit eis ſcandalum & impedimẽtum.Non paruum offendiculum,nõ paruum impedimentum,nõ paruum obſtaculum hęc via eſt ad operationem virtutis.Et ideo dicit, Hæc via eſt ſcandalum ipſorum.Rectè autẽ dixit hanc viam eſſe ipſis ſcãdalum.Sibi ipſis vincula iniiciunt,ſeipſos impediunt. *Et poſtea in ore ſuo complacebunt.* Hoc quod dixit,eſt grauiſsimũ, & cauſa omniũ malorum. Qui enim in his peccãt,& delinquũt, & adeò deſipiũt, ſeipſos fœlices ac beatos eſſe ducunt,& admirantur,& iis quæ fiunt,delectãtur.Vicium autem quod laudatur ab iis qui eo laborant,cõſidera quantam fecit acceſsionem malæ cupiditatis.Si enim dum vituperatur, dum probris afficitur,dum arguitur, dum ab eius qui ſobrij hominis cogitationem parumper ſuſcipit, conſcientia flagellatur dum laceratur,& odio habetur, adeò tamẽ impudẽter viget & inualeſcit,& in dies augetur:quando non ſolùm non fuerint quæ prohibeant,vtpote accuſatio,conſcientiæ reprehenſio,ea quæ fiunt corripere,eorum quæ commiſeris duci pœnitentia, erubeſcere,aſpectum hominũ vitare,flere ac lamentari,ſed omnino contrà ſeipſos etiã laudant qui faciunt,& ſibi en- *In vitiis ſibi placere.* comia componunt, & eo ipſo ſe aliis meliores eſſe ducunt,& poſtquam fecerint,laudant ea quæ fecerũt(hoc enim ſibi vult illud,Et in ore ſuo cõplacebũt)quò non ij deflexerint? aut quid nõ admiſerint? Sunt enim tanto furore perciti,& adeò emotæ mentis, vt etiã quando ſuam libidinẽ expleuerint, quando eos videtes iniquitatem oporteret erubeſcere, exultant, ſibi placẽt,ſe efferunt,eo quod factum eſt delectãtur. Tale eſt enim *Pro.2.* peccatum, vt priuſquam factũ ſit, ſuam velet turpitudinem,ebrietatẽ voluptatis prætexens ſuam abominationem: ſed poſtquam factũ fuerit,& libidinis quidem

voluptas

voluptas parumper cesserit, conscientię autem accusatio inuaserit, nudam ac solam rationē flagellans, tunc maximè cernitur quàm sit pernicioſum. Hi autem nec tunc quidem postquā se expleuerint, sed postquā viderint opes coacernatas, sepulchra excitata, inania ædificia perfecta. cum oporteret eos compungi ac deflere, post hæc etiam, hoc est post opus, postquā res fuerit adimpleta, tunc adhuc magis laborant. Postquā ergo nihil eis relictum est ex seipsis remedij, tūc restat vt deus exequatur quod suum est. Quemadmodum enim qui seipsos condēnant propter ea quæ peccant, quæ à deo ferenda essent sententiā anticipantes euitāt, sicut etiam dicit Paulus: Si enim nos ipsos iudicaremus, non vtiq; iudicaremur: ita quorū tam grauis est morbus, vt nulla ducantur pœnitentia, & peccātes sua peccata non condemnēt, dei in se supplicium cum maxima vehemētia attrahunt. Quoniā ergo hi qui aliena rapiunt, vel qui sua temere profundunt, & quæ in pauperes erogare oporteret, in sepulchra, vermes & tineas consumunt, & nec eorum quidē quæ fecerunt, vlla tanguntur pœnitentia, sed manent ægroti immedicabiliter: audi quid deinceps fiat. Quid ergo fit? Dei tradūtur supplicio & ideo subiūxit: *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.*

Non hic mansuetudinem per nomē ouium significans (quid enim possit illis esse sæuius, qui pauperū quidem nuda corpora, & ventres fame enectos despiciūt, domos autem corruptioni, vermi & tineæ magnificè extruunt) sed facilem eorū interitum, repentinum exitium, & quàm facilè capi possint ab eis qui illis insidiātur. Nihil est enim imbecillius homine qui in vicio vitam trāsigit. Quod his quoq; eueniet. ita concidentur, ita funditus peribunt, & tam facilè deuenient ad inferos, tam breuiter, tā expeditè, tam nullo negotio, quā oues quę mactāt. Hoc est mors, immò verò res est morte acerbior. Post talem enim mortē eos mors immortalis excipiet, & ideo nusquam in sinus Abrahæ, nec in vllam aliam regionē cernuntur recedere, sed in infernum. Hoc pœnæ, hoc supplicij, hoc summi exitij nomē est. Et hic mors eorum vilis est & contemnenda: & eorum illic mora est plena supplicio. Ita etiā solemus dicere de iis qui facilè pereunt, Hic sicut ouis occisus est. Quoniam enim sicut bruta vixerunt, etiā vt bruta pereunt, non habentes bonam spē de futuris. Nec hoc solum, sed etiam magno eorū malo. Mors depascet eos. Hic mihi videtur mortem dicere interitū qui illic est, & supplicium, quemadmodū etiam alibi dicit, Anima quæ peccat, ipsa peribit: non substātiæ ablationem, sed pœnam significans. Persistit autem in metaphora. Quoniam enim dixit oues, eorum quoque pastorem ostendit. Quis autē hic est? Vermis venenatus, tenebræ nunquā cessaturæ, vincula quæ solui nequeūt, stridor dentium. Vide ergo eos vndique puniri. In vita, quoniam eis ad virtutem allatum est impedimentum, quoniam vicij serui & mancipia facti sunt, & superuacaneum & ridiculum laborem susceperūt. In morte, quoniam fuit mors eorum vulgaris, in gloria. In tempore post mortem, quoniam perpetuus eos tenet interitus. *Et dominabuntur eorū iusti in matutino.* Quoniam multi crassiores, & non plus sensu prædīti quā lapides, non habēt certam & claram spem de futuris, sed iis quæ sunt presentia, & quæ videntur, inhiant, eos obscurè tāgit. Deinde cum paucis futura obscurè significasset, confert rursus orationem ad contemptionem eorum & pœnam in vita præsenti, ostendens quā sint imbecilli, viles, & cōtemnendi, & quod licet sint millies diuites, & magna sint succincti potentia, ab iis tamen qui virtutē persequuntur, habentur pro seruis & mancipiis. Et ideo dicit, Et dominabuntur eorum iusti in matutino. hoc est celeriter, continuò, & nec tempore quidem opus habebunt, nec labore nec mora. Talis est enim rerū natura, vt vicium virtuti seruiat, eamq; formidet ac pertimescat, licet illud quidē sit versutum exercitatúmq;, ac præclare instructum, hæc verò nuda, & per seipsam decertans. Atqui contrà videmus malos obtinere dominatum in bonos. Sed ne cōsideremus errorem multorum sentētiæ (is enim ex falsa opinione oritur) sed ipsum rectū rerum iudiciū diiudicemus, & videbis id quod dico, esse potius. Sit enim aliquis malus dominꝰ, & bonus seruus, vel, si mauis, ad aliud maius potiùs exēplum rem deducamus. Sit rex malus, & priuatus bonus, videamus quis sit dominus alterius, & vbinam resplēdet dominatus, quis est qui imperat, & qui paret alterius imperio. Quo modo ergo hoc sciemus? Rex rē malam & scelere plenam priuato imperet, cui bonꝰ priuatus, & qui eius ditioni subiicitur, non modo nō acquiescet, nec obediet, sed eum etiā qui imperat, conabitur abducere ab instituto, licet mori oporteat. Quis est ergo liber? Is ne qui quod vult facit, & ne Regem quidē metuit: an qui ab eo contēnitur, qui eius subest imperio? Et ne in incerto exēplo prolixa vtamur oratione, vxor Putipharis AEgyptia, nunquid erat Regina? nunquid toti AEgypto præerat? nunquid habebat Regem coniugē? nunquid maximam habebat potestatē? Quid verò Ioseph? nō seruus? non captiuus? non famulus emptitius? Non aduersus adolescentulū omnem aciem instruxit, nō alij belli curam committens, sed ipsa descendens in aciē. Quis ergo tūc erat seruus, quis liber? Illāne quæ præcabatur, orabat, & supplicabat, & nō homini, sed improbissimæ animi perturbationi seruiebat: an is qui contemnebat diadema, sceptrum, purpuram, & omnē illam externā speciem ac visionem, & rescindebat eius machinationem? Non illa quidē repulsam passa recessit, & alij rursus animi morbo mācipata est, nempe iræ quæ ratione nō regitur & cedit. Hic verò exiit capite redimito coronis innumerabilibus, & in ipsa seruitute libertatem magis resplendentem ostendens. Nihil est enim æquè liberum vt virtꝰ, nihil æquè seruum vt vicium. Et ideo dicit etiam alicubi quispiam: Sapiens seruus obtinebit dominatum in dominos insipiētes. Quemadmodum enim captiuus, etsi immēsas habeat diuitias, eo ipso facilè capi potest & expugnari ab omnibus: ita etiam qui ab animi perturbationibꝰ captus est, est tela aranex vilior. Quid verò in bello, nūquid eos videmus vincere? Quid verò in rebus tractandis & consultandis, nunquid quæ dicūt firma sunt & stabilia, etsi nullus pareat? Quid autem in iis quæ hanc vitā consequuntur? Nunquid diues quidam tanquam mendicus, vnam guttam rogauit, nec eam impetrauit? Pauper autem, quoniam erat bonus, & virtutis studiosus, nō in maxima fuit fœlicitate, & eadem ei sors quæ Abrahæ obtigit? Quid autem in Apostolis? nunquid vincti, flagris cæsi, innumerabilia mala passi, eos superabant qui illos afficiebant? Cogita ergo quàm animi dubios & perplexos eos reddebant, adeo vt dicerent, Quid faciemus his hominibus? Atqui tenebant eos victos, & in mediis iudiciis comprehēsos, & obtinebant illi quidē locum iudicum & magistratuum: hi verò tanquam rei illic stabāt, & hi tamen illos vicerunt. Vbique deniq;, siquis diligenter consideret, videbit virum bonū vincere virum improbum: eaq; verè est victoria, non ea quæ est multorum, quæ

Hiere.22. *Vicinus vir iusti seruit.*
Rom.6.
1.Corin.11.
Deſit hic quidpiam.
Infernus.
Exec.18. *Pœna animæ, quid.* *Infernum.* *Auarorum punitio.*
Hypotheſis.
Marc.6. *1.Reg.18.*
Gene.39.
Virtus liberos. *Vicium ſeruum.* *Pro.17.* *A ſimili probatio.*
Luc.16.
Rom.8. *2.Corin.4.*
Act.4.
Probitas, improbitatis vbique victrix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ falsa est & errans,& quæ facile cõuincitur, sed illa quæ est firma,stabilis,& immobilis. *Et auxilium eorum veterascet in inferno.* Hoc est,erit imbecillum.Quod autem dicit, est eiusmodi. Non solum hic facilè capi poterũt, nullo opem ferente,nullo manum præbente,omnibus expositi,immò etiã quod est grauius,ne illic quidẽ habebũt qui defendat,& opem ferat, & manum præbeat, & eorum supplicium consoletur. Itaque nec virgines prudentes stultis opem ferre potuerunt, nõ Abraham diuiti,non Noë Iob & Daniel filiis & filiabus. Illud enim,Veterascet,est,erit imbecillum & euanescet,ac delebitur. Quod enim veterascit ac cõsenescit,non lõgè abest ab interitu. *A gloria sua exturbati sunt.* Quòd maximè desiderabant, propter quod omnia faciebant, & nihil non moliebãtur, nempe vt post mortem magnã sibi pararent gloriam per pecunias,per ædificia, per sepulchra, per nomina inscripta in sepulchris, ab eo, inquit,excident,quod eos maxima molestia afficiebat dũ viuerẽt,& hæc scirent.Talia enim ædificia sunt accusationes mortuorum.Nam etsi corpus terra tegatur,lapides tamen vocem emittunt, eorũ crudelitatem & impudentiam quotidie accusantes,communes eos hostes proclamantes,eos qui prætereunt,vt eos diris & maledictis prosequantur,& accusent,inuitantes.Quænã est ergo hæc gloria,accusatorem relinquere non tacentẽ, sed solo aspectu ora omnium aperientem, & apud omnes qui vident & accedunt, eos qui ædificarunt grauissimè increpantem? Quidnam potest cum hac conferri stultitia? quando ea faciunt de quibus puniuntur, pro quibus ignominia afficiuntur, pro quibus accusantur, propter quæ etiã post mortem à multis effodiuntur:ex quibus execrationes,reprehensiones, & crimina innumerabilia in eos intendũt,tam ab eis qui iniuria affecti sunt,quàm qui non affecti sunt. *Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi, quando acceperit me.* Postquam dixit mercedem malorum,& stipendium peccati:dicit etiam præmia bonorum. Quod ipsum consueuerunt etiã facere alij prophetæ, vt ex vtroq; auditorem componant & corrigant,nempe & ex pœnis peccatorũ, & ex præmiis virtutis.Ita ergo se habent res illorum, infamia,labor inanis,ignorantia, risus, dedecus, interitus, mors,tormentum,æternum supplicium,insultandi facilitas,à gloria & securitate excidisse, & viuos & mortuos criminari,accusari, nullũ inuenire malorum solatium. Nostra autẽ contrà se habent omnia, liberatio à supplicio,libertas animæ,securitas,honor, gloria. Hæc enim omnia significauit cũ dixit,Veruntamen deus liberabit animam meam de manu inferi, quãdo me acceperit.Inferos hic dicens suppliciũ, cruciatus illos intolerabiles. Considera autẽ quantus sit honor, nõ propter hoc tantũ,sed etiam propter id quod subiungitur. Cum enim,inquit,acceperit me,tũc ipsum videbo clarius quàm nunc.Nunc enim per fidẽ ambulamus,non per speciem,tunc autẽ facie ad faciem. Redempta autem anima, corpus quoq; erit bonorum particeps. *Ne timueris cũ diues factus fuerit homo, vel cũ multiplicata fuerit gloria domus eius.* Hæc cum ita se habeant, inquit, quid times præsentia?Quid te malè habet inopia? Quid formidas diuitem? Audisti quæ dicta sunt de resurrectione, de bonorũ hæreditate, de supplicio malorũ:quid vmbras deinceps pertimescis? Illa enim sunt firma ac stabilia, hæc verò sunt similia floribus qui flaccescũt. Omnibus itaque aliis prætermissis,arcẽ malorum inuasit, nempe diuitiarũ cupiditatem, ea enim diruta alia quoq; simul destruuntur.Et quo modo non timebo,inquit,eos qui tãtum possunt?Potentia est ad breue tẽpus, vires vnius horæ:transit rerũ successus, vmbras & somnia imitantur pecuniæ,diuitiæ,& honor tantus, & ideo subiũxit, *Quoniam cum interit non sumet omnia,neque descendet cũ eo gloria eius.* Subiungens causam cur non timeat quæ sunt momentanea,venit mors, radicẽ abscidit, & vniuersa μεταφο-
coma decidit cum foliis, & dom⁹ facilè capi potest ab ρά.
omnib⁹. Quemadmodum ergo oues & capræ post se- *Collatio.*
ctionem arborem iacentẽ inuadũt : ita etiam in iis qui hoc modo sunt diuites,multi inimici,multi amici,multi eorum quos beneficiis affecerũt,inueniuntur res illorum perdere & euertere,& qui tot & tanta possidebat, tot pocillatores, tot cocos, crateres aureos & argenteos habebat,tot & tãta terræ iugera, domos,mãcipia, equos,mulos,camelos,castra seruorũ,solus abit, & nemo cum eo discedit, nec ipsas quidem vestes sumens. Quo enim fuerit splẽdidius indutus, tanto lautiorem mensam vermi parans recedit, & sepulchrorũ effossoribus ampliorem cupiditatẽ, & in miserum corpus maiores insidias.Quo se magis exornat,eo in se maiorem contumeliam cõparans,manus eorum qui thecas effodiunt,armãs in seipsum & inuitans. Et quid tũ,inquit. At hic quidẽ certè se iactat,gloriatur,& intumescit vsque ad mortẽ.Immò verò multi ne ad mortem quidẽ, sed *in illos coortis insidiatorib⁹*, quibusiuis reis grauiora passi sunt,pecunia spoliati, infamia notati, *in carcere habitantes.Qui enim heri in curru,hodie in catena:* qui heri obseruabatur ab adulatoribus,*nunc stipatur à* lictoribus:qui vnguenta olebat, *nunc est respersus sanguine:*qui in molli lecto accũbebat,*in duro solo iacet:* qui ab omnibus colebatur,ab omnibus contẽnitur. At in morte eius sunt magnificæ & splendidæ exequiæ.Et *Exequiarũ*
quid ad illum,qui non sentit?maior fœtor,maior hor- *fastus inuidiæ.*
ror, inuidia vehementior, est enim filiis cum mortuo *diosi.*
bellum perpetuum propter illam magnificentiã.Vide autem quàm sit verbum accuratè positum, & quàm sit magna philosophia. Non solum enim eum ex eo percellit quòd nõ vna recedant, sed etiam eum hic omni specie & visione spoliat,& nec diuitias quidem esse ostendit,*quãdo eis fruebatur possidens.*Nõ dixit enim, *cum multiplicata fuerit gloria eius*, sed gloria domus* eius.Hæc enim omnia quæ enumerauí,fontes,ambulacra,porticus & balnea,aurum & argẽtum, equi & muli,stragulæ,vestes,& indumenta,sunt gloria domus,nõ hominis qui domũ habitat. Hominis enim gloria est *Virtus,vni*
virtus,vnde etiam recedit vna cum possessore. Manet *ca hominis*
autem ipsa domus gloria,immò verò ne manet quidẽ, *gloria.*
sed etiam vna cum domo dissoluitur, nec quidquam ei profuit qui in ea versabatur : neque enim erat illius. *Quia anima eius in vita ipsius benedicetur.* Postquam dixit de eius gloria & diuitiis,nunc transit ad dicendum de laudibus. Quia enim diuites hoc magno studio persequuntur, assentationem in foro, obseruantiam à populo, publicas laudationes, simulatione referta encomia,magnumq; esse videtur in theatris, in cõuiuiis, in iudiciis plausu excipi,ab omnibus prædicari,beatũ existimari:vide quo modo hoc quoq; detrahit,ex tempore.In vita enim eius,inquit. Hoc est,hæc obseruãtia,& hoc laudibus affici,est ad præsentẽ vsq; vitam: vna autem cũ aliis hoc quoq; dissoluitur, vt quod sit caducũ & momẽtaneum,sed etiam quando id timore exhibetur à laudantibus & bonis verbis prosequentibus,post mortem recidit in contrarium, quãdo detracta fuerit persona metus. *Confitebitur tibi cũ benefeceris ei.* Vide quo modo accusat etiam eorum beneficia. Tu enim assentaris &

Malorum & bonorũ merces.

Inferi.

Mathæ 25.
Ezec.14.
Luc.16.
Heb.8.

Monumẽta superba,accusationes mortuorũ.

1.Corint.5.

Cupiditas diuitiarũ, arx mali totius.

taris & obseruas,quandã ad tempus obseruantiã simulans:ille autem habebit etiam tibi gratias, à te emẽs vt quæ sunt ei grata facias,& magno emens,tunc tibi, inquã, aget gratias.Hoc enim tibi vult illud, Cõfitebitur tibi quando benefeceris ipsi.Non dixit,quando feceris quod sit vtile,quãdo benefeceris,sed quando quæ sunt ei cordi,& quæ ex eius animi sententia feceris, ostendes vtrinq; esse damnum,& ex ficta assentatione,& experniciosa ministerio.Et quis eum. * Desuntpermulta.*

IN PSALMVM XLIX.

Psal.81. 1.Corin.8. Exo.22. Gene.6. Leuit.24. Ioan.10.

Deus deorum locutus est,& vocauit terram a solis ortu vsque ad occasum. Ipse quoq; dixit alibi, deus stetit in congregatione deorum. Et paulopost, Ego dixi,Dij estis.Et Paulus: Etsi enim sunt qui dicuntur Dij & domini multi. Et Moses, Diis non maledices.Et alibi,Videntes filij dei filias hominum.Et rursus idem, Qui execratur deũ, peccatum accipiet, qui autẽ nominat nomẽ domini,lapidibus obruetur, & rursus, Dij qui cœlum & terram non fecerunt,pereãt. Quósnã ergo significat per hoc nomẽ in illis testimoniis,& quosnam hic dicit Deos?Principes.Quocirca subiũgit etiam,Diis nõ maledices,nec principi populi tui.Dicit etiam eos qui ex parẽte aliquo insigni virtute prædito originẽ duxerunt.Quoniam enim Enos,qui summam ostendit virtutem, dei nomine vocatus est:qui autẽ ex illo nati sunt, omnes, & nepotes fratris illius, inter se

Gene.4.

coniungebantur:filios dei vocat qui ex viro bono genus duxerant.Cœperunt enim,inquit, vocari nomine dei.Dicit etiam populum Iudæorũ,qui hac appellatione honestatus est,dũ dicit, Ego dixi Dij estis,& filij excelsi omnes. Et alius, Filius primogenitus meus Israël,

Psal.81. Exod.4. Quãd cœperũt Iudæorum populus.

Sic enim vocabat eorum populum propter suam benignitatem.Sic etiã soluitur illud, Qui execratur deum, peccatum accipiet.Hoc est,qui principi maledicit,peccat. Qui autẽ nominat nomen dei,obruetur lapidibus Hoc est, qui iis qui non sunt, eius qui deus est, nomen tribuit.Quia enim non potest eius peccato ignosci, in ipsum grauissimum constitutum est supplicium.Dicũ-

Dij gentiũ.

tur etiam Dij gentium,non propter honorẽ,nec quod ita sint appellãdi, sed propter eorum qui decepti sunt, & illos ita vocarunt,errorem.Quapropter dicit quoq;

1.Corin.8.

Paulus:Nam etsi sunt qui dicuntur Dij, significans eos non esse deos, ne appellationis quidem honore tenus.

Deus deorũ dominus. Exo.32. Nume.21. Esaiæ 1. Hiere.2. Ephes.6. 1.Corint.5. Ephes.2. Philipp.2.

Hic ergo de quibusnam dicit, Deus deorũ:Mihi videtur dicere de Diis gentium, non vt qui sint,sed vt qui ita existimentur ab iis qui in errorem abducti sunt. Quoniam enim erat crassior Iudæorum animus, & à cultu idolorũ non erãt omnino liberi, sed simulachra mirabãtur,& multas iniquitatis habebãt reliquias: vel ex eo ipso eorum animos & spiritus extollit, ostẽdens illum eorum esse dominum.Nam est ipsorum quoque dæmonum dominus,loquens de ipsis substantiis,malã autem mentem & omne vicium ipsi ex sese inuexerũt. Videtur autẽ mihi hic quoq; Psalmus cohærere priori. Nam in hoc quoq; scripta est reprehensio & accusatio eorum qui deliquerunt. Sed illic quidem omnem orbem terræ vocauit ad audiendum, hic autem ipsa elementa,quæ extensa sunt per omnẽ orbem terræ.Aliud est hic theatrum,& aliud auditorium.Illic sunt gentes, terrigenæ,diues,pauper:hic cœlũ & terra.Ipsum quoq; deum introducit disceptãtem, & ei tribuit orationem defendentis causam suam apud populum Iudæorum. Maiore itaq; nobis attẽtione opus est. Hoc etiam facit alius propheta, & introducit deum causam suam agẽtem,& statuit loco iudicum voragines & fundamenta terræ. Audite enim,inquit, voragines, & fundamenta terræ. Quoniam iudicium est deo cum populo suo, & cum populo disseret.Et rursus,Iudicio contẽdet vobiscum,& cum patribus vestris. In multis autẽ locis scripturæ potest videri hæc figura: q̃ quidem est in primis admirabile,& dignum dei benignitate. Ostẽdit enim eius ineffabilem bonitatem, qui se adeo demiserit, vt cum hominibus iudicio contendat. *Ex Sion species decoris eius.* Habet aliquid propheticũ,habet etiam historicum,quod dictum est. fuit enim & in veteri ex illo eiꝰ decor.Templum enim sancta sanctorũ, omnis cultus, omnisq; forma ac ritus legis veteris, multitudo sacerdotum,sacrificia & holocausta,sacri hymni & psalmodiæ,& omnia illinc proficiscebantur, & typus futurorum illic antè descriptus fuerat.Postquam autẽ veritas quoq; adfuit:ea rursus illinc quoq; cepit initium.Illinc enim crux resplẽduit. Illinc innumerabilia quæ prælarè ab eo gesta sunt. Et ideo Esaias quoque scribens de lege noui testamenti, dicit, Ex Sion egredietur lex, & verbum domini ex Hierusalem, & iudicabit in medio Gentium.Sion enim hic dicit locum integrum,& ciuitatem quæ iuxta illam sita est,Iudæorum metropolim. Illinc enim tanquam ex quibusdam carceribꝰ pernices equi,nempe Apostoli, emissi sunt in omnem orbẽ terræ.Illic cœperunt signa,illic fuit resurrectio,illic ascensio,illic proœmia & initia nostræ salutis.illic arcana illa cœperunt prędicari dogmata ac decreta.Illic primũ pater reuelatus est,cognitus est vnigenitus, & data est tanta gratia spiritus.Illic Apostoli reuelarunt sermonẽ de rebus incorporeis,de donis,de potestatibus,de futurorum bonorũ promissionibus. Quæ omnia propheta considerans,vocat eius decorem. Dei enim species ac decor est eius bonitas ac benignitas,& in omnes beneficentia. *Deus manifestè veniet,deus noster & nõ silebit.* Vides quo modo procedens aperit sermonem,& reuelat thesaurum,& lætiorem emittit radium,dicẽs:Deus manifestè veniet.Quando enim non venit manifestè? Quãdo?In priori aduentu:venit enim absque vllo strepitu, multos celans,& multos latẽs. Quid dico multos?cum nec ipsa quidẽ virgo,quæ eum vtero gestabat,nouerat arcanum mysterij:nec eius fratres credebant in ipsum: nec is qui videbatur esse pater,magnũ quid de eo concipiebat. Et quid dico homines? Ipsum quoq; diabolũ latuit.Neq; enim si sciuisset,tanto post tempore in mõte eum interrogasset an esset dei filius,neq; id semel & bis & tertio hoc fecisset. Et ideo dixit Ioãni eo reuelare incipienti:Sine modo,hoc est,tace nunc, neq; enim tempus est vt reueletur arcanum carnis susceptæ consilium, volo adhuc latere diabolum, tace ergo, ita enim nos decet. Et cum à monte descendisset, iussit vt eum esse Christũ nemini dicerent. Tunc enim venit vt pastor qui quærebat ouem quæ aberrauerat, & qui repugnantem feram venari volebat,& ideo seipsum adumbrabat. Quemadmodũ enim medicus nõ est protinus ægroto terribilis:ita nec ipse in principio se voluit aperire,sed paulatim & sensim.Hunc itaq; eius aduentum, qui fuit absq; strepitu,significans hic ipse Propheta, dicit procedens,Descendet tanquam pluuia in vellus,& tanquã stilla quæ distillat super terram.Neq; enim venit personans ac perstrepens, nõ turbãs ac tumultuãs, non terram mouens,non fulgura emittens,nõ cœlum concutiens,non populos Angelorum immittens,non medium firmamentũ disrumpẽs, & ita super nubẽ descendens, sed absq; strepitu per vterum virginis, cũ ea nouem

Decor ac species dei. Psal.71. Aduentus christi prior occultus. Miriũ hoc. Luc.1. Ioan.7. Matth.1. Matth.4. Matth.3. Matth.17. Marc.9. Luc.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouem mensibus illum tulisset,tanquam fabri filius in
Luc. 2. præsepi paritur in vilib⁹ fasciis,insidiis appetitur,fugit
Matth. 2. cum matre in AEgyptum. Deinde post mortẽ eius qui
maxima scelera admiserat,tunc reuertitur,& huc & illuc obiens,habitu semper erat vt vnus ex plebe:& erat
illi vestis vilis,& mẽsa vilior:perpetuus itineris ingressus, & ita perpetuus, vt ex itinere etiam defatigaretur.
Ioan. 4. Sed non tunc sic veniet,sed adeo manifestè,vt ne vllo
Aduentus posterior, manifestus. quidem opus habeat qui eius aduentũ annunciet.Propterea ipse quoq; eius claritatem significans,dicebat,Si
audieritis Christum esse in penetralibus, si in deserto,
Matth. 24. nolite exire,Sicut enim fulgur exit aboriẽte,& relucet
vsq; ad occidentem:ita erit aduentus filij hominis,ipse seipsum ostendens ac prædicans. Nam hoc etiã in fulgure euenit, nec opus habemus aliquo qui annunciet,
sed simul ac apparuit,& omnib⁹, & simul omnibus co-
1. Thess. 4. gnitum extitit.Ita etiam dicit Paulus:Quoniã ipse dominus in iussu,in voce Archãgeli,in extrema tuba de-
Dan. 7. scẽdet de cœlo. Ita etiam propheta vidit eum ferri super nubes,& fluuiũ ante eum protrahi, & tribunal terribile,& quæ vitari non possunt,vitæ reddendas rationes. Tunc enim, tunc iudicio & sententia opus est. Et
ideo nõ amplius vt medicus,sed vt iudex apparet.Daniel itaq; & thronum ei⁹ videt,& fluuium qui ante tribunal trahitur,& omnia illi ignita ostẽduntur, currus
& rotæ:sed non in principio, nec quãdo in primo aduentu venit,tale quid ostẽdit, non ignem, non fluuiũ,
Luc. 2. non aliquid aliud eiusmodi, sed est præsepe diuersorium,tuguriũ,& pauper mater. Quanquam alioqui ex
hoc quoq; ostendit eum esse à conuersione & mutatione alienum. Quoniam enim dixit eum qui sedet super
thronum,habere capillũ candidum vt lanã, & vestem
sicut niuẽ:ne pilos vestẽmve existimares, sed splendo-
rem ac puritatem,ignem vbiq; esse dicit. *Ignis in conspectu eius exardescet,& in circuitu eius tẽpestas valida.* Ita etiam
hic simul eũ esse mutationi & conuersioni minimè obnoxium,lucidumq; & inaccessum,ostẽdit per has similitudines.Neq; verò sistit ad ignem vsq;, sed volens o-
Procella. stendere vehementiam supplicij,subiungit dicens, Tẽpestas valida. Græcè est καταιγὶς. Est autẽ catægis, vel
intolerabilis massa niuis,quæ quicquid inciderit cõuel lit & euertit,vel vehemens ventorũ impetus,qui idipsum efficit,& est iis quæ occurrũt, intolerabilis. Volẽs
enim ostendere illud suppliciũ esse intolerabile,adduxit has similitudines, *Aduocauit cœlum desursum, & terram*
Elementorũ vsus quis. *discernere populũ suum.* Rursus meminit elementorũ, per
quæ bona innumerabilia ad genus hominũ peruenerunt,non solũ ad vitam & cõstitutionem corporis,sed
etiam ad dei cognitionẽ. Pulchritudines enim & magnitudines & rationes situũ & substantię ex quibus cõstant hæc elementa,& quæ ex eis fiunt,& quæ generali ter omni tempore,& quæ sæpe sigillatim eueniũt, hæc
omnia corpora alunt & constituũt,& ad dei cognitio
Rom. 1. nem deducunt. Et ideo dixit Paulus:Inuisibilia eius ex
creatura mũdi operibus intellecta perspiciuntur, æternaq; eius potestas ac diuinitas.Et rursus, Quia enim in
1. Cor. 1. sapientia dei non cognouit mundus per sapientiam deum,hoc est, per sapiẽtiam quæ cernitur in creaturis,
vt quæ non sit parua, sed vel maxima & clarissima doctrina.Atq; quæ quotidie quidem per eum fiunt,etiam si videantur fieri ex naturæ consequentia: ipsa tamen
etiam opificem prædicant.Opifex enim est naturæ dominus. Ne mireris autẽ si ad Iudæos dirigat orationẽ,
de generali iudicio differens. Ita enim Paulus quoque
Rom. 2. dicit,Ira & indignatio,tribulatio & angustia super om-

nem animam hominis operãtis malum, Iudæi primũ, & Græci. Et rursus,Quicunq; sine lege peccarunt, sine
lege & peribunt:& quicunq; in lege peccarunt, per legem iudicabuntur. *Congregate illi sanctos eius,Qui ordinant testamẽtum eius super sacrificia.* Curnam quos est accusaturus,& quos cõdemnaturus, sanctos hoc in loco appellat?Accusationem augens,& honorẽ adiiciens,ad ma- *Dignitas accusationẽ auget.*
iorem significationem supplicij. Ita etiam nos quoque
quãdo viderimus aliquos peccasse,& volumus eos vehementius insectari, cum eorũ dignitatibus eos vocamus,vt grauiorem reddamus accusationem,dicentes:
Voca Diaconum,vel Presbyterum.Quoniam ergo hi *1. Pet. 2.*
quoq; appellabãtur regale sacerdotium,& populus peculiaris, & eo nomine sibi valde placebant: ex eo ipso
contexit criminum magnitudinẽ.Qui ordinant testamentum eius super sacrificia.Quoniam eũ multa innumerabilia auderent,& tot in se viciorũ genera susciperent,rapientes,in bona aliorum per auariciã inuadentes,occidentes,adulterantes,sanguinem sanguine miscentes:existimabãt præclarè se gerere, & legem ac testamentum adimplere si oues & vitulos sacrificarent,
ideo probra illis ingerens,eosq; irridens,dicit,Qui ordinant testamẽtum eius super sacrificia,hoc est, qui ad
salutem sufficere existimant, si animalia brutorũ sacrificent. *Et annunciabunt cœli iusticiam eius.* Volens hic rursus ostendere eius iusticiã esse claram,nitidam,apertã,
cui contradici non potest,& quæ in confesso est:introducit elementa insensilia eam prædicantia,eadem quã
prius dixit figura. *Quoniã deus iudex est.* Ius,inquit,vnicuique definiens. Neq; enim temere posuit illud,iudicare,sed vt ostenderet eũ etiam esse iustum,& aliis red
dere ꝙ iustum.In deo enim illud iudex,pro iusto sumptum est, quemadmodum Paulus id quoq; posuit dicens:Nam quo modo iudicabit deus mundũ? Hoc est *Rom. 3.*
enim maximè iudicium.hoc est maximè esse iudicem,
non solum ferre sententiam sed eã iustè ferre. Iudicabuntur autẽ Iudæi,& qui tunc erãt,& qui postea in nouo se iniquè gesserũt: illi quidem & naturam & legem
habentes accusatricem:hi autem cum eis ea etiam quæ
illis fecit Christus.Quid enim poterunt dicere,vel quã causam afferre, quare non crediderint? Sed ea quæso
quæ dicũtur attendite,vt positis ora eorũ qui contradicũt,obstruere.Satius est enim eos à nobis victos nũc
corrigi,quàm se vincere putantes illuc abire,& condẽnari à communi iudice orbis terræ. Quidnã ergo poterunt dicere Iudæi quamobram Christum interfeceriut?Quódnam paruum vel magnũ crimen ei possunt
obiicere?Quód se deũ faciebat,inquit. Atqui non erãt *Ioan. 10.*
hæc verba quo tẽpore crucifixus est, sed quædam alia.
Non enim dicebant,Qui facit seipsum deum,sed,Qui *Ioan. 19.*
facit seipsum regem,nõ est amicus Cæsaris. Atqui vo- *Luc. 23.*
luerant eum sæpe regem eligere,& aufugit. Sed antea, *Iob. 6.*
inquit,ei crimini dabant quòd se deum fecisset. Quid
hoc ad rem?Si enim falso & iniuria, & eũ verè non esset:iustè fuit crimen intentatũ.Si autem iustè,cum adorasse nõ crucifixisse oportuit. Videamus ergo nũquid
cum esset verè deus,Deum seipsum faciebat,hoc est,ostendebat & demõstrabat.Vndènam ergo vis hoc cognoscere?Ab iis quæ tunc facta sunt,an ab iis quę nunc
fiũt?Ab iis quæ in partu facta sunt? Quis vnquam natus
est é virgine?Quis talem stellam ostendit? Quis autem
Magos tanto duxit itinere, non vi aut necessitate,sed *Matth. 2.*
sua persuasione ac reuelatione?Vides vniuersam creaturam dominum cognoscentem, Prima cedit natura,
nec potest repugnare nec contradicere,dicẽs, partum

non ex-

non expedio: non didici ex vtero virginis infantē in lucem producere: non noui matrē facere absq; coniugio, sed suis cessit finibus, suū enim dominum cognouerat. Iam verò eo nato Angeli adfuerunt, eum qui est in cœlis, esse in terra significantes: & cœlum terra facta est, vtpote quòd rex hic esset: & Magi adorarūt. qui ex tam remotis locis venerant: & infans quidē in Palæstina iacebat in præsepi: illi verò ex barbara regione tantum honorem tantumq; cultum afferebant, quantum æquum erat deo offerri. At hæc quidē fortasse non admittent, sed alia signa quærēt in præsenti generatione. Sed nec hæc quidē nobis deficient. Talis enim res est veritas: abundat iustis rationibus quibus suam causam tueatur. Nam hic maximè ne vllam quidē possunt vmbram afferre contradictionis. Nā etsi non aderas quando nascebatur ex virgine, oportebat tamē credere prophetæ dicenti, Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium: & vocabunt nomē eius Emmanuel. Si non aderas quando carne tectus terram obibat, & simul cū seruis versabatur dominus, lege Hieremiā, & ille tecum loquetur sic dicens: Hic est deus noster: non reputabitur alius præter ipsum. Inuenit omnē viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israēli dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cū hominibus conuersatus est. Iam verò in aliis quoque omnibus, videbis prophetas, quorum libros hac de causa in hodiernum vsq; diem frustra versas & agitas, hæc omnia apertè prædicare. Sed eiusmodi quidem certamina sæpe aduersus eos à nobis dicendo suscepta sunt, & sæpe suscipientur. Nūc autem quæ sunt suscepta prosequamur. Annunciabunt cœli iusticiam eius, quoniā deus iudex est. Hic mihi videtur dicere iusticiam, maximā eius curam, & summā in eos ipsos benignitatem, multiplicē variam ac multiformem in homines prouidentiā, per creationem, per legem, per gratiam, per ea quæ sub visum cadūt, & quæ non cadūt, per prophetas, per Angelos, per Apostolos, per supplicia, per beneficia, per minas, per promissa, per ordinem tēporis. *Audi populus meus, & loquar tibi.* Vide rursus benignitatem & mansuetudinem ex ipso proœmio. Perinde enim ac si homo quispiā homini tumultuanti & turbas excitāti diceret, Si audias, loquar: Si attēdas, dicam: ita etiam seruis dominus, Si me audieris, inquit, dicam. erāt enim pigri ac negligētes, & ne tantillum quidem legum lectioni quietam præbebant audientiam. Id autem significans quispiā propheta, dicebat: Ero eis tāquam vox psalterij dulce canentis. Sæpe autem iubebant prophetis ne prophetarēt, immò verò eos quoq; vexabant & agitabant. Ita etiam videtur rex mirari & prohibere alicui prophetę ne populi concionē conuocet. *Deus deus tuus ego sum.* Non temerè sita est hæc conduplicatio: sed quoniā iis loquebatur qui erāt surdi, & orbi, & nullo sensu prædīti, loquitur de eo dominio, mox futuræ narrationis optimum hinc sumens exordiū, ostendens eos illi debere libertatē, & æquum esse vt illi soluant debitū, tanquam serui domino, tanq̄ opera opifici, tanquā maximis beneficiis & honoribus affecti. *Non in sacrificiis tuis arguam te. Holocausta autem tua in cōspectu meo sunt semper.* Ita etiam eos accusant prophetæ, q̄ potiore virtutis parte contempta, salutis spem in eis reponebāt. Ad se enim defendendos hæc erāt allaturi. Sacrificamus, holocausta offerimus. Sed nō accesi, inquit, de his litigaturus, nec q̄ hæc cōtempta essent vos accusaturus. Esaias autē eos etiam insectatur vehementius, dicens: Quid mihi multitudinē sacrificiorum vestrorū? Plenus sum. Holocausta arietū, & adipem agnorum & sanguinem taurorum & hircorum nolo. Quis enim requisiuit hæc de manib⁹ vestris. Atqui permulta dicta sunt de sacrificiis. Sed non hæc decernit tāquam hæc velit principaliter: sed ad infirmitatē eorum se demittit. Hieremias quoq; dicit, Cur mihi fers thus ex Saba, & calamum aromaticū ex terra longinqua? Omnes deniq;, vt semel dicam, prophetæ hoc nihil magni esse dicunt. Quocirca ipse quoque incipiens sic dicit, deus tuus ego sum: ex eo ostendens ipso esse indignam hāc colendi rationē. Deum non fumo, nec nidore, sed per optimam vitæ institutionē incorpoream, & in mente sitam, colere & honorare oportet. Sed non sic externorum dæmones, immò etiā hæc requirunt, & hoc videtur ostendere quidā poëta apud Græcos, dicens, Hoc nos sortiti sumus munus, deus autem noster nō sic. illi enim humanum sanguinē sitientes, & eos ad has cædes volentes paulatim pellicere, hæc petebant assiduè. Ipse autem cū vellet eos paulatim ab occisione brutorū abducere, hac demissione vsus est & permisit sacrificia, vt sacrificia tolleret. *Non accipiā de manu tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniā meæ sunt omnes ferę syluarum, iumenta in montibus, & boues. Cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est.* Vides quo modo paulatim erigit eorum mētem, qui in terras defixi & curui sunt, excæcatā eorū mentem aperiens, & ostendēs se hæc iussisse non q̄ eis egeret, nec lege sanxisse quod ea admitteret. Si enim, inquit, ita coli vellē, cum omnem terram quæ sub sole est, dominatu obtineā, & omnia creauerim, procurarē vt mihi lauta & opipara fierent sacrificia. Deinde eos etiam irridens ac reprehendēs, vt magis pugnat accusatio, subiūxit: *Si esuriero, non dicā tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius.* Quoniā enim ipse ea cōcessit, vt eos paulatim ab eis abduceret: ipsi autem in re adeo vili & q̄ abiecta perstiterunt, cū ex ea ad illorum infirmitatē demissione nullum magnū fructum cepissent, propterea crassius & humanius differēs, dicit, Si esuriero, non tibi dicam. Hoc est, Neq; esurio. (deus enim non esuriet, neque defatigabitur) nec si his vellem coli, deessent mihi innumerabilia sacrificia & holocausta. Omnia enī mihi affatim & abūdē suppetunt, & cū sim ipse dominus, mea volo à te accipere, vt hac via & ratione te ad meā amiciciam attrahā, & à rerum inanium consuetudine abducam. Deinde rursus eum erigens ad id q̄ est sublimius, subiūgit: *Numquid manducabo carnes taurorū, aut sanguinem hircorū potabo?* Hæc, inquit, ne hominibus quidē iusti facere, sed etiam maximū constitui supplicium iis qui vescuntur sanguine. Quo modo ergo indigerē sanguine, qui seruos meos à tali esca abduco? Cum hæc ergo omnia repulisset, & se esse indigna ostēdisset, & accusationē permultis falsis ac ridiculis dictis respersisset, non eo in loco loqui desiit, sed ostendit aliū modum sacrificij, functus hac in re optimi medici officio, vt abducēs à rebus inutilibus, ea quæ iuuare possint vulnerib⁹ applicet. Postquā enim hæc perfecit, dicit: *Immola deo.* Et quo modo sacrificabo, inquit? Absq; sanguine. Hoc enī sacrificium deo maximè conuenit. Et ideo cū dixisset, Sacrifica deo, subiunxit, *Sacrificiū laudis.* hoc est, gratiarum actionis, sacrorū hymnorum, eius quæ fit per rectè facta glorificationis. Quod autē dicit, est eiusmodi. Ita viuas vt domin⁹ tuus glorificetur. Quod etiā Christus docuit, dicēs: Luceat lux vestra corā hominibus, vt videant bona vestra opera, & glorificent patrē vestrum qui in cœlis est. Laus enim nihil est aliud quā laudatio, gloria, & celebratio. Sit ergo vita tua eiusmodi, vt tuus laudetur ac celebretur dominus, & perfectū obtulisti sacrifi-

Veritas firma est. *Esaiæ 7.* *Baruch 3.* *Repetitio attentionem excitat.* *Esaiæ 1.* *Exo. 33.* *3 Reg. 19.* *Hiere. 2.* *Luc. 7.* *Hieremi. 6.* *Deus vt sit colendus.* *Dæmones* *sacrificia requirunt.* *Sacrificia cur Iudæis permissa.* *Sacrificium deo gratū.* *Matth 5.* *Laus.* *Leui. 7.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma.12. sacrificiū. Hoc sacrificium Paulus quoq; requirit, dicēs, *Psal.68.* Exhibete mēbra vestra hostiam viuentē, sanctam, deo placentē. Et rursus hic ipse propheta alibi: Laudabo nomen dei mei cū cantico, magnificabo ipsum cū laudatione: & placebit deo plus quā vitulus iuuenis cornua producens & vngulas. Ita etiā sacrificauit Iob post plagas illas quæ naturā superabāt, gratias agēs, & hæc verba loquens: Dominus dedit, dominus abstulit: sicut do- *Iob 1.* mino placuit, ita factū est: sit nomē domini benedictū. *Et redde altissimo vota tua.* Hic dicit supplicatiōes, suades vt in oratione assiduè perseuerem⁹, & quæ professi fuerimus, cū celeritate reddamus. Pulchrè autē dixit, redde. Post promissionē enim efficitur debitū. Ita etiā Anna reddidit filiū, vt debitum maximū. tu ergo siue promittas eleemosynā, siue vitā pudicā, siue aliquid aliud tale, ad id exoluēdum festina. Siquis autē exactè perpēderit, etsi minimè promittatur, virtus tamē ei debetur. Id autem Christus significās, dicebat: Quæ enim debuimus facere, fecimus. Atqui dixit parabolā serui, cui erat *Luc.17.* minimum impetratū ministerium, nēpe vt nō accumberet, sed transiret, & ministraret. Porrò autē quidam *Eccle. 5.* alius quoq; dicit, Ne tardaueris reddere votū tuū. Pollicitus es: redde, ne fortè mors te inuadat, & id rescindat. Et quid ad me, inquit? Vita enim non erat in mea potestate. Et ideo differre non oportuit, dū cogitas esse incertum exitū, & non esse in tua potestate aut viure, aut hoc è loco excedere. Quod ergo videris pro tua defensione afferre, id planè te arguit. Neq; enim mors in causa fuit quo minus redderes, sed tua mora ac dilatio. *Et invoca me in die tribulationis tuæ: & eruā te, & honorificabis me.* Vides copiosam dari mercedem. Quid ergo potest conferri cū hac benignitate, quando dat nobis mercedem virtutis, & mercedē longè maiorē laboribus: eaq; datur in tēpore admodum opportuno? Et cur, inquit, dixit, Invoca me? Cur expectat vt à nobis invocetē? Volens in nobis efficere maiorem familiaritatē, & vehementiorem quæ cū eo intercedit amiciciam, dādo, invocando, & accipiendo. Virtus enim deo familiarē efficit. Id ipsum facit remuneratio. Rursus autē vota ac preces hanc familiaritatē conciliant. Et ideo dicit, Da *Matth.19.* mihi, & do tibi. Quin etiā in dando vna accipis. Ipse e- *Luc.9.* nim his non indiget. Quamobrē si fueris moderatus, *Psal.15.* mansuetus, & pudicus, deo ex hoc nō aliquid accessit, *Iob 24.* sed teipsum effecisti meliorē & clariorem: & tamē pro his, tanquā quæ ipsum iuuarent, maximas mercedes & coronas constituit. Quin etiam ante illas coronas non parua voluptate frueris, vt & qui bonam tecū circunferas conscientiā, & bona spe in posterū erigaris. Diem autem afflictionis hic dicit, non calamitatē nec fortuitorum casuum, sed quod siue peccatum bello impetat, siue diabolus obsideat, malas inuehēs cupiditates, magnum auxilium assequeris. Et eruā te, & honorificabis me. Hoc rursus dicit, non egēs nostra gloria. Quo modo enim egeret, qui est deus gloriæ? sed vt per hymnū gratiarum actionis fiat memoria beneficij, & sit vehementior in eum affectio, quòd primo fœlicitatem maximam accipiamus. Neq; verò à decoro aberraueris, si dixeris eum dicere diem afflictionis, & diem futurum. *Affectionis præsentis & futuræ collatio.* Illa enim nunquam cessat afflictio. Atq; hic quidem & mors aduenies soluit calamitates, & amici cōsolantes, & finis qui expectatur, sæpe etiam rerum quæ speratur mutatio, & diuturnitas temporis mollit ac mitigauit perturbationem animi, & res aduersæ propinquorum. Habere enim ærumnarum socios, & videre multa eiusmodi exēpla, visum est multis esse quid magni ad consolationem. Illic autem nihil est eiusmodi, neque enim adest aliquis qui consoleē, sed est solitudo maxima amicorum. Non lōgitudo temporis mollit dolorem. quo *Matth.25.* modo enim, cum flāma perpetuò impendeat? Nō spes liberationis. est enim æternum suppliciū. Non mortis expectatio. est enim pœna æterna, & sunt etiā quæ puniuntur corpora immortalia. Et ne hoc quidem quod videtur multis afferre solatiū, quod videantur scilicet alij puniri. Primum enim non possunt videri qui puniuntur, cum tenebræ quæ sunt instar sepimēti, oculis caliginem offundant. Deinde magnitudo doloris ne sinit quidem admittere sensum huius cōsolationis. Dies ergo nihil ex ea re acceperit solatij, nec ij qui stridٍent dentibus. *Peccatori autē dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas?* Vidisti lyram perfectā, cytharam bene compositam, diuersis modis vnum edere concentū. Hic est enim sensus, & id apud apostolos, & apud alios prophetas scriptum cerni potest, & Paulus etiam ita quodammodo dicit, ipse quoq; ostendens nihil prodesse alios docere, nisi quis seipsum prius doceat. Quoniam enim sibi valde placebant, sicut propter sacrificia, ita etiā propterea quod legē haberent, & dicerentur aliorum doctores, ostendēs eos ex illa re non magnum fructū capere, quādo ipsi manerent indocti, acrius eos infectās, dicit: Qui ergo alium doces, te ipsum non doces? Qui *Roma.2.* prædicas non furandū, furaris? Qui abominaris idola, sacrilegiū admittis? Qui de lege gloriaris, per legis trās gressionem deū dehonestas? Et ideo de seipso dixit ali- *1.Cor.9.* bi. Vereor ne cū aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. eorum tumorem deprimens, quibus doctrina sermonis magnos faciebat spiritus, cum essent ipsi virtute defecti. Aliter quoque hoc ꝙ nunc dicit tractat, ad ludæos se conuertens, quādo dicit: Quando enim gētes, *Roma.2.* quæ natura legē non habent, quæ legis sunt, natura faciunt: hi legē non habentes sibiipsis sunt lex. Et rursus: *Hier.2.* Non enim auditores legis iusti apud deū, sed factores *Ezec.39.* legis iustificabūtur. Et propheta, Qui tenebant legē, ne- *Hierem.8.* sciebant me. Et rursus,* Frustra facti sunt iuncus falsus * *Hic locus scribis. Qua de re? Quoniā turtur & hirundo, agri pas- corruptus seres, cognouerunt tēpora ingressus sui, popul⁹ autem sic vulr di- meus nō cognouit iudicia mea. Hīc autē dicit, non so- cere: Vere lum nihil lucrari ex eo ꝙ docet alios, cum qui virtutē mēdacium non persequitur, sed seipsum etiā primo gradu digni- optatus est tatis deiicere. Si enim in externis iudiciis qui deliquit, filius mei indicti silentij infamia punitur: in publico doctrinæ dux scriba ludo quo modo ei loqui permitteē, qui est peccato ob- rum. noxius? Maior autē est hic doctrinæ ludus illo iudicio. Illic enim qui peccāt, castigati luunt pœnas: hic autem fiunt omnia vt non puniantur qui peccarūt, sed vt peccatum pœnitētia corrigant. Iam verò in aulis quoq; re- *A simili.* giis nemo fuerit regiæ vocis interpres, si fuerit prauę & corruptæ vitæ conuictus: quare ergo enarras iusticias meas, & alios doces, & tamē contrariū facis, vita cōtradicente iis quæ à te dicūtur, & auertis nōnullos eorum qui volunt attēdere? Nō enim ita doces verbis, sicut re b⁹ & factis adducis. Quocirca Christus illū laudat doctorem, qui verbis & factis perfectā doctrinam ostēde- *Matth.5.* rit. Qui enim fecerit, inquit, & docuerit, hic vocabitur magn⁹ in regno cœlorū. Habeat ergo vita tua claram vocem eadē quæ dicis docentem: & licet os tuū obstruxeris, vel tuba clari⁹ personabis, non solū apud præsentes, sed etiā apud eos qui procul siti sunt. Ita etiam cœlū *Psal.18.* enarrat gloriā dei, cū nec os habeat, nec liguā moueat, neq; spiritū ex imo profundat, sed per eorū quæ vidētur pulchritudinē deducat spectatorē ad admirationē *Sapien.13.* opificis.

opificis. Quod ergo illic est in cœlo pulchritudo aspectus: hoc sit in anima tua virtus. Quòd si cũ iis sordidat⁹, & innumerabiles habeas accusatores, & maximè tuã ipsius conscientiã, doctoris sedẽ coneris inuadere, quã do ad vicia reprehendẽda accesseris, non alios magis quam teipsum accusabis. *Et assumis testamentũ meũ per os tuũ?* Rectè dixit, per os. Est enim cor defectũ fructibus qui ex eo oriuntur, & labra incassum mouentur, & ad eius qui loquitur condẽnationem. Si quis autem mentẽ fuerit scrutatus, magnũ bellum inueniet. *Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Disciplinã hic dicit legis doctrinã, quæ animum cõponit, vicium expellit, & virtutẽ inserit. Quo modo ergo eã tractas, & in alios seminas, cum ipse eã factis non habeas? Proiecisti enim, inquit, sermones meos retrorsum. Nõ solũ enim ex legis doctrina, nulla est tibi facta accessio, sed etiam quod habes à natura, mutilũ mancumq; reddidisti. Eorum enim quæ sunt agẽda, & nõ agẽda, rationes nobis à natura insitæ sunt. Tu autẽ eas repulisti, & non habuisti in memoria. *Si videbas furem, currebas cum eo, & cũ adulteris portionem tuã ponebas.* Quoniã fieri non potest vt homo sit nullo omnino peccato affinis: & ideo dixit quispiam, Quis gloriabitur mundũ habere cor? aut quis audacter dicet se esse purũ à peccato? & Paulus cũ dixisset, Nihil mihi cõscius sum, subiunxit, sed nõ in hoc iustificatus sum: & Iustus suiipsius primo loco accusator est, videlicet suorũ peccatorum: Vt nemo ergo posset dicere, si omnes sunt peccatores, peccatorẽ autẽ iussit non narrare iusticias, quis est ergo narraturus? Ne quis ergo hæc diceret, genera peccatorũ enumerat per species. Est enim peccatũ ad mortem, quemadmodũ Heli quoque dicebat, Si peccãs homo peccauerit, etiam pro se orabit. Si autem domino peccauerit, quis orabit pro eo? Porrò autẽ in lege etiam alia quidẽ erant immedicabilia, vt etiã morte punirentur: alia verò habebãt aliquod promptissimum remediũ: Ita etiã Christus in nouo: Si peccauerit frater tuus, inquit, argue eũ inter te, & ipsum solũ. Si autem nõ audierit, assume adhuc tecum duos. si ne hos quidẽ audierit, sit tibi tanquã ethnicus & publicanus. Et tamen cũ alicubi dixisset Petrus, Quoties, si peccauerit in me frater meus, dimittã ipsi? audiit, vsq; ad septuagies septies. Hic autẽ post duas admonitiones ostendit magnũ esse delictum, nec eũ cogit rursus expectare. Quid ergo? sunt hæc illis cõtraria? Absit: sed illud septuagies septies, dicit, si eum pœniteat. Quomodo enim dimittet quispiam ei qui neq; cõfitetur se peccasse, neq; ducitur pœnitentia? Etenim cũ medicamenta petimus, vulnus etiã ostendimus. Quis est ergo peccator de quo hic dicit scriptura, attentè audiamus. Eum enim describit per ea quæ cõsequuntur, sic dicẽs: Si videbas furem currebas cũ eo, & cũ adulteris portionem tuam ponebas. Os tuũ abũdauit malicia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedẽs aduersus fratrẽ tuum loquebaris, & aduersus filiũ matris tuæ ponebas scãdalũ. Vidisti vicium non secus ac imaginem aliquã, suis coloribus descriptũ: & quo modo improbus vicio belua factus est, dũ naturæ nobilitatem prodidit. Ne hãc ergo imaginẽ leuiter pertractemus, sed singula accuratè inquiramus. Si videbas furẽ, currebas cũ eo. Hoc est causa omniũ malorũ, hoc est quod virtutẽ maximè euertit, quod retardat ac reprimit studiũ multorum ad ea quæ sunt honesta: quando non solũ non reprehendunt aliqui, sed etiam vnà cũ iis qui peccant se oblectant, eisq; gratulãtur. Hoc autẽ non est minus quã peccare. Audi Paulũ dicentẽ, Non solum hæc faciũt, sed etiam cõsentiunt facientibus. Hoc est autem non paruũ peccatum, etiam siquis mala nõ faciat, vnà cũ malis gaudere, eisq; gratulari. Ille enim potest dicere necessitatem, causari paupertatem, etsi non sint iusti prætextus. Tu autẽ curnam laudas quod factũ est, cum nec vllam quidem ex eo voluptatẽ percipias? Atq; ille quidem fortasse ducetur pœnitentia: tu autem has quoq; tibi fores occludis, & medicamentũ tollis, & tantum remedium euertis, portum vndiq; tibi obstruens reditus ad pœnitẽtiam. Quando ergo te viderit quispiã cum non sis peccato affinis, & debeas reprehẽdere, non solũ non id facere, sed etiam prætexere & adũbrare: & non solum adũbrare, sed etiam opẽ ferre & consentire: quid de seipso putabit, & quid de eo q̃ admissum est? Multi enim homines, vt plurimũ, non ex iis solum quæ animo conceperunt, ferunt de rebus agendis sententiam, sed etiam ab aliorum instituto & voluntate corrupti: & si qui peccauit quidem, viderit omnes eum auersantes, existimabit se aliquod magnum & indignũ scelus admisisse. Quando autem viderit non solũ non indignãtes, sed etiam facilẽ & placidè ferentes, atq; adeo blandientes & applaudẽtes: corrupto deinceps conscientiæ iudicio, multorum sententia deprauatæ eorum menti assentiente, opemq; ferente, quid non audebit? quando autem seipsum condemnabit, & securè peccare cessabit? Oportet itaq; etiam siquis malum faciat, seipsum condẽnare per id enim eo deuenitur vt à malo cessemus: & licet quæ bona & honesta sunt non faciat, ea tamen laudare. Per animi enim promptitudinẽ & alacritatẽ via patet ad operationem. At hic quoniã iis quæ fiunt applauditur, iure eum insigniter & vehementer pungit ac notat. Si enim vel reprehẽsum vicium adeo viget, & laudata virtus vix suos ad sudores prouocat: quid erit si hoc non factum fuerit? Hoc viderit quispiã fieri vel in choro sacerdotũ. Quod si hoc vel in discipulis graue est, multo magis in magistris. Quid facis ô homo? contra legem factũ est, temperantia contempta est, tot peccata ab aliquo eorum qui sacris operantur, cõmissa sunt, infernа supernis cõfusa sunt: atq; adeò quæ superna sunt, infernа facta sunt: & tu non perhorresc is? At propheta quidem ipsa etiã elementa insensilia vocat ad grauissimo dolore simul deflenda ac deploranda mala quæ cõmuniter fiunt. Stupuit cœlũ, & terra horruit. Et rursus: Lugebit carmelus, lugebit vinũ, lugebit vinea. Et inanimæ quidem creaturæ lugent & ingemiscunt, & vnà cũ domino indignãtur: tu autẽ qui es rationis particeps, non doles, non reprehẽdis, non es vehemens vltor legum dei violatarũ, sed es etiã peccatorũ socius: & quænam tibi possit dari venia? Nunquid enim deus opus habet vltore? nũquid iis qui opẽ ferãt, indiget? sed vult te huius rei esse ministrũ, ne in eadem incidas, dũ alij succensẽs effectus tẽperatior, vt ex eo tuã in deum pietatem ostẽdas. Quando enim cũ alius peccarit, prætercurreris neq; reprehenderis, neq; ægrè tuleris, animum tuum negligentiorẽ, & ad casum promptiorem efficis, & maximè procuras vt in eadem sæpe incidat, illũ autem importuna hac tua gratia nõ leuiter offendis, efficiens vt in futuro sit grauior ei reddenda ratio & ad præsentia eũ reddens segniorem. Hæc autem non solũ de furibus dicta sunt, sed etiã de quouis alio peccato. Quod est autem vltimũ peccatorum, primũ posuit, vt scias q̃ propter hoc veniã non assequitur, multo magis in alio ea non cõcedetur. Audi ergo quidnã deinceps dicit. Et cũ adulteris portionem tuã ponebas. veniens ad id q̃ est maius. Illud enim hoc longè minus est. Quidã autem

Aristo. quæst.

Peccãtibus indignandum.

Furtum vltimum peccatorum.

Furtum, lecatorum.

Aminori cõfirmatio.

Attende διάνοιαν.

Hiere. 4.

Esa. 16. 24.

Esaiæ. 40.

Rom. 11.

1. Cor. 2.

Peccãtibus gratulari pessimum.

Rom. 1.

Iob. 4. 5. 6.

Matth. 18.

Ibidem.

Exod. 19.

Num. 19.

Leui. 4. 5. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prou.6. autem hæc peccata inter se conferens,sic dixit,Non est A mirũ siquis furans deprehensus fuerit.Furatur enim vt suam animam impleat esuriẽtem. si huic ergo ignosci non potest multo magis nec adulterio.Adulteriũ autẽ hic vocat fornicationẽ. Si videris ergo aliquẽ eorum qui tecũ congregantur, fornicantẽ, & ad sacramenta accedentem,dic ei qui est minister distributionis eorũ: *1.Corint.11.* Hic est indignus sacramẽtis,arce prophanas manus.Si enim ne iusticias quidẽ enarrare dignus est, considera quò eius procedet punitio,quãdo sacram etiã mensam ausus fuerit attingere,nõ solũ autem eius,sed illius etiã qui adũbrat ac prætexit.Non dixit enim,& adulteraba ris,sed cũ adulteris portionẽ tuã ponebas.Papæ,quan- περιελλειψ. tum malũ ex eo quod celentur & obtegantur aliorum putredines, quando dicit eũ esse socium luẽdi pro pec cato supplicij,nec hoc illo esse minus. Ille enim potest afferre animi perturbationẽ,licet sit prætextus cui non dari possit venia:quemadmodũ & fur famẽ.Tu autem B ne hoc quidem.Quánam ergo de causa,cũ non fruaris voluptate, supplicij socius & particeps euadis? Et ideo *Confirmat simili.* externi quoq; iudices,non eos solũ qui scelus perpetra runt, sed seruos etiã quos viderint sceleris fuisse con scios,puniunt:& domini qui eos tradunt,lubenter eo rum sanguinem biberent,& carnibus vescerentur,nec minorem eius q; factum est, culpam in eos conferunt, quàm in eã quæ est adulterata. Qui enim expansa vela non contraxerunt,iis quæ occultè fiebant,dederũt ma iorem facultatẽ.Ij & adulteratam mulierem,& maritũ cui facta est iniuria,& eũ ipsum qui adulterauit,contu melia & probro affecerũt.Si enim prænunciassent,si id significassent,abacta,& sublata esset omnis venatio. Et *Elegans collatio.* quemadmodũ in retia maximè immittũt, qui retia ex tendũt & iis quæ accipienda sunt assident, & omnem C dolum omni ex parte celant, & nec strepitum nec ali quid aliud fieri permittunt q; posset feram abigere: ita hic etiã, si assederis laqueo qui est positus à diabolo, & scias fore vt in eũ adulter incidat,neq; strepitum edas, nec tumultũ excites,tũc eum maximè perdis. Ne mihi enim dixeris illud verbum, q; magno stupore plenum *Proximi cura habenda.* est,Quid mihi curæ est? curo ego mea. tunc enim tua maximè curabis, quando tua quæres in eo q; est vtile proximo. Et ideo dicebat Paulus: Nemo quod suũ est *1.Corin.10.* quærat,sed quod alterius. Vt inuenias,inquit,quod tuũ est, quære quod est alterius. *Os tuum abundauit malicia, & lingua tua contexebat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.*

Ne enim diceret, Hoc facio ex humanitate & clementia: primũ quidem,quænã fuerit humanitas, eum D qui casurus est in barathrũ, non prohibere nec retinere iniustæ voluptati gratificari:qui mortiferũ bibit venenum,contemnere? Verũ ne hoc quidem poteris dicere.Quòd enim non est hoc humanitatis,sed somnolentiæ,segniciei,& socordiæ: hinc facilè cerni potest. Quo modo eo demisso qui facit iniuriã, eum maledicto afficis qui nullam fecit iniuriã?Quo modo insidiaris ei qui nihil deliquit? Vide summum vtrinq; vitiũ. Eum quidẽ qui est ebrius cupiditate,non prohibes quo *Antithesis.* minus inebrietur,vt sit temperatus:eũ autem qui nullã fecit iniuriam,punis.Sedẽs aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalum. Vides quo modo immorando in narratione auget accusationem. Eum,inquit, qui matri fuit in partu causa eorundem dolorũ,qui fuit eiusdem vteri socius, qui domus,mẽsæ, & alimenti fuit eiusdẽ particeps, qui ex eadem radice germinauit, qui idẽ habet ortus principium, qui ab ineunte ætate tecũ creuit, eum maledictis insectaris:& non solũ insectaris, sed etiam in opus deducis insidias.Hoc enim sibi vult illud,Ponebas scãdalum.Si autẽ non est impetẽdus maledictis,qui naturalium pariẽdi dolorũ in eodem fuit vtero particeps: multo magis spiritaliũ. Nec ergo permitte, vt is cadat qui est peccaturus:nec eum qui nullam fecit iniuriam, calumniare,& cõuiciis incesse. Hoc est enim inuidiæ, illud verò stuporis.Non retinere enim eum qui est casurus, est stuporis:inuidiæ autẽ, eum qui stat, deiicere. Vide autem quo modo non eum significat qui simpliciter & absolutè accusat,sed eum qui cũ dolo & dedita opera id facit. Sedens enim, inquit, aduersus fratrem tuum loquebaris. Et Cain quidem vnũ fratrem subla- *Gen.4.* tum præsenti vita expulit,hi autem innumerabiles,per ea quæ malè dicunt,deiiciunt,& seipsos primos. Non eum enim solũ qui accusatur,sed alios etiam lædũt,immò verò magis eos qui ea admittũt.Qui enì falso malè audit,nõ modo nulla iniuria affectus est, sed maximã etiã habet mercedẽ. Nõ enim qui patitur,sed qui malè *γνῶσιν.* agit,est dignus supplicio:ita etiã qui dicit,nõ qui audit *Matth.5.* modo ne ille præbeat iustam maledicẽdi occasionem. Non hoc ergo contendamus,ne malè audiamus (hoc enim fieri non potest: & est Christi sentẽtia quæ dicit: Væ vobis quãdo benedixerint vobis omnes homines) *Luc.6.* sed ne nos præbeamus occasiones.Qui enim vult bene audire ab omnibus suam animã sæpe perdit,amans hu *Matth.6.* manam gloriã,inseruiens in iis quæ non decet, placẽs in iis quæ non oportet,vt ab eis emat gratiam. Rursus qui contemnit malè audire ab omnib°, etiam seipsum perdit. Quemadmodum enim fieri non potest vt vir *Sapien.2.* bonus bene audiat ab omnibus: ita fieri non potest vt *1.Corin.4.* nõ ab omnibus malè audiat,qui multas multis de cau- *Prou.2.10.* sis præbuit malè audiẽdi occasiones. Si autem dum tu nihil præbes offensionis,sunt qui te maledicãt,tunc est tibi maior merces,sicut vsueniebat Apostolis, & præclaris illis viris.Porrò autẽ illud quoq; sciendum est,q; etiam siquis maledicat in re cuius nos non condemnat conscientia,non est propterea contẽnendus accusator propter damnũ quo te afficit,sed omnia facienda sunt cum ea qua par est cautione,vt tollas iniustam occasionem.Quocirca Paulus etiã mittebat multos datis pecu *Roma.15.* niis,qui afferrent alimenta pauperibus.Causam autem *Gala.2.* affert; dicens: Ne quis nos vituperet in hac abũdantia *2.Corin.8.* quæ ministratur à nobis.Neq; enim hoc despexit & neglexit, quod videbat futurũ vt malè offenderẽtur. Sed quoniam erat in eius potestate vt solueret scandalũ,eis quoq; qui offendebãtur,prospexit.Et rursus alibi dicit: *1.Cor.8.* Si cibus offẽdit fratrem meũ, non comedam carnes in æternum, ne fratrem meũ offendam. Atqui hæc erant indifferẽtia,& tamen,si, inquit,offensionẽ afferunt, nõ negligo salutem eorũ qui offenduntur. Si fuerit enim *Λέγμα.* damnũ maius salute, contẽne eum qui offenditur. Sin min°,ne contẽpseris. Hoc enim sit generale decretum *Confirmat* & regula, docens quando oporteat contẽnere eos qui *duplici pa-* offenduntur,& quando non:quemadmodũ verbi gra *radigmate.* tia,offendebãtur Iudæi quòd Paulus legem non serua- *Actor.21.* ret:& propterea multa milia resiliebant, & in fide claudicabant. Quid ergo facit? Volens mederi offensioni (maior enim erat salus tot milium)& claudicationi afferre remedium, tunc prohibuit ostẽdere quòd legem non seruaret.Quòd autem maius erat,rursus offende- *1.Cor.1.* bantur quòd crucifixum prædicaret. Hic contẽpsit eos qui offendebãtur,mai° enim lucrũ prædicationis.Hoc etiã fecit Christus.Cùm enim cũ eis de cibis differeret,

& offen-

Matth.15. & offenderentur eo dicente, Quod intrat per os, non coinquinat hominem,sed quod egreditur:dicit,Sinite eos.Omnis plantatio quã nõ plantauit pater meus,eradicabitur. Quando autem ab eo tributa exigebant, etsi sciebat nõ oportere ea soluere:tamen quoniam tempus nondum postulabat, vt reuelaretur eius authoritas,dicit: Ne autẽ eos offendamus,vade ad mare,& mitte hamum & eum piscem qui primus ascẽderit,tolle,& in eo inuenies staterem.Da eum eis pro te & pro me. Quando enim legẽ multa sapientia plenam eis ferebat, erant autẽ illi immedicabiles: meritò eos cõtempsit,& legem abrogauit.Cùm autẽ non possent eius diuinitatis rationem suscipere, iure rursus se demittit, & suæ diuinitatis rationem,tributum soluendo adumbrat & obtegit.Sedens aduersus fratrẽ tuum loquebaris. At id,inquit,faciebam vt eum corrigerem. Non oportebat ergo clanculùm calũniari,sed ita vt iussit Christus,seorsum assumere & corrigere.Quæ enim publicè fiunt reprehẽsiones,sæpe etiam faciunt impudentiores: & cõplures quidem peccatores, donec viderint fieri posse vt lateant, facilè in animum inducunt vt in viam redeant. Quando autem bonam apud multos existimationem perdiderint, incidunt nonnulli deinceps in desperationem, & labuntur in impudentiam.At aliquam tibi fecit iniuriam. Cur ergo teipsum quoq; iniuria afficis? Qui enim se vindicat, seipsum ense petit. Si vis enim & teipsum beneficio afficere, & illum probè vlcisci: benedicas de eo qui tibi fecit iniuriam:ita facies vt multi sint eius pro te accusatores,& ipse magnam mercedem accipies. Sin autem maledicas,ne fides quidem tibi habebitur,vt qui inimiciciarũ suspicione labores. Quare tuum studium tibi vertitur in contrarium. Tu enim volebas bonam eius famam euertere,contrà autem accidit,per laudem enim, non per accusationẽ hoc euenit. sed contrà omnino & teipsum quidem maiori ignominia afficis: illum autem tua tela non tangent. Inimiciciæ enim,quæ se offerunt animis audientium, non sinunt vt quæ dicuntur aures eorũ admittant, & idipsum accidit quod *A simili.* in præscriptionibus.Quando enim quispiam in iudicio aliquid obiecerit, vniuersum interea dissolnitur: Ita hic etiam non permittit suspicio inimiciciarum vt admittatur iudicium. Ne ergo maledixeris, ne te ipsum polluas: nec lutum contexueris cum luto & lateribus, sed coronas ex rosis & violis & reliquis floribus connexueris: nec stercus ore tuleris,quemadmodum scarabæi(id *Collatio à contrario.* enim faciunt qui maledicunt:vt qui ipsi fœtorem primi sentiant) sed flores, sicut apes,fauòsque, vt illæ composueris, sisq; omnibus comis & affabilis. Omnes enim auersantur maledicũ, vt eum qui lutum redoleat, vt hirudinem quæ sanguine, scarabæum qui stercore, alienis malis, aluntur. Os autẽ quod lubenter laudat, & de aliis benedicit, tanquam membrum commune suscipiunt,tanquam fratrem germanum,tanquã filium,tanquam patrem.Et quid dico de præsentibus,& de hominum existimationibus:Considera mihi diem illum terribilem, illud iudiciũ quod corrumpi non potest:quòd si falsa quidem dicas, tuis peccatis alia superflua adiicies. Dico enim vobis, quòd omne verbum ocioſum quod locuti fuerint homines,dabũt pro ipso deo rationem in die iudicij. Quid si sint,inquit, veræ? ne sic quidem effugies quo minus condemneris,vtpote qui proximi tui calamitates & probra traducas. Fac apud te cogites Pharisæum.Non erat publicanus,sed fuit publicano sceleratior, quoniã de publicano maledixit. Publicanus non erat pharisæus,sed fuit pharisæo iustior,quo-

Tomus primus.

niam seipsum miserum esse duxit. *Hæc feceisti,& tacui, existimasti inique quòd ero tui similis, Arguam te,& statuam contra faciem tuam peccata tua.* Vidisti humanitatem ineffabilem, *Actor.10.* vidisti summã bonitatem, vidisti infinitas opes patientiæ. Silentium enim hic dicit patientiam, Tot,inquit,& *Silẽtiũ dei, eius patientia.* tanta ausus es: nec de te tamen sumpsi pœnas, sed passus sum & toleraui, dans locum pœnitentiæ. Tu autem ex eo non modò nihil lucrifeceisti, sed in maius etiã vi- *Roma 2.* cium impegisti. Non solùm enim non mutatus es, nec solùm non es pudore suffusus, nec propter ea quæ à te facta sunt,teipsum condemnasti:sed me etiam qui lõga in te patientia vsus sum, qui toleraui, qui tacui, qui tot & tanta tuli,existimasti non hęc ferre propter patientiã & clemẽtiam, sed propterea quòd nollem hæc castigari,& quòd ea quæ à te fiebant,nõ ægre ferrem. *Intelligite obsecro hæc qui obliuiscimini deum.* Quænam? Ea quæ dicta sunt,inquit.Quid est,Intelligite? Cõsiderate, Quid autem?dictũ est obscurũ,& quod magna egeat perscrutatione? Maximè quidem: & ipse modus docendi introducit mutatã formam reipublicæ. Cùm enim sacrificiorum non magnam habeat rationem,introducit leges Euangelicas:& alioqui quoniam erant peccatorum *μεταφορᾶς.* profundo cœno obruti,tanquam à quibusdam vicij voraginibus volens eos extrahere,& veluti lemam oculorum expurgare volens viam prioris malæ consuetudinis,eos excitat vt ea quę facta sunt in memoriam reuo- *Sap.14.* cent,ne his obliuioni traditis absq; lucro recedant. Lõga enim viciorũ consuetudo magnam affert cæcitatem *γηρωσις* animæ, & amentes efficit,& perspicaces oculos intelligentiæ eruit. *Nequando rapiat,& non sit qui eripiat.* O ineffabilem clementiam. Piæ matris hæc verba sunt, vel illam potius pietatem bonitate longè superant. Qui enim tam graui accusatione vsus est, qui tantam præ se tulit indignationem,ipse eos præmunit. Qui dixit, Arguam te,& statuam ante faciem tuam peccata tua,& cõdemnatoriam emisit sententiam: eam rursus rescindit, non tanquam reos tradens supplicio, sed tanquam qui suasione & admonitione deberent corrigi, metu coërcens & continens & dicens, Ne forte rapiat, & non sit qui eripiat. *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare dei.* Postquam ostendit clementiam, suadendo,consulendo, minando, ac terrendo, purum afferendo suppliciũ,& introducendo consilium,ostendit etiam modum per quem possint corrigere quæ facta sunt, dicens, Sacrificium laudis honorificabit me. Id est autem quod dicit, Non solùm iram meam sedabit, aut rescindet condemnationem, sed me etiam honore afficiet.Vide præclari facti magnitudinem,quan- *Deus rectè factis nostris honoratur.* do deus per ipsum honore afficitur. Et illic iter quo ostendam illi salutare meum.Vidisti mercedem ineffabilem. Vidisti summam clementiam. Dei enim viam ostensurum pollicetur. & id quod est verè dei salutare iis qui rectè se gerunt. Ei ergo promittendi pareamus, & recta vita & sacrificio laudis eum honoremus. Hæc enim via ducit ad salutem per hoc sacrificium. Quam detur omnibus nobis assequi gratia & clementia domini nostri Iesu Christi: Quoniam ei gloria & potentia nunc & semper & in secula seculorum,Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI,

archiepiscopi Constantinopolitani,expositio in superscriptionem Psalmi quinquagesimi. Incerto interprete.

Ab homẽs sit ordittur.

Pictores imitantur arte naturam,& colores coloribus permiscentes, visibiles corporum depingunt imagines, & faciunt homines, & ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

malia,& arbores,& reges,& rusticos,& barbaros,& pugnas,& rixas, torrentes sanguinũ, & lanceas,& loricas, & scuta, & sedem regalem, & imperatorẽ sedentem, & barbarum subditũ, & gladiũ acutum, & fluuios decurrentes,& cãpos variis floribus adornatos,& omnia quę videntur per artem imitantes,mirabilem historiam videntibus præstant:sic & prophetæ velut quidam pictores sunt virtutis ac militiæ. Describunt enim & illi peccatorem,iustum,pœnitentẽ,stantem,cadentem,surgentem,titubantem.Et sicut faciunt pictores,occidentes & occisos: sic & prophetæ faciunt aliquando quidẽ insurgentia peccata,aliquando etiam & allisa:eodem modo & dæmones impugnãtes,& homines flentes, & pugnãtes:sic & diabolũ insidiantem,& victum. Cùm ergo talis est eorum descriptio,& vt certius hæc eadẽ addiscamus: & istas quidem deforis cõsiderantes imagines nihil acquirimus lucri. Quid enim mihi prodest regis & consulis imaginem intueri,cum neque rex fieri possim, nec quidem cupio? Quæ erit mihi vtilitas visionis,cuius desiderium nõ habeo, quod & si desiderauero, punior? Quid mihi proderit hominẽ videre locupletem, & inopem? Si enim pauper fuero, liuore tabesco: & si diues fuero,similiter aliis in inuidiam cro.Dimitte illas imagines, & considera hanc historiam. Si videro cõsulem, quid ad me? Quòd si videro peccatorem cecidisse, & surrexisse,erit mihi visio ad doctrinã.Si videro iustum statem,visio me ad solertiam,& philosophiam deducit. Ex hac nãque visione addisco certamen & erudior ad victoriam. Quòd si videro iustum supplantatum, contristor quidem,sed cautior de facto inuenior.Hæc autẽ omnia non transitoriè, neque sine causa sunt dicta: sed quia psalmi,qui hodie lectus est,imago ad hanc nos disciplinæ doctrinam adducit.Sic enim ait propheta.

Prophetæ velut pictores virtutis ac militiæ.

HOMILIA PRIMA IN PSALMVM quinquagesimum, incerto interprete. Et primum de eius superscriptione.

Psal.50. & partiũ psalmi.

Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam: Et secundum multitudinem miserationũ tuarum dele iniquitatem meam. Hæc est imago. psalmum enim imaginem voco.Video enim diuersas in psalmo personas,peccatorẽ insurgentem,& ocio deditum:pœnitentem,adstantem,& cõcertantem,dei misericordiã desuper adducentem, & Philosophiã præstantem,pœnitentiam, multos lachrymarũ & confessionis fontes habentem.Istæ sunt personę imaginis.Sed priusquam ad psalmum veniam,iustũ est eius superscriptionẽ vobis enarrare. Sicut enim habent imagines subscriptiones deorsum fixas minij colore, in quibus scriptũ est, qui rex, & quòd prælium euicerit: ita ferè in psalmis desuper titulus fixus est,quę causa sit,quæue doctrina,& quapropter psalmus sit dictus. Præbete itaque vestras attentiùs aures, non enim de paruo imminet narratio nobis. *Psalmus Dauid cum venisset ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Bersabee, uxorem Uriæ.* Hæc est superscriptio.Discamus ergo quis est Nathan,discam⁹ & quæ sit Bersabee vxor Uriæ,& quando ad eum intrauit propheta,& quapropter psalmum istum scripserit. Non enim omnes psalmi in Dauid scripti sunt,nec omnes ab ipso cõscripti sunt: neque enim proprias tantũmodo passiones edixit, sed & aliorum cecinit causas. Quando dicit: Super fluminа Babylonis,illic sedimus & fleuimus,dum recordaremur Sion: manifestum est quia non de ipso dicit psalmus. Nec enim perrexit in Babylonẽ, neque vidit barbaram regionẽ, neque sedit in aliena terra,& fleuit: sed

2.Reg.12.

Non omnes psalmi in Dauid sũt, aut ab eo cõscripti.

Psal.136.

A quæ Iudæis uentura essent,narrauit. Quãdo iterum dicit:Foderunt manus meas,& pedes meos:dinumerauerunt omnia ossa mea:non vtique passiones suas annunciat, sed crucem domini, sacrificium orbis terræ, salutem generi humano prædixit.Imago enim est psalmus, variam in se cõtinens disciplinam, aliquando quidem sua: aliquando autem aliena denuncians. Quia ergo psalmus iste non alienas passiones enunciat, sed propria indicat, dicens, Quando venit ad eum Nathan propheta: superscriptio psalmi constringit nos, & non sinit longius euagari, & ad alia transferre mentem, sed statim ea demonstrans & docens, quæ textus continet psalmi. Cõsiderate igitur diligentius,siue iusti,siue peccatores,vtrique enim parti vtilis psalmus est, iusto quidem,ne per negligentiam ac desidiam obtorpescat:peccatori autem, ne semetipsum despiciat. Vtrisque enim
B periculosa contemptio est, cum & iustus per negligentiam cadit, & peccator cum desperauerit, perit. Vt ergo neque iste in ruina permaneat,neque ille in lapsibus decidat, vtrique parti est vtilis decantatio psalmi.Incipio enim dicere prophetæ peccatũ grande, & pessimũ, sed nemo deroget de nobis. Dei enim misericordia humano generi prouidentiam faciens, & bene gesta sanctorum, & peccantium negligentiam in melius cõmutauit: vt aliorum vulnera aliis prouideant sanitatem,& iusti naufragium fiat peccatori stabilior portus. Quando enim iustum peccasse legero,& pœnituisse,non iam desperabo de mea salute. Et cum audio diabolũ de cœlo cadentem, illius ruina mihi fit occasio resurgendi. Propter hoc enim & gratia spiritus non solum bene gesta sanctorũ, sed & negligẽtias memorauit: non autem propter illos tantum conscribi voluit, sed propter eos
C qui forte simili passioni obnoxij erunt. Volo ergo ostẽdere hunc fortissimũ virum,vulneratum,lapsum,victũ, surgentem,pugnantem,vincentem,& coronatum: nec enim ostendo eum lapsum solũmodo, & iacentem, sed & surgentem, vt ex vtraq; parte tuum lucrum sit, & si forte peccaueris, non desperes, sed curras illico ad surgendum, nec dicas apud temetipsum: Væ mihi,væ mihi,perij,mœchatus sum,fornicatus sum,homicidiũ perpetraui. Ne desperes. Habes enim salutẽ repositam, remediũ delictorum.Cum ergo videro iustum talia vulnera suscepisse,& saueciũ factum,& iterum per pœnitentiam ad sanitatem rediisse, confestim ad exomologesin curro,& audacter ad confessionem fontes lachrymarũ profundo. Vt ergo per illius cõfessionem, tuam melius salutem cognoscas, audi quæ dicam. Multi sepius viri & mulieres infirmitatẽ pessimam contraxerunt, & gemitus & lachrymas profuderũt,& multa medicamenta
D expensa sunt,& nihil preualuit medicina,sed pulchritudo emarcuit,& corpus distabuit: anxia fit post hoc mulier,hęsitans & dicẽs:Quô vadam? Quid faciã? pecunias largita sum,medicos vocaui, medicamẽta expendi,manet infirmitas, non sanatur vulnus. In his ergo cogitationibus cõstituta,venit quædã de his quę ad visitandũ venerat,dicere,Et ego aliquando similem sustinui infirmitatem, sed ille & illa posuere mihi medicamẽta,& liberata sum à dolore. Hæc cùm audit ægrotans, rogat sibi mulierem demonstrari quæ illi contulerit sanitatẽ: & illa dicet: Vade ad angustum locum qui est iuxta illam & illam domum, & ibi inuenies. Sic & nunc quoniam mœchatus es, & homicidium perpetrasti (hoc autem est pessimũ vulnus) ostendam tibi quo modo est ille curatus, & qualem imposuit medicinam. Et non dico,vade ad angustũ locum,& interroga illum,& illum:

Psalmus est imago.

Attẽde prouidentiam dei.

πρὸς τὸν ἐξομολόγησιν ad confessionem.

Paradigma à simili.

non

non est opus vt labores, & anxius quæras, & huc illuc discurras: sed hic te statim facio suscipere medicinam: tantum diligentius quæ dicuntur attende. Necesse est enim ad cœpta verba reducere, & tempus edicere quando peccauerit, & quã ob causam, & personam, & pœnitentiam, & correptionẽ, & medicinam: vt omnia diligẽtius addiscentes, instructi recedatis. Iste ergo Dauid adolescens, ciuitates quidem ac turbas aufugiens, per eremum verò philosophatus, nihil cõmune secularium habens, non negociationes, non fœnerationes, non aliquid difficile mundi istius, sed & parua ætate, in deserto silentij habitabat: & sicut in portu tranquillo in eremo sedẽs, & ouium curam habens, regnum cœleste meditabatur. Iste ergo adolescens erat valde paruulus quidem ætate, senior autẽ mente, & ætas parua nihil impedimenti afferebat tantæ virtuti. Et cũ esset adolescens, aduersantes sibi fortiter superabat, non robore corporis, sed virtute fidei. Attende diligentius quæ dicuntur. Cõtigit aliquãdo displicere deo regem ludęorũ, mittit
1.Reg.16. Samuëlem illico deus ad huius paruuli patrem. Et cum venisset Samuël ad Iesse patrem Dauid, adolescens in eremo oues pascebat. Non cessabo sæpius adolescentulum nominare, vt nullus neque iuuenem culpet, neque
Neque iuuenis culpãdus, neque senex laudãdus. senem collaudet. Non enim canicies laudabilis, neque iuuentus culpabilis. Multi quippe & in iuuentute philosophiam demonstrauerunt, & in senectute lapsi sunt. Nam tres pueri in ignem sunt regis imperio missi, & quia virtute cœlesti præditi erant, quam sibi bene viuẽdo acquisierant, flammas in rorem cõuerterunt. Sed &
Daniel.3. Daniel cum esset duodecim annorum, leonum rabiem
Idem 6. in ouium mansuetudinem cõmutauit, & ferociam illorum fide fregit. Neq; enim iuuenem culpes, nec collaudes senem. Non enim in differentia ætatis virtus ac malicia cognoscitur, sed in differentia mentis. Quòd si fueris sobrius nihil tibi immaturata nocebit ætas: & si fueris negligens, senectus tibi nihil prodesse potest. Canicies autẽ sapientiæ non capillos candidos requirit. Iste ergo paruulus cum esset, maturum virtutis possidebat animum. Venit ergo sanctus Samuël ad Iesse vt constitueret regem, non multitudine vallatus militũ, nec ambitione superba aduenies, sed cornu in quo erat sanctũ
1.Reg.16. oleum, habens in manu, & dicit ei: Misit me deus ad te, vt ex filiis tuis cõstituam regem. Et æstimans ille primogenito aptam filio dignitatem, adducit eum in mediũ. Cui dicit Samuël: Transeat, non enim complacet deo. Venit & secũdus, nec ipse placuit, similiter & tertius, & quartus, & quintus, & reliqui. Iamq; complebatur numerus filiorum, & qui quærebatur, nõ inueniebatur. Di- D
cit ei Samuël: Nunquid defecerunt filij? Erubuit pater. Habeo, inquit, vnum paruulum & contemptibilem, qui pascit oues: tu autẽ regem requiris. O pater, paruulum,
1.Reg.16. & pastorẽ Dauid dicis? Homo despicit, sed deus coro-
γνωμη. nat. Non enim sicut videt homo, videt deus. Homo in facie, deus autẽ in corde. Nunquid magnitudinẽ corporis quærimus? Ingenuitatẽ animæ desideramus. Confiderate diligentius. Nõ dixit ei deus, Vade & vnge mihi Dauid: sed, vade & vnge mihi vnum de filiis Iesse. Et
Gene.37. cur dubiẽ, non specialiter Dauid nominauit? Ne scilicet pateretur Dauid, quod passus est Ioseph. Sicut enim illi addiscentes futurum sibi regem, insidiati sunt ei, & post multas iniurias vendiderunt: sic formidini erat ne & isti hęc eadem perpetrarent. Vna ignorantia, cautelæ effecta est mater. Stabat igitur propheta hęsitans, & quærebat vnũ de filiis eius. Cui ille: Non habeo (inquit) nisi infantem paruulum pascentem oues. Vbi sunt qui

A semetipsos adornant extrinsecus, & depingunt? Nolo pulchritudinem corporis, honestatem mentis requiro. Quid enim est speciosa mulier? Sepulchrũ dealbatum, *Speciosa mulier, quæ.* nisi fuerit sobria, casta, pudica. Pulchritudo autẽ est sine his virtutibus præcipitium patens, venenum insipientibus cõpositum. Decus enim corporis infirmitate marcescit, & pulchritudo ægritudine tabescit: animæ autem pulchritudo immortalis est & æterna, & tunc maximè ostendit proprium decus, cum cessauerint passiones. tunc enim mens tranquillitate potitur. Si ergo videris virum aut mulierẽ speciosam, ne admireris: nam & roboreæ arbores, cum densæ sint foliis, & altitudine *Quercus dicit.* excelsæ, attamen non habent fructũ hominibus aptum, sed porcis afferunt cibum: vinea autem per terrãm repens, maturum vuarum affert fructum. Quid ergo vis, vineam habere, an arborem? Puto te vineã eligere ma-
B gis, quæ lætitia est ad hominũ vsus, quàm arborem animalium escam. Quid ape vtilius est? quid pauone pulchrius? Quid formica sapientius? Et apis quidem dulcedinem in se habet, & aculeum: pauo verò solũmodo in pennis est, non in fructu decorus. Formica verò cõtemptibilis hominibus, sed magistra virtutum est. Venit ergo Dauid de pascuis, & vngitur iussione domini oleo benedictionis, ministerio quidẽ hominis, sed dei nutu, quod superposuit capiti eius cornu chrismatis omni diademate & purpura potius, & perrexit habens regnum, non lorica indutus, non protectus clypeo, non telis munitus, sed habens benedictionem dei omnibus potentiorem. Post hoc ergo peccatis facientibus insurrexerunt Allophyli, & vastauerunt regionem Iudæam.
C Et cum hęc gererentur, missus à patre perrexit ad castra Hebræorum videre euentũ rei. Venit ergo Dauid vbi erat vterq; exercitus, & vidit castra Barbarorum valde munita, & arma splendentia, & de suis vulneratos plurimos: & nutu dei processit pastor ad pugnam. Et qui bello fuerant assueti, pauore tremebant: & iste qui arboribus & vmbra frondiũ delectabatur, cum vidisset alienigenam prouocãtem ad singulare certamen, irruit in eum spiritus domini, & dixit ad barbarum: Quis est 1.Reg.17. iste incircuncisus, qui blasphemat castra domini? Respondit alienigena: Vnde tibi superbia ista & audacia, vt audeas cõgredi mecũ? Et maledixit Philisthæus Dauid, & dixit: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli, & bestiis terræ. Dixit autẽ Dauid ad Philisthæum: Tu venis ad me cum gladio, & clypeo, & hasta: ego autem venio ad te in nomine domini exercituũ, dei agminum Israël, quibus exprobrasti hodie: & dabit te dominus in manu mea, & percutiã te, & auferam caput tuum
D à te. Nec pertimescam corporis proceritatem, cum insipientem nouerim mentem tuam: nec pauebo magnitudinem nauis, sed cõtemnam, quia gubernatorem nõ habes intus, quippe quẽ sciam esse aduersarium dei. Dic *μεταφορα.* mihi quibus armis confidis ô Dauid? Non carnalibus, inquit, sed spiritalibus. Arma enim nostra non car- 2.Corin.10. nalia, sed spiritalia sunt, sed vno modò in his cum sis exiguus, confidis? cõfido ait, quia magnus est dominus, contemptibilis quidẽ armis ego, sed qui misit me, fortis est. Ipsius enim maiestas mare conuertit in aridam, petrã dirupit, & flumina emanauerũt. Et qui elemẽta mutauit, multo magis vnum superbissimũ prosternere poterit. Et hęc quidẽ præueniẽs sermo narrauit: sed redeamus ad ordinẽ historiæ. Interea venit ad fratres Dauid, 1.Reg.17. & dicit eis: Quid dabitur viro qui abstulerit caput eius? De mercedibus disputat, nõ vt mercedẽ accipiat, sed vt illos firmiores reddat. Quid ergo faciũt fratres? Iterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuidiã,iterũ liuor. Dicit ad eũ maior frater ſuus: Quare veniſti, & quare dereliquiſti pauculas oues in deſerto? Ego noui ſuperbiã tuam,& nequitiam cordis tui: ꝙ autẽ non poſſis pugnare, manifeſtũ eſt. O zelus,ô inuidia omni malicia cumulata. Inuidia, ignis inextinguibilis eſt. Etenim ſicut tinea comedit veſtimentũ, ſic & inuidia eum quidẽ qui zelatur,conſumit:eũ autẽ qui inuidet,clariorẽ reddit. Nã & Ioſeph hoc eſt à fratribus paſſus. Et illi quidẽ qui inuidiæ facibus vrebãtur, de libertate in ſeruitutẽ adducti ſunt: cui autẽ inuiſum eſt, rex conſtitutus eſt. Iterũ æmuli, iterum fratres, nos, inquiũt, ſcimus ſuperbiam & maliciã cordis tui. Quæ enim erat neceſſitas, aut quod deſideriũ tuum, niſi vt videres prẽlium, adueniſti? Sed quid iſte ſapiẽtiſſimus iuuenis? Videndi, inquit, tanti prælij cauſa ad vos à patre huc miſſus ſum. Nũquid non verbũ eſt, de quo ſciſcitatus ſum? Et cùm hæc dixiſſet, ad alium tranſiuit locum,& ſimiliter interrogat, dicens: Quid dabitur viro qui hunc interfecerit gigãtem? Fratres zelantur, & extranei introducunt ad regem, qui ſedebat mœſtus,& formidine plenus. Et dicit ad eum: Non concidat cor cuiuſquã in eo. ego ſeruus tuus vadã, & pugnabo aduerſus Philiſthæũ hunc. Nõ metuat dominus meus rex. Videte honeſtam & ingenuã mentem. In die lætitiæ ſeruitutem confitetur. Quid ergo rex? Nõ vales, inquit, reſiſtere Phliſthæo iſti, nec pugnare aduerſus eum, quia puer es: hic autem vir bellator ab adoleſcẽtia ſua. Noli cõſiderare, inquit, ô rex viſibilia, ſed inuiſibilia. ne dixeris quia paruulus ſum in ætate, ſed cõſidera quia grandis ſenſu ſum. Quid ergo opus facto eſt? Non ei credebat rex. cogitur iam virtutes exponere ſuas, dixitq; Dauid ad regem: Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregẽ, & veniebat leo, vel vrſus, tollebatq; arietem de medio gregis,& ſequebar eos, & percuriebam, eruebamq; de ore eorum,& illi cõſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum,& ſuffocabam, interficiebamq; eos. Erit ergo Philiſtæus hic incircunciſus quaſi vnus ex eis. Credidit rex ſigni magnitudinẽ,& dixit ad Dauid: Induere armatura mea,& ſic egredere. Quod cum feciſſet, iuxta morem progredi non valebat: quia non permittebat hoc fieri deus, ſed vt nudus vinceret,& non arma Saũlis virtutẽ victoriæ partirentur, ne diceret rex: Quoniã arma vicere mea. Proiicit arma,& induit fiduciã. Egreditur nudus, & loricatus fide. Egreditur paſtor & miles, iactat lapidem. non natura corporis filius, ſed virtute fidei, ex vno rotatu fundæ in fronte percuſſit blaſphemũ. Quo corruente cucurrit, & accepto gladio eius, amputauit caput illius, vt cõpleretur illud quod ſcriptũ eſt: In operibus manuũ ſuarũ corruit impius ſonitu ſempiterno. Et nũc in nomine domini portauit ex hoſte victoriã & abſtulit in tẽpore illo opprobriũ ex filiis Iſraël. Iterum poſt victoriã zelus, iterum inuidia. Per ſingula quippe effodio fontẽ inuidiæ, vt ipſa poſſit vena oculis apparere. Iſte ergo talis ac tãtus vir, ætate doctior, vſu tritior, proceſſu tẽporis fit ſapientior, de quo dixit deus: Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundũ cor meũ. O præclara præconia, ô laudes excelſæ, ô virtutum magnitudo. Dominator ei dicit: Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundũ cor meum. Iſte, inquam, qui beſtias ſuperauit, qui Goliath interfecit, qui leonem ſuffocauit, qui vrſum ſtrangulauit, qui in iuuentute ſenior, adoleſcens corpore, mente grãdæuus: qui in regali culmine vitam monachi imitabatur. dicebat enim: Non margaritis ornabo lectũ meum, ſed lachrymis per ſingulas noctes lauabo ſtratum meum. Nunc autẽ homines non ſolùm in

Inuidia, tinea virtutum.

Gene. 37.

1. Reg. 17.

Ibidem.

Prouer. 11.

Pſal. 88. & Act. 13.

Pſal. 6.

nocte, ſed & in die dormiũt: ille autẽ in die procurabat palatium, & nocte deo vacabat, vt ſi fortè aliquid contraxiſſet peccati, per noctes lachrymis expiaret: & tanquã in portu quieto degens, familiariùs colloqueretur deo. Iſte ergo talis ac tantus vir, ſpiritus gratiam habẽs, in iuuenili ætate ſenior, qui vſq; ad æthera cœli peruenit, vt deſuper mereretur laudari, qui deuicit bella, qui mille aduerſum ſe machinas ſuperauit, poſt ſobrietatẽ, poſt modeſtiã, poſt caſtitatem, cum obtinuiſſet regnũ, & gentes ſubiugaſſet, & pax vniuerſa teneret, tunc negligentior & ſegnior factus eſt: vt addiſcatis quantum bonum ſit tribulatio, quæ tanquã virtutum omniũ mater eſt. Interea dum hæc ſecuritas eſſet, contigit vt meridie deambularet in ſolario domus regiæ. Qui curioſo oculo eminus vidit mulierẽ lauantem ſe ex aduerſo ſuper ſolário ſuo. Erat autẽ mulier pulchra valde: ſed pulchritudo non eſt in culpa, quia pulchritudo dei eſt donum. Vidit, inquã, mulierem lauantẽ ſe, vxorẽ militis. aperuit itaq; in vano oculos, & ſuſcepit ſagittæ ictum. Audiant curioſi, qui pulchritudines cõſiderant alienas, audiant qui ex ſpectaculis inſaniũt theatralibus, qui ad excuſandas excuſationes in peccatis dicunt, Spectamus quidem, ſed nihil nocemur. Dauid talis ac tantus læſus eſt, & tu te putas nõ poſſe lædi? Ille nocitus eſt, qui tantam habebat ſpiritus gratiam: & tibi quo modo credere potero ſine vulnere euaſiſſe? Et ille quidẽ non vidit meretricem, ſed in ſolario domus ſuæ: tu autẽ in theatro, vbi & locus condẽnat animam ſapientis. Ibi enim non ſolùm vides res infauſtas, ſed etiam audis ſpurciloquia, & ex ipſo inceſſu meretricis habituq; molliris, vbi & auditu & cantũ diabolico læduntur aures,& vndiq; percutitur mens tua, viſus de eo quod vides, auditus de eo quod audis, & reliqui lædũtur ſenſus, dicente propheta: Mors intrauit per feneſtras noſtras. Quia oculi noſtri tanquam feneſtræ ſunt animæ. Et cùm tantæ ſint corruptelæ, tanta præcipitia, quo modo poſſum tibi credere ꝙ à talibus beſtiis vulneratus nõ ſis? Nũquid lapidæus es, aut ferreus? Homo cõmunis naturæ ſubditus infirmitati, igni colloqueris, & non ardebis? Pone lucernã in fœnum, ſi poteris dicere quoniam nõ exuritur fœnum? Quod ergo fœnum eſt, hoc & noſtra natura. Vidit, inquit, eam lauantem ſe,& pulchram nimis. Suſcepit ſagittæ ictum, diffuſum eſt venenum. Miſit ad eam rex, cui illa reſiſtere non valebat. At vbi venit ad eum, operatus eſt iniquitatem, impleuit cõcupiſcentiam malam: iubet eam redire ad propriã domũ. Hęc dico, & in mediũ profero vulneratũ, vt omnes adſtantes videatis quo modo curatur. Nam & medicus cùm putrefacta vulnera ſecat, habet adſtantes ſibi, vt videant quo modo ſanet ęgritudines arte. Multò magis cũ propheta & rex ſecatur, cunctos oportet adſtare, vt videamus quo modo putredinẽ malam euadere poſſimus,& ab intolerabilibus vermibus liberari. Peſſima & iniqua impleta eſt cõcupiſcentia, peccatum cõſummatum eſt, & nõ erat qui curaret. Concepit itaq; mulier,& rex putabat virũ eius poſſe latere. Nam etſi propheta erat, tamen concupiſcentia obcæcauerat eum. Prægnans ergo facta mulier, vadit ad regẽ,& dicit ei: O rex, perij. Et ille ait: Quid habes? Prægnans, inquit, ſum. Peccati mei pullulat fructus, accuſatorẽ intrinſecus habeo, in vẽtre profero proditorẽ. Si venerit & viderit vir meus, quid dicam? quid loquar? quam excuſationẽ prætendã? Videte, & admiramini fratres, quantũ mali ſit delictis & peccatis obnoxiũ fieri. Rex militem timet, & formidat ſubditum. Imperator coronam capiti geſtabat, & cõfuſionis

Tribulatio virtutũ mater.

1. Reg. 11.

Pulchritudo, dei donum.

Theatralia ſpectacula quàm periculoſa.

Prophetæ omen concupiſcentia obcæcauerat. Prægnans culi, concepta mulier, vadit ad regẽ, & dicit ei: O rex, perij. Et ille ait: Quid habes? Prægnans, inquit, ſum. Peccati mei pullulat fructus, accuſatorẽ intrinſecus habeo, in vẽtre profero proditorẽ. Si venerit & viderit vir meus, quid dicam? quid loquar? quam excuſationẽ prætendã? Videte, & admiramini fratres, quantũ mali ſit delictis & peccatis obnoxiũ fieri. Rex militem timet, & formidat ſubditum. Imperator coronam capiti geſtabat, & cõfuſionis peccati.

Hiere. 9.

Simile.

opprobria

opprobria metuebat. Nónne tu imperator? nónne gladij potestatem habes? Habeo, inquit, sed conscientiam peccati mei timeo formidinis matrem. O ignominiæ accusatrix. Peccatum quod putabam latere, manifestũ est. Timeo, formido, quoniam confudisti me, & reum fecisti. Si venerit, inquit, vir meus, quid dicam? quid loquar? Inueniet me grauidam, & occidet me, accusatore clamante. Naufragium perpetratum perspicis iam charissime, quale sit, & quantum mali peccatum. Quid ergo rex? pudoris excogitato cõsilio, peccatis adiicit peccatum. & iniquitatem scelere vult celare. oportet enim dilatare sermonem: In tempore nanque illo Ioab dux exercitus Dauid in procinctu prælij aduersus populum Ammonitarũ à rege fuerat directus, cũ quo etiã Vrias perrexerat. Scripsit itaque rex vt ad se veniret Vrias, & diceret ordinationem belli: vt sub hac occasione criminis celaretur admissum. Venit Vrias de castris, & intrauit ad regem, interrogatusq; de apparatu belli respõ- B
vt ludit in antiberit. dit omnia prospera, & victoriam esse paratam. Audiuit rex, quod miles vicerit, & dolet qui ipse sit victus. Miles aduersarios subdidit, & rex à libidinis concupiscentia superatur. Miles inimicum prostrauit, & rex à peccato superatur. Miles victoriam annũciat, & rex præ confusione sua peccatum timet confiteri. Vicimus, inquit, & superauimus. Stupebat rex, & præ cõfusione peccati, pugnæ victoriam non sentiebat, eo quòd ipse sit victus. Vide itaque clementiam dei, quo modo immutat consilia hominum, qui in malis suis celare cupiunt
2. Reg. 11. quod admittunt. Dicit militi: Vade in domum tuam, & laua pedes tuos, & requiesce paulisper, quia de via venisti. Propter quam ob causam ô Dauid solicitus es, die mihi? Ille enim nesciebat ad domum suam pergere, aut lauare de itinere non consueuerat pedes? Ob hoc, in- C
quit, plenum pietatis do consilium, si potero quo pacto obumbrare sceleris magnitudinem, & vulneri superducere cicatricem, vt illius esse dicatur quod meum est. Sed inextinguibilis oculus non cõcessit, parcens ei qui fuerat vulneratus: Quid ergo miles ad illa? Quo modo, inquit, possum, cùm arca testamenti, & vniuersus exercitus super faciem terræ maneat, vt ego ingrediar domum meam, & comedam, & bibam, & dormiã cum vxore mea? Per salutem tuam non faciam rem hanc, vt ego in deliciis, & alij in pugna. Hæc nescius dicebat miles, opprobrium afferens regi, qui voluerat eum sub dolo illicere suasu, vt posset suum obtegere vulnus. Quoniam igitur celare non potuit adulterium, copulat homicidium, & excogitato consilio facit epistolam, & remittit eum ad ducem exercitus, cõtinentem hunc
2. Reg. 11. sensum: Pone, inquit, Vriam ex aduerso belli, vbi fortissimum prælium est. Dic mihi ob quam causam? scili- D
cet vt interficiatur. Et signatam epistolam tradidit militi. O infœlicitas, peccati gladiũ aduersum se nesciens portabat, qui iniusticiam fuerat passus, & epistolam ferebat sanguine plenam, sicq; perrexit. Oportet enim succidere ea quæ sunt peccati. Stetit igitur in pugna, occisus est, cecidit. Ecce duo peccata, homicidium, &
προλεξ. adulterium. Homicidium, adulterij fructus efficitur: & mala cogitatio sceleris, crimen est. Hæc dico propter peccatores, qui sibi multùm sunt malorum conscij, vt audientes de sua non desperent salute. Scriptum est e-
Exod. 20. & Deu. 5. nim: Non mœchaberis, non homicidium feceris. Duo igitur hæc prima mandata transgressus est, homicidiũ adulterio copulauit. Grande vulnus, pessima plaga. Quoniam ergo Vrias in bello occubuit, statim exultauit peccatum. Tunc iam perrexit ad eum Nathan pro-

A pheta. Consummatum est peccatum, completa est iniquitas, ablatus est è medio qui iniusticiam fuerat passus. Venit igitur ad eũ Nathan propheta. Propheta ad prophetam venit. Quam ob causam venit? certè & Dauid *Quæstio.* propheta erat. Quo modo ergo seipsum curare non potuit? Sicut enim medici quando ægrotant, aliorum me- *λόγος per* dicorum auxilio indigent, & infirmitas obliuioni dat *simile.* artem: sic & in hoc propheta. Ille propheta, & iste: sed ille sanus, iste autem graui vulnere sauciatus. Dicunt ei, Adest Nathan propheta. Iubet vt ingrediatur. Ingreditur ergo propheta: cõspicit regem sedentẽ in solio suo amictũ purpura, & caput lapide precioso ornatũ, hinc inde vallatũ præsidio militum, cum magna gloria exultantem. Dicit ad regem: Sermo mihi ad te ô rex. O sa- *μεταφο-* pientia medici. Intrauit portans gladiũ, vt secaret vul- *ρικὸν.* nus, sed infirmanti nõ ostendit, ne abhorreret medicinam. Abscondit deintus ferrum, non sub vestimento, sed sub velamine narrationis. Statim enim vt intrauit, non dixit, O inique, ô immunde, ô adulter, ô homicida. non vsus est nuda coargutione, nõ causæ iactauit fiduciam, sed erat ferrum absconditum. Quid igitur dicit? Causam habeo. Cui ait rex: Edicito causam tuam. Duo, inquit, viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper: dives habebat oues & boues plurimos valde, pauper autẽ nihil habebat omnino, prẽter ouẽ vnam paruulã, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis eius, simul de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens: erátque illi sicut filia. Cum autẽ peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium, pauperis ouem tulit, & præparauit cibum illi peregrino. Duos homines, Vriam & Dauid addisce personas. In veritate pauperculi ouem, mulie- C
rem dicit, hoc est, vxorẽ eius, quæ adulterata est, quæ de mensa eius vescebatur, & de calice eius potabat, & in gremio eius cubabat. Considera paupere incentiua pie- *Pietas ma-* tatis habere fulcimina, in diuitibus autem multam su- *ior apud* perbiam: apud pauperes, vxor & ancilla, & ministra est: *pauperes* & procreat filios, & ipsa mater & nutrix est. Apud diui- *est.* tes autem nõ est ita, sed cùm generauerit filium, statim eum tradit foris, & pietatis insignia abscindit superbia. Erubescit fieri nutrix, quæ facta est mater. Christus autẽ non ita. Ipse nutritor est noster, ideo & pro cibo propria nos carne pascit, & pro potu suum sanguinem nobis propinauit. Quis ergo in gremio eius cubabat. Auxit parabolam narratione pietatis. Venit ergo peregrinus homo ad regẽ illum. Quis itaq; est peregrinus? Cõ- *Peregrinus* cupiscentia videlicet. Vt ergo illius ostenderet castita- *Dauidis,* tem, peregrinũ concupiscentiam nominauit. Nunquã *eius concu-* alienas nuptias dissipauit, neque iniquis conspexit ocu- *piscentia.* D
lis, sed percussus in illa muliere perdidit castitatẽ, quia paululum se remissionem reddiderat securitate pacis. Venit peregrinus, iniqua & agrestis concupiscentia, ad illum diuitem venit, & ille nõ accepit de gregibus, aut armentis suis, vt peregrino pararet epulas, sed misit & rapuit ouem pauperis, quæ in sinu eius cubitabat, & de mensa eius edebat. Cũ hæc ergo audisset rex Dauid, iratus est valde aduersus hominẽ illũ, & dixit ad Nathan: Viuit dominꝰ, quoniã filius mortis est vir qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplum, & ipse gladio punietur. O iudicis superfluentẽ iusticiã. Non enim erat illa amoris & vmbra suspicionis, vt iustè nõ diceret. Iubet quidẽ in quadruplũ secundũ legem restitui. Lex enim præce- *Exod. 1.* pit furantẽ quadruplici restitutione vinciri: iste autẽ & *& 22.* legem est prætergressus: iubet quippe & ipsum interimi

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in quadruplum obnoxium detineri, promisit itaque sententiam & iudiciũ elimatum. Cum hoc dixisset propheta, iactat omnem vmbram imaginis, & in medium profert gladium, & cum fiducia dicit: Tu es rex qui hoc opus fecisti. O sectura, non gladio secans sensum doloris, sed in compendio accusationis! Cum enim oportuit, occultauit narrationem, cùm verò tẽpus inuenit, statim percussit & abscidit sine grãdi plaga vulnus, sed hoc solummodo dicens: Tu es rex. At ille velociter rediens ad cõscientiam, tanquã fidelis & idoneus seruus, culpam simpliciter confitetur, & dixit: Peccaui domino, Vides & in dolore ingenuitatem animi? Nec dixit ad eum, O ille tu cur non consideras fragilitatem humanam? cur non temetipsum carnalem intelligis? an nescis me in culmine constitutum esse regali? cur mihi audacter impegisti crimen? sed quid dicit? Peccaui domino, statimq; propheta: Dominus quoq; transtulit peccatum tuum, non morieris. O arguta pœnitentia, ô velox indulgentia. Dic tu, inquit, prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Per opera quidem exacerbasti, sed fideli cõfessione pœnituisti. Hæc dico, vt audiant peccatores, & qui in multis deliquerũt, ne desperent medicinam domini: tantum fideliter, & nõ subdolè pœniteant. Peccaui, inquit, domino. & ille ait: Dominus quoq; transtulit peccatum tuum, non morieris. Tu quidẽ dixisti: *Reum gladio interemi: ego autẽ dico, Non morieris. Vidisti quo modo deus prophetæ causam exoluit? Dic tu, inquit, prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Psalmus ergo Dauid, quãdo venit ad eũ Nathan propheta. Hîc ostenditur confessio fidelissimi famuli eius, bonitas & indulgentia clementissimi dei. Didicimus igitur quo modo sit curatus, & qualẽ susceperit medicinã. Quãdo autem dominus iustificat, quis est qui condemnet? Non enim dixit Nathan, Quia ego concedo, sed dominus, inquit, transtulit peccatum tuum. Secuit vulnus, sanies egressa est, curata est plaga. Et post hæc verba abiit propheta in domum suam. Hæc autẽ omnia egit Nathan, vt ostẽderet huius viri benignitatẽ, & mentis eius correptionẽ: qualem acceperit indulgentiã peccatorum, qualem cõsecutus sit veniam delictorũ, & erga dei fidelem famulum largam clemẽtiam. Non solum autẽ post pœnitentiam palàm edicit vulnera sua, sed in postremũ vniuersæ nationi eadẽ manifestat. Et psalmum scripsit, vt non remissiores post pœnitentiã efficiantur homines, & vt sciant quantã fabulam cõcupiscentiæ habeat tragœdia. Subintrante enim pœnitẽtia, venit & fiducia. Quia ego saluatus sum, inquit, quare non & alij me narrante saluentur? Deus mihi cõcessit, propterea scribo, vt & vulnus & medicamẽta vniuersi cognoscant. Nõ timeo cõfusionẽ, quia meam salutẽ desidero. Sic & Paulus fecit, cõcessa sibi peccata publicat, dicẽs: Gratias ago deo, qui me cõfortauit in Christo: quia fidelẽ me existimauit, qui prius fuit blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed nũc fidelẽ me fecit. Propterea, inquit, memetipsum publico, vt siquis est blasphemus, & iniuriosus, & multis obnoxius malis, nõ desperet salutẽ: tantum est, vt recedat à malis, & faciat bona, & habebit spem salutis. Quia nolo mortem peccatoris, dicit dominus: tantum vt cõuertatur, & viuat. Et tu ô Dauid quoniã mœchatus es, & homicidiũ perpetrasti, ideo pœnituisti, & remissionẽ à deo meruisti. Propterea temetipsum publicas, vt siquis est mœchus, & homicida, discat quoniã si cõuersus pœnituerit, potest ad salutem venire. Ideo vtraq; ante oculos posuit, & peccatũ, & pœnitentiam: & salutem, vt eligamus salutẽ. Hoc est, Ergo putas solummodo quòd quæritur vt omnibus notum faceret peccatum, & curationẽ suam? Non. Sed quid aliud? Ego dicam. Sicut enim audistis, quia pœnitentia multam & magnã habet remissionem, & grandẽ nobis prouidet apud deum fiduciam: sic & illud necesse est vos audire, quia non solum pœnitentiã putat sibi sufficere, sed formidat & tremit, ne in talia deinceps incidat mala. Volo ergo ostendere, quia psalmus nõ tantùm peccatorem demonstrat, sed & pœnitentẽ. Et hoc charitati vestræ dico, vt nemo sibi post pœnitentiam applaudat, & quasi securus remissius viuat, sed magis cautius agat, vt salutẽ suam in portu tranquillitatis cõstituat. Volo ergo ostẽdere eum quoniam sanatus est, & melior seipso factus, & potentior & fortior. Sed forsitan dicis: Quo modo denuo desiderans inuenitur, & iterũ pugna, iterum peccatũ? Sed quemadmodũ emendauerit, & desiderium suum deo obtulerit exponam. Contigit quodam in tempore ab Allophylis obsideri Bethlehem, cum castra posuissent in valle gigantum. Quod cum audisset Dauid, cõtraxit exercitum suum, & veniebat contra eos in diebus messis. Desiderauit autẽ Dauid, & ait: Quis mihi daret potũ aquæ de cisterna quæ est in Bethlehẽ iuxta portam? Irruperunt ergo tres viri fortes de comitibus eius contra Philistæos, qui vallauerant vrbem, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem quę erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid. Et ille nouit bibere, sed libauit eam domino, dicens: Propicius mihi sit dominus, ne faciam hoc. Num sanguinem istorum hominum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. Iterum pugna cogitationum, iterum disceptatio: sed illa quidem concupiscentia lege prohibebatur, hæc verò in tempore æstus sitienti necessaria & debita erat. Et cùm fortissimi viri conciti perrexissent, & in periculo animarum suarum exhibuissent aquam capitam, quo modo transeuntes aduersariorum multitudinem? Allata ergo aqua intellexit rex quid fecerit, quia in pugna validissima sitim suam non valuit continere. Ideòque vicit desiderium suum, quod sciuit cum alieno periculo adimpletum. *Allatam accipiens* aquam bibere noluit, sed semetipsum reprehendit, & domino eam libauit. *non enim aqua erat*, sed sanguis. Non natura sanguinis in causa erat, sed desiderium, & voluntas sua. Vides iam quo modo castigatus de priori concupiscentia, postmodum cautior est factus: & qui corpus adamauerat, & ruerat, aquam desideratam & necessariam, & sitiens bibere noluit, & victor sui factus est. Hæc loquor propter eos qui fornicati sunt. Concupisti forsitan meretricem, & peccasti. Facere quidem nõ debueras. Sed si cupis agere pœnitentiam, quod maximè debes, quia & damnum seculi sentis, & animæ detrimentum: nec adiicias peccatum super peccatum. Et forsitan dicis: Quo modo me abstinere possum? Dabo tibi cõsilium. Vxorem habes, licita vtere voluptate. Si non habes, expedit nubere, quàm fornicari. Sed non possum, inquis, me continere. Hoc pusillanimitatis est, & negligentiæ tuæ, qui dei præcepta contemnere malles, quàm facere. Quòd si ostendero tibi alium, nec vxorem habentem, nec fornicantem, sed sobrium & pudicum: quam habebis excusationem? Et ille quidem in pelago huius seculi nullo quassatur naufragio: & tu in portu constitutus ad naufragiũ deuergeris. Habes vxorem, fornicaris? magis autem mœcharis? Et quo modo, inquit, possum incentiuas vincere passiones: Fruere vxore, quia præcepit beatissimus Paulus, dicens: Propter fornicationem autẽ vnusquisque vxorẽ suam habeat, &

vnaquæque

Esaiæ 43.
2. Reg. 12.
*Aliàs, virum.
Ezechiæ.
Λόγμα.
2. Reg. 23.
Ibidem.
Nempe sanguinis periculo empta.
Vxoris vsus.
Concupiscentiæ remedium.
1. Corin. 7.

vnaquæque virum suum habeat. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Si ergo allicuerit te meretricis aspectus & sermo, reuolue intra teipsum huius præcepti sententiam, & dicito, Quoniam vir sui corporis potestatem nō habet. Verbum hoc scribe in facie tua, & dicito meretrici: Quid me vocas? Non est meū corpus, sed vxoris meæ, nec audeo prodere. Alienam dotem eius non poteris mutare, neque facultates eius impendere: & quo modo audebis corpus eius fœda polluere macula? Dicito ei, debitum hoc vxoris, non tuum. Dicito ei, timeo Christum. quoniā membra hæc de corpore sunt Christi. Audiant ergo & mulieres, & timeant, & intelligant vbi hoc mandauerit Christus, & dicant: Quoniam mulier sui corporis non habet potestatem, sed maritus. Scio multas mulieres per bonam cōuersationem lucratas esse viros suos, & castitatis exemplo prouocasse ad pudicitiam, & prudenti cōsensu nō reliquisse viros suos. Quòd si tu abstines sine illius voluntate, tribuis illi fornicandi licentiam, & peccatū illius tuæ imputabitur abstinentiæ. Quid melius est, vt tu illi debitū reddas, aut illa quod tibi debet, alibi perdat? Concessio tua nō est inhibita, illius verò prohibita: corpus enim vnum estis. Cum alieno autem si dormierit, perdidit membra tua. Cōsiderate fratres beatissimi Pauli pietatem: qui tanquā beatissimus medicus ingressus cubiculum & quasi residens dat salubre cōsilium sciens fragilitatem humanam, & dicit: Nolite fraudare inuicem nisi fortè ex cōsensu ad tempus. Propterea, inquit, accepisti vxorem, & tu accepisti maritū, vt inuicem cōsentiatis, & pari cōsilio quod melius est, eligatis. Vis abstinere? Summum est quod cogitas. Noli inuidere viro tuo: persuade illi, vt habeas duas coronas, vt non cōtinentia & castitas, virginū sobrietas, & luxuria habeant contentionē. Si enim tu abstines, ille verò inflammatur libidine corporis, recordare Pauli sententiam, dicentis: Ne fornicemur. Statim turbatur: & tanquā inter duos scopulos positus, naufragium sustinet nauis, cui portus clauditur. Nolite ergo fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus. Etenim vbi pax est, ibi omnia prosperabuntur. Vbi sobrietas lucet, ibi vnanimitatis abstinentia coronatur. Vbi autē intemperantia dominatur, ibi pugna & cōtentiones nō deerunt. Nolite ergo fraudare inuicem nisi ex consensu. Beatissimus Paulus tanquam bonus dispensator, quippe qui vniuersum orbem cupit despondere Christo castitatis insignia præbens, propterea nō erubescit dicere: Honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatū, quibus etiā ipse dominus interfuit, & pietatis suæ largitus munera, aquam cōmutans in vinum, figuraliter ostendebat, vt intercessu virginitatis nuptiæ, quæ quasi generales & licitæ sunt, nutu dei palmam abstinētiæ mererentur. Curre ergo quantū potes: si lassatus fueris, ad portū reuoca pedem, dicente Paulo: Et iterum in idipsum reuertimini, ne tentet vos satanas propter incontinentiā vestram. Castitas enim sine comitibus suis, ieiunio videlicet & temperantia, citò lassescit: quòd si his quasi adminiculis roborata fuerit, perfacilè coronabitur. Tria enim sunt hæc, virginitas, nuptiæ, fornicatio, nuptiæ mediæ, fornicatio deorsum, virginitas sursum. Virginitas nāque coronā habet, nuptiæ laudem mediocrē, fornicatio pœnam atque iudicium. Vide ergo si abstinere vis, cum cōsilio facito, & sic arripe iter, cōsiderans corpus tuum, quia summā rem desideras tanquā bonum pædagogū adhibe tibi ieiunium, & temperantiā, & perges fiducialiter, quò desiderasti.

A similis ar gumentum.

1.Corin.6.

Ibidem 7.

1.Corin.7. & 10.

Ibidem 7.

1.Corin.11.

Hebr.13.

Ioan.2.

1.Corin.7. Castitatis comites.

Collatio virginitatis nuptiarum & fornicationis.

A Nam & cū quis natare disponit, prius cōsiderat & deliberat, vt exuperare possit natādo, quod cœpit. Sic & tu, bonū est quod habes: sed si meliorē partem habere cupis, sapienter & cōsultè arripe consiliatorē: habes Paulū dicentem: Et qui habent vxores, sic sint tanquā non habentes: vt per abstinentiā, & bonam cōuersationem in hoc seculo cōscientiam puram habentes, coronari in futuro mereamur, per Christum dominū nostrum, cum quo est deo patri cum spiritu sancto, honor, gloria, & potestas per immortalia secula seculorum, Amen. *1.Corin.7.*

HOMILIA SECVNDA IN psalmum quinquagesimum.

RElIquias hesternæ mensæ hodie vobis reddere volo. Sed reliquias & mensam cum audis charissime, nihil palpabile arbitreris, aut crassum. Non enim carnē conscindimus, sed verbū dei vestræ insinuamus menti. Ex mensa enim corporali si vna vel secūda die caro cocta māserit, caro deperit, & corrumpitur: In proloquenda autem sapientia aliter est. Si integrum permanserit annū, suauitatē suam longè lateq; diffundit. Remāsit caro, & post paululū perputrescit: remāsit sapientia, & suauior redditur. Comedit quis carnem, sentiet corruptelam: comedit sapientiam, eructat verbum bonum, & proximū suum replet dulcedine. Ideo propheta quia tales escas edebat, fiducialiter dicebat: Eructauit cor meum verbū bonum. Cōmouentur iterum vndæ, sed mens cōstantior fit: agitātur corpora, sed auris dura & intrepida fit. Et cum omni intentione audiamus quæ dicūtur. Vidistis hesterna die charissimi prophetam loquentem, Et Dauid regem cadentem, surgentē, vincentem, coronatū, & publicatū. Vidistis peccatū insurrexisse, & per imprudentiā corruisse: & tanquā feram quandam peccatū insiliens & allidens, sed ingressam pœnitentiā releuantē & exaltatā meden do vulneri spe salutis. Vidistis prophetā arguētē: Vidistis & regē philosophicè portantē. Vidistis secantē medicum, saniem vulneris defluētem. Vidistis pœnitentē, & mortuum viuificantē. Audistis dicentē regem, Peccaui domino: & prophetam respondentem: Dominus transtulit peccatū tuum. Velox cōfessio, velocior medicina. Facto peccauit, verbo pœnituit. Annuit deus, correctio facta est, Vulnº apparuit, & sanitas rediit: sed non fuit his propheta cōtentus. Nam post correptionē, post pœnitentiam, post emendationem, post peccatorū ablutionem, psalmum hunc conscripsit, ita vt etiam posterę generationi fiat illius passio medicina, & illius naufragium sit aliis portus: & quibus ille vulneratus est, & emendauit, aliis in eadem incidentibus ipsa possint esse medicina & emendatio. Sed nunc videamus quid dicit psalmus, & cum syncero affectu audiamus. *Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundū multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* Quid amplius quæris? O Dauid perseuera gratias agens, indesinenter glorifica, quia ablatum est peccatum tuum. Sed volo, inquit, & cicatricem extenuare. Ablatum est vulnus, volo & pulchritudinem recipere. Ideo dicit: *Miserere mei deus.* Ad misericordiam, inquit, confugio, ad communem peccantium portum: nec enim confido operibus meis, siquid fortè boni feci: miserere mei deus, quia misericordia tua inæstimabilis est, omnem excedens sermonē, ininterpretabilis, peccatorum consolatio, iustorū cautela. Non enim solummodo peccatores saluantur, sed & iusti misericordia circundantur. Audi denique quid Petro dixerit Christus, columnæ & funda-

B

C

D

Peccatum, fera immanis.

2.Reg.12.

Misericordia cōmunis peccantiū portus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petrus cur dictus. fundamento fidei, qui ob robur cõfessionis vocatus est Petrus, dicente domino: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et iterum, Simon, inquit, quoties voluit satanas cribrare vos sicut triticum, & ego rogaui pro te, ne deficeret fides tua. Vides quoniam & iusti misericordia indigent, vt ex peccatoribus iusti fiant, & iustificati iusti maneant. Nã & beatus Paulus per misericordiam talis est factus. Gratias, inquit, ago ei qui me confortauit, Christo, qui fidelem me habuit, cõstituens in ministerio, qui prius fui blasphemus, & persecutor, & cõtumeliosus. Quo modo ergo saluatus es ô beatissime Paule? Sed propter hoc, inquit, misericordiam cõsecutus sum. Vides & iustũ per misericordiam saluatum? Prius quippe ecclesiam domini persequebatur, & Christianos in carcerẽ detrudebat, & tanquam singularis fera vineã domini deuastabat. Prophetas legerat, & prophetatũ ignorabat. Paterna lege doctus, datorem legis nesciebat. Quo modo ergo misericordiam cõsecutus est? Saule Saule, quid me persequeris? O ineffabilis misericordia dei quousque descendit. Quid me persequeris? Patrem, inquit, suum imitatur. Nam & ille populo Hebræorum dicebat: Populе meus quid feci tibi aut quid molestus fui, aut in quo cõtristaui te? respõde mihi. Et filiꝰ eius Saulo dicit: Saule Saule, quid me persequeris? Quid ergo ille? Quis es domine? Illico dominationẽ confitetur. Vidisti animæ generositatem, vidisti humilitatẽ famuli dicentis: Quis es domine? Ego sum, inquit, Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. O ineffabilis sapientia domini. Quare nõ dixit: Ego sum filius dei? Ego sum in principio verbum? Ego sum qui in dextera patris sedeo? Ego sum qui in forma dei consisto? Ego sum qui cœlum extendi? Ego sum qui terram super aquas fundaui? Ego sum qui mare diffudi? Ego sum qui vbique prẽsens sum, & omnia repleo? Ego sum qui semper fnm, & natus sum? Quare non dixit magna illa, & admiranda præconia? Sed quid ait illa benigna pietas, & ineffabilis clementia? Ego sum Iesus Nazarenus, de inferiori loco, de parua ciuitatula. Cur autem semetipsum de humiliori nominauit loco? Nesciebat enim eum persecutor. Si enim scisset, non vtiq; persequeretur. Ignorabat quoniam de spiritu sancto natus est. Nam ꝙ de Nazareth erat, non ignorabat. Si ergo dixisset ei, quoniã filius dei sum ego, & in principio verbum, qui cœlum feci, & astra ornaui, haberet dicere: Alter est ille, & alter is quem ego persequor. Intellexistis charissimi quæ diximus: Si dixisset illi magna illa & excelsa mysteria, habuit dicere: Non est iste qui crucifixus est. Et ideo dixit, vt sciret quia ipse esset quẽ persequebatur, qui carnem induit, qui figuram serui susceptt, qui cum eodem conuersatus est, qui passus est, qui mortuus, & sepultus. De inferiori loco semetipsum nominat, dicens: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris, quem nosti, quem scis, qui tecum est cõuersatus. Propterea statim dominum est confessus, quia de cœlis vocantem audiuit. Tantum quippe descendit dominus, quantum seruus ascẽdere poterat. Propter hoc & misericordiam cõsecutus sum, inquit: Ideo & Dauid: Miserere mei deus secundum magnam misericordiã tuam, Et secundum multitudinem miserationũ tuarum dele iniquitatem meam. Nam & Chananæa illa ad istum cõfugit portum: Miserere, ait, mei: filia mea malé à dæmonio vexatur. Vbi misericordia flagitatur, interrogatio cessat. Vbi misericordia postulatur, iudicium nõ fæuit. Vbi misericordia petitur, pœnæ locus nõ est. Vbi misericordia, quæstio nulla. Vbi misericordia, condonata

Misericordiæ fructꝰ.

1. Tim. 1.

Ibidem.

Actor. 8.

Mich. 6.

Pauli conuersio.

A

B

C

D

Misericordiæ portus.

Mundi statũ ante Christi aduentũ.

Peccatoris consolatio.

Pauli metamorphosis.

Desperationis consilia diabolica.

Peccatoris erectio.

Liberũ arbitrium.

responsio est. Miserere mei solum modo volo: vt quid à me expetis quæstionem? Dixi semel quòd misericordiam inæstimabilem quæro. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Dixisti magnam, edicito quantam. Quanta sit, nescio: quòd grandis est, noui. Quantũ autem, non valeo apprehendere, nescio magnitudinis quantitatem, non cõprehenditur verbo. Video nãque fructũ misericordiæ grandem. Nisi enim in immensum extenderetur, admodũ pauci saluarẽtur. Hanc misericordiam filius eius ostendit. Veniens enim misericordia sua saluauit cunctos. Miserere mei deus. O portus omni tempestate carens, ô portus omni tranquillitate plenus. Grande barathrum peccatorũ meorum, sed multa domini mei humanitatis cautela: factus est homo, ecce misericordia magna. In vtero virginali cõceptus est quod eras tu, vt tu quod nõ eras, esse posses. Hoc misericordiæ ineffabilis magnitudo. Dũ esset paruulus, ab extremis finibus vocauit Magos, post illos publicanum, post hunc meretricem, post illam, latronem, post istum vocauit blasphemũ. O noua vocationis principia. Dominabãtur dæmones, malè orbis gubernabantur negocia, præualuerũt peccãta, impietas omnes possidebat, alij dæmonibus libabant, alij creaturas pro deo venerabantur, alij immundiciæ & omni spurciciæ seruiebant. & ipsi qui legem acceperant, per præuaricationem legis deum cõremnebant. O grandis misericordia domini. Cum omnis mũdus cõclusus in peccatis esset, venit creator vniuersitatis, & principia peccantiũ euacuauit, vt nullus postmodũ desperaret de sua salute: Si impius es, cogita publicanum: si immundus es, attende meretricem: si homicida es, perspice latronem: si iniquus es, cogita blasphemum. Cõsidera Paulum apostolum, prius persecutorem, postea annunciatorem: prius peruasorem, postea dispensatorẽ: ante hoc zizania, post hoc frumentum: antea lupum, postea pastorem: antea plumbum, postmodũ aurum: antea piratam, postea gubernatorem: antea dispersorem ouium, postea dispensatorem Ecclesiæ: primò euellentẽ vineam, postea plantantem: prius dissipantem, & postea ædificantem. Vidisti multimodam maliciam: sed perspice ineffabilẽ misericordiam. Vidisti superbiã serui: considera beneuolentiam domini. Nolo mihi dicas, blasphemus sum: nolo dicas, persecutor sum, immundus sum. Habes omnium ostentiones, in quem volueris portum cõfugito. Vis in nouo, vis in veteri? In veteri Dauid, in nouo Paulus. Nolo excusationes mihi afferas, nolo mihi ignauiã tuam prætendas. Peccasti, pœnitere. Millies peccasti, millies pœnitere. Hæc assiduè infundo medicamenta, & timorem intercipio. Noui enim multum cõscientiæ cruciatum, scio quanta est desperatio. Stat diabolus gladium acuens, & dicens in hæc verba: Omnem iuuentutem tuam cõfudisti: omnem vitam tuã perdidisti. Antè eras in theatro cum amicis, in circo cum sodalibus, in lupanari cum meretricibus. Deinde rapuisti, auariciæ studuisti, periurasti, blasphemasti: quæ iam tibi salutis spes est? Peristi, peristi, fruere ergo iam vel præsentis vitæ voluptatibus, ducito in lætitia cor tuum. Hæc diaboli verba sunt, ista inimici consilia: sed mea contraria sunt verba. Si lapsus es, poteris surgere: peristi, sed poteris saluari: fornicatus es, sed poteris continere: mœchatus es, sed poteris liberari: ad spectacula proruebas, sed poteris reuocare pedem: cum aliis hominibus versabaris, poteris recedere, & cum bonis esse. In vtranuis partem liberũ habes arbitrium, tantum vel parua incipiat esse conuersio, paululum pœnitere. Fundant oculi lachrymam,

lachrymam, redi à te conſcientiam tuam, conſidera te-
metipſum, propone ante oculos iudicij diē, & paradiſi
delicias, quæ præparantur ſanctis. Occiſiſti, ſed pœnite-
re: mœchatus es, ſed cōfitere: cecidiſti, ſed reſurge: vul-
neratus es, adhibe tibi curam, dum viuis, dum ſpiras, e-
tiam in ipſo lecto poſitus, etiam, ſi dici poteſt, animam
efflans, vt iam de hoc mundo exeas, de hac compede li-
bereris. Pœnitere, nō impeditur temporis angustia mi-
ſericordia dei. Quo modo, inquit, & qualiter? Vlceribꝰ
plenus ſum, vulneribus refertus. Mille criminibus ob-
noxius, non poſſum in nouiſſimo pœnitere die. Potes,
& valde potes chariſſime, in exitu tuo cogita deum, in
teſtamento relinque pauperibus. Tu illuc vadis, & ope-
ra tua manent. Nolo mihi dicas: Vnde noſſe potero ſi
qualēcunque veniam habeo? Vbi miſericordia dei im-
ploratur, quæſtio non expetitur. Quando ille curat, no-
lo diffidas. Tantùm nos vel paululū conuertamur. Stat
medicus ſecans, & innumeras adhibens curationes, &
non interrogas quo modo curaris, ſed cōcedis arti: ſer
uo concedis, & deo miſericordiæ non concedis? Noli
dicere quo modo ſed magis admirare, & glorifica. Nā
& ego te interrogabo, quo modo latro ſaluatꝰ eſt? quip-
pe qui omnem vitam ſuam cruentā habuit homicidiis,
perſecutionibus, direptionibus, mille obrutus malis, &
non pœnituit dum adhuc eſſet in terra, ab hominibus
quidem pro ſcelere ſuo condemnatur: à deo autem per
bonam confeſſionem coronatur. Vnius diei vitæ ſpa-
cium non erat. Dominus in cruce clauis affixus pende-
bat: iamiamq; moriturus non deſperauit ſalutem ſuam,
& certè ſocio eius renitente. Sed hic confeſſus eſt do-
minum, pœnitens facti ſui, & paradiſi ianuam meruit
aperire. O latronis admirāda fides, in cruce poſitus vim
fecit, & intrauit regna cœlorum. Sed quemadmodum,
inquit, ſaluatus eſt, diſcere cupio. Audi verba latronis:
Memēto, inquit, mei domine, cum veneris in regnum
tuum. Et tantum prævaluit ſermo, prævaluit confeſſio,
adiuuāte miſericordia dei. Et quia ex animo pœnituit,
& confeſſus eſt deum eſſe Chriſtum, paradiſi meruit eſ-
ſe colonus. Si me interrogas quo modo: neſcio quo mo-
do, nec à me expetas qualitatē. Saluari ſolummodo cu-
pio, non requiro curationis vmbram: liberari cupio de
ægritudine, non interrogo medicinæ rationem. Si po-
tes dicere quo modo deus eſt, noſſe poteris & quemad-
modum miſeretur. Interrogabo te & ego, dicito mihi:
Quo modo adulteri: quo modo molles: quo modo ma
ſculorum cōcubitores: quo modo fures clauſtra carce-
ris habitātes? Mille accuſationes, inimici amariſſimi, po
teſtas iudiciaria imminens, parati carnifices: & ad nutū
regis dimittūtur. Rex homo eſt mei ſimilis, & meus con
ſeruus. Quid enim, ſi purpura circundatur? Sed nihil
mea ſubſtantia amplius habet. Vna natura, par cōditio.
Sic ingredimur mundum, pariter egredimur è mūdo,
ipſo ſpiritu ſuſtentamur: & ad nutū eius, & paruis apici-
bus puniendi ſoluuntur. Si hoc facit homo moriturus,
quanto magis deus angelorum, & archangelorum do-
minus? Si ſolummodo inuenerit, ſaluare nō poterit? Et
rex quidem ſi miſerit è carcere, pœnam dabit, non pec-
cata: Deus autem peccata dimittit. Si dixerit adultero:
Iam nolo vt adulter ſis, verba ſtatim vertuntur in ope-
ra. Si dixerit fornicatori: Fornicari deſine, ceſſa ab im-
mundicia tua, illico mens eius in melius mutatur. Et vt
ſcias quia ita eſt, dixit: Fiat cœlum, & factum eſt cœlum.
Præcepit fieri terram, & verbū eius in opera ceſſit. Vo-
lo fieri luminaria, ſtatim facta ſunt, & aſtris completum
eſt cœlum. Sol & luna præcepto eius conſummant cur-
ſum ſuum. Volo fieri angelos, & in puncto horæ tanta
milia facta ſūt. Et qui ex nihilo hæc omnia fecit, ſi vult,
ſermone ſuo tua peccata non valet ſoluere, & poſt pœ-
nitentiam in angelicum conſtituere gradum? Quid e-
nim eſt peccatum ad domini miſericordiam? Tela ara-
neæ, quæ vento flante nuſquam comparet. Si deus vo-
luerit, nullus impediet. Hæc dico, non vt negligētiores
vos faciam chariſſimi, ſed vt ad fidem vos ſalutaris ex-
pectationis adducam. Nunquam deſperetis de vobis,
ſed de dei miſericordia confidite. Deſperate potius de
illo, qui de ſe deſperauerit, qui reuocare pedem non
vult, qui dei præcepta contemnit & deſpicit, & non ſe
cogitat eſſe moriturum. Cōſidera nunc ergo chariſſi-
me prophetam iuſtum poſt gratiā ſpiritus ſancti, & poſt
tantam ad deum fiduciam poſt multitudinem virtutū,
poſt tantos triumphos publicantem ſemetipſum, & di-
centem: *Miſerere mei deus ſecundum magnam miſericordiam
tuam.* In immēſum miſericordiæ pelagus memetipſum
extendi ad domini miſericordiam. Quid amplius quę-
ris? O Dauid audi prophetam Nathan dicētem: Domi-
nus dimiſit peccatum tuum. Non quæro ſolùm pecca-
ta dimitti mihi, ſed & decorem meum priſtinū quæro.
*Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem
meam.* Vide quid quærat. Dele, inquit, & amplius laua
me. Plus aliquid quæro, maiorem honorem, maiorem
gloriam. *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à delicto meo
munda me.* Quid ergo dignū feciſti vt hoc tibi fiat? At-
tende diligentius verba, & temetipſum appende miſe-
ricordiæ dei. Inæſtimabilis eſt, ſine fine eſt, quæ com-
prehendi non poteſt, ſuperans omnem ſenſum, omni-
nem cogitationem. Sed quia talis eſt miſericordia do-
mini, tamen ne homines miſericordiam conſecuti
remiſſiores fierent, quærit quiddam à nobis deus. Mi-
ſeretur quidem, ſed non paſſim miſeretur. Prouocat
nos, & dicit, Da & tu aliquid: vtputa mille ſcelera per-
petraſti, habes onera delictorum, volo alleuiare pon-
dus tuum, da & tu manum tuam. Non quia ego tui e-
geo, ſed quia volo & te aliquid conferre ad tuam vtili-
tatem. Quo modo ergo latro ſaluatus eſt, & tanta ſol-
uit peccata? Scito eum miſericordia prouocatum, ſed
fide ſua tanquam adminiculo vſum, in eo quod dixit:
Memēto mei domine, dum veneris in regnum tuum.
Quid contulit deus ſaluti ipſius? Remiſſionem videli-
cet peccatorum. Quid verò intulit latro? iudicium ſalu
tis ſuæ, confeſſionis fidem. Qualē? Grandē, excelſam ni-
mis, cœlum tangentem. Quo modo? Ego dicam: Iudæi
viderūt mortuos ſuſcitatos, leproſos mundatos, dęmo-
nes fugatos, mare infrenatum, piſcem ſtaterem portan-
tem, ſtellam rutilātem, magos concurrentes, Herodem
turbatum. Hæc omnia videntes, crucifixerunt Chriſtū:
Latro verò nihil horum viderat, cōſiderabat ſputis re-
pletum, crucifixum, aceto potatum, & felle. Et cum hæc
omnia videret, non eſt ſcandalizatus, ſed regem cœlo-
rum confeſſus eſt. Vides quoniam non ſine cauſa miſe-
ricordiam conſecutus eſt, quia & ipſe fidē intulit ad ſa-
lutem ſuam. Neenon & publicanus aliena iniuſtè aufe-
rens, quo modo ſaluatus eſt? Tranſiens nanque Chri-
ſtus, dixit ad eum: Veni, ſequere me. Qui ſtatim exur-
gens, ſecutus eſt eum. Et ſicut latro confeſſionem intu-
lit, ſic publicanus obedientiam ſuam: & meruit in apo-
ſtolatus ordinem collocari. Sicut enim cum quidā gra
ui ægritudine vexatur, & multimodis indiget medica-
minibus, & attenuatus eſt ſumptibus, ſi introierit medi-
cus, & dixerit ad eum qui ægrotat. Plures ſpecies ad cō-
fectionem medicaminis neceſſariæ ſunt: reſpōdeat ve-
rò ægro-

Pœnitentia ſummi dei.

Luc. 23.

Quo modo deus miſeretur quemadmodum nō ſit, quo modo deus eſt.

Gen. 1.

Peccatū ad dei miſericordiam, tela aranea.

Deſperandus qui ſit.

2. Reg. 12.

Latronis fides.

Luc. 5.

Saluti noſtræ nos etiā aliquid inferre debemus.

Simile elegans.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rò ægrotus: Non habeo vnde tantas ſpecies emam,pau pertate detineor.dicat ad eum medicus: Illam & illam mihi da ſpeciem tantum: cætera de meo præſtabo. Sic & deus dicit: Da mihi confeſſionẽ tuam, & lachrymas pœnitentiæ:cætera autem pro miſericordia mea & humanitate tibi præſtabo,Ideòque rogat Dauid,vt multũ ab iniquitate ſua leuetur. Quid ergo pro hoc munere intulit? Dixit: Miſerere mei deus,&, vſquequaque laua me ab iniquitate mea,& à delicto meo mũda me. Quid obtulit? *Quoniam*,inquit, *iniquitatem meam ego agnoſco*. Viciſſitudo eſt.Deus dat vt ſaluificetur reus: dedit dominus miſericordiam ſuam:dedit & qui peccauerat,confeſſionem peccatorũ ſuorum.Parum quidem,ſed quod habuit.Quid dabis ô Dauid vt ſaluari poſſis,vt miſceatur medicamẽtum? Quoniam,inquit,iniquitatem meã ego agnoſco.Et eſſe poteſt homo,qui nõ agnoſcat peccatum ſuum?Quanti ſunt peccatores,& ſecuri degunt: quanti rapiunt, & non volũt intelligere quoniam iniquè agunt,quanti deuaſtant viduas,& diripiunt pupillorũ facultates, quanti circunueniunt aliena matrimonia:quanti tribulant orphanos,& agnoſcere nolunt ſuperuenturam ſibi calamitatem?Inſuper fiducialiter quę mala ſunt agunt, & nec ingemiſcunt, nec lachrymam proferunt, neque confitẽtur. Quo modo ergo poſſunt hi tales ſaluari, neſcientes nec agnoſcẽtes facinora ſua, nec dei iudicium præ oculis habentes? Vidiſti regẽ exmologeſin facientem,& dicentem,Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco,& peccatum meum coram me eſt ſemper.O ingenuitas animæ, ô mẽtis integritas. Nõ eſt oblitus peccati ſui,& iniquitatis,quanuis conceſſum ſibi fuerit: ille tamen in conſcientia ſua tanquã in imagine,adulterium & homicidium depictum habebat.Et per ſingulos dies videbat putredinem,& ideo,dicebat: Et peccatum meum coram me eſt ſemper.Ego illud video, tu ne id cõſideres.Ego illud ſcribo,tu quaſi dominus dele.Vide enim quid ſit: Si tu memor ſis,deus non erit memor:ſi tu oblitus eius fueris,deus eius memorabitur. Ego ſum, inquit,dominus, qui deleo iniquitates tuas. Tu verò memor eorum eſto. Vt quid ergo vis vt memor ſim? Vt gratior,inquit, ſit miſericordia mea,vt ſentias quid tibi conceſſerim. Si enim ſemper memor fueris cumuli peccatorum tuorum, eris memor & magnitudinis beneficẽtiæ dei.Indulſit tibi, ſed tu ne obliuiſcaris,& non erit memor: tu autem ſemper recordare.Tales erant ſancti: virtutes ſuas nõ meminerant:ſed peccatorum ſuorum memoriam reuocabãt. Non ſicut nunc homines,peccata ſua obliuiſcuntur, & celare cupiunt.Si quidpiam autem boni fecerint, in mediũ proferunt,& omnibus probare feſtinant.Feciſti aliquid boni, cela illud, vt dominus tuus videat, & ipſe laudet. Quòd ſi iactanter aliquid boni feceris, gloriam ab hominibus recepiſti.Feciſti malum,memor eſto,vt dominus tuus illud obliuiſcatur.Concede,domino tuo ſi dixeris, minoraſti ea, dominus tuus ſi dixerit, augebit ea. Quo modo ergo dicam? cum dederis inopi rogatus, quid dicis?Vidi pauperem eſurientem, & paui eum. Et ipſe deus dicit: Eſurientẽ vidiſti me,& pauiſti. Permitte illi qui potens eſt, dicere granditer: cõcede illi dicere, & exaltare. Peccata autem tua dicito, vt deleas illa. Si confunderis alicui dicere, quia peccaſti, *dicito ei quotidie in anima tua.Non dico vt confitearis conſeruo tuo, vt exprobret.Dicito deo,qui curat ea.Hęc enim ſi non dixeris:ignorat ea deus? Nunquid à te vult ea agnoſcere? Cũ faciebas ea,præſtò erat: cum admitteres, nouerat. Peccare non erubuiſti, & confiteri erubeſcis? Dicito in hac vita vt in illa requiem habeas: dicito ingemiſcens,& lachrymans:In codice ſcripta ſunt peccata tua. Spongia peccatorum tuorũ lachrymæ tuæ ſunt, grandis earum virtus. Dicam tibi quid valeãt lachrymæ,attende diligentius.Quid martyribus maius,qui animã ſuam ponunt pro amico ſuo?Gradis gloria martyrum. Martyres effundunt ſanguinem: peccatores effundunt lachrymas.Meretrix illa nõ fudit ſanguinem, ſed fontes lachrymarũ profudit, & deleuit peccata ſua. Et quid dicam de meretrice,& immunda muliere? Columna eccleſiæ,& fundamentum fidei,princeps apoſtolorum Petrus,ad ancillæ viliſſimæ mulierculæ interrogationem tertiò negat dominum: nũquid ſanguinem fudit. Nõne amare fudit lachrymas, & abſterſit peccatum ſuum,& recepit priſtinam dignitatem?Ecce habes codicem vbi ſcribas quotidianum expenſum. Habeto codicem conſcientiam tuam, & ſcribe quotidiana peccata.Quando accubueris ſuper ſtratum tuum,& neminem infeſtum pateris,antequã veniat tibi ſomnus,profer in medium codicem conſcientiam tuam, & reminiſcere peccata tua, ſiquid in verbo,ſeu in facto, vel in cogitatione peccaſti. Hoc enim dicit propheta, Iraſcimini,& nolite peccare: quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini. Per diem nõ habuiſti tempus,ſed obſeruiiſti iudici tuo:& iniunctũ negocium,& cõfabulatio amicorum,& domeſtica neceſſitas,& filiorum cura,& vxoris ſolicitudo,& militiæ timor, & cæterarum mille te rerum circundederũt cauſæ.Quando in lectulum tuum veneris,vt ſopori membra cõcedas ad tranquillum portum, nemo tibi moleſtus eſt, nemo pulſat, dicito in corde tuo & in anima ſua: quid tua:Expendimus diem,ô anima:quid boni fecimus,aut quid mali operati ſumus? Et ſi quid boni feciſti, gratias age deo: ſiquid mali, de cætero ne facias. Et reminiſcẽs peccatorũ tuorum effunde lachrymas, & poteris in lectulo tuo poſitus ea delere. Roga deũ tuum, & ſic permitte animam tuam ſoporari. Confeſſus peccata tua,facito tibi metipſi rationem, & ora miſericordiam dei,& inuenies requiem. Quid graue aut quid moleſtum eſt, poſitũ in lecto quotidiana deflere peccata? Cum reputare tibi cœperis, tanquam in eculeo ſuſpende cogitationes tuas, & vngula timoris dei radito eas. Propone tibi morem gehennæ, ſuperducito ei ſecturæ ictum nõ habentem dolorem. Iudicium facito tibimetipſi terribile, leuiorem præpara confeſſionem cogitatuum tuorum,vt non in futuro die ignauior ſis ad perſcrutanda peccata. *Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, & peccatum meum coram me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui,& malum corã te feci.*

Quid eſt quod dicit. Non timebam eum,qui iniuſticiam paſſus eſt: miles erat meus:iudicare me non poterat, ſed ſolicitus ſum prppter te.ne tu à me exigas pœnas. *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas cum iudicaris.*

Quid eſt quod dicit:Peccaui tibi?Fiat iudicium, & iudices qui vincis: quo modo? Quia videt deum ſine intermiſſione voluntate ſemper iudicare cum hominibus. Propheta dicit:Audite nanque cõualles,fundamẽta terræ:quoniam iudicium eſt deo ad populum ſuum. Et iterũ alibi:Popule meus quid feci tibi,aut quid contriſtaui te:Reſpõde mihi.Et iterum alibi: Audi cœlum, & aurib⁹ percipe terra, quoniam dominus locutus eſt: Filios genui & exaltaui, ipſi autem me ſpreuerunt. Et vbique vide Deum iudicare cum hominibus. Dicit ei: Apud te victoria eſt, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, hominem agricolam regem feciſti, prophetam conſtituiſti, victoriam mihi in pugna dediſti, gigantem ſuperare

Agnitio peccati ſui.

Eſa.43. Peccatorũ noſtrorũ cur meminiſſe debeamus.

Mich.25.

**hæc de pœnitentia publica,nõ de auriculari confeſſione intelligenda veniũt.*

Lachrymæ ſpõgia peccatorum.

Luc.7.

Matth.26.

Dormitat Chryſtus eſt, nemo pulſat, dicito in corde tuo & in anima ſua: quid agere deb eat.

μέλαφορά.

Mich.6.

Eſa.1.

perare feciſti,nõ virtute corporis,ſed virtute fidei. Pur pura induiſti, diuitias mihi dediſti plurimas. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas cum iudicaris.Si dixeris peccata mea,& non dixero ea ego, cõdemnabor: propterea miſericordia opus habeo, *Etenim incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Quia dixit regnum, dicit & prophetiam.Sic me honoraſti,vt & filiũ tuum reuelares mihi,& notum mihi faceres. Didici quoniam filium habes:& ſi in throno tuo ſit,didici quoniam futurus eſt homo. Annũciaui vniuerſo mundo gaudia aduentus eius.Et quia pati haberet pro ſalute generis humani,& quia crucifigendus eſſet, & ſepeliendus, reſurrecturũs à mortuis ſine corruptione,& quia aſcenſurus in cœlos: Dixi deſcenſionem eius, dixi reſurrectionem eius,dixi aſcenſionem eius,dixi ſedẽ eius in dextera patris,dixi vocationem Gentium,dixi congregationẽ eccleſiæ,dixi expulſionem Iudæorum, dixi Apoſtolorum electionem.Incerta & occulta ſapientię tuæ manifeſtaſti mihi. Sic me honoraſti, ſic me dilexiſti, & magna myſteria manifeſtaſti mihi.Et vbi hæc manifeſtauit?Audi hunc ipſum prophetam,quo modo deſcenſionẽ eius
Pſal.71. de cœlo dicit: Deſcendit ſicut pluuia in vellus. Quoniam aduenit filius dei, nõ cum fulgure, aut tonitruo, neque cum ſtrepitu, neque cum exercitu angelorũ,neque nuda deitate.Si enim ſic veniſſet,vniuerſa interiiſſet creatura, quòd non montes nec colles portarent.
Pſal.103. Quippe qui reſpicit ſuper terram,& facit eam tremere: qui tangit montes,& fumigant.Nam ſi nudam ſubſtantiam oſtendiſſet, ſol vtique extingueretur, luna nõ appareret, mare exiccaretur. Propterea ſilentio & tacitè veniens,nemine ſciente,neque ipſo diabolo: ſed venit ſilentio in vterum virginalem. O noua res,& ineffabilis,& miranda rerum myſteria: lapides conſumuntur,
Inarrãbile ex collatione. & mater nil læditur:montes tabeſcunt,& virginis vterus deum intrinſecus geſtat. Quid dicam, aut quid loquar,quo digno ſermone pronunciem?O amentiã hęreticorum,dicite mihi quo modo ancilla deum portabat? quo modo creatura creatorẽ? Qui interrogas quæ ſurſum ſunt, dicito quæ deorſum ſunt. Qui vbiq; erat: quo modo in matris vtero erat & in throno maieſtatis ſuæ ſedebat? Si me interrogas, neſcio, fide credo, non comprehendo cogitatione.Et quia ſilentiò erat venturus,non terrens,non conturbans, Deſcendit,inquit,ſi-
Antithefis. cut pluuia in vellus.In terram enim deſcendens pluuia ſonum reddet: ſuper lanam autem & in vellus deſcendens,nullum ſonitum dabit.Mollicies lanę ſoluit ſonũ pluuiæ deſcendentis: & vt diſcas quoniam ſilentiò venit,non terrens, non conturbans, non perdens,nõ exterminans, Deſcendens, inquit, ſicut pluuia in vellus.
Dixiſti deſcenſionem ſilentiò factam, dicito & prodi-
Pſal.39. tionem eius. Qui edebat,inquit, panes meos, multiplicauit aduerſum me ſupplantationẽ. Dicito & pugnam
Ibid.119. Iudæorum: Impugnabant me gratis:Dic & conſilia eo-
Ibidem 2. rum mala aduerſus Chriſtum: Quare fremuerunt gentes,& populi meditati ſunt inania? adſtiterũt reges terræ, & principes conuenerũt in vnũ, aduerſus dominũ, & aduerſus Chriſtum eius.Dic & crucẽ eius: Foderunt
Pſal.21. manus meas & pedes meos,dinumerauerũtomnia oſſa
Ibid.68. mea. Dic & cibum,& potum. Et dederũt in eſcam meã
Ibid.21. fel,& in ſiti mea potauerũt me aceto. Dic& inſultationes Iudæorũ: Sperauit in domino,eripiat eum,ſaluũ fa
Ibid.87. ciat eũ, quoniã vult eum. Dic & ſepulturã eius. Poſue-
Ibidem 15 runt me in loco inferiori.Dic & reſurrectiẽ eius:Quo-
Ibid.46. niam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Dic & aſ-

A cenſionem eius: Aſcẽdit deus in iubilo, & dominus in voce tubæ.Dic & thronum eius:Dixit dominus domi- *Pſal.109.*
no meo,ſede à dextris meis,donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.Dic & gloriam eccleſię eius: Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato,circũ- *Ibid.44.*
amicta varietate.Dic & *thronum virginum:Adducẽ- **Chorum*
tur regi virgines poſt eam. Dic & electionem Apoſto- *Ibidem.*
lorum:Pro patrib⁹ tuis nati ſunt tibi filij. Dic & baptiſ- *Ibidem.*
mum:Super aquam refectionis educauit me.Dic & my *Pſal.22.*
ſteria: Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos *De ſynaxi*
qui tribulant me. Dic & vnctionem,Impinguaſti in o- *ſacramenti*
leo caput meum,& poculum tuum inebriãs quàm prę- *intelligit.*
clarum eſt. Dic & petitionem Gentiũ:Pete à me,& da- *Ibidem.*
bo tibi gentes hæreditatem tuam.Ecce enim incerta & *Ibidem.*
occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi *Et iniquitates meas* *Ibid.2.*
dele. Quid ô propheta,quid deſideras?Soluta ſunt pec
B cata tua,interempta eſt pœna tua.Non,inquit,his contẽtus abeo,auarus ſum ad petendam miſericordiã dei. Noui dominum meum eſſe clemẽtem. Propheta eram priùs, volo & nunc eſſe propheta. & illam habere fiduciam,illam ſancti ſpiritus gratiã:auolauit quippe à me, *Simile phy*
ſicut columba, fœtorem peccatorum meorum ſentiẽs, *ſicum.*
volo priſtinam recuperare gratiam. *Auerte faciem tuam à peccatis meis,& omnes iniquitates meas dele.* Dicito manifeſtè quid velis. *Cor mundum crea in me deus.* O ingenuitas prophetæ, ô deſiderium ad deum, vt loquaris mihi iterum quæro,vt & ego tibi loquar. Amiciciã illam & familiare colloquium quæro.Quid enim? Quia liberatus à pœna ſum,ſecurus eſſe nõ poſſum. Mihi maior pœna *Pſal.18.*
eſt fraudari colloquio tuo. Quanuis enim ſubſtantiam tuam videre non poſſim (inuiſibilis nanque eſt) præ *Pſal.23.*
deſiderio tuo opera tua vidi, & exulto.Non vidi te,
C ſed vidi cœlos, & exultaui,& dixi: Cœli enarrant gloriam dei.Conſpexi terram,& dixi: Domini eſt terra,& plenitudo eius.Vidi mare,& dixi:Tu cõfirmaſti in virtute tua mare. Vidi diem, & noctem, & clamaui: tuus *Ibidẽ 73.*
eſt dies,& tua eſt nox,ſolem & lunã tu feciſti.Vidi mõ- *Ibidem.*
tes,& dixi: Et altitudines mõtium ipſius ſunt. Sicut qui *Ibid.94.*
amat, etiamſi non videat quem amat,tamẽ & ſi calcea- *Simile.*
mẽtum eius videat, videre videtur quem deſiderat: ſic & ego circumeo vniuerſam creaturam,tanquam catulus ſitiens, vt per odorem ſuauitatis tandem aliquando domini ſui præſentiam mereatur videre, & dico: Sicut *Pſal.41.*
ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad deum fontem viuum, quando veniã,& apparebo ante faciẽ dei? Rex, inquit,es, purpura indutus es,diademate ornatus. Nõ quæro,inquit,iſta, decorem meum quæro,& ſplendorem ſpiritus. Contemno vmbram,pertranſeo cœnoſa quæque,folia ſunt iſta, & nox
D & ſomnium,& fœnum,& tanquam tela araneæ.Gloriã meam quæro,non poſſum facere craſtinationem, non ſuffero dilationem, qui fiduciam perdidi circundatus peccato. Cor mundum crea in me. Et non ſolum hoc quæro,ſed inhabitantem in eo. *Et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Bene dixit, Innoua. De nouo nanque fabricata eſt domus,quam inueterauerat peccatum,rogo vt innouet gratia.Et pro hoc munere quid mihi dabis ô Dauid? *Docebo,* inquit, *iniquos vias tuas,& impij ad te conuertentur.* Si accepero ſpiritum, diſputabo orbi terrarum, & dicam: Omnes gentes plaudite manibus,iu- *Pſal.46.*
bilate deo in voce exultationis. Quoniã dominus excelſus,terribilis,rex magnus ſuper omnẽ terram. Si accepero ſpiritum,dicam: Dixit dominus domino meo, *Pſal.109.*
ſede à dextris meis donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum, Docebo iniquos vias tuas,& impij ad

te con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te conuertentur. Et Iudaicę ceremonię vbi erunt? Non immolo tibi oues, & non offero vitulos & arietes: scio quia his nō delectaris, sed quæ filij tui sunt. Vis conuersionem gentiū, abolitionem peccatorum? Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis. Quia ergo nolo ista, quid mihi dabis? Habeo & aliud sacrificium, quo delectaris. *Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit.*

Humilitas sacrificiū.

Immò sacrificium maximum humilitas est. Solue peccatum meum, da mihi spiritum sanctum. Hoc sacrificiū humilitatis multò melius est quàm Iudæorum. Nam & tres pueri illi ætate iuuenes, senibus prudentiores: pauci, sed superantes multos: captiui, sed fortiores rege, qui amiserunt quidem patriam, & non perdiderunt fidem: nudi, sed vestiti: pauperes, sed abundantes: serui sed liberos præcellentes, qui flammas ardentes cōuerterunt in rorem, qui elementa maxima demutarunt, qui ignis obtuderunt virtutem, quos alligauit tyrannus, & soluit ignis, lamentabantur, & dicebant. Peccauimus, iniustè egimus, iniquitatem fecimus, & non est princeps, neque propheta, neque locus primitiarum ad sacrificandum, vt inuenire possimus misericordiam. Sed in anima contribulata, & spiritu humilitatis fiat sacrificiū nostrum. Et hic non sua scelera deflebant, quæ necdū admiserant: sed quasi boni aduocati pura conscientia pro populo qui in captiuitate cōstitutus erat, rogabāt deū. Cor igitur cōtritum, & humiliatum deus non spernit, hic solicitiùs intendite, pro salute enim vestra sunt quę dicuntur. Omnes quippe vos doctores fieri volo, omnes peritos, omnes monachos: non vt coniuges nō habeatis, sed vt cæteras virtutes possideatis, quæ vos deo commendare possunt. Monachus enim non solū propterea dicitur, quia vxorem non habet, sed quia religioni dei, & seruitio ipsius mancipatus est: & cura illi est quemadmodum deo, non seculo placeat: & qui magis eligit castitatem, quę deo chara est, & spiritus sancti habitatio. Volo ergo vos in religione dei feruere. Quid ergo est quod quærimus? Orauit, confessus est, rogauit, obsecrauit, deprecatus est, lachrymas fudit, cor mundū petiit, fidem dedit. Quærendum si quod quæsiuit, inuenit. Multam in vobis cerno alacritatem, multum gaudium: delectatur nāque gubernator cum viderit prosperiores flare ventos. Vndarum quidem eleuationem non video, sed video multitudinem commouentium se, & non recedentem, & aures patulas, & attentos oculos vestros constringi quidem corporaliter, sed mente stabili dilatare sensum ad audiendum verbum dei. Nā quod quæritur, hoc est: Orauit, rogauit, obsecrauit, deprecatus est, deposuit pœnam, liberatus est à peccato. Quid ergo quęritur, si ad priorem reuertitur fiduciam, si spiritus meruit gratiam, si quod petit, accepit? *Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.*

3.Reg.8. Dan.36.

Monachi munus peculiare.

Simile.

Videte charissimi quantum potuit pœnitētia, vt priori eum redderet dignitati qua pollebat antequā caderet. Attendite quæ dicuntur: de confessione, de repetitione spiritus, de prophetali gratia quinquagesimum scripsit psalmum. Post hunc verò & sexagesimū, & septuagesimū, & octogesimum, & nonagesimum. Ne ergo quidam dicerent, Quid enim si scripsit psalmos, sed non spiritu sancto? nō enim recepit spiritum sanctum. Interrogemus eos quo modo descripserit. Humana, inquiūt, sapientia. deseruerat enim eum spiritus sanctus. Peccatum quidem ei concessum est, sed spiritus redditus non est. Ipse quidem petiit, sed vbi acceperit nō inuenimus, & vbi illi responsum hoc dederit deus, Ecce reddidi tibi quod amiseras. Atēdite diligenter, scripsit quinquagesimum psalmū, deinde sexagesimum, & cæteros per ordinem. Scripsit autem & alterum psalmū, qui est post centesimumnonum: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Hunc psalmum post passionem domini competit aptari, cùm cōsummatis omnibus ascendit ad patrē. Quinquagesimus verò est, in quo se dicit recepisse spiritum sanctum. Ille autem centesimusnonus, in quo dixit: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: quærendum est, sicut cœperam dicere: si post peccatum, & pœnitentiam receperit spiritū sanctū. Vbi ergo ostenditur quod receperit? Audi quādo omnia operatus est Christus. Mare infrēnauit, lepro- *Matt.3.& Ioan.2.*
sos mūdauit, dæmones effugauit, maliciam exterminauit, paralyticū solidauit, vox desuper intonuit: Hic est *Matth.3.*
filius meus dilectus, in quo complacui. Ioannes Baptista testimonium perhibet: Ecce agnus dei, ecce qui tol- *Ioan.1.*
lit peccata mundi. Res ipsæ clamabant. Spiritus venit *Mar.11.*
super eum in specie colūbæ. Iam ergo incipiebat ascendere crucem, vocauit Iudæos omnes, & dicit eis: Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Ante hoc vos non interrogaui, quia necdum vobis probamēta deitatis meæ ostēderam. Quando autem elementa deitatem meam ostenderūt, & pater desuper intonuit, Et dixit me charissimum esse suum filium: postquam doctrinam meam omnibus manifestaui, & viā veritatis ostendi signis, & prodigiis, & virtutibus: nunc vobis dico, quando ne vmbram quidem contradictionis habetis: Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt illi ingrati & vecordes: Dauid filius est. Negantes scilicet deitatem eius, & nolentes dicere eo quòd dei filius esset. Dicit ad eos dominus: Et quo modo Dauid in spi- *Psal.10.*
ritu sancto dominum eum vocat, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorum? Videtis ergo charissimi solutam esse quæstionem, quòd non per sapientiam mundanam, neque per seculi prudentiam locutus Dauid, sed per spiritum sanctum futura prædixit, ipso *Dauid post pœnitentiā spiritū sanctū recepit.*
domino testimonium perhibente, quòd receperit post pœnitētiam spiritum sanctum. Inter quinquagesimum enim psalmum & centesimumnonum grāde interuallum est & temporis & ordinis. Si autem spiritum sanctum recepit, immò quia recepit, solutū est peccatum, susceptа est pœnitentia, restituta est gratia. *Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Vides quòd iterum ad suam rediit dignitatem, iterū prophetiæ munitus gratia, iterum de Christo annunciat, & dispensationis eius prædicit mysteria. Videtis charissimi quanta est pœnitētiæ virtus, & conuersionis ad deū ab operibus malis? Hic enim sanctus Dauid non solùm cùm in corpore esset, placuit deo: sed & post mortem suam viuis inuenitur præstitisse grande solatium. Contigit nanque Ezechiæ regi, inimicas in temporibus Iudæorum gētes circūuallasse Hierosolymam. Et cùm esset Ezechias iustus vir, rogauit deum: & prostratus lachrymis deprecabatur, vltionem de aduersariis postulans. Venit ad eum Esaias propheta, & dicit: Ne putaret ille, quia iusticia sua exauditus est: & certè iam defecerat Dauid, & habebat multos annos requiescens. Quid *Esa.37.*
ergo dicit ei? Protegam hanc ciuitatem propter me, & *Clarè videt sanctus in patria patrocinari viuis.*
propter Dauid seruum meū. Dauid mortuus est, & merita eius vigent. O rem admirandam, ô ineffabilis clementia dei, homo mortuus viuo patrocinatur. O iustorum & post consummationem inexpugnabilis pugna virorum.

virorum. Pro his omnibus gratias agamus deo, & tales nos exhibeamus in hac vita, quò possimus inuenire requiem sempiternam cum sanctis, per Christum dominum nostrum, cum quo est patri, vnà cum sancto spiritu, honor, gloria, imperium & potestas per immortalia secula seculorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN *Psalmo lxvij. Exaudi me domine, quoniam suauis est misericordia tua, Homilia, incerto interprete.*

QVI orationibus insistere, semper voluntatem dei implere, promissa eius sustinere norunt, ita ipsi soliciti viuunt, vt etiam à leuibus peccatis abstineant, nec exaltare vocem suam in risu possint, intendentes illi testimonio, vbi dictum est: Stultus in risu exaltat vocem suam, sapiens autem vix tacitè ridebit. Obseruant ponentes custodiam ori suo, scientes quia in multiloquio nō effugietur peccatum, & quia etiam de ocioso sermone reddituri sunt rationem. isti ergo sano oculo cordis videntes ambulant, ne offendant: proficiscūtur, vt proficiant: tolerāt, vt perueniant, perueniunt, vt gaudeant. Hæc spes perducit eos vsque ad rem. Nam iste qui sic clamat, vt modò cantauimus: Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua, secūdum multitudinē misericordiæ tuę respice super me: satis de deo præsumebat, sperabat, credebat: rogabat, impetrabat. Non dixit, Exaudi me, quia talia sunt merita mea: nec dixit, quia præcesserunt bona facta mea, exaudi: sed vide quid ait. Tanta suauitate repletus, delectatus odore illo suauitatis: quia Christi bonus odor in illo iam erat, in spiritu prophetię clamabat dicens: Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua. Non audeo iactare merita mea, sed non taceo gratiam tuam. Ergo suauitas quæ est in deo nostro, dulcis est, sapore sancto repleta est, nutrit, fouet, defendit, & fortificat, consolationem præstat, benignitatem nō negat, tolerantem facit, iustum, sustinentem, humilem, benignum, largum, sobrium, castum, charitate plenum, hospitalitate præditum, prudentia ornatum, temperantia clarum, fortitudine firmum, iusticia liberatū. Gaudeant qui ista pulchritudine tantarum virtutum vestiti sunt. Ista ergo suauis misericordia perducit vsque ad presentiam dei. Nec ita vnusquisque sibi blandiatur de misericordia dei, vt cogitet quia non erit iudicium. Erit & iudicium. nam quid clamabat in psalmo ore prophetico sanctus Dauid? Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Hic misericordia, ibi iudiciū iudicis. Nec cùm nō hîc placuerint deo misericordiæ, in iudicio inueniant dei veritatē. Ergo primò mores purgādi sunt, vita corrigenda, mala cōsuetudo mutanda, vetusta institutio dimittenda, & ita dici potest: Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua secundum multitudinē misericordiæ tuæ. Quia verò multa mala sunt generis humani, multa etiam misericordia est dei nostri. Si enim misericors non fuisset, cum die peccatores occideret: sed quia benignitas dei vnumquenque ad pœnitentiam vocat: duri & insulsi secundum duritatem cordis sui thesaurizant sibi iram in die iræ secundū reuelationē iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Ergo iste deus multū est misericors, qui non in finē irascitur, neq; in æternum indignatur. ideo dicit ei, Secundum multitudinē misericordiæ tuæ. Nō pro facinore meo, non pro vita mea, sed propter multitudinem misericordiæ tuæ respice in me. Quādo respicit deus, fugiunt peccata, extinguntur delectationes, liquefiūt omnia mala collecta desideria, tantum vt respiciat claritas, & statim fugit peccatorū obscuritas. Ergo dicamus & nos correcta vita & eliquata conscientia, Exaudi me domine, quia suauis est misericordia tua. Si tamen non redarguat cōscientia, quoniam scriptum est: Beati mundo corde, quia ipsi deum videbunt. *Matth.5.*

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN *Psal. lxxi. Descēdet sicut pluuia in vellus, & sicut guttæ distillantes super terrā. Orietur in diebus eius iusticia, & abūdātia pacis donec extollatur luna, Homilia incerto interprete.*

DOminus virtutum, & plenitudo gloriæ, magna & mira faciens, ineffabilia demonstrans credentibus, considerantibus opera eius, stupor mentis accidit eis, formido & pauor cordis. Nam modò quos versiculos cantamus, audite: Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut guttæ distillantes super terram. Orietur in diebus eius iusticia, & abundantia pacis, donec extollatur luna. Pluuia in vellus, ostenditur prædicatio Christi in synagoga lata. Nam quando tulit librum coram omnibus sacerdotibus, obstupescētes dixerunt: Hic quo modo legit, cum literas nesciat? Ergo sedebat, & docebat in templo populū dei, ideo pluuia in vellus, quia prædixit Esaias, dicens: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, & terra germinet saluatorem. Id enim significabatur temporibus illis Hierobaal (qui alio nomine dictus est Gedeon) quando signū petiit à deo, & ait: Hoc vellus descēdēte pluuia ipsum solum madidetur, & tota area sicca sit. Quid significabat pluuia, nisi prædicationem legis? Nam vellus illud, sacrificia Iudæorum, in quibus sacrificiis iusserat sibi pecora offerri. In istud ergo vellus descendit pluuia, quia in sola fuit Iudæa legis cultura. Aliam petitionem postulauit, vt vellus siccum esset, & alia pluuia infunderetur: in qua pluuia demōstrauit nobis transferri sacrificia à synagoga, & totā aream mundi impleri prędicatione Christi. Illis enim repudiatis, nobis aduenit misericordia in aduentu saluatoris. Descendit ergo pluuia in vellus, Christus in synagogam, legem confirmans & adimplens, non soluens. Sed quia solummodo filiū hominis putauerunt, ideo dominum gloriæ crucifixerūt. Subsequitur ergo versiculus dicēs: Et sicut guttæ distillantes super terram. Guttæ istę virtutes sunt, quibus idē dominus noster Iesus Christus dignatus est terram veniens implere. Gutta fuit quando leprosum mundauit, puerum Centurionis à mortis periculo sanauit, paralyticum curauit, cæcum illuminauit, mortuos suscitauit, & cætera miracula quę legistis in euangelio facientē dominō. Istæ ergo guttæ distillauerūt in terram, id est miracula in carne humana aduenientia. Orta est ergo in diebus eius iusticia. Qualis est ista iusticia, nisi stater ille inuentus in interioribus piscis à Petro de mari leuatus? De quo statere dixit Petro: Da filiis regni huius pro me & te. Ergo ista iusticia qualis est, nisi vt domin° carne induta, & hominem oculis humanis demonstraret, & diuinitatem occultaret? Quanta iusticia, vt traderet se pro omnibus hominibus, & pro ecclesia vbique diffusa? Quanta iusticia, nisi vt omnia toleraret iniusta ex improbitate Iudæorum, & suam iusticiam demonstraret ferocitati eorum? Hæc iusticia monstratā est omnibus hominibus, vt qui vidisset mulierē ad concupiscēdum eam, iam mœcharetur eā in corde suo. Nulli mālum pro malo reddere, cum omnibus hominibus pacē habere, pro inimicis orare. Ecce orta est in diebus eius iusticia. Quæ iusticia, pietati coniuncta, tolerantiæ conglutinata,

Iuste.21. Prou.10. Matth.14. *Gratiæ dei gustus.* *Psal.100.* *Iust.2.* *Guttæ spiritales.* *Matth.17.* *Matt.5.* *1.Thes.5.*

glutinata,appenditur ibi vita æterna,& fit iusticia:vt in quacunque mẽsura mensi fuerimus, in eadem remetiatur nobis. Hæc est iusticia, vt ante tribunal Christi stemus, & reddamus rationem quæ per corpus gessimus, siue bonum,siue malum.Hęc est iusticia de qua dicebat Apostolus: De cætero supereſt mihi corona iusticiæ, quam reddet mihi dominus iustus iudex in illa die, nõ tantùm mihi, sed & omnibus qui diligũt manifestationem eius.Ecce orietur in diebus eius iusticia. subsequitur:Et abundantia pacis,donec extollatur luna.Quantam enim abundantiã pacis nunc videmus,vt caro cõcupiscat aduersus spiritũ , & spiritus aduersus carnem, subiugati sint affectus carnales spiritui? sit abundantia pacis donec tollatur luna. Habemus aliam pacem, abũdãtem in nobis charitatem, quam hęreditariam donauit nobis,dicens:Pacem meam do vobis,pacem meam relinquo vobis.Hæc est abundantia pacis. Sed quãdiu? donec tollatur luna. Quid est, Donec tollat luna?Donec finiatur omnis prædicatio ecclesiæ , & colligantur omnia, plicetur cœlum hoc vt liber, & terra ista transeat,vt sit cœlum nouũ, & terra noua . Luna enim dicta est ecclesia, quæ crescit in sanctis, decrescit in peccatoribus, dicẽte propheta:Vt sagittent in obscura luna rectos corde.Quę est obscura luna, nisi persecutionẽ passa ecclesia , quando despicit eam sol , & caret claritate tẽpore persecutionis,hoc est, donec tollatur luna.Sentiamus ergo tam occultum secretum apertum nobis à deo,& factum manifestum:quia quæ fuerũt in lege antè velata,facta sunt in euangelio reuelata. Aperta est ergo ianua scientiæ cordis. Quærite eum, reddite ei quæ vouistis,& distinxerunt labia vestra in regula illa symboli in qua professi estis.Quis descendit pro nobis,quis tãta passus est?Vnde vẽturus est iudicare viuos & mortuos?De cœlo veniet ex gremio patris. Quos inuenerit fortes & stabiles in fide, dabit eis coronã iusticiæ , quia orietur in diebus eius iusticia, & accipient abundantiã pacis. In illa regione vbi nulla nominatur inimicicia, ibi iam luna non erit:quia ecclesia tota non malis & bonis plena erit,sed tantùm bonis. Cõcedat ipse,vt ibi boni serui,pij,fideles,humiles,mansueti, in spiritu & veritate suscipiamini in dextra,sequestrati à sinistra, vt pastorem bonum agnoscentes , qui animam suam posuit pro ouibus suis,perpetuò cum eo regnetis,Amen.

Matth.7. *2.Cor.5.* *2.Tim.4.* *Galat.5.* *Ioan.14.* *Luna ecclesia.* *Psal.10.* *Ioan.10.*

DE EO QVOD SCRIPTVM EST in Psalmo LXXXIIII. Non in æternum iraſcaris nobis &c. Homilia, incerto interprete.

OMnis qui se agnoscit, sui accusator est. Nam iustus & iustificatus,qui in primordio sermonis sui accusator existit,cum venerit aduersarius,nõ confundet. Omnis qui sua in isto seculo dolẽdo peccata accusat,& fuerit à se accusatus,à deo erit excusatus. Sed illa est fructuosa accusatio , si subsecuta fuerit correctio. Cæterùm quotidie se accusare,& non corrigere,deum tentare est. Melius ergo eligo, vt primò sit correctio,& postea accusatio,quàm præcedat accusatio , & non subsequatur correctio . Quid ergo scriptum est, ne repetas sermonem in oratione?Magna vis,magna obscuritas. Quid est quod dixit, Ne repetas sermonem in oratione? Quis enim nõ repetat?An fortè illud intelligendum est de eo quod dicis deo , Peccaui?Non repetas factũ, quia cum repetis,id est ad peccatum redieris,orationem repetis.Ergo eligendum est à sapientibus peccatũ agnoscere,& dolere semper.Præterita vetusta malè cõmissa, malè cogitata, pessimè delectata,inordinatè dicta, debent quotidie in mẽte manere, & semper homo debet ista dolere , vt cum venerint nouæ suggestiones:ibi repellatur inimicus,dicẽdo: Adhuc doleo peccatum vetustum, quo modo admitto peccatũ nouum?Quid ergo dicebat iste propheta?Non in æternum iraſcaris nobis,vel extendas iram tuã à generatione in generationem . Quid est hoc quod dicebat: non in æternum iraſcaris nobis?quasi diceret: Hic nobis iraſcere, hic nos afflige, hic nos emẽda,in isto seculo flagella: quia quẽ diligis,flagellas & emendas.Flagellas autem omnem filium quem recipis . Hic ergo in isto seculo , quia flagellum meum finitur, & correptio mea inuenitur.In tuo ergo flagello correctio mea inueniatur hic,& nõ in æternum. Si in æternum me flagellaueris , pœna perpetua mihi erit . Ergo ne in æternum iraſcaris nobis:quia vita hic tenetur,aut amittitur. Dignare ergo hic quicquid vis,qualiter vis,quãdo vis,fac in me quod vis,tãtum vt ibi me recipias,vbi omnes recipis quibus ignouisti, qui à te non receſſerunt, qui per pœnitentiam ad te transierunt.Ergo ne in æternũ iraſcaris nobis:non tantum nobis, sed & posteris nostris à generatione in generationem:quia scriptũ est:Rependam peccata patrũ in filios in secundã tertiam & quartam generationẽ,in iis qui non cognouerunt me. Gratias tibi deus,quia addidisti, in iis qui te non cognouerunt.Cæterùm si taceres,omnes cõdemnares. Demonstrasti ergo,quia pater si fuerit cõtemptor tuus, & filius talis fuerit,æquè tibi non obediẽs, & nepos secutus fuerit vias aui,& patris sui : pronepos si ita attẽderit quod anterior generatio eius: quia ergo non te cognouerũt, rependes eis in secũdam,tertiam,& quartam progeniẽ. Nam quid dixit propheta alio loco? Quid est quòd inter vos vertitis parabolam istam,dicẽtes: Patres comederunt mala acida, & dentes filiorum obstupescũt? vlterius non erit hoc.Nõnne anima patris & filij mea est? Nec pater pro filio,nec filius pro patre. Vnusquisq; pro facinore suo iudicabitur,pro peccato suo punietur,pro malis suis in pœnam æternam mittetur.Nõ ergo dicat, quia post pœnam accipiet qualemcunque indulgẽtiam in æternum.Anima ergo quę peccat,morietur. Pondus peccatorum suorum vnusquisque in se portat, pro suo peccato iudicabitur.Nam si sit bonæ vitæ pater,& filius malæ,non liberat pater filium : æquè si sit filius sanctus, & pater iniquus,non liberat filius patrẽ. Quia ergo staturi sumus ante tribunal Christi , & reddituri rationẽ, quæ per corpus gessimus,siue bonũ, siue malum, nullus erit excusatus,nullus accusatus.Sed ecce homo:& opera eius,qui reddet vnicuique secundum opera eius,siue bonum, siue malum. Hic ergo clamemus cum propheta,vt modò cantauimus:Non in æternum iraſcaris nobis,vel extendas iram tuam à progenie in progeniem: quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: quia verò dei omnipotẽtis est hic velle omnibus misereri,si rei non festinent indulgentiam recusare,nõ corrigendo,sibi vilescendo,in peius proficiẽdo.Et iam fratres quandiu pigri,quandiu tepidi,quandiu remissi, quandiu desides, quandiu negligentes vilescitis vobis, quandiu desperatio vos possidet? Iam surgite, quia aliquando malè sedistis: manducate panem doloris,agite pœnitentiam,& nolite sub spe misericordię in peccatis permanere . Nec differatis conuerti ad deum de die in diem.Subitò veniet ira eius,& non tardabit,& in tempore vindictæ disperdet te . Ne dicas , peccaui, & quid accidit mihi?Ecce ipse sum qui fui, & in nullo minoratus sum. Omnẽ substantiam meam habeo,vxorẽ,filios, familiam,

γνῶμη. *Eccl.7.* *Exod.20.* *Hier.31.* *Ezec.18.* *Rom.14.* *2.Cor.5.* *Psal.142.* *Eccl.5.*

familiam, pecora, omniáque mea in integro mecum consistunt, non tantum sicut fuerunt, sed etiam augmentata sunt. Et ignoras, qui tecum talia cogitas, quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duriciam autem cordis tui, & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei qui reddet vnicuique secundũ opera sua. Clamat deus, nolens aliquem perire: Conuertimini ad me, & cõuertar ad vos. Patet misericordia mea, si mutentur opera vestra: non deerit indulgentia mea, si corrigantur facta vestra. Hoc tamen scitote de deo clementissimo, quia non vult mortem morientis, tantum vt conuertatur & viuat.

EXPOSITIO PSALMI NONAGESIMI, *Qui habitat in adiutorio altissimi, &c. Homilia, incerto interprete.*

PSalmum nonagesimum deo demõstrante atque enodante proposui exponere, vt omnis qui eum psallit, sciat cui psallit, quare psallit, & quid psallit. Sic enim inchoat, Qui habitat in adiutorio altissimi. Qui, quasi confirmantis est, & non interrogantis. Habitare in adiutorio non suo, sed altissimi, sempiternè habitare demonstrat. Et quia nõ de viribus suis præsumit, in protectione dei cœli commorabitur: Reuera qui protegitur à deo fabricatore cœli, securus habitat in terra, & prolixam vitam inueniet, & lætus semper erit, & in spe semper gaudebit. Protegitur imperator scutis, & non timet: qui à deo protegitur, quid timet? Ergo iste qui in protectione dei cœli commorabitur, reuerà protegitur à deo fabricatore mundi, securus habitat in terra, & prolixam vitam inueniet, & lætus semper erit, & in spe semper gaudebit: securus dicet deo, susceptor meus es. Susceptores hoc noluerũt facere, suscipere à prouincialibus fiscalia, & dare securitates domini: & à conductoribus pensiones accipere, & emittere pyctacia securitatum. Ergo deus noster qui susceptor noster est, suscipiat à nobis opera misericordiæ & pietatis, eleemosynæ & hospitalitatis, orationis sanctæ & confessionis, & det nobis securitatem perpetuitatis. *Et refugium meum, deus meus sperabo in eum.* Magnũ refugium. Nam petra refugium erinaciis & leporibus. Quicunque peccauerit, quasi ericius est plenus spinis: quicunq; timidus erit quia peccauit, quasi lepus est coniunctis auribus fugiens à mala consuetudine diaboli. & quò fugit? ad petram, magnũ refugium. Quæ est ista petra? quæ est, audi illum agonistam: Petra autem erat Christus. Ergo refugium Christianorum Christus est, vbi portum inueniunt nauigãtes, & non naufragium. Et hoc totum fit per spem. Nam sic subsequitur, Sperabo in eum: Scuto circundabit te veritas eius. Sic subsequitur versiculus psalmi, sed recapitulauit sententiã expositam, quod dixit: In protectione dei cœli commorabitur. Protectio hoc est, quod & scutũ. Scuto ergo circundabit veritas eius. Tetigit nos, vt cõtra sagittas inimici ignitas simus parati, vt armatum cor suggestionibus eius non acquiescat. Et qualis veritas nos protegit, nisi illa quæ veniens in mundum dixit: Ego sum veritas? Ipse ergo protegit & circundat, vt vndique nos paratos inueniat & clausos, vt omnes aditus sensus nostri scuto veritatis tegantur. Sequitur: *Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante per diem, à negocio perambulante in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano.* Quis est iste timor nocturnus ambulans in tenebris, nisi tentationes diaboli, quas mittit in damnificationibus, in detractionibus, in vituperationibus? A timore isto nocturno nõ timet Christianus, quia vituperationibus non frangitur. *Sagitta volans per diem* potest intelligi laus humana, quę etiam ipsa percutit, vt elatione *pereat: sed quia scuto illo veritatis protegimur, nec à negocio perambulante in tenebris aut sagitta volante per diem quicquam formidamus. Quid est negocium perambulãs in tenebris? Audi negocia quæ rationabilia videntur esse Christianis, & sunt tenebrosa. Nam omne negocium inter ementes & vendentes conficit mendacium. Nam quid dicebat ille? Quid? Quia non cognoui negociationem, introibo in potentiam domini. Semper ille ingerit cõpendiosa negocia, vt anima pecunia decipiatur. Malum negocium pecuniarum, quod animam inuiscat & captiuat. Ergo ab isto negocio perambulante in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano nõ timemus. Quæ est ista ruina, & quod est istud negocium meridianũ? meridies dicitur qui diuidat diem. Meros enim pars est diuisa diei, vt tantum videatur transire, quãtum remanet ad finem diei. Ergo in centro cœli sol stãs, medius dies dicitur. Nam cùm in tentationibus impugnatur à malis Christianis anima Christiana pro sua religione & pro sua fide, vel si aliqui apostatæ seu pagani insultent ei de religione Christi, confusio nascitur & ardor ibi cum rubore & verecundia perfunditur, & fit quasi meridies, quando igneus est sol. Nam illi qui alta radice non sunt fundati, & super petrosa seminati, tempore tentationis exorto Sole arefiũt, eò quòd non habeãt radicem altam. Et hoc facit dæmon meridianus, id est dæmõ meridianus. incendens suos insultatores, vt recedat Christianus à fide, vel verecundia perfusus cõfundatur Christianus esse, & de ista confusione quę adducit ad peccatum hic subsequitur. Postquam enim dixit, A ruina & dęmonio meridiano: subiungit, *Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis.* Hoc propheta Christo dicit. Quid est, Cadẽt à latere tuo mille? Multoties videmus eremitas, vel bonos Christianos iam sic perfectos esse, vt pro sancta vita sua, qua perseuerauerũt in solitudine & in sancta religione, lateri Christi sint applicati: sed sub elatione aliqua decepti, vel illusione diaboli perturbati, faciunt lapsum, & quasi à latere Christi cadunt. Et quare mille? Quia mille in dextera manu designamus. Primum dicitur & mille. Ergo isti qui iam propè sunt vt perueniant ad Christum, subitò in exitu vitę iuæ transeunt ad aliqua nepharia & impudica, & cadunt à latere eius mille. sequitur, Et dena milia à dextris tuis. De quibus dicit, nisi de illis quibus dicturus est: Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere: nudus eram, & non operuistis me: hospes, & non collegistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me: in tribulatione, & non me estis consolati? Isti dena milia dicuntur. Sed à dextris ad sinistrã transeuntes cadent à dextris eius. Nam & illi qui dicturi sunt, Nónne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & multas virtutes fecimus? quasi ad dexteram se putãt esse, & dicit eis: Discedite à me, non noui vos. Ite in ignẽ æternum, qui paratus ast diabolo, & angelis eius. Et isti cadent à dextris eius. Sequitur: *Tibi autem nõ appropinquabunt.* Et reuerà non possunt tales appropinquare veritati, qui consenserunt falsitati. *Verumtamen oculis tuis considerabis.* Hoc Christo de malis propheta dicit: *Et retributionem peccatorum videbis.* Ergo quid intelligimus, oculis tuis considerabis, nisi quòd dixit propheta alio loco, Vultus autem domini super faciẽtes mala, vt perdat de terra memoriã eorum? Oculis suis considerabit, vt perdat de

Psal. 33.

Matth. 25.

Luc. 10.

dat de terra memoriam eorum. Et illi cadent à latere vel à dextris: iam proximi ad portum facientes naufragium, accipient retributionem peccatorum ab illo, qui
Rom.2. reddet vnicuique secundum opera sua. Accedet huc iã populus fidelis, populus Christianus, populus perfectus, & dicet: *Quoniam tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.* Veré magna altitudo est cõfugere ad deũ homines accedentes ad deũ cum corde alto, quod non est in terra depositum, isti confugiunt ad deum: & cum in ipso alto corde non dubij sint, sed certi, alis apertis.
Alæ duæ. Duæ alæ agnoscuntur dilectionis, quæ sunt dei & proximi. Cùm ibi in alto ascendunt, non accedent ad eos
Heb.12. mala. *Et flagellum non appropinquabit tabernaculo eius.* Quid facimus, quia dictum est, Quem enim diligit dominus, corrigit: flagellat autem omnem filium quem recipit? Et sanctus Iob flagellatus est, tentatus est, examinatus est, exacerbatus est, vulneratus est: sed nõ appropinquauit flagellum tabernaculo eius, quia non cessit flagello
Iob.2. dei, sed dixit: Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? Videte qualis athleta, cuius tabernaculo non appropinquauit flagellum. Quid est, Non appropinquauit? Non permansit. Quare non permansit? quia ab spe non recessit, quia tolerantiã habuit. Et quia omnis tolerantia fructum habet præsentis vitæ & futuræ, & hic accepit multiplicatũ quod dimiserat, & illuc cũ laude peruenit, quia hic in tribulatione non defecit. Ideo legimus ista, vt imitemur, non vt tantummodo talem virum laudemus, & nihil faciamus. Dein
Iob personã Christi portabat. inducit personam Christi: nam & ipse Iob personã ipsius portabat. Et dicit: *Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus tollent te, nequando offendas ad lapidem pedem tuum.* Intantum persona Christi est, vt diabolus tempore illo tentationis, quando eũ tentauit in pane, & in regno mundi, & in elatione, hoc
Matth.4. ei dixerit in prima tentatione: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo dei. Et in secunda tentatione, quando ei ostensa sunt omnia regna mundi ab ipso diabolo dicente, Omnia tibi dabo si cadens adoraueris me: responsum est ei à Christo: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et in tertia tentatione leuãs eum in pinnam templi, dixit: Mitte te deorsum in terram, quia de te scriptum est: Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus tollent te, nequãdo offendas ad lapidem pedem tuum. Propheta ergo cum dixit quo modo diabolus futurus erat dicere in tentatione saluatoris: subsequitur dicẽs:

Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quis est iste aspis, nisi ipse serpens diabolus,
Aspis. Basiliscus. Ioan.14. qui protoplastum innocentem & rudem decepit? Basiliscus quare dictus est, nisi quia inter serpentes principatum tenet, quo modo diabolus princeps est omniũ vitiorum? Ambulauit super illũ vnigenitus saluator noster, quando dixit: Ecce venit princeps huius mundi,
Matt.22.c. & in me nihil inuenit. Tentatus est à Sadducæis, à diuersis Iudæis, tamé ambulauit super aspidem & basiliscum. Nam quando ei proposuerũt de muliere illa quæ
Luc.20.f. septé viros habuit, conculcati sunt, quando responsum est eis: Erratis, nescitis scripturas: In cœlo neque nubẽt, neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cœlo. Ita ambulauit super aspidem. Ambulauit super basiliscũ, quan
Ibidem. a. do ei dictũ est à Iudæis: Dic nobis, in quo nomine hoc facis, & quis tibi hanc dedit potestatem? Ambulauit super basiliscum, quando dixit eis, Et ego interrogo vos vnum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego dicam vobis. Baptismus Ioannis vnde erat, de cœlo, an ex hominibus? Et illi iam sub pedibus eius iacentes, dixerunt intra se: Si dixerimus, de cœlo: dicet nobis, quare non credidistis ei? Si dixerimus, ex hominibus, timemus populum: quia sicut prophetam habebant eum. Et responderunt ei, Nescimus. Et confusi recesserunt. Et ambulauit super draconẽ, quando Sadducæos confudit secundo. Ambulauit super basiliscum, quando interrogãtes hanc quæstionem, rei recesserunt. Sequitur: Et conculcabis leonem & draconem. Quis est iste leo? qui de tribu Iuda vicit leonem & draconem qui significatus est in psalmo: Draco hic quem fixisti ad illudendũ ei. Hoc mare magnum & spacioſum ibi repentia quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis. carnales cũ spiritualibus. Et quia in ipso mari huius seculi negocia dãnosa diabolus agit, draco dictus est, qui illudit mundo, & cõculcatus est à domino nostro Iesu Christo, qui percussit eum gladio oris sui in morte sua, in precio redemptionis nostræ, Diabolus qui lætatus est in primo homine captiuato, exinde captiuatus est Christo resurgente glorificato, qui conculcauit leonem & draconẽ.

Leo Christus vicit. Leonẽ draconẽ. Psal.103. Ibidem. Draco, diabolus. Iob.41.

Quoniam in me sperauit, eruam eum, quoniam cognouit nomẽ meũ.

Quando sperauit in eum? quando caro clamauit ad patrem, dicens, Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Eruit eum, quoniam Iudæi non præuaIuerunt contra eum. Cognouit nomen eius, quando dixit: Longè à salute mea verba delictorum meorum, id est, longè sunt à me peccata membrorum meorum. Peccata possum portare eorum, nõ tamen habere: quia ipse est qui peccata nostra portat, & pro nobis dolet, quem nos putauimus in dolore esse. Ipse autem vulneratus est pro nobis, & humiliatus est pro peccatis nostris. Sequitur: *Inuocabit me, & ego exaudiã eum, cum ipso sum in tribulatione, eximam & glorificabo eum, longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.* Inuocauit eum, & exauditus est quando dixit: Deus deus meus respice in me. Erutus est, quando emisit spiritum. Cum ipso fuit in tribulatione, quando dixit: Ne discedas à me, quoniam tribulatio proxima est. Cum ipso fuit in tribulatione, exemit eum, & glorificauit eũ. Quo modo eum glorificauit? quando eum clarificauit, quãdo dixit, Clarifica me pater claritate illa quam apud te habui antequam mundus esset. Clarificauit eum, quando in toto mundo clarum eum fecit credentium mẽtibus: Quando in omnem terram exiit sonus eius, quando verbum exiit, & cucurrit in campos. Glorificatus est ergo, vt & nos dicamus: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Orationibus vestris inquantum dominus donauit, & pulsanti aperuit, exposuimus vobis totum psalmum. Orate ergo vt qui percepistis à nobis modica, accipiamus magna, & detur nobis quod tradatur vobis, Amen.

Psal.21. Ibidem. Psal.18. Luc.2. Ioan.17.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN *Psalmo XCIII. Quis exurget mihi aduersus malignantes? &c. Homilia, incerto interprete.*

ADuersus fluctus & impetus malorum hominũ, contra pestiferas cogitationes qui student magis rectè vt viuant, nec viuãt vt illi qui ita seculi laqueis obligati sunt, vt totum cor depositum in terra trahant, non agnoscentes eum qui fecit cœlum & terram: cõtra hæc sola oratio Christianorum ad deum poterit prevalere. Licet enim suis viribus aduersitates nullus manu cordis repellere potest, nisi fuerit adiutus cœlitus dextera illa ineffabilis diuinitatis, tamen necessaria est nobis incessabilis operatio, vt sequamur

Oratio assidua quam efficax.

sequamur magistri & domini præceptū dicentis: Oportet semper orare, & nunquā deficere. Isti ergo mali homines magis ideo viuunt vt probēt bonos, vt siqua forte fæx morum obfuscauit claritatem sanctæ & immaculatæ vitæ perturbātibus pestiferis hominibus, quo proficiunt illi in peius, isti purgentur in melius, dicēte domino: Cum dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in cœlis. Et iterum: Orate pro inimicis vestris, benefacite iis qui vos oderunt. Orate pro calumniātibus & persequentibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, qui Solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos tātūm, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nōnne & Publicani hoc faciunt? Et si eos salutatis tantū qui vos salutāt, quid amplius facitis? nōnne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo perfecti sicuti & pater vester cœlestis perfectus est. Taliter impugnabatur propheta, de quo modò cantauimus. Nam nisi exagitaretur, tentaretur, probaretur, perficeretur, quando clamaret dicēs:

Quis exurget mihi aduersus malignantes, aut quis cōsistet mihi aduersus operantes iniquitatem? Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitauerat in inferno anima mea. Quasi quærēs, & dicens: Quis adiuuat me contra tantos impetus, contra tantas suggestiones, contra tantas importunitates malorū? Ergo quis exurget, dicebat, quasi quærens & conquirēs peragraret in tota creatura, & iam nullū ex hominibus adiutorium inueniret. Repetiuit dicens: Aut quis consistet mihi aduersus operantes iniquitatē? Rediit ad fontem misericordiæ, vnde semper hauriebat beneficia, ad dominum rerum omnium, & cōditorem creaturarum. Hic & confessus non ingratus dixit: Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitauerat in inferno anima mea, Ostendit quia omnis anima deum sitiens & esuriens, derelinqui in quocūque periculo, in quantacunque extremitate non poterit. Et si paululum differt beneficia, tamen non derelinquit sperātes in se. Nam quis sperauit in domino, & confusus est: permānsit in mandatis eius, & derelictus est? Et beneficia præstās dicebat salus & saluatio nostra domin⁹ Iesus Christus: Credis quia possū hoc facere: Et ille clamabat medulla fidei, interiori credulitate: Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Et dominus respondens dicebat: Secundum fidem tuam fiat tibi. Nullus ergo ex cultoribus dei dubitet, quāuis beneficia difficilia speret, quāuis miracula super se veniētia postulet, *differri à summo bono deo non potest. Considerate patres nostros, qui fuerunt ante nos. Patriarchæ fide exierunt de terra sua & de cognatione sua, credētes quia qui iusserat eos exire, dimittere non poterat exeuntes. Quid dicam de illo populo qui in eremo quadraginta annos institutitur, licet murmurosо, licet indigno, licet ingrato, de propagine illorum tertiam progeniem introduxit in terram promissionis: quia quæ promisit deus, potēs est facere. Quid dico de illo Abraham patre multarū gentium, qui fide in senectute meruit accipere filiū, & contra spem in spe credidit? Quid dico de Isaac? quia iam vxor eius quæ sterilis vocabatur, ad vnum coitum geminum accepit fructum filiorum, ita vt in vno ergastulo ventris Esau & Iacob vno tempore conciperentur, alerentur & crearētur? Quid dico de Iacob? qui fide exiit cum vno baculo à genitoribus suis, pergens ad Laban auunculum suum, id est, fratrē matris suæ, & venit in Luza, & ibi vidit tantum mysterium & inenarrabile, angelos ascendentes & descendentes, & sanctum locum nominauit, & in sua oratione Christum prophetauit, & saluatorē vngendo lapidem non tacuit, dicente Apostolo: Bibebant autem de spiritali sequēte petra, 1.Cor.10. petra autem erat Christus. Quid adhuc de illo dicam, qui veniens ad puteum, inuenit filiam Laban non pos- Gen.29. se adaquare pecora præ multitudine pastorum: reuoluit lapidem grādem quo puteus cooperiebatur, & adaquauit greges? Quantum mysterium, quanta grauditas in operibus patriarcharum, quanta credulitas? Puteos cum legimus, siue fossos à patriarchis, siue obrutos *Puteorū significatio.* à Philistinis: intelliguntur Philistini Gentiles homines esse, seipsos amātes, vel hæretici, qui falsitate sua cooperiunt veritatem legis, ne adaquent multitudinem gregum. Aequè intelligitur puteus fossus altitudo legis. Fodiunt eam doctores de sarculo linguæ, purgant terrenas cogitationes, veniunt ad spirituales, & perueniunt ad illam altitudinem sapientiæ & scientiæ dei, quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: & profluit eis aqua de altitudine fontis salientis in vitam æternam. Sed petra cooperitur, quia quod in lege velatum est, in aduentu Christi reuelatum est. Cum ergo ad puteum venit Iacob, siue Moyses, vel cæteri qui ad puteos agnouerunt futura cōiugia: quid intelliguntur nisi in altitudine legis ecclesiam agnoscere? Inde adaquātur oues, id est, de verbo spiritali. Nam ipse Iacob dū adhuc pastor esset auunculi, & soceri sui, videbat fructum & fœcunditatem ouium non ad se transire: fecit pactum cum socero suo, vt siquid nasceretur varium in agnis, pertineret ad Iacob: siquid fluuidum & exalbidum, pertineret ad Laban. Sapientia illa, quę est ostensor omnium artium, omnia ingenia excedēs, dictauit illi debere facere populeas virgas, sculpere eas, vt viride in quo erat decorticaret ex parte, & faceret viride cū albo. Posuit has virgas vario colore decorticatas, vt quoties biberent greges tempore conceptus, conciperent ibi varios fœtus. & huius sacramenti res erat. Virgæ intelliguntur præcepta legis, dicente *Expositio.* Apostolo: Quid vultis, in virga veniam ad vos? &, Reges eos in virga ferrea. Et alio loco: Virgā virtutis tuæ 1.Cor.4. emittet dominus ex Sion. Et ipse Moyses virgam ferebat, quam ante Pharaonem proiiciebat. Intelligitur in virga (vt dixi) vigor legis, præfigurabat ecclesiam vbiq; diffusam. Qui audit nunc verbum dei, quod est illi virga, ponitur supra aquam, id est in fontē baptismi: & ibi bibentes oues baptizatæ, credentes pastori pastorū domino nostro Iesu Christo, qui animā suam posuit pro ouibus suis: ibi, id est in aqua concipiunt varietatem vitæ suæ. Vnus cōstituit vxorem ducere post baptismū, & aliam mulierem tangere nullam: alius constituit ascendēs de baptismo continentiā tenere, & vlterius amplexum fœmineum non tangere: alius cōstituit virginitatē custodire, alius viduitatē seruare: alius constituit monachi vitam tenere: aliæ in choro sacrarum puellarum permanere. In vtroq; sexu permanent ista dona, gratia donāte. Hoc est figuratū ab Iacob, varias oues in aqua concipere, hoc totū credulitas de auribus dei sibi vendicauit. Quid dicam de Rachel vxore eius, quæ sterilis Gen.30. vocabatur, quo modo credēs concepit, primū Ioseph, vltimū Beniamin? Quid dicā de ipso Ioseph qui credu- Ibid.39. litate omnia à deo impetrauit? qui puer paruus, adolescentia decoratus, impudicę mulieris insolētiam credulitate declinauit, castitate possessus, in manu proteruæ mulieris pallium dereliquit. Quæ mulier significat synagogam, quę incredulitate sua vsque ad mortem dominum accusatione persecuta est, vt pallium carnis dimitteret

Universidad de Deusto
Biblioteca

dimitteret in manibus eius: æquè ipsum palliũ in resurrectione corporis assumpsit. Quòd verò de carcere exiit, hoc est, quòd idem ipse dominus de sepulchro ascẽdit. Quòd pauit Aegyptum tẽpore famis, hoc est quòd Christus verbo suo totum mundum replcuit. Et vt a-
Amos. 8. gnoscatur famem esse verbum dei, dixit propheta, In illis diebus mittam in eos famem: sed non famem panis, sed famem audiendi verbum dei. Et quia prætermittẽda non sunt de Iacob, quæ nobis exponenda occurre-
Genes. 31. runt, redeamus ad ordinem dictionis. Nam cum ad cognationem suam vellet redire cum vxoribus & paruulis, omnique censu à Laban socero suo, ita continet series lectionis: Igitur egressus Iacob de Mesopotamia Syrię, venit ad montem Galaad, ibique fixis tentoriis nũciatum est ad Laban, quòd fugeret Iacob clàm ipso cum coniugibus ac liberis suis, omnique suppellectile sua. Qui consecutus reperit eum in Galaad. Et locutus est dominus B
Ibidem. eadem nocte ad Laban, dicens: Caue nequid asperè loquaris ad Iacob. Et hoc totum vnde factum est, nisi de
Ibid. 32. credulitate: Illud verò quod sequitur, Trãsductisque om-
Ibidem. nibus quæ ad se pertinebãt vadum Iordanis, Iacob remansit solus, & ecce angelus luctabatur cum eo. Cumque iã crepusculo dies immineret, dixit angelus ad Iacob: Dimitte me, vt vadam, iam enim ascendit aurora. Ad quem Iacob ait: Non dimittã te, nisi benedixeris mihi. Cui dixit angelus: Quo nomine vocaris? At ille respõdit: Iacob. Cui angelus: Nõ vocaberis, inquit, Iacob vltrà, sed Israël erit nomen tuum: quia si cum deo fortior valuisti, quanto magis cum hominibus fortior prævalebis? Tetigitque neruum femoris eius, & emarcuit. Magnum sacramẽtum, qui angeli tactu insanus sanus debuit reddi, versa vice factum est vt sanus claudicãs effi ceretur. Sed præfigurabat in duob* pedibus Iacob duos C
populos, scilicet credẽtes, & incredulos. Nam de populo Iudæorum, qui Christum dominum futuri erãt cru-
Psal. 17. cifigere, quid dictum est: Filij alieni mentiti sunt, filij a-
Claudicatio Iudæorum. lieni inueterarunt, & claudicauerũt à semitis suis. Quãta fuit claudicatio, vt filium Ioseph confiterentur tantum, & non filium dei, & crucifigerent. In tantum fuit claudicatio, vt dicerent: Si tu es Christus, die nobis. Ec-
Luc. 19. ce in vno pede Iacob demõstrabatur populus in Christo claudicans Iudæorũ: in alio pede integro & stabili
Psal. 25. populus Christianorũ, dicente propheta: Pes meus stetit in rectitudine. In ecclesiis benedicã te domine. Hos duos pedes significabat Iacob in duobus populis. Quid
**Debbora.* dicam de Moyse, de Aaron, de *Thamar, de Eleazaro? Virtutes, potentiæ, miracula, tolerantia, granditas, sustinentia, fides, spes, charitas erat in eis, vt duces populi efficerentur. Tolerabant insipientes, insultos, iracundos, D
murmurosos, ingratos, & hoc totum illam credulitatẽ
Psal. 90. tenentes: quia agnoscebant patientiam pauperum non posse perire in æternum. Quid dicã de sancto Dauid? qui puer paruus cum oues vindicaret à ferocitate fera-
1. Reg. 17. rum, leonem & vrsum tenens sub ala suffocabat. Vn-
Anẽde mysterium. de hoc puer impetrabat, nisi quia iam deus in illo mysteria agebat? Nam quid erat suffocare vrsum & leonẽ, & defendere oues, nisi dominum Iesum Christum venturũ signare, qui alligauit Satan & angelos eius, vt gregem suũ liberaret de faucibus leonis rugientis? Qui cõculcauit leonem & draconẽ? Aequè vrsum suffocauit, quando incredulitatem crucifixorum confudit dicen-
Math. 26. tium: Hic dixit, destruam templum, & in triduo reædificabo illud. Et iterum dixerunt: Nobis dormientibus
Math. 28. discipuli venerunt, & furati sunt eum. Aequè tanta bestia occisa est, quãdo ex mortuis resurrexit. Breuiter ergo voluimus, quantum potuimus, vel quæ occurrerũt, A
dicere non prolixè, non laboriosè, non latissimè, ne fastidium ingereremus legentibus. Siquid enim commaticè dicitur: cum dulcedine & suauitate legitur. Ergo *κομματικῶς per cõmata & incisa.*
& nos dicamus cum talibus, quia filij prophetarum sumus, & credentes scimus nos cum membris Christi esse. Quis exurget mihi aduersus malignantes, aut quis consistet mihi aduersus operãtes iniquitatem? Nisi quia *Psal. 93.*
dominus adiuuit me, paulominus habitaret in inferno anima mea. Ecce hoc dicamus quotidie deo purgata & eliquata mente, iugi oratione, conquadratis moribus, trutinata consuetudine, vt gratiam dei nõ in vacuum
2. Cor. 9. suscipiamus, sed faciamus in eadem gratia fructum iusticiæ ob meritum vitæ perpetuæ.

IN PSALMVM, XCV. CANTATE domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Homilia Def. Erasmo interprete.

EGregium verèque mirandum hymnum spirituali lyra nobis resonuit hymnographus Dauid, dum prophetica lingua sermonẽ texuit euangelicum, & antiquis sermonibus nouas res significauit. Quid enim insonuit? Quemadmodum modò audiuimus. *Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra.* Considera charissime pièque contemplare, vt prophetiam verbis adaptans euangelicis, eundem reddat sententiarum dogmatúmque concẽtum. Cantate, inquit, domino canticum nouum. Scimus fratres, quòd nouum canticũ à vetere distinguitur. Quærendum igitur quod sit argumentum cantici veteris, quod noui: hoc pacto ex rerũ differentia consequi poterimus veritatis intellectũ. Primum omniúmque ve-
C
tustissimum canticum ad mare rubrum decantatũ est: quo tempore admirandus ille Moyses virtute diuina transiit mare, ac pelagus vertit in terram, & canticum resonans dicebat: Cantemus domino, gloriosè enim *Exod. 15.*
glorificatus est: equum & cõscensorem proiecit in mare. Fuit & aliud vetus canticum à beata Debbora decã- *Iudic. 5.*
tatum, quum prostratis in bello hostibus, pro maximo quopiam trophæo erexit hymnum victorialẽ. Inuenies *Num. 21.*
& aliud canticũ in deserto cãtatum, quum puteum reperissent filij Israël, nouóque beneficio frui contigisset. Quin insuper multã veteris cantici mẽtionem inuenire licet iis qui verè syncereque versantur in sacris literis. Oportet igitur iam & recens illud & nouum quærere canticum, quam vim habeat, & quid proponat nobis contemplandum. Hic mihi vigilanter attende. Vetus *Veteris cantici circunscriptum.*
canticum vnius populi finibus circunscriptum erat, vnoque climate continebatur, videlicet Palæstinæ, neque fas erat populo extra illud clima vetus efferre cãticum, sed quum populus esset vnus, vnáque gens, vno loco vnoque climate tum cãticum tum religio vetus erat circunscripta. Testatur quod dico etiam beatus Dauid sic alicubi loquens sub persona Iudæorum, qui erãt in Babylonem abducti: Quo mosto cantabimus canticũ domini in terra aliena? Vides quòd non fuerit concessum *Psal. 136.*
veteri cantico per omnem ire terram quę sub cœlo est? Sed repetamus ea quæ dixerũt in Babylone versantes. Tunc interrogauerunt nos qui captiuos duxerũt nos, *Ibidem.*
verba cantionum, & qui abduxerunt nos, hymnum cãtate nobis de canticis Sion. Dein lege circunscripti, vetitique ne in terra peregrina canerent diuina cantica, respondent, Quo modo cantabimus cãticum domini in terra aliena? Vetus itaque canticum adeò angustis finibus circũscribebatur, quemadmodum modo

dicebam,

Universidad de Deusto

dicebam,intra populum vnum,vnamq; regionem: sed nouum per omnem terram incedit quæ sub cœlo est, & ab vniuerso decantatur orbe:eoq; propheta quum dixisset,Cantate domino canticũ nouum:protinus adiecit,Cãtate domino omnis terra. Vide quo modo explicat donũ, vide quo modo dilatat theologiã, vide quo modo ostendit discrimen inter cãticum nouum,& vetus illud angustis finibus circunscriptum.Ac nequis humanis coniecturis cæcutiat in huius rei contemplatione,nec euangelicæ gratiæ vim tacuit:sed cùm dixisset, Cantate domino omnis terra,rursùm adiecit, *Annunciate diem ex die salutare eius.* Quod salutare? profectò liquet, quòd de multis hymnis celebrãda seruatoris dispensatione loquitur: quòd deus amore generis humani,inter homines versatus est: quòd medicus ad ægrotantes aduenerit:quòd caligantibus lux affulserit:quòd errantibus apparuerit via,illa inquam via,quę & hodie clamat in euangeliis, Ego sum via,veritas, & vita. Sed operęprecium est fratres discere,quam ob causam deus populum illum loco & climate circũscripserit,tum cur illi nõ permiserit per vniuersam terram canere laudes diuinas.Nã illud oportet in primis pulchrè nosse,quòd deus non vertitur nec immutatur, nec ab vna sententia in aliam dimouetur,vt nunc hoc decernat, nunc diuersum: sed quòd quũ ipse maneat immotus & immutabilis,sese ad humanam attemperat imbecillitatẽ. Crebrò,fratres,loquitur deus ac leges præscribit,nõ vt ipse possit,sed vt nos capere valemus. Poterat & per vetus canticum accendere lucernam gentibus: sed nõ erant qui lucernam manibus attingerent, validi ad pietatis prædicationem. Etenim si qui acceperunt,non obtinebant pietatis sermonem, quî potuissent in alios pietatis legem transfundere? Verum quoniam populus ille segnis erat & incredulus, vt facilè gentium abominationib⁹ seductus sese submitteret, vno loco septus est,quò posset solus apud se exercere pietatis legem. Idem facit frequẽter & maritorum hominum quisq;,quoties vxorem habet suspectam, circumscribit illam vno loco,thalamisque includit, eunuchos adhibet,& omnem apponit custodiam:in summa,nihil non facit curatq; eorum quę seruant pudicitiam,eò quòd illa non habet verum amorem, ac pudicæ mẽtis custodiam, quæ castæ fœminę solet esse familiaris.At qui pudicam benêque moratam habet vxorem,à nulla eam progressione prohibet, quippe qui certum pignus habeat,vxoris affectum. Illa prodit in forum,& extinctus est zelus:cõgreditur cum multis viris,nec vsquam est zelotypiæ morbus,eo quòd pudica mulier secum habeat custodem ac pædagogũ, morum integritatem. Quod igitur inter nos homines geritur,idem facit & deus. Ac ne quis dicat incõgruam esse similitudinem quam proposui, deus hoc modo copulatur populo, quo vir vxori, non iuxta corporum vnionem, sed iuxta mentis affectum, ac beneuolẽtiam. Idem ergo etiam in vetere testamento synagogam alloquens per prophetam manifestò dixit:Desponsaui te in iudicio & in misericordia, & in iusticia, & in agnitione.Interpretatus est dei copulam: corpora corporibus applicãtur,verum in commistione dei, anima deo conglutinatur. Et quemadmodum illic dictum est, & adglutinabitur vxori suæ,& erunt duo in carnẽ vnam: sic anima quum deo verbo vnitur,clamat:Adhęsit anima mea post te,me autem suscepit dextera tua.Habebat igitur vetus synagoga pro viro legẽ,quemadmodũ hodie testatur Esaias per apostolũ loquens,nã prophetica voce Paulus vsus est,dicens,sicut scriptum est:Multi fi-

Ioan.14.

Deꝰ nostræ ſ. attemperat imbecillitati. συγκ.

Confirmat ſimil.

Deus ita populo vt vir vxori copulatur.

Genes.2.

Pſal.44. Eſa.45.

Gal.4.

A lij deserte magis quàm eius quæ habet virum. Quoniã igitur synagoga illum virum habuit, videlicet legem (resumam enim quod dicebam) erat autem suspecta, & vbique charitatem deo debitam proderet idolis, conscientiam habens illorum cultu pollutam:redarguit illam deus ita loquens, Et mœchata est cum lapide & ligno, ac mei oblita est,dicit dominus. Quoniam suspectam habebat mentem synagogæ, meritò illam loco circunscribit, templòque veluti thalamo cuidam inclu dit, nequaquam permittens vt quouis loco sibi constituat altare: sed vniuersa quidem Iudæa ac Palæstina erat populi, cæterùm vnicus erat locus habẽs altare. Eapropter & Moses quum sciret vxoris mores suspicioni obnoxios,(vxorem autem scriptura hactenus appellat synagogam) sciens igitur mẽtem synagogæ meritò suspectam, prius illam appellat, dicens, Attende tibi Israël, nequando offeras holocausto mata tua, & victimas tuas in omni loco quemcunque inueneris, sed in loco quem elegerit dominus deus tuus. Videte quàm circũscripta sit, & quidem meritò fratres? Quum enim in vno loco accepisset altare,totum locum impleuit simulachrorum cultu, sicuti clamãs Hieremias testatur, Iuxta numerum ciuitatum erant dij tui Iuda, & iuxta compita Hierusalem sacrificabas Baal. Si ergo quũ accepisset vnum locum, terram omnem impleuit adulterio: si plena libertas fuisset concessa, cogita in quam enormem incidisset incontinentiam. Ob hãc causam, fratres, etiam canticum loco circunscriptum est, & altare loco definitum, & populus ille loco conclusus. At ecclesia quæ vbique Christum in se circunfert, innumerósque martyres immolauit ob charitatẽ quam gerit erga virum, à nullo prohibetur loco: sed in omni loco sunt altaria, in omni loco doctrina. Hæc prædixit deus per prophetam. nam & ecclesiasticam exprimens sinceritatem, & alterius populi ingratitudinem traducens, ad illos loquitur: Non est mea voluntas in vobis, dicit dominus omnipotens, nec accipiam hostias de manibus vestris: quoniam ab exortu Solis vsque ad occasum, nomen meum glorificatum est inter gentes,& in omni loco sacrificiũ offertur nomini meo, & sacrificium purum. Vide quàm luculenter,quámque dilucidè mysticam interpretatus est mensam, quæ est incruenta hostia. Thymiama verò purum appellat sacras preces, quæ post hostiam offeruntur. hic enim suffitus deum refocillat,non is qui à terrenis radicibus sumitur, sed qui à puro corde exhalatur. Dirigatur igitur oratio mea tanquã incensum in conspectu tuo. Vides vt vbique locorum concessum est angelicum illud sacrificium inclarescere? vides nullis finibus circũscriptum neque altare, neque canticum? In omni loco thymiama offertur nomini meo. Est igitur hostia pura,prima quidem mystica mensa,cœleste summeq; venerandum sacrificium.Est autem & in nobis varia sacrificiorum differentia. Posteaquã enim lex in veteri testamẽto multas habuit hostias.aliam pro peccatis, aliam quæ dicta est holocaustoma,aliam vocatam laudis, aliam salutaris, aliam pro leprosis mundandis, breuiter alias & multas & varias pro his qui innumeris expiationibus censebãtur,omnino magnus erat & modo carẽs numerus sacrificiorũ in lege:quæ omnia noua gratia superueniens vno cõplectitur sacrificio, vnã ac veram statuẽs hostiã.Habemus autem & nos in nobis ipsis varias immolationes,nõ quę iuxta legẽ incedunt, sed quæ decẽt euangelicã gratiã.Visne has cognoscere victimas,quas habet ecclesia, quum sine sanguine, sine fumo, sine altari,

Hieret.3.

Synagoga.

Deut.12.

Hierem.44.

Ecclesia.

Malac.1.

Thymiama purum,sacræ preces.

Pſal.140.

Hostiæ veteris legis multæ.

Hostia gratiæ,vna.

Victimæ seu hostiæ ecclesiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tari,cæterisq; ceremoniis, munus euangelicum sursum ascendit ad deum,quodq; sit sacrificium mundū & immaculatum? Audito sanctam scripturam tibi palam exponentem hanc differentiam ac varietatem. Est igitur primū sacrificiū,quòd antè dixi,spirituale illud ac mysticum donum,de quo Paulus ait,Imitatores estote dei tāquam filij dilecti,& ambulate in dilectione,quemadmodum & Christus dilexit nos,tradiditq; seipsum pro nobis deo sacrificium & oblationē in odorem suauitatis. Alterum sacrificium est martyrum: & quæ testatur hoc scriptura?Audi Paulum:Obsecro vos fratres,vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuam,sanctam, gratam deo. Habes primā hostiam quæ dicitur salutaris, habes secundam martyrum, tertiā precationis:Dirigatur deprecatio mea tanquam incensum in cōspectu, sublatio manuum mearum sacrificium vespertinum.Quarta est quæ offertur laude, hoc est per hymnos, Sacrifica deo sacrificium laudis.Quinta est per iusticiā:Tunc accepB tabis sacrificiū iusticiæ. Sexta offertur per eleemosynā: Sacrificium,inquit,mundum & immaculatum, vilitare pauperes & orphanos in afflictione ipsorū. Septima fit in iubilo. Iubilum autem est victorialis in bello applausus.Nam aliud est ololygmos,hoc est,clamor:aliud alalagmos,hoc est,iubilatio. Quum post victoriam in bello milites vociferantur,ea est iubilatio,victoriæ signū, eoq; propheta eos qui conspecturi erant Christi victoriam,hymnum vociferātes aduersus hostes, beatos appellat,dicens: Beatus populus qui scit iubilationem.Iubilatio igitur est victorialis in bello plausus. Posteaquā ergo seruator victoriam tulit deuictis omnibus inimicis,dicens:Confidite,ego vici mundum: hymnum hūc offerentes victori,perficimus iubilationem,quam propheta beatam vocat,dicēs: Circuiui & immolaui in tabernaculo eius sacrificium laudis & iubilationis. Est & C octauum quoddam sacrificium deo,spiritus contritus: Cor contritum & humiliatum,deus non despiciet.Vides quales hostiæ à nobis tractentur. Est & aliud nonū sacrificium, quod peragitur per euangelij prædicationē. is est sermo doctrinæ, de qua Paulus apostolus ait: Administrantes euangelium dei,vt fiat oblatio gētium accepta, & sanctificata in spiritu sancto. Vides quā declarauit etiam euāgelij prædicationem offerri deo?Habes igitur primum sacrificiū illud salutare donum, secūdum martyrum, tertium deprecationis, quartum iubilationis, quintum iusticiæ,sextum eleemosynæ,septimum laudis,octauum compunctionis,nonum humilitatis,decimum prædicationis:tametsi quiddam prætermisi, quum animo nouem enumerarim, putaui me tradidisse decem.Quódnam igitur sacrificij genus prętermissum est? Est decimum sacrificiū, fructificationis, de quo loquitur Paulus:Accepi quæ à vobis missa sunt per Epaphroditum,sacrificium acceptabile in odorem suauitatis. Vides beneficentiā in sanctos,à Paulo vocari sacrificium. Habes igitur varias sacrificiorum formas.Sacrifica deo sacrificium laudis. Laudaui vos omnes fratres, immò potius omnes laudauimus & ante omnia deus, sacrificiū quod exhibuistis. loquor de beneficētia in pauperes,vt qui miserti estis eorū qui in foro conculcabantur clamantes ad deum,& per vos exauditi sunt. Imitati estis dei benignitatem,depulistis à foro mendicitatis probrum,processit eleemosyna,& extinxit dedecus.dedecus enim diuitum est clamor pauperum.Thesaurizastis thesaurum,diuitias iusticiæ. Nam hunc thesaurum oportet habere præ oculis, thesaurum veritatis, thesaurum iusticiæ, thesaurū benignitatis in pauperes. Siquidem duo fratres sunt thesauri,vnus qui reponitur malis, & alter qui bonis reconditur. Thesaurus malorum est inobedientia & intractabilitas, & iniquitas: de qua dicit Paulus: Ignoras quòd bonitas dei ad pœnitētiam te inuitat, sed iuxta duriciam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis & iusti iudicij dei? Vides thesaurum peccatorū reponi operantibus iniquitatem. Nūc vide thesaurum qui ex humanitate erga pauperes,reponitur operātibus iusticiam.Audi Paulum Timothęo scribentem: Præcipe his qui diuites sunt in præsenti seculo, ne animis efferātur,neque spem ponant in incerto diuitiarum, sed vt benefaciant: diuites sint in operibus bonis: vt faciles sint ad imparti:dum & communicandum, thesaurizātes sibi thesaurum in futurum,vt veram apprehendant vitam. Vides thesaurum bonorum,vides thesaurū malorum.Et apud quem hic thesaurus deponitur?Clarum est quòd apud deum: nam ille & malorum thesaurum reponit ad retributionem. Et alteros quidem vlciscitur,alteris verò rependit præmia. Vis ipse videre, quis thesaurorum horū perfectam habet memoriam,custodiamq;? Per Moysem loquitur de iis qui perpetrāt mala,De vinea Sodomorum,vinea eorum,& palmes illorum ex Gomorrha:vua eorum vua fellis,botrus eorum botrus amaritudinis.venenum draconum vinum illorum,& venenum aspidis insanabile.Et posteaquā commemorauit opera iniquitatis, protinus adiunxit:Nónne hæc omnia condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? in die vltionis retribuā, in tempore quum lapsus fuerit pes eorum. Ad hunc modū dispensat thesaurum iniquitatis his qui operantur iniusticiā. Dispensat & thesauros regni, de quibus loquitur & Esaias:Venit sapientia & scientia, & pietas à deo. Hi sunt thesauri iusticiæ, de quibus & seruator sanctis discipulis suis loquebatur:Thesaurizate vobis thesaurum indeficientem,æternum in cœlis.Atque idem diuiti loquens, Veni, inquit, sequere me, & habebis thesaurum in cœlis. Fugiamus itaque thesaurum iniquitatis, & recōdamus thesaurum eleemosynæ bonum opus, quódque possit omne peccatum extinguere, quod idoneum sit ad soluendam omnem iniquitatem. Atque vt planè cognoscas quantam habeat vim eleemosyna, attētius considera quæ dicuntur. Peccata quædam spectant ad deum, quædam ad hominem:veluti impietatem committere, blasphemias euomere,ac violare tēplum dei, aut ecclesiā dei persequi,aut sacerdotes afficere contumelia,hęc omnia referuntur ad deum. Cæterùm mœchari,furari, iniuriam facere, hæc intra consuetudinem quæ nobis cum conseruis est, consistunt. Multiplex autem est differentia eorum quæ committuntur in deum, & quæ in D homines. Nihil itaque peius iniquitate, neque quicquā infœlicius iniquitate aduersus deū, neque quicquā magis impium, quàm aduersus deum blasphemia. Et tantam tamen impietatem eleemosyna valet diluere, non si perseueret in blasphemia,sed si per pœnitentiam peccatum reuocet. Ne quis mihi hîc obstrepat dictis meis perperam intellectis. non enim mihi ad amentiū amentiam,sed apud vos fideles sermo est,apud veritatis collectaneos.Nihil sceleſtius impietate,nihil sceleſtiº blasphemia:& tamen tantum malum pre eleemosynam diluitur,siquis verè accesserit veritati.Sumo mihi ad probationem veterē Danielis historiā. Balthasar Nabucho donosoris filius quum aliquando debaccharetur in res diuinas ac sancta violaret, ausus est in prophano cōuiuio ebriorum impiorum ac blasphemorum,sacra vasa, quæ

Thesauri duo.

Rom.2.

1.Tim.6.

Deut.32.

Ibidem.

Esa.33.

Luc.12.

Ibid.12.

Eccle.3.& Luc.11.

Dan.5.

Epilogus sacrificiorum 10.

Clamor pauperum,diuitū decus.

Peccatorum quædā ad deum,quædam ad hominem spectant.

quæ Hierosolymis sustulerat, in medium afferre, iisque pro temulentiæ instrumensis abuti. Et exportauit, inquit, vasa dei quæ erant Hierosolymis sancta, & bibit ex illis ipse, & vxores illius, & pellices & concubinæ illius. Violauit autem diuina, non tantùm per mensam prophanam, verumetiam per intemperantiam. Atqui tantum etiam malum deus lenitate sua tulit, illa malorum tolerans vis, illa opulenta gratia, illa benigna copiosaq; humanitas, quæ acceptat pœnitentiam nostrã, & vindictam prorogat. Debacchantem in sancta tolerat deus, & sententiam aduersus illum proferre differt.

Dan. 5. Extitit, inquit, dum hæc fierent, in superficie parietis, hoc est, in incrustamento, talus manus à vola vsque ad digitos, scripsitq; in pariete, Mane, Thecel, Phares: & verba erant Hebraica, ac miraculi nouitas expauefecit tyrannum cum conuiuis suis. Requirebatur ænigmatum solutio, nec inueniebatur. accersiuit complures interpretes, qui non habebant quod dicerent de eo quod videbatur. Vocatur Daniel in medium. oportet enim primùm consilio destitui mẽdacium, atque ita demum eluceſcere veritatem, quemadmodum in Aegypto quũ hærerent magi ac sapientes, móxq; Ioseph interpretans aperuit veritatem: ita & in Babylonia, redarguta omni humana sapientia, mox dei sapientia per fidelem famulum eluxit. Vocatus est Daniel, ingressus est sanctorum verborum propheta, spiritualis scripturarum liber, magni regis interpres. Atq; vt cognoscas quid intersit inter hominem simplicem, & hominem dei, qui natura quidem purus est homo, mẽte verò immortalis, introgressus ad illud conuiuiũ impietatis, aduocatur ab eius Dan. 5. conuiuij principe, videlicet rege, qui ait ad illum: Scio quòd spiritus dei sanctus sit in te. Explana nobis scripturam hanc, quid sibi velit. Honoras famulum, & contumelia afficis dominum: hominem reuereris, & deum contemnis? Confiteris spiritum sanctum, & sancta polluis? Scio quòd spiritus dei sanctus sit in te. Etenim sub patre meo copiosior spiritus erat in te. Si igitur hanc quæstionem dissolueris, purpuram indues, & torquem aureum circa collum tuum. At beatus & admirandus ille, pro nihilo ducens hominum munera, sed super omnia veritatem honorãs, ait: Rex, munera tua alteri da viro, ac dona tua aliis largire: ego tamẽ scripturam enarrabo. Et quod erit interpretationis præmiũ? A deo merces veniet. Quin potius hoc ipsum mihi veritatis præmium erit, interpretari veritatem, ac pietatem quæ infamatur, vindicare. Vide autem admirandam iusti sapientiam: non protinus interpretatur scripturam, sed prius redarguit mentem regis dicẽs: O rex, deus cœli dedit regnum & potentiam patri tuo Nabuchodonosor, insuper honorem addidit illi, similiter & tibi: & vt sermonem in pauca cõferam, dedit tibi deus regnum & potentiam, & tu oblitus es dei, & exportasti vasa illius aurea argenteáque, atque ex his potasti tu cũ vxoribus tuis, pellicibus & concubinis: eum verò qui habet in manu spiritum tuum, non benedixisti. ideo missus est articulus manus à facie eius, scripsitq; in superficie parietis sententiam ipsius. Atque hæc sunt verDan. 5. ba: Mane, numerauit deus regnum tuum, & compleuit. id enim sonat Mane, Syrorũ lingua, atque itidẽ Hebraica: Thecel, librauit deus regnum tuum, & dedit illud Persis ac Medis. Nam id temporis tantùm erat regnum Babyloniorum. Cõsidera illud admiratione dignum, quo modo declarauit deum omnia numero & Sap. 11. mẽsura facere. Librauit, inquit, ac mẽsus est. nihil enim ab illo fit absque mensura, nihil sine pondere, nihil si-

מנא numerauit. תקל ponderauit. פרס diuisit. Chaldaica sunt. Gen. 41.

A ne congruentia: sed iusta mensura vindictam infligit: quumq; punit, trutina librat vltionem, pro delictorum modo eam rependens, ne maior sit commissis, sed congruens. Eóque deus aliquando comminans Iudææ, quũ prius esset sublata atq; extincta Samaria, dicit: Et extendam in Hierusalem mensura Samariæ, & trutinas domus Ephraim. pro eo quòd erat, eandẽ vindictã admetiar his, quam illis sum admensus. Neq; enim mensura caret diuina vindicta, sed mensura & regula & trutina mensurata est, sicut seruator loquitur in euãgeliis: Qua Matth. 7. mensura mensus fueris, remetietur tibi. Mensus igitur Mar. 4. est deus, librauit, ac diuisit, & impletus est numerus regni tui, ait ad illum. Quid autem accidit: post tam seueram scientiam mox induxit dicti solutionem. Et nunc Dan. 4. rex consiliũ meum placeat tibi, ac peccata tua eleemosynis redime, & impietatem tuã commiserationibus pauperũ, si fortè propicius fiat deus delictis tuis. Vides quãB tam vim habeat eleemosyna, quantũ valeat humanitas, quàm efficax iusticiæ opus operetur erga egenos misericordia. Admonuit propheta, cui si obedisset ille legis transgressor, gratia fuisset consequuta promissum. Sed gratia quidẽ erat simplex, mens verò nõ recipiebat correctionem. Adeò valida res est erga pauperes humani- ἐπιφάνεια. tas. Resecuit eleemosyna captiuorũ speciem è foro: tollitur captiuitatis species ex vniuersa terra. Vidisti forũ plenum captiuis, & correxisti in amœnum spectaculũ: cõtrahet deus vltionẽ vindictæ suæ quæ peccatis infligitur. Neq; enim iniustus est deus, vt obliuiscatur animarum iniustè interfectarum, neq; sanguinis iniustè effusi. Sublati sunt sancti, sed pro pietate mortui sunt. Ne mihi respicias ad captiuitatis belliq; speciẽ, sed illud specta, quòd complures susceptо pro castitate certamine, mortem perpessi sunt. multæ virgines in tempore opC portuno, videlicet in tempore persecutionis coronatæ sunt, quum animæ complures eodem tẽpore expugnarentur. Ac ne putes illos deo indignos quorum sanguis effusus est, istud est vetus historiarum exemplum. Sem- Sancti cur per deus sanctos exponit periculis, quò per hæc declaretur pietatis vis, ne quis dicat: Cur si erant pij, sublati sunt? cur si erant pij, occisi sunt? cur si deo erant curæ, tantã sustinuerunt oppugnationem? Audi Dauidẽ, per Psal. 78. vetera decantantẽ noua, Deus venerunt gẽtes in hęreditatem tuam, polluerunt templũ tuum: ac non simpliciter templum, sed templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorũ custodiam, posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum bestiis terrę. Si hi tanquã indigni pietate traditi sunt, illi quo modo traditi sunt? Si hæc nunc quidam patiuntur vt indigni deo, quo modo eadẽ illa veteres sancti pertulerunt? Quòd si idẽ deus permittit, hęc omD nia ad vtilitatẽ suorum dispensans, ac per sanctos emẽdans peccati maculã, nihil prorsus iniustum in his quæ diuina potentia permittuntur. Hæc permittit deus ad exercendas mentes nostras: ac frequẽter iusti pro iniustis mortẽ perpetiuntur. Habes veterem congruentiam per antiquas historias. Pronunciauit deus aduersus Adam, dicens: Terra es, & in terram abibis. Atque is qui- Gen. 3. dem accepta sententia, inter viuos censebatur: contrà, qui nihil peccarat Abel, interfectus est. Qui obnoxius Ibid. 4. erat culpæ, vita fruebatur, iustus morti subiectus est, Ibid. 2. idque vtiliter. posteaquam enim deus pronunciarat sententiã aduersus Adam, Quocunque die comederis, morte moriẽris: nõ dedit morti potestatem ilico reum inuadẽdi, ne mors aduersus genus nostrũ arriperet vera certaq; contagia. Etenim si transgressos protinus ar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ripuisset, pœna fuisset irreparabilis, citraque pœnitentiæ remedium. Sed ingressa est mors per iniusticiam, vt
γενώμεν. eiceretur per iusticiã. Sublati sunt iusti, sed extincti nõ
Psal.111. sunt: in memoria sempiterna erit iustus. Sanguis iustorum effusus est, sed deus eos qui traditi sunt tanquam viles & abiecti, filios appellat, & tanquam filios vlciscitur. Porrò quòd qui simpliciter ab inimicis occisi sunt, filij dei dicuntur, ac tãquam filij vindictam accipiunt,
Deut.32. sermonem meum confirmat beatus Moyses. Quid autem ait in cantico? Exultate gentes cum populo eius, & adorẽt eum omnes filij dei, quoniam sanguinem filiorum suorũ vlciscetur. Si filij dei, quo modo occisi sunt ab inimicis? Vides quòd deus permittit iustos occidi, ad probationem pietatis: nec violatum est verbum, vt confirmaretur sensus. Lætamini cœli, quoniam san-
Martyrij finitio. guinem filiorum suorum vlciscetur. Traditi sunt tanquam alieni, & vindicantur tanquam filij. Exercitatio pietatis est martyrium, hoc est testimonium euidens, & professum. Et quo modo? Audi & considera, obsecro, demitte cogitationem ad sermonis profunditatem. In omni tribunali quid aliud martyri proponitur, quàm vt abneget deum? Ac dum aduersus hanc propositionem decertat, manifestam & irreprehensibilem arripit coronam martyrij. Super his verò sanctis qui nunc occisi sunt, non erat iudex iudicans, sed conscientia. Cõplures enim interdum (neque enim cõdemno, sed humanas cogitationes excutio) transgressi sunt in cogitatione: veluti siquis aliquãdo in afflictione dixit, vbi est
Tempestas martyrij. deus cui seruiui? vbi est deus quem professus sum? Ibi procella ac tempestas, ibi periclitatur nauigium. Quòd siquis dum illis examinatur tempestatibus, denuò resipuit ac dixit, Num hic mihi vita circũscripta est? Num expectaui bona terræ? An non expectabam regnum? an non expectaui resurrectionem mortuorum? An nõ magnificam angelorum vitam? An non vitam illam senij nesciam? Quid itaque me lædit mors, adferens bona æterna? Non perturbor temporariis, quum expectem æterna. Qui hæc expendit in animo, deum habet suæ cogitationis iudicem, habet patronum pium animum, habet tribunal metum, habet testem cõscientiam, quæ ipsi iusticiæ plectit coronam, & ante conscientiam deum cœlitus præmia distribuentem operariis pietatis. Ete-
Matth.6. nim qui videt occulta, coronat in propatulo. Ora tu, inquit, patrem tuum in abscondito: & pater qui est in abscondito, reddet tibi. Ergône qui orat in occulto coronatur? & qui in occulto cõtorquet mentem ad confessionem, non coronatur? Martyriũ fratres non euen-
Est & martyrium propositio. tu tantùm æstimatur, sed etiam proposito. Non quum martyr decollatur, tum fit martyr, sed ex quo propositum ostendit profitendi, martyr est, etiam si non patiatur quæ martyres solent. Et quis est qui hæc suo comprobat testimonio? Beatus ille Paulus, qui quum semel sit mortuus, tamẽ ostẽdit se quotidie mori. Quid enim,
1.Cor.15. inquit? Quotidie morior per vestram gloriam, quam habeo in Christo. Quotidie morior. Quo modo moreris, qui viuis? moriebar proposito, sed seruatus sum gratia dei. Quantũ erat in hominibus potentibus, & in me, quatenus meipsum exposui, quotidie morior: quod autem ad gratiam attinet diuinam, tanquam doctor re-
Virginitas propositi, & virginitas necessitatis. seruatus sum ecclesiæ. Dispensat enim deus res ad vtilitatem hominum. Et alios quidem tradit vt ostendatur probata fidelium mens: alios rursus seruat, vt custodiat fermentum ecclesiis. Non sunt pollutæ virgines, quòd propositum sit immaculatum, & animus immarcescibilis. Et illud mihi considera frater, Virginitas citra con-

A trouersiã accipit coronas: vtra virginitas, quæ est propositi, an quæ est necessitatis? An nescis quòd innumeræ virgines corporáque impolluta decesserunt ex hac vita? An nõ multæ filiæ gẽtium abominabiliũ & impiarum, tempus nuptiarum expectantes, raptæ sunt? An nõ multi iuuenes corpore incontaminato post cõiugium & nuptias morti sunt traditi? Iuuenes, inquã, ethnicorum filij, Iudæorum filij, impiorum hæreticorum filij, abierúntque innumeri corporis virginitatem habẽtes? An apud tribunal Christi, tali virginitate præditæ turbæ dantur coronæ? non dantur coronæ virginitatis, fructum aufert necessitas. Quod si nullus est necessitatis fructus, sed tota merces est propositi, numerus ille innumerabilis manet incoronatus, virginitatem quidẽ habens sed virginitatis propositum nõ habens. Neque *Propositũ quòd fit, deo placet, non quod ex necessitate.* enim deus acceptũ fert quod fit ex necessitate, sed quod
B ex proposito rectè fit. Si igitur illis innumeris virginitas non imputetur ad virginitatem, nec his quæ præter propositum inquinationis corruptæ sunt. Pollutum est corpus, sed animi templum non est pollutum: violatum est corpus, sed mens corrupta non est. Ne quis igitur reiiciat multitudinem sanctorum in contumeliam & captiuitatem traditorum. Sæpenumero sanctorum est pro impiis pati. Seruator qui nihil peccauerat, pro peccatoribus traditur: & Esaias clamat: Homo in *Esa.53.* via sua aberrauit, & dominus tradidit eum pro peccatis nostris. Atque idem rursus. Qui peccatum non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius, & dominus tradidit illum pro peccatis nostris, & pro peccatis populi venit ad mortem. Vides? Imitatores Christi sunt, qui pro iniustis patiuntur. Accidit autem fratres & alio modo, *Vt nescit vt aliquãtulum dilatem historiam, accidit vt etiam ex* *desinere.*
C his qui occiduntur nonnulli peccatis obnoxij sint: dominus autem per temporariam afflictionem diluit peccatum, per corporum plagas extinguit animæ vulnera. His mors imputatur pro supplicio. Quin & ægrotatio piis qui peccauerunt, imputatur pro supplicio. Et quis est qui ista promittit? Paulus, neq; enim oportet quicquam dicere sine testibus, soláque animi cogitatione. Nam siquid dicitur absque scriptura, auditorum co- *Scripturæ sacræ testimonium de rebus necessarium.* gitatio claudicat, nunc annuens, nunc hæsitans, & interdum sermonem vt friuolum auersans, interdum vt probabilem recipiens: verùm vbi è scriptura diuinę vocis prodiit testimonium, & loquentis sermonem, & audientis animum confirmat. Quis igitur sermo nobis attestabitur quod afflictiones & flagella hominibus illata imputantur ad peccatorum remissionem? Audi beatum Paulum loquentem de his qui indignè accedunt ad mensam mysticam. An ignoratis quòd qui e- *1.Cor.11.*
D dunt indignè, sibi edũt ac bibunt ad iudicium? Et quid continenter adiecit? Propterea inter vos multi infirmi, quoniam indignè acceditis ad mensam: & dormiunt multi pro eo quod erat, moriuntur, tanquam mors etiã pro peccato adueniat. His protinus annectit: Si enim nos ipsos iudicaremus, nequaquam iudicaremur à domino. Ergo domini iudicium est & morbus, & mors. Et quid mihi prodest post mortem? quis fructus post obitum? Si nos ipsos iudicaremus, nequaquã iudicaremur. Cum autem iudicamur, à domino corripimur, ne cum mundo condemnemur. Deus enim iustificauit, ne iustos simul cum impiis perdat, nẽue simul condẽnet sanctos cum prophanis, idque valde cõuenienter. Non enim par est, vt qui deum adorat, simul puniatur cum eo qui deum afficit blasphemiis: & eodem modo plectatur pié colens deum, & glorificans, quo blasphemantes

& despectui

& despectui habentes veritatem. Propterea deus occultis & inuisibilibus modis variè flagellat pios delinquẽtes, quò videlicet nos puros exhibeat magno illi tribunali: vt quum hic corripuerit, illic imputet præmium.

Vt missit despexit.

Denuo resumme sermonem apostolicæ intelligẽtiæ, Si nos ipsos iudicaremus, nequaquam iudicaremur. Cum autem iudicamur, à domino corripimur, ne cum mundo condemnemur. Huic dicto cõcordat & beatus Dauid: Beatus, inquit, homo, quemcunque corripueris domine, & de lege tua docueris eum, vt mitiges ei à diebus malis. Qui enim hic correptus fuerit, in requie erit, ac minus experietur diuinum iudicium. Ne mireris, si primùm hic castigatum liberat in futuro seculo. Reperis enim in diuina scriptura certissimum argumentum Sodomitarum, ac nihilo deterius habitatorum Gomorrhæ. Nihil illis magis impiũ, & tamen quoniam hic pœnas dederũt, mitius illos in iudicio tractandos promittit dominus. Et tu Capernaum, quæ vsque ad cœlum elata es, vsque ad infernum detraheris: quoniam si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, mansissent ad hunc vsque diem: veruntamen tolerabilius erit terræ Sodomorum, & terræ Gomorrhæ in die iudicij, quàm vobis. Proinde si Sodomitis tolerabilius iudiciũ reddit, quòd in hac vita puniti sunt: cogita quo modo pij qui hic castigantur, futurum effugiunt iudicium. Quod iudicium nobis omnibus contingat effugere, & cum fiducia sisti ad tribunal Christi, cui gloria in secula, Amen.

Psal.98.

Matth.11.

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI explanatio in Psalmum, Dominus regnauit, exultet terra.

Actus 28.

ICtus à vipera Paulus manu, spiritus sãcti virtutem quæ in se habitabat, his qui illic erant, etiam non dedita opera ostendit, vsus vipera teste. Erat enim & ipsa non mendax testis, significans dei apostolum esse eum quem inuaserat. Vides sanctis & feras, quæ vocem non emittunt, testificari? Et voce quidem carent: sed opera miraculum clamant. Atque non solùm sanctis feræ testificantur, sed & seruiunt. Sic & Ionæ cetus triduò subiugalis fuit, & quo intus gubernans, nõ quò ipse volebat ducens. Sic corui Heliæ quotidie cibos ceu domino afferebant. Sic leones Danieli mansuescebant, & viri sanctimoniam etiã non loquentes prædicabãt. Sic edax ignis in tribus pueris sanctum & diuinum ternarium reuerebatur, & tremebat. Suæ enim naturæ oblitus, tam nihil nocuit, vt etiam capillũ læsioni valde obnoxiũ non offenderit. At Christo meo testificabantur & venti, ac mare, qui cum discipulis suis in nauim ascendit, dormiuitque in prora, & cum stridentes valida tempestate venti mare è profundo commouerent, maréque valde turbidum, fremebũdo sonitu, & spumis niualibus, falsam his qui in naui erant, minaretur mortem: nauis autẽ à fluctibus crebris & à mediis furentium ventorum turbinibus circulo verteretur, & nauigantes futuræ mortis periculum plorarent, surrexit, increpauítque mare ac vẽtos: factáque est magna & inexpectata tranquillitas, ita vt ij qui in naui miraculum videbant, & à mari ventísq; testimonium accipiebant, cũ iuramento dicerẽt, Verè hic dei filius est. Quis pastor ita agnas suas placauit, vt Daniel efferos leones? Quis rex tã pernices Indos habet, vt Helias coruos? Quis discipulum ita absque murmure hospitalitatẽ exercere docuit, vt Ionas cetum in mari? Quorum armatorum exercitus regem suum ita illæsum taluauit, &

Ionæ 2. Matth.12. 3.Reg.17. Dan.6.14. Ibidem.3. Dan.14. 3.Reg.17. Ionæ 2. Mar.4.d. Luc.8.c.

alienigenas ab impetu coercuit, vt Chaldaicꝰ caminus Chaldæos ciues vrbis exussit, & Hebræos seruauit? Qui serui ita domino suo cum timore & tremore obtemperarunt? *Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.*

Et quæ causa exultationis & lætitiæ? Nisi quid boni magnique factum esset, propheta non dixisset, Dominus regnauit. Christus enim vbi regnauit, solutum est peccatum, diabolus confusus est, dæmones fugerunt, aculei mortis confracti sunt, paradisus olim Adæ clausus, apertus est. Spinæ peccatorum nostrorum extirpatæ sunt: & tribuli quidem eradicati sunt, triplici autem gratia caput meum coronatum est. Soluta mea vetus maledictio. Iam non ego timeo, Terra es, & in terram reuerteris. In baptismate enim deposui terram, & cœlum indui: & nunc audio, Cœlum es, & in cœlum ascendes. Dominus ergo regnauit, exultet terra, lætẽtur insulæ multæ. Nam iam sub terra iaceo, nõ iam in abstrusis & silentibus tenebrosisq; diaboli specubus & labyrinthis in inferno detineor. Meum est posthac nubes transcendere, & propter regnantem Christi gratiã, sursum in cœlum currere. Cuius rei testimonium non deest. Rapiemur in nubibꝰ, inquit Paulus, in occursum domini, sicq; semper cum domino erimus. Dominus regnauit, exultet terra, *lætentur* insulæ multæ. Nõ iam Heua timet Adam opprobrãtem, nam in maribus eius ruina reparata est. Non iam timeo serpentem aliorsum caput inclinantem, supérque ventrem euntem, ac calcaneum obseruantem. Non iam timeo ictum virulentũ: non enim sum vltrà terra, sed sal. Serpenti enim dicit dominus maledicturus: Terram comedes iuxta dies vitæ tuæ. Ante Christi aduentum terra eram, comedebar à serpente: vbi autem venit dominus, in salem me mutauit. Disce dilecte quo modo sal fit: vt cum didiceris quo modo fiat, teipsum in re illa agnoscas. Sal ex aqua fit & vento. Sal meritò appellauit nos dominus, quoniam ex aqua & spiritu regenerauit. Dominus igitur regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Quòd autem non omnes, sed multæ: multæ orthodoxorum ecclesiæ sunt: quæ autem expertes sunt rectæ fidei, hæreticorum sunt ecclesiæ: quæ quo modo lætificabunt regẽ Christum, quem tam variis modis contumeliis afficiũt? Si quidem vocare licet eorum conuenticula, ecclesias, & non potiùs vulpium cauernas. Sunt enim vulpes nõ imitatione naturæ, sed volũtatis. Itaque si accedat dominum meum Christum Arrius, Eunomius, vel Macedonius, & dicat illi: Sequar te quocunque ieris: apposità etiam ipsi respondetur: Vulpes foueas habent & volatilia cœli nidos, filius autẽ hominis non habet vbi caput reclinet. De his dicit sapiens: Apprehendite nobis vulpeculas, quæ demoliuntur vineas. Vulpeculæ sunt hæreticorum discipuli, qui scilicet ingressi in ecclesias nostras, fideles qui in vinea Christi vt botri se exhibẽt, falsa doctrina subuertunt. Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua. Dominus regnauit, exultet terra, lætẽtur insulæ multæ. Deinde quid sequitur, *Nubes & caligo, in circuitu eius.* Nubes olim Hebræos ex Aegypto egredientes tegebat, radiósq; Solis feruescentes obscurabat, illos autem suis splendoribus illustrabat. At si clariorem nube videre vis, ascende in montem cũ Petro, Ioãne, & Iacobo, videbísque illic nubem lucidam, & vocem è nube venientẽ: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quid autem est nubes & caligo in circuitu eius? Aliud est nubes, aliud caligo. Nubes est tenuissimus aëris lucidi cõtextus, lucẽ aliquã de se emittẽs. Caligo verò crassior est & nebulosa obtenebratio.

Hæretici vulpes. Luc.8. Cant.8. Vulpeculæ 1.Cor.15. Exod.13. Matth.3. Nubes. Caligo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio. Quo modo igitur, Nubes & caligo in circuitu eius? A
prius ponitur nubes, postea caligo: ita in Christo primùm est diuinitas, postea humanitas. Nubem dicendo, diuinam eius & luculẽtam deitatis pulchritudinem insinuat: caliginis autem nomine humanum significatur integumentum. Hac enim caligine deus sermo viam suam occultauit. Audi & alio loco prophetam dicentem: Carbones succensi sunt ab eo: & inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius. Pedes dei dixit, vt viam eius super terram significaret. Carbones succẽsi sunt ab eo, & inclinauit cœlos, & descendit, caligoq; sub pedibus eius. Occultauit enim viam suam tegumẽto carnis, vt ignota esset aduersariis virtutibus multifaria suæ sapientiæ via. Nam si cognouissent, dominum gloriæ vtique nõ crucifixissent: sicut & propheta dicit: In mari via eius, & semitæ eius in aquis multis, & vestigia eius non cognoscentur. Et vestigia eius nõ cognoscentur, dicit propheta: Eunomius autem diuinitatis generationem inuestigare audet. Et inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius: & ascendit super Cherubim & volauit, volauit super alas ventorũ. Non quòd pennas habeat dominus, & volet, dixit propheta: Volauit super alas ventorum. Alæ ergo ventorum quæ sunt? Vtique angeli: vnde & alibi dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentẽ. Porrò quòd dixi caliginem crassiores tenebras, ne quis me fabulari putet, & non rem dicere vt est, testatur etiam hoc propheta ipse. Et ascendit super Cherubim, & volauit: volauit super alas ventorum, & posuit tenebras latibulum suum. Quæris quales tenebras posuit deus latibulum suum? Planè corpus quia tabernaculum corporis sui dicit tenebras. Id te sequẽs psalmi versus doceat. Nam postquam dixit, Et posuit tenebras latibulum suũ, adiecit dicens, *In circuitu eius tabernaculum eius.* Vidisti C
eius nubem, cognouisti eius caliginem, & quid sit caligo. Nunc solue celebrẽ, & difficilis solutionis interpretationem, quæ à multis quidem affertur, à paucis autem rectè docetur. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Et posuit tenebras latibulum suum. Tenebras (dicit scriptura) vocauit deus noctem. Nox eramus nos Gentes, noctem induit dominus. Nostrum etiam tabernaculum portauit. Dies diei eructat verbũ, pater filio, secundũ quòd lux est, & dies, dominus. Ego enim sum lux mũdi, ait: Dies diei eructat verbum. Appropia Iordani, & ibi videbis quo modo dies quæ superné, ei quæ in flumine stabat, eructat verbum. Dicit enim sic, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. Sed vt ne putes quòd propheta spiritus sancti mentionem omiserit cum dixit. Dies diei eructat verbum, disce dilecte quòd triadem cõfitetur. Dies diei eructat verbum. Dies pater, dies filius: verbum quod in medio D
aëre volabat in specie columbæ, spiritus sanctus. Testis est Paulus, qui dicit: Gladium spiritus sancti, quod est verbum dei. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Nubes enim & caligo in circuitu eius. Dies ipse & nox: ipse enim deus & homo. Dies secundũ deitatem, & nox secundum humanitatem. Nam in cõparatione deitatis, nox est humanitas. & hoc est quod ait, Posuit tenebras latibulum suũ. Tenebras enim vocauit noctem. Nox nocti indicat scientiam. Christus secundum humanitatem, nocti, omni terræ, hoc est omni humanitati, annunciat scientiam de patre & seipso, & spiritu sancto. Nam ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Psal. 17. *1. Cor. 2.* *Psal. 76.* *Psal. 17.* *Alæ vētorũ sunt angeli.* *Ibid. 103.* *Christi tenebræ & latibulum.* *Psal. 18.* *Gen. 1. a.* *Christus, lux & dies est.* *Ioan. 8.* *Matth. 3.* *Ephes. 6.* *Christus dies et nox, deus & homo.*

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constantinopolitani enarratio in psalmum centesimum, Godefrido Tilmanno Cartusiæ Parisiensis monacho, interprete.

NOs rursus dilectissimi, beatissimus propheta Dauid adhortatur, vt spiritualiter cantemus. Ad hoc se rursus adornat, vt nos instruat voce perquàm suaui & cõcordibus animis concinere canticum hoc laudabile ac decorũ. Et hoc rursus spirituale carmen ac cœleste depromens, spirituales nos B
reddit eius virtute. Hanc enim modulationem quum scriberet Spiritu sancto afflatus, & quasi cithara quæpiam animata ac rationalis, gratia pulsatus Spiritus sancti per omnia docet nos etiam spiritualiter canere. Cãtat verò, nõ vtique cupiens oblectare & voluptate cãtus delinire aures: quin potius vult permista hilaritate menti nostræ adferre opportunam vtilitatem. Neque enim quæ canuntur, tantùm sistunt se aurium tenus: sed ad animam vsque transmittunt, quæ dicuntur. Ea enim auribus tradit Dauid pro cognitione veritatis: animæ autem eadem infundit ad præmuniendam confirmandámque salutem. Canit vtique canticum nõ nudis verbis sermones proferens, sed vtilibus ei qui canit, rectam præscribens viuendi formulam. Hoc enim canticum non est eorum qui toti affiguntur curis præsentis vitæ & mundi istius: sed diuinum ac spirituale, necnon omni plenum honestate ac moderatione. Nã quæ ad vsum pertinent vitæ huius cantica, adde etiam mundi istius cantilenas, tenore ac desinentia soni fallũt auditum, simul & in fraudem pellicientes, animum abducunt longiùs ab vtilitate, inque cõcupiscentias pertrahunt authores perditionis. Obscœnis enim ac turpibus verbis scatẽt, plenáque sunt desideriis lege naturę prohibitis, ad hoc consistentia, vt animos afficiant ad genialem vitam consectandam & eorum appetentiã quæ canuntur. Tali insuper illecebra melodiæ animum inclinant quamlibet virilem, simúlque generosam corporis habitudinem eneruant. Cœlestia verò cãtica, nimirum quæ suggerit spiritus sanctus, dum per moderatam temperiem verborum, per sententiarum decẽtem descriptionem, mentem reuocãt ad affectiones suas ordine digerendas, exornãt vtique animam & illustriorem D
reddunt. Simul enim atq; anima se promouit ad dictorum intelligentiam, & his assensa est quæ apprehendit intellectu, eò transfert & mores, quò prolata sententia inuitat motiuum organũ melodiæ à spiritu sancto excitatæ. Canticũ igitur quum tãta polleat virtute, quum melodia efficax adeò sit: agedũ, ipsi consideremus, quid in se contineat prophetica modulatio hodie nobis recitata. Quid igitur ait? *Misericordiam & iudicium cãtabo tibi domine.* Perquàm vtile est, frugiferum ac salutare canticum hoc dilectissimi, quòd initium sumit à misericordia & iudicio. Declarat enim quàm copiosa multitudo sit diuinæ erga homines bonitatis. Ostendit insuper quãta fuerit magnitudo beneficentiæ dei in nos collatæ. Indicat enim misericordiã, nempe propẽsam ad homines eius voluntatem sola ipsius gratia esse peractam.

πρὸ τῆς ἀληθείας, πρὸ, ὑπὲρ

Aggressio enarrationis.

Gloria

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gloria enim in altissimis deo, & in terra pax, in homi- A
nibus bona voluntas. Iudicium proinde submonet sa-
lutem iam ab initio fuisse præfinitam. Quos enim præ-
destinauit, hos & vocauit: quos autē vocauit, hos & iu-
stificauit. Benignus enim deus iudiciū suum temperauit
misericordia & clementi bonitate, vt eos qui peccato
perierant, ad salutē proueheret. Itaque propheta quum
id perpendisset, prædicat hoc cantico, nos interim in-
struens, vt iugem ei rependamus gratiarum actionem,
dicens, Misericordiam & iudiciū cantabo tibi domine.
Designat autem & aliud aliquid per propheticā intel-
ligentiam, vt qui afflatu spiritus sancti præuentus futu-
ra enarret quasi præsentia. Equidem contemplatur iu-
stum dei iudicium, quo infidelem populum Iudæorum
perculit. Eum enim qui venturus ab ipsa lege prædica-
batur, à prophetis quoque, quia venientem excipere no
luit, iustē quidē priuatus est promissionibus in lege con
tentis. E regione idem contēplatus gentilem populum B
dei commiseratione saluum fieri, quòd is facili persua-
sione, obedientiam & fidem complexus sit erga Domi-
num, in vocem erumpit plenam dulcoris ac suauitatis,
domini clementiam cōmendans ac proponens omni-
bus, vt singuli quique linguæ organo proferentes can-
ticum hoc, cumq; suauiloquentia exclamātes huius car-
minis melodiam, iugiter meminerint cum actione gra-
tiarum dominicæ erga nos beneficentiæ. Ait enim, Mi-
sericordiam & iudiciū cantabo tibi domine. Bonū igi-
tur nos indiuulsē modulari hoc canticum, vt ad vnum
omnes fuisse deprehendamur, non ingrati erga deum
quàm optimē de nobis meritum, nostramq; emendemus vitam, nihil nō perficientes pro eius misericordia & iudicio. Ait enim scriptura, Facite misericordiam & iudiciū in medio terræ, quia misericordiam volo & nō
Osee 6.b sacrificium, dicit dominus. Quin & dicit eadem, Mise- C
ricordiam facite vnusquisque erga proximū suum: &, Iustum iudicium administrate, quia in his volūtas mea est, dicit dominus. Sic enim si pergemus & in istis fuerimus conuersati, vtique multa cum fiducia dicemus concinentes, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Vtq; hæc docearis charissime se ad eum modum habere, cogita scriptorū consequentiā: & eorum quæ dicta sunt, apprehendes veritatem. Infert enim, *Psallam & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.*
Vides, vt per omnem iusticiæ viam ambulans, nullam viis suis inusserit vituperij notam aut labem, omnē rectitudinem ac iudiciū intellexerit, conuersationem insuper tenuerit iuxta præscriptam legis formulam testimonio operum cōprobatam. Hilari porrò nutu in hoc canit cantico suas enarrans actiones. Et quidem intel- D
ligenter psallebat, corde nimirū irreprehensili sua enumerans opera, quum iuxta scripturam, parasset vias domini & rectas fecisset semitas dei. Domini enim aduentum præstolabatur, inuitans ac dicens, Quando venies ad me? Ac si propemodum respondens diceret, Meæ mentis domicilium adornaui, exæquaui cordis mei duriciam offendiculū omne abieci, nihil quod aduentum tuum præpediret, reliqui. Rectā feci animæ meæ viam: sensuum cordis mei domicilium expurgaui, cogitationes meas omneis puras in me reddidi. Paratus sum ad tui aduentus susceptionem. Quādo venies ad me? Submota quum sint impedimēta, adueni mi domine. Viam maliciæ nullam in me deprehendes. Ambulabā enim in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Nō proponebā ante oculos meos rem iniustam: facientes præuaricationes odiui. Non adhæsit mihi cor prauum, declinantem à me malignum non cognoscebam. Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar. Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc nō edebam. Oculi mei ad fideles terræ, (vt ipsi sedeant mecum.) En vides charissime, quot quantaque bona operatus sit hic beatus, quanta cum loquendi libertate & confidentia suas enarret cū laude gestas actiones. Sanè vtrum quæ dicta sunt, enarrare debeam, an vobis permittere, vt ex ipsis sententiis quanta sit virtus scriptorum decernatis, ignoro. Quid enim hisce dictis est vsquam apertius? Quid verò vspiam est, quod dilucidè adeò seipsum interpretur, seu hæc sunt, quæ enumerauimus? Cæterum ipsas sententias, vt res habet, vnam alteri conferentes singulatim discutiamus. Age iam eadem repetētes meminerimus simul & perspiciamus, quantū emolumenti adferant hæc continuò ad memoriā reuocata. *Ambulabam*, ait, *in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* Ante omnia, virtus magnopere expetenda & laudabilis, Innocentia est, non ob id solùm quia suum possessorem constabilit ac firmat: sed quòd in proximos se liberaliter effundit, quemadmodum ait Sapientia: Fili si bonus fueris, tibiipsi sapiens eris & proximis tuis: si verò malus mortuus fueris, solus hauries mala. Innocentia igitur virtus apprimè clara & laudabilis est imitatrix domini, dei assimilatio. Innocens enim & sanctus est do- *Innocentiæ ἐγκώμιον.*
minus. Innocentia antidotus est præseruatoria animæ, medicamentum mentis expurgatiuum, mores moderatur, & in officio continet, silentium indicit cogitationibus, vultum alacrem reddit ac placidum, moderatur oculos, prædux amiciciæ est, charitatis mater, cōtubernalis fidei, iusticiæ consummatio. Vtq; semel omnia complectar, Radix omnis virtutis ac totius fundamentum bonitatis est innocentia. Non nouit sedimentum inimiciciæ, agrestē iræ ferociam nescit, nō agnoscit operosam maliciæ actionem: sed ceu Regina quæpiam vndique stipatur commilitio virtutum omnium, tutáque est. Innocentia igitur virtus præclara est, quippe quæ nobis tot tantáque bona conciliat. Hinc euenit, vt diceret: Perambulabam in innocentia cordis mei. Non simpliciter dixit, In innocentia: sed, in innocentia cordis mei. Ac si diceret, Non alia quidem in ore habebam, alia verò in corde: neq; ea quæ pacis erant, depromebam ore, corde autem mala mecum reputabam: sed qualis eram ore, talis & corde, mecum differens & colloquens. Perambulabam igitur in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Domum, charissimi, præsenti loco non eam esse innuit, quæ vt hæc affabrè construitur manuum opificio, lapidibus constans ac lignis, compositáve ex materia informi: sed templum animæ, rationis vi præditum: templum accipe, quo per similitudinem istius exterioris figuratur id quod interius est & inuisibile: templum inquam, rationali pariter & intellectuali natura informatum, diuino afflatu vitale factum, animam deferens simul & delatū ab anima, templum dico capax gratiarū potentiæ haudquaquam violandæ. In medio huius domus perambulabam. Mediū proinde vocat principem cordis facultatem, nempe *μέσον τε καὶ μέσον.*
mentem, quandoquidem in medio corporis totius humani situm est cor. Malæ viæ sunt praue cogitationes, peruersæ item adinuentiones, quemadmodū ait Saluator: Ex corde exeunt cogitationes malæ. In corde siquidem motus omnis humanæ naturæ repositus est. Tale autē est, quod dicit. Cōsternatio aut tumult⁹ siquis fiat, mouetur cor. Turbatio si qua contigerit, cor cōsternatur & exæstuat. Si qua eruptio inimicorum aut rebellio exoriatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

exoriatur,turbatur cor. Si timor fiat,cor intus agitatum A subsilit tremore & palpitat, concutit insuper corporis membrum sibi adiacens, illudq; relinquens, & iterum iterumq; ad se retrahens nec sinit conquiescere, sed sæpius agitatum,maiorem exhibet conflictum,totum denique perturbat corpus,colorem alterum inducit,figuram ipsam transmouet, transmutat habitudinem corporis,faciem reddit liuidam,operationem inhibet oculorum,subtremula labia efficit. Genuum vigorem eneruat ac dissoluit. Linguam insuper quæ nihil non mouet, astringens ostendit esse balbutientem ac blæsam, & hominem propè dixerim, totum reddit agrestem & in speciem mortuum. Bellum vbi cõtigit,properat quidem se vrgens cor & excitans ad pugnam: angitur autem,nec cõquiescit,nisi obtenta luctæ victoria: qua habita partaq; palma victoriæ,sub ipsa inclinatione immutatum cor se conuertit ad hilaritatem, quietem amplectitur, & cum recreat qui fuerat turbatus, complêtque gaudio. Atque iterum cor ad primum suum reuocatur statum vnicuique membro distribuens commoditatem & vsum, post hæc *oculos quoque gratiarũ plenos reddit, labia verò moderatur. Sanum efficit organum linguæ, aspectum mansuefacit, ac veluti auriga quispiam artis peritus, aduersum se insurgens, hominem reuocat ad pristinũ ordinem. At non talis iustus,quippe qui neque turbationem vllam aut timorem in corde suscipit. Etiamsi hostilis eruptio contigerit, animo præsenti dicit: Si cõsistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me præliũ,in hoc ego *spero. Et eam ob rem ait, *Perambulabã in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* Hoc est, circunspectabam, vndique excutiebam quæ meæ erant vocationis, vt nequa radix amaritudinis germinans obturbaret & contaminaret C sensile organum cordis mei: sed vt innocentia in me salua omnium mihi fieret conciliatrix virtutum. Quocirca nõ proponebam ante oculos meos rem iniustam. Non enim mihi fuit animus delinquendi, neq; in proposito fuit,vt ea admitterem aduersus præscriptã legis formulam quæ aliena sunt ab exequente sedulò suam salutem. Quin potius præ oculis mihi erat timor dei, obseruatio mandatorum, iusticiæ opera,denique conuersatio mea omnis,iuxta legis præscriptum directa est. Nõ proponebam ante oculos meos rem iniustam. Quicunque enim animum intendunt ad peccandum, *iis quoque* adiacet, & destinatò proponũt prævaricari legem, iamq; habent peccatum veluti præcedens, prius in corde id præstituentes,posteà oculum mentis intendentes ad operationem peccati. Sic illi festiuo cursu contendunt ad legis transgressionem: mihi è diuerso scopus hic totus erat, nempe vt iuxta tenorem legis, conuersationem meam instituerem. Quinetiam facientes prævaricationes odiui. Nec solùm ipse nolebam quiduis operis committere præter legem dei, sed & eos infensè D oderam qui vel tantillũ transgrediebantur de dei*mãdatis: facientes enim prævaricationes odiui. Locus hic, Facientes prævaricationes odiui, bifariam intelligendus venit. Qui enim prætergrediuntur mandata dei & iustificationes atq; iudicia, hi vtique sunt transgressores legis. Rursum alij salutarem ipsam de domino cõfessionem transgrediũtur, & ij sunt prævaricatores dei. Sane quàm multa est inter legis ac dei offensionem, differentia. Illi quidem,quum radicem possideant cognitionis de deo,vtique penes se retinent spem sequuturæ salutis: hi verò, qui ipsum abnegarunt authorem salutis,à salute prorsus exciderunt. Itaque ait,Ego omnes facientes prævaricationes odiui. Initium enim peccati est, *Eccle.10.b* apostatare à deo, quemadmodum dicit sapientissimus. Nos contrà,prævaricatores adeò non infensè odimus, vt etiam comiter vt amicos salutemus. Neque enim talibus cõuenit dicere salutem. Non enim *pax est impiis, ὑ χαίρειν. dicit dominus. Et cum istis cibum sumimus & potum, *Defit hic* quorum veteratoriam ac fallacem suadelam conueniebat fuga prævertere, ac ne dignos quidem existimare qui inter homines numerentur, eos qui dæmonibus se vltronei tradiderunt, suamq; ipsorum vitam inanimatis lapidibus ac lignis cõsecrarunt. An non hoc vtique nos alio loco docet propheta, dicens? Nonne qui oderunt te domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam? Profecto odio oderam illos, in inimicos facti sunt mihi. Imitemur itaque & nos hunc prophetam. Ipsi odio persequamur facientes prævaricationes, ne nos B per diuersam cõmunicationẽ deprehẽdamur cooperarij fuisse eorũ prævaricationis. Et quidẽ modis omnib⁹ ipsorum cõmunio nobis odio habenda est,quòd auersi à luce ambulent in tenebris. Quæ enim cõmunio*luci *φωτὶ. ad tenebras? Et quia abnegato Christi nomine,nomen *βελιὰρ pro* sibi accommodant Belial. Quæ verò cõuentio Christi בליעל ad Beliar? Quòdq; vitato ecclesiæ ingressu, circa templa idolorum insanierint vitam suam contaminantes *absque im-* impuritate sacrificiorum. Quæ item consensio*templo *πρὸς* dei, cum idolis? Facientes igitur prævaricationes odiui. Non adhæsit mihi cor prauum. Declinantem à me malignum non cognoscebam. (Huc rursus *dilectissime* aduerte animum,ad dictorum intelligendam vim. Non adhæsit mihi cor prauum.) In me obliquum nihil erat,aut inæquale nihil,aut cõfragosum. Addo,licet innumerę me premerent afflictiones,etiamsi hominũ nequiciæ quæ contingere solent, me redigerent in angustum,quanuis mihi obsisterent permulta aduersa, (non adhæsit mihi cor prauum,) nõ maligna mecum disceptatio,non inuentio vlla ab æquitate abhorrens. Non φ affligerer,non quia aliqua vrgebar anxietate,non item quòd viderem peccatoribus cuncta succedere fœliciter,& impios ditescere,omnes denique prævaricatores legis prosperitate frui ac dirigi, ideo corde deprauabar,maligna mecũ reputans ac dicens: Quare impij viuunt,ac prævalent diuitiis? Semen eorũ pro animæ desiderio opulentia abundat,domestici eorũ prosperitate perfruuntur,boues eorum crassæ. Nihil horum prorsus mecum reputaui. Quin illi licet prosperitate gaudeant & locupletẽtur,ego è regione afflictèr tribulatione: noui equidẽ, quia tribulatio patientiam operatur, patientia autẽ probationem, probatio verò spem: deniq; spes non cõfundit. Non adhæsit mihi cordis ferrei duricies. *pro ἕξις le-* Sic mecum subducta recta ratione, dirigebam gressus *gebãtur.* meos. Quũ interim meminissem maligni, ascenderetq; in cor meum,tametsi locum non cederem ei. Ad hoc enim, ne obtineret aduersum me, quando aderat, non agnoscebam. Sic itaq; neque agnoscebam eum,neq; declinabam, quòd nõ admitterẽ ad smiliarem cõgressum. Vt vmbra prætercurrens, quàm ocyssimè cedit loco & elabitur: ita malignitas nihil detrimenti in me operata est. Proinde & nos hinc erudiamur. Si quando contiget vni alicui vestrũ molesta afflictio aut fortuitum negocium quis exhibuerit, & de authore hoc maligno cœperis cogitare: caue sinas mentem tuam opprimi ab eiusmodi cogitatione,sed eam potius transmitte,& cor conserua innoxium, ita vt dicere possis, (Declinantem à me malignum nõ cognoscebam. Detrahentẽ secretò proximo suo, hunc persequebar.) Doctrinã hanc vtiq; laudabilem

Sententiã confirmat τῆ βεβαιώσει ὁσία. Vitãda ma lignantium fratrum cõmunio.

προχείρου lego χειροτονίαν.

Psal.26.

ἀλτρίζω. Psal.100.

πρᾶγμα παρέχομεν.

προ εἰδώλων lege εἰπλῶν.

laudabilem ac bonam discamus dilectissimi, qua docemur non solùm nō detrahere, sed neque detractionem auscultemus. Siquidem detractio intolerandū est & graue malum, dæmoniū planè inconstans & instabile, nullo vnquā tempore sinens hominem in pace cōquiescere. Quid enim malorū est vsquam, quod non à detractione proficiscatur? Ab ipsa repullulant sedatæ inimiciciæ, per eam cōtentiones & discordiæ contrahuntur, seditiones suū sumunt ab eadem exordium, illinc prodeunt suspiciones malæ, quæ causas malorum nulli numerabilium præbent. Ex ipsa odium quasi ex fonte scaturit. Et quæcunq; tandem mala secum reputans quiuis, inueniet ex vna detractione effundi, quippe quæ ad malicium pertrahit omnes. Detractio simul atq; hominem cōpleuit indignatione, suaq; vnius opera conceptæ cædis fecit participē, planè nouit reddere sanguinariū, & ad cædem perpetrandā aduersus proximū acuere. Nouit hæc efferatā & ferocientē animam à fraterna societate dirimere, & citra rationē vllam ostendere esse inimicum, qui paulò antè erat amicus. Eadē mox, vt mariā sororē Moysi apprehēdit, suo attactu demōstrauit esse leprosam, & aduersus eam à domino iram furoremq; cōciuit. Eadem totas domos euertit, ac ciuitates in tranquilla prius pace degentes exuscitauit ad bellum. Hæc ipsa, amabilis ac speciosæ pacis vincula dissoluit, & nexum interrūpit eximię charitatis. Eadē mox vt recedere fecit ab obseruatione mādatorū dei, docet contemptū atque præuaricationē legis, & auellens hominē ab amicicia dei longius abducit à veritate. Eadē præter primā illam præuaricationē, perditionis author fuit protoplasto homini Adæ, & eundē priuauit diuersorio paradisi atq; deliciis cœlestibus. Detractio enim os ingressa serpentis & operata mendaciū aduersus eius bonitatē qui mentiri nescit, dei, ac dicens: Vt quid dixit deus, Nolite comedere ex omni ligno quod est in paradiso, istius mandati transgressionē inuexit, & à veritate cui prius obedierat, auertit, quiq; prius fuerat domino familiaris, hunc detractio sua vnius malignitate auulsum à deo fallaci deceptione constituit modò inimicum, vtq; semel dicam, alienatum esse docuit à fœlicitate. Nunc nobis temperemus à detractione, ne efficiamur iniqui iudices veritatis, & cōtra legis edictum deprehendamur falsi testes fuisse. Ait enim, Qui detrahit fratri aut iudicat fratrem, detrahit legi & iudicat legem. Quòd si legem iudicas, non iam factor legis es, sed iudex. Vnus autem est iudex & legislator, qui potest saluare & perdere. Vides charissime quantum contineat grauitatis detractio. Ab hac igitur desinamus, ne istis inferamus iudicium. Eos qui nihil tam cupiunt, quàm detrahere, persequamur, & lōgissimè à nobis depellamus, ne alienis malis consentientes, nobisipsis conciliemus perditionem, ne insuper cum aurium illecebra audiamus detractores, vt ne nos expleamus diaboli inuentis. Detractio enim solet diabolica nominari, quippe quæ natiuam à suo genitore sortita est hanc nuncupationem, cum is qui vacat detractioni, seruiat diabolo, opera perficiens diabolicæ inuidiæ atque obtrectationis. Sanè quisquis talem vnum ab hoc superfluo & aspernabili peccato in libertatē vendicat: eadem opera, eum qui subuertebat, opprimit atque euertit, non iniustam inferendo aduersus proximum reprehensionem: eum verò cuius famæ detrahebatur, eadem obiurgatione liberum reddit. Denique talis dispensator est & arbiter ineundæ pacis, amiciciæ insuper cōciliandæ moderator, docens hoc argumento se odio persequi impiam intentionem detractoris. Discamus & nos opere ipso dicere, Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar. Cæterum dilectissime, vt intelligas, quantæ sit malignitatis detractio, nihil quod ad veritatem pertinet, operatur. Animum aduerte huic, & quo appelletur nomine, simul & attende distinctioni dictionis mox sequentis. Detractio enim delationis est & maledicentiæ doctrix. Illud autem λάθρα secretò declarat facti incertitudinem vnà cum diffidentia loquendi. Si enim quod obiicitur, verū est: profuerit in faciem coarguere proximum, sumptaq; loquendi fiducia pacificè rem transigere. Quòd si secretò eam delationem falsò excogitatam infert, is vtique aduersus proximum operatus est malicioſam suspicionem, non potens quę obiicit, argumentis cōuincere. Sanè bonum ac laudabile fuerit detractorem persequi & à se propellere, quasi nebulonem vaniloquum ac prædonem alienæ famæ: vt ne animam tranquilla in pace degentē exagitemus, neque eam reddamus aduersus proximū pugnacem per intemperiem detractionis. Detrahētem igitur secretò proximo suo, hunc persequebar. *Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam.* Quòd verò deus infensè oderit superbiam, audi scripturam dicentem, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Rursus alio loco, Odibilis superbia coram domino & hominibus. &, Vt quid superbit terra & cinis? Et compluribus in locis inuenire liceat superbiā deo inuisam esse, & apprime execrabilem. Ad hunc igitur sensum etiam hîc ait, Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Siquidem superbia modis omnibus est pernicioſissima & animæ perquam detrimentosa, non eius solùm qui in se eam recepit, sed & eius qui paulò antè fratrem falsò accusabat culpæ alicuius. Superbo autem copulauit insatiabilem corde, quòd vna sit amborum voluntas: illius quidē aduersus proximum se efferentis, huius verò haud secus quærentis se inexplebiliter satiare aduersus proximum. Nobis itaque dilectissimi magnopere profuerit, si excussa à nobis superbia, virtutē amplectemur humilitatis, ne nos contingat audire, Qui se exaltat, humiliabitur. Conuenit nos quoque esse contentos moderato ac frugali viatico, vt ne auersi à iustitia, inclinemus cor ad cupiditatem nullis quātislibet opibus explendam, ne meritò audiamus: Propter multitudinem iniquitatis tuæ *redierunt posteriora tua, vt in exemplū verterentur calcanea tua. Itaque familiarem illam superbis viuendi cōsuetudinem vitemus, eorum insuper qui inexplebili sunt corde, vt ne per familiarē cum istis congressum, imitatores efficiamur eorum maliciæ. Sedulò igitur nos ipsos exerceamus, vt ré ipsa dicere possimus, Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc nō edebam. Equidem hæc tanquā ex persona iusti dicuntur. Rursus idem tanquam ex persona dei, respondens spiritus sanctus ait: *Oculi mei ad fideles terræ, vt is sedeant mecum.* Reuerà enim oculi dei ad fideles sunt, iis sedulò attendentes, ne quà exerrent à scopo veritatis. Quod dicitur, si nosse vis, quàm verum sit: contēplare beatos apostolos, & eos cōsidera qui cum essent fideles terræ, vt vigore suæ fidei totum impleuerint terrarum orbem prædicatione salutis. In omnem enim terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Etenim orbis terræ vniuersus Apostolicam fidem complexus, opibus pietatis impletus est nunquam exinaniendis. Hi igitur fideles iam domino assident, audientes, Vos autē duodecim sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Oculi mei ad fideles

Vt fugiendus detractor.

Confirmat exemplo.

Primam intelligat præuaricationē angelorum.

Iacobi 4.c

Pro ἀνέστρεψαν. Aldus habet ἀνέκλιναν. Hierr. 13. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

fideles terræ, vt ipsi sedeant mecum. O rem mirabilem. A è luto formati sedent,& incorporei spiritus astant. Nolim credas per hoc me extenuare aut imminuere angelorum dei dignitatem. Absit. Quin ego potius clementiam dei erga homines concelebro, quippe qui tanto honore affecit humanam naturam. Quòd si apostoli sancti cõsidebunt iudices constituti infidelium: prorsus necesse est eos qui apostolicam fidem tenuerunt, nec secus atque illi crediderunt, vnà etiam cum apostolis confessuros iudices eorum qui fidem excipere noluerunt, neque verbum salutis confiteri. Fortasse (vt ita loquar) gentes erunt duodecim fidem complexæ per apostolorum doctrinam, quæ quidem cum apostolis iudicaturæ sunt duodecim tribus Israël, quæ nondum persuasæ sunt vt fidem commodent apostolicæ prædicationi, nec se fidei commiserunt dominicæ voluntatis, vt & eædem fidei aggregatæ audirent, Oculi mei B ad fideles terræ, vt ij sedeant mecum. Deinceps videamus proximè sequentia. Quid ait? *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam, qui loquitur iniqua nõ direxit in conspectu oculo rũ meorũ.* Ad gloriationẽ iusti inducũtur hæc, sed & dẽ ê regione haud secus respondet atque proponit, quòd tales oporteat fuisse qui in fide vitam hanc transegerint. Eôque ait, Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Tales enim diligo ministros qui ambulent in via immaculata, qui non ad dexteram declinent, neque ad sinistram, qui nulla fraude peruerterunt dogmata viam concernentia iusticiæ & veritatis. Beati enim immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Ad illam igitur elocutionẽ prius dictam respiciens C propheta nempe, Psallam & intelligam in via immaculata, hoc loco dicit, Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Rursus quia dixerat, Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. &, Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. correspondet dicens, Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam. Sed & ait, Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Nam illic quia dixerat, Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar: hîc quoque ad eandem sententiam respõdet, Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Quid tandem dicat, vide. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.* Hîc insinuat deinceps, quæ futuro seculo contingent. Siquidem præsens seculum nox est: contrà futurum illud, dies: quemadmodum sapientissimus ait Paulus, D Nox præcessit: dies autem appropinquauit. Proinde matutinum nuncupat ortum sempiternæ lucis, qua perfruituri sunt iusti. In hoc igitur matutino interficit peccatores, eos emittens in ignem æternum. Hæc enim mors est peccatorum, quemadmodum ipse Saluator ait, Timete autem eum potius qui potest occidere & animam & corpus in gehennam. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate domini, hoc est, de superna illa Hierusalem, omnes operantes iniquitatem. Soli enim iusti in illa refouentur fœlicitate perfruentes regni nunquam desituri, quod contingat & nos vnà vobiscum omnibus adipisci in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Notè hæc dicuntur.

SERMO D. IOANNIS CHRYSOSTOMI

de confessione, super illud psal. Confitemini domino, quoniam bonus est. Incerto interprete. Psal. 106.

SPiritus sanctus medelam purgandi facinoris, & curam admissi delicti obtulit, dum qualiter iram dei placaremus, ostendit. Non vult peccatoribus inferre vindictã, qui dare quærit cõfitentibus veniam. Non enim vult irasci, qui præ- γτέφει. struit: sanitati consulit, qui medicinam vulneribus suggerit: misereri cupit, qui reo salutis consilia & vtilitatis remedia tribuit. Punire enim nõ vult, qui ad hoc præmonet, ne cogatur vlcisci. Vult abolere offensam, si qui offendit, damnauerit culpam. Vult confessione iam vi- *Confessionis vtilitas.* uere eum, qui præcepta contempserat periturus: vt cui peccatum attulit mortem, ei cõfessio afferat sanitatem. Confessio enim pœnitentiam monstrat: satisfactio veB niam sibi diuina pietate conciliat. Nec enim poterit iudulgentia tribui, nisi ira dei possit confessione placari. O veneranda pietas dei. Peccamus, & parcit: delinquimus, & ignoscit: offendimus, & adhuc placatus existit. Vnde qualis erga iustos sit, monstrat, dum talem se erga peccatores ostentat. Nec peccator iam poterit excusari, qui confessionem, per quam venia nascitur, non properauit amplecti: quò possit reus gemino crimine detineri: dum primò legem contempsit, vt delinqueret: & confessionis remedia amplecti noluit, vt periret. Rape tu quisquis es peccator remedia, qui peccando diuina contempsisti præcepta. Confessio afferat salutem, cui contemptus attulerat mortem. Viue remediis, qui moriturus fueras aliquando peccatis. Cõsilia amplectere ad salutem data. Hortamenta diuina prouidè ac libenter admitte: peccatorum indulgentiam confessione instanti mereare. Quid horres fateri, quod libenter ac properè cõmisisti? Cur confunderis dicere, quod non confusus es perpetrare? Cur vereris domino indicare, quod veritus non es ipso præsente cõmittere? Aut nunquid eum putas admissa nescire, nisi à nobis quæ cõmisimus, noscat? Aut ignorare quæ fecimus putas, nisi nobis cõfitentibus discat? Peius est cõfiteri nolle, quàm legem cõtemnere. Peius est admissi pœnitentiã spernere, quàm monita diuina despicere. Peius est dei offensam non satisfactione placare, quàm peccando dei bonitatem offendere. Et quãuis peccandi causa grauior videatur, leuior tamen frequenter existit dum cõfessione absoluitur, aut cõtumacia debito mortis expungitur. De- *Ionæ 3.* nique Niniuitæ confitentur, & viuunt: Sodomitæ ob- *Gene. 19.* durantur, & pereunt. Illos impendens supplicium proD uocat confiteri: hos vicinus interitus nõ confitendo efficit aboleri. Filij Israël quoties peccant, hostibus tradũtur: quoties se peccasse fatentur, de corũ manibus liberantur. Ita enim nullus vnquam peccator euasit, vt cõfitẽdo indulgentiã dei non mereretur. Doceãt diuina monita, si exempla docere nõ possunt. Confitemini, inquit, domino: quoniam bonus est. Bonum dominũ hoc loco dicit: non iustum, quia qui bonum ostendit, confiteri persuadet. Peccatorem enim bonus absoluit, iustus condẽnat. Bonus indulgentiã tribuit, iustus merita peccatorum expungit. Apud iudicẽ bonum cõfessio mater est indulgentiæ: apud iustũ, pœnæ debitum. Bonus cõfitenti tribuit veniam, iustus cõpetentem infert pœnã. Vnde sic fit, vt qui cõfitendo, bonum sentire noluerit, iustum sentiat reticendo: & quem cõfessio posset absoluere, eius contumaciã possit seueritas iusti iudicis abolere. Quare cõsule tibi peccator, dum licet: dum qui offensus est, suadet dominus: ad miserendũ dominus ipse

paratus

paratus est. Nam si qui contemptus est misereri noluisset: rogares vt vellet, cum ipse alioqui misereri desideret. Qui offendit, rogare non desinat. Liceat confiteri, cui peccare licuit. Liceat petere veniam, cui licuit contrahere culpam. Indulgentiã postulet, qui mandata cõtempsit. Veniam optet, qui legis iussa despexit. Cõfessio reddat, quod peccatum detraxerat. Curet pœnitentia, quod delictorum macula sordidarat. Serpentiũ virus, satisfactionis antidoto recuretur. Peccatorum venena, precum instantia depellantur: vt dominum quem nobis delicta fecerant iracundum, reddant obsequia digna placatum. Et qui à nobis fuerat peccatis offensus, confessione nobis misericors reddatur & pius.

IN PSALMVM CVIII.

DEus laudem meam ne tacuerit, quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius. Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Nutantes transferantur filij eius & mendicent, & eiiciantur de habitationibus suis. Scrutetur fœnerator omnem substantiã eius, & diripiant alieni labores eius.

Magna hic nobis prudentia opus est. Verba enim, si consideretur sola prolatio, & quæ est ad manum auditio, perturbant multos eorum qui non attendunt. Totus enim psalmus plenus est execratione, & per eas vniuersa pertuasit oratio, eiusq; qui dicit, feruentem & ardentem iram indicat, quæ non contenta eum vleisci qui facit iniuriam, etiam in filios, patrem & matrem extendit supplicium: & non vna ei sufficit calamitas, sed etiam mala malis coniungit. Vide enim quot & quanta imprecetur, dicens: Constitue super eum peccatorem, διάβολος & diabolus stet à dextris eius. Hoc est, sit obnoxius accalumnia- usatoribus, improbis hominibus & insidiatoribus, nec eos possit superare. Hoc enim sibi vult illud, Cum iudicatur, exeat condemnatus. Nec satis hoc duxit esse supplicij, sed cum hac condemnatione orat vt etiam aliquis alius post illum illius honorem suscipiat, dicens: Et episcopatum eius accipiat alter. Et ne hic quidem sistit, sed etiam solum qui erat ei relictus, portum obstruit, rogans vt ne dei quidem assequatur clementiam, dum dicit, Et oratio eius fiat in peccatum. Quinetiam rogat vt mortem subeat immaturam. Fiant enim, inquit, dies eius pauci. Atque ne hic quidem sistit, licet hæc sola dixisse sufficiebat. Ille verò etiam adiungit, quod quidem est animi valde incensi ac inflammati, non vno aut altero contentum esse supplicio, sed petere vt alia imponantur. Quæ autem deinceps sequuntur, sunt his multò grauiora. Eorum enim quos relinquit, orbitatem & viduitatem precatur. Atqui necesse est hæc eueniant postquam ipse excesserit, & tamen inter cæteras execrationes ea cõsequenter statuit, ira feruens. Et nec in orbitate quidem sistit, sed etiam post tales calamitates vlterius progreditur, mala eius amplificans, rogans vt qui ex eo nati sunt, incertis vagentur sedibus. Nutantes, inquit, transferantur filij eius, & mendicent. Hoc est, errantes & vagabundi ne necessariũ quidem alimentum habeant, ne cessent assidue locum loco mutare, agitari, pulsi per omnem terram, & nusquam inuenientes locum in quo consistant. Cum his autem eis etiam imprecatur inopiam, eamq; extremam & intolerabilẽ, vt nec auxilium quidem assequatur à cognatis, sed obeat ab externis & ignotis id petens. Audi autem quo modo hoc significans adiicit. Postquam enim dixit, Transferantur filij eius & mendicent, subiungit: Eiiciantur de habitationibus suis. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Hoc est aliud genus calamitatis, sua bona diripi, & fœneratorum insidias perpeti, & omnibus modis probris & cõtumeliis affici, & quod est longè grauius, in tantis malis carere defensore. Id autem precatur, dicens: Non sit illi adiutor. Mala enim vel ipsa per se sunt intolerabilia: quando autem ne defensor quidem adest, sunt longè grauiora. *Nec sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius.* Papæ, quanta iræ magnitudo, quãdo ne orbitatis quidem immaturitas misericordiam assequitur, non solùm misericordiam, immò ei etiam extremũ exitium affertur. *Fiant nati eius in interitum. In generatione vna deleatur nomẽ eius.* Vidisti orationem ira plenam, & quæ se non reprimit, & optat vt ipsi viuant in varia & multiplici atque omnis adeò generis miseria, & absque vlla nominis sui fama funditus intereant. Et perinde ac si non sufficiat filiorum calamitas, subiungit rursus. *In memoriam redeat iniquitas patrum eius, & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominũ semper, & disperdat de terra memoria eorum.* Est enim maximæ iracundiæ, ita minutatim discerpere quas generaliter dixit calamitates, & eas assiduè versare. Postquam enim dixit, In memoriã redeat iniquitas patrum eius, subiunxit, Non deleatur. Atqui idem est, ira tamen effecit vt vtrunque diceret. Quod autem vult dicere, hoc est, Interfice ipsum, occide, de medio tolle. Vidisti quot sint imprecationes? sed si vis, ego eas rursus colligam. In malos, inquit, homines incidat, accusetur, sit in eorum potestate, condemnetur, mortem subeat immaturam, honore priuetur, & nec in suos quidem, sed in alienos eum translatum videat, vxor eius pereat, & filij eius paupertatem, orbitatem, & vitam mendicorum sustineant, condemnentur, expellantur vndique, nullũ habeant adiutorem, à dei benevolentia excidant, nullus sit eis portus nec refugium, deleatur nomen eius è terra, pereat inglorius, & pater & mater luant pœnas suorum peccatorum, perdantur & funditus intereant. An non ea quæ dicta sunt, auditorem percellunt & obstupefaciunt? Nunquid scire desideras quisnam est qui sic est condemnatus? Si enim cum audimus hominem *A simili.* probris & maledictis affici, rogamus adstantes vt dicãt quis sit qui hæc audiat, multo magis cum prophetam sic imprecãtem audimus, necesse habemus discere, idq; cum metu & animo humili ac demisso, quis est quem tam vehemens inuasit iracundia, quis est qui spiritum sanctum affecit tristicia, vt tot & tanta mala audiret. Psalmum ergo, si videatur, dicamus ab initio cum magna attentione. Nemo autem tumultuetur. Narrabo enim quàm potero accuratissimè & diligentissimè. Non est enim paruum quod quæritur. Sed vnum quidem & *Quæstio* primum, quãnam de causa cum is peccasset qui probris 1. 2. 3. appetitur, filij eius cum ipso puniuntur, & vxor, & parentes. Secundum autem, quis est qui execratur. Tertium autem, quo modo princeps Apostolorum ostendit hunc psalmum dictum esse de Iuda, vel potius non totum psalmum, sed partem psalmi. Scriptum est enim, inquit, in libro psalmorum, Fiat habitatio eius deserta, *Act. 1.* & in tabernaculis eius nõ sit qui inhabitet. Sed hoc nobis aliam rursus præbet quæstionem, non enim scripta sunt vtraq; in hoc psalmo, & ideo non dixit hunc psalmum, sed totum librum psalmorum. Illud enim, Fiat *Psal. 68.* habitatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitatio eius deserta, est in alio psalmo. hoc verò: Et A
Psal.108. *Roma.11.* episcopatum eius accipiat alter, in hoc. Petrus tamen vtrunque coëgit in vnum testimonium. Quod etiam vbique facit Paulus, vt quando dicit: Veniet ex Sion qui eripiet & auertet impietates ex Iacob, & hoc eis ex me testamentū quando abstulero peccata eorum. Quid autem, dixerit quispiam, id quod dictum est, prophetiam, an imprecationem accipimus? Prophetiam sub specie imprecationis. Nam etiam alibi tale quid inueniemus: Quod Iacob quoque facit. Quoniam enim oportebat auditores iuuari ex iis quæ aliis eueniebant, prophetias multas hoc modo figurant, vt vel ipso modo prolationis augeatur metus in republica. Neque enim perinde est si dicas, Hic hoc vel illud patietur, & si id vt iratus & indignatus induxeris. Et quòd hæc non temere pronūciem, ex verbis propheticis hoc vobis ma
Gene.49. nifestum reddam. Iacob enim cum esset moriturus, Venite, inquit, filiis suis, & dicam quid euenturum sit vobis in diebus nouissimis, & cū esset prophetaturus, statim à principio tanquam ira quadam percitus, incipit prophetiam ab imprecatione, sic dicens: Ruben primogenitus meus, durus ad ferendum, durus & contumax, effluxisti vt aqua, non crescas. futurū eius exitium prædicens sub specie imprecationis. Ita rursus quando bona dicit, narrat sub specie precationis, dicens, Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ. Hoc autem est prophetia. Quòd autem hoc non sit humanæ affe-
Gene.9. ctionis, clarum est. Nam in Chanaam quoq; pater eius hoc facit, dicens: Erit Chanaā seruus eius, vt scias quòd deus præueniens eos qui iniuria afficiuntur, eos qui iniuriam faciunt, persequitur. Quinetiam Christus quoque tali figura vsus est, sub specie prophetiæ magis re-
Matt.11. uocans, & lugentem imitans, & dicens: Væ tibi Choro- C
Luc.10. zaim, væ tibi Bethsaïda. Et rursus, vt quando dicit, Hie-
Matt.23. rusalem, Hierusalē, quæ occidis prophetas. De quónam
Prophetiæ spiritus non semper in eodem insistit. ergo dictus est psalmus? Nonnulla de Iuda, spiritu per Dauid prophetante: reliqua autem de aliis. Hic enim rursus est prophetiæ modus. Sæpe autem inueniemus eum ita esse compositum, vt proœmia quidē in alium, reliqua autem dicātur in alium. Vt autem hoc ipsum etiam aliunde videas, quādo Iudæi ingressi sunt in terram promissionis, diuidens duodecim tribus in duodecim partes, iubetur Naue filius has quidem benedicere, illas verò maledicere. Benedictio ergo & maledictio erant prophetiæ eorum quæ erant euentura. Di-
Deut.28. cebat enim: Maledictus tu in ciuitate, maledictus in agro, & innumerabiles eiusmodi imprecationes tribus componentes, effecerunt longam orationem. Hoc hic etiam dici potest, sub specie execrationis compositam D
fuisse prophetiam, quæ & quæ Iudæ erant euentura annunciat & prædicit, & post illum etiam aliud tractat argumentum, nempe aduersus eos qui insurrexerunt aduersus sacerdotium, vt sciamus quantum sit malum in dei sacerdotes insurgere, dolòque & iniquitate ad-
In sacerdotes dei non insurgēdū. uersus eos vti. Quæ enim dicta sunt, non aliud sunt quàm doctrina eorum quę sunt euentura iis qui propin quos iniuria afficiunt, qui insurgunt cum dolo & de-
Filij in sacris literis qui dicantur. prauato animo in eum qui nullam fecit iniuriam. Quòd si æquum censet, vt etiam filij puniantur, ne te conturbet, ô dilecte. Hic enim dicit filios, eos qui fuerunt socij ac participes eorum improbitatis. Scit enim scriptura appellare filios, & eos qui sunt cognatione filij, & eos qui fuerunt socij aliquorum improbitatis, etiam si non sint natura filij, vt quando dicit: Vos filij diaboli
Ioan.8. estis. Atqui non erant Iudæi natura diaboli filij. Quo modo enim essent filij eius qui est incorporeus, cum ipsi sint carne circundati? sed societate improbitatis attraxerunt ad se cognationem. Ita etiam eos eiicit à cognatione Abrahæ, dicens: Si essetis filij Abrahæ, opera Abrahæ faceretis. Quòd enim filius non punitur pro patre, nec pater pro filio, cuiuis est manifestum. Hoc enim ostenditur in lege dictum esse, præterquam nisi ipsum referat, & tunc non pro filio, sed pro sua punitur socordia, sicut Heli. Si autem videtur, psalmum prosequamur ab initio. Deus laudē meam ne tacueris. Alius autem interpres dicit, Deus laudationi meæ ne obsurdueris. Alius, Ne silueris, hoc est, ne prætermiseris punitionem, sed pœnas sume de iis quæ facta sunt. Tu es enim glorioſus, magnus & potens hæc corrigere: Quoniam os peccatoris, & os dolosi super me apertum est. B
Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. Vidisti insignē improbitatem. Vidisti insidiarum conspirationem. Vidisti studium & præmeditationem. Hoc enim deum maxime irritat, quando cōsulto & præmeditato & dedita opera ab improbis mala fiunt. Aliud est enim cum quis deceptus & seductus labitur, aliud cum quis vicium & improbitatem exercet: & aliud rursus, (quod est crimen maximum) quādo se improbè gerunt in eum qui nō est improbus. Dicendo enim, pro eo vt me diligerent, detrahebant gratis: nihil aliud significat, quàm quod in benefactorem, & eum qui dignus est amari, & bonam remunerationem consequi, se omnino contrà gerunt. Ego autē orabam. Vidisti philosophiam, vidisti moderationem, vidisti mansuetudinem, vidisti animæ pietatē & religionem. C
Non armabar, inquit, nec contra eum aciem instruebam, sed ad te confugiebam, tuum implorabā auxilium, tuam opem, arma tua potentissima, tuum inexpugnabile præsidium. Deinde cum de Iuda dixisset quo modo seipsum cōdemnauit, quo modo se suffocauit, quo modo eius Apostolatus translatus est in alium, rursus prius argumentum persequitur. Nam hæc quoq; est prophetiæ species, quod dicitur interrumpere, & aliquam historiam iniicere, & vbi eam recensuerit, rursus ad priora reuerti. Obscura est enim prophetia propter ingratū Iudæorum animum. Significat ergo, vt iam dixi, aliquem, qui in sacerdotium parauit insidias post tempus reuersionis à Babylone. Qui sunt autem diligentiores, hoc sciunt, vt qui historiam perlegerint. Ei ergo magna mala prædicit, nempe vt sit omnibus defensoribus defectus: & rogat vt omnis ei portus obstruatur, & nullam assequatur humanitatem, clementiam, aut veniam. D
Hæc autem, vt antè dixi, & assiduè dicere non cessabo, videntur quidem esse imprecatio, sunt autem prophetia, quæ ostendit quo modo deus irritatur quando insidiæ parantur sacerdotio. Deinde sigillatim persequitur calamitates, & dicit, *Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam, & persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare.* Hoc est extremæ crudelitatis, hoc summæ inhumanitatis, quando nō solùm insidiatur quispiam, sed ei insidiatur qui potest mouere ad clementiam, & flectere ad commiserationem. Qui est enim eiusmodi, ad ferarum sæuiciam deductus est, immò verò vel illis sæuior effectus est. Feris enim feritas natura insita est: hic autē ratione ornatus, suam nobilitatem improbitati prodidit. Et illæ quidem cum iis
Feras. quę sunt eiusdem generis, quandam amiciciam seruant & mansuetudinem: hi autem ne communem quidem

Filij diaboli.

Filij Abrahæ.

Ioan.8.

Exech.18.

1.Reg.4.

Peccata dedita opera cōmissa, grauiora sunt.

Mos propheticus.

Net 4.

Cōtra.

cicia.

naturam

naturam sunt reuertti, sed cuius oportebat misereri, quē A ferre & erigere, cum deturbarunt & euerterunt. *Et dilexit maledictionem, & veniet ei. Et noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Postquam multas calamitates ei imprecatus est, ostendit deinceps non ipsum, sed illum horum fuisse principium & causam, vt qui factis quidē suis dei auxilium repulerit, diuinam autem vindictam attraxerit. *Et induit maledictionem sicut vestimentum suum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.* Hic & plagæ vehementiam, & supplicij stabilitatem ostendit, significās mala omnibus hominibus è domo sua & animi sui sententia proficisci, qui factis quidem & actionibus bona quidem repellunt, in supplicia autem seipsos iniiciunt. *Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur.* Hoc autem dicit, ostendens iram dei ineffabilem, quæ eos qui sunt eiusmodi persequetur. Quod autem dicit, est eiusmodi, Mala eos ita tenebunt, vt ne vllam quidem mutationem habeant. In eis enim firma manebunt, & stabilia. Deinde ostendens quòd castigat improbitatē, & vicium corrigit, & quòd nō in illum solum, sed etiam in omnes qui sunt iis quæ dicuntur obnoxij, hæc statuetur sententia, subiunxit, *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum, & qui loquuntur mala aduersus animam meam.* Id est, Hæc est pœna, hoc est suppliciū eorum qui mihi aduersantur, qui insidiantur, qui bellum gerunt. Et qui loquuntur mala aduersus animam meam. Ergo etiam pro verbis exigitur ratio, & pro eis sumuntur pœnæ acerbissimæ. Absoluta itaque de his oratione, ad deum rursus confugit pro eius impetrando auxilio. Neque enim sistit in pœna eorum qui parant insidias, sed ostendens quòd qui malis afficiuntur, habent etiā deum vltorem pro iis quas accipiunt iniurijs, ipsiq; firmam ac validam assequuntur defensionem, subiungit dicens: *Et tu domine fac mecum propter nomen tuum.* Vide gratum & pium animum, vide humilitatem. Quamuis enim satis iustam causam haberet petendi auxilij, quòd mala pateretur (hoc enim potest videri in multis locis scripturæ, quòd qui ab hominibus iniustè malis afficiuntur, liberè petendi à deo auxilij iustam & honestam habent occasionem.) Ille autem prætermittens hoc dicere, confugit ad solam dei clementiam, & dicit, Et tu domine fac mecum propter nomen tuum, propemodum hoc dicens: Non quoniam sum dignus, sed propter teipsum, quoniam es clemens & misericors. Et ideo subiungit, *Quia suauis est misericordia tua.* Homines enim sæpe non sunt eiusmodi: eo enim sæpe vtuntur ad detrimentum & exitium: sed deus semper ad vtilitatem. *Libera me quia egenus & pauper sum ego. Et cor meum conturbatum est intra me.* Vides eum rursus orare vt seruetur, non vt qui sit dignus, nec iustus, sed vt qui sit omnino euersus, vt qui confectus, vt qui mala passus innumerabilia. *Et cor meum conturbatum est intra me.* Talis enim & tanta est vis calamitatum, non corpus solum vexat, verumetiam conturbat animum. *Sicut vmbra cum declinat ablatus sum, & excussus sum sicut locustæ.* Dicit vehementes insidias eorum qui illum iniuria affecerunt, & malignitatem ineffabilem, & rursus studium ac diligentiam quam ipse in eis adhibuit. *Genua mea infirmata sunt à ieiunio. Et caro mea immutata est propter oleum.* Vides quænam arma comparat aduersus insidias, & eam qua in eum vtebantur maliciam. *Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua.* Tales sunt improborum animi, non modo nō cedunt quando viderint iustum eis opponentem pietatem ac religionem, sed eis etiam probra ingerunt, eōsque ludificantur, & insultant. Quid hic autem? Ad auxilium inexpugnabile, ad opem confugit insuperabilem, dicens, *Adiuua me domine deus meus, saluum me fac secundum misericordiam tuam. Et sciant quia manus tua hæc, & tu domine fecisti eam.* Quid est manus tua hæc? Tuum auxilium. Tuum, inquit, præsidium. Nolo enim solummodo seruari: sed illos etiam scire à quo seruatus sum, vt sit mihi duplex trophæum, duplex corona, ingens gloria. *Maledicent illi, & tu benedices. Qui insurgunt in me, confundantur.* Docet hic auditorem quandam philosophiam. Ostendit enim quòd etiamsi diris innumerabilibus deuoueant, si deus benedicat, nihil detrimenti ex eis accipietur, sed in ipsos verterentur probra & ignominiæ. *Seruus autem tuus lætabitur in te.* Rectè dixit, In te, significans illinc proficisci læticiam, vnde bona suppeditantur. Restat vt nulla me possit perturbare molestia, cùm tua mihi maneat integra lætitia. *Induantur qui detrahunt mihi, pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua.* B

Vide quo modo rursus rogat vt non solum tradantur supplicio, sed etiam pudori & ignominiæ, vt id sit eis doctrina correctionis, & argumentum mutationis in meliora. *Confitebor domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum: quia astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam.* Pro his omnibus deum remuneratur hymnis, laude, gratiarum actione. Præclara enim eius facta apud omnes annūciare, in medio theatro prædicare ea quæ ab illo collata sunt, hoc est sacrificium, hoc oblatio, dei beneficia habere perpetuò in memoria, eaq; menti suæ imprimere, & ore prædicare, & facere vt eius beneficia à multis audiantur. Nam & qui beneficium acceperit, pro grato animo mercedem accipiet, & maius dei in se auxiliū attrahet: & qui audiunt, ex iis quæ aliis facta sunt, euadent meliores, & ad virtutem persequendam accipient maximū incitamentum ex beneficijs quæ ab aliis accepta sunt. C

IN PSALMVM CIX.

Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Exurgamus quæso, & animum intendamus. Psalmus enim disserit de valde magnis contemplationibus, non vni soli hæresi, sed variis & diuersis obsistens. Nam & aduersus Iudæos, & aduersus Paulum Samosatenum, & aduersus Arrianos, & aduersus Marcionistas, & aduersus Manichæos, & aduersus omnes qui resurrectioni non credunt, struit aciem. Quoniam ergo contra tot aduersarios instructa est acies, nobis quoque multis oculis opus est, vt quæ sit luctandi ratio, & quo modo inuaduntur, exactè considerare possimus. In externis enim certaminibus & si aliqua eorum colluctandi & cōcertandi ratio minimè animaduersa fuerit, in iis non lædetur spectator. Non enim doctrinæ, sed delectationis gratia illud theatrum eò coactum est. Hic autem nisi exactè cognoueris vndènam aciem suam instruit, & vnde nos eum aggredimur, non leue detrimentum senties. Ne hoc ergo tibi eueniat, mentem tuam excita, arrectæ & attentæ tibi sint aures. Iudæos primùm inuadimus, aduersus illos aciem instruimus, ex his verbis huius prophetæ auxilio vtentes. Cùm nos enim dicamus hæc de Christo dicta esse, hæc quidē non admittunt, fingunt autem quædam alia. Quæ ergo dicunt primùm conuincamus, & tunc id quod dicimus confirmabimus. Atque nunc quidem eos primùm rogemus, quis est huius iusti dominus, Dixit enim, inquit, dominus domino meo, sede à dextris meis. Non meminit enim hîc vnius personæ, sed vnius quæ cum vna D

altera

Pro verbis etiam ratio exigitur. Prou.11. Ecclesiast.4.

Psal.39. Psal.39. Daniel.3. Psal.37. Psal.26.a2

Mant. dei.

In te, nusquā legi.

Collatio elegans.

Universidad de Deusto
Biblioteca

altera loquitur. Quêmnam ergo dicunt esse cum qui dicit? Deum. Qui autem audit, Abraham. Alij verò Zorobabel, & alij alium. Vt ebrij, & nihil quod conueniat loquentes, immò verò sicut qui in tenebris ambulãt, & pulsant alter alterum. Quid ergo, dic mihi quæso, Estne Zorobabel Dauid dominus? Et quo modo fuerit hoc consentaneum, cum ipse pro magno honore Dauid appellatus sit? Porrò autem ea quæ consequuntur, ostendunt nihil hîc dictum esse de Zorobabel, nec de Dauide. Nullus enim eorum honore sacerdotali functus est. Hîc autem dictum est de aliquo, qui nouum aliquod & admirabile sacerdotiũ obiit. Tu es enim, inquit, sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech. Sed nunc quod est prẹsens explicemus. Dicunt enim ad hũc alia quædam his vaniora, dicentes hæc dicta esse de populo. Sed neq; populus fuit sacerdos: neque alia quæ dicta sunt ei possunt conuenire. Eo itaque tanquam inani prẹtermisso, & quod nõ opus habet probatione vt euertatur, aliud quod dicunt, in medium adducamus. Quid ergo rursus dicũt alij? Quòd filius Abrahæ bæc dicit de domino suo. Et quid possit eo esse vanius? Quid enim hîc vult filius Abrahæ? Vbi autẽ sacerdos fuit eius dominus, qui etiam ipse sacerdote Melchisedech vsus est, & petiit ab eo benedictionẽ. Quo modo autem fuerit consentaneum dictum esse de Abraham, Ex vtero ante luciferum genui te? Quo modo autẽ de Dauid, vel Zorobabel, vel populo hæc cõuenerint? Naturam enim humanam superat, quod dictum est. Illud autem, *Sede à dextris meis*: quãmnam habuerit interpretationem, si personæ illæ positæ fuerint? nullam. Quo modo autem dixit Abrahæ, *Sede à dextris meis*, qui vel angelis assistere, duxit esse dignũ honore maximo. Sed quidnã est quæso, quod pro sua dicũt sapientia? Et quo modo, inquiunt, alium introducis dominum: cùm apertè dicit scriptura, Dominus deus tuus dominus vnus est, & eum solum coles, & præter ipsum non est deus. Cui itaque, dic quæso, hoc dictũ est? Immemori & ingrato tuo animo hæc maximè dicta sunt, ô Iudæe. Cur enim Abrahæ nihil eiusmodi dictum est, non Isaac, non Iacob, non Mosi, sed tibi soli, postquã ex Aegypto egressus cõflauisti vitulum? Quãnam ergo de causa dic mihi? Quòd si ipse dubitas, à me causam edisce. Quoniam enim egressus vitulum conflaueras, & Beelphegor fueras initiatus, & deorum populum admirabaris, nefariam illam deorum multitudinẽ inducens: morbum tuum reprimens, ad deos, qui nõ sunt, distinguendos, posuit illud, vnus, non vt tolleret vnigenitum. Quãnam enim de causa statim in proœmiis dictum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram? Et rursus, Agedum descendamus, & confundamus linguas eorum. Et rursus Dauid, Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Si autem Moses dicit, Dominus deus tuus dominus vnus est: imbecillitas vestra fuit in causa. Et quid mirum si hoc in dogmatibus factũ est, quando etiam in rebus, à perfectioribus ad minus perfecta deduxit deus orationem se demittens ad nostram imbecillitatem? Quocirca & vxorem hanc quidẽ eiicere, illam verò permisit introducere, cùm non hanc legem tulisset ab initio. ciborum quoque magnũ fecit discrimen, licet contrarium dixisset ab initio, Tanquã olera agri dedi vobis omnia. De loco quoq; multas leges sanxit, non permittens vbiq; preces ad deum pergere, quanuis ne hoc quidem constituisset ab initio. Quin etiam in Persarũ regione Abrahæ visus est, & in Palæstina, & vbique, & Mosi post hæc in solitudine. Quid ergo? Repugnátne sibiipsi scriptura? Absit: sed omnia pro tempore administrat & dispensat ad vtilitatem, vniuscuiusque generationis imbecillitatem corrigens. Et ideo tibi quidẽ dictum est, Dominus deus tuus dominus vnus est. Quod autem habet etiam filium, prophetæ etiam in libris suis posuerunt: & neque valde apertè dixerũt, ne tuam offenderent imbecillitatem: nec celarunt, vt post hæc tibi concederet resipiscere, & ex posteriis libris colligere decreta veritatis. Ita etiam maximè prophetas poterimus prophetas esse ostendere, & vt fidedignum sit vetus testamentum efficere, quãdo cum gentibus disserimus. Nam si hoc sustuleris, quo modo os gentibus obstrues? Quid enim dices? exitum ex Aegypto, & quæ de te prædicta sunt? Sed ea nõ valde admittet. Si autem narraueris quæ de Christo dicta sunt in veteri, & ostenderis rerum veritatẽ testari euentum prophetiæ, ne poterit quidem resistere. Si autem nostra reprehendas, ô Iudæe, quo modo vetus testamentũ defendes? Si quis enim tibi dixerit, Quo modo sunt vera quæ scripsit Moses, quid dices? Quia eis credidimus. Multò magis ergo nostra vera sunt: nam nos quoque credidimus, & vos quidem estis vna gens, nos autem vniuersus orbis terrarum, & vobis non sic persuasit Moses, vt nobis Christus: & vestra quidem cessarunt, nostra verò stant. At ex prædictionibus. Sed sunt maiora quæ sunt apud nos. Nostra ergo si sustuleris, tuis vmbrã offundis. At ex signis. Sed vos quidẽ Mosis nullum potestis signum ostendere: fuit enim & trãsiit. Nos autem Christi multa & diuersa quæ adhuc nunc fiunt, & prædictiones vel sole clariores. At ex legibus. Sed nostra plus in se continent sapientiæ. Sed quid? prohibentibus Aegyptiis egressi estis. Sed longè maius est orbẽ terrarum bellantem superasse, quàm solos Aegyptios vicisse. Et hæc dico, non vt vetus cum nouo committam, absit, sed ingratorum Iudæorũ volens os obstruere. Nam & hæc & illa ab eodem deo & data & facta sunt. Sed illud volo probare, quòd Iudęus sublatis de Christo prophetiis, euertit maximam partem prophetiarum, nec possit aperte ostendere nobilitatẽ veteris, nisi nouum admiserit. Quòd autem non de homine dicta sunt, & ex eo quod dicitur, *Sede à dextris meis*, & q; nominatur dominus ęquè ac dominus qui dicit, & quòd ex vtero ante luciferũ sit genitus, & ex eo quòd sit sacerdos secundum ordinẽ Melchisedech: & ex eo quod dicitur, Tecum principiũ tuum, iis qui sapiunt clarum est. Quòd si alius nobis rursus emergat Iudæus, Christiani personam suspiciens, Paulus inquam Samosatenus, potest quidem etiam aduersus eum dici ex nouo. Sed nẽ videamur relictis præsentibus ad aliam aciei partẽ transire, eum hinc quoq; inuadamus. Quid is ergo dicit? Homo est, inquit, solummodo: & ex quo ex Maria natus est, ex illo tẽpore tantùm habet essentiam. Quid ergo, dic quæso, dices ad illud dictum, quod habet, Ex vtero ante luciferum genui te? Oportet autem alia quę ad Iudæos dicta sunt, etiam ad eos dicere qui ab eo processerunt. Nec nos in causa sumus, sed hi ipsi qui habent cum eis magnam dogmatum cognitionem. Vnde etiam eisdem armis in eos vtamur. Eos enim qui similiter bellũ gerunt, oportet eisdem iaculis cõfodere. Quid sibi vult sedis societas? Hîc enim ostenditur honoris æqualitas, quod satis est ad obstruendũ os Arrij. Et ideo Christus quoq; apud Iudæos dicentes Christum esse filium Dauid, subiunxit, Quo modo ergo Dauid vocat eũ dominum in spiritu dicẽs, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis? Paulus autẽ de humanitatis susceptione

Collatio Iudaicæ impietatis.

Attende Melxaom. Gene.14.

Vt acriter & cõminꝰ pugnat.

Exod.32. Numer.25. Psal.105.

Vnde dicatur deus.

Gene.1. Gene.11. Psal.44.

Deute.24. Matt.19. Leui.11. Gene.2. Deute.11. Gene.12. Exod.3.

Deut.6.

Attãde ꝙ pro tempore administret. conomi.am Dei. Esa.9.11. 53.63. Hiere.31. Dan.2. & 9. Oseæ.11. Mich.5.

Malac.1. Roma.3. Ephes.2. Gene.pen. Hiere.31. Dan.9. Gala.3.4. Hebr.10.

Hiere.31. Heb.8.10.

Aduersus Paulum Samosat.

Contra Arium. Matt.22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea tractans, & eam apertius interpretans, & Marcioni, & Manichæo, & iis omnibus qui simili morbo laborant, certum vulnus infligit. Interpretatur enim cum ea qua par est prudentia, quo modo fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Nos autem rursus ad propositum reuertamur. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Vidisti æqualitatem honoris. Vbi enim est thron°, illic est signum regni. Vbi autem thronus vnus, est eiusdem regni honoris æqualitas. Quocirca Paulus quoque dicebat, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filiũ autem, Thronus tuus deus in seculum seculi. Ita etiam Daniel videt vniuersam quidẽ creaturam assistentẽ, & Angelos & Archangelos, filium autem hominis venientem in nubibus cœli, & peruenientem vsque ad antiquum dierum. Quòd si nonnulli offendantur ex eo quòd sic dicamus, audiant eum sedere à dextris, & desinant offendi. Quemadmodum enim nos non dicimus eum esse patre maiorem: ita nec tu eum minorem & inferiorem dixeris. Id enim significat societas sessionis. *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

Et quinam sunt inimici? Audi Paulum dicentem, Primicię Christus: deinde qui sunt Christi in aduentu eius, deinde finis. Oportet enim eum regnare quousq; posuerit omnes inimicos suos sub pedibus suis. Vidisti propheticorum & Apostolicorum verborum cõcentum & cõcordiam. Hic enim dicit, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, & Paulus: Quousque posuerit omnes inimicos suos sub pedibus suis. Sed neque illic illud donec, neque hic hoc quousque, sunt termini temporum. Quo modo enim steterit illud propheticum, quod dicit, Potestas eius potestas æterna, quæ non præteribit, & regnum eius regnum quod peribit in seculum seculi: si ad ea vsque tempora sit regnaturus? Vides non esse solummodo attendendas dictiones, sed esse ascendendum ad intelligentiam. Tu autem cum audis prophetam dicẽtem patrem ponere sub pedibus eius, ne ex eo cõturberis. Neque enim hæc dicta sunt quòd sit imbecillus filius. Paulus enim ostẽdit filium ponere inimicos sub pedibus suis, dicens: Oportet enim eum regnare quousque ponat inimicos suos sub pedibus suis. Et rursus ei quoque vniuersum tribuit, dicens, Quando tradiderit regnum deo & patri, quando deleuerit omnem potestatem & virtutem: Hoc est, quando regnum rectè administrauerit, cessare faciet omnem potestatem. Hoc enim sibi vult illud καταργήσει, id est, ociosam reddet. Quòd autem dicit vniuersum eius esse, patrem ab ipso non separat, sicuti nec filium à patre diuidit. Quæ enim sunt illius, sunt huius: & quæ huius, sunt illius. Et ideo dicit, Omnia mea tua sunt, & tua mea. Quãdo ergo audieris patrem subiecisse, ne existimes seiũctum esse filium ab eo præclaro facinore, & si intelligas filium subiecisse, ne dicas patrem esse ab eis alienum. Quæ enim pulchrè ac præclarè fiunt, sunt communia quemadmodum & omnia opera communia. *Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion.* Virgam virtutis seu potestatis, vocat ipsam potestatem. Meminit autem Sion, quoniam quæ præclarè gesta sunt, illinc sumpserũt initium. Illic enim legem dedit, illic fecit miracula, illic cœpta prædicatio per vniuersum orbẽ terræ diffusa est. Quòd si velis quod dictum est sumere anagogicè, audi Paulum dicentem: Sed accessistis ad montem Sion, & ciuitatẽ dei viuentis, Hierusalem cœlestem, & ecclesiam primogenitorũ. Virgam virtutis emittet dominus ex Sion. Virga ali-

quando quidem castigat & beneficio afficit, aliquãdo autem consolatur: & est signũ regni. Et quòd sit vtrunque, audi prophetam dicentẽ, Virga tua & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt. Et rursus, Reges eos in virga ferrea, tanquam vasa figuli cõfringes eos. Et Paulus, Quid vultis? in virga veniã ad vos, an in charitate, & spiritu lenitatis? Vidisti quo modo sit virga castigationis. Vide quo modo sit etiam regni. Dicit enim Esaias, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et Dauid, Thronus tuus deus in seculũ seculi, virga rectitudinis virga regni tui. Virgã enĩ hic vocauit virtutem, cũ qua Discipuli orbem terræ obierunt, mores corrigentes, & à quodã alieno à ratione vicio deducentes ad hominum naturam rationis compotem. Euntes, inquit, docete omnes gẽtes. Habuit etiã Moses virgam, sed cũ ea susceptit dei operationem, per quam operabatur in omnibus. Et illa quidem diuisit fluuios, hæc autem fregit impietatẽ totius orbis terræ. Neq; verò aberraueris, si crucem quoq; domini voces virgam virtutis. Hæc enim virga mare & terram conuertit, & magna potestate repleuit. Cum hac virga egressi Apostoli per vniuersum orbẽ terræ, omnia illa fecere. Hãc gestantes omnia perficiebant, sumpto principio à Hierusalem. *Et dominare in medio inimicorũ tuorum.* Vide prophetiam ipso sole clariorẽ. Quid est autem, dominare in medio inimicorum tuorum? Pro eo ꝙ est, In mediis gẽtibus, in mediis Iudæis. Ita enim plantatæ sunt ecclesiæ in mediis vrbibus, ita vicerũt, & superiores euaserũt. Hoc est præclaræ victoriæ argumentũ, quod in mediis hostibus altaria erexerint, ꝙ tanquã oues & agni essent in medio luporũ. Hoc enim eos quoq; mittens dicebat, Ecce mitto vos tãquam oues in medio luporũ, ꝙ non est quidẽ minus priore miraculo. Nõ est enim minus, eos qui omnium locum obtinent, lupos vincere, quã eos qui sunt in mediis intercepti, esse superiores. Quinetiã multo est maius eos qui erãt numero duodecim, ad se vniuersum orbem terræ attraxisse. Et dominare in medio inimicorũ tuorũ. Non dixit, vince in medio inimicorum tuorum, sed, Dominare, vt ostẽderet non erigi trophæũ fusis in acie hostib°, sed ex iussu significari dominum. Ita enim vincebant Apostoli, Christũ in se habentes, omnia facientes tanquã ex imperio. Vnde etiã erat eis omnis dom° aperta, & qui credebãt, erant quouis seruo obediẽtiores, facultates suas vndentes, & earũ precia ponentes ad pedes Apostolorũ: & nec ad vsum quidem suũ audentes aliquid accipere, eosq; adeo magnificiebant vt ne se quidẽ eis auderẽt adiungere. Nõ solum autẽ habebant tantũ virium in fidelibus, sed etiã in infidelibus. Quòdnã enim est, die quæso, serui indicium: an nõ id facere ꝙ iubet eius dominus? Quòd autem signũ domini: An nõ ea in seruis perficere quæ velit? Quinã ergo perfecerũt ea quæ voluerũt in regibus & principibus? An non Apostoli? Manifestũ est. Reges enim & principes volebãt tenere orbẽ terræ in impietate. Iubebãt enim colere dæmones, cõtra autẽ Apostoli, fiebat autem ꝙ volebant. Quòd si mihi dicas carcerem, flagella, & tormenta, dicis mihi maiora dominia. Quo modo, & quãnã ratione? Quòd quãuis hęc fierẽt, fiebat tamen nihilo secius ꝙ volebant. Non enim legemultorum dominorũ, sed virtute hoc sibi asciuerunt dominium, ꝙ nullo externo indiget, sed dum omniũ petitur insidiis, resplẽdet. Illos enim dominos serui paratis insidiis sæpe de medio sustulerũt: quoniã erat imperfectũ & imbecillimum dominiũ: hoc autem nõ potuerũt extinguere, sed insidias moliẽtes, id lõgè clarius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominatio apostolorum ex collatione.

reddidere. Quis fuerit igitur dominus præclarior, ísne qui innumerabilibus opus habet auxiliis vt seruos in officio contineat, an qui est liber ab iis omnibus, & eos qui sunt sub suo dominio, pro sua potestate tractat, & fert & agit? Clarum est hunc esse præclariorem. Domini enim qui hoc obtinent multorum dominium, nisi leges habeant opitulantes, & eos iuuet quòd in ciuitatibus habitant, sæpe cum dominio vitam quoque amiserint: Paulus autem & in solitudinibus & vbique suum ostendebat dominium. Vis etiã videre ipsum clariorem regibus? Tulit leges per vniuersum orbem terræ, & regum relictis legibus, illius scriptis obtemperabant. Et alioqui illi quidem in corpora, hi verò in animum dominium obtinebãt. Quis ita seruus domino, vel qui sub regis ditione est, regi cum tãta benevolentia paruit, vt fideles Paulo tãtùm scribenti literas? Quis dixerit eorum desideriũ & vehementem pro eo æmulationem, cum vel ipsos oculos essent parati effodere? Quis tales vnquam seruos habuit? Quæ omnia propheta mente agitans, quo modo fideles quidem subiũxerunt, erant autem terribiles infidelibus, eos per vim expellentes, & quo modo Christus per ipsos obtinebat imperium, non dixit solummodo ἄνρξον, hoc est, Dominare in medio inimicorum tuorũ, sed, κατάνρξον hoc est, Dominatum obtine, vehemẽs & amplum dominium significans. Et hæc cum viderent hostes, nihil facere poterant, etsi leges secum haberent, lictores, & omnem potestatem, sed erant hi potentiores propter eum qui in ipsis habitabat. Hic per ipsos dominatum obtinuit. Nec solum dominat⁹ est, sed etiam acrem & vehemẽtem in eos dominatum obtinuit. Propter eum enim qui in eis habitabat, & ignẽ, & ferrum, & bestias, & omnia alia confidenter adibant. Ad omnia enim cum eis erat Christus, qui etiã tanquam in alienis corporibus decertantes, & liberi ab omni molestia rerum ad vitam pertinentium, ita gaudebant, & ita exiliebãt, à Christi dominio occupati, nõ pecuniæ, non corpori, non vitæ præsenti parcentes. Et hæc quidem faciebãt, qui aliquando fuerãt hostes aduersarij, sed inuicta dei potentia non solum eos liberauit ab inimiciciis, sed etiam in tãtam deduxit seruitutem & necessitudinem. Quamobrem etsi dicatur pater ponere inimicos sub pedibus suis, non ita dicitur (sicut dixi) tanquam filio nihil agẽte (vniuersum enim ab vnigenito factum est) sed vt (sicut prius dixi) patrem & filium vnum esse deũ, intelligas seruata vnicuique sua proprietate, & ne esse duos existimes ingenitos. Quòd enim quod factum est, totum ab eo factum sit, considera ex iis quæ iam facta sunt. Nec verò quæ dicta sunt, humano tãtum more intellige. magna enim sequeretur absurditas. Vt autem tu quoq; intelligas audi ea quæ sum dicturus. Ex hominibus alij quidem facti sunt amici, qui prius inimici fuerant: alij verò adhuc manent inimici. Cæterum quòd inimicos quidem ipse amicos fecerit, & Paulus significat, dicens: Quando tradiderit regnum deo & patri. Significat etiam seruator, ei apud crucem dicens, Ego te glorificaui in mundo, opus perfeci quod dedisti mihi vt faciam. Subiicere autem inimicos fuit patris. Atqui illud quidem est hoc maius. Neque enim sunt paria, eos qui manent inimici, punire: & eos qui sunt inimici, amicos efficere. Sed neque filius ideo minor est patre, nec propterea pater est minor filio. Vt autem scias quod illa quoq; sunt filij, quemadmodum hæc patris, audi, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis ei⁹, & qui

Matth.28. *Act. 5.* *Ioan.1.15.* *1.Cor.15.* *Ioan.17.* *Matth.25.* *Matth.13.*

A Angelos quidem mittit vt colligãt zizania, est vnigenitus, & videmus eum esse vbiq; qui punit diabolum. Hoc etiam ipsi dæmones confitentur dicentes: Veneris huc ante tempus torquere nos. Ipse est ergo qui eos est torturus. Vides quòd etiam si quæ fiunt, dicãtur à patre fieri, sunt tamen facta filij. Quòd autem filij quoq; facta, sint patris, audi rursus eum dicentem. Nemo venit ad me, nisi pater qui me misit, traxerit eum. Et rursus, Nemo potest venire ad patrem, nisi per me. Non sunt ergo hæc humano more accipienda. Nam illud quoque, Inimicos tuos, ita est accipiendum non tanquam eius solius inimicos significet. Qui enim nõ honorat filium, inquit, nec patrem honorat. Quare Iudæi non sunt eius tantum inimici, verum etiam patris. Quocirca eis etiã attulit exitium, & ciuitatem eorum B diruit & euertit funditus, etsi non statim post crucem, & longum eis tempus dedit ad pœnitentiam, si modo vellent resipiscere, & emisit Apostolos, vt cũ per ipsos eius didicissent potentiam, vel sero tandem conuerterentur. Cum autem esset eorum morbus immedicabilis, eis colophonem malorum imposuit, & ea quoque ratione eos rursus vocans ad pœnitentiam, vt cum à veteri forma reipublicæ exciderint, vel in ipsa rerum necessitate ad veritatem deducãtur, cum & eum quem probris & iniuriis affecerunt, videant vbique adorari, & sua omnia misere corruisse. Quando autem ne sic quidem meliores euaserint, tunc tandem vt quibus nihil supersit veniæ, in immortale detrudentur supplicium. Cum autem audis scabellum, ne putes eũ dicere aliquid sensile, sed ipsam subiectionem. Quod autem ei subiicit, clarum est ex eo quod subiungitur. Rectè autem sic dicit, Quia enim est vnus thronus, vnum C quoque est scabellum. *Tecum principium in die virtutis tuæ.* Quoniam dixit superiùs, Donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum, ne quis existimaret esse imbecillum filiũ, & opus habere operatione, sicut & quẽpiam ex Apostolis, audi quo modo affert remediũ huic suspicioni, dicens: Tecum principium in die virtutis tuæ. Quid est tecum principatus? In te, inquit, est principatus, qui non postea accesit, sed in te est perpetuò: quod etiam Esaias similiter significans dicebat: Cuius principatus eius super humerum eius, hoc est, in ipso, in substantia eius, in natura eius: quod quidẽ non inest in regibus. Principatus enim eorũ est in multitudine exercitus: quod nõ erat in apostolis. Nam ipsorũ quoque principatus fuit operatione eis importata extrinsecus. Ipse autem habuit principatum in natura, in sub- D stantia, vt qui non eam acceperit posteaquam fuit genitus, nec extrinsecus importatam aut aduenticiã possederit, sed ita sit genitus. Et ideo de regno quoque interrogatus dicebat: Ego ad hoc natus sum, & ad hoc veni. Tecum principatus in die potentiæ tuæ. Nõ hæc autem solùm quæ dicta sunt, significat illud, Tecum principatus: sed etiam alia, vtpote non esse eius principatum in alio, sed eum esse perpetuũ & immortalẽ. Homines enim is vel viuentes sæpe deserit: & si non viuentes, certè omnino mortuos: imò verò, quod magis est, ne dũ viuunt quidẽ, est cum eis, sed, vt iam dixi, in exercitibus, & satellitibus ac corporis custodibus, in magna vi pecuniæ, mœnibus, & aliis omnibus. In deo autẽ non modo non ita est, sed in ipso est, & perpetuò: & quemadmodũ fieri non potest vt nõ sit eius substãtia, ita etiam vt non sit regnum. In die potentiæ tuæ. Diem potẽtiæ potes dicere & diem qui iam fuit, & diẽ qui futurus est. In vtroq; enim maxima ostẽditur potẽtia. An

Scabellum Christi. *Principium ἀρχὴ principatus.* *Principat⁹ vnigeniti.* *Perpes est Christi principatus.*

Esa.9. *Ioan.18.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia. An non tibi videtur esse maximum potentiæ argumentum, quando per mortem mors deletur? quando portæ æneæ confringuntur, quando peccatũ aboletur, quando maledictum soluitur, quando vetera omnia mala euertuntur, & alia noua bona introducuntur. Quid enim potest cũ hac conferri potentia, siue considerentur miracula, siue pulcherrima facinora? Mortui excitabantur, læprosi mundabantur, dæmones expellebãtur, mare refrænabatur, peccata soluebãtur, paralytici adstringebãtur, paradisus aperiebatur, petræ rumpebãtur, velum discindebatur, radij solis auertebãtur, & tenebræ vniuersum orbem terræ occupabant, corpora sanctorum qui dormierant, excitabantur, latro in veterem patriam reuertebatur, apsides cœli aperiebantur, quæ cõculcata fuerat natura, supra cœlum cœli sustollebatur, & quod est his maius, in throno sedebat regio assistentibus ei angelis & aliis potestatibus, omne vicĩ fugabatur, virtus reducebatur, spiritus gratia dabatur, piscatores, publicani, & cõstructores tabernaculorum ora philosophis obstruebant, oratorum linguam præpediebant, dæmonum euertebant tyrannidem: gentilium altaria, templa, festa, & publici conuentus abolebantur: nidor & fumus & impia sacrificia omnia per vim exigebãtur: vates, præstigiatores, aruspices, & vniuersa diaboli officina fugiebant, ecclesiæ vbique terrarum germinabant, chori virginũ consistebant, & Monachorum ordines, cum ciuitatibus desertum quoque implebatur pietate, iustorũmque & sanctorum virorũ stantes chori supernis angelorum potestatibus in modulato concentu respondebant, & populi martyrum, & cateruæ confessorum vbiq; terrarum plantabantur, virtutis erat faustus cum facilitate successus, barbarorũ gentes docebantur philosophiam, & qui erãt vel feris immaniores, vel cum ipsis angelis in institutione vitæ suæ contendebant, & quantum terræ sol respicit, tantũ verbum peruasit post crucem & resurrectionem. Quæ omnia apud se cogitans propheta, dicebat: Tecũ principatus in die virtutis tuæ. Quòd si velis futurum quoque diem videre, & scire quo modo ille etiam dies est eius potentiæ, cogita apud te quantum sit videre cœlũ contrahi, & vniuersam naturam quæ interierit, resurgere, & nutu omnes adesse, diabolum pudore suffundi, & dæmones demisso capite terram intueri, iustos coronari, vnumquèmque dare rationem suorum delictorum, & pro rectè factis accipere præmium, esse alterius vitæ constitutionem, non enim amplius mors, morbus & senium, non amplius paupertas, probra & insidiæ, nõ amplius domicilia & ciuitas, artes & nauigationes, non amplius vestium amictus, cibi & potus, tecta & cubilia, mensæ & candelabra, nõ amplius insidiæ, pugnæ & iudicia, non amplius matrimonia, doloresq; parien di, & partus, sed hæc omnia tanquam puluis iactatus euanescunt, & alius quidem præstantior vitæ status redditur, cum concedatur corpori vt sit ab interitu alienum, immortale, & magna sit potestate præditũ. Quæ quidẽ Paulus significans, dicebat: Præterit figura mundi huius. Quòd si nõ adhibes fidem iis quæ dicta sunt, quoniam ea non vides præsentia, ex præsentibus sume argumentum de futuris. Peruade ratione vniuersum orbem terræ, terram, mare, Græciam, Barbariam, terrã habitabilem & inhabitabilem, vrbes quæ sunt in terra, insulas quæ in mari, montes denique & nemora: & cũ videris vbique Christi relucere potentiam, omnesque præstantissimum eius nomen prædicare, reputa apud te quòd qui tot & tanta potuit, is est etiam futura pol-

Heb.2.
Iudicij diẽ delineat.
Matth.24. 25.
Humanam intellige.
Luc.21.
1.Corin.15.
2.Cor.5.
1.Cor.7.
Argumentũ efficax.

licitus. Quod si ex parte quoque velis argumẽtum sumere, cogita quánam de causa vniuersus orbis terræ concurrit ad videndum sepulchrum quod caret corpore: quænam potestas trahit eos qui habitant in extremis finibus terræ, vt videant vbi natus est, vbi sepultus est, vbi fuit crucifixus. Considera, quantæ sit potentiæ signum ipsa crux. Hæc enim crux antea erat mors execrãda, mors opprobrij & ignominiæ plena, mors omnium turpissima. Sed ecce nunc ipsa vita euasit honorabilior, & coronis splendidior, & omnes eam in fronte circunferimus, non solum non erubescentes, sed ea etiam gloriantes. Non solum priuati; sed & qui sunt ipsi diademate redimiti, eam potius gestant quàm diadema. Et meritò quidem, est enim innumerabilibus diadematibus melior. Diadema enim ornat caput, Crux autem munit mẽtem. Ea dæmones vlciscitur, ea tollit morbos animæ, ea est armatura inuicta, ea murus inexpugnabilis, ea est munimentum insuperabile: quæ nõ solum barbarorum irruptiones & incursiones hostium, sed ipsorum etiam immanium dæmonum phalanges perrumpit. *In splendoribus sanctorum.* Alius, In decore sancto. Alius, In gloria sanctorum. Adhuc loquitur de die & præsenti & futuro. Splendorem autem hic dicit sanctorum pulchritudinem. Quid est enim Paulo splendidius? Quid Petro insigniusꝰ qui vniuersum orbem terrarũ peruaserunt vel sole clariores, pietatis semina deiicientes. Perinde enim ac si fuissent angeli qui è cœlo descendissent, ad eos omnibus non dabatur aditus. Hoc ostendens qui librum actuum cõposuit, dicebat, Nemo audebat se coniungere eis. Etenim ipsorum vestes erant plenæ magna gratia, & vmbræ corporum magnam ostẽdebant potẽtiam. Quòd si hic tales erant, cogita mihi eo die quãdo ab interitu aliena corpora acceperint, quando immortalia, quando omnem qui videtur splendorem superantia, quinam erũt ij, & qui fuerint eis similes, prophetæ & Apostoli, & iusti & martyres, & confessores, & omnes qui per optimam vitæ institutionem in fide Christi fuere insignes? Cogita mihi illos populos, lampades, radios, gloriam, decorem, lætitiam, festum celeberrimum. Quisnam hæc explicabit? nulla quidem oratio, sed sola experiẽtia apertè docebit eos qui hoc spectaculo digni fuerint, tantum splendorem. Perinde enim euenturum existimo, ac si multi soles in cœlo fulserint, vel si frequentia fulgura: vel potius quodcunque dixero, contendens ostendere illam pulchritudinem minimè potero dicere pro rei dignitate. Sunt enim hæc omnia exempla corporalia: splendor autem, & quæ tunc illic futura est gloria, omnem eiusmodi pulchritudinem longo interuallo superabit. Non solũ enim erunt ab interitu aliena, & immortalia corpora, sed tunc etiam induentur gloria ineffabili. In splendoribus sanctorum. Vt ostendat eum nõ solùm esse terribilem, ostendit eius mansuetudinem & beneficentiam, dicens: In splendoribus sanctorum. Et hoc est illius potentiæ, eos adeò claros reddere: quod Paulus quoq; significãs, dicebat: Qui transformabit corpus humilitatis nostræ, vt simus conformes corpori gloriæ suæ. Deinde quoniam rem dixerat magnam & ineffabilẽ, subiunxit: secundum operationẽ qua potest omnia sibi subiicere. Ne quæras, inquit, quo modo & quánã ratione. Potest enim quæcunq; vult. Sed quare non dixit, In splẽdore sanctorũ, sed, In splẽdoribus? Quia multa sunt & diuersa præmia. Alia est enim gloria solis, & alia gloria lunę, & alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in gloria,

Argumentum à parte desumptum.
Deute.21. Crucis. ἐγκάλλιον
Actor.4.
Actor.19.
Philip 3.
Psalm.113. 134.
Sapien.12.
1.Corin. 15.
1.Corin.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gloria, ita erit, inquit, etiam resurrectio mortuorum.
Ioan.14. Et Christus, In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Et ideo splendor ille finem non habet, neque enim cedit nocti, nec locum dat tenebris, sed cum sit magnus & ineffabilis, & hunc qui videtur longè superans, habet etiam hoc maximum, quòd finem non suscipit. Quod quidem est ineffabilis regis potestatis, quòd corpora quæ erant interitui obnoxia, caduca & fragilia, in tantam potentiam & virtutem deduxerit. Deinde quoniam magna quædam dixit, & magnarum rerum spe auditorem erexit, ostendit hæc quoque iure fieri: quoniam qui hæc facit, talis est & tantus, qui est eiusdem cum patre substantiæ. Illud enim significans, subiunxit: *Ex vtero ante luciferum genui te.* Sed qui quæ dicta sunt, ad suum sensum conuertunt, dicunt hæc dicta esse de generatione carnis. Quo modo ergo, dic quæso, ante luciferum? Ita dixit noctem qua natus est. natus est enim ante diluculum. Sed hoc non est dicere quod quæritur, neque hoc dixit gratia historiæ: & alioqui ne possunt quidem ostẽdere, quòd id quod docuerunt Euangelistæ, hoc dixerunt prophætæ, qui maxima ex parte obscurè loquuntur. Hic ergo illud, Ante luciferum, non dicit ante ortum luciferi, sed ante naturam, antequam factus esset lucifer. Scit enim scriptura hæc distinguere, quando dicit ante naturam, & quando ante operationem, vt quando dicit: Oportet
Sapien.16. prævenire matutinum ad tui gratiarum actionem, & ante ortum lucis te interpellare. Hoc enim dicit matutinum. Non dixit enim, Ante Solem, sed, Ante ortum. Non ante naturam, ante naturam enim solis nihil factum est, sed, Ante ortum Solis, vt significaret diluculum. Alicubi autem quando dicit de eius natura, non dicit, Ante ortum, sed, Ante Solem, vt quando dicit: Et ante lunam generationis generationum,
Psal.71. Et rursus, Ante Solem permanet nomen eius. Quem-
Ibidem. admodum ergo aliud est, Ante Solem: & aliud, Ante ortum Solis (hoc enim operationem Solis & mane significat, illud verò naturam) ita etiam hic, si voluisset significare noctem, non dixisset, Ante luciferum, sed, Ante ortum luciferi. Et alioqui Christus quoque hunc Psalmum accepit non de humanæ carnis susceptione, sed de generatione per spiritum. Cum enim dixisset
Matth.22. Iudæis, Quid vobis videtur de Christo, cuius est filius? Postquam dixerunt, Dauid, subiunxit Psalmum, dicẽs, Quo modo ergo dicit Dauid, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Si ergo dominus eius est, quo modo vos dicitis quod est eius filius? Quid est ergo quod dicitur? Veram & germanam hic ostendit generationem. Quid ergo? est solum anteluciferum? Nequaquam. Nam dicit etiam alibi. Ante lunam thro-
Psal.71. nus eius. Et non solum ante lunam, nam de patre quo-
Psal.89. que dicit, Antequam montes fierent, & formaretur terra & orbis terrarum, à seculo & in seculum tu es. Non à seculo solum, sed etiam ante seculum: neque enim est vsque ad seculum, sed in infinitum. Ne offendaris autem in dictionibus, sed suscipe intelligentiam quæ deo conueniat. Vide autem prophetæ sapientiam. Cùm psalmum exorsus est, non statim dixit in principio, Ex vtero ante luciferũ genui te: sed cum prius præclara eius facta ostendisset, & ipsum per opera prædicasset, postea ex dominio eius dignitatem ostendit. Ita etiam dicebat ipse: Si non facio opera patris mei, noli-
Ioan.10. te mihi credere. Sin autem facio, & si mihi non credatis, operibus credite, vt cũ didiceris quòd is est qui sedet ad dexteram patris, qui dominus appellatur vt pater, qui secum habet principatũ, qui talem efficit splendorem, qui inter gentes dominatum obtinet, ne conturberis si audieris eum esse filium etiam ante vniuersam creaturam. Iure autem admirandus est propheta, quo modo illa quidem ex dei persona, hæc verò ex sua persona loquitur. Illud enim, Sede à dextris meis: & illud, Ex vtero ante luciferũ genui te, quæ ei⁹ superabãt altitudinẽ ipsum deum introducit dicentẽ: alia autẽ ipse refert. Vide autem quãta vtitur proprietate dictionis. Sufficisset quidẽ dicere, Genui te: sed propter eos qui humi serpunt, vt verã & germanã ostenderet generationem, huius quoq; dictionis meminit, & quemadmodum cum dicit manum, non dicit vt manum suspicemur, sed intelligamus faciendi operis potestatem, ita etiam vteri meminit, vt veram esse & germa- *Ex vtero.*
nam natiuitatem ostendat. Deinde volens componere prophetiam in figura iudicis, ad eum verba facit, quod quidem est vehementissimi amoris, & insignis gaudij, & animæ quæ à diuino spiritu occupatur.

Iurauit dominus, & non pœnitebit eum. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Vides quo modo ad id quod est humilius deduxit orationem, aliquando quidem de diuinitate, aliquando verò de humanitate differens: quod etiam faciũt Euangelistæ, vt vtrinque conseruetur dogmatum ac decretorum perfectio. Et quare, dixit, Secundum ordinẽ Melchisedech? Et pro- *Genes.14.*
pter sacramenta, quòd ille quoque panem & vinum Abrahæ obtulerit: & quòd hoc sacerdotium sit à lege liberum, & quòd neque finem (sicut dicit Paulus) nec principium habeat. Quòd enim ille in vmbra habuit, *Heb.7.*
hoc reuera fuit in Iesu: & quemadmodũ nomina præ- *Christi typus Melchisedech.*
cesserũt, sicut Iesus Christus: ita hoc etiam. Neque ergo videtur habere dierum principium, neq; finem vitæ Melchisedech, non quod non habeat: sed quòd id non sit relatum in eius genealogia. Iesus autem neque *Ioan.8.*
principium dierum, nec vitæ finem habuit, nõ eo mo- *Heb.vlt.*
do, sed quod nec in ipso sit omnino principiũ tempo- *Ioan.11.*
rale, nec finis. Illud enim erat vmbra: hoc veritas. Quemadmodum ergo cum Iesum audis, nõ eum qui verè est Iesus suspicaris, sed nominis solam figuram suscipis, & nihil vltra requiris: ita cum audis Melchisedech, qui neque habet principiũ, nec finem, ne id quæras in rei veritate, sed tibi sufficiat sola appellatio, veritatem autem in Christo edisce. Iusiurandum autem *Iusiurandũ dei.*
quando audieris, ne putes esse iusiurandum. Quemad- *Ira dei.*
modum enim ira in deo ira non est, sed est vis puniendi, & non perturbatio animi: ita etiam iusiurandum. Deus enim non iurat, sed id dicit, quod omnino futurum est. Postquam ergo dixit splendorem sanctorum, positos esse inimicos sub pedibus eius, diem eius virtutis: dicit deinceps præsentia. Vide autem quòmã ordine vtitur in oratione, durum auditorẽ molliens. Cum prius enim terruisset loquẽdo de iudicio, & duriciem eius ac obsistentiam emolliisset, introducit sermonem de præsentibus. Propterea talem adhibet mistionem. Considera autem: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Hoc dicit de futuris. Deinde de præsentibus: Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion, dominare in medio inimicorũ tuorum. Deinde futura. Tecum principatus in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum. Deinde rursus præsentia, quæ non habent amplius punitionem, sed beneficentiam: Tu es sacerdos in æternũ secundum ordinẽ Melchisedech. Hoc est enim peccati deletio, & cum deo reconciliatio. Deinde cum in eis quãtum voluit insistit, attingit

rursus

rursus humanitatem, ad id quod est humilius oratio- A nem conuertens, & dicens, *Dominus à dextris tuis.* At qui superius dixeras eum sedere à dextris patris. Vides quo modo non temerè vtitur dictionibus. Quid est, Dominus à dextris tuis? Quoniam humanitatis susceptæ œconomiam attigit, ad carnem conuertit orationem, quæ auxilium suscipit. Videtur enim angi, affligi, & sudare, & ita sudare, vt guttæ sanguinis defluant: & rursus confirmari. Talis est enim natura carnis. *Confringet in die iræ suæ reges.* Nõ aberrauerit qui hoc dixerit dici de præsentibus qui insurgunt aduersus ecclesiam, & de iis qui pro peccatis & maleficiis suis sunt pœnas daturi. *Iudicabit in gentibus, implebit ruinas.* Quid est, Iudicabit in gentibus? Iudicabit, inquit, dæmones. Et quòd iudicauerit, audi Christum dicentem, Nunc est iudicium mundi huius. Et rursus: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Et alibi: Et ego quando B exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum. Quòd si vsus est dictione quæ paulò magis ad sensum pertinet, non offendaris. Hoc est enim familiare scripturæ.

Conquassabit capita in terra multorum. Si hoc quidem velis accipere anagogicè, dixerit quispiam eum esse deiecturum fastum & arrogantiam. Quòd etiam ita accipias licet, vt cadat sub sensum, Iudaicam calamitatem, quos cum vehemẽtia maxima euertit funditus. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Hic ostendit humilem ac vilem eius viuendi rationem, quod nullum fastum aut tumorem præ se ferens, nullis stipatus satellitibus, nec sensili aliquo aut externo apparatu munit°, hæc fecerit, sed tenuem victum persequens, & adeò tenuem, vt ex torrente biberet. Qualis enim erat ei mensa, talis fuit quoque potus. Mensa panes hordeacei, potus aqua de torrente. Venit enim hanc philosophicam C viuendi rationem docturus, nempe ventri imperare, & fastum auersari. Deinde ostẽdens quod sit huius vitæ emolumentum, subiunxit, Propterea exaltabit caput. Humilitatis enim vitæque austeræ hic est fructus. Hæc autem non dicta sunt de diuinitate, sed de carne quæ bibit ex torrente, quæ fuit exaltata. nõ modo enim nihil ei detrimẽti attulit hæc tenuitas, sed etiam ad ineffabilem euexit altitudinem. Et tu ergo, ô dilecte, qui hæc exempla habes tibi proposita, vitam quidem luxuriantem, fastúque & pompa extrinsecus repletam contemne, tenuem autem ac facilem & minimè exquisitã persequere, si vis esse clarus & magn°. Dominus enim tuus ideo venit, vt hanc te viam doceret. Quocirca propheta quoq;, cum præclara eius facta narrauit, hoc ipsum subiunxit, propè dicens: Cùm victoriam & trophæa audieris, ne spera te visurum arma, currus, & mi D lites: est adeò humilis qui hæc facit, adeò frugi & abstinens, vt ex torrente aquam bibat: & tamen qui est eiusmodi, hæc omnia perficiet. Audiant ergo qui sibi mensas apponunt Sybariticas, epulásque & condimẽtorum omne genus excogitant, & varia coquorum genera vndique colligũt, nautásque gubernatores & remiges diligunt vt externa quædam vini & vnguentorum genera, & alias eiusmodi delicias importent, & seipsos in ipsum barathrum præcipitent, & euadant omnium abiectissimi. Neque enim excelsum quid cõsueuit facere qui pluribus indiget: nec humile quicquam, cui pauca desunt. Si vultis autem, effingamus vtriusq; imaginem, & sit quispiam qui habet multos ei vndiq; suppeditantes nautas & gubernatores, ministros & artifices, textores & phrygiones, bubulcos & pastores, equisones & muliones, & quæ ad cultũ & victum pertinent, in omnibus ei suppetant: alter autem nihil eorũ habeat, præterquàm solum panem & aquam, & vestẽ vnicam. Quis est in his excelsus: Quis verò humilis: An non clarum est quòd qui vnicam habet vestẽ? Is enim vel ipsum regem poterit despicere. Ille autem seruus omnium qui hæc præbent, se demittẽs, blandiens, omnes obseruans, timens ne siquis eum reliquerit, in rebus maximè necessariis detrimentum accipiat. Nihil enim æquè reddit seruum, sicut multis egere: sicut etiam liberum re vna tantum opus habere. Hoc ipsum videri potest in brutis. Quid enim prodest asino multis sarcinis onusto, & si eis fruatur millies? Quid autem nocet alij libero ab his omnibus, si necessarium alimẽtum suppetat: Et ideo Christus reddẽs suos discipulos magni & excelsi animi, qui erant cũ vniuerso orbe terrarum locuturi, omnibus eos curis liberauit, alatos efficiens, quouisque adamante firmiores & constantiores reddens. Animæ enim nihil tantas addit vires, vt ab eis esse liberam: nihil eam adeò eneruat & imbecillam efficit, vt eis constrictam teneri. Quemadmodum enim non potest dolor hic citò inueniri: ita nec illic voluptas. Ille enim habet multos sæuos immanésque dominos & dominas: hic autem nulli quidem seruit, omnibus autem imperat, radiis solis securè fruens, & aëris aura iucundè vescens, & qui ei molestiam exhibeat, non habens, non eum vexat & agitat ira, non inuidia, non maleuolẽtia, non eum curæ extabefaciunt, non æmulationes, non vana gloria, non superbia, nõ aliquid aliud eiusmodi, sed sicut portus aliquis tranquillus, & liber à fluctibus, ita est affectus eius animus, & iter in cœlum facilè ingreditur, vt quem nulla res præsens remoretur. Vt ergo nos quoque hac securitate fruamur, & in præsenti vita tranquillitatem, & in peregrinatione facilitatem consequamur, hanc vitam persequamur, vt bona quoque æterna adipiscamur, quæ omnem rationem, mentem & cogitationem superant. In Christo Iesu domino nostro, cui gloria & potentia nunc & semper. Amen.

Luce 22.

Iean. 12. Ibidem.

Philosophia Christi & destruit. Matth. 14. Iean. 6.

Collatio.

Esaiæ 64. 1. Corin. 2.

IN PSALMVM CXI.

Confitebor tibi domine in toto corde meo. Quid est, In toto: Cũ omni promptitudine & animi alacritate, attentè, & diligenter, liber ab omnibus curis earum rerum quæ ad hanc vitam pertinent, sublimisq; & erectus, & expediens animam à vinculis corporis. In corde, non in verbis tantum, nec in lingua & ore solummodo, sed cum mente & cogitatione. Ita etiam Moses legem ferens dicebat: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mẽte tua. Confessionem autem hic mihi videtur dicere gratiarum actionem, Laudabo, inquit, agã gratias. Totam enim vitam in hoc consumpsit, ab hoc exorditur, & in hoc desinit. Perpetuò enim fuit hoc eius munus, pro iis quæ & ipse & alij acceperant beneficiis, gratias agere. Deus enim nihil æquè ac hoc postulat, hoc est sacrificium, hoc oblatio, hoc est pij & grati animi signum: hoc, vulnus infert diabolo: ex hoc coronabatur beatus Iob & prædicabatur, quòd cum tantationes essent illatæ innumerabiles, & vxor quoq; eũ supplãtare vellet, nõ auersus est, sed deo de omnibus egit perpetuò gratias, non solũ quando fuit diues, sed etiã quando erat pauper, non quando erat sanus, sed etiam quando caro scatebat * vlceribus, nõ quãdo ei res omnes ex animi sententia succedebant, sed etiam quãdo grauis illa tempestas in vniuersam eius domum incubuit,

In toto corde.

Deute. 6.

Psal. 33. 61. 144.

Gratiarum actionem à nobis deus maximè requirit.

Iob 1. 9. 10. 12.

** aliàs vermibus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

γνώμη. buit, & in ipſam quoque naturam corporis. Hoc eſt enim grati in primis animi, in rebus aduerſis & afflictionibus deo perpetuò habere & agere gratias. Quod quidem ipſe quoque innuēs, declarauit per ea quæ conſequuntur. Quia enim multi homines, dum res quidem ſunt lætæ, agunt gratias: ſiquid autem ſecus eueniat, afflictantur: ſunt etiam qui quæ fiunt, reprehendunt: oſtendens id non fieri ex natura eorum quę accidunt, ſed ex deprauato & corrupto animo, ſubiunxit dicens,

In conſilio iuſtorum & congregatione magna opera domini.

Hoc dixit oſtendēs opus eſſe & iudice & conuentu non corrupto ad iudicium, & clarum erit magna eſſe dei opera, eſſe magno miraculo plena. Sunt enim vel per ſe magna, non videntur autem eſſe magna, niſi rectum iudicem habeant. Nanq; ſol quoque per ſe clarus eſt & lucidus, & vniuerſum orbē terræ illuſtrat: ſed iis quorum oculi laborant, non eſt talis. Atqui ſol non eſt in culpa, ſed eſt vicium illorum imbecillitatis. Quādo ergo videris aliquem dei opera accuſantē, ne propter illius improbitatē dei opera calūnieris, ſed illius ignorantiæ maximum indicium accipe ex dei prouidentia. Quemadmodum enim qui ſolem dicit tenebricoſum, aſtrum non vituperauit, ſed ſuæ ipſius cæcitatis argumētum protulit, & qui mel amarum nominat, non illius obſcurat dulcedinem, ſed de morbo quo laborat, fert ſententiam: ita etiam qui dei opera reprehēdit. Et quemadmodum hic quidē nec eis, nec quæ de illis habetur exiſtimationi, quidquam detrimenti intulit, ſed amētiam ſuam maximè arguit: ita qui de dei operibus rectum non habent iudiciū, ne miracula quidem ſciūt quæ facta ſunt: quemadmodum contrà ſiquis ſit incorrupto & non deprauato animo, ſtupebit vnumquodq; eorum quæ vidētur eſſe grauia & difficilia. Quid enim eorum quæ fiunt, non eſt admirabile? Si velis autē, aliis prætermiſſis veniamus ad ea quæ videntur eſſe multis moleſta & grauia, mortem, morbum, paupertatem, & quæcunq; ſunt eiuſmodi. Siquis enim fuerit recto corde, ea non difficulter ſuſcipiet & mirabitur. Etſi enim mors ex peccato ingreſſa eſt, tanta tamen & tā inſignis fuit dei clemētia, cura, & prouidētia, vt eam in noſtri generis vtilitatem conuerterit. Quid enim graue, dic quæſo, habet mors? an non liberat à laboribus? an nō à curis eripit? An non audis Iob eam laudantem, & dicētem: Mors homini requies, cuius via eſt abſconſa? An nō ea vicīū reſcindit? Nā & ſi malus fuerit, eo mortuo vicium reſectum eſt. Qui enim mortuus eſt, inquit, iuſtificatus eſt à peccato, hoc eſt, peccatum non amplius adiicit: & ſi cum bon° ſit exceſſerit, in tuto erit ei collata omnis virtus, & in certiſsimo theſauro qui eripi nō poteſt recondita. Quid verò, dic quæſo, viuos an non modeſtiores reddit & temperatiores? Non vides quod ſæpe diuites qui efferuntur ſuperbia, intumeſcūt, & ſupercilia contrahūt, quādo viderint corpus iacere ſurdum & immobile, & filios in orbitate, vxorē in viduitate, & amicos in mœrore, famulōſq; atris veſtibus indutos, & eſſe deniq; triſtem ac lugubrem toti° domus ſpeciem: quo modo ſe reprimunt & colligunt, quā humiles & abiecti fiunt, vt ſunt cōtrito & afflicto animo? Etenim qui millies doctrinam ſibi traditam audierāt, nec ex ea quidquam lucri fecerant, ex illo ſpectaculo repente philoſophantur, quàm ſit vilis & caduca humana natura intelligentes, & quàm inſtabilis & imbecilla ſit eorum potētia, & in alienis calamitatibus præuidentes ſuas mutationes. Si enim quanuis ſit mors, eſt tamen tantum rapinæ, tantū auariciæ, tanta aliena habendi & plura poſsidēdi cupiditas, & non ſecus ac piſces, qui ſunt potentiores, imbecilliores deuorant: ſi nō eſſet mors, quo non proceſsiſſet auaricia, aut quando conquieſceret? Si enim cū ſciant fore vt iis quæ rapuerint, non fruātur, ſed velint nolint iis ſint ceſſuri aliis, tanto ſunt furore & rabie perciti: ſi ea tutò poſsiderēt, quando extingueretur eorū improba cupiditas? Quid verò? martyrij coronæ non per mortem contexuntur? Quid verò Paulus non innumerabilia erexit trophæa, dicens: Quotidie morior per veſtram gloriationem? Non enim mors mala eſt, ſed mala eſt mors mala: & ideo dicit, Precioſa eſt coram domino mors ſanctorū eius. Alibi autem, Mors peccatorū mala. Hoc dico malum, cum mala recedere conſciētia, & multis peccatorum curis onuſtum & grauatum. Qui enim puram habet conſcientiam, is currit ad præmia, recedit ad coronam. Et vt ſcias quod non rerum natura, ſed mens hominum ipſa ſibi creat tumultum & perturbationem, audi quo modo Paulus hoc inquirit, nunc quidem dicens: Etenim qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus, adoptionem in filios expectātes, redemptionem corporis noſtri. nunc autē hoc ipſum alibi ſignificans, Sed & ſi immolor propter ſacrificiū & miniſterium fidei veſtræ, gaudeo & congratulor vobis omnibus. Itidem & vos gaudete, & mihi congratulemini. Quòd ſi mors non modo non eſt grauis, ſed etiam optanda iis qui rectè viuūt, multo magis paupertas, & alia omnia.

Exquiſita in omnes voluntates eius. Alius, Accurata. Hic mihi videtur dicere de creaturis, prædicans dei ſapientiam. Superius autē dixit opera (etiamſi nos propter eos qui ſunt puſilli & abiecti animi, alium quoq; ſenſum in his attigimus) prodigia, miracula, quæ ſæpe perfecit, hominum genus adminiſtrans. Quid eſt autem, Exquiſita in omnes voluntates eius? Accurata, inquit, ſicut etiā alius dicit interpres, præparata, perfecta, abſoluta, ſufficiētia ad eius faciendas voluntates, quæ ſatis ſunt ad eius reſtandam potentiā, quæ nec claudicant nec manca ſunt ad iuſſa eius peragenda, ſicut etiā dicit alibi: Ignis, grādo, nix, glacies, ſpiritus procellarū, quę faciunt verbum eius, hoc eſt, mandata eius. Ita etiam dicebat propheta: Fecit lunam in tempora. Sol cognouit occaſum ſuum poſuit tenebras, & facta eſt nox. Non ſolū ea peragunt ad quæ cōſtituta ſunt: ſed etiam ſi iuſſerit, cōtraria. hic quoq; magna eſt obedientia. Iuſsit mari: & non ſolum non inundauit, quod eſt eius proprium officiū, ſed ſtratis ſuis fluctib° vel petra firmius & ſtabilius, traiecit populum Iudæorū. Fornax non ſolū non ardebat, ſed rorem etiam præbebat ſibilantem. Feræ non ſolùm non deuorabāt, ſed etiam Danieli erant loco ſatellitū. Cetus non ſolum non deuorauit, ſed etiā ſaluum conſeruauit depoſitū. Terra non ſolum tulit, ſed etiam mari vehemētius inundauit, quādo aperta eſt, & deuorauit Dathan, & obruit in ſynagoga Abyron, & multa eiuſmodi alia videri poſſunt, quæ ab iis quæ ſunt, facilè & expeditè facta ſunt, vt ſciant qui valde deſipiūt, & naturam in deos referunt, quod res non aguntur naturę tyrannide, ſed dei voluntati omnia cedunt & obtemperant. Ea enim eſt naturæ opifex, & prout ſibi videntur omnia quæcunque ſunt, moderatur & componit: & nunc quidem immobiles eorum fines conſeruans, nunc autem cum voluerit, eos facilè conuellens, & mutans in contrarium. Exquiſita in omnes voluntates eius. Ad præcepta eius, inquit, ad mandata eius: non ſolum autem ad præcepta eius, ſed vt ipſe etiā cognoſcatur ab hominibus, quæ quidē eſt principalis eius voluntas,

Probatio à minori.

Similia.

Roma. 5.

Mortis encomium.

Iob. 3.

Roma. 6.

ἐπεσθι.

Eccle. 41.

ἐξεζητημένα.

Pſal. 48.

1. Tim. 6.

1. Corin. 15.

Pſal. 115.

Pſalm. 33.

Mors quæ mala, quæ bona.

2. Corin. 5.

Philipp. 2.

Pſal. 148.

Pſal. 103.

Exod. 14.

Dan. 3. & 6.

Ion. 1. 2. 3.

Num. 16.

Natura.

Iob 9. 12.

Pſal. 113. 134.

Eſaiæ. 46. & Dan. 6.

luntas, & propter quam hæc maximè fecit. Quòd itaq; dicit propheta, est eiusmodi: Iis qui attẽdunt & sapiũt, perfectissimam, apertissimam & euidentissimã dei cognitionem hominum mẽti afferunt. Ad hãc enim eius voluntatẽ, ea ab initio ab ipso maximè constituta sunt, vt magnitudine, pulchritudine, positura, operatione, ministerio, & aliis omnibus animũ spectatoris commoueret, mentemq; & intelligentiam excitaret ad opificẽ & præstantissimũ artificem deum inquirendũ, & adorandum eũ qui illa fecerit, & vt vniuersum corpus totius creaturæ esset ei pro libris & literis. Nõ solũ autem ad dei cognitionẽ, sed etiam ad vitæ nostræ institutionem, maximam afferunt doctrinam creaturæ. Nam & auarus postquam viderit diẽ nocti cedẽtem, & Solem Lunæ, reuerebitur elementorum ordinẽ: & si sit potentior, res inferiorum minimè concupiscet. Et adulter & incontinens, postquã viderint mare furere, deinde refrænari & contineri à littoribus: insolentiũ aquarũ reuerẽtes moderationẽ, poterunt celeriter comprimere intumescentem suam cupiditatẽ, & Christi metu tanquam freno iniecto, ne vlteri⁹ progrediatur, impetum coërcere, & impudici huius desiderij spumam omnem abstergere, & ad temperantiam reducere. Iam verò ad terram quoque egressus poterit facilè philosophari de resurrectione, & quod de ea dicitur, suscipere. Quãdo enim viderit terrã excipere solidum frumẽti granum, deinde prius dissoluere, & putrefacere, & multò meli⁹ parere: quando viderit vineam hyeme foliis & pãpinis & botris nudatam, deinde aduentãte verè omnẽ suam recipere speciem: in corporibus plantarum & seminũ, quæ resurgunt postquã interierint, poterit de sua quoque carne philosophari. Rursus autẽ diligentiam & laboris studium discet à formica. Ab ape autem honesti amorem, societatemq;, & inter se communionem, sicut dicit prouerbium: Vade ad formicã ô piger, & imitare vias eius, & sis illa sapientior. Cum enim illi nõ sit ager quem colat, nec habeat qui eã cogat, nec sit in potestate domini, parat æstate alimentũ, & in tempore messis magnum facit aceruum. Vel vade ad apem, & disce q̃ sit operaria, cuius labores reges & priuati ad sanitatem offerunt. Atqui licet sit imbecilla viribus, vt quæ sapiẽtiam honorarit, prouecta est. Ipsa enim apes rursus tecum aget, ne nequicquam pulchritudinem corporum admireris, quando non adsit virtus animæ: nec deformitatem vilipendas, quãdo fuerit pulchrè ornatus animus. Quod ipsum quoq; significans, dicebat Paræmiastes. Parua in volucrib⁹ apes, & dulcedinũ principium fructus eius. Cogita mihi volucres, & omnem philosophiã ex eis suscipies. Quocirca Christus quoq; dicebat: Respicite volucres cœli, quod nec serunt nec metunt, & pater vester cœlestis eas alit. Si enim quæ sunt rationis expertia, non sunt de alimentis solicita, quo modo te defendes, qui ne tantũ quidem ostendis rerum præsentium contemptũ, quãtum aues? Quòd si velis etiam ornatum despicere, docebũt te flores agri, ne in te ornando nimiũ studij & operæ ponas. Quòd ipsum quoque Christus significans, dicebat: Respicite lilia agri, q̃ neq; nent, neq; laborant. Amen dico vobis, nec Salomon quidẽ induebatur vt vnũ ex his. Cogita q̃ quantumcunq; contenderis, erit penes fœnum victoria, nec poteris cũ illo concertare: eoq; hanc à ratione alienam insaniam comprime. Multa quoq; alia philosophiæ documẽta & ex brutis & ex floribus & ex seminibus capi possunt. *Confessio & magnificẽtia opus eius.* Hoc est, vnumquodque opus eius: neq; enim hæc dicit de vno opere.

Sapien. 13. Roma. 1.

Contemplatio creaturarum pro libris.

Attende formicæ sedulitatẽ & apis solertiam.

Prou. 6.

Eccle. 11.

Eccle. 11.

Matth. 6.

Inter summas excellentiæ.

Matth. 6.

A Alius autem interpres dixit, Laus & dignitas operatio eius. Hic, confessio, hoc est, gratiarum actio & gloria. Vnumquodq; enim eorum quæ videtur, sufficit vt deducatur spectator ad hymnorũ decantationem, ad laudem, ad glorificationẽ. Non licet dicere, Quare hoc? sed tenebræ & dies, fames & abũdantia, solitudo, & terra quæ est inhabitabilis, quæ est pinguis, & quæ sterilis, vita & mors, & quæcunq; videntur, iis qui ea diligẽter ediscunt, sufficiunt ad excitandos animos ad gratiarũ actionẽ. Hoc per quendã prophetam deus significans, dicebat, supplicia ponẽs pro beneficio, Euerti eos sicut euersa est Sodoma & Gomorrha, percussi eos in inflãmatione & in morbo regio. Et rursus per alium, Eduxi eos è terra AEgypti, & è domo seruitutis eos redemi assumens supplicia in beneficium. Ita hæc etiam. Nam hæc quoq; beneficio afficiunt, corrigunt, erudiũt, castigant, vicio rũ resecant. Homines enim hæc quidẽ faciunt B beneficio afficientes, illa verò odio habẽtes & auersantes: deus autem omnia facit diligens, quemadmodum beneficio afficiens posuit in paradiso, & beneficio afficiẽs eiecit è paradiso. Beneficio afficiẽs immisit inundationem, & beneficio afficiens, in Sodoma illum ignem deorsum iaculatus est, & quicquid dixeris eorum quæ fiunt, vnumquodq; facit ad beneficiũ. Beneficio quoq; afficiens, gehennã minatus est: & quemadmodũ patres non solũ indulgentes filiis, sed etiã verberantes, patres sunt: nec minus verberãtes quã indulgentes: ita etiam deus. Quãobrem Paulus quoq; dicebat: Quis est enim filius quem non castigat pater? Et Salomon: Quẽ enim diligit dominus castigat: flagellat autẽ omnem filium quem recipit. *Iusticia eius manet in seculum seculi.* Hoc mihi videtur hic dicere propter eos qui offẽduntur ex reb⁹ C aduersis quæ præter spẽ eueniunt, propemodũ eis suadens, & dicens: Ne conturberis si videas homines per calumniam delatos, probris & contumeliis affectos, & mala indignè patientes: manet enim incorruptũ iudicium, manet pura & integra sententia, quæ pro meritis vnicuiq; tribuit. Quòd si eam nũc postules, vide ne in teipsum primũ sentẽtiam proferas. Si enim in vnoquoque peccato deus esset illaturus supplicium, iam olim de medio sublatum esset humanũ genus. Et quid opus est vt dicam hũc aut illum? Summo enim omniũ qui sunt inter homines, in medium adducto, hoc conabor ostẽdere: & Paulum illũ orbis terræ præconem cito qui in tertium cœlũ raptus est, qui in paradisum fuit sublatus, qui fuit reuerendorum sacramentorum particeps, vas electionis, Christi pronubus, qui ostẽdit angelicã vitæ institutionem, qui virtutis studiũ adeo persecutus est. D Si enim noluisset esse lenis & patiens, eumq; sustinere, sed quando peccabat, blasphemabat: & persequebatur, protinus in eum iustam tulisset sententiam, iam olim præripuisset eum pœnitẽtiæ. Quocirca ipse quoq; cum hæc sciret, dicebat: Gratiam habeo Christo qui me cõfortauit, quòd me fidelem existimauit ponẽs in ministerio, qui prius erã blasphemus, & persecutor, & cõtumelioſus: sed misericordiã consecutus sum, vt in me primo ostenderet omnem sapientiam, ad expressionẽ futurorũ ad ei credendũ in vitam æternã. Quid autem, meretricẽ si punisset, quando esset cõuersa? Quid verò publicanum Matthæũ, si quo tẽpore publicani officio fungebatur, ante mutationẽ pœnas ab eo exegisset, an nõ pœnitentiæ illũ peripuisset? Ita etiã latronẽ. Ita Magos. Ita etiã vnumquemq; peccatorẽ. Iram itaq; sustinet, & pro meritis retributionẽ, vocãs homines ad pœnitentiã. Quòd si à correctione alieni manserint, iustã

Amos. 4.

Mich. 6.

Beneficia sunt quæcũq; quæ in nos cõfert deus.

Gene. 2.

Gene. 7.

Gene. 19.

Matth. 5. & 10.

Heb. 12.

Prou. 3.

Matth. 25.

Roma. 2.

2. Cor. 5.

2. Cor. 3.

2. Cor. 12.

Act. 9.

1. Tim. 1.

Luc. 7.

Matth. 9.

Luc. 23.

Matth. 2.

Sapien. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnino sustinebunt sententiam. Quocirca propheta & eos qui iniuria afficiuntur consolans, & eos qui iniuriam faciunt, officij admonens, subiunxit illud: Iusticia eius manet in seculum seculi. Quòd autē vult per hoc dicere, est eiusmodi. Nec tu qui iniuria afficeris, despere, si vitam finieris, fore vt ius tuū obtineas. Postquam enim hinc excesseris, laborū remunerationem omnino accipies. Nec tu rursus qui omnia rapis, in omnium bona inuadis, & omnia susq; dèque misces & confundis, confidas, si in pace vitam finieris. Postquam enim hinc excesseris, reddes rationē totius tuæ improbitatis. Deus enim est semper manens, & manentem semper habens iusticiā, cui mors nihil rescindit de remuneratione laborum pro virtute susceptorū, nec de irrogatione suppliciorum quæ debētur sceleri. *Memoriam fecit mirabilium suorum.* Quid est, Memoriam fecit mirabiliū suorum? Nunquam, inquit, miracula facere intermisit. *Miracula semper dei fuit.* Hoc enim est, Fecit memoriam, non cessauit, non desistit per omnem generationē facere miracula, & per res admirabiles excitare crassiores. Qui est enim excelso animo & philosophiæ dedito, nō opus habebit signis. Beatiores enim sunt qui non viderūt, & crediderunt. *Ioan. 20.* Quoniam autem ipse non eorum tātummodo curam gerit, sed etiam crassiorum, in omni ferè generatione non cessat facere miracula. Satis quidem magnum est miraculum vniuersa eorū quæ videntur creatura: Sed tamen multorū socordiam excitās, in medio hoc theatro & priuatim & publicè multa ostendit mirabilia, sicut inundationem, linguarum confusionem, Sodomo *Gene. 11.13.* rum conflagrationē, quæ Abrahæ, quæ Isaac, quæ Iacob euenerūt, quæ AEgypto facta sunt, quæ in exitu Iudæorum, quæ in solitudine, quæ in Palæstina, quæ in Babylone, quæ post reditum, quæ tempore Machabæorum, quæ post Christi aduentū, quæ in ipso aduentu, quæ in diem hodiernum vsque fiūt, ruina Hierosolymorum, ædificatio ecclesiæ, verbū quod quoquouersum peruadit, quod per fluct⁹ erigitur, per bella amplificatur, populi martyrum, alia omnia. Multa autē videri possunt & priuatim & in domo & in ciuitatibus fieri miracula. Sed quæ sunt generalia, & omnib⁹ manifesta ac cognita, & quæ fiunt in vnaquáque generatione videamus. *Iulianus apostata.* Quot Iuliano imperante, qui omnes impietate superauit, dum oppugnaretur ecclesia, facta sunt? Quot Maximi? Quot ante illos imperatores? Sed si vultis, ea etiā quæ in nostra generatione euenerunt, nēpe cruces repente in vestimētis impressæ. Apollonis templū fulmine deiectum. Sancti martyris Babylæ in Daphne trāslatio, & aperta aduersus dæmonē victoria. Imperatoriæ pecuniæ quæstoris inopinata mors, & admirabilis ipsius imperatoris occisio, ipsius inquā Iuliani, qui omnes impietate vicerat, & auunculi illius interitus, vermiū fontes, alia innumerabilia, fames, siccitas & sterilitas, aquarum penuria, quæ vnà cū eo ciuitates inuasit, & alia vbiq; innumerabilia. Iam verò ea quoq; quæ in Palæstina tunc euenerūt, cognouistis. Quādo enim illud templum diuina sententia dirutū, rursus ædificare volebant Iudæi, ignis qui è fundamētis exiliit, omnes abegit, & id testatur opus quod mansit imperfectū. *Misericors & miserator dominus, escā dedit timentibus se.* Postquam annūciauit dei beneficia, quæ per miracula & per opera accepta sunt, subiungit curā quam nostri gerit & in eo amplificat orationē, ostendens quòd qui tot & tāta fecit pro salute hominū, & eos omni ratione erudiit & erudit in dei cognitione & summa philosophia, eorūque vitā fouet & sustinet, nō hoc facit ex debito (quod est maxima gratia) sed propter suā clementiam & misericordiam, non vt qui ipsis egeat, sed propter solam suam bonitatem. Escam dedit timentibus ipsum. Qua *Psal. 15.* de causa eos qui timēt, hic posuit? Neq; enim eos solos nutrit. In Euangelio enim dicit: Qui solem suum oriri *Matth. 5.* facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Quo modo ergo dixit, Timētibus ipsum? Hic mihi videtur dicere alimentū non corporis, sed animi: & ideo loquitur solum de timentibus. Id enim est eis assignatum. Quemadmodū enim nutritur corpus, ita nutritur anima. Quod autē nutriatur, audi. Non in solo pane viuet homo, sed in omni verbo q̄ egreditur per *Matth. 4.* os dei. Hoc ergo dicit nutrimētum, quod etiam dedit *Luc. 4.* præcipuè eis qui ipsi [illegible]iment, doctrinā per sermonē, eruditionem, omnem philosophiā. *Memor erit in seculum testamenti sui.* Rursus Iudæorum arrogantiam comprimens, & eorum fastum amputās, vel potius ostendens q̄ quæ bona consecuti sunt, ea non sunt consecuti propter sua merita, sed propter suam amiciciam in eorum parentes, & propter pacta conuēta quæ illis fecerat, dicit: Memor erit in seculum testamenti sui, q̄ præcepit etiam Moses eis intrantibus in terrā promissionis dicere & cogitare. Si ædificaueris, inquit, vrbes præclaras, & pecuniæ diuitias adipiscaris, ne dixeris, Propter meam *Deute. 9.* iusticiam hæc facta sunt, sed propter pacta inita cū patribus tuis. Nihil est enim deterius arrogantia, & ideo *Esaiæ 13. 14.* omni modo & ratione deus eā assiduè resecat. *Virtutem operum suorū annunciauit populo suo, vt det illis hæreditatem gentiū.* *Heb. 13.* *Ezec. 30.*

A generalibus transit ad singularia: ab iis quæ facta sunt in orbe terrarum, ad ea quæ euenerunt Iudæis. Quanquam siquis ea diligēter considerauerit, ea quoq; obtinent locum generalium. Quæ enim in illos facta sunt, documenta aliis præbuerunt, & bella, trophæa, & victoriæ, fuerunt iis qui attendunt, instar prædicationis. Non enim humano cōsilio, ex quo ea sequerentur, sed supra rationem ea eueniebant. Quānam enim rerū consequentia factum est, vt eis tuba canētibus mœnia *Ios. 6.* corruerent, & mulier ducens exercitū vinceret & supe *Iud. 4. &* rior euaderet, & paruus puellus iactu vnius lapidis bel *5.* la barbarica cōficeret? Multa quoq; alia incredibilia & *1. Reg. 17.* opinione maiora eis euenièbāt. Ita hostes vicerunt, ita resistentes fuderunt, ita Palæstina expulerunt. Quando ergo dicit, Virtutem operū suorū annunciauit populo suo. nihil aliud dicit, quā eum suā ostendisse potentiā, dum non tantū gentes eiiceret, sed eo modo eiiceret, quo maximè poterāt cognoscere etsi priora sufficiebāt, eam fuisse plagā immissam in eos diuinitus: & eo ducē te exercitum, de hostiū rebus decernebatur. Non enim *Deute. 29.* per verba tantū, sed etiā per facta eos docebat, per cal- *Exo. 16.* ceos, per vestes, per alimentū, per lucem diurnā & no- *Exo. 13.* cturnam, per nubē, per bella, per pacē, per trophæa, per agriculturā, per pluuias: & omnia deniq; vocē emittebant dominū prædicantia, & exercatā eorum mētem compūgentia, nec vllū vnquam tempus intermissum est, in quo nō frequētia sua signa ostēderit. *Opera manuū eius veritas & iudiciū.* Postquā de eius potentia disseruit, disserit etiam de iusto iudicio, q̄ non solum potētiam ostēdit in iis quæ fecit, sed etiam multā iusticiam. Neq; *A facie In-* enim gentes solūmodo expulit, quando voluit Iudæos *daorū gen-* introducere, sed etiā iure expulit. Et ideo alibi quoque *tes iure pro-* dicebat Moses: Nondum cōpleta sunt peccata Amor- *fligatæ.* rhæorum. Hæc autē non solū dici possunt de Iudęis, & *Gene. 15.* iis quæ illis euenerunt, sed rursus generalis est oratio. Quæcunq; enī ab eo facta sunt, sunt veritas & iudiciū, *Veritas, id* hoc est iusticia. Scit autē sæpe scriptura veritatē vocare *iustitia.*

clemen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clementiam. Quod ergo dicit, est eiusmodi. Cum iu- A
stitia & clementia omnia miscuit & tẽperauit. Si enim
sola iuris ratione vsus esset, omnia periissent. Et ideo
Psal.142. hic ipse quoque propheta alibi dicit: Ne ingrediaris in
iudicium cum seruo tuo: quoniam nõ iustificabitur in
Psal.129. conspectu tuo omnis viuens. Et rursus: Si iniquitates
obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Quæcũ-
que ergo ab eo fiunt, his vtrisque plena sunt. Nam siue
summo tantùm iure officiũ exigeret, omnia interirẽt:
siue sola vteretur clementia, cõplures redderentur ne-
Hier.9. gligentiores. Quocirca salutem hominum varians, ad
Psal.39. eorum correctionem his vtrisque vsus est. *Fidelia em-*
1.38 *nia mãdata eius.* Idem quod in multis locis, hîc quoque
facit, à sapientia quæ est in multiplici ac varia fabrica-
tione, & ab eius procuratione ad eius leges trãsiens, &
illam partem prouidentiæ rursus tractans. Non solùm
enim quòd talem & tantam creaturam cõdiderit, sed B
etiam quòd legem tulerit, hominum genus corrext. Et
ideo in 18. psalmo cum vtrasque has partes diuisisset,
incipiens quidẽ dixit: Cœli enarrãt gloriam dei. Cùm
autem ad mediũ venisset, & de creatione orationem
absoluisset, subiunxit: Lex domini immaculata, cõuer-
tens animas: mandatum domini lucidum, illuminans
oculos. Ita hîc etiam postquam dixit de miraculis, & ei-
us admirabilibus operibus, nũc aggreditur dicere de
præceptis, sic dicens: Fidelia omnia mãdata eius, *Confir-*
Præcepta multiplicia. *mata in seculum seculi, facta in veritate & aquitate.* Nonne
quicquam dixit, Omnia, sed tractans multiplex genus
Creationis. præceptorum, posuit hanc dictionem. Sũt enim præ-
cepta creationis, quæ obseruat omnis creatura, sol &
luna, dies & nox, & sydera, terræq;, & naturæ cursus.
Naturæ. Sunt etiam præcepta quæ data sunt naturæ ab initio,
Rom.1. quando finxit hominẽ. De quibus dicit Paulus: Quan- C
do enim gentes quæ legem non habent, quæ legis sunt
natura faciunt, ij legem nõ habentes sibi ipsis sunt lex.
Rom.7. Et rursus: Condelector enim in lege dei secũdum in-
teriorem hominem. Sunt etiam præcepta quæ scripta
Scripturæ nostræ legis. sunt. Hæc omnia manserunt. Quòd si sint etiam aliqua
abrogata, nõ in peius, sed in melius redacta sunt. Illud
enim, Non occides, non est abrogatum, sed est ampli-
ficatum: & illud, Non adulteraberis, non est sublatum,
Matth.5. sed maius effectum est. Et ideo dicebat, Nõ veni solue-
re legem aut prophetas, sed adimplere. Qui enim non
irascitur, multò magis à cæde abstinebit: & qui impu-
dicis oculis non aspicit, longius ab adulterio habitat.
Lex ergo hoc habet in primis eximium, nempe immor-
talitatem & perpetuitatem, & lex creationis, & lex na-
turę, & lex philosophiæ, & lex noui testamenti. Et ideo D
Matt.4. dicit: Cœlum & terra transibũt, verba autem mea non
transibunt. ostendẽs eorum immobilitatem. Quæcun-
que enim vult deus manere, ea manẽt perpetuò, & ni-
Leges humanæ, mutantur & obscuræ. hil est quod ea moueat. *Facta in veritate & æquitate.* Ni-
hil est, inquit, in eis obliquum, nihil contortum, nihil
obscurum, nihil ad gratiam vllam, aut odium, sed om-
nia ad bonum & vtilitatem, nõ sicut leges hominum,
quæ magna ex parte sunt momentaneæ, & obscuræ, &
quæ multum habẽt ex homine. Ex humanis enim per-
turbationibus multæ sæpe leges latæ sunt. Inimicum e-
nim vlciscens, vel amico gratificari volens, scripta ita
Leges diuinæ, sole claræ, & permanentes. concepta composuit. Sed non sunt leges diuinæ eius-
modi, sed manent sole clariores, quærentes vtilitatem
eorum quibus feruntur, deducẽtes eos ad virtutem, &
ad rerum veritatem, non hæc falsa, diuitias inquam &
potentiam (hæc enim falsa sunt, quæ dei autẽ sunt, sunt
veritas) neque quo modo fiant ditiores, neq; quo mo-
do præsentia assequantur, sed quo modo futuris frui
possint, docentes. De veris & rectis rebus, & quæ nihil
habent peruersum aut contortum, omnia dixerunt il-
læ leges. Fidelia omnia mãdata eius. Quid est, Fidelia?
firma, manẽtia. Etsi enim transiliantur, sequuntur sup-
plicia, & ea minimè labefactãtur: & si homines ea trãs-
grediantur, deus tamẽ ea vindicat. Ne ergo dixeris ea
dicta esse minaciter aut hyperbolicè. Nemo legem fe-
rens, dicit tantùm vt minetur, sed etiam vt castiget &
corrigat. Si autem non valde credas de futuris, faciant
tibi fidem præterita. Quæ fuit itaque tempore Noë in-
undatio, & Sodomorum conflagratio, & Pharaonis
exitium, & Iudæorum interitus, captiuitates & bella, in
minimè tantum constiterunt, an deducta sunt ad re-
rum experientiam? Quòd si ea verè facta sunt, quæ erãt
in figura: multò magis quæ sunt in veritate, quò maior
fuit admissorum improbitas post tãtam medicinam &
correctionem. *Redemptionem misit populo suo.* Quod ad
historiam quidem attinet, dicit libertatem Iudæorum:
sed si id accipiamus anagogicè, libertatem orbis terræ:
quòd etiam significat quod sequitur, *Mandauit in æter-*
num testamentum suum. Hic nouum dicit, Quoniã enim
meminit mandati & legis, ea autem non fuit obserua-
ta, & iram effecit, dicit: Redemptionem misit populo
Ioan.3. suo, quemadmodum ipse quoque dicebat, Nõ veni vt
iudicem mũdum, sed vt seruem mundum. Quoniam
Roma.4. lex quæ non fuerat obseruata, puniebat. Lex enim, in-
Roma.3. quit, iram operatur. Vbi enim non est lex, nec trãsgres-
sio: & omnes peccarunt, & egent gloria dei, iustificati
gratis, gratia ipsius. Propterea hic dixit, Redẽptionem
misit populo suo. Nec est tamen absolutè & solummo-
do redemptio, sed etiam post redemptionẽ lex est, vt
vitæ institutionem ostendamus dignam gratia. *San-*
ctum & terribile nomen eius. Postquam cogitauit omnia
prædicare eius curam ac prouidentiam, quam ostẽdit
in veteri, quam in nouo, quam in factis, & operibus,
quam per præcepta, quã per miracula ac prodigia: di-
uino spiritu afflatus, & eius admirans maiestatem, finit
orationem in glorificatione, ei qui hæc fecit laudẽ of-
ferens. Sanctum & terribile nomen eius, plenũ stupo- *Attende*
re, plenum admiratione. Quòd si tale est eius nomen, *vim nomi-*
quantomagis substãtia? Quo modo autem est eius no- *nis Christi.*
men sanctum & terribile? Pertimescunt & contremis- *Matth.8.*
cunt dæmones, id morbi formidãt & metuunt. Eo no-
mine vsi Apostoli, per vniuersum orbem terræ se præ-
clarè gesserunt. Eo Dauid armorum loco vsus, barba-
rum illum prostrauit. In eo res innumerabiles rectè & *1.Reg.17.*
præclarè gestæ sunt. In eo sacris initiamur mysteriis.
Considerans ergo quot & quanta faciat hoc nomen
miracula, quot beneficiis afficiat, & res apud se reputãs
quæ omnem naturæ consequentiam & humanam ra-
tionem superant, dicit, Sanctum & terribile nomen e-
ius. Quòd si est sanctum, sancta quoque ora habere o-
pus est ad eum laudandum, sancta inquam, & pura.
Initium sapientiæ timor domini. Quid est principium?
fons, radix, fundamẽtum. Quoniam enim tot & tanta
dixit de domino orbis terræ, & tãta repletus est admi-
ratione: hoc subiungit consequenter, ostendens dein-
ceps, quòd qui eum timet, impletur omni sapientia, &
prudens euadit. Deinde ne quis existimaret sapiẽtiam
non procedere vltra cognitionem, subiunxit, *Intel-*
lectus bonus omnibus facientibus eum. Non sufficit enim fi- *Matth.7.*
des, nisi adsit etiam vitæ institutio fidei conueniens.
Quo modo est autem initium sapiẽtiæ timor domini?
Ab omni vicio liberat, omnem virtutem dirigit. Dicit
autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem sapientiam, non quæ in verbis, sed quæ in rebus
Sapientiæ definitio. sita est. Nam externi quoque philosophi definierũt sapientiam diuinarum & humanarum rerum cognitionem. Hanc autem artem docet dei timor, improbitatem auferens, & virtutem inserens, vt præsentia contemnãtur efficiens, & in cœlum traducẽs. Quid est hac
Opera etiã necessaria. anima sapientius? Non quærit autem hic solum auditorem, sed etiam factorẽ. Intellectus enim bonus omnibus facientibus eum, Hoc est, Iis qui faciunt sapientiam, & eam factis ostendunt, bonus est intellectus. Intellectus bonus, inquit, quoniam est etiã malus intel-
Hiere.4. lectus: vt quando dicit, Sapientes sunt vt malè faciant, bonum autem facere non nouerunt. Ipse autem quærit eum intellectum, qui in virtute situs est. *Laudatio eius manet in seculum seculi.* Quænam, dic quæso, ea laus?
Laus dei quæ sit. Gratiarum actio, glorificatio, quæ per opera facta est immortalis: & ante hæc ea quæ eius substantię attributa est. Deus enim est immortalis, & per se valde laudabilis: laudabilis autẽ est etiam quando eius maiestatem apud te considerueris, & alia omnia. Laudabilis quoque est propter opera, quando videris eius sapientiam per ea quæ videntur. Hæc autẽ dicit adhortans ad gratiarum actionẽ, & ostendens nulla esse dignos venia,
Dei opera ægrè ferentes, indigni venia. qui quæ fiunt ægre ferũt. Quando enim eius laudatio, gratiarum actio, & glorificatio est adeò aperta, & manifesta, immobilisq; & firma ac stabilis, vt sit etiam immortalis & fine carens, illi autem eam ignorantes, loquuntur contraria: nihil aliud quàm iis ea quę sunt sole longè clariora, contradicunt, & volẽtes cæcutiunt. Non est enim ad tempus, vt eam ignorẽt, nec obscura & nõ manifesta, sed clara, perpetua & immortalis, semper manens, & finem nunquam habens.

IN PSALMVM CXI.

Beatus vir qui timet dominum. Mihi videtur huius psalmi proœmium pulchrè sequi finem præcedentis, & esse veluti quoddam corpus cõtinuum & coniunctum. Illic enim dicit, Initiũ sapientiæ timor domini: hic autem, Beatus vir qui timet dominum. aliis verbis, iisdem autem sententiis docẽs timorem domini. Illic enim eum dixit esse sapientẽ: hic verò beatum. Hæc autem vera est beatitas, quẽadmodum alia quidẽ omnia sunt vanitas, vmbra, & tantummodo nomina, siue dicas diuitias, siue potentiam, siue corporis pulchritudinem, siue vim pecunię. sunt enim similia foliis cadentibus, & vmbris prætercurrentibus, & somniis euolantibus. Hęc autem vera est beatitudo.
Eccl.11. Deinde quoniam dæmones quoque eum verentur & pertimescũt, ne putes hoc solum sufficere ad salutem,
Timor dei solus ad salutẽ nõ sufficit. quod superiùs fecit, hic quoque facit. Quẽadmodum enim eum illic dixisset, Initium sapientię timor domini, subiũxit: Intellectus autem bonus omnibus facientibus eum, conuenientia vitæ instituta dogmatibus adiungens: ita hic etiam cum dixisset timorem, nõ illum solum dicit qui ex cognitione oritur quem habent etiam dæmones, sed hoc etiam adiicit, dicens, *In mandatis eius volet nimis.* Hoc autem dixit exigens exactam
1.Cor.9. Philip.1. vitæ institutionem, & animam amore sapientiæ præditam. Non dixit, Mandata eius faciet, sed, Volet, aliquid amplius requirens. Quidnam autem hoc est? Ea facere
Mandata dei vt sint amplectẽda. cum studio & animi alacritate: esse vehemẽtes eorum amatores: iussa eorum persequi: amare ea non propter mercedem quę est pro ipsis proposita, sed propter eum qui illa statuit, virtutem cum voluptate persequi, non propter metum gehennæ, nec propter minas supplicij, nec propter promissionem regni, sed propter eum qui leges tulit. Quinetiã alibi ostẽdens voluptatem quam *Psal.18.* capit ex præceptis domini, Quàm dulcia sunt, inquit, gutturi meo eloquia tua, supra mel & fauum ori meo. Hoc etiam requirit Paulus, ita dicens obscurè & ænigmaticè: Quemadmodũ exhibuistis membra vestra ser- *Roma.6.* ua immundicię & iniusticię ad iniusticiam: ita exhibete membra vestra serua iusticiæ ad sanctificationem. Hoc est, Cum quãto studio, cum quanta animi alacri- *Alacritas necessaria in dei præceptis obeũdis exigit eis commoderatam.* tate vicium sectabamini, etsi nullũ esset præmium propositum, sed contrà pœna & supplicium: cum tãta virtutẽ sectemini. Et tamen hanc quoque mẽsuram dixit Hæc enim dicturus, ita dixit, Humanũ dico propter infirmitatem carnis vestræ. ostendens oportere non minorem ostendere in virtute cupiditatem, quàm in vicio ostendimus. Id est autem quod dicit. Si non eandem virtutem ostenderint, quãnam excusatione vtentur, aut quo modo veniam assequentur, qui ne cum eadem quidem cupiditate ad eam accedunt? Et ideo hic quoq; Propheta dixit: In mãdatis eius volet nimis. Qui enim eum metuit vt oportet suscipit eius præcepta cum magna auiditate: & ideo amor in legislatorem, facilem & gratam facit legem, etsi videatur aliquam habere difficultatem. Nemo autem quod dico reprehendat, si tali exemplo vsus sum. Nam Paulus quoque eo vsus est, sic dicẽs: Sicut exhibuistis membra vestra serua immundiciæ, ita exhibete iusticiæ. Qui meretricis itaque amore captus *Amoris meretricij imberetur, etiamsi se turpiter & indecorẽ gerat, etiamsi fama expellatur à patria, etiamsi bonis paternis euertatur, etiamsi patris beneuolentia priuetur, etiamsi grauiora patiatur, ea fert iucundè & lubenter propter amorem impudicum. Quòd si illa cum voluptate suscipiũt, quo modo non multò magis dei præcepta, quę sunt salutaria, & gloriæ plena, & magnam nobis prębent philosophiam, & animam meliorem efficiunt, oportet cũ magna voluptate suscipere, & nihil esse difficile in eis existimare? Difficultatem enim nõ natura præceptorum, *Præcepta dei grauia non sunt.* sed multorum solet socordia efficere. Itaque si quis ea cum studio & alacritate animi suscipiat, videbit ea esse *Matt.11.* leuia & facilia. Quocirca dicebat Christus, Iugũ meum suaue est, & onus meum leue. Et vt scias ea hoc modo se habere, & multorum socordiam ea quæ sunt facilia, *Confirmat exemplo.* facere difficilia: studium autem ac diligentiam facillima, ea quæ sunt alioqui difficillima: quando manna fruebantur Iudæi, id & ægrè ferebãt, & mortẽ exoptabant: Paulus autem cum fame conflictans gaudebat, & exiliebat. Et illi quidem dicebant: Anima nostra arida *Num.11.* est in manna. Eduxisti nos vt interficeres, eò quòd nõ essent monumẽta in Aegypto? Paulus autem, Gaudeo *Coloss.1.* in passionibus meis, & suppleo ea quæ desunt afflictionibus Christi, in carne mea. Quibúsnam passionibus? fame, siti, nuditate, & aliis omnibus. In mãdatis eius volet nimis. Quo modo autem hoc fiet? Si deum perfecte timeamus & amemus, si eiusdem virtutis naturam cõsideremus. Ante alia enim præmia, habet in seipsa remunerationem. Quãdo enim non fueris adulteratus, quando non cędem feceris, cogita quanta frueris voluptate, non condemnatus à tua conscientia, tuos nequaquã dedecore afficiens, puris omnes oculis intuẽs. Non est autem eiusmodi adulter, sed omnes metuit ac formidat, & vel ipsas vmbras habet suspectas. Rursus auarus & inuidus eadem patietur. Qui est autem liber, ab his cõtra se habebit, *Potens in terra erit semen eius.* Scit

scriptura

Universidad de Deusto

scriptura sæpe semen vocare, non id quod nascitur ex naturæ consequentia, sed quod ex societate virtutis. Quocirca Paulus quoque interpretans illud, Tibi dabo & semini tuo terram hanc, dicebat, Non enim omnes qui sunt ex Israël, ij Israël. neque quia sunt semen Abrahæ, omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen. Et rursus: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod enim non dictũ sit de Iudæis, res ipsæ indicant. Qui sunt enim ipsi pleni maledictione, quo modo fuerint alij causæ benedictionis? sed dicit de ecclesia, quæ ex societate fidei eius semẽ esse dicitur. Tales sunt ergo, qui sunt virtute prædíti: & filij eorum, qui deum timent. Potens erit in terra semen eius. Quare dixit, In terra? Vt ostẽderet id esse etiam antequam hinc excedant, & antequam bonorum quæ illic sunt faciãt periculum. Quemadmodum enim dixi antea, virtus in ipsa operatione habet remunerationem etiam ante præmia. Quòd enim qui talis est, habeat semen potens, & qui est virtutis præsidio munitus, sit omnium potẽtissimus, docuerunt Apostoli, ostenderunt Prophetæ. Similiter etiam dominus de his significans, dicit: Quicũque audit sermones meos, & facit eos, assimilabitur viro prudenti, qui ædificauit domũ suam supra petram, & descendit pluuia, venerunt fluuij, flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: erat enim fundata supra petram. Quod populorum insurrectiones, quot iræ tyrannorũ, quot enses, quot lanceæ, quot tela, quot fornaces, quot beluarum dentes, quot præcipitia, quot maria, quot insidiæ, quot calumniæ, quot machinationes fuerunt concitatę aduersus Apostolos? nihil tamen eos prostrauit, sed fuerũt his omnibus excelsiores, præteruolantes eorum arundines qui eis insidiabantur, & ipsos insidiatores traducentes in suas partes. Nihil est enim virtute potentius: ea & petra est solidior, & adamante fortior: quemadmodum rursus vicio nihil est vilius, nihil imbecillius. etiamsi quis sit munitus infinita vi pecuniæ, & extrinsecus maximam habeat potentiam. Quòd si tantæ sunt eorum vires in terra, cogita quanta sit futura eorum in terra potentia.

Generatio rectorum benedicetur. Vidisti eam resplendere, & innumerabiles habere prædicatores, laudatores & admiratores, ac non temere quoslibet, sed sapientes. Neque enim quisquam ex hominibus qui sunt viles & abiecti, & humi serpunt, poterit eam intelligere, sed ij maximè eam laudabunt, ij maximè admirabuntur & prædicabunt, qui non habent mentem peruersam. Cõsidera ergo quãta sit possessio, vt quæ nec Angelis quidem & Apostolis magnis & admirabilibus encomiastis egeat, si tales enim esse oportet eos qui ipsam laudant, cogita & reputa qualem eam esse consentaneum est. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Rursus à sensilibus transit ad ea quæ percipiuntur intelligentia. Scit enim scriptura eas appellare diuitias, quæ sunt in bonis operibus, vt quãdo dicit: Bona operari, diuitem esse in bonis operibus. Hæ enim sunt veræ diuitiæ, aliæ sunt nomine tantùm, re autem ipsa carẽt. Quòd si has quoque dixerit quispiam diuitias, ne sic quidem recedemus ab eo quod dicitur. Quid enim erat Apostolis vel in pecuniis ditius, ad quos omnia tanquam ex fontibus profluebant? Quicunque enim erant agrorum vel domorum possessores, vendentes afferebant, & ponebãt precium ante pedes Apostolorum. Vides opum magnificentiam? Omnia possidebant, ab eorum cura liberi, & vt qui essent eorum potius œconomi quàm domini. Qui enim habebant, habere desistentes, ea afferebãt ad Apostolos: ipsi quidem venundantes, & pecuniã comparantes, permittẽtes autẽ eius distributionẽ esse in illorũ potestate. Quocirca Paulus quoq; dicebat: Tãquã nihil habẽtes, & omnia possidẽtes. Est enim hoc admirabile, quòd qui tantas habebant diuitias, erant facultatibus illis superiores. eos enim non tenuit obnoxios multitudo pecuniæ. Hæ sunt vel maximæ diuitiæ, non egere diuitiis. Gloria & diuitię in domo eiꝰ. Hic quod supereſt, non eget interpretatione. Habuerunt enim gloriã quæ à deo proficiscitur. Ipsa autem sequebatur, vt dicit diuina scriptura: Quærite regnum dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Quid enim illis splendidius? Quid magnificentius? Tanquã angeli dei suspiciebantur. Pecunias afferentes, ad eorum pedes ponebant, iis denique qui capite diadema gestabant, erant illustriores. Quis enim rex vnquam ingressus est cum tãta claritate & splẽdore, cum quanto vbique habebatur Paulus, in admiratione loquens, à morte liberans, morbos expellens, dæmones fugans, & hæc atque eiusmodi vel solis vestibus efficiens? Hic terram cœlum fecit, & omnes ad virtutem deduxit. Quòd si hæc in terra fecerũt, cogita quanta erit gloria eorum in cœlis. Quid est autem, In domo eius? Cum ipso, inquit. Externæ autẽ diuitiæ non sunt cum eo qui habet illas, quandoquidem ne in tuto quidem sunt collocatæ, sed sunt in manibus calumniatorum, in manibus adulatorum, in manibus principum, in manibus famulorum: & ideo eas vbique disseminat, non confidens vniuersas eas domi tenere: & ideo adhibentur custodię & custodes, & si hoc nihil iuuet, cum ex possint omnia effugere. Iusticia eius manet in seculũ seculi. Alius, Et misericordia eius manet in seculum seculi. Vel hic dicit virtutem in genere, vel iusticiã quæ repugnat iniusticiæ. Vel quemadmodum dicit alius interpres, clementiã dicit & misericordiam. Talis est enim vis eleemosynæ, res est immortalis, aliena ab interitu, & quæ minimè potest extingui. Atq; humana quidem omnia cõuelluntur, fructus autem eleemosynę nunquam potest marcescere, nec vlla difficultate temporum reprobari. Etsi enim corpus fuerit dissolutum, illa tamen non vnà cum vitâ dissoluitur, sed ante illum excedit, ei mansiones præparans, de quibus dicit Christus: In domo patris mei mansiones multæ sunt. In hoc itaque res humanas superat, quòd sit perpetua & stabilis, quod quidem nulla res habet earum quæ ad hanc vitã pertinent. Nam siue dixeris pulchritudinem, ea morbo flaccescit, & senio consumitur, siue potentiam, ea sæpe mutatur, siue diuitias, siue aliquid aliud eorum quæ in vita præsenti habentur clara & illustria: ea vel viuos reliquerint, vel mortuos omnino nudos & destitutos dimiserint. Sed iusticiæ non est eiusmodi fructus, non enim tempore consumitur, non morte amputatur, sed tũc amplior & tutior redditur, quando ad portum illum qui nullis agitatur fluctibus, adnauigauerit. *Exortum est in tenebris lumẽ rectis.* Describens beatitudinem eius qui temet deum, dicit res quæ in præsenti eueniũt, vt quòd sunt immortales eius possessiones, quòd fruetur gloria, quòd erit omnibus superior, quòd eos qui fuerint ei similes, & eius filij euaserint, videbit inexpugnabiles, quòd in maxima rerum difficultate erit securissimus. Hoc enim sibi vult illud, Exortum est in tenebris lumen rectis. Iis enim qui sic sunt effecti, iis qui rectè ingrediũtur, efficiet vt in mediis tenebris lux oriatur. Quid est, In tenebris? Et si sint in afflictione, in angustiis, tentatione & periculis (ea enim vocat tenebras) efficiet vt plurimum eis adsit voluptatis.

Genes. — Genes.9.
Gala.3.
Virtutis nostræ.
Matth.7. Simile euãgelicum.
1.Tim.6.
Apostolorũ diuitiæ.
Act.2.3
Virtutis & nos cellatio per contraria.
2.Cor.6.
Diuitiæ maximæ quæ.
Matth.6.
Suscipiebãtur.
Actor.13.14 19.11.
Diuitiarum terrenarum incertitudo.
Iustitia.
Eleemosynę vis.
Ioan.14.
Iob.18. Prouer.31. Daniel.2. Luc.2. Iob.1. 1.Tim.6.
In tenebris esse, quid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor.1. voluptatis. Quod etiam Paulus significãs, dicebat, Nolo autem vos ignorare de afflictione quæ fuit nobis in Asia, quòd supra modũ grauati sumus, vt etiam de vita dubitaremus (Vidisti tenebras) sed ipsi in nobis responsum vitæ habuimus, ne confideremus in nobis ipsis, sed in deo qui suscitat mortuos, qui ex tantis mortibus liberauit nos. Vidisti quo modo sit exorta lux? Cõsidera hoc ipsum etiam in tribus pueris. Cum enim exDaniel.3. pectarent fore vt exurerẽtur, purissimum rorem assecuti sunt. Idipsum etiam euenit in Daniele & aliis prophetis. Quòd si hæc velis ita sumere, vt ad aliam referantur anagogen, videbis hoc orbi terrarum accidisse.
Mala.4. Cum enim tenebræ mare & terram occuparẽt, & error
Vera prosp. ἀναγωγή. vbiq; esset diffusus, Sol iusticię exímo exortus est. Quoniam enim homines cœlo relicto deum in terris quærebant, ex eo loco eis apparuit, se ad eorum imbecillitatem demittens, vt ad altitudinẽ infinitam eueheret.

Misericors, & miserator, & iustus est dominus deus. Quoniam dixit eius iusticiam manere, & illo modo consoIoan.12. latus est: multi autem misericordes, & qui rectè hic vitam agunt, contraria hic experiuntur, affert aliam cõsolationem, dicẽs: Misericors, & miserator, & iustus est dominus. Si est autem misericors, & eos qui peccant, dignos venia esse censet: multo magis eos qui se rectè gerunt, non relinquet incoronatos postquam hinc excesserint. Sed & si hic nõ reddat, omnino illic reddet.
Rom.2. Deinde subiungit etiã, Iustus, significans quòd si iustus sit, vt est, reddet vnicuique secundũ merita, etiamsi hic non reddat: quod est vel maximum argumẽtum futu1.Cor.5. ræ resurrectionis. Quando enim multi ex iis qui sunt
Argumẽtũ resurrectionis maximum. virtute præditi, cernuntur mala multa perpessi, & improbi impunè & securè viuere: vbi nam recipiet vnusquisque pro meritis, si non sit futura resurrectio, & alia vita, iudicium & remuneratio? Deinde quoniam iusticię mentionem faciens, terruit auditorẽ, vt qui sit redditurus rationem peccatorũ, citò affert medicamentum, dicens, *Iucundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio.* Vides quot præmia proponit homini clemẽti & misericordi, quòd fructus eius manet perpetuò, quòd liberabitur à tentationibus, quòd deum imitabitur (est enim deus misericors) quòd peccata eius ei condonabuntur. Hoc enim sibi vult illud, Dispensabit sermones suos in iudicio. Hoc est, patrocinium consequetur, non deerit ei defensio, nõ erit ei tunc condemnatio, cum eleemosyna defensionem ei
Matth.25. pulchrè comparet. Alius autem interpres dixit, Dispẽsans res eius cum iudicio. Hoc est, Fruetur magna prosperitate, nihil ab eo suscipietur quod sit absurdum & alienum, vt qui fuerit optimus dispensator. Qui enim est crudelis & inhumanus, & misericordia non mouetur, est à vera dispensandi ratione alienus. Quid enim possit esse hoc grauius, quàm quando qui est aditurus
Luc.16. periculũ animæ, pecuniis parcit, & illã negligit? Quocirca Christus quoque illũ laudauit œconomum, qui quando erat vocãdus in periculum, de schedulis trãs-
Prudẽs œconomus. egit, & de eo quod debebatur, rescidit. Quo modo enim non est absurdum, vt qui in præsenti quidem vita sunt in periculo, omnia sua profundant vt periculum redimant: cum autem veniant in periculum ne tradãtur supplicio, non vtantur eadem œconomia? Et ideo prudentem dispensatorem dicit misericordem, vt qui
Matth.25. Matt.10. Mar.9. multa paucis emat, pecuniis cœlum, veste regnum, pane & poculo frigidæ bona futura. Quid enim conferri potest cum hac dispensatione, quãdo quis ea dans quæ pereunt, fluunt, & intereunt, ea quæ sunt futura, & quæ

A sunt immobilia, accipit, & per ea in præsenti vita securitate fruitur? Et ideo dixit, Dispensabit sermones suos in iudicio. Vel, vt alius dicit interpres, Dispensans res suas cum iudicio. In quónam dicit iudicio, nisi in die futuro? Vel dicit quòd etiã in hac vita omnia sua optimè administrabit, nec erit in eis quidquam confusum, sed omnia erũt ordine collocata, omniaq; recta via & consequentia procedent, nulla erit in eis perturbatio, nullus strepitus aut tumultus, cum eleemosyna reddat eis omnia plana, facilia, & expedita. Quod etiam reddens manifestius interpres, dixit: Dispensans res eius cum iudicio. Is est enim misericors, qui res suas cum iudicio & consilio dispensat. Alius enim est inutilis, & à vera dispensandi ratione alienus. *Quia in æternum non commouebitur.* Quid potest conferri cum hac dispensatione, quando quis talem viam inuenerit, quæ eum liberat ab inopinatis casibus, & facit vt extra vitæ fluctus sit in portu, & cũ sit homo, nihil humanũ sustineat, vel sustineat quidem, sed nequaquam euertatur? Hoc est enim admirabile, quando non cedit tentationibus, nec ab eis prosternitur. Quid verò, an non sunt moti & labefactati multi misericordes? Nequaquam. Nam etsi redacti sunt pauperes, & ad extremam deducti miseritatem, & in ærumnas & calamitates inciderunt, minimè tamen euersi sunt, dum cogitarẽt ea quæ à se facta sunt, Dei beneuolentiam & præsidium ad se attrahentes, & validam aliquam & fortem anchoram, nempe bonam conscientiam, habentes. Non dixit itaque, Insidiis non appetentur, sed, Non commouebuntur. Quod etiam dixit Christus de illo qui ædificat supra Matt.7. petram. Non quòd non sit tempestatem passurus, sed quòd etiam tempestatem sustinẽs minime sit euertendus. Hoc est enim admirabile, non quãdo cessantibus tentationibus omnibus in tuto fuerit: sed quando maximis & frequentissimis machinis impetitus, perpetuò manet immobilis, nec vnquam euerti potest. Neque enim fieri potest, vt anima diues misericordia, obruatur vnquam à grauibus animi perturbationibus. *In memoria æterna erit iustus.* Vide ipsum non solum in tempore vitæ, sed etiam post mortem cõplures docere & instituere. Quo modo ergo dũ viuit, patietur aliquid mali, quando etiam moriẽs est aliis magister tranquillitatis? Vt enim sciant vel qui sunt maximè increduli, fructum eius manere immortalem in cœlis, hinc dat eius rei experientiã, defosso enim corpore, memoria eius vbique circunfertur. Talis est virtutis potẽtia, non cedit tempori, non marcescit longitudine temporis. Virtus quã efficax.

D Hoc autẽ fit propter salutem malorum. Illi enim non habent opus laudatione hominum: qui autem viuunt in vicio, illis egent encomiis, vt ex laude eorũ quę præclarè ab aliis gesta sunt, fiant virtutis studiosiores, & aliquando liberentur à vicio. Vbi sunt ergo qui sepulMonumẽtũ perpetuum. chra sumptuosa ædificant, ædesq; magnificas excitant? Audiant quodnam sit monumẽtum perpetuum. Non lapidum extructio, nec murorũ ambitus & turres, sed bonorum operum ostensio. Hæc autem ponit propter eos qui sunt valde increduli, & futura non attendunt: vt cum à præsentibus & iis quæ apparent eos abduxerit, deducat ad futura: & alioqui ostendit quòd virtus (vt sæpe dixi) etiam ante illa præmia habet in seipsa remunerationem. *Ab auditione mala non timebit.* Alius, Nuncium malum non timebit. Quemadmodum non dixit superius, eum non esse petendum insidiis, sed insidiis appetitum non esse commouẽdum: ita hic etiam non dicit eum non esse auditurum malum nuncium: sed

sed audientem minimè formidaturum. Nam siue bellum viderit aduẽtare, siue terræmotũ oppida diruere, siue latrones & murorũ effossores omnia eripere, siue barbaros incursiones facere, siue morbũ mortem minitari, siue iram iudicis, siue quodcunque aliud, minimè extimescet: suas enim opes antea deposuit in loco tutissimo, & ex quo non possunt eripi: & imminente morte non modò non metuit, sed etiã festinat quamprimum in ea loca cõcedere, vbi sunt eius merces. Vbi est enim thesaurus hominis, illic cor eius. Si enim mercatores, qui domum multa onera præmiserunt, properãt quotidie videre suas diuitias: multò magis hic qui in cœlis omnes suas facultates antea deposuit, volet à rebus præsentibus auulsus ad futuras festinare. Nihil ergo ei poterit timorem incutere. *Paratum cor eius sperare in domino.* Alius, Firmum est cor eius, idem significans, & interpretans illud, Paratum. Quod autem dicit, est eiusmodi: Nihil est quod eum labefaciat, & vt in res præsentes animum affigat, efficiat: sed totus quantus est, ad deum extẽditur, & spem illam expectat, & in illa expectatione perpetuò defigitur, nec ab vlla re præsenti molliscit, abducitur, aut distrahitur. Tales enim sunt rerum præsentium solicitudines: mẽtem diuidunt, & cogitationem distrahunt. Necesse est autem Cõmanebit, rursus dicere illud Euangelicum: Vbi est thesaurus hominis, illic est etiam cor eius. *Confirmatum est cor eius, non commouebitur.* Vidisti eum qui ædificat supra petram. Quid enim potest timere qui est & nudus & accinctus, & nullam vlli præbet ansam? Quid potest timere, qui habet deum clementem & propicium? ita vt vtrinque sit tutus, & ex superno auxilio, & ex ea in qua hic inferius degit facilitate: nec quicquam poterit eum labefactare, non damnum pecuniæ, non probra, non calumniæ. Neque enim habet in quo lædatur, qui hinc in regionem cœli commigrauerit, ad quam sceleri & insidiis nullus patet aditus. Apertè enim sciatis oportet omnes insidias parari vel pecuniis, vel pro pecuniis: & omne hominum studium in his ponitur. *Donec despiciat inimicos suos.* Dæmones hic dicit inimicos. Quis est enim eius inimicus, nisi scelerati dæmones, & ipse diabolus? *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.* Postquam eleemosynæ, & commodandi & miserendi meminit: (sunt autem multæ mensuræ eleemosynæ: hic enim dat minus, ille verò amplius) videamus quẽnam dicit misericordem, eúmne qui præbet ex abundantia: an eum qui suas facultates exhaurit & exinanit? Certum est quòd eum qui exinanit: eum qui re profusè ac largiter vtitur. Quod etiam Paulus quærit, dicẽs: Qui seminat in benedictionibus metet etiam in benedictionibus. Vide autẽ quo modo propheta optimè vsus est dictionibus. Nõ enim dixit, Dedit, vel distribuit, sed, Dispersit, simul & eius qui præbet, largitatem ostendens, & rem sementem nominans. Tales enim sunt qui seminant: Dispergunt quæ sunt reposita, & quæ sunt manifesta amittũt, vt futura accipiant. Hoc est collectione melius. Ita enim dispergere melius est quam colligere. Dispergũtur pecuniæ, & colligitur iustitia. Dispergũtur quæ non manent, vt acquirantur manentia. Hoc ipsum faciunt etiam agricolæ. Sed illi quidem propter incerta (est enim terra quæ suscipit) tu autẽ in manu dei, vnde fieri nõ potest vt perdas. Quãdo ergo videris aurum esse pulchrum, & veritus fueris id eiicere, veniant tibi in mentem ij qui seminãt, ij qui fœnerantur, ij qui mercaturas exercẽt, qui à sumptu & impensis incipiunt, cum tamen sit incertus rerum quas tractant exitus: nam & fluctus, & terræ sinus, & debitorum syngraphæ, & omnia sunt incerta. Sæpe enim in sorte damnum acceperũt fœneratores: cœlum autem timet agricola. Hic autẽ nihil horum metuit, sed & de sorte & de fœnore potest esse securus, si hoc dicendum sit fœnus, & nõ sorte longè amplius. Sors enim est pecunia, fœnus autem regnũ cœlorum. Vidisti naturam mutui, quod habet vsuram sorte longè maiorẽ. Et hæc quidem in futuro: in præsenti autem magnam libertatem consequêris, eris remotus ab omnibus insidiis, calumniatorum & auarorũ cupiditatem extingues, vives securè toto vitæ tẽpore vt qui nec angaris de tuis bonis solicitudine, & spe futurorum bonorum erigaris. *Cornu eius exaltabitur in gloria.* Quod est maximè expetendum hominibus, hoc ponit assiduè. Id autem est splendor & gloria, quæ & illic eos excipiet, & hic eis aderit abundè & largiter. Nemo est enim adeò clarus & insignis, vt misericors. Et si vis, accipe eos qui in curriculis & theatris temere sua consumunt. Duc in medium misericordem, & tunc videbis quãtus sit vtriusque fructus, quo modo eum quidem omnes perpetuò laudant & admirãtur, communem patrem & seruatorem existimãtes: illi autem cum illo solo die imperpetuo quodam & temerario impetu applauserint, postea criminantur vt credulẽ & inhumanum, vt inanis gloriæ cupidum, vt intemperantiæ ministrum, & seruum improbitatis. Sed & si in conuẽtibus quandoque eiusmodi verba fiunt, illorum quidem notantur sumptus, & reprehenduntur inpensæ: hos autem nemo est adeò impudens & sceleratus, qui etiamsi sit millies crudelis & inhumanus, non laudet & admiretur. Eiusmodi enim res est virtus, vt etiam ab iis qui illam nõ sequuntur laudetur: quemadmodum vicium iis etiam qui ei sunt dediti, sit exosum, & reprehẽsione plenum. Itaque illos quidem ne ij quidem qui accipiunt laudãt, meretrices inquam, aurigæ, & saltatores, sed eos etiam insectantur: hunc autem non solum pauperes qui acceperũt, sed ij etiam ad quos nihil rediit ex liberalitate, omnes mirabuntur & amabunt. *Peccator videbit, & irascetur: dentibus suis fremet, & tabescet.* Talis res est virtus, vicio grauis & molesta. Quemadmodum enim ignis accendit spinas, ita etiam benignitas & clementia homines quantúmuis feros irritat. Ea enim illorum improbitatem reprehendit & accusat. Sed vide eum, ne cum inuidia quidem extabescit, audere accusare, & clarũ virtutis aspectum intueri, sed mẽte quidem liquescere, & dentibus dolorem ostendere, non audere autem verbum proferre, sed tantùm angi & excruciari. Tale est enim vicium, etiamsi ad ipsa sceptra ascẽderit, & iuxta eos steterit, quorum sunt capita cincta diademate, est omnium abiectissimum, & maximè formidolosum, & simile est alicui strepitui ac tumultui, & mari insanienti, etiamsi sit maxima stipatum potentia: quẽadmodum virtus contrà: Nam licet ad extremam redacta sit inopiam, & sit in ipso carcere, est regibus splendidior, & magna fruitur securitate, & sedet in portu nullis agitato fluctibus, non modò nihil patiẽs ab improbis, sed vel ipso silentio potens vlcisci improbos, & de improbitate extremas pœnas exigens. Quid fuerit enim miserius homine qui viuit in scelere, quando præter id quòd seruit pecuniis, aliorum etiam rectè factis mordetur, & aliorum laudẽ suam pœnam existimat & ipse à seipso supplicium exigit suam conscientiam lanians, & mentem excrucians, & seipsum in se carnificem exhibens? Vidisti excellẽtiam virtutis & potentiã. Vidisti imbecillita-

Matth.6. Luc.12. — Matth.6. Amittere peccatis. — Matth.19. — Misericordis hominis splendor. — Agonistarũ vanitas. — Matt.6. — Paratum cor eius sperare in domino. — Matth.7. Roma.8. — Daniel.5. Marc.6. Roma.2. — Apoc.21. Insidiæ cur patuntur. — Sapien.2. — Vicij fœditas. Gene.4. Prouer.28. — Virtutis splender. — Gene.37. Iob.5. Prouer.14. Sceleratorũ miseria. — Psal.9. — Similis. Matth.6. Luc.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

imbecillitatem vicij & miseriam: sed non in hoc solo eius cõsistit calamitas, sed etiam in aliis pluribus: quod ipsum quoque significans, subiunxit, dicens: *Desiderium peccatorum peribit.* Quid est, desideriũ peccatorum peribit? Nusquam, inquit, sistitur. Quoniã enim ea quæ dederat, sunt eiusmodi, fluxa & prætercurrẽtia, desideriũ quoq; res imitatur, vt quod extinguatur & pereat, & nullam radicem habeat. Quòd si est hic peccator in hoc statu, cogita quónam modo se habebit in futuro seculo. Ne hæc ergo patiamur, hanc viam fugiamus, illam autem eligamus, & perpetuò ingrediamur, quę est tuta, quæ est inexpugnabilis, quæ est plena voluptatis, quæ referta est gloria, quæ cœlum nobis conciliat, quæ in omnia quæ dei sunt, nobis præbet beneuolentiam, quæ facit vt philosophemur, quæ tot & tanta in se bona continet, quanta ne oratio quidem explicare poterit: quæ detur omnibus nobis consequi, gratia & misericordia.

IN PSALMVM CXII.

Psal.49. Psal.68.

Laus dei quid difficultatis habeat.

Eccl.15. Matth.5.

Esa.6.

Psal.148.

Matth.6. Luc.4.

Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. In scripturis sæpe verba fiunt de his laudationibus: nõ est enim quid leue, sed aliquod sacrificium, & oblatio quæ deo placet: Sacrificiũ, inquit, laudis glorificabit me. Et rursus, Laudabo nomen dei mei cum cantico, magnificabo ipsum in laudatione: & placebit deo super vitulũ nouum cornua producentem & vngulas. Sacri quoq; libri id sæpe præcipiunt, & qui seruantur, pro magnis gratiarum actionibus id offerunt. Et quámnam habet, inquit, hoc difficultatem? Cui autem non vel humilis & abiectæ cõditionis homini id præstare, & deum laudare est facile? Si rem diligenter & exactè didiceris, videbis & laborem qui in re inest, & lucrum quod ex ea percipitur. Primùm quidem hęc laus à iustis requiritur, & oportet vitam prius rectè instituentem, hymnos ita deo canere. Non est enim pulchra laus in ore peccatoris. Secũdò, non verbis solùm, sed etiam factis laudare oportet, & hanc laudem deus maximè requirit, hanc gloriam. Luceat enim, inquit, lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Ita laudãt Cherubim. Quocirca Propheta quoque cum illam mysticam audiisset melodiam, seipsum afflictat, & miserum ducit, dicens: Hei mihi quòd homo sum impura habens labra, & habito in medio populi impura labra habentis. Et ideo cum præcipit laudes offerre, incipit à superioribus potestatibus, sic dicens, Laudate dominum de cœlis, laudate eum omnes angeli eius. Oportet itaque angelum fieri, & ita laudare. Ne ergo hanc laudem rem esse leuẽ existimemus: sed ante os nostrum vita nostra ipsum laudet. Ita quidem vel tacentes deum laudare possumus: ita etiam loquentes edemus modulationem vitæ conuenientem. Hoc autem non solum ex psalmo discere possumus, sed etiã quòd omnes ducit ad symphoniã, & chorum integrum & absolutum statuit. Non enim vnum tantum aut duos alloquitur. sed vniuersum populum. Et quemadmodum Christus nos deducens ad charitatem & concordiã, iubet vt in precibus fiat cõmuniter oratio, & ab vniuersa ecclesia tãquam ab vna persona dicatur, Pater noster: &, Panem supersubstantialem da nobis: &, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & ne nos inducas in tãtationem, sed libera nos à malo: vbique vtens plurali nomine, & præcipiens vnicuique, etiamsi per se oret, pro cunctis fratribus offerre orationem: ita etiam Propheta vocat omnes communiter ad cõcentum orationis, & dicit, Laudate nomen domini. Quid sibi vult hæc adiectio nominis? Maximè quidem explicat affectionem dicentis: Significat etiam aliquid aliud. Quídnam? vt nomen eius per nos glorificetur, vt per nostrã quoq; vitam videatur laudabile, est enim quidem tale. Vult autem hãc quoque laudem per rectam nostræ vitæ institutionem illustrari. Et vt scias ita esse vide quæ consequuntur, subiungit enim, *Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc & vsque in seculum.* Quid dicis? Non erit benedictũ, nisi tu precatus sis? Vides eum non dicere de ea quæ illi adest benedictione, & est eius naturæ attributa, sed de ea quæ fit per homines. Paulus quoque de ea scribens dicit: Glorificate vero deum in corpore vestro, & in spiritu vestro. Ipse ergo est altus, & magnus, & laudabilis per seipsum, apud homines autem talis quoq; efficitur, quando qui ei seruiunt, talem vitam ostenderint, vt quicunque eos vident, laudibus & bonis verbis dominũ prosequantur. Hoc ipsum nos quoque in precationibus iussit dominus semper dicere, precantes: Sanctificetur nomen tuum. Hoc est, per nostram quoque vitam glorificetur. Quemadmodum enim dum malè viuimus, cõtumeliis & probris afficitur: ita dũ virtutis curã gerimus, gloria afficitur. Quod ergo dicit, est eiusmodi: Fac vt nos perpetuò rectè & ex virtute viuamus, vt sit nomen tuum benedictum.

Nomen domini per nos vt glorificetur.

Rom.12. Luc.2.

A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen domini. Vides eum iam communem exordiri rempublicam, & aperire nobilitatem ecclesiæ. Nom amplius enim in Palæstina solùm, nec in Iudæa, sed est vbique terrarum nomen domini. Quando autem hæc euenerunt, nisi quando nostra cœperunt efflorescere? Olim enim non solùm non benedicebatur in Palęstina, sed etiam blasphemabatur, & maledictis incessebatur propter Iudęos qui in ea habitabant. Propter vos enim, inquit, nomen blasphemabatur inter gentes. Nunc autem vbiq; terrarum laudibus celebratur. Quod quidẽ alius quoque propheta significans, dicebat: Apparebit dominus, & perdet omnes deos gentium, & adorabunt eum vnusquisque in loco suo. Et rursus alius: Et in nobis claudẽtur portæ, & non accendet ad altare nomen domini: quoniam ab ortu solis vsq; ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco offertur suffitus nomini meo, & purum sacrificium. Vides quo modo res Iudaicas contraxit, & repressit, & vbiq; terrarum ecclesiasticam vitæ formam prædicauit. Qui enim hæc dicit propheta, fuit post reditum à Babylone: & ideo hæc tunc prædixit, ne dicerẽt Iudæi eum dicere conclusionem illam & destitutionẽ quæ fuit in Babylone. Postquã enim illa cessassent, & ipsi ad priorem reuersi essent rempublicam, ea dicit angelus, significãs eorum destitutionem, quæ fuit tempore Vespasiani & Titi, postquam nõ erit deinceps mutatio illius solitudinis ac destitutionis. Illã enim consecutæ sunt res ecclesiæ. Et ideo dicit, Magnum nomen meum in gentibus, hoc est, benedictũ, quod per bonam ipsorũ vitam laudatur, quemadmodũ hic quoq; dicit, Benedictum nomen domini. *Excelsus super omnes gentes dominus.* Vides rursus gentes eius cultum suscipere, & nõ vnã tantùm, aut duas, aut tres, sed quæcunq; sunt in orbe terrarũ. Quid est hac prophetia clarius? Quo modo autem est excelsus super omnes gentes? Quoniã eum magnificamus, nõ ei aliquam addentes altitudinem, absit, sed dogmatibus, cultu, adoratione, & cæteris omnibus

Esa.51. Malac.1. iuxta 70. interpret.

Esa.2.46.

Magnificari aut beneficus deus à nobis quid sit.

non

non aliquid humile & abiectũ de eo cogitantes, vt Iudæi, sed multò maiora & altiora. Talis est enim hęc nostra reipublicę forma, quantò cœlũ est terra altius, tantò hæc altior veteri. Et ideo dicit, Excelsus super omnes gentes dominus. Etenim cũ eum per cultũ attollimus, illud quoq; scimus, hęc esse per quandã demissionem, & ad captum nostrum accõmodationem. Quare etsi sint in nouo, quàm in veteri altiora, sunt tamẽ eius dignitate longè inferiora. Et ideo Paulus vtriusq; cognitionis, & quæ nũc est, & quæ tunc in futuro seculo futura est, differentiam ostendens, dicebat: Quando eram paruulus, sapiebã vt paruulus, cogitabã vt paruulus: quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Et rursus, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & videmus nunc quidem per speculum in ænigmate, tũc autẽ facie ad faciem. Per hæc enim ostendit hanc cognitionẽ ab illa tantũ abesse, quantum puer à viro qui peruenit ad perfectam ętatem. *Et super cœlos gloria eius.* Quoniam dixit de laude & exaltatione quæ sit per rectam vitæ humanæ institutionẽ, & deum ita extollere, ita laudare, ita magnificare exhortat⁹ est, ad maiorem virtutem incitans ostendit vbinam hoc maximè fiat. Vbinã ergo hoc fit? In cœlis. Illic enim est eius gloria. Angeli enim eum maximè glorificant, non ex sua natura solum, sed etiam ex obediẽtia hominum quibus ministrant, præcepta eius exactè perficientes. Et ideo dicit, Potentes virtute, faciẽtes verbũ eius. Porrò autem in euangeliis quoq; iussit Christus orare, & dicere, Fiat volũtas tua sicut in cœlo & in terra. Hoc est, quẽadmodũ eum sanctificant angeli, ab omni quidem vicio liberati, virtutẽ autem exactè persequentes: ita etiã nos digni habeamur qui ipsum sanctificemus. Hoc ipsum hîc quoq; significans, subiunxit, Et super cœlos gloria eius. Non solùm enim in terra videris has creaturas quæ cernũtur, nec pulcherrimũ ordinem qui est in cœlo, sed ascende à sensilibus ad ea quæ percipiũtur sola intelligentia, ad pulchritudinẽ illarum substãtiarum, ad splendorem illius reipublicę: & tunc scies quo modo est in cœlis gloria eius. *Quis sicut dominus deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit?* An non videtur magnũ esse quod dictum est? Sed quando cõsideraueris de quònam id dictũ sit, hoc longè erit eo inferius. Ita, sicuti dixi, nõ oportet in verbis solis sistere, sed vsq; ad sensum cõscendere. Quo modo enim in cœlis habitat, qui cœlũ & terrã implet? qui vbique præsens est? qui dicit, Deus appropinquãs ego sum, & nõ deus procul? Qui mensus est cœlũ palmo, & terram pugillo? qui continet ambitum terræ? Sed quoniã loquebatur tunc cum Iudæis, propterea eo sermone vsus est, paulatim erigens eorum cogitationẽ, & mentem sensim extollẽs & euehens. Non enim dixit solummodo, Qui in altis habitat, & humilia respicit: sed cùm prius dixisset, Qui sicut dominus deus noster, illud subiunxit, ostendens quãnam de causa illud secundũ dixerit, nempe propter Iudaicam imbecillitatẽ simulachra stupentem, & deos in locis & templis cõclusos adorantem: & ideo induxit parumper cõparationem, licet citra cõparationem deus omnes superemineat: sed ad imbecillitatẽ auditorum, sicut dixi (neq; enim cessabo hoc assiduè dicere) componit orationẽ. Neque enim quærebat vt tunc diceret aliquid dignum eius gloria, sed vt quod diceret, ab eis capi posset. Et ideo paulatim eos sustollit: & tamen ne tic quidem permanet in humilitate, sed rursus aperit quasdam altiores intelligẽtias. Postquam enim dixit, Qui in altis habitat, & humilia respicit: rursus ad altiora orationem extollens, dicit: *In cœlo & in terra.*

Ostendens eum esse vbique, & hic, & illic. Nõ enim tanquam in cœlo inclusus, respicit eminus quę fiunt in terra, sed vbique præsens, & omnibus assistens. Vidisti quo modo paulatim mentẽ auditorũ sustollit. Deinde cum auditorẽ à terra extulisset, & in cœlo collocasset: rursus procurans vt aliquid maius animo apprehẽderet, venit ad aliud eius potentiæ indiciũ, dicens, *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem,* Magnæ est enim, atque adeo ineffabilis potentiæ, parua extollere. Alicubi autẽ contrariũ quoq; ponit alius, quòd magna quoque humiliat, sic dicens: Diuidens cõtritionem super fortitudinẽ, & miseriam supra munimentũ adiungẽs. Hic quidẽ certè dictũ est quòd potest pusillos erigere. Est itaq; generalis oratio. Quòd si quis hæc etiam velit accipere anagogicè, videbit hoc factũ esse in gentibus, videbit hoc euenisse in nobis tempore aduentus Christi. Quid enim erat nostra natura pauperius? eam tamen erexit & sustulit in cœlũ cum nostris primiciis, & fecit cõsidere in cœlis in throno patris. Et de stercore erigens pauperem. *Vt collocet eum cum principibus populi sui.* Stercus hic dicit vilitatem, & quæ ex ea fit repẽtinam mutationem, ostendẽs ei esse omnia facilia & expedita. Deinde transit ad aliud maius. Quòdnam hoc? Quòd nõ solum potest res transferre, & humilibus dare authoritatem, sed ipsius etiam naturæ transmouere limites, & eã quæ est sterilis, matrẽ efficere. Et ideo subiunxit. *Qui habitare facit sterilẽ in domo, matrẽ filiorũ lætantem.*

Quod quidem factum est in Anna, quod factum est in aliis innumerabilibus. Vidisti hymnum perfectum, vidisti hymnum cõpletum. Dixi ea quæ erãt futura, vt vniuersus orbis terræ se rectè gereret, quo modo erat cessaturus Iudaismus, quo modo noua ecclesiæ respublica erat lucẽ exitura, quo modo erat vbique offerendum sacrificium. Deinde efficiẽs vt vel crassioribus fide digna esset oratio, ex iis quæ iam fiunt, quæ sunt futura cõfirmat. Quod autem dicit, est eiusmodi: Ne diffidas futuram tantam mutationem, & disiectas gentes esse venturas in gloriam. Nõ vides hæc fieri quotidiè? extolli humiles, & sedere cum principibus? Non vides naturã, quæ erat manca & mutila, corrigi, steriles matres fieri? Tale quid etiã vsuenit in ecclesia. Erat sterilis, sed multorũ filiorũ mater facta est. Quocirca dicit Esaias: Lætare sterilis quæ nõ paris, erũpe & clama quæ non parturis, quoniam multi sunt filij desertæ magis quàm eius quę habet virum, hoc in ecclesia futurũ prænuncians. Quocirca hîc quoque finiit orationem, prophetiam fide dignã hinc efficiens ex iis quæ iam facta sunt ab eius maiestate. Quęcunq; enim deo visum fuerit, sunt factu facilia. Potest enim trãsmutare naturam, & humilitatẽ transferre in altitudinem, & mores corrigere. Cùm hæc ergo sciamus, omnia quæ nostra sunt afferamus, & omni fruemur gloria, & ad ineffabilem ascẽdemus altitudinem, dei auxilio freti: cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CXIII.

IN *exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro, facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius.* Magnam hîc testatur dei benignitatem & mansuetudinem. Quãmnam hanc? Quòd cũ quamprimum ostendit potentiam, tũc vt adoretur exigit. Hoc enim significans dicebat, In exitu Israël de Aegypto. Tunc enim suam ostendit potentiam per signa quæ in Aegypto facta sunt, & per ea quæ in deserto: tũc etiam populum

Esa.57. *Iob.11.* *Esa.66.* *Esa.6.* *1.Cor.1.* *Ephe.2.* *Sam.2.* γνώμη. *Fuit Iudæa.*

Psal.13. *Ibidem.* *Matth.17.* *Hebr.10.* *Psal.148.* *Matth.6.* *Luc.4.* *Hiere.23.* *Esa.40.* *Deus cur in cœlo habitare dicatur.* *Esa.46.* *Exod.6.* *Num.10.11.* *Esa.40.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

populum sibi effecit familiarem. Hoc ipsum etiã fecit in Adam. Cùm enim prius mundum feciisset, & suæ sapientiæ & potentię vim ostẽdisset, ita finxit hominem, & ab eo exegit adorationem. Ita etiam vnigenitus dei filius cùm primũ signa præbuisset multa & omnis generis, tunc fidem exegit. Quocirca iis quidem qui ab initio ad eum accedebant, vt qui eius pignora nõ haberent, nec argumentum diuinitatis, nõ dicebat, Credite, quia possum hoc facere: sed signa solummodo ostendebat. Sed postquã vbique per Palæstinam deposuit suæ monimenta potẽtiæ, mutilis corporibus remedium afferens, vicium expellẽs, de regno differens leges salutares sanciens, tunc etiã fidem exegit ab iis qui accedebant. Homines enim volũt prius imperium obtinere, & tunc aggrediũtur benefacere: deus autem incipit à beneficiis. Et quid dico alia beneficia, cùm etiã crucem ipsam sustinuerit, & tunc orbem terræ vicerit, quam gerebat curam factis ostendens? Hoc ergo psalmographus quoq; hîc significãs, dicebat, In exitu Israël de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro, facta est Iudæa sanctificatio eius. Hoc est, in exitu, in recessu, in liberatione ab Aegypto. Nõ dixit autem solummodo de Aegypto, sed adiecit, de populo barbaro, nomine hostium, dei curam ostendẽs. Ab illis enim crudelibus & immanibus Aegyptiis nõ potuissent liberari, nisi habuissent manũ fortem, & dexteram inexpugnabilem. Erant enim vel feris sæuiores, & petris duriores: qui cùm tot acciperẽt plagas, minimè cederent. Postquam ergo dixit populũ barbarum, ostẽdit quàm magna esset dei potentia, quòd adeò barbarum, adeò efferatum hominem nunc quidem persuasit, nunc verò vel inuitum coëgit seruos dimittere, & cõtendẽtes postea mari obruit, & ita suum populũ liberauit. Quid est autem, Facta est Iudæa sanctificatio eius? Pro eo quod est, Populus ei seruiens, & eum colens, populus ei dedicatus, populus ei factus peculiaris. Sanctificatio autẽ propriè dicebatur templum, adyta, sancta sanctorum, quẽadmodum Zacharias quoq; introducit aliquos rogãtes, & dicentes: Ingressa est huc sanctificatio? an ieiunabimus? de reditu arcę & aliorum significans. Facta est Iudæa sanctificatio eius. erat enim antea regio impura & execranda, sed postquam accessit populus, facta est ciuitas sanctificatio eius: hoc est, introducta est sanctificatio per obseruationẽ, per sacrificia, per cultũ, alioq; ritus & ceremonias. Israël potestas eius. Sub eius imperio, inquit. Atqui vniuersus orbis terræ eius imperio suberat, sed hi etiam amplius, ex eo quòd eos habebat proprios & familiares, quãdoquidẽ & ꝓphetias suscipiebãt, & cum eis differebat, & res eorum variè administrabat. Quinetiã alio modo appellabatur eius populus. Illius enim nutu sæpe & ad bellum procedebant, & multa alia administrabant. Cùm eos enim à barbaricis manibus, tyrannide, & seruitute, & extremo periculo, & mente impia liberasset, Rex eorũ factus est. Hoc ipsum etiam alibi suam causam agens, & ostẽdens se quæ sua erant primùm ostendisse, quæ illorum autem erãt, requirere, dicebat: Nũquid solitudo fui domui Israël, vel terra inculta? Quod autẽ dicit, est eiusmodi: Num fui vobis inutilis? Num innumerabilia bona in vos cõtuli? Non ipsam naturã mutaui? Non elementa vt vobis seruirent cõposui? Non dedi vobis vitam ab humanis laboribus liberam? Propterea dixit: Num solitudo fui domui Israël? hoc est, Nõ fructus tuli innumerabiles: libertatẽ Aegypti, liberationẽ barbarorum, ostensionem miraculorum, vitam in deserto, hæreditatem Palęstinæ, subiugationem gentium, continua trophęa, frequentes victorias, miracula incredibilia, continua prodigia, terręfertilitatẽ, generis vestri incrementum, quæ vniuersum terrarum orbẽ peruadit, gloriam, alia innumerabilia. Vidisti fructus dei: & ideo subiunxit, Nunquit fui terra inculta? Hoc est, non innumerabiles fructus à me susceptis? Nõ benedixi introitum & exitum vestrum? greges vestros & armenta vestra? panem vestrum, & aquam vestram? Non feci vt essetis omnibus inexpugnabiles? inuicti & terribiles? Non tanquã ex fontibus omnia vobis è cœlo & è terra manebant? Hoc enim maximè ostendit principem, quòd scilicet γνήσιον. suorum curam gerat, eisq; prouideat ac prospiciat. Et ideo dicebat Christus, Pastor bonus, non dixit, honoratur & colitur, sed animã suam ponit pro ouibus suis. Hoc est principatus, hoc est pascendi scientia, sua negligere, & eorũ quos regit, curam gerere. Quod est enim medicus, hoc est princeps, vel potius plus quàm medicus. Medicus enim arte salutem cõparat, princeps autem etiam propriis periculis. Quod etiam fecit Christus, pugnis cęsus, crucifixus, & alia innumerabilia perpessus. Quocirca dicebat Paulus: Etenim Christus non sibi placuit, sed quemadmodũ scriptum est, Opprobria exprobrantium tibi, cecciderunt super me. Duo ergo, immò verò tria, atq; adeò innumerabilia hic ponit beneficia, quòd eripuerit à barbaris, quòd liberauerit ab alienis, quòd exemerit à seruitute, quòd laboribus & afflictionibus finẽ imposuerit, quòd innumerabilia fecerit miracula. Deinde quòd eos etiam esse voluerit eius sanctificationem, & eius esse dicto obedientes. Nam hoc quoque nõ est paruum genus beneficij, referre eos in numerum eorum qui sunt sub eius ditione. *Mare vidit, & fugit, & Iordanis conuersus est retrorsum.* Videorationẽ exaggeratam, & amplificatũ beneficium. Quid enim, inquit, dicendum est de barbaris & gentibus, quando cessit etiam creatura, & locum dedit, & conuersa ad contraria, respiciens ad Imperatorem, & cedens duci populi? Hæc enim omnia tunc eueniebant populo Hebræorum, vt scirent quæ fiebant, non fuisse humanæ consequentię, sed omnia fuisse mirabilia effecta diuinæ & ineffabilis potentiæ. Vide autem emphasin dictionis, & quàm sit optimè posita. Nõ dixit enim cessit, aut substitit: sed quid? Mare vidit, & fugit, recessus celeritatem fuga volens ostendere, magnitudinem admirationis, & facilitatem dei operationis. Et ne quis existimet hoc certo temporis ambitu aut fortuitu accidisse, ab illo tempore non amplius factũ est, sed semel quando deus iussit, idq; variè in diuersis personis. Insolens enim vndarum impetus, veluti animatus, & ratione præditus, Deo iubẽte hos quidem seruauit, illos verò perdidit: & aliis quidem sepulchrum, aliis verò fuit vehiculum. Hoc ipsum etiam videris in fornace Babylonica. Ignis enim qui temere & casu ferebatur, moderationem & certum ordinem ostendit quando deus pręcepit, eos quidem qui erant intus, conseruans: eos verò qui foris sedebant, inuadens & consumens. Iordanis conuersus est retrorsum. Vidisti & in diuersis temporibus & in diuersis locis fieri miracula. Vt enim scirent dei potentiam vbiq; esse extensam, & loco non cõcludi: & in barbara regione, & in solitudine, & vbique adfuit faciens miracula, & nunc quidem in mari, nunc autẽ in fluuiis, & tunc quidem cum regeret Moses: postea autem cum dux esset Iesus: & per miracula vbique transmittebantur: vt nullo sensu præditam mentem, durámque eorum intelligentiam miraculis emollitam,

Matth.11. Mar.3. Luc.4.6. Io.10.11.12.13. — *Exod.3.* — *Exod.7.8.9.10.11.* — *Exod.14. Deut.7.26* — *Sanctificatio. Zach.7.* — *Hier.2.* — *Exod.14. Exod.16.* — *Esa.61.* — *Amos.2.* — *Iohan.10.* — *Rom.15.* — *Mirabila non temere falla.* — *Exod.14.* — *Daniel.3.* — *Act.7.*

70. ἐγενήθη Ἰουδαία — Κεχειροτονημένη.

Universidad de Deusto
Biblioteca

emollitam,aptiorẽ redderet & magis ductilẽ ad ſuſci- A
piendam dei cognitionem. *Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium.* Hic nobis oritur nõ parua quæſtio.Nõnulli enim dubitantes dicunt:Priora quidẽ facta eſſe ſcimus:hiſtoria enim tradidit & diuiſum fuiſſe
Exod.14. in exitu mare rubrũ, & Iordanẽ fuiſſe retro cõuerſum
Pſal.4. quando arca tranſiit:exultaſſe autem montes & colles, hoc nuſquam ſcriptũ eſſe videmus. Quid hoc ergo ſibi vult? Volens propheta læticiam & miraculorũ magnitudinem hyperbolicè oſtẽdere, vel ipſa inanimata inducit choros propemodũ ducentia & exiliẽtia, quæ quidẽ ſolent fieri ab iis qui lætitia afficiuntur. Eò ergo ſpectat adiectio illius ſimilitudinis,Tanquã arietes, & tanquam agni ouiũ.Illa enim animalia quando lætan-
Pſa.14. tur,ſolent ſaltibus oſtendere lætitiã.Quemadmodum ergo alius dicit in calamitatibus vineã & vinũ luxiſſe, nõ quòd vitis lugeat(quo modo enim lugeat vitis) ſed B volẽs inſignem mœrorẽ oculis veluti ſubiicere, etiam ipſa inanimata cum ſenſiſſe dicit hyperbolicè: ita hic etiam inducit creaturã eſſe lætitiæ participẽ, vt oſtenderet gaudij magnitudinem. Ita etiam ſolemus dicere quæ hic ſunt læta euaſiſſe,quando virum honoratũ viderimus acceſsiſſe: Impleſti domum lætitia. nõ de parietibus loquentes, ſed inſigne gaudium oſtendentes.

Quid eſt tibi mare quòd fugiſti,& Iordanis quòd conuerſus es retrorſum.Montes exultaſtis vt arietes,& colles ſicut agni ouium? Per interrogationem profert orationem, & cum elemẽtis
Interroga-tio per pro-ſopopœiam. loquitur,eodem ſenſu quo ea dixit exilire.Quẽadmodũ enim ea dicebat exhilarata,nõ eis ſenſum tribuens, ſed(vt iam dixi)inſignem lætitiã oſtendens,& rerũ geſtarum magnitudinem: ita etiã eis affert interrogationem,non vt quæ reſpõdere poſsint, & ſenſum habeãt, ſed vt quod dicitur, efficiat apertius, & oſtendat rem C
eſſe admirabilẽ,& ſuperare hominum opinionẽ. Tanquam autẽ res noua facta eſſet,& nõ ex conſueta naturæ cõſequentia eueniſſet, ſubiungit interrogationẽ, & adiicit reſpõſionem.Quámnam? *A facie domini mota eſt terra,à facie dei Iacob.* Hic rurſus dicit motum,perculſionem,admirationẽ, vt oſtẽderet rerũ geſtarum magni-
Deus Iacob dominus ex ſerui nomine appellatus. tudinem.Deinde oſtẽdens quãta res ſit vnius viri virtus,ex ſerui nomine appellauit dominũ. Quod quidẽ Paulus quoq; dicit fuiſſe pro maximo honore conceſſum illis ſanctis, quoniã liberi erant ab omnibus quæ ad hanc vitã pertinebant.Nõ ſolùm enim ponit illum honorẽ,ſed etiam adiicit cauſam honoris,vt auditorẽ doceret viam per quã poſſet primùm hunc locũ obtinere.Quémnam? Vt ex ſeruorum nomine deus vocetur.Quocirca dicebat, Propter quam cauſam non eru-
Hebr.11. beſcit deus,deus eorum vocari: quo modo appellaba- D
Exod.3. *Matth.22.* tur deus ipſorum,dicens: Ego ſum deus Abrahæ,deus Iſaac,& deus Iacob.Deinde ponẽs etiam ſuperiùs cauſam talis vocationis,dixit:Et hi omnes mortui ſunt nõ acceptis promiſsionibus,ſed his procul viſis,cum & ſalutaſſent,& cõfeſsi eſſent quòd peregrini ſunt & hoſpites.Hæc eſt cauſa,& ideo ſubiunxit: Propter hanc cauſam nom erubeſcit deus vocari deus eorum, Propter quámnam?Quoniã cõfeſsi ſunt eſſe ſe hoſpites & peregrinos, & nihil habere cõmune cum præſentibus, ſed ſeiuncti ab iis quæ ad hanc vitã pertinẽt, ita degebant in aliena terra. *Qui conuertit petram in ſtagnum aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Quámnam quæſo veniam con-
Exod.17. *Deut.8.* *ἀκροτόμος* ſequentur, qui ſunt duri, & non facilè cedunt, cum & petra, & rupes quæ eſt dura & reſiſtens,cedit iuſſui domini:homo autem qui eſt ratione ornatus,& omnibus manſuetior, illis cuadit durior? Rupem enim hic dicit,quæ facilè ferro nõ cedit, ſed vix in vertice cõfrin-gitur. Illa tamen in cõtrariam naturam redacta eſt, & fontes aquarũ emiſit. Naturæ enim opifex poteſt ipſos quoque transferre terminos,& quę ſunt cõtraria oſtẽdere: quod ſæpenumero fecit in multis locis oſtendẽs ſe eum eſſe qui ex iis quæ non ſunt, fecit omnia. Poſtquã ergo dixit antiqua beneficia, miracula, prodigia, quo modo liberauit à barbarica ſeruitute, quo modo reduxit in libertatem,quo modo mutauit elementa,& omnia repleuit lætitia,& rogat etiã vt pro præſentibus ad eum portum confugiamus. Deinde quoniam illud quoq; factum eſt nõ propter merita eorũ qui afficiuntur beneficio, ſed propter dei benignitatem & clemẽtiam,& nomen eius:quod quidẽ dixit vt non prophanetur nomen meum,ſed ſciant omnes per ea quę facta ſunt,eius virtutẽ & potentiam, & hoc ſit occaſio & argumentũ doctrinæ: hanc etiam nunc affert rationem, dicens:Etiamſi nos vita deficiat, nec habeamus ex noſtris rectè factis fiduciã, fac propter nomen tuum,ſicut dicebat Moſes.Cui hic quoque dicens cõſentanea,ait,

Non nobis domine nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Non propter nos,inquit,neq; vt nos reddas clariores & magis inſignes, ſed vt ipſe vbique tuã reddas manifeſtam potentiam. Etenim quemadmodũ eius nomen gloria & honore afficitur, dum ipſe fert auxilium: ita rurſus gloria quoq; afficitur,dum nos rectè & ex virtute viui-
Matth.5. mus,& præclaris inſtitutis clari ſumus.Luceat enim,inquit,lux veſtra coram hominibus,vt videãt opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis. Quemadmodum ergo gloria & honore in noſtris bonis operibus afficitur, ita contumeliis & maledictis inceſsitur, dum vitam in vicio trãſigimus. Hoc ipſum per prophetam quoque ſignificans dicebat: Nomen *Eſa.52.* meum propter vos blaſphematur inter gẽtes.Cum ergo nulla alia ratione poſsit eorum cauſam defendere, eò cõfugit,ſicut etiam Moſes. Sed non idẽ ſemper facit deus hominum ſalutis curam gerens. Si enim hoc ſemper faceret, multi ſocordes fierent & deteriores, quòd nihil mali paterentur,maximũ pignus habentes, nempe qui propter eius gloriam perpetuò ſeruarẽtur. Sed res non ita habet.Neque enim deo ſua gloria tan-
Salus hominũ deo magis eſt curæ quàm ſua gloria. tæ eſt curæ, quantæ ſalus hominum. Si enim homines eam contẽnunt,multo magis deus,qui nullo noſtrorũ indiget: ſed, ſicut dixi, quoniã propheta partes defenſoris ſuſcipit,eos ab iis ex quibus licet,defendit,& conduplicatione vtitur,dicẽs:Non nobis domine,nõ nobis, oſtendens magnam indignitatem eorum qui ſeruantur. *Sed nomini tuo da gloriam.* Nos enim ſumus di-
Super miſericordia gni malis innumerabilibus:ſed ne prophanetur nomẽ tuum. *Super miſericordia & veritate tua.* Alius, Propter *ἐπὶ ἐλέῳ, ob miſericordiam.* miſericordã tuam. Vides eum hoc quoque planè ſciuiſſe quòd deus id deſpiciens,vnum ſolum ſibi proponit, nempe vt corrigantur homines. Et ideo ſubiunxit, Ob miſericordiam & veritatem tuam. Hoc eſt, Propter miſericordiam tuam fer nobis auxilium, etſi non ſit tibi curæ gloria hominum,ſed propter miſericordiam & veritatem tuam.Potes enim,potes etiã puniens gloriã accipere,& non ſolùm miſerens.Sed non ſic, inquit, ſed propter tuam miſericordiã. Oportebat enim à uobis nomini tuo dari gloriam per bonam vitæ inſtitutionem,ſed quoniam hac in re officio noſtro functi nõ ſumus, fac id per tuam defenſionẽ, clementiam & miſericordiam. *Nequãdo dicant gentes,Vbi eſt deus eorum?* Audio multos nunc quoq; precando hæc dicẽtes,ſed timeo ne nequicquam dicant, Vbi eſt deus eo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum quando multi rapiunt,& iniuriam faciunt,& admittunt scelera innumerabilia. *Deus autem noster in cælo, quæcunque voluit fecit.* Multorum hic errorem corrigit. Quoniam enim multi deũ esse ignorant,talem eorum sententiam corrigens dicit:Deus autem noster in cœlo,quæcunque voluit fecit.Si autẽ in cœlo, multò magis in terra. Quid est,in cœlo quæcunque voluit fecit? Vel superiores inquit potestates,vel infinitos illos populos, vel præcepta quæ cum facilitate peraguntur. Si autem in terra magna est confusio ordiniſq; perturbatio,ne mireris. A vicio enim hominum, & eorum qui id persequuntur,improbitate,nõ autem à dei imbecillitate oritur.Quòd enim sit fortis & potens,quę in cœlo fiunt,id significant.Si autem nõ ita fiat in terra: qui seipsos reddunt indignos, in causa sunt. Porrò autem aliter quoque sumi potest quod dicitur, nempe quòd propter dei patientiam multa sunt quæ nondum accipiunt iustam remunerationẽ. Quò fit,vt iusti vincantur ab improbis dum non vult benignus & clemens deus de vniuscuiusq; peccatis pœnas cuestigio sumere.Nam si hoc faceret, sublatum esset iampridem nostrum genus.Hoc ergo hic dicit. Potens quidem est,& validus,& qui possit pœnas sumere, idq; manifestũ est ex iis quæ in cœlis fiunt,sed hoc nõ facit, vtens vbique lenitate & patientia, & attrahens ad pœnitentiam eos qui vitam transigunt in scelere. *Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur:oculos habent, & non videbunt. Aures habent, & non audient:nares habent,& non odorabunt.Manus habent & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.Similes eis fiãt qui faciũt ea.* In psalmo cẽtesimoquinto, eorum insaniam narrãs,dixit: Filios & filias suas sacrificarũt dæmoniis. In præsentia autem stupiditatem, & ipsius sensus priuationem,quòd inanimis materiis affixi sunt. Omnia autem eorum membra persequitur, ea fusius ludificãs.Deinde subiungens quoque dicit: *Similes eis fiant qui faciunt ea,& qui confidũt in eis.* Atqui virtus est,Deo esse similem,hic autem est imprecatio.Cogita autẽ quales sint, cùm vt quis eis euadat similis, sit summa imprecatio. Atque orationem quidem sic pulchrè figurauit,eos extremæ amentię insimulans,& esse ridiculos ostendens.Quo modo autem non est,dic quęso, ridiculum, vinctũ teneri à statua quæ habet in se figuram summæ turpitudinis? Quis autẽ velit nudã videre mulierem? Dæmon autem nudæ quoq; figuræ assidet.Et nunc quidem statuæ sunt imagines fornicationis,nũc verò insani in masculos amoris.Quid enim sibi vult aquila? Quid verò Ganymedes? Quid Apollo, qui virginẽ persequitur? Quid aliæ execrandæ figuræ? Vbique libido,vbiq; lasciuia nefariorum cõcubituum, & insanorum amorũ sunt vbique figuræ.Statuæ enim, & festa,& publici cõuentus & initia ac mysteria,vt turpissimas res probant & cõuincunt, ita sunt earundem monimenta & documẽta. Nec solùm docẽtur res turpes,sed etiam hominũ cędes ex eis ediscuntur.Vnde etiam auersantur dæmones. Nihil est enim aliud apud illos,quàm libido,& impudicicia, & intẽperãtes ebrietates,crudelitas, & inhumanitas, & cædes.Atque hinc videri possunt conflata esse festa.Cum itaq; simulachra nullo sensu prædita, & eorum qui illi cõfidunt amentiam esset ludificatus,ad dei laudem conuertit orationem,dicens, *Domus Israel sperauit in domino,adiutor & defensor eorum est.Domus Aaron sperauit in domino,adiutor eorũ & protector eorum est.Qui timẽt dominum,sperauerunt in domino:adiutor eorum & protector eorum est.* Per hæc enim & dei potẽtiam prædicat, & eius incomparabilẽ & super omnes excellentiam. Quæ enim Iudaico populo facta sunt, in medium adducẽs,ostẽdit eius duplex, immò verò triplex beneficium. Primùm quidẽ quòd eos liberauerit à dæmonibus. Deinde quòd seipsum manifestauerit. Tertiò autem quòd eis suum præbuerit auxilium. Diuidit autem orationem in Israëlem & genus sacerdotale, & eos qui ad eum accedunt ex gentibus.Nõ est enim cõferẽdus priuatus cum sacerdote,sed hic eum longe superat:& ideo meritò eam facit diuisionẽ. Maior enim est eis honor habitus. Deinde ostẽdens prouidentiam non esse rebus tantum Iudaicis concluſam,Proselytorum quoque meminit qui accedunt ex gentibus,auxilium & benedictionem factam in omnes esse dicens.

Dominus memor fuit nostri,& benedixit nobis. Benedixit domui Israel,benedixit domui Aaron.Benedixit iis qui timẽt dominum,pusillis cum maioribus. Quid est,Benedixit?Impleuit,inquit, bonis innumerabilibus. Etenim homo quoque deum benedicit,vt quando dicit,Benedic anima mea dominum.Sed qui deum benedicit,ipse lucratur:seipsum enim reddit clariorem,illi autẽ nihil largitur.Deus autem benedicens,nos reddit clariores: ipse autem nihil accipit.Deus enim nulla re indiget.Qua de re lucrum vtrinque nostrum est. Quo modo autẽ eos benedixit? Dedit eis panem è cœlo, aquã pluit é petra, introitum eorum & exitũ custodiit, armẽta & greges eorũ auxit, peculiarem populum nominauit,& regale sacerdotiũ, legem dedit,prophetas misit.Hæc etiã alibi prędicans, dicit:Nõ fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.Et alius,Quęnam gens est adeò sapiẽs, cui appropinquat dominus deus eius?Pusillis cum maioribus. Nullum, inquit, fuit genus cui defuerit benedictio,sed hæc omnia ad omnes extẽsa sunt. *Adiiciat dominus super vos, super vos & filios vestros.* Vidisti aliud genus benedictionis, nẽpe vt crescat genus.Et ideo alius contrariũ pro supplicio afferens,dicit: Et diminuti sumus, & sumus pauci præter omnes qui habitãt terram. Hac benedictione fruebantur etiã cũ essent in Aegypto,licet essent innumerabilia quę prohibebant, opera, afflictio,& calamitas,eorũ qui vrgebãt,crudelitas.Sed nihil eorũ verbũ dei interrupit, sed eò processit benedictio,vt in ducentis annis fierent sexcenta milia. Sed tunc quidẽ in his cõsistebat benedictio,nunc autem in nouo, in multò melioribus. Et ideo dicit Paulus: Benedictus deus qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo.Et rursus,Ei autem qui potest omnia facere lõgè abũdãtius quàm petimus vel cogitamus, ei gloria in ecclesia. Et ideo Prophetæ quoq; antiquitus quærẽtes beneficia, præbebãt hãc benedictionẽ.Helisæus enim eã quæ illũ susceperit, dationę filij remuneratus est.In nouo autẽ nõ hæc, sed multo maiora. Itaq; purpuraria nõ hæc petebat ab Apostolis,sed quid?Si non iudicastis me indignã domino ingressi, inquit, manete apud me.Vides quantũ interfit, & quænam quidẽ petebant qui erant in veteri,& quænam qui in nouo.Et rursus Christus,Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Et Paulus, Deus autẽ impleat vos gratia & spe in credendo, vt abundetis in spe,in virtute spiritꝰ sancti.Vidisti vim benedictionis, quæ bona largitur ineffabilia,& nihil habet terrenum. Et rursus Paulus, Deus autẽ conteret Satanã sub pedibus vestris celeriter.Sed in veteri,quãdo homines erãt crassiores,ex sensilibꝰ cõtexebatur benedictio,& multorũ liberorũ susceptio existimabatur esse res maxima. Quoniã enim mors ingressa erat ex peccato, Deus genus

Patientia dei.

Roma.2.

Idolorũ species.
Psal.95.
Zach.10.

Sacerdos priuatũ superat.

Benedicere dei.
Psal.m.
Benedicere hominis.
Psal.15.
Actor.17.
Exod.16.
Exod 17.
Psal.110.
Deut.11.
Exod.19.
Exod.20.
1.Reg.17.
2.Par.27.
Psal.147.
Deut.4.
Hiere.42.

Benedictio Hebræorũ in Aegypto.
Exod.11.

Benedictio vet°, nona.
Ephe.1.
Ephe.3.
4.Reg.4.

Actor.16.
Luc.10.
Roma.15.
Roma.16.
Deut.28.
Esa.1.
Roma.5.

nus

nus consolans, & ostendens eam non modo non consumpturam, nec interitum allaturam, sed longè etiam plures quàm ante futuros, inquit, Crescite, & multiplicamini. Postquam autem cognitum fuit mortem esse somnum, introductū est bonum virginitatis. Et ideo dicebat Paulus: Volo autē omnes homines esse in continētia, sicut & meipsum. Et rursus: Bonum est homini mulierem non tangere. Et rursus. Sunt eunuchi qui se castrarūt propter regnū cœlorum. Quanquam alioqui etiā in principio obscurè significauit opus esse virtute, non filiorum multitudine. Audi autē quo modo. Dicit enim quidam sapiens: Ne desidera multitudinem filiorum inutilium, nisi sit timor dei cum ipsis: neq; attende corū multitudinē. Melior est enim vnus quàm mille: & mori sine filiis, quàm habere filios impios: & melior est vnus faciens voluntatē domini, quàm innumerabiles impij. Iudæi autem nullo planè sensu præditi, ad carnem semper aspirantes, & virtutem negligentes, dicebant: Quid quærit deus nisi semen? Eis ergo ostendens se hoc non quærere, eos millies perdidit, cū virtute carerent. *Benedicti vos à domino.* Rectè adiecit, domino. Sunt enim etiam qui benedicūtur apud homines, sed sunt res illorū humanæ. Hæc est autem maxima benedictio. Homines quidē benedicunt, hoc est, laudant & celebrant eos quorū magnæ sunt opes, gloria, & potentia. Sed hæc quidē benedictio est & fluxa & momentanea, quinetiam quādo adest, nihil omnino affert lucri. Dei autem beneuolentia est perpetua, & in rebus maximis præbet vtilitatem. *Qui fecit cœlum & terram.* Vidisti quanta sit vis benedictionis. Verba enim eius fiūt opera. Cœlum quidem certè verbū eius effecit. Verbo, inquit, domini cœli firmati sunt. Illo verbo te benedicit, quod tanta potest. *Cœlum cœli domino, terrā autem dedit filiis hominum.* Quid dicis? Elegit sibi habitaculū in cœlo, & superioribus acceptis partibus, nobis quæ hic sunt para uit? Absit. Non ita habet, sed est oratio quæ se demittit ad captum auditorum. Si enim ita haberet, quo modo staret aliud quod à deo dicitur: Nunquid cœlū & terrā impleo, dicit dominus? Illud enim est huic cōtrarium, si id acceperimus prout verborū quæ se ad manum offert, sonat prolatio, & nō considerauerimus contēplationē quæ est in eis recōdita. Quid est ergo quod dicit: cœlū cœli domino, terrā autē dedit filiis hominū? Vsus est oratione quæ se demittit ad captū auditorum, non deum cœlo includens. Neq; enim illud, Cœlum est sedes eius, & terra scabellum pedū eius: quemadmodum nec illud, Cœlum & terram impleo, pro eius dignitate dictum est, sed idipsum quoq; est demissio ad captum auditoris. Ipse enim omnia continet, omnia fert, non egens loco, sed ipse omnia simul regens & moderans: sed dicitur cœlum eius domus, quòd sit locus purus à vicio. Quemadmodū ergo hic nō est cœlum locus abeo delectus: ita nec quādo dicit, Statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum dei, vel quòd elegit domum Iacob. Neq; enim hic hoc dicit, Iudæos quidem esse eius, cæteros autē homines nō itidem: sed esse eius prouidētia & opificio nudatos & priuatos. Est enim cōmunis vniuersorum deus. Hac autem oratione vsus est ostēdens suum in eos desiderium, quandoquidem videbantur quomodocunq; aliis esse meliores. Quòd enim nō eos solos elegerit, sed omnium curam gerat, ostendūt & quæ ante Mosen facta sunt: nonminus autem ostendūt & quæ eius tempore fiebant, & quæ post eum fiunt in singulis. Solē enim, terram, mare, alia omnia dedit omnibus cōmuniter, legem natu-

Gene. Virginitatis bonū ignorabātur. *1 Cor.7.* *Matth.19.* *Eccl.26.* *Iudæorum carnalitas.* *Benedictio hominum.* *Benedictio dei.* *Psal.32.* *Hiere.23.* *Esa.66.* *Colū quare dicitur domus dei.* *Deut.32.* *Psal.13.* *Deus communis vniuersorum.* *Rom.3.* *Rom.1.*

rę omnibus inseruit. Abrahā, cum esset Persa, & amauit, & à sua regione traduxit. Nā & Aegyptios, eos qui habitabant in Chanaan, per ipsum correxit. Et rursus per eius filium & nepotem multos ex vicinis meliores reddidit, quod quidem ad eum attinuit. Vbi autē Moses quoque pst hæc natus est, per ea quæ Iudæis fiebant, deducebat Aegyptios ad dei cognitionem, & eos qui erant in Palæstina, & post hæc rursus eos qui erant in Babylone. Ita etiam quando dicit, Cœlum cœli domino, hoc dicit, quòd propterea in illis requieuit, quia sunt ab omni vicio liberi. Quinetiam tu quoque, si nō terræ affixus fueris, sed angelus efficiaris, celeriter in cœlum & domum paternam conscendes: atque adeò vel ante resurrectionē ex hoc iam loco migrasti, eiq; iam authoritate & dignitate præditus. Quēadmodum enim multi eorum qui sunt in numerum magni senatus relati, & si ruri habitent, habent tamen dignitatem: ita si tu quoque volueris esse ciuis cœlestis, etiamsi hic habites, illa dignitate fruere. *Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui descendunt in infernum: Sed nos qui viuimus, benedicimus domino ex hoc nunc & vsque in seculum.* Mortuos dicit non eos qui vita functi sunt, sed eos qui mortui sunt in impietatibus, vel eos qui in peccatis suis marcuerunt. Erat enim mortuus Abraham, Isaac, & Iacob: ita tamen viuebant, vt illorū memoriam qui viui erāt, peragerent. Moses itaque orans pro populo quem regebat, per eos deum placat, cum eos adhibuisset in precibus. Tres quoq; pueri rogant vt propter eos seruētur, & ideo dicunt: Ne auferas misericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & propter Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum. Si autem tanta erat eorum potentia, quo modo erāt mortui? Et rursus Christus: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Et ideo Paulus eos qui sunt mortui, nō vocat mortuos, sed eos qui dormierunt, scribens, Nolo autem vos ignorare fratres de iis qui dormierunt. Iustus enim etsi obierit, nō mortuus est, sed dormit. Dormit enim, qui ad meliorem vitam est transmittendus. Qui autē ad immortalem mortē est abducendus, etiam viuus vitam finit, & est mortuus. Illi descendunt ad inferos: hi in cœlum ascendēt, & erunt cum Christo. Et ideo Propheta non dixit absolutè, Qui viuunt: Sed, Nos qui viuimus, hoc de se dicens. Et quare non dixit, Qui viuunt, sed adiecit, Nos qui viuimus? Quoniā Paulus quoque sic dixit: Nos qui viuimus, qui reliqui sumus, non præueniemus eos in aduentum domini. Quemadmodum illic illud, Nos, quod adiectū est, non sinit id quod dictum est dici de omnibus, sed de fidelibus, & iis qui sunt vitę institutis similes, ita etiā hic illud, Nos qui viuimus, dicit eos qui cōuenienter Dauid in virtute vitam agunt. Ex hoc nunc & vsque in seculū. Vides etiam hoc quod subiungit, id significare. Quidnam? Quòd id dicit de iis qui vitam in virtute trantigunt. Nemo enim in hac vita viuit æuum, sed ij soli qui perpetuò vitam agunt cum gloria. Nam peccatores quoq; viuunt, sed in pœna & supplicio & stridore dentium: hi autem in claritate & splēdore maximo, vtpote quorū sit munus vnà cū incorporeis potestatibus offerre deo hymnos mysticos. Vt ergo nos quoq; fruamur hoc gaudio, hāc vitam persequamur, vt ad illā quoq; veniamus hereditatem, quam nec sermo explicare, neq; mēs cogitare, nec aliquid aliud potest indicare, sed ipsa sola experientia ostendit eius beatitudinē. Quā detur nobis omnibus assequi benignitate & clementia domini nostri Iesū Christi: cui gloria & potētia in secula seculorū, Amen.

Gene.12. *Homo vt fiat angelus.* *Collatio.* *Exod.32.* *Daniel.3.* *Matth.8.* *1.Thes.4.* *Mors ipsi somnus.* *1.Thes.4.* *Esa.66.* *Matth.25.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN PSALMVM CXIIII.

Dilexi, quoniam exaudiet dominus vocem orationis meæ.

Et quisnam est, inquit, qui dum exauditur, nõ diligit? Multi homines qui huius vitæ curis sunt dedicati. Nolunt enim audire ea quę illis cõferunt, sed rogant quidẽ vt ea eueniant quæ sunt sibi cõducibilia: deinde vbi euenerint, anguntur, & tristicia afficiuntur. Ea enim sunt cõducibilia, quæ deus scit cõducere, siue dixeris paupertatem, siue famem, siue morbum, siue quodcunq; aliud eiusmodi. Quę autem deus vt cõducibilia probauerit, & dederit, ea sunt vtilia. Audi enim quid dicat Paulo, Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Hęc enim ei cõferebant, persecutiones, afflictiones, & angustiæ. Qui etiam cum audiuisset ea conferre, dicebat, Quapropter placeo mihi in infirmitatibus, in cõtumeliis, in persecutionibus. Non est ergo quorũlibet gaudere, quando deus eos exaudierit præbens quæ sunt cõducibilia. Multi quidem certè volunt ea quæ sunt inutilia, & eis delectantur: propheta autem nõ sic, sed quid? Dilexit, quoniã exaudiit eum deus, dans quæ sunt vtilia. *Qui inclinauit aurẽ suam mihi.* Humanis rursus verbis dei nutum ostendit. Porrò autem aliud quoq; per hoc verbũ obscurè significat. Dicit enim, Nõ sum dignus qui exaudiar, ipse tamen descendit ad me. *Et in diebus meis inuocabo.* Quid est, In diebus meis? Nõ quoniam, inquit, exauditus sum, resiliam, & euadam negligentior: sed omnibus diebus vitę meę hoc munus obibo. *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui.* Vidisti arma valida, vidisti cõsolationem quæ soluit quęcunq; sunt grauia. Vidisti animum inflammatum desiderio domini. Quod autem dicit, est eiusmodi, Sufficit mihi ad hoc vt liberet à malis quæ me circũstant, Deum inuocare. Quidnam est ergo in causa, quòd cum deũ sæpe inuocemus, minimè tamẽ à malis liberamur? Quoniam nõ inuocamus vt oportet inuocare. Nã vt scias quòd paratus sit semper præbere, audi quid dicat in Euangeliis: Quis est ex vobis, à quo si petierit filius eius panem, num lapidem dabit ei? vel si petierit piscẽ, num serpentem dabit ei? Si autẽ vos, cum sitis mali, scitis bona dona dare filiis vestris: quãtò magis pater vester qui est in cœlis, dabit bona ab ipso petentibus? Vides quanta sit eius bonitas, cùm nostra cùm illa collata videatur improbitas. Quoniam ergo talis est noster dominus, ad eum semper cõfugiamus, & dũmodo eum adiutorem inuocemus, eum paratum inueniemus ad conseruandum. Si enim qui naufragium fecerũt, & in tabula vehuntur, eos qui procul sunt vocantes, persuadent vt humanitate vtãtur: & si nihil inter eos cõmune intercedat, sed solum casus eorũ misereantur: quanto magis qui est benignus & clemẽs, & naturali bonitate vtitur, eos eripiet qui grauibus opprimuntur calamitatibus, si modò ad eum confugere voluerint, & eũ verè ac syncerè inuocare humana spe relicta? Quãdo ergo in inopinatum aliquod malũ incideris, ne animum abiicias, sed tuum statim spiritum erigas, & confugias ad portũ qui nullis agitatur fluctibus, & ad turrim nũquam expugnabilem, nempe dei auxilium. Ideo enim permisit vt caderes, vt tu eum inuocares. Sed nonnulli tũc maximè deiiciuntur, cum contrà sit faciẽdum. Quoniam enim nos valde amat, ideo permittit vt affligamur, vt ei perfectius coniungamur. Nam matres quoq; solent * *alias larvis.* intolentes pueros diuersis * personis perterrẽtes, cogere eos vt ad suum gremium confugiant, non eos quidem volentes molestia afficere, sed hoc excogitãtes vt ipsi eis assideant. Ita etiam deus volens nos sibi cõiungere, cũ sit amator vehemens, vel potius amatore quouis vehementior, permittit vt ad talem redigaris necessitatem, vt perpetuo vaces orationi, & eum assiduè inuoces, & aliis relictis sis de eo solicitus. *O domine libera animam meã.* Alius, Rogo domine eripe animam meã. Alius, ô domine salua animam meam. Vidisti sapiẽtem animam, quo modo relictis omnibus quæ ad hanc vitam pertinent, vnum tãtum petit, vt anima maneat illæsa, & nihil patiatur eorum quæ illam lædãt. Si enim bene habeat, reliqua omnia consequentur, quemadmodum si non habeat, nihil nos iuuat reliqua prosperitas: & ideo nihil non dicere & facere oportet, vt eam conseruemus. Hoc enim innuit cũ dicit: Estote prudentes, sicut serpentes. Quemadmodũ enim ille reliquum corpus proiicit, vt caput cõseruet: ita oportet te quoq; alia omnia dare p salute animæ. Neq; enim paupertas, nec morbus, nec quod videtur esse caput omnium malorum, mors, poterit eum qui ceciderit offendere, si illa conseruetur, quemadmodum nec ex vita aliquid commodi percipies, si ea perierit, corruptáve fuerit: & ideo cæteris relictis de ea verba facit, rogatq; vt non nimis acris ab ea exigatur ratio, & ab intolerabilib⁹ liberetur suppliciis. *Misericors dominus & iustus, & deus noster miseretur.*

Vides quo modo docet auditorem, vt neq; desperet, neque sit ignauior & negligẽtior. Hoc enim propè dicit, nec desperes, est enim deus misericors: nec sis nimiũ securus, est enim iustus, salutem vtrinque nobis procurãs. Huius enim exscindit socordiam: illius autem tollit desperationem. Deinde ostendens deum esse propensum ad clementiã, subiungit rursus dicens, Et deus noster miseretur. Rectè autem dixit, Deus noster, vt eũ distinguat ab iis quorũ paulo ante meminit. Sunt enim illorum partes occidere, de medio tollere, & bella implacabilia gerere. Huius autem, vti clementia, condonare, & assiduè à periculis eripere. Quæ quidem cum aliis maximè ostendũt illos esse dæmones & exitiosos: hunc autem curã gerere & prouidere, & verè esse deũ.

Custodiens paruulos dominus. Humiliatus sum, & liberauit me.

Hic mouet maximum genus eius prouidẽtiæ. Quoniam enim dixit, Misericors & iustus, & miseretur, eius maximæ & ineffabilis clemẽtiæ munus deinceps ostendit. Quódnam? Id videlicet quo vtitur in infantes ac pueros. nos enim habemus rationẽ, quæ nos docet hæc quidem vitare, illa verò eligere, & mala quæ nos inuadunt, propulsare, & quę adsunt excutere: & viribus valem⁹, & artes scimus. Infantes autẽ ac pueri, quibus hæc omnia deficiũt, sunt perinde ac si non haberẽt qui eos regeret. Sed omnia peruadit dei prouidentia, quæ nisi assiduè fruerẽtur, omnes perissent. Nã & serpens peremisset infantem inuolutum fasciis, & auis quæ degit in ædibus, & multa alia quæ repunt ac serpunt in domibus. Neque enim nutrix, nec mater, nec vllus alius sufficit ad eorum perfectam gerendam prouidẽtiam, nisi superno iuuentur auxilio. Nonnulli autem dicunt hoc dictum esse de fœtibus nõdum in lucem editis. Humiliatus sum, & liberauit me. Non dixit, Non permisit vt inciderem in pericula: sed postquam incidi, seruauit. Quoniam enim dixit generalem eius prouidentiã, ad suam quoq; personam extendit orationem, sicut ex generalib⁹ & ex singularibus solet ea cõfirmare. Ne ergo quæras vitam omni ex parte securam, non est enim id tibi conducibile. Si enim non erat cõducibile prophetis, multo magis nec tibi. Quòd autẽ non sit conducibile, audi

Cõducibili nobis quæ sint.

2. Cor. 12.

εὐδοκῶ. Ibidem.

Qui ὅτι, Quoniam,

Inuocatio dei à malis liberat.

Matth. 7.

Confirmat simili.

παράκλησις.

Hebr. 6.

Esa. 38.

Act. 9.

pro ῥῦσαι, Heb. אמלטה obsecra.

Anima cũ primis seruetur illęsa.

Matth. 10. Prudentiæ serpentis.

ἀναπίπτειν.

Medio tutissimus ibis.

Dæmonum partes.

Rationis munus.

Infantiũ ac puerorũ curatos deus.

Securitas vitæ quærẽda non est.

Ie,audi quid dicat: Bonū mihi quòd humiliasti me, vt discā iustificationes tuas. Duplex hic est gratiarū actio, quòd & in pericula incidere permiserit, & quòd cum cecidisset, minimè dereliquerit. Est autem vtrunq; aliquo modo genus beneficij, nec est prius minus secūdo, immò verò si mirabile aliquid dicendum est, etiā maius. Hoc enim liberauit à periculis, illud verò animam fecit magis sapientem. *Conuertere anima mea in requiē tuam, quia dominus benefecit tibi. Quia liberauit animam meā de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Placebo domino in regione viuorum.* Historię quidē ratio dicit pręclaram quandam liberationem, requiem & libertatē. Si quis autem eā acceperit anagogicè, poterit ex hoc loco excessum vocare liberationem, eamq; appellare requiē. Est enim ab omnibus malis liberatio, nec est amplius incertitudini obnoxius, vt qui sit securitatē cōsecutus, qui cum bona spe hinc excesit. Et si enim mors inuecta est ex peccato, ea tamen deus vsus est ad nostrū beneficium. Et ideo nō fuit ea sola cōtentus, sed etiam vitā reddidit laboriosam, vt scias quòd nec prius quidē permisisset, nisi eius sapiētia id valde vtile factum esset. Et ideo cum dixisset, Quo die comederis, morieris: nō fuit pœna cōtentus (pœna enim erat, Terra es, & in cinerē reuerteris). Nunc autē aliud quoq; adiicit, dicens: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Spinas & tribulos germinabit tibi: in laboribus comedes ex ea. Et mulieri dixit, Multiplicās multiplicabo ęrumnas tuas, & gemitum tuum: In dolore paries filios. Neq; enim illud satis erat ad eos castigādos. Multos itaq; videmus ea ratione euadere meliores. Mors enim vbi aduenerit, alienat à sensu: hæc autē viuos meliores efficiunt. Quòd si videtur res esse terribilis, id sit ex imbecillitate eorum qui sic affecti sunt. Quòd enim hic metus sit imbecillitatis, audi Paulū eam optantē, & de ea lętantē, vt quando dicit: Resolui & esse cum Christo est multo melius. Et rursus, Lætor & collætor cum vobis omnibus, itidē vos quoq; lętemini, & collętemini mecū. De cōtrariis autē dolentem. Nō solum enim, inquit, sed ipsi etiā in nobis ipsis ingemiscimus, filiorū adoptionē expectantes, liberationē corporis nostri. Et rursus, Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati. Vidisti quantum sit bonum philosophia. Quę aliis videntur esse digna lachrymis, ea huic videtur esse optāda: & ea propter quæ alij se iure putant lętari & voluptate affici, is propter ea existimat esse meritò ingemiscendū. An nō est meritò ingemiscendū, quòd simus in regione aliena, & in coloniam procul à patria positā amandati? An nō est maximè lętandum, quòd in tranquillū portum cum maxima celeritate cursum teneam⁹, & supernam ciuitatem recipiamus, à qua procul aufugit dolor, molestia, & gemit⁹? Et quid mea, inquit, refert qui sum peccator? Vides nō esse mortem quæ dolorem afferat, sed malam cōscięntiam. Desine ergo peccare, & erit tibi expetēda mors. Oculos meos à lachrymis. Meritò ita dixit: Non est enim illic dolor, tristicia, nec luctus. Et pedes meos à lapsu. Hoc est maius priore. Quo modo? quod nō sumus solùm liberati à dolore, sed ab insidiis, circūuentione atque prostratione. Stat enim super petram, qui cum rectè factis recesit, portū apprehendit, impedimenta omnia in posterū sublata sunt. nusquam turba, nec tumultus. In tranquillo statu manet hic perpetuò, postquā hinc excesserit. Placebo corā domino in regione viuorum, Alius, ante dominū, Alius, ambulabo. Hoc etiam Paulus ostendit, dicens: Et nos rapiemur in nubib⁹ in occursum domini in aērē, & ita sem-

Iesus.
ἀναγωγικῶς. Mors, liberatio & requies.
Vita cum laboriosa.
Genes. 3.
Ibidem.
Iudic. 13. Psal. 106.
Philip. 1. Philip. 2. Roma. 8.
2. Cor. 5.
Ingemiscere cur debeamus.
Dolor nō à morte, sed à mala cōscięn. ria.
Esa. 32. Ezech. 34.
1. Thes. 4.

per cum domino erimus. Rectè autē dixit, In regione viuentiū, Illa enim est vera vita, à morte libera, quę habet bona pura & immista. Quādo enim, inquit, deleuerit omnem principatū, & omnem potestatē ac virtutē, vltimus inimicus delebitur mors. His autē deletis, nihil remanet triste ac iniucundum, nō cura, nō solicitudo, nō labor. Erunt itaq; omnia lætitia, omnia pax, omnia charitas, omnia trāquillitas, omnia delectatio, omnia vera & syncera, solida & stabilia. Nullus est enim illic ciusmodi lapsus, nō ira, nō tristicia, nō amor pecuniæ, nō corporum desiderium, nō paupertas, nō diuitiæ, nō infamia, nō aliquid aliud ciusmodi. Hanc itaq; nos vitam desideremus, & omnes actiones nostras eò dirigam⁹. Propterea enim iubemur etiā dicere in precatione, Adueniat regnum tuum, vt ad illū diem semper respiciamus. Qui enim illo amore tenetur, & illorū bonorum spe alitur, nullis malis præsentibus obruitur, nullis quæ hīc sunt ærūnis, retardatur: sed quēadmodū qui ad regiam vrbem cōtendūt, nullo quod in itinere se offerat, retinentur, nō pratis, non hortis, nō fossis ac voraginibus, nō desertis ac solitudinibus, sed vtrorūq; nullam rationem ducētes, ad vnum solum respiciunt, nempe ad patriam quæ est eos susceptura: ita etiam qui quotidie illam sibi effingit & exprimit ciuitatē, & eius fouet alitq; desiderium, nihil eorū quę sunt grauia, graue existimabit, nec eorū quæ sunt iucunda & illustria, iucundum & illustre. Quid autē dico, Nō existimabit? immò ea ne videbit quidē, vt qui alios habeat oculos, & tales quales declarat Paulus, dicens: Non cōsiderantibus nobis quę videntur, sed quæ nō videntur. Quę enim videntur, tēporalia sunt: quæ autem nō videntur, æterna. Vidisti quo modo vitam alia dictione ostēderit. Illam ergo amplectamur, vt eam etiā assequamur: & assecuti, vita ab omni interitu aliena fruamur. Quā detur omnibus nobis consequi gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Roma. 5. 1. Cor. 15. Apoc. 21. 1. Cor. 2. Matth. 6. A similē cō firmatio.
1 Cor. 4.

IN PSALMVM CXV.

Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Huius dicti beatus Paulus mentionem faciens, dicit: Habentes autē eundem spiritum fidei, sicut scriptū est, Credidi, propter quod locutus sum, & nos credim⁹, propter quòd & loquemur. Necesse est ergo primùm dicere quo modo eo vsus est Apostolus, & de quōnam sermo esset ab eo institutus. Ita enim ex eo cognoscemus, quid sibi velit propheta. Quanquā alioqui hæc est optima docēdi ratio, nō orationis cōtextum circuncidere, nec parte accepta in ea immorari, sed ab alto incipere exordiū narrationis. De quōnā ergo differēs Paulus meminit huius vocis propheticę: De resurrectione, & futurorū bonorū perceptione, quæ omnē rationē, mentemq; & cogitationē superant. Quoniā ergo hæc omnē superabāt orationem, nec ea explicare poterat: fide autē ad ea suscipiēda op⁹ est: ne cōturbaretur Iudæus, & vana spe inflatū, se fuisse deceptum existimaret, prophetico dicto corrigit eius imprudentiam: propemodū dicens: Nō rem aliquam nouam requiro, fidem, sed vetus bonū. Atq; sic quidem Paulus. Propheta autem, cùm ipse quoq; esset prędicturus bona quædā euentura Iudæis quæ superabant humanam cōsequētiam, ne quis posset eis fidē derogare, ita psalmum incepit, dicens, Credidi, propter quod & locutus sum. Quoniā enim perierant Hierosolyma, tēpumq; fuerat euersum & dirutum, & omnes captiui &

2. Cor. 4.
Formula docēdi optima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vincti abducti fuerant in alienam regionem, barbari autē pro illis prædia eorū possidebant, & vineas plantare, domos ædificare, & matrimonia contrahere iussi fuerant: hæc afferebāt Iudæis desperationē, & deinceps apud se cogitabāt. Si cum haberemus ciuitatem, arma, arces, pecuniam, & tantum rerū splendorem, templum & altare, cultū & ceremonias, & aliam omnē reipub. institutionem, traditi, & in seruitutē atq; captiuitatem abducti sumus: nunc cùm in aliena regione degamus, & omnibus spoliati nudi & serui simus, quo modo poterimus nostram recipere patriam? Quoniā ergo multi ex imbecillioribus hæc reputantes cōturbabantur, & nō attendebant prophetias quę prædicebant reditum: propterea sic dixit, ex eo omnibus ostendens opus esse fide ad ea quæ dicuntur à domino. Cum eis autem alij quoq; aliter loquuntur, quemadmodū Esaias sic dicēs:

Esa.51. Respicite ad solidam petram ex qua excisi estis, & ad
Ibidem. fossam lacus ex quo effossi estis. Et rursus: Respicite ad Abrahā patrē vestrum, & ad Sarram quæ vos peperit, quòd vnus erat, & vocaui ipsum, & sanctificaui ipsum, & multiplicaui ipsum. Quod autē dicit, est eiusmodi: Nunquid arat Abraham barbarus? nunquid carebat liberis, & iam ætate processerat? Nūquid habebat vxorē quæ & propter ętatē & propter naturam erat filiis procreādis inutilis? An nō erant res eius omnino desperatæ? Quid ergo? An non ex vno sine liberis & prouectæ ætatis impleui orbē terræ? Quid ergo cōturbamini? Si enim ex potui implere orbē terræ: multò magis ex vobis paucis implebo Hierosolyma. Et ideo dicit, Respicite ad solidā petram, ex qua excisi estis, Abrahā ita vocans. Et fossam lacus ex quo effossi estis, Sarram ita nominans. Quēadmodū enim ex lacu aqua per se nō scaturit, sed eam suscipit ex supernis pluuiis: ita etiā illa cū esset priuata facultate gignendi, à superis accepit illam aptitudinem: & quēadmodū petra nunquam fructum tulit, ita nec ferre poterat Abrahā: ego tamē vos illinc exsculpsi, & ex vno tot & tantas regiones impleui. Et ideo Ezechielem quoq; in campum educit, & ostendit ei cumulū ossium, & prophetans ossa excitat, ostendēs eis, & dicens, Si possum excitare mortuos, multò magis vos qui viuitis, reducere. Illi quidem sic. Hic autē prophēta quo modo? Credidi, propter quod locutus sum. Hoc est, fide opus est ad ea quæ ꝓmittuntur. Ego enim ea cogitās, & animo reuoluens, fide introducta omnē expuli perturbationē. Hoc est ergo quod dicit Paulus, quòd in his sensilibus, & quæ videntur, bonis, fide opus est. Quòd si in sensilibus, multò magis in his quę percipiuntur intelligentia. Si enim vt suam ciuitatē se recuperaturos admitterent, eis fuit opus fide: multò magis nobis qui cœlū expectamus. Quando ergo est aliquid magnū, & quod cogitationē & rationē superat, oportet eam assumere, & nō cōsequētia humana res examinare. Admirabilia enim dei opera sunt his omnibus superiora. Oportet itaq; ora rationibus obstruētes ad fidem accurrere, & deum gloria afficere. Qui enim cōtendit rationibus res illius inuenire, nequaquā eū gloria afficit, vt qui rationū suarū humilitati velit ineffabilia eius œconomię cōsilia subiicere. Et ideo de Abraham quoq; loquens Paulus, quoniam nō hoc fecit, sed suas rationes reprehendens, respexit ad potētiam eius qui est pollicitus, & ostendens eum hac ratione deum
Roma.4. maximè gloria affecisse, dicit: In ꝓmissione enim dei non hæsitauit incredulitate, sed validus factus est fide, dans gloriā deo, & certò persuasus quia quod pollicitus est, possit etiā facere. Quid est, Habētes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi, propter quòd locutus sum: & nos credimꝰ propter quòd & loquimur? Hîc nobis magnū reuelat mysteriū. Quòdnā hoc? Quòd est eiusdē spiritus nouum & vetus testamētum: & idē spiritus, qui est in eo locutus, hîc quoq; locutus est: & quòd fides est omniū magistra, & ablq; ea nihil loqui quidē quidquam possumus. Et nos, inquit, credimus, & ideo loquimur. Si eam enim sustuleris, ne os quidem aperire possumus. Quare autem nō dixit, Habentes autem eandem fidem: sed, Habentes autē eundem spiritum fidei? Et ea quæ dicta sunt significans, & ostendens opus esse suppeditatione spiritus ad cōscendendum ad altitudinem fidei, & vilipēdendam rationum imbecillitatē. Et ideo ipse quoq; alibi dicit: Vnicuiq; autem manifestatio spiritus datur ad vtilitatem. Alij enim per spiritum datur sermo sapiētiæ, alij autem sermo scientiæ, alij verò fides, alij autem dona sanationum. Sed fortasse dixerit, (quod etiam verū est) quòd aliam dicit fidem per quam fiebāt miracula. Scio ego quoq; aliam esse fidem de qua apostoli dicebāt, Adiice nobis fidem: & aliam hanc, per quam sumus omnes fideles, signa quidem nō facientes, sed habētes cognitionē pietatis. Atqui hîc quoq; est nobis opus auxilio spiritus. Etenim de quopiam scribit Lucas, quòd aperuit cor eius vt attenderet ea quæ dicebantur à Paulo. Et Christus, Nemo venit ad me, nisi pater traxerit eum. Si hoc ergo dei est, quo modo peccant qui non credunt, cum nec spiritus opē ferat, nec pater trahat, nec in viā deducat filius? De seipso enim dicit: Ego sum via. Hoc autem dicit ostendens se opus esse ad hoc vt adducātur ad patrē. Si ergo pater trahit, filius deducit, spiritus illuminat: quid peccant qui neq; tracti sunt, neque deducti, nec illuminati? Quoniam nō prębent seipsos dignos vt eam suscipiāt illuminationem. Vide ergo hoc euenisse Cornelio. neque enim hoc ille domi apud se inuenit, sed eum deus vocauit, quoniam ipse pręoccupans, seipsum dignū reddidit. Et ideo Paulus quoque de fide differens, dixit: Et hoc non ex vobis, dei est donum. nec tamē te relinque vacuum bonis actionibus. Etsi enim eius est trahere & inducere: animam tamen requirit quæ morē gerat, & facilè pareat: & tunc suum adhibet auxilium. Quocirca alibi quoque dicit Paulus, Secūdum propositum vocatis. Neque enim virtus nec salus nostra cogitur. Nam etsi maxima pars, atque adeò ferè totum eius sit, exiguum quid tamē nobis reliquit, vt nō sit à persona remota causa coronæ. Et ideo cùm dixisset Paulus, Habentes autem eundē spiritum fidei,
1.Cor.4. *Spiritus idē vtrinsq; testamenti cō* *Ephe.4.* *Roma.8.* *Ioan.3.* *1.Cor.12.*
D hoc est, qui etiam locutus est in veteri, subiūxit, Et nos credimus, propter quod & loquimur. Multò enim magis hic fide opus habemus quàm illic, & propter naturam promissorum quę sub visum non cadunt, sed sola mente percipiūtur: & propter ordinē temporum. non enim in vita pręsenti, sed in futuro erūt præmia. Immò verò erat etiā opus fide pro præsentibus. etenim ea ipsa quę dabantur, fide opus habebant, etiā dum dabantur, nempe & sacramētorum cōmunio, & baptismi donū. Ita omnem rationē superat vis bonorum. Si itaque in crassissimis illis & sensilibus fide erat opus, multò magis hic. Sed apostolica quidem sententia cōuenientem accepit interpretationem: tempus est autem, vt redeamus ad prophetiam, & dicamus quid dicit hic beatus. Quid ergo dicit? Credidi, propter quod locutus sum. Atqui nihil erat adhuc locutum, sed dicit id quòd mente iam à se dictū erat. Quid est autē quod iam dictum fuerat? Cum, inquit, illā calamitatem, & Iudaicā illam

tragœdiam

Fide magis opus habēt Christiani quàm olim Iudæi.

Ratiōi humanæ non innitēdū in rebus diuinis.

A minori cōfirmatio.

Ex collatione.

Gene.21.

Hebr.11.

Ezech.37.

Fidei necessitas in promissionib⁹.

Hebr.11.

A minori.

Solutio.

Actu.10.

tragœdia animo agitassem, illumq; interitum ac excidium & extremã vastitatem, nõ desperaui fore vt res mutaretur in melius: immò verò & sperauí, & annũciaui, & locut' sum. Nã in prioribus psalmis multa de his disserui, locutus sum autẽ & annũciaui à fide eruditus. Alius autẽ qui non est ab ea valde eruditus, vide quo modo claudicet & perturbetur. Non enim dicit illum psalmũ de Dauid, nec ex persona propria: sed narrans eorum qui claudicant, animi perturbationes, sic dixit:

Psal.72. Quã bonus de' Israel iis qui sunt recto corde. Mei autem penè moti sunt pedes, propemodũ effusi sunt gressus mei. Non loquẽs de pedibus & gressibus, sed de rationibus claudicãtibus. Causam autẽ subiungit, dicẽs: Quoniã zelaui propter iniquos, hoc est vidẽs florentes barbaros, deiectos autẽ & fractos Iudæos. Et quòdnã genus dicit claudicationis? Et dixi: Frustra ergo iustificaui cor meũ, & laui inter innocentes manus meas. Et quidnã me impulit vt hæc dicerem? Dicit, Quoniam ecce peccatores florẽtes in seculo obtinuerũt diuitias. Deinde vide quo modo seipsum rursus colligit. Si dicebã, narrabo sic: hoc labor est, inquit, ante me, donec ingressus fuerim in sanctuariũ dei, & intelligã in extrema ipsorũ. Quod autẽ dicit, est eiusmodi: Vexabar, affligebar in ratiocinationibus. Tale quid enim est ratiocinatio. Deinde cogitaui me facere rẽ laboriosam. De iis enim inquirẽs, nihil potero certi scire, donec me in patriã recepero. Vide quantũ sit periculũ res fidei permittere humanis rationibus, & non fidei. Si ille enim fuisset firmus & cõstans in fide, nõ hæc fuisset locutus, non fuisset perturbatus: non cõmoti essent eius pedes, nõ essent propemodũ effusi gressus eius. Sed nõ ita hic propheta, sed ĩtãs supra petrã, non tumultuabatur, neq; cõturbabatur, sed res Iudæorum vidẽs ita esse affectas, res autẽ barbarorũ secus, de reditu clara voce constantiq; & certa mẽte frequẽter prædicabat in multis psalmis: & valde cõfidebat, nec vires barbarorum, nec vilitatẽ Iudæorum attendens, sed eius potentiam qui ea est pollicitus. Et ideo dicit, Credidi, propter quòd locutus sum: ego autẽ humiliatus sum valde. *Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mẽdax.* Alius, Et dixi animi anxius, Omnis homo mẽtitur. Hic fidei splendor rursus ostẽditur, quòd ne magnitudo quidẽ calamitatis eum præcipitem dederit in desperationem. Eiusmodi enim res est fides, est quædam sacra anchora, quæ vndiq; sustentat mentem quæ ei adhæret: & tunc maxime ostẽditur, quãdo in maxima rerum difficultate ei persuadet qui illa est præditus, vt bonam spẽ expectet, expulsa turba ratiocinationũ. Quòd ipse quoq; significans, dicit: Ego autẽ afflictus sum nimis. Hoc est, valde quidẽ afflictus sum, sed nõ desperaui, nec animum abieci. Deinde ostendens se nõ fuisse solummodo afflictum, sed grauissimé afflictum, subiunxit dicens: Ego autem dixi in excessu meo: Omnis homo mendax. Quid est, In excessu meo? In summa inquit, calamitate, & ingẽti malorum magnitudine. Tanta enim, inquit, me adorta est tentatio, vt excessum & grauem soporẽ in me iniiceret. Dicit enim hic excessum, alienationẽ à sensu, qnæ ex malis oritur. Nam de Adam quoq; quando dicitur deus immisisse in eum excessum, dicit quãdam à sensu alienationẽ. Extasis enim seu excessus dicitur, extra se esse positum. Immissus autem erat excessus, ne sentiret eum auferretur costa, nec ex ea re dolorẽ caperet. ea ratione deus suffurans sensum molestiæ, ne accepto dolore id factum ægrè ferret, immisit in eum excessum. Et rursus alibi, Cecidit, inquit, super ipsos excessus. Significat autem grauẽ quendam soporẽ, & à sensu remotionem. Excessus autem id vbiq; significat. Fit autem vel deo id faciente, vel malorum magnitudine grauẽ soporem ac torporem afferente. Possunt enim vtraq; esse causa excessus & soporis. Hic ergo dicit excessum, magnitudinem malorum quæ eum occupauerũt. Quid est autem quod dicit, Omnis homo mendax? Nemo est ergo verus? Quo modo ergo Iob descriptus est vir verus, iustus, religiosus: Quid verò dicemus de prophetis? Si illi enim mendaces, & in iis quæ dixerunt falsi sunt, omnia pereũt. Quid verò Abrahã? Quid iusti omnes? Vides quãtũ sit malũ si dictio solùm accipiatur, & nõ sensus cõsideretur? Quid est ergo quod dicit, Omnis homo mendax? Id quod ipse dicit alibi: Homo vanitati similis factus est. Quod etiam alius propheta dicit: Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Hoc est, res vilissima, prẽterfluens, similis vmbrę, somnio, & alicui imagini: Et vt scias me nõ leui ac simplici coniectura adductum hæc dicere, alius interpres dixit: Falsum, aut mendacium. Alius autem, Mentitur, aut fallitur, Alius, Deficit. Hoc autem multum ab illo differt. Mentiri enim est vicij quod in animo situm est. Deficere autem, & prætẽrfluere, & esse somnium, vmbram, & florem, significat naturæ vilitatem. Idem est enim quod id quod dixit alius, Ego sum terra & cinis. & alius, Quid superbit terra & cinis? Et rursus vt quando dicit hic propheta, Quid est homo quòd memor es eius? vbique naturæ vilitatẽ, & eam nihil esse significãs. De segetibus enim dicimus, Ementitę sunt segetes, hoc est, spem nostram fefellerunt, nec vt sperabamus, tulerunt. Et, Annus est ementitus, hoc rursus significantes. Quoniã ergo homo res est vilis atque adeò nihili, (hac autem philosophia solemus vti maximè in calamitate, & quàm sit nihili natura, cõsiderare) ideo ipse quoque cùm esset animi anxius, & videret argui naturam, & quàm vilis esset & nihili, omni ex parte ostẽdi, Omnis, inquit, homo mẽdax. Hoc est, homo nihil est. Quocirca ipse quoq; alibi dicebat: Verũtamẽ in imagine ambulat homo. *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Vide quo modo ostendit magnũ beneficium nõ ex iis solùm quæ facta sunt, sed etiam ex eo quòd facta sint in eũ qui esset eiusmodi, aliis quidẽ verbis, sed eodem sensu narrãs quæ sunt in psalmo. Quẽadmodum enim illic dicebat. Quid est homo quòd memor es ei', aut filius hominis q' visitas eum? ita hic etiã. Tunc autẽ ostenduntur duplicia esse beneficia, quando & natura magna sunt, & quando cõferuntur in eũ qui est nihili: quod quidẽ beneficium & gratiam amplificat. Hoc ipsum volens ostẽdere, dicit: Quid retribuã domino? significans eum hominẽ qui est mẽdacium, qui est vilis atq; adeò nihili, dignũ tanta cẽsuisse gratia. Pro omnibus quæ retribuit mihi. Hoc est grati animi, obire, & p iis quæ accepit beneficiis, quærere benefactori aliquã referre gratiam: & cũ omnia exoluerit, putare se nihil dare. Quod cũ ex retributionis principio significasset, procedens significat se id exoluturum. Ostendit enim duplicem gratiarum actionem, & quòd ea det quę potest, & quòd cum ea det, se nihil dignũ dare existimet. Quid est ergo quod est daturus? Audi eum dicentem. Subiungit enim, *Calicem salutaris accipiam, & nomen domini invocabo.* Qui quod dictum est sumũt anagogicè, dicunt esse communionem sacramentorum. Nos autem historiam sequentes, dicimus eum hic dicere libamina & sacrificia, & hymnos gratiarum actionis. Erãt enim antiquitus diuersa sacrificia. Erat enim sacrificiũ

Res fidei nõ committenda humanis rationibus.

Roma.11. 1.Cor.1. Fides, sacra ancora.

Excessus quid. Gene.2. Isaiæ 15.

Costa quo modo Adæ ablata. Aliud.

Mẽdax cur dicatur homo. Psal.143. Esa.40. διὰ τὸ θυσιῶμαι διαπέτεσθαι.

Gene.18. Eccle.10. Psal.8.

Emẽtitæ segetes.

Mẽdax, nihili. Psal.38.

Psal.8.

Beneficia vt duplicẽtur.

Calix, cõmunio sacramentorum.

Sacrificia antiqua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

laudis,pro peccatis, pro salute pacifica, & eiusmodi alia.Hoc est ergo quod dicit, Non possum quidē quod dignum est persoluere,soluo autem quod possum.Offeram enim deo sacrificium gratiarum actionis, & salutis eum commonefaciam. *Vota mea domino reddam coram omni populo suo.* Vota hîc dicit promissa & pollicitationes. In his enim ærumnis ad deum cōfugiebat,& se debitorem ei constituebat, pollicens si ea mala effugeret,se exoluturum esse sacrificium. Quoniam ergo,inquit,cessauit calamitas,vota mea reddam domino coram omni populo. *Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.* Alius, Honorata coram domino. Quænam est autem hæc consequentia, & quid habet quod cum prioribus cōueniat? Si quis id accuratè examinauerit, maximā inueniet.Quoniam enim dixerat,Quid retribuam domino pro omnibus quę retribuit mihi?ostendens eius beneficia:ostendit non solùm vitā,sed etiam mortem sanctorum deo esse curæ, nō eam solùm quæ lege naturæ aduenit,sed etiā quæ eius voluntate susci- *Philip.1.* pitur.An non vides quid dicat Paulus:In carne autem manere,magis necessariū propter vos:& eo fretus,scio quòd manebo, & permanebo vnà vobiscum. Et quid miraris si mors,cùm nec generatio nonnullorū naturę lege peracta sit,quemadmodum generatio Isaac,& ge- *Ge.17.& 18* neratio Samuel? Quocirca nec carnis quidē eos vocat *1.Reg.1.* filios,sed filios promissionis. Ita etiā Moses nō est simpliciter & absolutè mortuus,sed cū deus iussisset. Neq; *Roma.9.* Ioānes,sed cum ipse permisisset.Atqui fuit merces me- *Deut.34.* retricis,fuit tamen nihilo secius honorata. Hoc ipsum *Mar.6.* autem est admirabile,quòd vel sic mortuus habitus est in honore,quòd ipse etiā qui eum interfecerat, ipsum timebat.Quòd autem timebat,audi euangelistā quid- *Mar.6.* nam dicat de Herode. Dicebat enim quòd ipse resurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in ipso. Vide quo modo etiam in Abel erat mors preciosa *Gene.4.* & honorata. Vbi est Abel frater tuus? Vox sanguinis *Iac.16.* fratris tui clamat ad me.Vide etiā in Lazaro, quo mo- *Sepulchra martyrū honorabilia.* do post eius mortem angeli eum deducebant. Contēplare etiam ciuitates ad martyrū sepulchra cōcurrentes,& populos inflammatos eorum desiderio. Hoc est ergo quòd dicit, Deus magnam curam gerit vel ipsius mortis sanctorum. Neque enim quomodocunq; nec fortuitò moriuntur,sed quando ipse id ex suæ dispensationis consilio permiserit. Et ideo dixit, In cōspectu domini,hoc volens ostendere. *O domine ego seruus tuus, ego seruus tuus,& filius ancillæ tuæ.* Non dicit communem seruitutem,sed eam quę oritur ex magno amore & affectione, magno incensus desiderio, quòd est corona maxima, & quòuis diademate præclarius. Quocirca *Iosue.1.* deus quoq; id posuit pro maxima laude,dicens, Moses seruus meus mortuus est. Et filius ancillæ tuæ. Hoc est, A multis retro seculis, à tēpore maiorū meorū dicatus *2.Tim.1.* sū tuæ seruituti. ¡Quòd etiā Paul⁹ posuit in Timotheo pro maximo ornamēto,dicens: Recordationē habens fidei quæ est in te nō ficta,quæ habitauit primū in auia tua Loide,& matre tua Eunice. Persuasum autē habeo quòd & in te, & quòd ab infantia didicisti sacras lite- *2.Tim.3.* ras.Et rursus de seipso :Hebræus ex Hebræis.Et rursus: *Philip.3.* Hebræi sunt,& ego.Israëlitæ sunt,& ego.Proselytos e- *2.Cor.11.* nim antecedebant, qui à suis maioribus tales erant.Et ideo hîc quoq; dicit:Et filius ancillæ tuæ. *Dirupisti vincula mea.* Nō dixit,Labefecisti:sed,Dirupisti,significās ea ita etiā fracta vt essent inutilia.Vincula autē hic dicit,afflictiones,tētationes,pericula.Est enim bonū vinculum,quo bonū est astringi:vt quādo dicit,In vinculo dilectionis:&,Quòd est vinculū perfectionis.Est etiam vinculum huic cōtrarium, vt quādo dicit,Catenis peccatorū suorum vnusquisq; astringitur.Id Christus quoq; innuens,Abrahæ autē,inquiebat,filiā hanc à Satana ligatam nō oportebat solui? Et Esaias de Christo,Dedi te in testamētum gentiū, dicentē iis qui sunt in vinculis,Egredimini.Hæc ergo vincula dirupit, nō soluit.Hoc enim est illo amplius.Quòd si quis etiā velit hæc sumere anagogicè, dicēs hæc vincula peccatorum,& ea esse cōfracta veteri homini, minimè aberrauerit.Est aliud quoq; vinculum pulcherrimum, quod Paulus semper circunferēs dicebat: Paulus vinctus Iesu Christi.Et rursus,Pro quo etiam vinctus sum in catena. *Tibi sacrificabo hostiam laudis.* Vide quo modo superius & inferius & vbiq; exoluit eandem deo retributionem.Superius dicēs, Calicem salutaris accipiam,& nomen domini inuocabo. Hic, Tibi sacrificabo hostiā laudis,hoc est,gratias agam,laudabo. *Et nomē domini inuocabo.* Vides quo modo est sacrificiū laudis. *Vota mea domino reddam in cōspectu omnis populi eius, in atriis domus domini,in medio tui Hierusalem.* Hoc autem faciebat,non vt se ostētaret,nec vt gloriam captaret, sed omnes ad suam inuitans imitationem, & volēs eos habere socios gratiarū actionis. Quod quidē faciunt omnes sancti, non homines solum,sed etiam omnem creaturam,quando beneficij aliquid acceperint,vocantes ad laudis communionem. Nihil est enim quod deus maiore studio complectatur, quàm esse gratum, non solùm in rebus secundis,sed etiam aduersis. Hoc est pulcherrima hostia,hoc maxima oblatio.Ita Iob prædicabatur.Ita Paulus.Ita Iacob.Ita vnusquisque iustorum, pium suum & gratum in deum animum maximè in temporum difficultate ostendens. Idipsum nos quoque faciamus, & gratias perpetuò agere perseueremus,vt bona etiam æterna consequamur. Quæ detur nobis omnibus cōsequi gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum,Amen.

Nomen est domino.

Gratitudo deo maximè placet.

Iob.1.2 2.Cor.2. Ezec.5. Gene.27.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EXplanatio in psalmum,Credidi propter quod locutus sum,& incerto interprete.

Psal.115.

A collatione ple ysica ordiur.

NArrant quòd apiculæ leuibus pennis arborū & herbarū floribus insidēt,latentemq; in flosculis liquorculū innocua deprædatione auehunt,vt tandē dulcissimos mellis fauos inde cōfectos,hominibus præstent:ita & ecclesiæ doctores, super amœna vernātiaq; scripturarū viridaria leui mētis ala residētes,& insitū literæ succum spiritus hauriētes,soliciti sunt vt dulcissimū mel fidei, auditorū cordibus placidè instillent.Agè & nos apiculę mores imitemur,spiritu solis iusticię radiis feruido in florulētum psalmodiæ pratū prouolantes. Et quid dudū decantatus nobis psalmus dicebat? *Credidi propter quòd locutus sum.* Quam vim habet hic sermo? Vt sitiētibus vobis liquor sermonis tēperetur, ac potabilis fiat,operæprecīū fuerit,pro nostra virili sensum spiritus melleum in profundo literæ iacētē elicere. Credidi,propter quòd locutus sum.More oratorū,qui persuasuri de re aliqua antequam edisserant, rem omnem expendunt certis coniecturis:propheta nos docturus, prior ipse certior fit de substantia dei,deq; spe in Christo hominibus reposita,& dicit:Credidi,propter quòd locutus sum.Nisi prior ipse credidisset, ac rem comperisset, haud absq; periculo dicenda docere cœpisset.Proinde necessariò præmittit,dicens: Credidi,propter quòd locutus sum.

Et quid-

Et quidnam illud credidi? Credidi deum patrem esse Christi, non creatorem, non factorem, sed genitorem: deq; hoc persuasus, credidi, propter quod locutus sum. Non inuestigaui curiosius de natura dei, quæ & qualis sit: sed credidi Christum esse filium dei, ante secula ineffabiliter ex patre genitū. Vnde de hoc persuasus, credidi, propter quod locutus sum. At psalmum hunc verè psallere non possunt Iudæi, tametsi eum habeant.

Non enim crediderunt deum patrem esse Christi, neq; cognouerunt esse filium dei. Nam si cognouissent, vtique dominum gloriæ nō crucifixissent. Et Eunomiani ac Arriani, licet hunc psalmum habeant, ipsum tamen verè psallere non possunt. Non enim crediderunt deū esse genitorem Christi, sed cōditorem & factorem: & iterum nō crediderunt Christū esse filium dei, creaturam & facturā dicentes: Qui autem Christū reprobāt, hi & patrem reprobant. Nam iuxta scripturam, Siquis filiū non habet, neque patrem habet. Credidi, propter quod locutus sum. Neque Macedoniani psalmum hūc (licet eum habeant) in veritate psallere poterūt. Non enim crediderunt spiritum sanctū ex patre ineffabiliter procedētem esse deum. Porrò qui spiritum sanctū non habent, neq; filium habent: & de hoc audi Paulum dicentem: Si quis spiritum Christi nō habet, is non est eius. Itaque omnis qui recte credit in patrem, & filium, & spiritum sanctū, is psallere verè potest: Credidi, propter quod locutus sum. Videamus autem & sequētem versum quid velit. Postquam enim dixit, Credidi, propter quod locutus sum, infert: *Ego autem humiliatus sum nimis.* Qui hæc non intelligūt, versum male cohærere putant. Verum si nos idē sentiremus de deo, quod Dauid, nullus esset ex nobis, qui nō & ipse de se clamaret, Ego autem humiliatus sum nimis. Etenim quisquis indicibilem dei maiestatem oculo cordis contemplatur, & cognoscit deum homine tanto sublimiorem, quāto cœlum formica sublimius, nil mirum si stupescat intra se, & dicat, Ego autem humiliatus sum nimis. Vnde & Abraham in comparatione dei terram se esse ac cinerē videbat & dicebat: Ego autem sum terra ac cinis. Contrà superbi deū non cognoscunt, neq; semetipsos quid sint, sciunt. Quo pacto enim, qui nō antea agnoscit opificem, agnoscet seipsum esse figmentum? Quia enim nescitur domin°, nascitur superbia. Id quod attestatur scriptura, dicens: Initium superbiæ est nescire deū. Desciuit enim à factore cor eius. Dauid non erat talis, sed sciens deum cor contritum & humiliatum non despicere, humiliauit seipsum, vt exaltaretur. Omnis enim qui semetipsum exaltat, humiliabitur: qui verò seipsum humiliat, exaltabitur. Tantum enim bonum est humilitas, vt & domin° noster humiliarit semetipsum. Et vt in similitudinem suæ humilitatis nos adduceret, dixit: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mēdax.* Quo modo ergo Iob dicitur vir verax? Hoc enim testimoniū ei deus reddit, dicens: Considerasti seruum meum Iob quo modo non sit similis ei super omnem terram vir, absque reprehensione, iustus, verax, abstinens se ab omni opere malo: Si autem verax Iob scribitur, accedēte ad hoc diuino testimonio, quo modo hic Dauid de omnibus affirmat, Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo mendax? Ad hunc dicimus, quòd Iob cōparatus aliis hominibus, verax fuerit: sed ad deū collatus, mēdax. Nullus enim purus à macula, etiamsi ad vnicū tantum diem vixisset. Quòd si nullus absque peccato, certum quòd neq; mendacio caret: solus deus absque peccato est. Et quemadmodū hora vespertina quis stellam aliis comparatam, lucidam vocat, quam Sole fulgente lucidam nemo diceret, eò quòd excellens splendor Solis, fulgorem stellæ obtegit: Ita & hominem veracem ac bonum esse dicimus, quando eum cum aliis hominibus conferimus: cæterum quando eum cū deo comparamus, non est verax. Omnis enim homo mendax. Iterum dilecti versemus sermonē, vt in eo & aliorum sensuum gratiam relucentem inuenire valeam°. Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Beatus Dauid, amator verbi à puero, tolerans & amator laboris, per adolescentiā & in senecta amator sapiētiæ erat. Proinde vt amator dei, cū vellet oculo cordis deum contemplari qualis esset, fieretq; extra carnis desideria, postquam mente aërem cœlumq; transiit, & ad angelicas virtutes euolauit, ingressusq; est ad purissimam & materiæ expertem dei speciē, vidit diuinitatis maiestatem splendore & incōparabili decore fulgere, & ita, vt nullus hominū, nullaq; diuina lingua magnitudinem dei sufficiat enarrare: Et propterea in tali ecstasi factus, re diligēter cognita, magna fiducia pronūciat, dicens: *Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo mēdax.*

Agè denuo versemus sermonis huius margaritam, splendoreq; latentis spiritus mentem nostram illustremus. Scio enim & ego probos agricolas ex vno agro triplices fructus percipere. Itaq; imitemur & nos agricolas, & ligone spiritus fodiamus, iuxta prophetam dicentem: Nocte cum corde meo loquebar & scopebam spiritum meū. Viso itaq; primo versu, atq; item secundo, videamus & tertium. Ego autem dixi, inquit, in excessu meo, omnis homo mēdax: Vide, precor, quo modo omnes homines multa sibi de hac vita polliceātur, volentes ædificare, plantare, educare pueros, inuadere eos qui se offendunt, quo modo iactent se de inimicis vltionem sumpturos, eosq; in carcerem missuros, vincturos, proscripturos, & alia quædam atrociora facturos, nec multò post, & fortè illa ipsa nocte, vel post duos trèsve dies moriūtur, videbisq; liquidò quo modo omnis homo mendax. Neq; enim præstant quod promisere: neq; perficiunt quod proponunt. Ecce ita omnis homo qui hanc vitam amat, mēdax est: qui verò in virtutibus illā transmittit, mēdax non est, eò quòd qui talis est, non sit homo, sed deus: non natura quidē, sed ob inhabitantē in se gratiā: quales erant Petrus & Paulus, qui Christum intra se loquentē habebant. hi enim non erant mendaces, sed veraces: neq; enim homines erant, sed habebant spiritum dei intra se loquentē. Nō erāt illis curæ, vel opes, vel possessiones, aut quo pacto possiderēt, quibus dictum erat: Ne possideatis vel aurum, vel argentum, vel æs in zonis vestris. Non minabantur inimicis vindictam: neq; enim inimicos habebant, seruantes præceptum domini dicentis: Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus vos. Neque multos vitæ annos sibi promittebant, quorum vnusquisq; dicebat: Quotidie morior etiam per gloriā vestram. De quo & Apostolum audi dicentem: Quasi impostores, & veraces: quasi morientes, & ecce viuim°. Nam quantū ad id quod foris apparet, quasi seductores sumus: videmur enim homines esse: quantum autē ad prædicationem, & cordis & vitæ, veraces sumus. Et morientes, & ecce viuimus. Quantum enim ad voluntatem nostrā attinet, quotidie mori parati sumus, quātum autem ad fidem domini, viuimus. Deinde postquam dixit: Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo meu-

Luc.in.2. — Gen.18. Ignoratio dei quàm pernicio sa. — Eccle.10. — Luc.a 14. — Matth.11. — Iob.1. — Iob & verax & mēdax ex collatione. — ἐγκώμιον Dauidis. — Παροιμίας à simili — Psal.76. — Hominum vanitas. — Homo non homo sed deus. — Matth.10. — Luc.6. — 1.Corin.15. — 2.Corin.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauidis gratitudo.

mo mendax: ſubdit, *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Animo aduertẽs propheta quæ nobis dona dominus ab initio largitus ſit,& quanta ſibi peculiariter deus conceſſerit,obſtupeſcẽs dicit, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?Cœlũ propter me expãdit,fulgidis ſtellis illud ornauit. Propter me cœlo affixit Solem aureis ſplẽdentẽ fulgoribus. Propter me lunam fecit noctiuagã, vt obſcura noctis illuſtret,nautisq; ac viatoribus dux ſit itinerũ. Propter me terrã coagulauit, eamq; multigenis arboribus tam fructiferis quàm ſterilibus ornauit, & impleuit herbis ac floribus.Aquarũ quæ piſces proferũt, multitudines, in vnam concluſit congregationem.Fontes aquarum ſalſarum & dulciũ,vt è ſcatebris ſuis prorumperent ad ſedandam hominũ ſitim,præparauit. Ad omnia igitur beneficia illa obſtupeſcens propheta,dicit:Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?Quin & profundius & ſpiritualius quiddam intellexit propheta Dauid,conſiderans quanta beneficia hominibus in Chriſto erãt danda,eaq; tam certo prædicabat quaſi præſentia eſſent, dicens:Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? E puluere enim de terra excepto formauit me:& cum non eſſem,vt eſſem,prodire me fecit:imagine propria honeſtauit: angelorum gloria veſtiuit: ob præuaricationem morte diſſolutũ, veniens iterum reformauit. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Draconem ſerpẽtem mihi inimicũ occidit,portas æneas mortis deſcendens in infernum confregit,& vectes ferreos cõtriuit.Quid retribuã domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Ex deliciis paradiſi eiectum me reduxit,non mea iuſticia, ſed ſua gratia.Cœli portas mihi aperuit,regnum cœlorum promiſit. Scalam à terra in cœlũ, fidem mihi eſſe voluit & erexit. Quid retribuã domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Immò & his plura mihi præſtitit. Propter me enim ſuſtinuit ſputa & alapas. Propter me ſpineam coronam in capite ſuo portauit, fel aceto mixtum bibit. Propter me multa paſſus eſt, vt præparatam mihi mortis amaritudinem maliciamque exinaniret. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?Igitur propheta cum diſquiſiuiſſet multa,cogitãdoq; circunluſtraſſet omnia, nullaq; deo digna perfectaq; occurreret retributio, vnum animaduertit præclarius, nempe martyrij opus,& de hoc infert, dicens: *Calicem ſalutaris accipiam,& nomen domini invocabo.* Hoc loco calix paſsionem Chriſti nobis declarat, qui orauit: Pater,ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Habemus in ſcriptura & multos alios calices. Eſt quidam aureus calix Babylonis,è quo biberũt gẽtes, & inebriatæ ſunt. Habet & Babylon ſuum calicem aureum, ſed bonam potionem in calice nõ habet. Aureus calix Babylonis, erat nitor & elegantia verborũ gentilis ſapientię:quoniam intra ſe habebat letiferum poculum, idololatriæ dogma.Et nos qui pſallimus hic,non optamus hũc calicem,ſed calicem patientię,& certaminibus plenũ,nomine domini obſignatum:quem qui bibit, ſpiritus ſancti lætitia impletur, inq; factorum martyrũ choro cõſtituitur in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Calix martyrium. Matth.26.

Calix aureus Babylon.

Declarationem pſalmi huius, CXVI. vide ſupra in fine expoſitionis Pſalm. XXII.

EIVSDEM IN PSALMVM. CXVI.

Laudate dominum omnes gẽtes, Laudate eum omnes populi: Quoniam cõfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas domini manet in æternum. Cuiuis clarũ eſt hæc quæ dicta ſunt, eſſe prophetiã eccleſiæ credentium,& prædictionem prædicationis quę erat occupatura vniuerſum orbẽ terrę. Neq; enim vnã, duas aut tres ſolummodo gentes,ſed terrã, & vniuerſum mare vocat pſalmus.Quod etiam euenit, quando Chriſti aduentus reſplẽduit.Deinde dicit etiã cauſam *Epheſ.2.* ſalutis,quòd non ex propriis factis, nec ex vita, nec ex *Ad Tit.3.* fiducia, ſed ex ſola dei clementia ſeruati ſunt. Confirmata eſt enim,inquit,ſuper nos miſericordia eius.Hoc eſt, Coacta eſt & coaluit,firmaq; ac ſolida facta eſt,& petra durior.Incrementum enim quotidie ſuſcipit. Et veritas eius manet in æternum. Tunc enim veritas maximè reſplẽduit.Ideo autem ſic dixit,quoniam quæ erant veteris,erant typus & figura.Hoc ipſum ſignificãs quoque euangeliſta,dicebat:Lex per Moyſen data eſt, *Ioan.1.* gratia & veritas fuit per Ieſum Chriſtum.

IN PSALMVM CXVII.

Confitemini domino quoniam bonus:quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dictum quidẽ pſalmi quod conſueuit populus concinere,eſt hoc:Hic eſt dies quem fecit dominus, exultemus & lætemur in eo.quod & multos excitat,& hoc maximè ſolet populus illo ſpiritali & cœleſti conuẽtu decãtare. Nos autem,ſi vos vultis,à capite & ab initio totum pſalmũ perſequamur,non à verſu qui acclamatur, ſed ab ipſo ἤχος. exordio narrationem inchoãtes. Verſum enim patres noſtri,vt qui eſſet ſonorus,& ſublime aliquod decretũ contineret,populum reſonare ſanxerunt, quandoquidem totum pſalmum ignorabant,vt vel hinc perfectã doctrinam acciperẽt. Nobis autem neceſſe eſt eũ totũ *Matth.11.* perſequi,etſi quæ ſunt in medio eius, maximã habeant *Luc.10.* prophetiã.Hic enim dictum eſt: Lapidem quẽ reprobauerũt ædificãtes,hic factus eſt in caput anguli.Quod quidem Chriſtus quoq; dixit Iudæis, paulò quidẽ obſcurius.Ira enim feruebant.Ipſe autẽ eã nolebat accendere.Calamũ enim contritũ non confringet,& linum *Eſa.42.* fumigans non extinguet,dixit tamẽ.Aggrediamur ergo pſalmi proœmiũ,ſicuti iam diximus.Quod eſt ergo proœmium:Confitemini domino, quòd bonus,quòd in ſeculum miſericordia eius.Cùm mẽte agitaſſet propheta orbis terræ beneficium, & benignitatem ac clemẽtiam quam perpetuò oſtẽdit dominus, vocat ſimul omnes ad agendas gratias, maximo capite bonorum eius in medio poſito. *Dicat Iſrael quòd bonus,quòd in ſeculum miſericordia eius.* Quid dicis:Domus Iſraël,quæ captiuitates perpeſſa eſt innumerabiles, quæ in Aegypto ſeruiit,quæ in orbis terrarum extrema abducta eſt,quę in Palæſtina mille tolerauit afflictiones? Certè,inquit. Ii enim ſunt eius bonorum optimi teſtes, maioraq; & ampliora acceperũt quàm alij. Quinetiam hoc ipſum quod paſsi ſunt,eſt argumentũ magni beneficij. Siquis autem diligenter examinauerit, etiam pro Chriſti aduẽtu conſentaneum eſt eos maximas agere gratias.Etſi enim aduerſa paſsi ſunt, id tamen non ab eo qui venit,ſed ab eorũ improbitate & ingrati animi vicio profectũ eſt.Ipſe enim ad eos venit,& frequenter dicebat: *Matth 15.* Non miſſus ſum,niſi ad oues quæ perierunt domus Iſ- *& 10.* raël.Et diſcipulis:In viã gentium ne abieritis: ite potiꝰ ad oues quæ perierunt domus Iſraël.Et Chananęę:Nõ *Marc.15.* eſt bonum accipere panem filiorum, & dare canibus. Omnia enim agebat & procurabat pro illorũ ſalute.

ὑπάτω ὁ οἶκος Ἰσραὴλ, *Dicat domus Iſrael.*

Quod

Iudæũ ingratitudo. Quod si viri sunt indigni beneficio, suis sceleribus imputent, & summo suo ingrati animi crimini. *Dicat domus Aaron quòd bonus, quòd in seculum misericordia eius.* Hic vocat sacerdotes separatim ad laudes canendas, ostendens quàm sit excellens sacerdotium. Nam quò erãt ij aliis maiores, eo maiorẽ à deo gloriam cõsecuti sunt, non solũ quod ad sacerdotium attinet, sed etiã quod alia omnia. Etenim quando ignis demissus est, propter eos demissus est, & terra aperta est, & virga germinauit, & alia innumerabilia propter ipsos, imò verò pro ipsis, miracula facta sunt. *Dicãt omnes qui timent dominum, quòd bonus, quòd in seculũ misericordia eius.* Ij enim sunt qui maximè possunt videre eius benignitatem & clementiam, & per omnia discere bonitatẽ. Quid est autẽ, In seculum? Perpetuò, inquit, nõ interrupta, sed in omnibus & per omnia resplendens, & se ostendens. Quòd si multi eam nõ cernunt, propter suarum rationum imbecillitatem non cernunt. Nam ij etiam quorum ægri sunt oculi, ea maximè de causa solem nõ vident. Quẽadmodum nec qui sani sunt, semper possunt cũ oculis fixis intueri, propter summũ splendorẽ: ita nec vniuersa dei prouidentia perfectè sciri potest, quòd omnẽ humanam rationẽ longè superet illius prudentiæ & sapiẽtiæ magnitudo. Sunt etiã quædã affectiones, quæ stultis sæpe tenebras offundunt, & efficiunt vt eã omnino videre nequeant. Primum quidem libido & amor voluptatis: quocirca ea etiã quæ sunt omnibus manifesta, prætercurrunt. Cum iis secundũ est ignorantia, & mẽtis peruersitas. Quo modo ergo nõ est absurdum, si videas quidem patrem filium verberantem, id probare, & laudare, & vel eo maximè nomine patrẽ existimare: si deus autem vel de iis quæ facta sunt, pœnas sumere, indignari & ægre ferre? Quid autẽ possit esse hac peruersitate deterius, cum ea etiã quę sunt inter se contraria, ægre ferant, nunc quidem dolentes quòd supplicia non exigat: nunc autẽ quòd exigat? Quando enim viderint aliquos rapientes, & in bona aliorũ inuadentes, volunt eos dare pœnas: quando verò seipsos peccãtes, minimè: quod quidẽ est deprauati & corrupti animi. Accedit his tertium, quòd nesciant quid sit bonũ, quid sit malum, sed in rerũ iudicio labantur, quòd malo delectentur, & sint propensi ad vicium. Quartum, quòd suorum peccatorum rationẽ nõ ineunt. Quintũ, quòd vastum est & ineffabile id quod inter deũ & homines intercedit. Sextum, quòd non vult deus omnia vbiq; ostendere, nempe quòd sufficiant quæ fiunt sigillatim. Non oportet ergo nimium contẽdere, vt in omnibus discas dei administrationem. De rebus enim immẽsis contendimus, & quæ creatam omnẽ naturã longè superant. Eos autẽ qui eã vel aliqua ex parte sunt cogniturí, oportet esse liberos ab iis quas iam diximus affectionibus, & eam videbunt sole clarius, licet non omnem: & cum eã didicerint, pro vniuersa agent gratias.

Iere.10. Num.16. Num.17.

Rom.11. Dei administratio vt contemplãda & imitãda.

De tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine dominus. Vidisti bonitatem & clementiam. Non dixit, Eram dignus. Non dixit: Mea rectè facta ostendi, sed: Inuocaui solum, & suffecit oratio mea ad tollendã calamitatem. Quod etiam dicit in Aegyptiis: Videns vidi afflictionem populi mei, & descendi vt eriperem eos. Non dixit: Vidi virtutem populi mei, neque eius mutationẽ ad id quod est melius: sed, afflictionem, & eorum clamorẽ exaudij. Vides patrem benignũ & misericordem, qui solum fert opem propter calamitates. Atqui nec apud homines quidem, quicunq; affligitur, dignus est qui seruetur. Cum multos itaque videmus famulos flagris cædi, & excruciari, eos nõ dimittimus, considerantes eorum peccatorũ magnitudinem: Deus autem ex sola afflictione dimisit: neq; verò ex afflictione tantummodo eripuit, sed magna etiã securitate impertiit. Exaudiit, inquit, me in latitudine. Quinetiã afflictio ideo fuit concessa, vt eos qui affliguntur, meliores redderet & solertiores. *Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.* Vidisti mentis altitudinẽ, vidisti magnum spiritum, qui ita supra humanam ascendit imbecillitatem, vt omnem naturã despiciat. Hæc non solum decantemus, sed factis etiam ostendamus. Non dixit, Nil patiar: sed, Nõ timebo quid faciat mihi homo. Hoc est, Etiam si patiar, non timeo, idipsum dicens quòd Paulus: Si deus pro nobis, quis contra nos? Atqui contra ipsos erant innumerabiles, sed eos nihil offendebant. Quo modo autem non fuerit animi valde pusilli & abiecti, vt qui habent dominum propiciũ ac beneuolum, conseruos pertimescant? Sed hic nõ est eiusmodi, sed est omnibus eiusmodi timoribus omni ex parte superior. Hoc ipsum nos quoque faciamus: ne nos ipsos domini auxilio priuemus, quòd humana formidemus. Hoc est enim eorum qui dei auxilium contumelia afficiũt. Quòcirca dicitur Ezechias passus esse quæ passus est, quòd cum sol resiliisset & retrocessisset gradus quos descẽderat, & factum esset signum quod posset omnes obstupefacere: eos qui venerant vt hæc intelligerent, non ex iis quæ diuinitus euenerãt, sed ex rebus humanis voluit perterrere, & adducere in admirationem, timens ne ab eis inuaderetur, & ideo eis thesauros ostendit, habens spem in thesauris. Quare deus irritatus, Accipient, inquit, hæc omnia. Hoc est, ea quibus confidis, in quibus tuam spem reponis. Israël quoq; huius insimulatur, quòd pecuniis & equis confiderent. Quocirca eos admonet propheta, vt iis quæ sunt contraria, Deum placent, & dicant: Super equos non ascẽdemus. Deus te honorat, & tu eum contemnis? Deus te honorat, suum tibi auxilium promittẽs: & tu ad humanas spes cõfugis, & in animæ materiæ, nempe pecuniis, tuæ salutis spem committis? Non quærit enim solum seruare, sed id etiam honestè facere. Valde te amat, & ideo te ab omnibus abducens, sibiipsi àdiũgit: & omnia amputans, ad seipsum adducit, iis quæ facit, propemodum dicens: In me spem habe, & me perpetuo obserua & attende. *Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos.*

Deus quãdo hominibus clemens est.

Exod.3.

Affectiones oculum mentis excãtantes.

Ysal.81. Esa.44. Sapien.2. Esa.40.

Esa.38. 4.Reg.20. 24.

Afferte huc locum. Sui negligentiam. Eum præ humana fiducia, deus vlciscitur. Osee.14.

Vides eum non vlciscentem, neque pœnas sumentem, sed deo de suis inimicis vindictam remittentem.

Bonum est confidere in domino, quàm confidere in homine. Bonum est sperare in domino, quàm sperare in principibus. Non hæc dicit per comparationem, sed cõsueuit scriptura vti hac figura in iis etiam quæ non admittunt comparationẽ, propter imbecillitatem eorum qui tunc audiunt. Non hoc ergo dicit comparans, sed se ad illorũ captum demittens. Et ideo alius quoque propheta dixit: Maledictus omnis qui sperat in homine, nihil est enim ea spe debilio, est enim vel tela aranex imbecillior, immò verò non est solum imbecilla, verumetiam periculosa. Sciunt autem qui sæpe in hominibus confiderũt, cum quibus simul sæpe sunt deturbati. Spes autem in deum nõ est solum valida, verumetiam tuta, vt quæ nullam habeat mutationem. Et ideo Paulus quoque dicebat: Spes autem non confundit. Alias verò sapiẽs: Respicite, inquit, ad antiquas generationes, & videte quis sperauerit in dominũ, & pudore affecto est. At ego, inquit, speraui, & sum pudore affecto. Bona verba quæso ô homo, ne diuinæ scripturę obloquaris. Nam si pudore affectus es,

Quàm particula non cõparatiuè.

Hierem.17. Spes in homine periculosa.

Roma.5. Eccle.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In domino vt sperandum.

fectus es,ideo affectus es, quòd non vt oportuit speraueris,ex eo quod cesseris, ex eo quod finem non expectaueris, ex eo quod pusillo & angusto animo fueris. Sed non ita facias:verum quãdo videris quæ sunt mala & difficilia imminere, ne animum demittas.Hoc enim vel maximè est sperare, quando in media mala & grauia pericula fueris coniectus,tunc erigi. Quid barbaris illis,Niniuitis, inquam,erat miserius?& tamen eũ iam essent ipso laqueo irretiti, & ruituram ciuitatẽ expectarẽt,ne sic quidem desperarunt,sed summã ostenderunt pœnitentiam, & effecerũt vt deus rursus suam reuocaret sententiam. Vidisti quantæ sint spei vires. Quid verò ipse propheta?An non cum esset in ventre ceti, & tẽpli & suæ Hierosolyma reuersionis meminerat?Et tu ergo quãuis vel ad ipsam mortem deueneris, & vndiq; tibi maxima immineant pericula, ne desperaueris. Potest enim deus in rebus vel difficillimis & impeditissimis exitum inuenire: & ideo dicit quidam sapiens, A mane vsq; ad vesperam mutationes multæ. & in cõspectu eius sunt omnia facilia.Non vidisti præfectum in summa rerũ copia fame enectum?Non vidisti viduam in fame abundantem? Quando res in maximam inciderint inopiam, tũc tu spera maximè. Tunc enim deus maximè suam ostendet potẽtiam,non à primordio, sed quãdo res fuerint planè desperatæ ab hominibus.Hoc est enim tẽpus diuini auxilij. Et ideo nec pueros eripuit à principio,sed postquam fuerunt cõiecti in fornacem: nec Danielem, antequã esset immissus,sed septem post diebus.Nec attẽde rerum naturam quæ præcipites agunt in desperationem,sed dei potentiam,quæ sunt desperata,adducit in bonam spem.Hoc etiam ostendens Psalmographus, & quanta sit dei potentiæ facilitas, volẽs monstrare, quòd scilicet eos etiã qui in grauia mala inciderunt,prostratique & conculcati sunt,possit educere,& non tantũ à principio,audi quid subiungat. *Omnes gentes circumierunt me.* Vidisti periculum ineuitabile. Neque enim erat acie confligendum,neque stabant inimici è regione,sed erat interceptus, & tanquam sagena aliqua circundatus, & veluti quibusdam retibus comprehẽsus,non ab vno,duobus, aut tribus, sed ab omnibus gentibus, sunt tamen hæc omnia vincula confracta à spe in deũ. *Et nomine domini vltus sum eos. Circundantes circundederunt me, & nomine domini vltus sum eos.Circundederunt me sicut apes fauũ,& exarserunt sicut ignis in spinis,& nomine domini vlt⁹ sum eos.* Vidisti quo modo describit ærumnarum magnitudinem. Non enim dixit solummodo: Circundederunt:sed,tanquã apes, & tanquam ignis in spinis.Per apes quidem, prõptitudinem & animi alacritatem,per spinas verò iram intolerabilem, & qui extingui non poterat, bilis ardorem significans. Quis enim cohibuerit ignem qui in spinas incidit?Eos tamen,inquit,adeò vehemẽter & adeo celeriter accensos,cum me medium intercepissent, non solum effugi,sed etiam vltus sum.Vide hoc ipsum fieri etiam in materia.Ignis enim rubũ vrebat, & neque rubus comburebatur,nec ille extinguebatur,sed vtraque tamen tunc manebant simul conuersantia,nec se consumentia. Atqui quid est rubo magis flaccidũ & imbecillum?Quid vero igne est ardentius? Admirabilis tamen dei potentia, res faciẽs quæ opinionem superant, permisit vt vtraq; manerent. Huiusmodi quoque tunc accidit miraculum. Tanquam ignis enim accurrebãt, tanquam apes cum magna animi alacritate inuidebãt, intus interceptum tenebant, nec aliquid potuerunt facere.Arma enim inuicta,auxilium inexpugnabile,Dei nomen omnes expulit. *Impulsus,euersus sum vt caderem,& dominus suscepit me.* Dixit malorũ magnitudinem,à multitudine,à figura,à promptitudine & animi alacritate, ab ira eorum qui inuadunt. Dicit etiam ab iis quæ ipse passus est.Ita,inquit,me mala adorta sunt,vt parum abfuerit quin caderem & deturbarer.Impulsus enim, ita fui euersus,vt essem etiã casurus:sed cum iam essem super genua lapsurus,& inclinarer, & rerum humanarũ nulla esset spes relicta,tunc suum ostendit auxiliũ.Hoc autem facit deus,ne vllus eius sibi gloriã vẽdicet. Hoc etiam in historia iudicum fecit in Gedeone.Propterea regnante quoq; Ezechia erexit noctu trophæum. Si ille cum nihil ad victoriam,nihil ad bellum contulisset, superbus tamen & arrogans factus est: si prælio interfuisset,si cadentes vidisset eos qui interficiebantur, an non hoc ei multò magis accidisset? Quãdo ergo ab humana spe res sunt desperatæ, suum tunc affert auxiliũ. Hoc fecit in Goliath.Hoc etiã fecit in Apostolis.Et ideo dicebat Paulus,Sed ipsi in nobis ipsis iudicium mortis habuimus,vt nõ confideremus in nobis ipsis, sed in deo qui excitat mortuos. *Fortitudo mea, & laus mea dominus,& factus est mihi in salutem.* Quasi diceret, Fuit mihi ipse virtus & auxilium. Quid est autem quod dicit, laus mea?Gloria mea, cõmendatio mea, decus meum, meus splendor.Nõ solùm enim liberat à periculis, sed claros etiã facit & illustres, & hoc vbiq; videri potest, dari cum gloria salutem.Porrò autem aliud quoq; per hoc obscurè significatur. Quódnam hoc? Hoc est, inquit, mihi perpetuum canticũ,hoc est mihi vox perpetua,hymnus qui de eo canitur, hoc est mihi perpetuũ munus,eum laudare.Audiant qui saranicis canticis remollescunt & putrefiunt.Quod non supplicium subibunt,quænam verò eis poterit dari venia,cum eo seruatorem perpetuò laudante, illi in illis perpetuò volutentur? *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.* Quando res vniuersa à deo præclarè gesta fuerit: qui victoria fruuntur,gaudent,exultant,duplici lętitia affecti, & quòd seruati sunt, & quòd per deum seruati. Læticię eis causa est is qui trophæũ erexit.Deinde ostẽdens quidnam eum impulerit ad hoc ferendũ auxiliũ, subiunxit,In tabernaculis iustorum.Non dixit, In domibus,sed in tabernaculis,volens ostendere non diligenter extructã, sed extemporalem habitationẽ. Tale erat tabernaculum Abrahæ, quando redibat superatis regibus, magnam ex rebus gestis gloriam consecutus. Tale erat Pauli tabernaculũ, vnde reuertebatur superatis dæmonibus errorem de medio tollens,& præclara referens facinora. *Dextera domini fecit virtutem,dextera domini exaltauit me.* Vide occasionem exultationis.Idem enim nunc dicit quod antea dicebat, ostendens hæc à deo fuisse gesta.Vides non solùm in liberatione à malis,sed etiam in acquisitione gloriæ & splendoris,consistere eius beneficium.Cum enim dixisset,Dextera domini fecit virtutem,subiunxit,dextera domini exaltauit me, vt ostenderet gloriam quæ ad se peruenerat. Exaltauit enim me,significat,me gloria affecit.Non solum enim fecit potentes,sed etiam claros & illustres.

Non moriar sed viuam, & narrabo opera domini. Pericula quidem,inquit,mortem minabantur: ego autem non moriar,sed viuam.Hoc est, Tam magna & admirabilia fecit dominus,vt vel ab ipsa morte eripuerit, etiam ante nouum in periculis opinionem, omnem superãtibus resurrectionis imaginem præfigurans. Dedit enim nobis vel à principio ænigmata, quando Enoch transtulit,& si credis fieri non posse vt corpora resurgant,ex

Ab exemplo. Ionæ 3.

Spei vires. Ionæ 2.

Eccle.18. πρὸς ἕτερα 4.Reg.7.8.

Dan.3.6.

Vt apes, vt spinæ.

Similis.

Exod.3.

Iud.6.7.8. 4.Reg.19.

1.Reg.17. 2.Corin.1.

Cantica sanctorum. Exclamatio.

Psalm.36. Prou.21. Hiere.3.

Tabernaculum. Gene.14. Actu.19.

Resurrectionis imago. Gene.15.

gant,ex eo crede. Quo modo enim tãto tempore permansit illud corpus? Non sunt enim æqualia, domum quæ interiit & est diruta,excitare: & veterem ac collabentem tanto tempore conseruare. An non considerasti eum illum fecisse,qui non erat? Multo magis ergo illum suscitare & restituere poterit. Habes etiam aliam imaginẽ resurrectionis,nempe Heliæ raptum, qui nec in hodiernum vsque diem est mortuus. Omnia sunt expedita deo & facilia. Non erit,inquit, impossibile apud deum omne verbum. Et propheta, Quæcunq; voluit,fecit. Non vides fabri opera esse tibi difficilia: sed tamen arti cedis. Deinde conserui quidem tui arti concedis: à domini autem sapientia rationem exigis: & id quod fit,fide non admittis? Quantæ sunt hæc inscientiæ. Non moriar,sed viuam. Siquis id quod dictum est voluerit sumere anagogicè,non errabit. Etsi hoc enim de resurrectione dictum est (illud enim,Non moriar, est significantis mortem non esse mortem) alio tamen etiam modo intelligitur. Non moriar enim,inquit,altera morte: quam Christus quoque significãs, dicebat: Qui credit in me,inquit,etiamsi mortuus fuerit,viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur. Et narrabo opera domini. Hoc est maximè vita, eum laudare,& eius miracula omnibus annunciare. Quænam opera dic quæso? Ea quæ est narraturus subiungens,

Castigans castigauit me dominus,& morti non tradidit me. Vidisti quàm admirabilia fecerit, vidisti quæ ex eis capitur vtilitas. Non solum enim agit gratias quòd fuerit liberatus, sed etiam quòd ceciderit, maximũ agnoscit beneficium,& dicit lucrum tentationis. Quòdnã hoc? Castigans castigauit me, inquit, dominus. Hæc est vtilitas periculorum,quòd eum meliorem fecerint. Vidisti vtrinque eius potentiam & curationẽ, & quòd permiserit vt apprehenderetur à malis, & quòd eum rursus liberauerit. Morti enim,inquit,non tradidit me. Et rectè dixit alius interpres, Morti autem non tradidit me, vt ostenderet omnia esse sita in eius potestate. Quamobrem duplicem lucrifecit salutem,nempe liberationem à malis,& liberationem à vicio,quocirca dicebat Paulus scribens Hebræis,Si autem extra disciplinam estis,adulterini ergo estis,& non filij. *Aperite mihi portas iustitiæ,ingressus in eas confitebor domino.* Iis qui castigãtur,portæ aperiuntur,iis qui peccata deponũt. Qui disciplinam suscepit,potest confidenter dicere: Aperite mihi portas iusticiæ. Hoc dictum enim sumendum est anagogicè,& cœlorum portæ sunt intelligendæ, quæ sunt clausæ improbis,quę sunt pulsandę per virtutem, per eleemosynam, per iusticiam. *Hæc est porta domini, iusti intrabunt in eam.* Sunt portæ mortis, sunt portæ interitus, sunt portæ vitæ, sunt portæ arctæ & angustæ. Quoniam ergo sunt multæ,dicit insigne ciuitatis domini,subiungens,Hæc est porta domini. Illæ enim nõ sunt domini. Quòdnam est autem eius insigne? Quòd qui castigantur,per eam ingrediuntur,qui opprimuntur. Est enim arcta & angusta. Si autẽ est arcta,qui sunt afflicti & oppressi,per eam ingredientur: quemadmodum quæ ducit ad interitum,lata est & spaciosa. *Confitebor quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.* Non dicit solummodo exaudiisse, sed cum prius castigasset & meliorem fecisset. Et ideo agit gratias, non solum quòd sit exauditus, sed etiã quòd fuerit castigatus. Ideo enim fuit exauditus: & vbique magnum est apud ipsum hoc genus gratiarum actionis. Quemadmodum enim dixi,nec cessabo dicere, hoc est maximum sacrificium & oblatio. *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes,* *hic factus est in caput anguli.* Quòd hoc de Christo dictũ sit,est cuiuis manifestum. Ipse enim in Euãgeliis adducit hanc prophetiam,dicens: Nunquam legistis,lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Si autem quod dictum est,non videtur pẽdêre ex historia, sed media interrupta rerũ consequentia ingressa esse prophetia,non est mirum,nec nouum. Complures enim ita enunciatæ sunt prophetiæ, quòd oporteret eas tunc tẽporis ità obtegi,vt non etiam ipsi libri abolerẽtur. De eius enim ortu prophetia videtur quidem pendêre ab historia,habere autem nihil commune cum illa,vtpote. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filiũ, & vocabis nomẽ eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum deus. Lapidem quem reprobauerunt ædificãtes. Ædificantes hic dicit Iudęos, legis doctores,scribas,pharisæos, quandoquidẽ reprobarunt ipsum,dicentes,Samaritanus es tu,& dæmoniũ habes. Et rursus,Hic non est ex deo, sed seducit turbã. Hic tamen reprobatus, adeò probus apparuit, vt fieret caput anguli. Non enim omnis lapis aptus est ad angulum,sed qui est probissimus,& potest muros reuincire ex vtroque latere. Quod ergo dicit Propheta, tale est, Qui est à Iudęis reprobatus,& pro nihilo habitus,apparuit adeò mirabilis,vt non solum contexeret ædificiũ, sed duos etiam parietes coniungeret ac reuinciret,Iudæos scilicet,& eos qui credebant ex gentibus: quemadmodum Paulus quoque dicit, Ipse enim est pax nostra,qui fecit vtraque vnum, & sepis soluit maceriam, inimicicias in carne sua, legem mandatorum, quæ est in decretis,abolens: vt qui duo erãt, construeret in vnum hominem. Et rursus,Superædificati fundamento Apostolorum & Prophetarum, existente angulari lapide Christo Iesu. Per hoc autem quod dictum est, maximè accusantur Iudæi,quòd cum ædificarent, aptum lapidem non diiudicarunt, sed eum etiam vt reprobũ reiecerunt, qui poterat tale ædificium cõtexere. Si vis autem scire quinã sint ij duo parietes,audi ipsum quoque Christum dicentem: Alias etiam oues habeo,quæ non sunt de hoc ouili, & me illas quoque ducere oportet: & fiet vnus pastor,& vnum ouile. Hoc etiam multis retro seculis tanquam in figura factum est. Abrahã enim fuit vtrorumq; Patriarcha, & eorum qui in præpucio, & eorum qui erant in circuncisione: sed illud quidem fuit in figura,hoc autem in veritate. Hic factº est in caput anguli. Hoc est, vtrasq; gentes coniunxit. ἐγένετο εἰς

A domino factum est istud. Quid est, A domino factũ est istud? Non erat,inquit,humanum quod factum est, non erat vnius ex multis. Non erat angelorum,non erat archangelorum,talem angulum cõponere. Nemo ergo hoc potuit,non iustus, non propheta, non angelus,non archangelus,sed solius dei erat hoc prẹclarum facinus, est enim eius proprium. Alius interpres dicit, Hoc factum est à domino,id est,Hoc est opus admirabile,& quod omnem superat opinionem. Hoc scilicet opus anguli. *Et est admirabile in oculis nostris.* Quis est admirabilis? Angulus scilicet, coitio duorum populorum ad pietatem. Ex Iudæis enim multæ crediderunt myriades. Quinetiam ipsi erãt Apostoli ex Iudæis. Rectè autem dixit,in oculis nostris. Quis enim nõ obstupescat,quis nõ admiretur,quòd vbi crucifixus est Christus,illic Christus adoratur: & qui eum quidem crucifixerunt,ignominia: qui verò adorant, gloria afficiuntur? Vniuersum enim orbem terræ peruasit verbũ,omnes veritati coniungens. Est ergo admirabilis, vel iis qui quomodocunque id considerant, multò autẽ magis &

Tentationis lucrum. Castigationis vtilitas.

Hebr.12.

Matth.25.

Septem.16. Matth.7. Porta multiplices.

Matth.7.

Gratiarum actio, maximũ sacrificium.

4.Reg.2.

Luc.1. Psal.113. A minori argumentũ.

Mors secũda. Ioan.11.

Prophetiæ cur plerũq; obscuræ.

Esaiæ 7.

Ioan.8.

Ioan.7.

Christus lapis angularis.

Ephes.2.

Ibidem.

Ioan.10.

Roma.4.

factus est, iste scilicet angulus.

θαυμαστὴ γωνία admirabilis angulus.

Psal.18. Roma.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dies Christi à similitudine.

gis & longè euidẽtius eis qui credunt. Et ideo dixit, in oculis nostris. *Hæc est dies quem fecit dominus, exultemus & lætemur in ea.* Vocat hic diem, nõ solis cursum, sed præclara facinora quæ in eo gesta sunt. Quemadmodum enim qui diem malum dicit, nõ dicit cursum solis, sed mala quæ in ipso sunt, ita etiam bonum diẽ vocat præclara facta quæ in eo fuerunt. Quod autem dicit, est eiusmodi, Res præclaras quę in eo gestæ sunt, deus fecit, erat enim illius solius manus efficere quæ facta sunt.

1. Corin. 5.
Roma. 5.
Ephes. 2.
Luc. 23.
Galat. 3.
Roma. 7. & 8.
Roma. 3.

Quid enim potest cum hoc die conferri, in quo dei cũ hominibus facta est recõciliatio, & diuturnum bellum fuit diremptum, & terra cœlũ euasit, & homines terra indigni, regno digni visi sunt, & nostræ naturæ primitiæ super cœlos sublatæ sunt, & apertus est paradisus, & veterem patriam recepimus, & expunctum est maledictum, & sublatum peccatũ, & qui per legem puniti fuerant, sine lege salutem consecuti sunt, & tota terra & mare suum agnouit dominum, & alia facta sunt innumerabilia, quæ nunc non possumus oratione persequi. Quocirca cum hæc omnia mente agitasset propheta, omnia deo asscribit, ostendens quæ gesta sunt, à deo facta esse. Exultemus & lætemur in ea. Lætitiam hîc dicit

Gaudere bonis, nõ parua virtus.

spiritalem, lætitiã mẽtis, lætitiam animi. Exultemus & lętemur in ea, quòd tanta nobis bona obtigerint. etenim hoc quidem est parua virtus, gaudere bonis, exilire, gaudio affici, dei beneficia cum voluptate suscipere.

O domine saluũ me fac. O domine bene prosperare. Quid est, O domine saluum me fac: O domine bene prosperare? Quoniã videbat orbis terræ res secundas, rerumq; mutationem & in melius conuersionem: iis qui eis fruuntur gratulãs, dixit, O domine serua, O domine dirige. Hoc est, Conserua domine eos qui fruuntur: vt & impleantur, & gratia dignos fructus ostendant. redde eis viam facilem, vt postquã assecuti fuerint, à talibus bonis non amplius excidant. *Benedictus qui venit in nomine domini.* Nostra enim non consistunt in iis tantũ quę facta sunt, sed procedũt ad alia maiora, resurrectionẽ, regnum, hæreditatem cũ Christo. Quæ omnia volens ostendere, subiunxit, Benedictus qui venit in nomine domini. Hoc etiam dixit Christus Iudæis, Amẽ amen

Matth. 23.

dico vobis: Non me videbitis donec dixeritis, Benedictus qui venit in nomine domini. Quoniam enim sæpe obiiciebant, & id susq; deque miscebant, quod nõ sit ex deo, quod sit dei hostis: dicit eis, Vos mihi feretis testimonium quod non sum dei hostis, quando videritis venientem in nubibus, & hanc emiseritis vocem dicentes, Benedictus qui venit in nomine domini, bonis verbis & laude plenis ab omni defensione seipsos excludentes. Eorum enim quæ tunc fient, euidẽtia efficiet vt eam vocem emittant, simul & laudantes, & graues in seipsos accusationem instituentes. *Benediximus vobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis.*

Illuxit, ἐπέφανεν Apparuit.

Dicit omnem populum fidelẽ, qui in domo domini adeptus est benedictionem. Cernuntur enim vbiq; prophetæ beatos dicẽtes eos qui sunt credituri. Qua de causa benediximus, & vndènam beatitudo? Quoniam deus apparuit nobis. Apparuit enim, inquit, gratia dei salutaris, erudiens nos vt abnegata impietate & mundanis desideriis, modestè, iustè, & piè viuam°. Et rursus, Expectãtes beatam spẽ & apparitionẽ magni dei & seruatoris nostri Iesu Christi. Incarnationem ergo hîc admiratur propheta, quòd cũ deus esset, & dominus, & illius substantiæ, apparere æquum duxerit. Dicit autẽ apparitionem, carnis humanę susceptionem, virginalem scilicet vterum subiisse, hominẽ factum esse, & versatum esse

Tit. 2.
Ibidem.
Apparere dei.

cũ hominibus. Et ideo dixit, Benedíximus vobis, quòd tale donum sitis consecuti. Hoc etiam Christus significans dicebat: Multi prophetæ & iusti desiderarunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. *Constituite diem solemnẽ in condensis vsque ad cornu altaris.* Alius, Alligate in celebri conuẽtu condensa. Alius, Alligate festũ diligentiis. A prophetia rursus rediit ad historiã. Hoc est autẽ quod dicit, Festũ agite, frequentes conuenite. Quid est autẽ, Constituite diem solennẽ in condensis? Vt vult quidẽ vnus interpres, Sacrificate splẽdidas hostias, Vt alius autẽ, Coronis & ramis templũ cingite. Hebraicum autẽ ita dicit אסרו חג בעבותים Isru hag baauothim. Siue hoc ergo fit, siue illud, significat festũ, & diem lętũ, & celebrẽ conuentum. Ab iis enim quæ percipiuntur intelligentia, orationem rursus traduxit ad sensilia, & meminit illorum reditus. *Deus meus es tu, & confitebor tibi: deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.* Hîc ostendit quòd etiam absq; beneficiis deo sunt agendæ gratiæ, & est propter hoc ipsum gloria & honore afficiendus, propter maiestatẽ, propter substantiam, propter gloriã ineffabilem. Hoc enim significat, postquã dixit beneficia quibus est affectus, sic subiungens. Dicit enim, Etiam absq; his agam gratias, quòd talem habeam dominũ, adeò altũ, adeò magnũ, & qui adeò nec videri, nec comprehendi potest. Illud enim, Exaltabo, significat glorificabo. *Confitemini domino, quòd bonus, quòd in seculum misericordia eius.* Non satis habet quòd ipse hoc offert sacrificium, sed multos etiam vocat, vt sint socij & participes laudis & gratiarum actionis, & dei benignitatẽ prædicat & clemẽtiam, eius largitatem & magnitudinẽ vbiq; celebrans. Cum hæc ergo nos quoq; viderimus, permaneamus gratias perpetuò agentes benigno & clementi deo, & hoc ei offeramus sacrificium, vt bona etiam futura cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi. Cum quo patri & gloria simul cũ sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Gratiæ deo agendæ etiam beneficiis.

Matth. 23.
1. Tim. 1.4.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN PSALMO CXVIII. *Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine secundum verbum tuum, Homilia. incerto interprete.*

BEnignitas dei, & domini nostri Iesu Christi bonitas luxit in nobis vt tenebræ peccatorũ nostrorum longè essent à nobis. Quid enim benignius, quid sanctius, quid clementius, nisi vt animam suã poneret pro ouibus suis? nec enim tantam bonitatem possumus enarrare, vt deus indueret carnem, virtus fragilitatẽ, impassibilitas passionẽ: tota lætitia toleraret tristiciã, vt vsq; ad passionẽ crucis veniret. Exprobrari, exalapari, spinis coronari, felle acetoq; potari, cũ iniustis deputari, flagellari, & omnia quæ pertulit pro nobis, vnde pertulit, nisi de bonitate, quã ab ipso datam agnoscimus in nobis? Bonitatẽ fecisti cũ seruo tuo domine secundũ verbum tuũ. Quam bonitatẽ infudit bonis: vt aliquando ex malis essent boni? Hæc est Christianorũ bonitas, vt malũ pro malo non reddant, cum omnibus pacẽ habeant, nõ se vindicent, pro inimicis orent, benefaciant iis qui eos oderũt. Hæc est bonitas Christianorũ, quia & Christus quod fecit in capite suo, voluit esse in mẽbris suis. Quid caput nostrũ egerit, audite: Cũ malediceretur, non maledicebat: cũ iniuriam pateretur, non cõminabatur. Tolerauit omnes impios, superbos, pręsumptores, filios turpis mulieris: audiuit, Dæmonium habes, in nomine Beelzebub

Ioan. 10.
Bonitas Christianorum.
1. Pet. 2.
Matth. 11.

eiicis

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiicis dæmonia,seductor,blasphemus.Audi & quod di
Ibid.26. &ũ est ab eo in hora passionis. Amodo videbitis filiũ
hominis ascendentẽ in cœlũ, & sedentẽ in regno pa-
tris sui.& dixerunt de eo: Blasphemat hic, quid adhuc
Ibidem. egemus testibus?Seductorẽ dixerunt,quando?postquã
crucifixus est.dixerunt ei, Dæmonium habes.quando
eos docuit de regno dei, & increpauit duriciã cordis
eorum,dixerunt ei,In Beelzebub principe dęmoniorũ
eiicis dæmonia.quando viderũt virtutes exire de eo,
Ibid.8. & clamantes spiritus, atq; dicentes: Scimus quia filius
dei sis, quid venisti ante tẽpus torquere nos? Ista ergo
bonitas fecit formam bonis, quæ bonitas radicem fixã
habens, in conscientia culmescit, frondescit, grande-
scit,opacatur in virtutibus, vt iam sol per diẽ nõ vrat,
neq; luna per noctem:vmbraculũ virtutũ habens ani-
ma cõtextũ requiescit à laboribus suis. Nec enim aliũ-
de ascendunt virtutes, nisi à bonitate boni: & omniũ
Pietatis ope bonorum bona mater est charitas. Quid benignius,pa
ra. nem dare esuriẽti,potũ dare sitienti,nudo frigora pas-
so vestimentũ subministrare,egentẽ sine tecto in do-
mum inducere,peregrinũ suscipere,viaticũ proficiscẽ-
ti dare?Hæc bonitas bonos facit, perfectos cõstituit ci-
ues vitæ æternæ.Colligit suos,vt ament se boni,haben
tes vnam bonitatẽ matrem & amicã:& illa amat filios
& amicos suos, & illi amant matrem, & amatã suã.Isti
ciues sanctæ ciuitatis,vbi nulla malicia,sed tota cõcor-
dia:vbi perfecta bonitas,& tota charitas:vbi iusticia &
plena mansuetudo,vbi tẽperantia & prudẽtia regnãt.
Istæ virtutes in mẽbris Christi diuiduntur populis bo-
nitatis.Dicamus & nunc, Bonitatem fecisti cum seruo
tuo,qui est populus eius,secundũ verbũ tuũ. Quo mo-
do cum illo verbo tuo fecisti vt carnẽ assumeret, & à
carne inquinatus non esset:ita & nobis præsta domine
deus,fac nos secundũ carnem ambulare,& non secun-
dum carnẽ militare. Secundũ verbum tuũ suauitatẽ fe
cisti.Quę est suauitas,nisi dulcedo,vbi nulla est amari-
tudo?Quæ est dulcedo,nisi illa dulcedo,quæ prædica-
Psal.118. tur ab omnibus dicẽtibus: Quàm dulcia faucibus meis
eloquia tua, & verba tua super mel & fauum ori meo?
Aequé propheta de ipsa dulcedine non tacens,ait alio
Psal.18. in loco: Præceptũ domini lucidũ, illuminans oculos:
Timor domini castus, permanẽs in seculum seculi:iu-
dicia domini vera, iustificata in idipsum:desiderabilia
super aurum & lapidem preciosum multũ, & dulciora
super mel & fauum:Etenim seruus tuus custodiet ea,in
custodiẽdo illa retributio multa. Et bonitas bonitatis.
Iaco.1. Bonum ac perfectum donum desursum est à patre lu-
Bonus ne- minum.Nullus tamen nunc bonus esse potest, nisi qui
mo,nisi pri⁹ primo fuerat malus.Nullus bonitati suę assignet quod
malus. habet,aut vendicet sibi quasi propriũ quod à deo acce-
Psal.50. pit. Quando fuit homo bonus, qui in iniquitatibus est
Roma.5. conceptus?quando bonus,quũ peccatum in hunc mũ-
Eccle.40. dum intrauit,& per peccatũ mors, & ita in omnes ho-
mines pertrãsiit? Quando bonus,quibus graue iugum
super filios Adæ à die exitus eorum vsq; in diem sepul-
turæ,quæ est mater omnium?quando bonus,cum Apo
Roma.7. stolus bonum se dicere nõ ausus est,clamans,& gemẽs,
& suspirãs, Miser ego homo, quis me liberabit de cor-
pore mortis huius?Qui estis boni,assignate illud dono
dei: & nolite illud vobis assumere quod donatum est
1.Cor.4. vobis,ne perdatis quod habetis, & dicat vobis veritas,
Quid habetis quod non accepistis?& si accepistis,quid
gloriamini quasi non acceperitis? Assignate ergo deo
bonitatem,& dicite quod modo cãtauimus, Bonitatẽ
fecisti cum seruo tuo domine, secundum verbum tuũ.

Bona cõfessio seruitutis,si impleatur legitimè in timo-
re,vt exultet cor cũ secreto mœrore. Qui seruit impe-
ratori,honorem habet magnũ. Quem diligit imperator, potẽs est apud omnes homines.Videte cuius serui
estis.Serui enim dicuntur à seruando.Si seruaueritis cp *Serui à ser-*
estis,serui boni eritis. Estote ergo serui boni sub bono *uando.*
deo,quia bonitatẽ fecit nobiscum, cum indignis, cum
reis,cum morti destinatis,cum tenebrosis,cũ impiis fe-
cit hanc bonitatẽ,donauit istã bonitatem.Nullus reus
maneat ingratus,sibi assumendo quasi non acceperit:
sed hanc bonitatẽ conseruate,charitatẽ dominã tenẽ-
tes,in qua est vinculũ perfectionis:vt hęc charitas pfi-
ciat in vobis,quę adhuc desunt nobis:vt exultãs de vo
bis ecclesia vbiq; diffusa dicat,Imperfectũ meũ viderũt *Psal.138.*
oculi tui.Sẽper clamet de vobis, Filij lucis estis, ambu- *Ephe.5.*
late dum lumen habetis in vobis,ne vos tenebræ com
prehendant.Aliorũ mors proficiat ad vestram salutẽ,
vt ibi congregati agnoscãt characterẽ & insigne illud
militiæ vestræ,quod professi estis in eminenti loco ec-
clesiæ.vt cũ professio & vita vestra concordauerint si-
bi,efficiamini gens sancta,populus acquisitionis in do- *1.Pet.2.*
mo illa virtutis, de qua vates eius cecinit, dicens pro-
phetica voce, Beati qui habitant in domo tua domi- *Psal.32.*
ne, in secula seculorum laudabunt te.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST in psalmo CXVIII.In proximo es domine,& omnes viæ tuæ veritas. Ab initio cognoui de testimoniis tuis, quia in æternũ fundasti ea, Homilia incerto interprete.

VEritatem prædicandã angustia oris humani
non capit.Et quia silendum non est de tantæ
magnitudinis veritate, in quantum potest ca
pere sensus, auribus vestris prædicamus, non
quanta est ipsa veritas,sed quantum de illa dici potest.
Hęc veritas ab initio fuit fundata, est,& erit.Quæ verè
ideo dicitur fundata,quòd in cordibus sanctorũ inhę-
sit,in fundo cordis ibi radicata est, ibi culmescit, fron-
descit,fructificat,perficieturq;.Cũ ista ergo prędicam⁹,
sancta corda ædificamus,proficientia docemus,initia-
tis cordibus eã ostẽdimus,prodest omnibus: in nostra
prædicatione pulsat aures humanas, vt in corde faciat
mansionẽ.Hæc veritas,tres sunt syllabæ,& septẽ literę: *Latinus igi*
quia in septima die requieuit deus ab operibus suis quę *tur fuit, nõ*
fecit.Et quia in ipsa veritate requiescit deus, ideo re- *Chrysosto-*
quieuit ab omnibus operibus suis. Cũ in nobis illã vi- *mus.*
det firmatam,radicatam,dilatatã: cũ nominamus illã,
requiescimus in illa:cum loquimur de illa,delectamus
illam:cũ prædicamus illam,descendit ad memoriã no
stram, vt ibi faciat mansionẽ.Hæc ergo veritas impu-
gnat falsitatẽ,repellit aduersitatẽ, vana non admittit,
tẽporalia & caduca odit:& quia est veritas, semper est
veritas.Redeamus ad id quod proposuimus, contexẽ-
tes versus hymni quẽ modò cantauimus.Diximus, *In*
proximo es domine, & omnes viæ tuæ veritas. Verè propè es il-
lis qui ita viuunt,vt semper audiantur. Qui in longin-
quo fuerit,audiri nõ potest: qui propè fuerit, sine dila-
tione auditur.Propè & non longè sunt corda quæ nõ *Psal.144.*
sibi sed deo viuunt:quæ non carni,sed animæ:quę non
seculo,sed creatori.Isti propè sunt ad aures dei, in tan-
tum vt alio loco nõ taceret idẽ propheta,dicẽs: Prope *Psal.144.*
est dominus omnibus inuocantibus eũ in veritate.Vi-
dete quia veritas vbiq; nominatur, & nusquã tacetur.
Et vt sciatis quã locupletata sint corda quę propè sunt
deo,audite in alio loco quid dixerit:Prope es domine,
& omnes viæ tuę veritas.Si ergo ille facit voluntatem
nostram,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostram,qui dedit ipsam volũtatem bonam, quo modo non debet humanũ cor auerti à vanitate, & facere
Ibidem. veritatem? Veritas vbiq; fulget. Sequitur, Voluntatem timentium se faciet. Videte quàm dulcis est,quã amandus,quam benignus,quam summũ bonum, vt volũtatem timentiũ se faciat. In tanta promissione,quę pigritia nõ erigatur? quę somnolentia nõ excitetur? quis cor frigidũ habens non calefiat? quæ anima tepida non inflammetur. Videte quid audistis. Volũtatem timẽtium se faciet. Volũtatem faciet, quia à domino præparatur voluntas. Prope est ergo, & in proximo est dominus. Geminum & in his ostendit intellectum: Et aduẽtum ipsius qui prope est,& iis qui inuocant eum in veritate. Nunquam est longè ab eis qui legitimi sunt eius cultores: qui ita colunt deum,vt colantur ab eo,quia deus
Ioan.15. agricola est. Colet corda nostra, tollẽs spinas & tribu-
Genc.3. los,quę mala seminauit primi hominis labes. Culta corda colũt deum,reddentes illi fructũ veritatis & sanctitatis. Propè es domine, & omnes viæ tuæ veritas. Quæ
Psal.24. sunt viæ eius? quo modo dictum est, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas: Viscera misericordiæ qui non amiserit, veritatẽ non amittit: qui egenum sine tecto in domum suam duxerit, nudũ vestierit, esurienti panem fregerit, sitienti potũ dederit, prodiet quasi lux iusticia eius. Ecce viæ domini quo modo nõ admittũt veritatẽ, quia veritas iusticiã creat, & misericordia de veritate descendit. Veritas ergo vbiq; mater est sanctitatis, nusquam offendit, nusquã errat, non deuiat, non declinat, rectum cor præparat: quia propè est dominus iis qui recto sunt corde. Videte quo modo proxim⁹ est dominus, & quibus est proximus. Quibus? Seruientibus sibi, qui à veritate non recedunt. In proximo est dominus, & omnes viæ eius veritas: sequitur dicẽs: *Ab initio cognoui de testimoniis tuis.* Vbiq; veritas prædicatur. Prædicatur veritas cũ dicitur, In principio fecit deus cœlũ &
Gene.1. terram. Falsum esse nõ potest, quia terra erat inuisibilis & incomposita, & spiritus dei ferebatur super aquas. Et
Ibidem. dixit dominus, Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit de⁹ lucem quia bona est: & vocauit deus lucẽ diem, & tenebras noctẽ. Ista quæ dicta sunt, de veritate dicta sunt. Sed quia ipsa veritas aliquem significabat, istum qui in proximo est, qui venturus erat in mundũ, trahens post
Ioan.14. se amatores suos inhærẽtes sibi, illũ qui dixit: Ego sum via, veritas, & vita: ideo ab initio cognouit de testimoniis, quia iã in principio Christus prædicabatur, qui dixit Iudæis, cũ interrogatus ab eis fuisset, Dic nobis ali-
Ioan.8. quid de temetipso: respõdit dicens: Principium, qui & loquor vobis. In isto principio veritas intelligebatur. gratias tibi domine, quia tria ista prestitisti nobis nosse quæ ignorabamus, veritatẽ, quia falsitatem tenebamus: viam quã nesciebamus, per quã ambularemus: vitam, quia morti inhæseramus, & mors nobis propinata erat
Gene.2. ab illo homine cui dictũ est, Morte morieris. Mortuis vitam donauit, mendacibus veritatẽ præstitit, errantibus viam ostendit. Nam hoc est quod dixit, Declinasti
Psal.43. semitas nostras de via tua: id est, aduenies via tua, vt ipsa iter esset proficiscentiũ, quæ singulares portat, du-
Matth.7. plices non fert. Arcta enim & angusta via ipsa est quæ ducit ad vitam æternã: lata verò & spacioſa quæ ducit ad mortẽ, & multi sunt qui intrant per eã. Declinemus ab ista, conuertamur ad illã vnicam & singularẽ viam, & quæ ducit vsq; ad præsentiam dei, vsq; ad requiem, vsque ad lucẽ immẽsam, vsq; ad chorum angelorum, vsq; ad illum quẽ nullus homo vidit, sed in futuro videri potest. Dicamus ergo quæ dicta sunt, & redeamus ad versiculum quẽ dimisimus. *Ab initio cognoui de testimoniis tuis, quoniam in æternum fundasti ea.* Quam fundauit in æternum, nisi ipsam veritatem? Quæ est ista veritas, nisi Christus, qui finem non habet, cui vltrà mors non dominabitur, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, qui venturus est separare hædos ab agnis? Quia ipsa veritas est, quæ ducit vsq; ad secretarium iudicis. Ibi aduocatus iudex & testis est Christus: nec falli habet, nec fallere. Nullus vitam suam vilem habeat, null⁹ vanitatibus inhæreat. Non potest duobus dominis ser- *Matth.6.*
uiri. Ille seruit duobus dominis, qui die it ad ecclesiam, die ad spectacula. Iste duas tunicas habet, lõgè est à tunica illa quæ diuidi non potest, lõgè est à veste nuptiali: quia illa est vestis nuptialis, quæ nõ habet maculam. Nam qui die pergit ad ecclesiã, die ad spectacula, maculosam portat tunicam. Nullus seruus cum macula stans ad mensam domini sui non proiicitur, & verberibus maceratur. Habete tunicam mundam, sicuti accepistis de baptismo. Nullus eam maculet moribus suis, nullus prauitate cordis scindat tantam pulchritudinẽ vestis. Talem accepistis vestẽ in baptismo, qualem habuerunt angeli qui seruabant dominum in sepulchro: *Vestis sine macula in baptismo accepta.*
quia sicut nix ita erat vestis eorũ. Et vos munus gratiæ tale accepistis, seruare quod accepistis. Qui polluit vestem istam, lachrymis lauet, à malis se separet, confessionem deo celebret, & correcta vita iam non redeat ad vomitũ sicut canis. Quæ societas luci ad tenebras, aut *2.Corin.6.*
quæ pars fideli cũ infideli? quæ autẽ consonãtia Christi ad Belial? Nõ debetis filij ecclesiæ deprauari in vanitatibus spectaculorũ. Ecclesia fœtorẽ vestrum nõ portat, non potest inquinari de ingressu vestro: gemit ad deũ, quia tales videt filios suos. Quotidie contremiscite, ne irascatur deus, & pereatis de via iusta. Vel ipsa signa agnoscite, quia æreum factũ est cœlũ, & terra ferrea. Iracũdiam dei ipsa elementa loquũtur. Filij hominũ quo- *Psal.4.*
usq; graues corde, vt quid diligitis vanitatẽ in spectaculis, & quæritis mẽdaciũ in histrionibus? Scitote quoniam admirabilẽ fecit dominus omniũ animã non recedẽtẽ de ecclesia. Exauditur anima dũ clamat ad deũ, dũ nõ recedit à deo. Nolite esse tepidi, ne euomamini ex corde dei. Dixit ipse per prophetã, Quia neq; frigi- *Apoca.3.*
dus neq; calidus es, atq; vtinã vel frigidus esses, aut calidus: sed quia nec frigidus, neq; calidus, euomam te ex ore meo. Nostrũ officiũ implemus, qui de veritate vera loquimur. Vos si ingressi estis ad stationẽ medici, vt *Ilæ prius sic à collatione.*
vulnera curetis, dolete vulnera vestra. Medicamentis impositis, putredines purgẽtur: crescat sanitas, vt vidẽs correctionẽ vestrã, gaudeat, ecclesia de filiis suis, quia *Rom.5.*
vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.

IN PSALMVM CXIX. CANTICVM

graduum. Alius, Canticum ascensionum.

AD dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Aliorum quidem psalmorum vnusquisque propriam habet inscriptionem, hic autẽ multis simul coniũctis vna imposita est appellatio, Cãticũ graduũ, vel, vt alius dixit interpres, ascẽsionum. Nonnulli autẽ eos etiã gradus appellãt. Et quãnã *Graduum canticũ vnde dictum.*
de causa, inquit, ita sunt appellati? Si historiã quidẽ spectes, quoniã loquuntur de reditu ex Babylone, & captiuitatis quæ illic fuit, mentionẽ faciunt. Sed si eos sumas anagogicè, quòd ad viã virtutis deducũt. Quidã enim eos ita acceperunt. Nam via quæ eò deducit, est assimilis gradibus, virum virtute & sapientia præditum paulatim euehens & sustollens, & eũ in ipso cœlo

statuens.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtatuens. Alij autem dicunt per hæc ſignificari ſcalam
Genes. Iacob, quæ ipſi oſtenſa eſt ad cœlum vſque pertingens. Ita enim gradibus & ſcalis ſubiectis, loca ad quæ nõ patet aditus, & quæ ſunt excelſiora, adiri poſſunt: Quoniam autem eos qui aſcendũt, poſtquam in altum euecti fuerint, colligare neceſſe eſt: propterea non eos ſolum qui aſcendũt, ſed eos etiam qui ad ipſum cacumen peruenerunt, accepta cautione cõfirmari oportet. Vna eſt autem cautio ac ſecuritas, quando non quantum aſcendimus reſpexerimus, & ita ſuperbæ & elatæ mentis euaſerimus: ſed quantum reſtat aſcendendum, conſpicati fuerimus. Quod etiam Paulus ſignificans, dicebat:
Philip.3. Eorum quæ retro ſunt obliuiſcentes, ad anteriora autem nos extendentes. Et eſt hæc quidem ratio anagoges. Nos autem deinceps, ſi videatur, veniamus ad hiſtoriam, & videamus eos qui fuerunt liberati à captiuitate. Quo modo igitur à captiuitate liberati fuerunt? Deſiderio Hieroſolymorum. Quod quidem niſi eis adfuiſſet ex dei gratia, nihil lucrifeciſſent, ſed in perpetua ſeruitute dies ſuos obiiſſent, quos nos etiam imitemur.
Galat.4. Idipſum enim nobis eueniet, niſi amore cœleſtium, &
Hebr.12. deſiderio cœleſtis Hieruſalem teneamur, non autem in præſentem vitam perpetuò defigamur. In cœno enim curarum ad victum pertinentium perpetuò volutati, non poterimus patriam recipere. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Vidiſti lucrum af-
Afflictionis lucrũ. flictionis, & promptitudinem clementiæ. Lucrum afflictionis, quod eos ad puras preces fundendas adduxerit. Clementiæ autem promptitudinem, quòd vocantibus eos ſtatim annuerit. Quod etiam prius fecit iis qui
Exod.3. erant in Aegypto. Et ideo dicit, Videns vidi afflictionem populi mei, & gemitũ eorum audij, & deſcendi vt
παρελυεος. eos eriperem. Et tu ergo ô dilecte, quando es in afflictione, ne deſperes, nec labores indiligentia, ſed tunc temporis maximè excitare. Sunt enim tũc preces puriores, & maior eſt dei in te beneuolentia: & perpetuò ita viuas, vt ſit tibi vita laborioſa, ſciens quòd omnes qui
2.Tim.3. piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem pa-
Act.4. tientur: & quòd per multas afflictiones oportet nos in-
Mat.10.16. trare in regnum Dei. Ne mollem ergo vitam & diſſo-
Mar.8. lutã dilexeris, nec via lata velis ingredi: ea enim nõ du-
Luc.9.14. cit in cœlum, ſed arcta & anguſta. Si velis autem peruenire ad ſupernas mãſiones, fugias voluptates, externam vitæ pompã ac ſpeciem conculces: opes, gloriam, & potentiam negligas: paupertatem autem, & vitæ cõtritionem, confeſſionemq; & lachrymarum fontem teneas: & omnia quæ poſſunt cõciliare ſalutem, perſequaris. Ea enim & tutiorẽ reddunt eum qui poſſidet, & preces reddunt ſublimiores. Si teipſum ita comparaueris, & deum cum hac mente vocaueris, te omnino exaudiet. Et ideo dixit Propheta, Dum affligerer, clamaui, & exaudiuit me. vt diſcas paulatim cõſcendere, leuéſque, &, vt ita dicam, alatas precationes facere, ne angaris, nec afflicteris in afflictionibus, ſed vtilitatem ex eis percipias. Si enim Heliſæus cũ eſſet homo, non permiſit vt diſcipulus venientem ad ſe mulierẽ extruderet, dicens: Dimitte eam,
4.Reg.4. quia mœrore eſt affecta anima eius: nihil aliud volens
Afflictio maximam tentationem habet. ex eo oſtendere, niſi quòd excuſationẽ & defenſionem maximam habet afflictio: multò magis deus eos nõ repellet qui cum triſti & anxia anima ad eum accedũt. Et ideo Chriſtus quoq; eos beatos pronunciat, qui lugent: & miſeros, qui rident. Quocirca beatitudines quoque
Matth.5. incipiens, hinc exorſus eſt, Beati qui lugent. Si vis ergo hos gradus aſcendere, quod eſt in vita molle eneruatumq; & diſſolutum, reſeca: & laborioſa viuẽdi ratione

A teipſum aſtringe & contine. A terrenis negociis abſtine. Hic eſt primus aſcenſus. Non poteſt enim fieri, non poteſt, vt ſimul & ſcalam conſcendas, & in terra hęreas. Vides quanta ſit cœli altitudo, noſti breuitatem temporis: ſcis quàm ſit incertus exitus. Ne cunctẽris ergo, Eccl.9.
nec differas, ſed hanc peregrinationem magna vi ag- Matt.24.
gredere, vt vno die duos, tres, decem & viginti gradus Mar.13.
conſcendas. *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa.* Vides hic quoque lucere præceptum illud Euangelicum, Orate ne intretis in tentationem. Nulla Luc.22.
enim eſt ô dilecte, grauior tentatio quàm in doloſum γνάμη.
hominẽ incidere. Is enim eſt vel quauis fera truculentior. Ea enim id quod eſt, eſſe cernitur: hic autẽ obten- Matth.7.
to velo manſuetudinis & probitatis ſæpe virus occultat, vt nec facilè poſſint deprehendi inſidiæ, & in barathrum nulla adhibita cautione incidatur. Quapropter Doloſi fugiendi.
B vbique à deo hoc aſſiduè poſtulat, vt liberetur à talibus inſidiatoribus. Si autem fugiendi ſunt fraudulenti & malicioſi: multo magis deceptores, & qui mala dogmata ac decreta proferunt. Maximè autem iniqua ea labia eſſe dixeris, quæ in virtute lædunt, & ad vicium abducunt. Et ideo hic propheta rogat vt liberetur anima: eò enim tela dirigit. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?* Alius, Quid præbebit tibi aut quid adiiciet lingua doloſa? Alius, Quid dederit tibi & quid tibi adiecerit lingua inuaſionis? Nihil ergo aliud oſtendit quod dictum eſt, niſi hoc magnam eſſe improbitatem, & tetrum genus vicij. Quocirca vides etiã prophetam iraſcentem, commotúmque, & dicentem: Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Quod autem dicit, eſt eiuſmodi, Quôdnam hoc vicio dignum inueniatur ſupplicium? Quod etiam Iudæis dicebat Eſaias: Quid adhuc percutiamini adii- Eſaiæ 1.
C cientes iniquitatem? Hoc etiam ipſe dicit, Quid detur Alij, In quo percutiam vos vltra.
tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Vel hoc ergo dicit: vel quòd hoc ipſum etiam eſt ſupplicium, & antequam des pœnas, de teipſo pœnas ſumis, ex teipſo vicium pariens. Maximum enim ſupplicium Prou.14.
animæ eſt vicium, etiam antequã puniatur. Quôdnam Roma.1.
ergo dignum ſupplicium ei qui talis eſt, fuerit conſti- Epheſ.4.
tutum? Hic quidem nullum, ſed plaga quæ à deo infertur. Homo enim non poterit dignas pœnas ſumere. Nam omnem cruciatum ſuperat improbitas. Deus au- Improbitatis ſupplicium.
tem illi plagam infliget. Et ideo hoc ipſum oſtendens, mox ſubiunxit, *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis.* Sagittas hic rurſus appellat ſupplicia. Alius autem Sagittæ.
interpres dixit, Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus in lecti formam conſtratis. Et alius, Cum carbonibus iuniperinis, nominum tranſlatione augens metum ſupplicij. Nam & illud, In lecti formam conſtratis, & hoc,
D Iuniperinis, eundem habet ſenſum. Illic enim oſtendit multitudinem, hic autem qualitatem & vehementiam ſupplicij. Quod quidem ſeptuaginta quoq; ſignificantes. Cum carbonibus deſolatoriis ediderũt, hoc eſt, qui ἐρημικοῖς.
deſerta faciunt, & conſumunt. Ex materiis enim quæ ſunt apud nos terribiles, dei ſupplicia effingunt & exprimunt ſcripturæ, ſagittas & ignem ea vocantes. Hic autem mihi videtur ſignificare barbaros. Et ideo alius quoque interpres hoc ſignificans, dicebat, Libera animam meam à labio doloſo. Talia enim ſunt eorum verba, tales doli, & tales inſidiæ, plenæ fraude & maximo Cum habitauerit ἐπὶ συναγωγῶν. Cũ tabernaculis.
ſcelere. *Hei mihi quòd incolatus meus prolongatus eſt. Habitaui cum habitantibus Cedar.* Alius, Hei mihi quòd incolatum protraxi. Alius, Hei mihi quòd aduena fui in prolongatione? Hi quidẽ hoc modo lamentantur de capti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitate Babylonica:Paulus autem de ea quæ hic longius trahitur mora, dicens: Etenim dum sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati. Nec id solum, sed etiam habentes primitias spiritus, & ipsi in nobis ipsis ingemiscimus. Est enim præsens vita incolatus.Et quid dico incolatus,cum res sit vel incolatu inferior? Vnde Christus etiam ipsam vocauit viam dicens:Angusta est porta, & arcta via quæ ducit ad vitam. Hoc enim est doctrina optima atque adeò prima,scire nos esse inquilinos in vita præsenti.Quocirca veteres quoque id confitebantur: & ideo habiti sunt vel in maxima admiratione.Hoc etiam Paulus significans scribendo dicebat: Propter hanc causam non erubescit deus eorum vocari. Quámnam causam dic mihi? Quia confessi sunt esse hospites & peregrinos. Hoc est radix & fundamentum omnis virtutis. Qui enim rerum quæ hic sunt, est hospes, erit rerum supernarum ciuis. Qui eorum quæ hic sunt, est hospes, non lubenter versabitur in præsentibus: non domus, non pecuniæ, non alimenti,nec alius eiusmodi curam geret:sed quemadmodum qui in aliena versantur, nihil non agunt & procurant vt patriæ suæ restituantur,& quotidie vrgent & festinant vt eam quæ eos tulit videant: ita etiam qui amore futurorum tenetur, nec rebus præsentibus aduersis animum demittet, nec secundis efferet, sed vtraque prætercurret, tanquã qui viam ingreditur. Quocirca iubemur etiam dicere in oratione, Adueniat regnũ tuum, vt illius diei desiderium & cupiditatem animo nostro versantes, & ipsum præ oculis habentes, ne videamus quidem præsentia. Si enim Iudæi Hierosolyma desiderantes,etiam postquam liberati sunt, deflent præterita: quænam dabitur nobis venia,quænam relinquetur defensio,si non supernæ Hierusalem teneamur vehementi desiderio? Vide ergo quo modo hi quoq; lamentantur quod cum illis versentur, Habitaui,dicentes cum tabernaculis cedar. Multum incola fuit anima mea. Hic enim non solum deflent quòd in aliena habitent,sed etiam cum barbaris versentur. Quod quidem alij quoque faciebant prophetæ, de præsenti vita lamentantes, & dicentes: Hei mihi quòd periit pius à terra,& qui rectè agat,non est in hominibus & etiam hic ipse,dicens,Serua me domine, quoniam defecit sanctus. Neque enim hæc vita est eò tantùm laboriosa, quòd plurimam habet vanitatem, & curas importunas, sed quòd etiam multus sit malorum prouentus. Nihil est autem grauius & molestius quàm quæ est cum huiusmodi hominibus congressio. Neque enim fumus & vapor ita solet grauare oculos, vt improborum consuetudo animum tristicia afficit. Non vides dominum quoque nostrum Iesum Christum ostendere quàm sit molesta eiusmodi consuetudo? Quando enim dicit, Quousque ero vobiscum? Quousque feram vos, id dicit,hoc obscurè significans, Habitaui cum tabernaculis Cedar. Est barbarorum, cum iis in quos imperium obtinuerunt, instar ferarum agere, vt qui tentoriis & tuguriis vtantur, & ad immanitatem ferarum sint redacti. Sed his multo sunt efferatiores, raptores, auari, & qui impudicè ac libidinosè & in deliciis vitam transigunt. *Multum incola fuit anima mea.* Atqui non multum. Fuerunt enim solum septuaginta anni. Sed non appellat multum propter multitudinem, sed propter rerum difficultatem. Etsi enim sit exiguum, videtur esse multum iis qui affliguntur.Ita etiam nos oportet affici:& quanuis hic paucis annis vixerimus, eos tamen multos esse putare propter futurorum desiderium. Hæc dico, nequaquam vitam præsentem accusans: absit. ea est enim opus dei: sed ad futurorum amorem vos excitãs,& ne in rebus præsentibus lubenter versemini: nec corpori affixi sitis: nec ita afficiamini vt nõnulli è vulgo pusilli & abiecti animi, qui etsi permultos annos vixerint, eos paucos esse dicũt. Quibus quid esse potest à ratione alienius? Quid verò crassius iis qui cœlo proposito,& iis bonis quę sunt in cœlis, quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit, ore hiante vmbras stupent, nec volũt vitæ præsentis Euripũ traiicere, in perpetuis fluctibus,tempestatibus,& naufragiis volutati? At nõ sic Paulus:sed festinabat & vrgebat,& vnum solum eum retinebat, nempe salus hominũ. *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.* Vidisti quo modo ostendit quàm graue sit illic versari. Non enim dixit, Cum iis qui nõ habent pacem, sed,Cum iis qui odio habent pacem,eram pacificus. Vidisti cõmodum afflictionis, vidisti fructũ captiuitatis. Sed nunc quis nostrum hoc poterit dicere? Rectè enim nobiscum agetur,si cum pacificis simus pacifici. Hic autem etiam cum iis qui pacẽ oderant,erat pacificus.Quo modo ergo nos quoq; in hac re rectè geremus? Si tanquam inquilini hic versemur(Rursus enim deduco orationem ad ipsum argumentũ) si vt hospites,si nullo eorum quæ sunt præsentia,retardati.Nihil enim æquè pugnæ & belli causa est,vt amor præsentiũ, vt vel gloriæ, vel pecuniæ,vel deliciarum cupiditas.Quando hos omnes funes præcideris,& animã nullo horum retineri videris,tunc videbis vndènam bellum ducat principiũ,& vndènam sit virtutis iaciendũ fundamentũ. Propterea iubet etiam nos Christus oues esse inter lupos.Ne dicas, Hæc & illa passus sum, & ideo euasi sæuus & efferatus. Etiamsi,inquit, passus fueris innumerabilia, mane ouis, & ita lupos superabis. Hic est improbus & profligatus, sed habes tãtas vires,vt vel malis superior euadas.Quid est oue mansuetius?Quid verò lupo agrestius?Ille tamẽ ab hac superabitur. Id autem ostensum est in Apostolis. Nihil est enim mansuetudine potentius, nihil lenitate validius ac firmius. Quocirca Christ⁹ quoq; iubet oues esse inter lupos. Deinde postquã sic dixit, tãquam non sufficeret hæc mansuetudo, ouis, inquam, ei quem vult esse ostendere discipulum, aliquid aliud adiicit, Estote, inquit,simplicices sicut columbæ. duorũ mansuetorum & simplicium animaliũ miscens mansuetudinem. Ne mihi dixeris,est improbus, nec ferre possum. Tũc enim maximè ostendenda est mãsuetudo, quando res nobis fuerit cum sæuis & agrestibus hominibus, quando cum iis qui sunt ab humanitate & mansuetudine longè alienissimi.tunc eius virtus ostenditur, tunc eius munus & officium fructusq; clarè ostenditur.Cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Alius autem interpres dicit,Et quia loquebar ipsis,bellabant.vel hoc significans, Cum iis qui oderant pacem,eram pacificus: vel,quoniam ipsis loquebar ipsi me oppugnabant.Quod autẽ dicit,tale est,In ipso tempore collocutionis,quando maximè,inquit, ostendebam charitatem, quando verba in primis amica emittebam,tunc efferabantur,tunc dolos & fraudes struebant:ego tamen propriam ostendebam virtutem,licet ij ita affecti essent Ita etiam nos oportet affici, nempe licet nos eos amantes pulsent & feriant,licet nobis insidientur, nos nostra ostendere, illius parabolæ memores, quæ iubet nos esse tanquam oues & columbas in medio luporum,vt & illos meliores reddamus, & ipsi bona cœlestia consequamur. Quæ detur nobis omnibus consequi gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum,Amen.

1.Cor.5. — *Matt.7.* — *Inquilini sumus & peregrini in hac vita.* — *Hebr.11. γνόμαι.* — *Simile elegans.* — *Matth.6. Lucæ 11.* — *Ab exemplo.* — *Mich.7. Psal.11.* — *Malorũ consuetudo bonis est molestissima.* — *Matth.17.* — *Barbarorũ feritas.* — *Hier.25.29* — *Vita præsens bonis lõga videtur, malis autem brevis.* — *1.Cor.4.* — *Philip.2.* — *Belli ac pugnæ causa præcipua.* — *Matth.10.* — *Mane ouis, & lupos superabis.* — *αὔτυμα.* — *Matth.10.* — *Ibidem.* — *Mansuetudo vbi maximè ostendenda.*

Universidad de Deusto

IN PSALMVM CXX. CANTICVM graduum. Alius, Cantus in ascensiones.

Chald. ver. ascensuum alyos.

LEuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium meum mihi. Alius, Leuo oculos meos in montes, vnde veniet auxilium meum. Vide rursus animã quæ malis implicata nequit se expedire, & inuenire exitum, & vult assequi solatium ad deum respiciens, ab his tentationum commodis rursus erigi & excitari, & ad supernũ auxilium inuocandũ moueri, & ab omnibus quę ad hanc vitam pertinent, abduci. Si enim Iudæi qui sunt crassi, & terræ affixi, ab afflictione captiuitatis adeò boni euadebant, & ad cœlum ita respiciebãt: multò iustius est vt nos hoc faciamus in nostris calamitatibus, & ad deum confugiamus, à quibus longè maior quàm ab illis perfectio requiritur. Illi enim tunc erant in mediis hostibus. & neque ciuitatem habebant, nec murum, nec arcem, nec humanum auxilium, nec pecuniam, neque aliquid aliud eiusmodi, sed captiui & serui versabantur simul inter dominos & hostes. Calamitatum autẽ magnitudine oppressi, ad inuictam manum cõfugiebant: & ab humanis deserti præsidiis, ex ea ipsa desertione conferebant se ad philosophiam. Et ideo dicebant: Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxilium mihi. Quæ ab hominibus cõferri possunt, omnia defecerũt, omnia perierunt, omnia procul recesserunt. Vna, inquit, salus deinceps relicta est, quæ scilicet affertur à domino. *Auxilium meum à domino qui fecit cœlum & terram.* Vidisti eos deum vbique quærere: è terra, è montibus, è solitudinibus eum vbique visione apprehendere. Vidisti eorum mentem fieri excelsiorem, & summam dei prouidentiam ab eis vbiq; prædicari. Neque enim nequicquam hoc adiecit: Qui fecit cœlum & terram, sed hoc obscurè ratiocinans, & dicens: Si fecit cœlum & terram, potest etiam in aliena regione opem ferre, & vbique, etiam in barbaria, manum adiutricem prębere, & qui è patria expulsi sunt, cõseruare. Si enim hæc elementa verbo solùm produxit, multo magis nos poterit liberare à barbaris. Vides quo modo philosophãtur, qui vel minus habẽt sensus quàm lapides, dum in aliena regione versantur, non amplius enim templi, sed cœli & terræ meminerunt. Vides quo modo mundi fabricationem, deiq; sapientiam & prouidentiam prædicant. Qui enim antea ligno dicebant, Deus meus es tu, & lapidi, Tu me genuisti: nunc vniuersi orbis terræ opificem agnoscunt. Auxilium meum à domino. Non ab hominibus, nec ab equis, non à peditatu, non ab armis, nec à sociis, non ab artibus, nec propugnaculis. Auxilium nostrum à domino. Hoc auxilium est inuictum & inexpugnabile. Non solum autem inexpugnabile, sed etiam expeditum & facile. Neque enim longè est proficiscendum, non est blandiendum ianitoribus, non sunt consumendæ pecuniæ, non legationes mittendæ, sed potest quis domi manens hoc ad se auxilium attrahere si tantum seipsum seiungens à rebus humanis, illi spei adhæreat, & alta respiciat, acresq; & perspicaces oculos habeat. Propterea enim hoc solum animal deus rectum creauit, & oculos illi in alto locauit, docens quod à sensilibus oportet in altum respicere. Solum in hoc, animal est ita formatum: reliqua autem animalia prona sunt & terram deorsum aspiciunt. Hic autem in cœlũ est erectus, vt quæ illic sunt cõsideret, & in illis philosophetur, & illa apprehendat, & oculos animę acres habeat. Quocirca dicebat quoq; quidam sapiens, Sapientis oculi in capite eius. Hoc est, liberatus est ab omnibus inferioribus, per cœlum vagatur, & contemplatur sublimia. *Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te.* Vides quantam à nobis exigit diligentiam id quod dicitur. Quia enim auxilij meminerunt, & supernam opem inuocant, adhortatur & cõsulit, hoc propemodum dicens: Si velis id assequi, quę tua quoque sunt, conferas. Quid est autem quod consulit? Audi: Non des in cõmotionem pedem tuum: hoc est, ne diuertaris, ne offendaris: & tunc habebis deum manum prębentem, nec te derelinquentem, nec dimittentem. A nobis itaq; proficiscuntur principia, & id situm est in nostra potestate. Cum ergo id in nostra potestate situm sit, quando volumus aliquid assequi, oportet nos quoque nostra conferre, quæ sunt parua quidem & vilia, sunt tamen conferenda. Ita enim vult deus, non ocioso, nec dormitantes, non supinos, nec stertentes, sed operantes, & studiũ ac diligentiam adhibentes, seruare. Et ideo vndecima quoq; hora conduxit. Et quidnam tanti momenti erant hora vndecima facturi? Id scilicet, vt operatio esset eis occasio & causa coronarũ. Et ideo dicit: Non des in commotionem pedem tuum, neq; dormitabit qui custodit te. Si tua præbueris, quæ sunt illius quoq; sequentur. Ex hoc id quoq; ostenditur, quòd etiamsi nostra afferamus, sic tamẽ eius quoq; egemus auxilio, vt in tuto simus, vt maneamus firmi & immobiles. Quis est autem qui pedem dat in commotionem? Qui res fluxas & caducas aggreditur, & quorum basis minimè firma est, cuiusmodi est amor pecuniæ, cuiusmodi est desiderium earum rerum quæ ad hanc vitam pertinent: & ideo frequenter subuertuntur & decidunt, & de rebus maximis periculum sæpe creant iis qui illa possident. Illa enim nunquam sunt firma ac stabilia: nunquam sunt immobilia, sed semper mutantur, transferuntur, & magis quàm fluctus perturbantur, & quauis arena imbecilliora sunt, & magis perfluũt. *Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël.* Si te, inquit, ita comparaueris, non dormitabit, neque dormiet. Hoc est, Non derelinquet, non sinet, non dimittet nudum & desertum. Hoc autem volens significare, nos absque posuit illud, Qui custodit Israël. Hoc est autem quod dicit. Si hoc est eius perpetuum munus, vt tot retro antè actis seculis, & à tuis maioribus te in tuto collocet, à suo non discedet officio, & id quod consueuit facere, non deseret, nisi tu dederis in commotionem pedem tuum. Neque verò solùm non deseret, sed te etiam cum magna securitate defendet. Et ideo subiungit dicens, *Dominus custodiet te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.* Alius, luxta manum dexteram tuam. Erit, inquit, defensor tuus, adiutor, auxiliator. Vides quo modo hic quoque te vult in opere exerceri. A metaphora autem eorum qui stant in acie, stabit ad manum tuam dexteram, vt tis inexpugnabilis, vt gnauus ac strenuus, vt valens & potens, vt trophæũ erigas, vt referas victoriam. Quoniam autem ea est maximè, per quam omnia agimus, nõ solùm tibi assistet, & tibi opem feret, sed etiam proteget. Et rursus per ea quæ sunt apud nos, dei auxilium exprimit: & omnibus numeris absolutam custodiam, & maximè propinquum auxilium, per dexteram & protectionem ostendit. *Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.* Vbinam autem hoc factum est? Quando egressi sunt ex Aegypto, & degebant in solitudine. Hic autem dicit magnam securitatem. Est autem verisimile, eos etiã cum tunc redirent, eiusmodi aliquod miraculum fuisse cõsecutos aliquo alio modo. Volens ergo largè & copiosè ostendere eius prouidentiam, quòd non solùm liberat à malis, immò ne ea quidem sinit

Hiere.2. Psal.144. Esa.51.55. Hiere.12. Phil.4. Ps. hominis Sublime de- ea. Eccle.2. Sapien.9.

Matth.20. 2.Corin.3. Pedẽ in cõmotionẽ dare quid. Mundanarum rerum instabilitas Nõ det, ut non dormitet, neque dormitabit. Arbitrij nostri libertas. Exod.13.

perpeti quæ solent accidere hominibus, hoc subiunxit. A Est enim eius auxilij liberalis & effusa suppeditatio, & quæ verbis exprimi non potest benignitas, quæ non pro modo nostræ necessitatis suum præbet auxilium, sed remunerationibus nostra quoque postulata superat. *Dominus custodit te ab omni malo. Custodiet animam tuam dominus.* Qui enim ne hæc quidem parua sinit tibi afferre molestiam, sed eousque extendit suam curam & prouidentiam, multo magis efficiet vt ab aliis expugnari nequeas. Quicquid enim inuadit molesti & asperi, cedit dei nutui. Quæ quidem non insunt in hominibus. Nam & si sæpe ab hoc malo liberauerit, ab alio non potuit: vel si potuit quidem, noluit. Sed si dei manus valida est & omnipotens, quodcunque inuaserit, profligare poterit, & te liberare ab omnibus.

Ephe.5.

Dominus custodiet introitum tuum & exitum tuum ex hoc nunc & vsque in seculum. Alius interpres dicit, Accessum tuum. Vidisti eius perpetuum auxilium vbique adesse, B introeunti, exeunti. Quid potest cum hac charitate conferri? Quid cum hac humanitate? Hic quidem certè omnem vitam significat. In his enim vita vniuersa consistit, nempe in ingressu & exitu. Et id volens apertius significare, subiunxit, Ab hoc nunc & vsque in seculum. Non vno, inquit, aut duobus, aut tribus, aut decem, aut viginti, aut centum diebus, sed perpetuò. Quod quidem non inest hominibus, sed multæ sunt rerum mutationes frequentes traductiones, & continuæ vicissitudines. Hodie amicus, cras inimicus. Hodie fert opem, cras verò te deserit. Sæpe autem non solùm deserit, sed etiam oppugnat, & insidiatur quouis hoste grauius: sed quæ dei sunt, manent immobilia, perpetua, immortalia, stabilia, sine carentia. Vt ea ergo assequamur, nostra quoque afferamus, vt magna securitate fruamur, & bona futura adipiscamur in Christo Iesu domino nostro: Cui gloria in secula seculorum. Amen.

Ieb 13.
Hominis amor, ὄρεπτος quidã.
Psal.109.
Hebr.1.

IN PSALMVM CXXI.

In iis quæ dicta sunt mihi, ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις propter eos qui dixerunt.

Lætatus sum in iis quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. At nunc multi verbum ægrè ferunt: & siquis quidē ad equorū curricula, vel ad theatra iniquitatis ascendens vocauerit, multi concurrunt: sed si ad domum orationis, pauci sunt qui nō cunctentur. At non sic Iudæi. quo quid possit esse grauius, quando illis negligentiores cernūtur Christiani? Vndenam autem factum est vt ij essent tales? Rursus dico, A captiuitate facti sunt meliores. Hinc ij qui antea nauseabant, & templum quidem, & diuinorum eloquiorum auditionem dimittebant, seipsos autem montibus & syluis & collibus & plurimæ impietati dedicabant, ab illius cultus desiderio cessarūt, & ad hanc promissionem incenduntur, eriguntur, consistunt, & animo lætantur. Quoniam enim fame & siti laborauerant, non fame panis, & siti aquæ, sed audiendi verbi domini: hoc supplicio castigati, cum maiori desiderio ea requirunt à quibus exciderant. Ita etiam vel ipsum solum amplectebantur, dicentes, Cōplacuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur. Et rursus, Quando veniam & apparebo ante faciem dei? Et rursus, Recordabor tui de terra Iordanis & Hermoniim à monte modico. Et rursus: Hæc memini & effudi super me animam meam. Quidnam autem, dic mihi, meministi? Quòd transibo in loco tabernaculi admirabilis. Hoc est, quando trāsibo ad choreas ac magnos conuentus, & illum dei cultum ac ceremonias. *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem.* Alius, Lætatus sum cum dixissent mihi, In domū domini venimus. Steterūt pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Vidisti insignem voluptatem, perinde ac si rebus ipsis fruerentur: vel ad ipsa verba gaudebant, magno desiderio amplectentes orationis domum & ciuitatem. Ita deus semper facere consueuit. Quando enim bona habentes non sentimus, eiicit ea é nostris mannibus, vt id quod efficere nō potuit vsus fructus, efficiat priuatio: quod ipsis etiam vsu venit, amplectentibus ciuitatem, templum amplectentibus, quòd patriam recepissent magnas gratias agentibus. *Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas.* Alius, Ædificatam vt ciuitatem. Vel ergo ex septuaginta sententia hoc sibi vult, quòd ædificabitur Hierusalem vt ciuitas, eo quod dicitur, significante tempus quod præcessit ædificationem: vel, vt vult alius interpres, Recepimus Hierusalem quæ ædificata est vt ciuitas. Quia enim tunc erat maxima solitudo ciuitatis, eratq; tunc euersa & diruta, disturbatis arcibus, & dissectis mœnibus, & veteris patriæ solùm manebant reliquiæ, cum reuersi essent & vidissent solitudinem, antiquam prosperitatem reuocabant in memoriam, & eius narrabant encomia, referentes, quòd quæ erat clara & illustris, & habebat frequentē ecclesiam, & principes, & reges, & pontifices, eratq; pulcherrima & longé ornatissima, ad tam turpem & deformem speciem redacta sit. Quòd autem ita sit, audi quæ sequuntur. Hierusalē quæ ædificatur vt ciuitas. Tunc enim nondum erat ciuitas. Clarum est autem etiam ex eo quod subiungit, *Cuius participatio eius in idipsum.* Dicit enim eius frequētia, tuta, & constipata ædificia, & nihil in ea fuisse desertum, sed omni ex parte densam, perfectam, coactam & coagmētatam fuisse ante captiuitatē. Et ideo quidam interpres dicit hoc significās, Habens cōtinentiam. Deinde aliud quoq; dicit eius encomium, *Illuc enim ascenderūt tribus tribus domini, testimonium Israël ad confitendū nomini domini.* Hoc enim maximè ornabatur ciuitas, non tam propter magnitudinem & ædificia, quam quòd omnes illic cōgregabantur, seu senatus haberetur seu concio, seu de re aliqua deliberaretur. Quoniam enim illic erat templum, & omnes illic peragebantur ritus & ceremoniæ, & illic erant sacerdotes, & leuitæ, basilicæ, adyta, & vestibula, & sacrificia, & altare, & festa, celebresq; conuentus, preces, & auditiones, & vt semel dicam, illic consistebat tota forma reipub. oportebat illic tribus, maximè ter in anno colligi, in festis publicis & solemnibus, in pascha-te, pentecoste, & scenopegia, seu festo tabernaculorum. Neque enim licebat alibi. Dicens ergo eius encomium, dicit: Illuc enim ascenderūt tribus. Et alius, Illuc ascenderunt sceptra. Non dixit autem solummodo tribus, sed tribus domini. Omnes tribus erant domini, nec tamen eis ideo licebat hæc in sua patria peragere, sed eo honore affecta erat metropolis, quæ omnes cogebat & attrahebat ad seipsam. Hoc autem fiebat vt id eis esset causa dei cognitionis, ne si quoquouersus vagarentur, occasio sumeretur viáque muniretur ad cultum simulachrorum. Et ideo illic sacrificare, illic orare, illuc cōuenire, diésque festos iussit peragere, loci angustiis aberrantem eorum mentem, & ad impietatem tendentem, coërcens, refrænans, & reprimens. Quod quidem ipse quoque significans, dicebat: Tribus domini, testimonium Israël. Quid est, testimonium Israël? Testimonium maximum, argumentū, probatio dei prouidētiæ, vt nulla relinquatur excusatio iis qui desciscunt, qui resiliunt, & ad simulachra cōfugiunt. Eius enim prouidentiæ, potentiæ, sapientiæ hoc erat argumentū maximum.

Amos 8.
Psal.101.
Psal.41.
Ibidem.
Psal 41.

In domum domini ibimus.
Priuatio bonorum, sensibus, vt id quod efficere nō potuit vsus fructus, efficiat priuatio: quod ipsis etiam vsu venit, amplectentibus ciuitatem, templum amplectentibus, quòd patriam recepissent magnas gratias agentibus.
Hierusalem quæ ædificatur non efficietur vt ciuitas.
hæc.
Cur Hierusalem sola sacrificare, orare, &c. liceat.
Testimonium domini.
Hierosolymæ vrbis celebritas.
Iudæorum cōcentus ter in anno.
Exod.23.
2.Para.8.
Deute.12.

Illic

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deut.31. Illic enim legebatur lex, quæ rerum olim præclarè gestarum & veteris historię continebat narrationem. Illic etiam ad charitatem constringebantur dum inter se haberent cõsuetudinem. Quæ enim celebrabãtur festa, vt inter se congrederentur, causa erat, & maior metus, & viuida pietas, & alia bona innumerabilia ex eo proficiscebantur, quòd simul in ciuitate conuenirent. Ad cõfitendum nomini domini. Hoc est, ad gratias agendas, ad colendum, orandum, offerendum, sacrificandum, quæ ipsos deduxerunt ad pietatem, & accuratam eorum reipub. disciplinam effecere tutiorem. *Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.* Ecce dicit etiam aliam ciuitatis excellentiã. Quænam ea est? quod illic est regia. Hoc enim sibi vult illud, quoniam sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid. Alius, domus Dauid. Illic enim duplex erat principatus, & sacerdotum & regum, vno vinculo coniunctus, cum veluti quadam duplici corona & diademate ornaretur ciuitas per hæc omnia. Illic iudices, ad quos quæ multorum captum superabant, referebantur. Siqua enim lata esset sententia in aliis ciuitatibus, de qua dubitaretur, Deut.17. vt euenit in appellationibus, ad iudicũ qui erant Hierosolymis cognitionem, sententiam referebant. Illic autem accipiebatur solutio. Sed erant quidem antiqua huiusmodi: quæ autem nunc sunt, sunt his multò grauiora. est enim summa solitudo, ruina, euersio, conflagratio, paucæ domorum reliquiæ, tristis & miserabilis species, & quæ solùm habet monimentum & obscura quædam vestigia prioris fœlicitatis. Quocirca non cõcludit orationem rebus miseris & tristibus, sed ad lætiorum spem eos reducit, dicens, *Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.* Quid est, Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem? Pro eo quod est, petite & postulate. Alius autem dicit, Amplectimini, aut saluta te Hierusalem. Hoc est, Rogate vt ea redeat in pristinam prosperitatem, vt liberetur à bellis frequentibus, vt deinceps securitate fruatur. Vel hoc ergo dicit, vel prædicit: Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem. Hoc est, Pax ei succedat. *Et abundantia diligentibus te.* Alius, Quiescant. Alius, Chald. Sedeãt in trãquillitate amatores tui. lucunditate afficiantur, qui te diligunt. Hîc est magna copia prosperitatis, quando non in ea solùm bona consistunt, sed etiam qui eam diligunt, iis fruuntur. Quod quidem in prioribus temporibus secus fiebat. Qui eam enim odio habebant, & oppugnabant, ij plurimum poterant, & erant aliis clariores, & cum facilitate trophæa erigebant. At nunc ij qui te diligunt, in magna erunt securitate. Qui tecum, inquit, iisdẽ tenentur munimentis. Eos autem dicit qui vel erant eorum fauturi partibus, vel etiam ipsos ciues. *Fiat pax in virtute tua.* Alius, In propugnaculo tuo. Alius, in ambitu tuo. Quid est in virtute tua? In substantia tua, in iis quæ in te habitant, in prosperitate tua. Quoniam enim bellum res est exitiosa, idque eam perdidit, ei pacem precatur. *Et abundantia in turribus tuis.* Alius, In regiis tuis. Alius, lucunditas. Alius, Quies. Nõ solùm enim prædicit futurã à malis liberationem, sed etiam innumerabilium bonorum accessionem, pacem, abundantiam, fertilitatem. Quid enim iuuat pax, quando in paupertate, fame, & mendicitate viuunt? Quid autem iuuat abundantia, quando bellum ingruit? Et ideo eis vtraque hæc bona prædicit fore, vt & eis adsit abundantia, & ea securè fruantur propter pacem. *Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te.* Vel vicinos dicit, qui eorum casu lætati fuerunt, & optat vt fiat pax, vt illi quoque deprimantur & cognoscant dei potentiam. Vel fratres eos dicit, qui eiuitatem inhabitant. Propter fratres ergo meos & proximos meos rogo vt fiat pax, vt vel tandem respirent cum calamitatibus facti sunt meliores. *Propter domum domini dei nostri quæsiui bona tibi.* Quoniam dixit, Propter fratres meos & proximos meos, ostendens se hoc nõ precari propter illorum meritum, sed vt illos maiori beneficio afficeret, subiunxit, Propter domũ dei nostri. Hoc est, propter gloriam eius opto pacem, vt eius cultus rursus redeat, & doctrina augeatur. Alij enim tempore captiuitatis nati sunt, alij verò fuerunt testes & descensus & reditus. Dei autem cultu peracto hæc omnia discebant à senioribus, fœlicitatem scilicet eorum, & prosperitatem, & quòd cum tot rebus secundis vterentur, iis exciderint. Vides quo modo eorum reprimit arrogantiam, ne existiment se bona recepisse vt qui satis pœnarum dederint, sed sciant quòd propter dei gloriam in suam patriam reuersi sunt: & cum id didicerint, maneant cum summa securitate, ne peccantes eadem rursus experiantur. Hęc ergo nos quoque cum sciamus, maximè quidem operam adhibeamus ne labamur: sed si in peccata quandoque inciderimus, studeamus celeriter resurgere, & nõ in priora recidere, ne ea audiamus quæ fuerunt dicta paralytico, Ecce sanus factus es, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat. Propterea enim sic dixit, & bonos docens vt virtutem securè conseruent, & qui liberantur à peccatis, in optima mutatione maneant, vt omnes communiter bona cœlestia consequãtur. Quibus detur nobis omnibus frui gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

Ioan.5.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST *in Psalmo CXXI. Fiat pax domine in virtute tua, & abundantia in turribus tuis, Homilia. Incerto interprete.*

DOminus noster Iesus Christus, qui voluit ostẽdere viam recentem, per quam & in qua incederemus sine cessatione: ostendit & doctrinam salutis, per quam perueniremus ex captiuitate peccatorum ad plenitudinẽ virtutum. Audite fratres dilectissimi primam beatitudinem in octo beatitudinibus quas dominus cõmemorauit in sancto euangelio, hanc posuit, dicens: Beati pacifici, quia filij dei vocabuntur. Matt.5. Et venit in articulo passionis suæ, quam hæreditariam misit toti mũdo, dicens: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Ioan.14. Nam modò hoc cantauimus ex verbo prophetico, dicentes, Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te. Ista pax multipliciter intelligitur. Est & pax malorum. Sed pax nostra ita nobis concordat, conquadrat, ita vndique lucet, vt totum concordet, splendorem possideat, totam claritatem obtineat. Audite, quæ est pax nostra? Christus est, qui tulit parietem inimiciciarum qui erat inter nos & deum, & reconciliauit nos patri: quia ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Ecce radix pacis nostræ. Exinde surgit vt pacem habeamus cum omnibus hominibus, sustineamus inquietos, arguamus superbos, corrigamus elatos, toleremus infirmos: & cùm ista fiunt, fœcundatur in nobis pax. Surgit alia pax, vt non litiget caro nostra contra animam nostram, subdantur omnes voluptates & stimuli carnis quæ militant contra nos, & possident membra fragilia, exagitant habitatorem, qui est spiritus noster. Spiritus concupiscit aduersus carnem, caro aduersus spiritum. Hæc enim sibi inuicem Galat.5. aduer-

Pax nostra Christus. Ephes.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersantur,vt non ea quæ volumus,faciamus. Videtis
Ibidem. quanta est discordia cum spiritu & carne? Cum ergo ista subdita fuerit spiritui, tunc erit pax. Nam audite illum qui bellum gerebat in corpore suo,quo modo sine verecũdia exclamat,dicens (cùm iam præterita diceret,
Roma.7. & miserias carnis non taceret.) Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ? Præmiserat enim,
Ibidem. & dixerat: Scimus enim quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato: quod enim operor,ignoro.non enim quod volo,hoc facio. Si autẽ quod nolo hoc ago, consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est,in carne mea, bonũ: nam velle adiacet mihi,perficere autem bonum non inuenio.Inuenio igitur legem mihi volenti facere bonum, quia malũ mihi adiacet. Condelector enim legi dei secũdum interiorem
B hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me sub lege peccati,quæ est in membris meis. Et, vt dixi, redit in se,& ad se, & videt fœneam carnem casibus plenam, caducam, minus stabilem, & exclamat rugiens à gemitu cordis, dicens: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et confugit ad illam singula-
Ibidem. rem misericordiam, dicens: Gratia dei per dominum nostrum Iesum Christum. De ista ergo pace quam videbat propheta sano cordis oculo, dicebat: Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Tunc res gradibus interioribus ordinatæ sunt, nec possunt ascẽdi vsque ad summũ,nisi gradatim. Tũc ergo erit abundantia virtutum in nobis, si transierimus vicia,& saltus fecerimus à malis, & gradibus ascenderimus ad virtu-
C tes, vt scala illa virtutum perducat nos vsque ad abundantiam turris,id est plenitudinem virtutis.Gradus faciebat, quando in virtutibus tripudiabat Dauid, in victoria triumphabat, de viribus suis non præsumebat,& totum quod erat,deo assignabat. Nam vicit homo iracundiam per mansuetudinem:primum gradum ascendit.Reconciliatus est fratri propter pacem: secundum. Humiliauit se, ne inuisceata mente deo munera offerat
Gradꝰ virtutum. cum inimicicia fratris: tertium gradũ ascendit. Quartum gradum ascendit, qui vicit tenacitatem ex dispensatione pauperum, permanens in largitate. Per pietatẽ quintum gradum ascendit. Qui malum pro malo non reddit malis, sextum gradũ ascendit. Qui orat pro inimicis, septimum gradũ ascendit. Qui paratus est amittere substantiam seculi ex amore dei, octauum gradum ascendit.Qui obtinet charitatem,in caput turris peruenit. Ista est ergo abundantia de qua dicebat propheta, D sicut & modò cantauimus, Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Sequitur, *Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te.* Qui sunt fratres no-
Fratres nostri qui sint. stri,nisi quos demõstrauit ipse saluator,cùm mater eius
Lucæ 8. & fratres ante ianuam starent, & nunciatum ei fuisset, Ecce mater tua & fratres tui stant foris,querentes te videre? Et ne videretur ab aduersariis carnem magis proximam sibi amare,quam susceperat nõ ex indigẽtia, sed ex volũtate, ait dicenti sibi,Et quæ est mater mea,& qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos di-
Matt.7. xit: Hi sunt mater mea,& fratres mei.Et qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est,ille mihi frater,soror,& mater est. Ergo propter fratres nostros, & ppinquos nostros,non carnis propinquos,non fratres seminis istius corporis: sed illos fratres, qui voluntatem dei faciunt,qui vitam student habere purgatam, qui displi-
A cent sibi,& placent deo, propter istos fratres,& propter istos propinquos loquimur pacem,& quærimus bona à deo. Sic enim sequitur: Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te.Ergo iste dominus noster Iesus Christus,qui est caput nostrũ, de credentibus *Coloss.1.* sibi dicebat,& sibi inhærentibus. Et nos possumus dicere in charitate Christi de seruis dei pudicis, sanctis, & immaculatis, qui sunt fratres nostri, si tamen viuamus sicuti vixerũt, vel sequamur vestigia eorum, qui ita viuunt,vt audeamꝰ dicere fratres de bonis,qui sumus mali. Sed in nomine Christi nõ desperamus nos quotidie in melius proficere, & esse boni, qui aliquando fuimus mali,& dicere cum bonis, Propter fratres meos & propinquos meos loquebar pacẽ de te. Ecce modò loquimur pacem de deo,vt superius significauit,pacem illam multiplicẽ, syluosam & spaciosam,quò se omnis homo
B trãquillus tollit, & ab æstu istius seculi sub vmbra opaca & cõdensa requiescit.Ibi enim sub vmbra eius cũ requieuerimus,& fuerimus,& manserimus,loquemur pacem de deo. Vbi pax est,tempestas nulla est, obscuritas nulla est, nox nulla, tenebræ nullæ. Hæc est pax clara, modesta, simplex, idonea, fundata. Ergo fratres tenete pacem, possidete charitatem, permaneat vobiscum pax ista. Sed nunc dat se amicis suis, qui omnes delectationes,voluptates,cupiditates,aduersitates vincũt,calcant, ascendunt,perueniunt.Si agnouistis expositos versiculos, quos modò propicio deo pro salute nostra cãtauimus,eritis imitatores,& non tantũ doctores,sed factores. Dicamus quod ait apostolus, Imitatores mei esto- *1.Cor.11.*
te,sicut & ego Christi:quia sancta imitatio quàm bona, vt vsque ad societatẽ Christi perueniat.Fiat ergo in nobis pax in virtute eius,nõ in viribus nostris,vt iam non
C litigẽt duo in corpore nostro,id est,caro & spiritus:sed *Philip.3.* subdatur caro spiritui,vt in agone cõtendentes,ab omnibus errorib⁹ abstineamus, vt iam sequamur ad palmã supernæ vocationis dei, præterita obliti,in ea quæ antè extenti, & occurrat nobis iam non certantibus, sed victoribus brauium illud æternitatis, corona immortalitatis,quam præparabit deus metuentibus se.Amen.

HOMILIA IN PSAL. CXXII.

Incerto interprete.

Afflictio purgandis accommoda.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlo. Prosunt nonnunquã supplicia, & tribulationũ sarcinis animi sæpius corriguntur. Ecce enim Iudæi qui semper habebãt oculos infixos in terra,qui humilia cogitabant, qui Aegyptiorũ & Assyriorum cõfidebant auxilio, qui murorũ propugnaculis tegebantur,qui cumulo fulgentis auri tumebãt, post captiuitatem suam,post ruinam patrię omnibus priuati deliciis,ad inuictam dexteram cõfugerunt,& terrenis cogitationibus spretis excelsa postulabant, & euerso templo ad cœlum oculos eleuauerunt,& de cœlo dei misericordiam flagitabant,& de deo subsidium suæ captiuitatis implorabant. Et nemo miretur quòd deus dicitur in cœlis habitare.non enim tanquam concluſus est alio loco, nec aliquibus limitibus occupatus, sed in cœlestibus potestatibus requiescens. Nam & in hominibus ha- *2.Cor.6.*
bitare dicitur,sicut ait:Inhabitabo in vobis,& inambulabo in vobis. Igitur isti apud Barbaros multarũ sectarum imbuti ratione, valuerunt scire,quòd vbique deus subuenit inuocatus, & eam propheta nouam conuersationem, id est, ecclesiæ iam radiare perspicit, & locorum obseruationem sensim, & figuratim imitandam esse testatur. *Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum,*

Λογισμὸς τοῦ πατρὸς.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nobis. Perspice stabilem reuerentiam, incommotam fidem non paruo tempore sese rogaturos pollicentur, sed perenni deprecatione fruaturos ostendunt: & ideo se seruulis compararunt quibus omnis spes in dominorum cura consistit, nec aliunde præsidium est. Quippe cùm sine dominorum solicitudine alimoniam sibi præparari, vestimenta suppeditari, omnemq; cõmoditatis curam non deesse cõfidunt. Et hæc à domino donec receperint, nõ recedunt: & cum acceperint, gratias confitentur, & hęc perpetuò gerunt. Dauid igitur demonstrare festinans quòd à deo solo solatium postulant, & quòd perpetuo deprecantur, & quòd nulla spe nisi dei misericordia cõsolantur, & quòd sua bona tanquam seruorum peculia ipsi debentur: posuit serui & ancillæ personam, & qui antea inuitabantur ad deum, & nimio elati fastidio, non obtemperare curabant, sola calamitate corriguntur, & captiuitate mutantur, & se ab eo nunquam recessuros pollicentur, donec eius misericordiam mereantur. Donec, inquit, misereatur nobis. Non dixit, donec mercedem reddat, aut donec vicem restituat: sed, donec misereatur nobis. Et nos ergo cõtinua deprecatione debemus insistere, & si acceperimus, & si nõ acceperimus, tamen non recedamus. Nam cum hoc facis, incunctãter accipies. Nam si illius impij iudicis agrestem mentem vnius viduæ assidua verba flexerunt: tu quam veniam poteris promereri, si ad fundendas preces aliquo fueris fastidio superatus: inspice famulos dominorum vestigiis inhærentes, & ab ipsorum nutu solicita obseruatione pendentes, hos imitare, hos sequere. Obsequiũ domino, quod debes, exolue, & seruitio tuo eum placare festina, & omnia prætermittens illius præcepta conserua, & facile poteris sentire quæ poscis. *Miserere nobis domine, miserere nobis: quoniam multum repleti sumus despectione, multum repleta est anima nostra.* Vidisti mentem dolore contritam, saluari se misericordia deprecatur, & ingenti se mole supplicij laborare proclamat, sicut & Daniel ait: Quoniam diminuti sumus vltra omnes gentes super terram. Hoc & Iudæi clamabant, Omnes terminos calamitatis excessimus, amisimus patriam, perdidimus libertatem, seruitutis iniuria subiugamur, captiuitatis vincula sentimus, barbarorũ tenemur obsequio, contempti viuimus, suspecti anhelamus, fame conterimur, sitis rabie laceramur, omne tempus tormentis exemptum est: ideo subueni, miserere: multum repleta est anima nostra. Et ipsa, inquit, anima iam defecit calamitatum cõtinuatione tantarum. Et multi quidẽ tolerabiliter patiuntur aduersa, nos autẽ etiam solatium sufferentiæ amisimus, lugemus, lachrymamur, lamentatione conterimur. Et quoniam datis sibi honoribus non sunt vsi cõpetenter, sed largitatis beneficiis abusi vixerunt, cõtrariis corrigũtur. Et hoc deus vbiq; facit. Sic & Adã cùm paradisum vtiliter habitare noluisset, pulsum è paradiso emendauit: & cõiugem pari honore gloriatam, postea seruitute deterioratam, vtilem melioremq; constituit. Sic & Iudęos libertate superbos, deliciis fastidiosos, iugo rẽddidit seruitutis, vt captiuitati dediti, & iniuriis traditi corrigantur. *Opprobrium exprobrãtibus, & despectio superbis.* Hoc frequenter admittitur, hoc quotidie comprobatur. Semper superba cogitantes, repentina humilitate obruuntur. Nihil enim superbia detestabilius, nihil arrogantia crudelius reperitur. Propter hanc tentationes, propter hanc dolores, propter hanc gemitus, propter hanc mortale corpus est, propter hanc cordibus solicitudines ingeruntur, vt anima vndique tormentis obsessa, & crebris refrenata suppliciis, superbiæ cacumina derelinquat. Non ergo turbemur aduenientes forsitan aliqua tentatione, cum sciamus hanc esse pro nobis: sed prophetæ verba teneamus, qui dicit: Bonum mihi domine, quòd humiliasti me, vt discerem iustificationes tuas. Calamitatem pro remedio, & vulnus pro medela suscipiamus, & tentationẽ prodesse noscamus, vt refici quiete possimus, per dominum nostrum Iesum Christum, viuentem, & regnantem cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Luc.18. *παραίνεσις ab exemplo.* *Dan.3.* *Vexationis vtilitas.* *Gene.3.* *γνώμη.* *Psal.118.*

IN PSALMVM CXXIII.

Nisi quia dominus erat in nobis. Quod sępe dixi, hoc quoque nũc dico, nec cessabo dicere, magnũ esse fructum captiuitatis, & ad philosophiam deducere posse eos qui attendunt. Ecce enim qui ad simulachra currebant, & deum contemnebant, & in impietatem impegerant, quid dicunt nunc post captiuitatem? & quo modo salutem suam deo asscribunt? Quinetiam propheta, tanquam choragus optimus, eadem eis iubet frequenter dicere. Postquã ergo primus dixit, illis quoque præcipit vt magister discipulis, dicere. *Dicat Israël, nisi quia dominus erat in nobis, dum exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent nos.* Erant enim inermes, nudi, captiui, & serui, & nuper à malis liberati, & vrbem habebãt immunitam, immò verò ne ciuitatẽ quidem, & post reditum erant prædæ omnibus expositi, sed fuit eis deus pro muro & arce. Hoc ipsum nos quoque dicamus: Nisi quia dominus erat in nobis, vtique viuos deglutissent nos. Quid enim non feciisset noster inimicus diabolus, nisi dominus fuisset in nobis? Audi quid Christus dicat Simoni: Simon, Simon, quoties petiit te satanas cribrare sicut triticũ: & ego oraui pro te, ne deficiat fides tua. Est enim improba belua & insatiabilis, & nisi assiduè refrænaretur, subuertisset & confudisset omnia. Si enim cùm in beatũ Iob pusillum quid ei fuit permissum, eius domum euertit funditus, eius corpus multauit, facultates corrupit, filios obruit, vt é carne vermes scaturirent effecit, vxorem in eum incitauit, amicos, inimicos, famulos, vt probris eum infectarentur induxit: si non innumerabilibus frẽnis retardaretur, quo modo nõ omnes perderet? Quocirca hîc quoque dicit, Nisi quia dominus erat in nobis. Erant enim admodum pauci & contempti, & eos reuertentes multi adoriebantur. Porrò autem in hoc quoque ostendebatur dei sapientia, quòd non repente & vno simul tempore daret eis securitatẽ, sed sensim ac paulatim. Hoc autem faciebat eos conseruans in dei cognitione, & quæ ex captiuitate ad eos redierat correctionẽ non sinens præterfluere. Quia enim liberatio à malis solet homines efficere socordiores, in ipsa etiam donatione bonorum permittit vt ipsi assiduẽ tententur, vt sint eis tentationes perpetuum philosophiæ exercitium. Et ideo nec homines semper dimittit in calamitatibus, ne deficiant: nec in quiete & rerum prosperitate, ne fiant socordiores: sed mutationibus ac vicissitudinibus eorum salutem variat. Viuos deglutissent nos. Vides quo modo ostendit quàm sunt feri & immanes qui eos inuadunt. Hi enim homines vel ferarum immanitatẽ ostendũt, immò verò eis magis sæuiũt in illos qui sunt eiusdem generis. Fera enim cùm semel inuaserit, ab ira desistit, & recedit. Homines autem, cùm sæpe res cesserit aliter quàm putabant, sæpe inuadũt, vel ipsas carnes gustare cupientes. Eiusmodi res est ira, rationis expers, adeò feruet & ebullit animi perturbatio.

Captiuitatis bono, Iudæi vitarũt idolatriam. *Prosperorũ & aduersorũ alternationis vtilitas.* *Homines sæpe ira crudelius furore.* *Ira, rationis expers.* *Luc.10.* *1.Pet.5.* *Iob 1.2. & 3.*

Quo modo ergo hęc extinguetur ægritudo? Si res nostras animo reputemus, si mortem consideremus, & eos qui quotidie recedunt, si nostram naturam contemplemur, quòd scilicet sumus terra & cinis. Si autē pulchritudo aspectus animo tuo adhuc imponit, vade ad monumenta & thecas tuorum parentum, & vide quo modo sunt positi, & in puluerem ac terram resoluti, & magnam ex eo capies occasionē vt teipsum reprimas. Neque verò quod dico, nimis esse graue insimulaueris. Quemadmodum enim qui febre laborant, postquam à morbo liberati fuerint, puro aëre indigent: ita etiam quos animi perturbationes ad insaniam adigunt, si ad monumenta accesserint, tanquam qui in prædium saluberrimum peruenerint, multas expellent ægritudines. Sufficit enim vel solus vrnæ aspectus ad eum deprimēdum qui est valde insolens. Ab his deinceps transmitte tuam cogitationem ad futurum illum diem terribilem, ad habendas de te quæstiones, & reddendas rationes, ad supplicia quæ nullum habent omnino solatium, vbi nemo te defendet: & his omnibus veluti quibusdā carminibus seda tuas animi perturbationes. Considera autem etiam ex hominibus eos qui in vita præsenti ex diuitiis redacti sunt in paupertatem, ex gloria in ignominiam: & si velis irasci, non ei qui est tibi genere coniunctus, sed malo tuo dæmoni irascere. Illi nunquā reconcilieris: illi iram tuam impende & cōsume, in illum tende laqueum, nunquam cesses aduersus eum bellum gerere. *Cùm irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.* Torrentem & aquam hîc dicit ineffabilem iram inimicorum. Est enim aqua, quæ effusè magna vi & magno impetu fertur, & quodcunque ei occurrit, secum trahit. Non solùm autem hîc dicit irruptionem malorum, verumetiam transitum. Ne animum ergo abiiciamus quando nos mala inuaserint. Torrens est cuiusmodicūque sit, est nubes quæ prętercurrit. Quicquid molesti dixeris, id habet finem. Quicquid graue & asperum dixeris, id quoque omnino habet extremum. Si enim finem non haberent, natura non sufficeret. At complures, inquit, secum trahit. At id non fit propter eius violentiam, sed propter eos qui sunt ignaui & pusilli animi, & facilè prosternuntur. Ne ergo abstrahamus, sed ea quæ sunt eius grauissima, inuadamus, loca eius consideremus, sacram anchoram apprehendamus, vt nullum patiamur naufragiū. Torrens enim est ad tempus terribilis, & rursum supra modum deprimitur. Aqua absorbuisset nos. Alius, Tunc aquæ inundauissent nos, quę tanquā gurges pertransissent animam nostram. Vtique transiisset anima nostra aquam intolerabilem. Alius, tunc transiissent super animam nostram, tanquam aquæ, superbi. Vidisti quantum sit dei auxilium: quo modo in tot malis non siuerit eos obrui. Ideo enim sinit mala crescere, nonvt nos obruant, sed vt magis probatos efficiant, & suæ potentiæ maiorem præbeat demonstrationem. Superbos autem hic dicit hostes, qui quouis torrente, & quauis aqua intolerabili vehementius irruentes, nihil ipsos læserūt. In causa est autem dei auxilium, auxilium quod superari non potest. Et ideo cum ipse dixisset liberationem à malis, dicit eum etiam qui liberauit, idque cum summa eius laude. *Benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.* Vidisti quo modo suam ostendit imbecillitatem, & illorum potentiam. Illi enim tanquam ferę & leones eos inuadebant, parati vel eorum vesci carnibus, armati & anima & viribus: hi verò erant quouis passere imbecilliores. Tunc enim dei miracula maximè ostenduntur, quando qui sunt imbecilli, superant potentiores. Nec eo solum erant iusidiæ intolerabiles, quòd illi quidem erant potentes & terribiles, ira pleni, & vel eorum carnibus vesci parati: hi autem imbecilli, & pauci, & ad inuadendū faciles: sed etiam quòd erant in mediis malis intercepti, & vndique cincti difficultatibus, haberent vndique bella eos circunstantia: sed qui est maxima potestate præditus, & potest vndique conseruare, etiam postquam pericula & mala circunsederint, nos, inquit, liberauit cum magna facilitate. Quod quidem volens ostendere, sic dixit, *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Deinde ostendens etiam quo modo, subiunxit, *Adiutorium nostrum est in nomine domini, qui fecit cœlum & terram.* Vidisti perfecti virtutem, vidisti potentiam: ipsa etiam insidiarum adminicula sustulit. Hoc etiam anagogicè acceperit quispiam de diabolo, & de genere hominum. Ostendit enim quo modo eum profligauerit, & eius sustulerit insidias. Hoc enim factum est ex quo dixit discipulis, Ambulate super serpentes & scorpios, & super omnem potestatem inimici. Non est enim amplius apertum bellum, nex ex æquo instructa acies. Sed ille quidem iacet pronus & procumbens: tu autem stas erectus, ex alto eum feriens. Ille quidem eneruatus: tu verò robustus & validus. Qui fit ergo vt sæpe vincat? Hoc fit ex nostra ignauia, ex socordia eorum qui dormiunt. Si velis itaque resistere, non audet tecum instructa acie confligere. Quod si vincit dormientem: id non illius potentiæ, sed tuæ tribuendum est negligentiæ. Quis enim dormientem nō vicerit, etsi sit omniū imbecillimus? Alligatus est fortis, impedimenta eius omnia direpta sunt, fracta est potentia, ruptum est ac dirutū eius habitaculum, rhomphææ eius defecerunt. Quid vis his amplius? Qua de causa eum times? Cur vereris? Iussus es conculcare eum, qui est eneruatus: quamobrem dic quęso *contremiscis?* Cur cunctaris ac dubitas? An non cogitas *qualis sit qui tibi fert auxilium?* Non *solùm enim hostis tuus factus est imbecillior*: sed etiam tuum maius est auxilium. Compressa est carnis exultatio, peccati ablata est sarcina, gratiam spiritus accepisti, quæ habet vim vnctionis. Imbecillum enim legis, in quo erat imbecillum per carnem, deus misso suo filio in similitudine carnis peccati, & de peccato condemnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus. Carnem fecit tibi morigeram, arma tibi donauit, thoracem iusticiæ, cingulum veritatis, robur salutis, clypeum fidei, gladium spiritus arrham dedit, corpore suo te nutrit, sanguinem suum tibi bibendum porrigit, crucem tibi tanquam lanceam in manus tradidit, lanceam quæ nunquam flectitur. illum alligauit, humi proiecit. Non habes itaque quo te deinceps defendas si vincaris: & si profligeris, non est tibi danda venia. Habes enim innumerabilia victoriæ adminicula. Laqueus contritus est, inquit, & nos liberati sumus. Auxilium nostrum in nomine domini qui fecit cœlum & terram. Vides qualem habes Imperatorem, qualem Regem, eum qui est vniuersi opifex, eum qui solo verbo tot corpora produxit, tantam molem, tantam magnitudinem. Ne animum demittas, forti animo resistas, Nihil vetat quo minus trophæum pulcherrimum erigas. Hęc ergo cum sciamus, ô dilecti, sobrij simus, cōtendamus, ne dormiamus, sed cum arma absterserimus, animique

Perturbationes animi vt sanari possint.

Hebr.10.

Dæmon hominis malus.

Forsitan ἄρα vtique Torrens.

Spem dicit anchoram sacram.

Rom.5. Iac.1.

Luc.10. Diabolus profligat.

Luc.11.

Matth.12. Psal.9.

Rom.8.

Ephe.6. Ephe.2. Ioan.6. Arma christianorum.

animique promptitudinem & alacritatem cõfirmauerimus, hostem assiduè inuadamus, vt cum præclarã victoriam retulerimus, cum magna gloria regnũ cælorũ consequamur. Quod nobis detur assequi gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CXXIIII.

Qui confidunt in domino, sicut mons Sion. Cur nõ dixit absolute, sicut mons, sed illius montis meminit? Docens nos nõ debere animum deijcere in calamitatibus, nec ab eis perfundari, sed à spe in deũ pendentes, omnia ferre fortiter, & bella, & pugnas, & tumultus. Quemadmodum enim hic mons qui fuerat quandoque desertus, & nudatus habitatoribus, ad priorem redierat prosperitatem veteri statu recepto, cùm incolæ redijssent, & miracula rursus ostenderentur: ita etiam vir fortis & generosus, licet ab innumerabilibus inuadatur calamitatib⁹, minimè euertetur. Ne ergo quæras vitam ab omnibus negocijs, periculis & afflictionibus remotã, sed quam minimè inuoluunt & deprimunt pericula. Ars enim non eodem modo ostẽditur si quis in portu sedeat, & siquis vndosum mare trãsmittat. Ille enim, ignauus, mollis, & eneruatus redditur: hic autẽ, qui multas rupes marinas, multas cautes & scopulos, multos ventorum impetus, & alia maris pericula sustinuit, & in his omnibus excelluit, animum suum firmiorem & robustiorẽ reddidit. Non ideo deductus es in hanc vitam, vt sis ocioſus, nec vt sis vilis & abiectus, nec vt tibi nihil aduersi eueniat, sed vt grauia passus euadas clarior. Ne ociosam ac remissam voluptatibusq; & deliciis plenam vitam quæramus, Nõ est enim viri fortis sed potius inermis hoc desiderium: eius inquã potiùs, qui est rationis expers, quàm eius qui est ratione præditus. Sed ora quidem maximè vt nõ intres in tentationem. Quod si in eam quandoque incideris, ne ægrè feras, nec conturberis, sed fac omnia vt euadas clarior & illustrior. Non vides fortes milites, quo modo eos vocante tuba, trophæa respiciũt, victorias, coronas, maiores qui se præclarè gesserũt? Et tu ergo cum tuba spiritalis personat, surge & euade leone animosior. siue sit ignis, siue ferum, ingredere. Sciũt vel ipsa elementa eos qui sunt tam magni animi, reuereri. Sciunt etiam feræ eos qui sunt adeò fortes, pertimescere. Quanuis eas fames, quanuis ipsa natura irritet & efferet. omnium obliuiscuntur quando iustum viderint: iramq; suam cohibẽt. His ergo armis munitus, & ignẽ non timebis, licet videris flammam in cœlos ascẽdentem. Habes fortem & generosum ducem, qui solo nutu potest quæcũque mala sunt & grauia tollere. Illius sunt omnia, cœlum, terra, mare, feræ, & ignis, est ei facillimũ omnia vel transferre, vel vt consistant efficere. Vndẽnam ergo, dic mihi, metus tuus oritur? Nõ aliunde certè quàm ex tua ignauia & socordia. Non est mors omnium malorum colophon? Atqui ea ipsa quoque est naturæ debitum. Cur nõ procuras vt id possit soluere? Si enim ea via necesse est ingredi, cur non cum mercatura? Sed post tormenta, quę non temporariam, sed dolorem præbent voluptate maiorem. Quod si hæc tibi videntur esse grauia, cõsidera eos qui absq; vlla mercede longa tabe exeduntur, qui fame perpetua vexantur, qui immedicabilib⁹ & lõgis morbis laborãt, propter quos sæpe mortẽ optarunt, multi etiã in enses irruerũt, multi vitam laqueo finierunt. Cœlum autem tibi est propositum, & bona quæ sunt in cœlis, & non vereris ac perhorrescis esse mollis & ignauus, idq; cum talem habeas adiutorem? An non audis prophetam dicentẽ. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion. Montem enim dixit spem in deum immutabilem, firmam & constãtem, inuincibilẽ & inexpugnabilem. Quemadmodũ enim etiamsi quis innumerabiles adhibeat machinas, mõtem nec conuellere nec labefactare poterit: ita etiam qui eũ aggreditur, qui spem in deũ collocauit, reuertetur domum vacuis manibus. Monte enim lõgè est tutior spes in deum. *Non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem.* Alius interpres dicit, Est immutabilis in æternũ qui habitat Hierusalem. Quid ergo? Non commoti, inquit, sunt tres pueri, & Daniel? Absit. Nam à patria quidem exciderunt, captiuitatem sustinuerũt: sed nullo tamen tempore commoti sunt: sed cum essent in tãta rerum perturbatione, & tãta fluctuum multitudine, perinde ac si petræ insisterẽt, & in tranquillo portu starẽt, nihil graue aut asperum senserunt. Commotionem autem ne voces rerum casus. Non est enim hoc commotio, sed animæ interitus, & virtutem amisisse: quod quidem non euenit in periculis, iis qui sunt sobrij & sapiẽtes, immò verò tutiùs & firmius suam possident philosophiam, clarioresq; & illustriores euadũt. Quod si vis etiam anagogicè sumere illud, Non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem: describe tibi adeptionem hæreditatis supernæ metropolis. Qui enim illã receperunt, sunt ab omnibus omnino casibus liberi: nõ sunt illic quæ eos prosternant ac supplantent, non cupiditas, nec voluptas, nec peccati obsessiones, non dolor, & molestia, & pericula: hæc omnia longè aberunt. *Hierusalem montes habet in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc & vsque in seculum.* Per hęc quidem dicit adesse auxilium ciuitati ex eius situ: sed non permittit vt ei confidat, sed eam ad inexpugnabile erigit auxilium, nempe deum. Etsi enim, inquit, eam mõtes muniant, illa tamẽ protectione indiget. Id enim eam reddit inexpugnabilem. Quocirca alius quoque dicit interpres, Dominus autem circa populum suum. Hoc est, Ne confidite altitudini montium. Quod enim eam facit inexpugnabilem hoc est, *Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.* Dicit iustam quandam causam dei auxilij, vt illi possint confidere. Quænam autem ea est? Non permiserit, inquit, bona iustorũ esse in manibus peccatorum. Hoc autem dixit, simul & hoc agens vt confiderent de dei auxilio, & persuadens vt in virtute persisterẽt si velint frui perpetuo illius auxilio, & bona sua habere in sua potestate. Per hæc enim ostendit & acquisitionem & securam eorum possessionem in libero mentis suæ arbitrio esse sitam. Virgã autem peccatorum hic vocat regnum hostium. Quod autem dicit, est eiusmodi, nõ sinet vt teneat hæreditatem iustorum. Etsi enim hoc fecit ad tẽpus, id fecit pro correctione, castigatione, & admonitione. *Vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.* Alius, Propterea non extẽdunt iusti ad iniquitatem manus suas. Propter quidnã? Propter id quod dictum est, quòd defendet, quòd tuebitur, quòd hostes propulsabit, eósq; repellet ab eorum possessionibus. Quasi diceret, Castigati tẽtatione, & bonorum suppeditatione effecti meliores, perseuerabunt in virtute, & vtrinq; eruditi vicium nõ attingent. Vniuersum ergo propterea factum est, vt anima eorũ reddatur melior, & rebus quidem aduersis corrigatur, bonis autem datis fiat promptior & alacrior. *Benefac domine bonis & rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem.* Vides vbique duci à nobis

Mons, sicut in deum immobilis.

Rom.8. Heb.6.

Dan.3.

Commotio quid.

Hierusalẽ anagogicè. Apoc.21.

Arbitrij libertas.

Virga peccatorum.

σχολιὰς, peruersitates & strangulationes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

à nobis initiũ & bonorũ consequendorum,& sustinendæ pœnæ. Quanuis autẽ à nobis sumatur principiũ,sic tamen dei quoq; benignitatis plurima lux affulget,profusa enim quadam & redundanti copia nos vincit remunerationibus: & in peccatis quidem commoderatũ imponit supplicium, in rectè autem factis longè maiori remuneratione vtitur. Rectos autem hic vocat simplices,non fictos, qui nihil habent adumbratum nec simulatũ. Tale enim est quod rectum est,quod deus vbique maximè requirit. Talis est etiam virtus,nempe plana & expedita: quemadmodũ improbitas est quid peruersum,varium,& quod non habet exitum:& id potest videri ex rebus ipsis. Nam qui vult mentiri, & fraudes consarcinare, cogita apud te quot & quanta aggreditur,quanta opus habet varietate,& quibusnam fictis orationibus,quanto artificio, & quanta dicendi facultate. Qui autem dicit veritatem,non labore,non difficultate,non simulatione,non arte, aut machinatione, aut vllo alio eiusmodi indiget, cum ea ipsa per se luceat. Quemadmodũ enim deformia quidem corpora multis artificiis & integumentis indigent quæ naturæ deformitatem contegant: quæ autẽ natura pulchra sunt, ipsa per se, etsi nihil extrinsecus aduenerit, resplẽdent: ita etiam in veritate & mẽdacio, in virtute & vicio inuenire possumus. Vnde clarum est quòd etiã ante supplicium,vicium suppliciũ infligit,& ante remunerationem virtus remuneratur. Quemadmodũ enim illa habet in seipsa præmia etiam ante coronas: ita etiam hoc pœnam in se continet antequam puniatur. Quid enim possit esse peccato grauius, quod ad pœnam attinet? Quocirca Paulus quoq; eorum mentionem faciens qui meretriciã artem exercent, & florem ætatis prostituũt, & naturæ leges euertunt, dixit hoc esse maximum supplicium etiam antequam puniatur. Masculi enim, inquit, in masculis turpitudinem operãtes, & mercedem quam oportuit erroris sui,in se recipientes. Mercedem peccati sui, intemperantiam & ipsum actum vocans.

Ps.al.76. Matt.19. Rom.8. Rectus, nõ dolosus. 1.Par.29. Matt.10. Mentiendi difficultas. Veracis facilitas. Vicium ipsum sibi supplicium est. Rom.1.

Pax sanctorum. *Pax super Israel.* Precatione concluſit orationem. Tales enim sunt sanctorum animæ. Cum adhortatione & consilio adiiciunt orationem: auditoribus maximum introducentes auxilium. Pacem autem hic dicit, non hanc solam sensilem, sed eam etiam quæ est hac excelsior, & dicit vndènam enascitur, & orat vt hæc anima cum seipsa nõ agitet seditionem, perturbationum animi bellum inferens. Hanc nos quoque pacem quæramus,vt promissa bona possimus assequi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: cui gloria & potentia in secula seculorum. Amen.

Philip.4.

IN PSALMVM CXXV.

IN *conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* Alius interpres dicit,Quando cõuerterit dominus captiuitatem, erimus consolati. Nomen captiuitatis est quidem in prolatione simplex,habet autem multas intelligentias.Est enim & bona captiuitas, vt quando dicit Paulus, Captiuum redigentes omnem intellectum in Christũ. Est & mala, vt quando dicit: Captiuas abducentes mulierculas oneratas peccatis.Est quæ in mente versatur, vt de qua dicit, Prædicare captiuis remissionẽ. Est quæ sub sensum cadit,vt quæ fit ab hostibus.Est autẽ prior grauior.Qui enim ceperunt aliquos iure belli,captis sæpe parcunt,& si aut aquari,aut lignari,aut equos pascere iusserint,animam minimè læserint. Qui peccati autem captiuus factus est,habet sæuum & barbarum dominum,qui cogit eum facere res turpissimas, & maximè probrosas. Non parcere enim nec misereri nouit hæc vicij tyrãnis. Audi itaque quo modo cum miserum & infœlicem Iudã accepisset captiuum,minimè ei pepercerit, sed sacrilegum & proditorem fecerit: deinde postquã scelus perpetrasset,eum in theatrum Iudæorũ produxerit,& maleficium reuelauerit, & nec sic quidẽ permiserit vt perciperet fructum pœnitentiæ, sed ante pœnitẽtiam deduxerit ad laqueum,Est enim sæuus tyrannus,qui iubet quæ sunt improba,& eos qui obediunt, ignominia afficit. Quocirca vos rogo, summo studio fugiamus eius dominium,& cum eo bellemus,nec ei vnquam reconciliemur, & liberati in libertate permaneamus. Si hi enim à barbaris liberati,consolationẽ acceperunt, multo magis oportet nos à peccato liberatos gaudere & exultare,& hanc lætitiam conseruare immortalem,nõ autem eam perturbare ac cõfundere, eadem mala rursus aggredientes.Facti sumus tanquam consolati. Hoc alij quidem interpretes dicunt,Tanquam somniantes. Hebræus autem כחולמים cetholemim. Quid est autẽ, Consolati? impleti,inquit,sumus quiete,lætitia,voluptate *Tunc repletum est gaudio os nostrum,& lingua nostra exultatione,Tunc dicent inter gentes, Magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum.* Ad meliorẽ mutationem non parum confert lætari propter liberationem à captiuitate.Et quis,inquies,non propterea lætatur? Patres eorum quando liberati sunt ab Aegypto, & ab illa seruitute traducti in libertatem, per summum ingrati animi vicium in bonis ipsis murmurabant,indignabãtur,ægrè ferebant,tristes manebãt. At non nos, inquit, sed gaudemus & exultamus. Iam verò causam quoque gaudij afferunt. Non solùm,inquit, gaudemus propter liberationem à malis, sed etiam quòd ex eo omnes cognoscent quam nostri deus curam gerat. Tũc enim,inquit, dicent inter gentes, Magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscũ. Nõ temere adiicitur hæc conduplicatio, sed vt ostenderẽt magnam quam ceperant lætitiam. Alterum enim verbum est gentium,alterum verò ipsorum. Vide autem, Non dixerunt,*Seruauit nos,nec liberauit nos*,sed, Magnificauit, rem opinione maiorem & miraculo plenã per hæc volentes ostendere. Vides quòd (quemadmodum dicebam) per hanc gentem docebatur vniuersus orbis terrę,dum & abducerentur,& rursus reducerentur. Ipse enim reditus fuit loco præconis. Eorum enim fama vbique peruolabat, dei in eos benignitatem manifestam omnibus efficiens, quod scilicet erant magna & re vera omni opinione maiora quæ in eos facta erant miracula. Ipse enim Cyrus qui eos tenebat, ipsos dimisit, cum nullus eum rogasset, sed deus mentem illius molliisset: nec solùm eos dimisit, sed etiam affecit donis & muneribus. *Facti sumus lætantes. Conuertere domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro.* Quo modo dixit in principio psalmi: In conuertendo dominus captiuitatẽ:hic autem dicit,Cõuerte,tanquam de re futura loquẽs. Maximè enim nos ad hoc inducit alius interpres, qui dixit,non,In cõuertendo:sed, Quando cõuerterit: quoniam res tunc principium caperet, & nõ tota gesta sit in principio,multę enim fuerunt transmigrationes: fuit enim prima,secunda,& tertia. Hoc ergo possumus dicere: vel quòd orat vt sit integra & absoluta liberatio. Multi enim Iudæi volebant remanere in regione barbarorum,& ideo vehementer desiderans hoc fieri, Conuerte,inquit,captiuitatem nostram,sicut torrentes in austro,hoc est,cum magno impetu, cum magna vehementia

Captiuitas multiplex. 1.Cor.10. 1.Tim.3. Esa.65. Ioan.8. Rom.6.

Peccati tyrannis. Matth.27. Actor. παρλισεος. Esaæ.65. Rom.5. Apoc.19. Exod.17. Transmigrationes Iudæorũ tres. Verbi cõduplicatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hementia nos vrgens ac protrudens. Quocirca alius A quoque interpres hoc ipsum significans, dicebat, vt fluenta. Alius, vt aquæductus. Alius, vt emissiones. *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* Hoc de Iudæis quidem dictũ est, potest autem in multis quoque aliis locũ habere. Virtus enim res est eiusmodi, vt quę magnas habeat laborũ remunerationes: & oportet nos prius laborare & affligi, & tũc animi remissionẽ & ociũ quærere. Hoc etiam potest videri euenire in iis quæ ad hanc vitam pertinent. Quocirca ipse quoque ad hæc deduxit orationem, ad sementem, inquam, & messem. Quẽadmodũ enim qui seminat, & labore, & afflictione, & sudoribus, & hyeme indiget, ita etiam qui virtutem persequitur. Nihil enim æquè est ad ocium inutile vt homo. Et ideo vocauit deus arctam & angustam viã quæ ducit ad virtutem. Immò verò non solùm virtutẽ, sed ea etiam quæ ad hanc vitam pertinent, effecit laborosa, B atque adeò longè amplius. Nam & qui seminat, & qui ædificat, & viator, & lignator, & opifex, & deniq; quilibet homo, si est aliquid commodi percepturus, & labore & afflictione opus habet: & quemadmodum semina opus habent imbribus, ita nos etiam lachrymis: & quẽadmodum terra opus habet vt aretur & proscindatur, ita anima fidelis pro ligone indiget tentationibus & afflictionibus, ne producat malas herbas, vt eius molliatur duricies, ne nimium efferatur & exiliat. Nam terra quoque nisi diligẽter colatur, nihil boni producit. Hoc est ergo quod dicit propheta, non esse solum lætãdum propter reditum, sed etiã propter captiuitatem, & pro vtrisque deo esse agendas gratias. Illud enim est semẽtis: hoc verò messis. Quemadmodum ergo, inquit, qui seminant laborantes, redditus postea percipiunt: ita etiam vos quãdo recessistis quidem, imitati estis eos qui C seminant, afflicti, pulsati, vexati, hyemem, tempestatem, bellum, nimbos, gelu & glaciem ferẽtes, lachrymas effundentes. Quod enim sunt imbres seminibus: hoc lachrymæ sunt iis qui affliguntur. Sed ecce, inquit, accepistis eorum laborum remunerationem. Quãdo ergo dicit: *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos suos.* Nõ dicit de frumento, sed de rebus, docens auditorem, non angi & mœrere in afflictionibus. Quemadmodũ enim qui seminat mœrore non afficitur, licet sint multa grauia, respiciens ad lætas & luxuriantes segetes: ita etiam eũ qui affligitur, nõ oportet angi & excruciari, etiã si sint permulta molesta, vt qui messem expectet, & copiosũ prouentum qui ex afflictione oritur, consideret. Hoc nos quoque considerãtes, & pro afflictione & ocio ac quiete agamus domino gratias. Etsi enim sunt diuersa quæ fiunt, vnum tamen habent singula finem propositum, sicut sementis & messis: afflictionesq; forti & generoso animo feramus, & cum gratiarum actione: ocium autẽ & res secundas cum dei gloriæ celebratione, vt futura etiam bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potẽtia in secula seculorum. Amen.

Virtus labor æ meritis.

Simile.

Math. 7.

Genes. 3.

Similia.

Animæ cultura.

γεώργιον per collationem.

Simile ex collatione.

IN PSALMVM CXXVI.

Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerũt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis. Hic psalmus dictus est de statu rerũ qui fuit post reditũ. Quoniã enim à captiuitate liberati, & à barbara regione reuersi, dirutam à se inuentam ciuitatem, & mœnia cum turribus humi disiecta, conabantur excitare: multi autem eos vndique adorientes prohibebant, Iudæorum fœlicitati inuidẽtes, & prosperos eorum successus metuentes: deinde autem in his faciendis tempus cõterebatur, & tantum contritum est temporis, vt in ædificãdo templo plusquam quadraginta anni cõsumpti sint: quod Iudęi quoque declarantes dicebant, Quadraginta & sex annis ędificatum est templum hoc. non dicentes de priore ędificatione, quę à Salomone facta est, sed de ea quæ facta est postquã liberati sunt à Persis. Quoniam ergo multum tẽpus conterebatur in ciuitate, templo, & mœnibus extruendis, docens eos Propheta ad deũ confugere, hæc persequitur, ostendens omnia frustra & nequicquam fieri nisi ad se diuinũ auxilium attraxerint. Non solùm enim vt liberentur à captiuitate, sed etiam vt liberati mœnia excitent, fieri non potest absque diuino auxilio. Et quid dico de muris excitandis, & vrbe ædificanda? ne eam quidem perfectã & absolutam poterit quis custodire, si illud ei non adsit auxilium. Hæc autem dicebat, eis omni ratione suadens vt rursus ad dei auxilium cõfugerent, ne ocio & rebus secundis fierent negligentiores. Propterea enim nec simul & aceruatim dedit eis bona omnia, sed sensim & paulatim, ne perceleri liberatione à malis, ad improbitatem pristinam recurrerẽt. Quinetiam dum bona daret, eos sæpe admonebat, per irruptionem hostium eorum socordiam excitans. Quod ergo hic dicitur, generaliter dictum est: ex hoc autem argumento cepit principium. Oportet enim id adaptare omnibus, non vt ipsi socordes simus, & supini iaceamus, sed vt nostra afferentes, dei arbitrio omnia permittamus, à spe ilius in omnibus perpetuò pendentes. Quemadmodum enim fieri non potest, vt, nisi deus opem ferat, res ad finem perducantur: ita si deus opem ferat, simus autem negligentes & ocioси, finem haud poterimus assequi. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquã sederitis. Alius, tardantibus ad sedendum. Alius, ditserẽtibus sedere. Quod autem dicit, est eiusmodi. Etiam si vigiletis, etiam si mane excitemini, etiam si serò eatis cubitum, omne tempus in labore & afflictione consumentes, nisi auxilium eius assequamini, peribunt humana omnia, & ex eo studio ac diligẽtia nulla redibit vtilitas. *Qui manducatis panem doloris.* Hoc dicit ostendens eos vitam degere laboriosam dum armati ædificant. Altera enim manu caementum aut lapidem ferebant, & alia gladium, ad ędificandũ & bellandum seipsos comparantes, & vnà cum clypeis ferentes silices. Quoniam enim erat immunita ciuitas & nudata, subitos autem & inopinatos hostium impetus fore singulis horis suspicarentur, armati muros ædificabant, & enses, clypei, & gladij aderant, & procul erãt quidam speculatores, qui incertam eorum irruptionem significarent, & tuba canerent si quos procul aduentantes viderent. Sed & si hæc, inquit, faciatis, & panem doloris comedatis, omnia, inquit, frustra & nequiequam facietis, nisi attraxeritis supernum auxiliũ. Quòd si illi vt vrbem & muros excitarent, tanto opus habebant superno auxilio: multo magis nos, qui viam quæ ducit in cœlũ, ingredimur.

Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini filij.

Cuiusmodi est hæc consequentia? Pulchra profectò, valde cohærens prioribus. Hoc est enim quod dicit, Si deus opem nõ ferat, omnia pereunt: quando autẽ fert, tunc iucundus est somnus, tunc est ocium, & vita à periculis libera, & securitate plena. Quando eos qui inuadunt propulsarit, non solùm tunc ędificabunt ciuitatẽ, nec

Ezech. 5. & 7.

Matth. 6. Luc. 11. Phil. 2. 1. Pet. 5.

Neem. 4.

χάλικες.

nec eam ſolummodo cuſtodient,ſed multò etiam maiora accipient, erũt enim patres multorum filiorum,& pulchra eis augebitur ſoboles. *Merces fructus ventris.*

Quid hoc eſt? Mercedem,inquit, accipient numeroſam ſobolem.Etſi enim hoc ſit opus naturæ, quãdo tamen deus fert opem,ea fœlicius procedit.Nã ipſa quoque indiget ſuperno auxilio: eruntq; Hieroſolyma populo frequentia. Non in his autem ſolùm conſiſtet eorum fœlicitas,nempe in ædificatione,in cuſtodia,in ſobole, ſed his etiam alia accedent. Et oſtendẽs quænam

πῶς ἐστιν ὡς. hæc ſunt,ſubiungit dicens, *Sicut ſagittæ in manu potentis,ita filij excuſſorum.* Alius,alligatorũ. Quod autem dicit,eſt eiuſmodi,Non erunt ſolum tuti intra mœnia & in vrbe munita, nec erit eis tãtummodo numeroſa ſoboles, ſed erũt etiam terribiles hoſtibus, & terribiles vt ſagittæ.Nõ dixit autem abſolutè,Sagittæ:ſed,ſagittæ in ma-

δυναστοῦ, potentis. nu potẽtum.Non ſunt enim ſagittæ ipſæ per ſe terribiles,ſed tunc quando tenentur à potenti,mortem minitantes iis quos adoriuntur. Ita ergo erunt hi terribiles. Quínam hi?Filij excuſſorum.Hoc eſt,eorum qui erant quandoq; imbecilli,qui vincti & alligati.Priores enim res aduerſas eis frequenter in memoriã redigit in tempore fœlicitatis, vt mentem eorum omni ex parte corrigat,& per ea quę paſſi ſunt,& à quibus ſunt liberati,& per ea quæ conſequentur. *Beatus vir qui impleuit deſideriũ ſuum ex ipſis,non confundetur cũ loquetur cum inimicis ſuis in porta.*

Hebræus. Alius,Beatus qui impleuit pharetrã ſuam ex ipſis.Hoc eſt,hoc quoq; eis aderit,robur corporis,terror qui non poterit ſuſtineri, pulchra & numeroſa proles, vrbis ſecuritas,pulchritudo,victoria & trophęa in bellis.Quocirca quoque eos beatos exiſtimat, qui ſunt conſecuturi hanc fœlicitatem.Erant enim,inquit,armati. Sed nõ in his tantum conſiſtit eorum beatitudo,verumetiã in eo quòd non afficientur pudore. Non confundentur enim,inquit,quando loquentur inimicis ſuis in porta. Quídnam eſt hoc?Maximum, trophæũ,maximus ſplẽdor,iucunditas ſumma & fœlicitas.Neque enim eis exprobrabitur quòd deus curam eorum non geſſerit,vel quòd deum habuerint imbecillum, vel quòd potẽtem quidem,verùm ſuis peccatis depulerint eius prouidentiam,ſed in omnibus clari & gloria pleni,propter ciuitatem,propter muros,propter cuſtodiam,propter liberos,propter arma,propter potentiam,nõ ſe tegent præ pudore videntes inimicos,ſed eis acerrimè occurrent, gloriantes,ſibi placentes, magnos ſumentes ſpiritus,& in omnibus ornati & inſtructi, cum deus apertè oſtendat ſe eorum ſuſcepiſſe patrocinium.Summa enim bonorũ & fœlicitatis hæc eſt, coronis eſſe deinceps ornatum & inſtructum dei auxilio. Et ea de cauſa hic finit orationem, docens omnes ante omnia hunc ornatum quærere,& eo gloriari. Eum ergo nos quoq; perſequamur, vt digni habeamur qui bona æterna aſſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen.

IN PSALMVM CXXVII.

Beati omnes qui timent dominum. Vide quo modo ab eo incipit in quo deſiit. Quemadmodum enim illic eos beatos propterea cenſuit,quòd pudore minimè afficerentur,quòd deum haberent adiutorem, & ſtantem à ſuis partibus: ita hic etiam ab eo orditur,dicens: Beati omnes qui timent dominum. Et rurſus ſumpto ab illis principio loquitur generaliter.

Galat.3. Rectè autem dixit omnes,ſignificans, quòd ſiue ſit ſeruus, ſiue dominus, ſiue pauper, ſiue mancus ac mutilus corpore, ac denique quicunque ſit, nihil eorum vetat quo minùs habeat hanc quam ipſe dicit beatitudinem. Alium enim qui falſò beatus dicitur, vt qui ſit fictus & ſimulatus,& quem multi beatum exiſtimant,multa cõcurrentia vix tandem talem faciunt:& niſi omnia concurrerint,non fuerit quis beatus apud homines,vt ver- *Beatitudo humana q̃ difficilis ſit.*
bi gratia dico,Siquis ſit diues, hoc ei nõ ſufficit ad beatitudinem,ſed oportet etiam adeſſe ſanitatem. Si enim ſit quidẽ diues,corpore verò mutilus:claudicat eius beatitudo, & eſt miſerior pauperibus. Multi certè diuites cum morbis conflictantes,pauperes qui compita mendicantes obeunt, fœlices eſſe dicunt, & ſe miſeros eſſe ducunt cum decies mille talentis.Rurſus ſi ſit quidẽ ſano corpore & diues,gloria autem & honore careat,eſt aliud rurſus impedimentum. Sunt enim nonnulli qui plurimum quidem poſſident pecuniæ, ſuntq; corpore integro & inoffenſo:ſed ab iis qui principatũ obtinent, & magiſtratum gerunt,grauiſſima patiuntur, & in militiam trahuntur. Eò enim quòd nullius ſunt honoris participes,exiſtimãt ſe eſſe omnium miſerrimos, vt qui iis pareãt quibus ſæpe habẽt ſeruos locupletiores. Rurſus ſi adſit quidẽ gloria,diuitiæ,& ſanitas, non adſit autem ſecuritas, vtpote quòd innumerabiles ei inſidientur,inuideant,male velint,oderint,accuſent,calũnientur,is erit omnium miſerrimus,vitam agens leporis, & vmbras habens ſuſpectas,omniaq; horrens & pertimeſcens.Quòd ſi ab iis etiam liber ſit, ametur autẽ ab omnibus,& ei omnia ſuccedant ex animi ſententia, nempe gloria,diuitiæ,ſecuritas,honor,quod fieri nõ poteſt, nempe vt hæc omnia ſimul cõcurrant,& tamen ita eſſe fingamus,licet ergo hęc omnia affluãt,& nihil ſit quod ea diſtrahat,aut interrumpat,ſed & populi beneuolentia,& gloriæ magnitudo,& pecuniæ abundãtia,& corporis ſanitas, & omnis ſecuritas, & à nullo poſſe vinci, in eo concurrant:improba ſæpe & peruerſa muliere ſibi cõiuncta, euadit iis omnibus miſerior qui carent his omnibus.Quòd ſi ei vxor bona & ex animi ſententia euenerit,ſi malos habeat filios,eũ eſſe omnibus miſeriorem neceſſe eſt.Quòd ſi nullos habeat,lugere & lamentari. Denique quæcunque humana aſpexerit quiſpiam, multa videbit præcipitia.Et quid alia perſequi opus eſt? Improbus ſæpe famulus omnia euertit & confundit, & nihil eſt adeò incertum & lubricum, vt in iis gloriari, & de iis ſe iactare. At non eſt eiuſmodi is qui deum timet, ſed ab his fluctibus liberatus, ſedet in portu & in tranquillitate,vera & certa fruens beatitudine.Et ideo illis omnibus præteritis propheta hunc ſolum beatũ iudicat. Illa enim beatitudo nunquam planè conſtiterit, niſi omnia concurrerint: immò verò etiã ſi concurrerint,tunc labefactatur ab iis ipſis quæ illam pariunt.Nã & diuitiæ perniciem attulerunt, & vxor formoſa ſæpe cauſa fuit interitus, & famuli prodiderunt, & filij fuere parricidæ:&,vt iam dixi, multa habet vndique incerta & valde lubrica.Hic autẽ etiam ſi omnia contraria cõfluant,non modò nihil lædunt hanc beatitudinem,ſed eam firmiorem reddunt & conſtantiorem.Nam & ſi ſit paupertas, & ſi ignominia, & mutilatio corporis, & vxor improba, & ſcelerati filij, & quodcunque aliud dixeris, hoc nihil deprimit nec labefactat hãc beatitudinem. Neque enim ſuum ex illis habet ortum, vt ex eis cõuulſis labefactetur,ſed habet radicem à ſuperis: quocirca manet inexpugnabilis. Atque adeò,ſi velitis, eum in ipſis rebus oſtẽdamus & pertractemus.Non erat Ioſeph ſeruus,non externus,non extorris à ſua ciuitate & patria,nõ ſeruus Barbarorum,prius quidem Saracenorum,

Prouer.14. Eccle.25. Timẽs deũ felix.

Eccle.5. Matth.19. Mar.10. 2.Reg.11. Eccle.9. 4.Reg.14.11

2.Para.33. 4.Reg.19. 2.Reg.12.

Gen.37.38.

rum,postea autem eis immaniorum Aegyptiorum. An nõ existimabatur adulter? nõ accusabatur? non calũniis & fictis criminibus impetebatur? non habitabat in carcere? non vinctus tenebatur? Et quid horum eum læsit? Imò verò per hæc erat in primis beat⁹. Hoc est enim, sicut iam dixi, admirabile, quòd non solùm hinc nihil lęditur beatitudo, sed etiam pręclarior redditur & illustrior. Si nihil enim illi corũ accidisset, nõ fuisset adeò beatus. Vis etiam eos dicam qui in vicio acrius perstiterunt, deinde repẽtè mutati sunt, & omne illud viciũ exuerunt? Quid fuit latrone miserius? sed repente euasit omnium beatissimus. Atqui mille cędes fecerat, nam & erat crucis supplicio damnatus, & ad mortem ducebatur, omnes eum accusabant, totum tempus erat consumptum, & vita transacta fuerat in scelere: sed quoniã exiguo tempore Christum ita vt oportet timuit, beatus factus est. Ita etiam meretrix, licet sui corporis formam precio venundaret, & exposita esset omnium cõtumeliæ, & ideo esset omnium miserrima: beata extitit quãdo deum vt oportet timuit. Nullum est enim malum quod non extinguat dei metus. nam quemadmodum ignis, quodcunque ferrum ceperit contortum, vel rubigine confectum, id clarum reddit ac pulchrum ferruginem abstergẽs, & quod in eo erat peruersum & inflexum, perfectissimè corrigit: ita etiam dei metus vel exiguo tẽpore facit omnia, & eos qui ab ipso tincti sũt, nulla re humana frangi sinit. Non erat imbecillus Timotheus? non morbis & afflictionibus perpetuò vexabatur? Quid ergo fuit illo beatius? Quid verò dic quæso, Iob? An non redactus erat ad paupertatem? non ad orbitatem? non ad corporis grauissima vlcera? nõ probris, contumeliis & iniuriis appetebatur? nõ fame & malis omnibus humanis cruciabatur? Is tamen fuit omniũ beatissimus. Non solùm enim nihil horum eum fregit ac prostrauit, sed etiam firmiorem fecit & solidiorem. Quinetiam cum illis omnibus vxor eũ premebat, probris infectans, & tamen per hæc omnia euasit clarus & conspicuus. Hęc ergo omnia considerans propheta, dicebat: Beati, inquit, omnes qui timent dominum. *Qui ambulãt in viis eius.* Ne enim existimares sufficere timorẽ, adiecit illud: Qui ambulant in viis eius. Multi enim fidem quidem perfectam habentes, vitam autem flagitiosam, omnium fuere miserrimi. Ne ergo id quod dicit, videretur ex eo refelli, subiunxit: Qui ambulant in viis eius. Quænam autem sunt viæ eius, nisi vita quæ ex virtute instituitur? Per eam enim potest in cœlũ ascendi, & illa ciuitas apprehendi, & ipse deus videri, quatenus potest ab homine aspici. Eius autem viæ dicuntur, quoniam per eas potest in cœlum veniri. Nõ dixit, via: sed, viæ, ostendens eas esse multas & diuersas. Propterea enim multas vias muniit, vt earũ multitudine facilẽ nobis faceret ingressum. Ex hominibus enim alij sunt virginitate illustres, alij verò se honestè ac decorè gerunt in matrimonio, alij ornantur viduitate: & hi quidem se omnibus exuerunt, illi verò dimidio: & hi quidem per viam rectam ingrediuntur: illi verò per pœnitentiam: & ideo multas tibi vias muniit, vt facilè ingrediaris. Non potuisti post lauacrum seruare corpus mũdum? at per pœnitentiã id potes emundare, potes per pecunias, per eleemosynam. At nõ habes pecunias? Sed potes visitare ægrotum, potes accedere ad eum qui est in vinculis, dare poculum frigidæ, & sub eodem tecto hospitẽ excipere, præbere duos obolos, sicut vidua, ingemiscere propter eos qui affliguntur. Nam hoc quoq; est eleemosyna. At es vndiq; destitutus, & omnino pauper, & corpore adeò imbecillo, vt ne possis quidem ingredi: hæc omnia fer magno & excelso animo, deo agẽs gratias, & magnam mercedem accipies. Nã in hoc quoque se pulchrè gessit Lazarus. Neque enim vlli suis subuenit pecuniis. Qui enim id feciisset, cui vel necessarium deerat alimentum? Non ingressus est carcerem. Quo modo enim qui nec erigi, nec se sustinere poterat? Non inuisit ægrotum. Quo modo enim qui linguis canum erat expositus? Et tamen etiam absque his præmium virtutis arripuit, eo quòd omnia tulerit forti & generoso animo, eo quòd cum videret quidem crudelem & inhumanum hominem in honore haberi, & vitam agere in deliciis, seipsum autem versari in tãtis malis ne verbum quidem indecorum protulerit. Et ideo in sinu Abrahæ recept⁹ est, qui mortuo nihilo erat melius affectus, sed planè erat iners & inutilis, in diuitis vestibulo proiectus: & cum patriarcha qui tot & tantas res præclarè gesserat, coronabatur, & victor renunciabatur, & sinu illius fruebatur, qui nec eleemosynam fecerat, nec ei cui iniuria fiebat, manum præbuerat, non hospites exceperat, nec aliquid aliud ostẽdere poterat, sed tantum in omnibus deo gratias egerat, & præclarã patientiæ coronam retulerat. Magna enim res est gratiarum actio & philosophia, quæ tot & tantis malis exercetur: idq; factum est longè omnium maximum. Vnde etiam Iob coronatus est, & dicebat diabolus: Pellem pro pelle, & omnia quæ homo habet, dabit pro anima sua, sed immitte manũ tuam, & tange carnem eius. Nõ est enim parum, dolore affectam refrenare animam ad hoc vt nihil peccet. Hoc est cum martyrio conferendum, hoc est bonorum colophon. Et tu ergo, ô dilecte, cum te sæpe vel morbus, vel febres, vel dolores inuadunt, cogente te cruciatu dicere aliquid blasphemũ, si te retinueris, & deum gloria & honore affeceris, eandẽ mercedem accipies. Quãnam enim de causa, dic mihi quæso, blasphemas? Ideone euadit tibi dolor leuior? Quanquã & si maximè dolor fieret hac ratione leuior, ne sic quidem oporteret animæ salutem prodere, ineũdo rationem consolandi corporis. Nunc autẽ non modò nõ leuatur dolor, sed etiam grauior redditur. Nam cum videt diabolus se potuisse te ad blasphemiã adducere, fornaci ignem magis subiicit, & dolorem incendit, vt eius desiderium impleas. Maximè ergo, sicut dixi, etiam si leuaretur, non oporteret hoc facere. Quando autem nihil lucrifacis, quid attinet teipsum occidere? At nõ potes tacere? Deo ergo age gratias. Deum ergo gloria & honore affice, qui te probat in fornace. Pro blasphemia ex ore tuo prodeat dei gloria. Ita & magna est merces, & vulnus efficitur leuius. Ita etiam beatus ille loquens dicebat, Dominus dedit, dominus abstulit. Sit nomen domini benedictum. Et rursus, Si bona ex manu domini accepimus, mala non sustinebimus? Sed mihi, inquit, nõ dedit opes. Minus est ergo vulnus. Nõ sunt enim cõferenda, his nudari opibus, & cum earum nunquam periculum feceris, viuere in inopia. Si enim aliorum mala videntes, & cum suis ęrumnis conferentes, multi pauperes eorum collatione sua esse grauiora existimant: quando se non cum aliis sed cum seipsis cõparant, cogitat tantò esse grauiorem dolorem, quantò efficit experientia vt sit maior sensus ablationis. Ita etiã est leuius, ab initio non habuisse liberos, quàm eis orbari cum ipsos habueris. Non sunt enim similia, non accepisse, & postquam acceperis, eis esse priuatum. Fer ergo forti & generoso animo quæ accidunt. Hoc enim est tibi martyrium. Non enim eum qui sacrificare iubetur,

non

Fabricatores ad exẽplũ. Gen.39.

Luc.16.

Iac.2.

Luc.7.

γράμμα ἀφιλί.

1.Timot.5.

Iob.1.2.

Iac.5.

Iob.2.19.

ἀκριβῶς πίστιν.

Viæ domini.

Multiplicitas viarum domini.

Iac.2.

Blasphemia in dolore cauenda.

Ephes.5. 2.Thes.5.

Iob.2.

Martyrium patientiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō ſacrificare,ſed potiꝰ dilaniari & excarnificari quàm hoc facere, ſolum facit martyriū: ſed etiam cum dolor impellit ad blaſphemandum, toleranter potius ferre laborem ſtatuere, & nihil turpe & inhoneſtum dicere,facit martyrem. Iob enim non ideo fuit coronatus,quòd ſacrificare iuſſus nō ſacrificauerit, ſed quòd dolores & calamitates forti animo perpeſſus ſit. Quinetiam Paulus propterea victor renunciatus eſt, propter flagella, propter afflictiones,propter alia quæ ſuſtinuit cum gratiarum actione. *Labores manuum tuarum manducabis, beatus es,& bene tibi erit.* Quánam de cauſa conduplicat beatitudinem? Quoniā nouit eius magnitudinem:in rei viſione contemplanda iucundè immoratur.Et quidnam dixit illud,Bene? *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.* Alius, In penetralibus. Alius, In femoribus. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.Ecce ſic benedicetur homo qui timet dominum.* Quid dicis? Hæc eſt beatitudo,hoc lucrum, domeſticæ copiæ, & ſuis frui laboribus,multitudo liberorum,& fertilitas vxoris?Non hoc quidem,ſed hoc ex redundanti quadam copia accedit. Quærite,enim,inquit, regnum dei, & cætera adiicientur vobis.Quoniam ergo loquebatur cum iis qui erant adhuc imbecilliores, tanquam paruos puellos inducit ex rebus ſenſilibus.Neque verò mireris.Si enim Paulus hoc facit tempore tātæ philoſophiæ,cum eis qui adhuc humi repebant,ex his diſſerens: multò magis Prophetā.Hoc autem facit Paulus tum alibi, (quando enim de virginitate diſſerit,nihil dicit de eis quæ illis ſunt euētura, ſed ponit tantùm liberationem à moleſtiis matrimonij)tum etiam quando loquitur de honore in parētes,eodem modo vſus eſt,ita dicēs: Quod eſt primum mandatum in promiſſionibus. Quod eſt autem mādatum?Honora patrem tuum & matrem, & eris lōgæuus ſuper terram.Quinetiam quando ſcribit de oſtendenda in inimicos philoſophia, ſenſile rurſus præmiū proponit,dicens:Hoc enim faciens,carbones ignis congeres ſuper caput eius. Chriſtus autem non ſic(neq; enim cum imbecillis loquitur) ſed in virginitate quidē proponit regnum,in amandis autem inimicis, quòd erunt dei ſimiles, quantum poſſunt homines eſſe dei ſimiles. Quemadmodum etiam in veteri vbi inducebātur per ſenſilia, videbimus eos qui ſciūt philoſophari, induci à maioribus. Id autem Paulus ſignificans, dicebat: Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti nō acceptis promiſſionibus,ſed eis procul viſis & ſalutatis. Non eſt ergo hæc ſola merces eorum qui deum timent,frui rebus ſuis,ceu ſunt vxor & liberi,reiq; domeſticæ proſperitas,ſed hæc quidem ſunt ex ſuperabundantia,& inſtar cuiuſdā additamēti.Principalia autem ſunt,primum quidem,hoc ipſum,deum timere: quod in ſeipſo continet remunerationem.Deinde arcana illa quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis nō aſcenderunt, *Benedicat tibi dominus ex Sion,& videas bona Hieruſalem.* Alius,Et vide in bonis Hieruſalem. Bona dicit, ciuitatem,diuitias,decorem,honores, proſperitatem, fertilitatem,ſecuritatem,pacem. *Omnibus diebus vitæ tuæ.* Pulchrè etiā vſus eſt adiectione dierum.Erat enim hoc ſignum maximum quòd hæc à deo darentur, & eius prouidentiæ argumētum, quòd nihil humanū paterentur, nec corruerent,& nec vllam ſuſtinerent mutationē,niſi quando indignatus ea intercidiſſet. *Et videas filios filiorum.*

Atqui multi, inquit, deum timentes, ſine liberis ſemper fuere.Et quid hoc ſibi vult? Neque enim nos propter preſentia exuimus,ſed principaliter quidem vt deo placeremus, deinde etiam propter ſpes futuras. Atque tunc quidem hæc erant præmia,nunc autem cœlum,& bona quæ ſunt in cœlis.Quòd ſi cum deum timeres,nō habuiſti filios: quî ſcis nunquid dederit alia hac fœlicitate maiora? Neque enim omnes vno modo beneficio afficit,ſed variè,cùm ſit diues.Quot fuerunt qui cùm filios haberent, iudicarunt eos fœlices qui non haberēt? quot qui diuitias poſſidebant, pauperibus miſerius ex hac vita exceſſere? Quot qui gloriam concupierant, ea tanquam enſe aliquo confoſſi ſunt,& grauiſſima quæq; ſuſtinuerunt? Ne quæras tibi exhiberi negocia, nec à deo eorum quæ facit rationem expoſcas: ſed feras omnia forti & generoſo animo, & cum gratiarum actione,immò verò nulli rerum preſentium animum tuum affigas.Propterea enim talem iuſſus es facere orationē, in qua vnum ſolùm petis poſtulatū ſenſile,& nihil amplius. Quanquam hoc quoque rurſus menſura ſit ſpiritale. Alia enim omnia, de cœlis & de regno quod illic eſt, de perfecta vitæ inſtitutione, & de liberatione à peccatis nobis dicuntur: de ſenſilibus autem vnam iubemur dicere dictionem. Quænam autem ea eſt?Panē noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie,& nihil aliud. Quoniam enim ad aliam deinceps vocamur patriam,& ad maiorē vitam aſſcripti ſumus, oportet etiā noſtra poſtulata eſſe ei cōuenientia. Hæc autem etiam ſi euenerint, oportet ea adminiſtrare cum ſumma diligentia. *Pax ſuper Iſrael.* Hæc eſt oratio de cōmuni.Hoc enim maximè deſiderant, vt qui ſint lōgo bello afflicti & exhauſti.Quid enim eos alia iuuant,ſi pax non adſit? Quod ergo eſt bonorum quæ tunc erāt,præcipuum,& eorum ſecuritatem,nempe pacē,pollicetur,eamq; perpetuam, quod eſt maximè opus dei prouidentiæ, dare ſcilicet,& non ſinere vt intercidat. Quoniam enim rerum humanarum natura fluxa eſt, & non permanens: oſtendens hæc nō temerè ad eos deuenire,ſed à ſuperno auxilio & à nutu diuino procedere,dixit, Omnibus diebus,& pacem permanētem eſt pollicitus.Atque hoc quidem factum eſt,quod ad deum attinet.Quòd ſi fuit interrupta, hoc quoque accidit ex illorum improbitate. Quemadmodum enim quando aliquibus ſupplicia minatur,iis qui per pœnitentiam iram diſcutiunt,cohibetur ſupplicium: ita etiam ſi bona promittat, viſi autē fuerint indigni qui promiſſa erant cōſecuturi, reuocatur promiſſum.Quod ad eū ergo ſpectat,omnibus diebus eſt eam pollicitus: ſua autem improbitate donū interruperunt. Hæc autem dico, vt neq; eo minante deſperemus,nec rurſus bona promittēte torpeſcamus: ſed ſtudio,& in vita inſtituenda diligentia,promiſſa ad opus prouocemus. Niſi enim ita faciamus,non ſufficit ad conſeruandos nos ſola promiſſio. Nam Iudæ quoque pollicitus eſt eum eſſe ſeſſurum ſuper thronum cū vndecim diſcipulis: nec tamen ſedit. In cauſa autem non fuit ille qui promiſit,ſed is qui promiſſo indignus viſus eſt.Et nos ergo cum habeamus regni promiſſum,ne ſimus ignaui ac deſides,ſed noſtra quoque afferamus, vt poſſimus bona æterna conſequi, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,cui gloria & potentia nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Matth.5. Iac.5. Rom.8. Luc.12. 2.Cor.3. 2.Cor.7. Epheſ.6. Rom.12. Matth.19. Mat.5. Hebr.11. Luc.4.5. Dan.5. 2.Mac.9. Luc.16. Act.12. Iob.12. Eccle.8. Matth.6. ἐπιούσιον. Iob.3.4. 2.Cor.13. 1.Theſſ.5. Naturarerum humanarū fluxa. Ion.3. Hierem.18. Ezec.33. Promiſſa dei vt implerentur. Matth.19.

IN PSALMVM CXXVIII.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea,dicat nunc Iſrael, ſæpe expugnauerunt me à iuuentute mea:etenim non potuerunt mihi. Alius interpres dicit, Sed non potuerunt me. Hic quoque pſalmus cohæret præcedenti.Quoniam enim interrumpebatur ædificatio, Hebr.mihi id eſt,aduerſum me. Chald. non potuerūt inferre malū mihi.

nio,nec opus deducebatur ad finẽ, eos in bonam ſpem adducens,ne deſperarent ex præteritis,iubet eos de futuris eſſe bono animo, & docet eos dicere hæc verba. Etenim cùm ſæpe eos inuaſiſſent,nequaquam potuerũt ſuperare,nec integram victoriã reportarunt.Et tamen captiuos,inquit,ceperunt, & in terram alienam traduxerunt,& multa bella vicerunt,& tũc quidem maximè non ex propria virtute,ſed ex Iudæorum peccato ſuperarũt. Quanquam alioqui nec ad finem quidem vſque permanſere victores.Neq; enim potuerunt genus omnino delere, vel ciuitatem omnino euertere, aut gentem funditus perdere,ſed cum pauliſper deo concedẽte viciſſent,rurſus vincebãtur. Quo modo autem vincebantur:Ad priorem fœlicitatẽ Iudæis reuertentibus. Quòd quidem ſignificans alius interpres dixit, Sed nõ prævaluerunt ſuper me. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam.* Quid hoc eſt?Nõ temere,inquit,& fortuitò inſidiabantur,ſed multa moliebantur & machinabantur,dolos ſtruentes, & clanculum inuadentes. Illud enim, ſupra dorſum meum, vel fraudẽ & exulceratam maliciam ſignificat:vel,per vim, & cum magna vehementia.Hoc eſt,Aggreſſi ſunt meã potentiam cõfringere.Alius autem pro,Fabricati ſunt, dixit,Arauerunt,vt oſtenderet quòd in parandis iuſto inſidiis opus faciebant.Prolongruerunt iniquitatẽ ſuã. Quid eſt quod dicit?Oſtendit eos non ſolùm cùm magno impetu iuuaſiſſe,ſed etiam cum magnis inſidiis, vt qui multum temporis ea in re conſumerent,& inſidiari ſuum opus eſſe ducerent, & in eo aſſiduè perſiſterẽt. Sed id nihil eis profuit, non propter noſtras vires, ſed propter dei potentiã.Quocirca oſtendens eum qui erigit trophæum,& parit victoriam, ſubiunxit, *Dominus inſtus contrdit cervices peccatorum.* Alius autem pro ceruices, dixit funes,ſignificãs inſidias,inſultus, machinationes.Rectè autem dixit,non diſſoluit, ſed, concidit: vt magis oſtenderet eum id feciſſe,reddentem eorũ conſilia penitus inutilia.Cum enim inciperet rurſus condi ciuitas,multi vndiquáque inuadebant inuidia extabescentes: nec id ſemel tãtùm aut bis,ſed ſæpenumero fecerunt.Hoc ipſum etiã vſuuenit in eccleſia.Cùm enim inciperet enaſci,omnes eam aſſiduè inuadebãt: in principio quidem Reges,populi, & Tyranni, poſtea autem inſidiæ Hæreticorum: & maximum & varium ac multipex bellum vndique ſuſcitabatur:ſed tamen non prævaluit:ſed fuſi quidẽ ſunt & profligati hoſtes:floret autem & viget eccleſia. *Confundantur, & cõuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion.* Alius, Subuertantur retrorſum.

Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam euellatur, exaruit.De quo non implenit manum ſuam qui metit. Alius,Pugnum. *Et ſinum ſuum qui manipulos colligit. Et non dixerunt qui prætereũnt,Benedictio domini ſuper vos. Benediximus vobis in nomine domini.*

Adhortationem precatione concludit,ex narratione præteritorũ, & ex oratione ad confidendum adducẽs, & iniuſtam belli cauſam oſtendens.Ex inuidia enim & odio bellum ſuſcepere:& ideo dicit,Erubeſcant & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion. Nõ ſolùm,inquit,victi ſunt, ſed turpiter & ridiculoſè. Deinde cum dixiſſet, Fiant ſicut fœnum tectorum, perſiſtit in ſimilitudine, non eos tantùm fœno comparans, ſed fœno quod eſt ſupra domos.Quanquam enim id quoque quod eſt in campis,celeriter diffluit: volens tamen oſtendere quàm eſſent viles & abiecti aduerſarij, eos cõparat fœno quod eſt ſuper domos:vt vtrinque oſtẽdat quàm ſint fragiles & caduci, nempe & ex fœni natura, & ex natura loci. Tales, inquit, ſunt inſultus aduerſariorum,qui non habent radicem,nec fundamentum,qui aliquantiſper quidem videntur florere,poſtea autem arguuntur, & ex ſeipſis excidunt. Talis eſt proſperitas eorum qui viuunt in ſcelere. Talis iucunditas rerũ quæ ad hanc vitam pertinent. Simul enim & cernitur & interit, vt quæ nec habeat fundamentum aliquod, nec potẽtiam.Et ideo non eſt eis adhibendus animus,ſed conſiderãdo quàm ſint fluxæ & caducæ,deſiderandę ſunt res æternę,immortales,immobiles,& in quas nulla cadit mutatio. Quas detur nobis omnibus cõſequi, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti. Cum quo patri gloria ſimul cũ ſancto ſpiritu, in ſecula ſeculorum, Amen.

Iob.14.20.
Iob.21.
Eſa.24.

IN PSALMVM CXXIX.

DE profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocẽ meam. Quid eſt,De profundis? Non dixit ſolummodo Ex ore, neque ſolummodo ex lingua (nam errante etiam mente verba fundũtur) ſed ex corde profundiſſimo,cum magno ſtudio,& magna animi alacritate,ex ipſis mẽtis penetralibus. Tales ſunt enim animi eorum qui affliguntur vniuerſum cor ſecum commouent,deum inuocantes cum magna cõpunctione:& ideo etiam audiuntur. Tales enim preces magnam habent potentiam, vt quæ neque ſubuertantur,neque cõcutiantur,etſi eas diabolus magno impetu inuadat. Quemadmodum enim arbor valida, & quæ in multam profunditatem terræ agit radices,eiuſque ſinus deuincit & aſtringit, cuiuis ventorum impetui reſiſtit:quæ in terrę autem ſumma ſuperficie ſita eſt, ſi quælibet parua aura incubuerit,labefactatur, & radicitus euulſa iacet ſuper terram: Ita etiam preces quæ ab imo quidẽ aſcendunt & egerunt radices in profundo,etiamſi innumerabiles venerint cogitationes,etiãſi inſtructa tota diaboli acies, firmæ manẽt & ſtabiles, & minimè euertuntur.Quæ autem ex ore & labiis procedunt,& non ab imo aſcendunt, ne poſſunt quidem ad deum aſcendere,propter eius qui accedit,ſocordiã. Eũ enim qui talis eſt, ſeu fuerit aliquis ſtrepitus, is ipſum euerterit:ſiue tumultus,ab oratione abduxerit: & os quidem reſonat,cor verò eſt inane,& ſola ac deſerta cogitatio.At ſancti non ſic orabant,ſed cum ſummo ſtudio & maxima vehemẽtia,vt etiam totum corpus inflecterent.Beatus itaque Helias orans primum quidem quæſiuit ſolitudinem:deinde cum poſuiſſet caput inter genua,& ſeipſum cum magno ardore incenderet, ita fundebat præces. Si vis autem eum etiam videre rectum ſtantem in oratione, vide eum rurſus extenſum in cœlum,& ita extẽſum vt etiam ignem è cœlo deiiceret. Ita etiam quando voluit ſuſcitare filium viduæ, cum totũ ſeipſum expandiſſet, confecit eam reſurrectionem: nõ interrumpens,neque oſcitans ſicut nos,ſed animi in orando alacritate incenſus.Quid autem dico Heliam & ſanctos illos? Vidi ſæpe mulieres propter virum peregrinantem & infantem ægrotantem, ita de profundis orantes,& tantos fontes lachrymarũ emittentes,vt tandem voti ſui eſſent cõpotes. Si autẽ mulieres ita inflammantur in orationibus pro viro & infante:quęnam viro venia dabitur, qui pro anima morte affecta,mollis eſt & languidus? Hinc itaq; fit quod cum ſæpe oremus, rurſus inanes reuertamur. Audi quo modo Anna orabat de profundis, cuiuſmodi fontes lachrymarũ emittebat, quo modo per orationẽ euehebatur in ſublime. Qui enim ita precatur, etiam antequam conſequatur quod poſtulat, ex oratione magna bona percipit, omnes animi

Profunditas precum.
Conſirmat ſimili.
Eſa.29.
Matt.15.
Orandum vt ſit.
1.Cor.14.
3.Reg.19.
3.Reg.18.
Ἀγωλόμβος.
3.Reg.17.
1.Reg.1.

Hebr. & Chal. arabant arauerunt.
Nempe Chald. funes vel incum. Nahum.4. incidet.
Matt.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes animi perturbationes reprimens, iram sedans, inuidiam expellens, cupiditatem extinguens, rerum ad vitam pertinentium amorem diminuēs & exiccans, animum in magnam tranquillitatem redigens, in ipsum deinceps cœlum ascendens. Quemadmodū enim pluuia duram terrā in quam decidit, vel ignis ferrū, mollit: ita viciis induratum animum talis oratio & igne vehementius & plusquam pluuia mollit & humectat. Est enim anima tenera, & ad fingendum facilis. Sed quod Istri aquæ sæpe vsuuenit, vt glacie concrescat, ita etiam nostræ accidit animæ, vt à peccato & socordia indurescat & lapidescat. Magno ergo nobis calore opus est, vt quod durum est emolliat. Hoc autem maximè efficit oratio. Quando ergo orationem aggrederis, ne hoc solum quæras vt quod petis accipias: sed etiam vt in ipsa oratione animam tuam meliorem efficias. Nam hoc quoque est munus orationis. Qui ita orat, fit iis quæ ad hanc vitam pertinent, superior, mēte extollitur, leuem reddit cogitationem, nulla perturbatione animi impeditur. De profundis clamaui domine. Duo hic ponit, & illud, de profundis: & hoc, clamauisse: clamorem nō dicēs tonum vocis, sed affectionem animi. Domine exaudi vocem meam. Hic duo discimus, nempe quòd à deo absolutè impetrare nō possumus, nisi nostra quoque adfuerint. Quocirca prius dixit, De profundis clamaui, & tūc, exaudi. Deinde quòd oratio intensa & vehemens, vt plena lachrymis compūctionis, magnas habet vires ad hoc vt deo persuadeat, vt iis quæ dicuntur annuat. Tanquam enim magnum & præclarum quid fecisset, & partes suas implesset, ita subiunxit: Domine exaudi vocem meam. *Fiant aures tuæ intendentes in vocē deprecationis meæ.* Aures dicit, audiendi facultatem: & vocem, non intensionem spiritus, nec clamorem significans, sed intensam affectionem. *Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?* Ne quis dicat, Sum peccator, & plenus malis innumerabilibus, non possum accedere & orare, & deum inuocare: hanc tollens excusationem, Si iniquitates obseruaueris, inquit, Domine: domine quis sustinebit? Illud enim, quis, hic nullus est. Neque enim fieri potest vt si rerum à se gestarum summo iure ab vllo exigatur ratio, possit vnquā misericordiam & clementiam consequi. Hæc autem dicimus nō impellentes animos in socordiam, sed eos consolantes qui cadunt in desperationem. Quis enim gloriabitur se mundum habere cor? aut quis confidēter dicet se esse purum à peccatis? Et quid dico alios? Nā etiamsi Paulum in medium adduxero, & eorum quæ fecit, rationē summo iure poposcero, ne poterit quidem sustinere. Quid enim poterit dicere? Prophetas legit, vt qui legis patriæ esset diligens æmulator: signa vidit quæ fiebāt, & tamen manebat persecutor: nec prius destitit, quàm admirabilem illam visionem suscepit, & vocem audiuit terribilem. Antea autem mansit omnia sūsque deq; permiscens & confundens. Illis tamen omnibus prætermissis, deus & vocauit, & magna gratia dignum cēsuit. Quid verò summum illum Petrum, non post innumerabilia signa & miracula, tantámque admonitionem & exhortationem arguit in grauissimū illum lapsum cecidisse? Illud tamē prætermisit, & Apostolorum eum primum constituit. Et ideo dixit: Symon, Simon, Ecce expetiuit Satanas cribrare te tanquam triticū: ego autem oraui pro te, ne deficiat fides tua. Porrò autem post hęc quoque si non cum misericordia & clementia veniat ad iudicandum, sed rationem summo iure exigat, inueniet omnes reos & obnoxios. Quocirca Paulus quoque dicebat: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Si iniquitates obseruaueris domine, domine. Conduplicatio est, non temere nec absre, sed admirantis & stupentis insignem eius clementiam, & infinitam maiestatem & vastū pelagus eius bonitatis. Quis sustinebit? Nō dixit, quis effugiet, sed, quis sustinebit? significans quòd nec stare quidem poterit.

Collatio elegans.

Orationis munus.

Clamor ex profundo.

Tob.3.
Iudith 13.

Aures dei.

Quis pro nullus.

Prou.24.

Galat.1.
Actor.1.
1.Tim.1.
Actor.9.

Luc.22.

Repetitio hic admirantis.

Quia apud te propiciatio est. Quid est, apud te propiciatio est? Non in nostris, inquit, rectè factis, sed in tua bonitate licet effugere suppliciū. Vt iudicium enim effugiamus, in tua clementia situm est. Quòd si eam non fuerimus assecuti, nostra non sufficiunt ad nos ab ira futura eripiendos. Hoc etiam per Prophetam significans, dicebat: Ego sum qui deleo peccata tua. Id est, Hoc est meum, meæ bonitatis, meæ clementiæ. Nam quæ tua sunt, non sufficiunt vnquam vt te liberent à supplicio. Et rursus, Ego vos sustineo. *Propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius, speravit anima mea in domino.* Alius, Propter nomen tuū. Alius, Vt cognoscatur verbum tuū. Quod autem dicit, est eiusmodi. Propter clemētiam tuam, propter nomen tuum, propter legem tuam expectaui salutem. Nam si ad mea respexissem, iam olim desperassem, olim omnem fiduciam abiecissem: nunc autem legem tuam & verbum tuum attendens, bonam spem concipio. Quódnam verbum? Verbum clementiæ. Ipse enim est qui dicit: Quantū distat cœlum à terra, tantum distant consilia mea à consilio vestro, & viæ meæ à viis vestris. Et rursus: Secundum altitudinem cœli à terra cōfirmauit dominus misericordiā suam super timentes ipsum. Et rursus, Quā. tum distat oriēs ab occasu, procul remouit à nobis iniquitates nostras. Hoc est, Non eos tātum seruaui qui se rectè gesserunt, sed peperci etiam peccatoribus, & inter delicta tua meam defensionem, & quam tui curam gero, ostendi. Alius, Vt sis terribilis, expectaui dominum. terribilis cui? Inimicis, insidiatoribus, iis qui mihi malè volunt. Quid est, Propter nomen tuum? Quanuis, inquit, ego sim peccator, & plenus malis innumerabilibus, sciebam tamen, ne nomen tuum prophanaretur, fore vt nos pereuntes minimè despiceres. Quod ipse quoque dixit in Ezechiele: Non propter vos ego facio, sed propter nomen meum, vt non prophanetur inter gentes. hoc est, Nos quidem nō sumus digni qui seruemur, neque ex rebus à nobis gestis vlla bona spe ducimur, sed expectamus fore vt conseruemur propter nomen tuum, eaq; nobis recta est spes salutis. Alius, Propter metum sustinui dominum. Alius, Propter legem sustinui dominum. Sustinuit anima mea in verbo tuo. Alius. Expectauit anima mea verbum eius. Alius, Sustinuit anima mea, & verbum eius expectaui. Hoc est, Ex promissis & frequētibus pollicitationibus de benignitate eius & clementia sumptam sacram ieci anchoram, nec de mea salute spem abieci. *A custodia matutina vsque ad noctem speret Israel in domino.* Tota vita, inquit, hoc est, omni die ac nocte. Nihil est enim ad salutem præstabilius, quàm perpetuò illum obseruare, & ab illa spe pendere, licet innumerabilia accidant quæ nos impellant in desperationem. Hic est murus infractus, inuicta munitio turris inexpugnabilis. Etsi ergo res minētur mortem, periculum, & interitum: ne desistas sperare in deū, & expectare eius salutem. Omnia sunt illi facilia & expedita, & vel in reb° difficillimis & impeditissimis extum inuenies. Ne expecta ergo fore vt solum tibi adsit auxiliū, si res secundæ affluant: sed tunc maximè, quando sunt fluctus maximi, & vehemens tempestas, & extremum

Psal.102.
Ibidem.
Esa.55.
Ezec.36.
Dan.9.
2.Cor.1.
Dan.9.
Psal.11.30.
Eccl.2.
Esa.40.
Eccl.19.
Luc.1.

tremum imminet periculum. Tunc enim maximè deus suam ostendit potentiam. Hoc est ergo quod dicit: Oportet in deum perpetuò sperare, toto vitæ tempore.

Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel ab omnibus iniquitatibus eius. Quid est, Apud dominum est misericordia? Fōs & thesaurus, inquit, illic est clementię perpetuò scaturiens. Vbi autem est misericordia, illic est etiam redēptio: nec solùm redemptio, verum etiam multa ac copiosa, & immensum pelagus clementiæ. Etsi ergo sumus à peccatis proditi, non oportet cōcidere, nec desperare. Vbi enim est misericordia & clementia, nō exigitur nimis acris & summo iure delictorum ratio, iudice propter magnam misericordiam, & multam ad clemētiam propensionem, multa prætercurrente. Huiusmodi enim est deus, nempe ad assiduè miserendum & ignoscendum propensus & procliuis. Et ipse redimet Israël ab omnibus iniquitatibus eius. Si ergo ita est, & vbique diffusa est eius clemētiæ magnitudo, clarum est eum esse populum suum seruaturum, & liberaturum non solùm à supplicio, sed etiam à peccatis. Hæc ergo cum sciamus, perseueremus rogare & orare: & nunquam desistamus, siue acceperimus, siue nō. Si enim dare situm est in eius potestate, in eius etiam potestate situm est quādo vult dare, tempus autem nouit optimè. Maneamus ergo rogantes, supplicantes, cōfidentes eius misericordiæ & clementiæ, nec vnquam de nostra salute desperemus, sed nostra asseramus, & ille pro se nobis nunquam deerit, quādoquidem est inenarrabilis apud eum misericordia, & infinita clemētia. Quam detur nobis omnibus assequi gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

Psal.24. 99.144. Esa.54. Ioan.3.

Sapien.12.

EIVSDEM IN PSALMVM CXXX.

Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Alius, Neque sublimes facti sunt. Alius, In magnitudinibus. Alius, In magnificentiis, nec me exuperantibus. Quid hoc est: Paulus dicit stultū esse seipsum laudare, etiamsi sit necesse, & ideo subiunxit, dicens: Fui insipiens glorians, vos me coēgistis. Quo modo hoc ergo ignorauit Propheta, & nūc gloriatur, non apud duos aut tres aut decem, sed apud vniuersum orbem terræ: Gloriatur autem dicens: Sum humilis, & mederatus, & mirandum in modū simplex. Hoc enim sibi vult illud, Ablactatus super matrē suam. Quare ergo hoc facit? Quoniam res quidem non est omnino prohibita, immò verò nōnunquam est necessaria, atque adeò nonnunquam incidit, vt non si gloriemur, sed si nō gloriemur, simus insipientes. Quocirca Paulus quoque dicit: Qui gloriatur, in domino glorietur. Qui enim in cruce non gloriatur, est omniū insipientissimus. Qui non in fide gloriatur, & habet in ea fiduciam, is omnino peribit. Et ideo audacter dicebat Paulus. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Et rursus: Ne glorietur diues in diuitiis suis, neque sapiens in sapientia sua: sed in hoc glorietur, quòd intelligat & cognoscat dominū. Quo modo est ergo malū gloriari? Si id faciamus vt Pharisæus. Et quare, inquit, dicit Paulus: Fui insipiens gloriās, vos me coēgistis? Quoniam narrabat præclara vitæ suę instituta & facinora, quæ non oportebat narrare, nisi necesse esset. Alibi autē dicit: Si voluero gloriari non ero insipiens, veritatem enim dicam. Qui veritatem ergo dicit cum tempus postulat, non est insipiens. Non est ergo insipiens Propheta qui gloriatur: vera enim dixit. Sed quænam causa eum induxit vt hæc diceret? Vt doceret auditores, ne postquam liberati sunt à malis, reuertantur ad pristinam amentiam & insolentiam, nec à vinculo liberati resiliant, & in aliam captiuitatis necessitatem incidant. Quapropter dum sua narrat, auditorem corrigit. Non dicit autem, Exaltatus quidem sum: perturbationem autem animi continui. Sed quid? Non est exaltatum cor meum. Hoc est, Non tetigit animum meum vicium. Mens enim eius erat veluti quidā portus nullis fluctibus agitatus, eius morbi vndas minimè susciipiens, qui est causa omnium malorum, & radix extremæ iniquitatis. Quid est quod dicit, Domine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei? Non contraxi, inquit, supercilia, neq; erexi ceruicem. A fonte enim interno perturbationis animi morbus scaturiens, interno tumori cōforme corpus effingit. Neque ambulaui in magnis, neque mirabilib⁹ super me. Quid est, in magnis? In hominibus, inquit, tumidis, diuitibus, arrogātibus, superbis. Vidistis quanta sit humilitas. Nō solùm erat ipse à morbo alienus, sed eos etiam qui erāt tumidi, fugiebat: & à talibus resiliebat cœtibus, propter magnum, quod in arrogātiam conceperat, odiū. Quoniam enim infenso erat in eam animo, nō solùm ab ea resiliebat, nec permittebat vt in prædium animæ esset ei vllus aditus: sed eos etiam qui illam sectabantur, longissimo interuallo fugiebat, vt ab eis nihil detrimenti caperet. Neque verò inter parua rectè facta ducēdum est fugere arrogantes, odio habere tumidos & insolentes, eōsque abhorrere & auersari, sed est maxima virtutis securitas, humilitatis maxima custodia. Neque in mirabilibus super me. Alius, Neque in me exuperantibus.

Ecclī.10.

Ratio physica ab animo ad corpus.

Si non humiliter sentiebā, sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus est super matrem suam: ita retributio in animam meam.

Arrogantes & superbi quātopere fugiendi.

Alius, Ita retribuetur animæ meæ. Dictum est per hyperbaton, vtpote, Si nō humiliter sentiebam, sicut ablactatum super matrem suam, sed exaltaui cor meum, ita rebribuatur animæ meæ. Quod autem dicit, est eiusmodi: non solùm fui liber à vicio, arrogantia, inquam, nec solùm ab iis qui illa prædīti sunt, alienus: verumetiam contrariam ei virtutem supra modum susceipi, nempe humilitatem, moderationem, cōtritionem. Illud ipsum Christus quoque iussit suis discipulis, dicens: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut puelli, nō ingrediemini in regnum cœlorum. Talis, inquit, fuit mea humilitas, qualis infantis qui pendet ab vbere matris. Quemadmodum enim ille adhæret matri cōtinenter, est omnis arrogantiæ purus, viuit in innocentia summa & simplicitate: ita ego etiam in deum me gerebam, ei perpetuò adhærēs. Ablactati autē non abs re meminit: sed volens ostendere afflictionem, angustiā, dolorem, malorum magnitudinem. Quemadmodū ergo puellus, qui nuper ab vbere auulsus est, ne sic quidē à matre recedit, sed flens, gemens, lugens, ægrè ferens & se afflictans, parēti semper adhæret, nec ab ea recedit: ita ego quoque, inquit, cum essem in afflictione, angustiis, & multis calamitatibus, Deo semper adhæsi. Si autem ita non fui, retribuatur, inquit, super animā meam, hoc est, Dem vltimum supplicium. *Speret Israel in domino ex hoc nunc & vsque in seculum.* Vides quemadmodum dixi in principio, quòd in iis quidē quæ ad fidē & decreta pertinēt, etsi nulla causa sit, oportet assiduè gloriari, & qui non gloriatur, periit. In rectè autem factis, cum tempus postulat, non est recusandū gloriari. Quòdnam est autem tempus? Multa & varia. quorum vnum est, docēdi

Matt.18.d.

Ablactati puelli affectus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

auditorem. Quod hic quoq; sciens, & ostendens se sua recte facta ideo dicere, vt auditorem ad sui imitationem attrahat, subiunxit, dicens: Speret Israël in domino, ex hoc nunc & vsque in seculum. Siue, inquit, calamitates, siue ægritudines, siue bella, & captiuitates, siue quodcunque aliud graue & inopinatum malum te circunsederit, spem in deum & expectationem illam tene firmiter, & omnino bonus erit tibi finis & exitus, deo scilicet hanc tuam bonã spem remunerãte à malis tibi data liberatione: In Christo Iesu domino nostro: cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN PSALMVM CXXXI.

Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Alij quidem volunt solùm cõseruari ex memoria maiorũ: hic autem benefacta dicit, & quod est omnium bonorum causa, moderationem, humilitatem, mansuetudinem. Propter quod in maxima quoq; admiratione habebatur Moses. erat, inquit, mitissimus omnium hominum qui erant super terram. Sed nonnulli hæretici eius vitæ institutum, & id quod dictum est reprehendentes, dicunt, Quid dicis? Erat ille mitissimus, qui inuasit Aegyptium, & eũ interfecit? Qui Iudæos impleuit sanguine & bellis intestinis? qui iussit vt consanguinei cognatos occiderent? qui precibus vt terra dehiscceret, effecit, & è superis fulmen deorsum vibrauit? & illos quidem obruit, hos verò exussit? Si hic mitis, quis sæuus & iracundus? Desine: neque superuacanea loquere. Quòd enim erat mitis, & omnium hominum mitissimus, & dico, neque vnquam cessabo dicere, & si vultis, non aliunde quàm ex iis quę dicta sunt conabor ostendere eius mãsuetudinem. Atqui poterã dicere quæ de sorore ab eo deo dicta sunt, supplicationem qua pro populo vsus est, omnia verba illa Apostolica, & cœlo digna, moderationem cũ qua loquebatur cum populo. Poterant hæc dici, & his alia longè plura enumerari, sed si vultis, his prætermissis, ex his ipsis quæ antè dicta sunt ab inimicis, ostẽdamus eum fuisse omnium hominum mitissimum, ex quibus eum sæuum, immanem & iracundum quidam esse existimant. Quo modo ergo ostendemus? Si priùs distinxerimus ac definierimus quid sit mãsuetudo. Quid est ergo mãsuetudo, & quid atrocitas? Neq; enim ferire, est absolutè atrocitatis: neque parcere, mansuetudinis. Sed mitis ille est, qui ferre potest quæ in seipsum peccata sunt, qui aliis factam iniuriam propulsat, & eis fert opẽ, & est vehemens vltor eorum qui probra ingerũt. Qui autem non est eiusmodi, sed est hebes, deses, & somnolentus, & mortuo nihilo meliùs affectus, non est mitis nec mãsuetus. Despicere eos quibus fit iniuria, non dolere vicem eorum qui iniuria afficiuntur, nec iis irasci qui probris & contumeliis afficiunt, non est virtutis, sed vicij: nõ est mansuetudinis, sed ignauiæ. Quare hoc ipsum ostendit eius mansuetudinẽ, quòd erat adeò ardens, vt prosiliret cũ videret alios iniuria affici, pro iusto iram non valens cohibere: at quando ipse malo aliquo affectus est, nec vltus est, nec pœnam sumpsit, nec à philosophiæ instituto vnquam recessit. Si autem fuisset adeò sæuus & iracũdus: qui pro aliis adeò inflammabatur & excandescebat, nunquam animum induxisset vt pro iis quæ ad seipsum pertinebant, quiesceret: sed tunc magis irritatus fuisset & efferatus. Scitis enim non ægriùs ferre nostra quàm aliena. Ille autem, cum alij quidem malè patiebãtur, non minus quàm illi ipsi quibus malè fiebat, vlciscebatur: delicta autè quæ in ipsum admissa fuerant, cum maxima prætermittebãt tolerantia: in vtroq; extremo consistens, illo quidem, se esse malis infestũ, hoc verò se esse lenem & patientem ostendens. Sed dic, quęso, quid eum facere oportuit? num despicere quæ inferebatur iniuriam, & malum quod pertinebat ad populum? Sed id non erat eius qui regebat populum, nec patiẽtis alicuius & mitis, sed desidis & ignaui. Tu autẽ medicum quidem non reprehendis, qui putre dinem totũ corpus permeantem sectione reprimit: illum autẽ dicis esse atrocissimũ, qui morbum longè putredine grauiorem per totum populum permanentem ictu paulò grauiori voluerit coërcere? Atqui hæc sunt iudicis non satis considerati. Tanti enim populi præfectum, & qui ducebat gentẽ adeò asperam, durã, & intractabilem, oportebat statim à principio reprimere, & in ipso vestibulo rescindere, ne malũ longius serperet. At obruit, inquit, Dathan & Abiron. Quid dicis? Oportebatne despicere sacerdotiũ cõculcari, & dei leges euerti, & id quod omnia continet, perfringi ac dissolui, dico autem dignitatẽ sacerdotij, & omnibus adyta patefacere, & ex eorũ contemptu permittere vt liceret volentibus sacrosanctos cõculcare ambitus, & omnia susque deq; agere & miscere? Atqui ea nõ erant mansuetudinis, sed inhumanitatis & crudelitatis, despicere tantum quod crescebat malum: & dum ducentis parceret, perdere tot milia. Dic enim mihi quæso, quando iussit genere propinquos occidere, quid eũ facere oportuit? cum deus irascceretur, crescceret impietas, cum nihil esset quod eos posset ab ira eripere: permiterẽne debuit vt plaga cœlestis in omnes tribus descẽderet, & vniuerso generi interitũ afferret, & cum supplicio negligere peccatum immedicabile: an pœna & cæde paucorum corporum & peccatũ de medio tollere, & iram retardare, deumq; reddere propiciũ iis qui talia admiserãt? Si ita examinaris quæ à iusto facta sunt, ex eo maximè videbis eum fuisse mitissimum. Sed hæc ex iis quæ dicta sunt sinentes studiosis recensere, ne ea quæ obiter afferũtur, sint maiora iis quæ sunt proposita, ad id quod est nobis propositũ, reuertamur. Quid erat autem propositũ? Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.

Sicut iurauit domino votum vouit deo Iacob. Cũ proposuisset dicere de mãsuetudine, iis prætermissis quæ Sauli fecerat, quæ fratribus, quæ Ionathæ, lenitate & patiẽtia qua vsus erat in militem qui eum aspergebat mille probris ac maledictis, & his lõgè pluribus, ad aliud caput deducit orationẽ, quod maximum in se zelũ & ardorẽ continet. Quare ergo hoc facit? Duabus de causis, vna quidem quoniam deus eo maximè delectatur. Super quẽ enim, inquit, respiciam, nisi super mansuetum & quietum, & tremẽtem verba mea? Alia vero, quoniam hoc quòd maximè vrgebat, nempe tẽpli cõstructio, & ciuitatis ædificatio, & antiqui status reipublicę redditio, ad hoc maximè dirigit orationem, & illud quidẽ prætermittit, vt quod sit manifestum & in confesso (cognita enim erat omnibus eius mansuetudo) id autẽ quod maximè opus habebat ad suũ institutum, id in mediũ adducit. Quid enim desiderabat? Videre templum excitatum, veterésque ritus & ceremonias restitutas. Quoniã ergo Dauid erat ea re maximè insignis, tanquam illius studij & animi remunerationem petit à deo templi ædificationem, & dicit, Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino, votum vouit deo Iacob. *Si introiero in tabernaculum domus meæ: Si ascendero in lectum stratí mei. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ, & requiem temporibus meis.*

Mitis.

Iniuria aliena vlciscenda.

Num.12. *Exod.32.*

1.Reg.16. *1.Reg.17.* *1.Reg.18.*

Esa.66.

Donec

Mosis mansuetudo. Num.12.

Exod.1. *Num.25.* *Leuit.10.* *Num.16.*

Sacerdotalis dignitatis vindex.

Attende Aeiwamp.

Donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. Et quid hoc ad te? Quoniam, inquit, ab eo genus duxi, & quoniam cum tibi fuisset acceptum eius studiū & diligentia, dixisti te eius genus & regnum erecturum: propterea hæc pacta conuenta nunc à te exigimus. Non dixit autem, Donec ædificauero, hoc enim non fuerat ei permissum, sed, Donec inuenero locum domino, & tabernaculum. Deinde eum quidē qui est ædificaturus præterit, eum verò qui est pollicitus, in medium adducit, vt scias quantum bonum sit rectus animus, & quo modo deus semper consueuerit recto animi instituto & bonæ voluntati mercedē constituere: & ideo eius potius meminit, quoniam ipse est potius qui ædificauit, quàm filius. Hic enim pollicitus est: ille verò iussus est. Vide autem maximam eius animi alacritatem. Non solùm dicit se non ingressurum domum, nec lectum ascensurum, sed ne ea quidem quæ erant naturalis necessitatis securè desumpturum, donec inuenerit locum & tabernaculum deo Iacob. Quorum contraria eis à deo obiiciebantur, dicente: Vos quidem habitatis in domibus laqueatis: domus autem mea est deserta. Donec inuenero locum domino, tabernaculum deo Iacob. Vide hic rursus studium & animi solicitudinem. Rex dicit, Donec inuenero locum domino, & tabernaculum deo. Rex, inquam, qui in omnes dominatum obtinebat. Nolebat enim solummodo extruere, sed etiam in loco aptissimo & domino valde conuenienti, & opus ei erat inquisitione, tanta erat animi vigilantia. *Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis syluæ.* Narrat nunc vetera, ostendens arcam antea lōgo tempore errasse, locum loco mutantem, & ideo dicit: Ecce audiuimus eam in Ephrata, hoc est, Ea narrauerunt nobis patres nostri, hæc ex auditione accepimus, quòd cum tūc quoque vbique oberraret, in agris & cāpis, postea collocata est: hoc ipsum nunc quoque fiat. Ephrata hic dicit tribum Iuda, ad quam post lōgam circuitionem deducta est. *Introibimus in tabernaculum eius. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.* Vidisti quàm crasso dicendi modo vsus est, propter stuporem eorum qui audiebāt, dicens dei tabernaculum, & pedes, & locum vbi stabāt pedes eius. Hæc autem omnia dicit locum arcę, quoniā ex eo loco edebantur voces horribiles de rebus quę ad Iudæos pertinebant, quæ erant dubia & obscura soluentes, & futura prædicentes. *Surge domine in requiem tuā, tu & arca sanctificationis tuæ.* Alius, Fortitudinis tuę. Alius, Potētiæ tuæ. Vtraque autem vera. Illinc enim tradebatur sanctitas, & quæ erant ei impositæ literę, erāt & sanctitatis effectrices, & roboris. Pulchrè ergo sic dixit, Magnam enim deus per eam, potētiam ostendit semel, & bis, & sæpenumero, vt quando capta ab Azotiis, quado simulachra deiecit, quādo eos qui ceperant, percussit, quando ea reddita vt plaga cessaret effecit, & per alia quæ illic fecit, suam ostendit potētiam. Quid est autem, Surge in requiem tuam? Fac, inquit, vt nos desistamus errare, & arca circunferri, & ea tādem aliquando quiescat. *Sacerdotes tui induātur iustitia.* Alius, Vestiantur. Alius, Induātur, quod quidē est apertius. Est enim precantis, non prędicentis, & petentis possessionem virtutis. Iusticiam autem hic dicit ritus & ceremonias, sacerdotium, cultum, sacrificium, oblationes, & cum his perfectam vitæ institutionem, quoniam ea est maximè requirēda à sacerdotibus. *Et sancti tui exultabunt.* Vbi hæc scilicet facta fuerunt. Vide eum nō quærere ædificationem ciuitatis, non rerum venalium abundantiam, nō aliarum rerum prosperitatem, sed templi decorem, & arcæ requiem, sacerdotum plenam perfectionem, ritus ac ceremonias, cultum, sacerdotium. Deinde quoniam hæc petierūt, ipsi autem fuerunt multis peccatis obnoxij, ad parentem rursus confugit, dicens. *Propter Dauid seruum tuum.* Quid est, propter Dauid seruū tuum? Non propter, inquit, illius tantum virtutem, nec quòd tantum studium posuit ad hoc vt templum excitaret, sed etiā propterea quòd id es ei pollicitus. Propter Dauid seruum tuum. *Ne auertas faciem Christi tui.* Cuiusnam, inquit? Eius qui vnctus est, populūmque regit, & ei præest. *Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Postquam Dauidis meminit, & virtutis viri, & studij quod in templū contulerat, & vetera narrauit, & vt in priori vitæ instituto appareret, rogauit, id quod est maximum caput adducit, dei promissa. Quænam autē ea sunt? De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Sed promissa non facta sunt purè & absolutè, sed cum eis accedēte quadam conditione. Quænam autem erat ea cōditio? Audi, subiungit enim, *Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo ipsos, & filij eorum in æternum sedebunt super thronum tuum.* Cum his verbis concepta promissa deus feciſſet, eis tradidit chirographum: Illi autem rursus dixerunt, Omnia quæcunque dixit dominus, faciemus & audiemus. Deinde quoniā videbat vnam partem esse pacta conuenta transgressam, deducit orationem ad locum, consolationem vndique excitās, & dicens: *Quoniam elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in seculum seculi. Hic habitabo quoniam elegit eam.* Hoc est, non homo locum elegit, sed deus ipsum sua sententia constituit, se ad eorum imbecillitatem demittens. Hoc est ergo quod dicit, quem elegisti, quem tua sententia constituisti, quem aptum esse cēsuisti, ne permittas vt collabatur & intereat. Hęc enim dixisti, hic habitabo. Sed hæc dicebat cum illis pactis conuentis. Quibūsnam? Si custodierint filij tui testamentum meum. *Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus.* Alius, cibum eius, dicit venationem, rerum venalium abundantiam, anni fertilitatem, & precatur vt hæc omnia eis tanquam à fontibus affluāt. Talis enim erat olim Iudæorū reipublicę status, vt eis omnia tanquā à fontibus affluerent, nec sentirent vllas naturales necessitates, siquando deum haberent propicium, nulla enim erat apud eos penuria, non pestis, nec mors immatura, nec aliquid eorum quæ solent euenire hominibus, sed eis omnia tanquam ex fontibus effluebant, dei scilicet manu corrigente humanarum rerum imbecillitatem. Hoc ergo hic dicit, Pollicitus es te esse benedicturum eius venationem, hoc est te præbiturū rerum necessariarum copiam cum multa securitate. Pauperes eius saturabo panibus. *Sacerdotes eius induam salutari, & sancti eius exultatione exultabūt. Illuc producam cornu Dauid: parari lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione: Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* Vide vndique conflatā & constitutam prosperitatem, ex eo quòd rebus necessariis non egeant, ex eo quòd in tuto sunt sacerdotes, ex eo quòd populus sit in lætitia, ex eo quòd rex sit fortis & potens. Hic enim dicit lucernam, vel regem, vel defensionem, vel salutem, vel lucem. Cum his autem dicit maximum genus prosperitatis. Quódnam id est? Abscōdi inimicos, & nullum esse qui his bonis possit aliquid detrimenti afferre. Non dixit autem absolutè interitum, sed pudorem ac confusionē, volens eos se viuos abscondere, & latebras quærere, & per ea quæ patiuntur, testari quanta sit vis & fœlicitas huic

Psal.131. Esa.65. Amos.1. 1.Par.17. 2.28.

Luc.18.

Aggæ.1. κοσμοσκόπους

1.Reg.5.6.7.

Ephrata.

1.Reg.5.

Sacerdotū iustitia.

Exod.29. Eccli.44. Malac.2.

Exod.24.

Nebien. χαρραν νε dnam.

Hiero. Ἀγρὸν, venationem.

Hebr. צדה eſcam, viaticum, consentiente Chald.

Lucerna.

huic genti. Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Hoc est, super populum meũ. Pro eo autem quod est sanctificatio, alius dixit, Cornu. Alius, Eius segregatio. Alius, Eius segregatũ. Quid est ergo quod dictum est? Mihi videtur hic dicere, prosperitatem, securitatẽ, vires, regnum, quæ ei segregaui ab initio. Hæc, inquit, manebunt florentia, pullulantia, non flaccida, neq; decidentia, sed hæc omnia erũt, si maneat ea quæ prius dicta est conditio. Quænam autem ea est? si custodierint filij tui testamentum meum. Solæ enim dei promissiones nobis bona non prębent, nisi nos quoque faciamus quæ in nostra potestate sita sunt, nec oportet ea attendentes esse supinos ac remissos. Multa enim quæ promisit bona deus non facit, si qui promissa susceperũt, inueniantur indigni: quemadmodum & mala quę minatus est, nõ educit in opus, si ij qui eum irritarunt, postea mutãtur, & iram expellunt. Hæc cum nos quoque sciamus, non simus propter promissa socordes, ne corruamus, nec propter minas desperemus, sed mutemur. Ita enim poterimus nos quoque futura bona cõsequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

γνώμη. Deut.28. Hiere.7.18. 42. Ezech.33. κανὼν promissionis diuinæ.

IN PSALMVM CXXXII.

Ecce quàm bonum & quàm iucũdum habitare fratres in vnum. Alius, Ecce quàm bonum & quàm pulchrum. Multæ quidem res sunt pulchrę & honestæ, sed carent delectatione, quemadmodũ alię sunt quidem rursus iucundæ, sed deest eis honestũ. Non facilè autem contingit vt vtraque cõueniant. Sed in hoc quod dictum est, hæc vtraque cõcurrunt, & voluptas, & honestas maxima. Hoc enim in primis habet charitas, quòd cum vtilitate sit eadem facillima atque iucundissima. Eam ergo hîc quoque laudat. Non dixit enim absolutè habitationem, neque vna contineri domuncula, sed in vnum habitare, hoc est, cum cõcordia & dilectione. Hoc enim facit vnam esse animã. Deinde postquam dixit honestum & iucundum, reddens quod dicitur clarius, per exempla rem exprimit, & corporales ponit similitudines, quę possunt auditoris oculis eam melius subiicere. Vide autem quænam sunt similitudines, *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron: quod descendit in oram vestimenti eius.* Hic enim cùm esset pontifex, vngebatur hoc vnguento, & vndique distillabat: erat autem valde gratus, iucundus, & amabilis iis qui eum videbant, propter hanc vnctionem. Quemadmodum ergo ille, inquit, vnctus hoc vnguẽto, est hoc habitu decorus, vultu lætus, & multa repletus fragrantia, gratiamq; præbet videntibus oculis: ita etiam hoc pulchrum est: & quemadmodũ illud spectaculum non solùm est visu pulchrum, sed etiam delectat oculos: ita etiam hoc affert voluptatem animæ.

Sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion. Adduxit etiã aliam similitudinem, quæ multam habet iucũditatem, & spectatori præbet delectationem. Hæc autẽ non abre posuit: sed quoniam ante captiuitatem decem tribus & duæ erant dispersæ, ac diuisæ, & id fuit causa multę iniquitatis, eósque ad seditiones, contentiones & bella impulit: ne hæc fierent, suadet & consulit ne populus amplius distrahatur, sed simul habitet & sit cõiunctus, & vni administratori & regi pareat, & charitas ab initio ad finem vsque diffluat tanquam ros omnes peruadens. Camparat autem charitatẽ vnguento & rori. Per illud quidem, suauitatem odoris: per hũc verò, quietem & delectationem visus volens ostendere. *Quoniam illic mandauit dominus benedictionem.* Vbinam? In tali habitatione, in tali concordia, in tali contubernio. Hoc enim benedictio, quemadmodum contrarium est maledictio. Quocirca hoc quoq; laudat quispiam, dicẽs: Amicicia fratrum, & concordia proximorum, & vir & mulier secum consentientes. Et alius vires eius significans, dicit: Si duo dormierint, calor erit ipsis: & funiculus triplex non facilè rumpetur. Nam & voluptatẽ hîc ostendit, & vires, nempe quòd quiescentibus magna erit voluptas, & magnæ erũt vires operantibus. Et rursus, Frater à fratre adiutus est tanquam vrbs valida. Porrò autem Christus quoq; dicit, Vbi fuerint duo aut tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum. Iam verò ipsa quoq; hoc natura exigit. Quocirca deus quoque cùm hominem fingeret, dicebat: Non est bonũ hominem esse solum. & cum faceret hoc animal, mulierẽ, inquam, propter necessitatem eam viro colligauit, mille modis nos inter nos coniungens. *Et vitam vsque in seculum:* Hoc pulchrè adiecit, Vbi enim est dilectio, illic est copiosum à deo auxilium, magnáque securitas. Ea est mater bonorum, ea est fons & radix. Ea est bellorum exitium, contentionis interitus. Quocirca id significans, subiunxit, & vitam vsque in seculum. Quemadmodum enim seditio & contentio mortem parit, eámque immaturam: ita etiam dilectio & consensio pacem & concordiam. Vbi autem est pax & concordia, vita est tutissima, & longè securissima. Et quid opus est dicere præsentia? Ea enim nobis cœlum largitur, & bona ineffabilia, & est regina virtutum. Hæc ergo cùm sciamus, eam diligentes persequamur, vt & præsentibus bonis fruamur, & futuris. Quæ detur nobis omnibus assequi gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria simul cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Galat.5. Philip.2. ἕνωσις καὶ τάξις. Exod.29. Vnctio ponitificum. 1.Reg.12. Psal.15. Graduũ clausula, laus & benedictio. Ioan.14. 2.Cor.13. Charitas. Rom.13. Galat.5.

IN PSALMVM CXXXIII.

Ecce nunc benedicite dominum omnes serui domini, qui statis in domo domini. Psalmos de gradibus hîc absoluit, oratione pulchro fine concluſa, laude scilicet & benedictione. Vult autem esse dei seruos non solùm in decretis & dogmatibus, sed etiam in accurata vitæ institutione. Et ideo adiecit, Qui statis in domo domini, *In atriis domus dei nostri.* Eum enim qui est impurus & prophanus, nefas est sacrosanctos ambitus conscendere. Quamobrem si quis dignus est qui conscendat, is quoque dignus est qui benedicat. Domus enim dei est cœlo similis: & quemadmodum ex aduersariis potestatibus nullam fas est illuc ascendere, ita nec in domum dei. Considera ô homo quantam dignitatem assequeris: & cum tuipse quoque templum factus sis, quanta à te iure sit præstãda puritas. Quo modo autem pręstiteris puritatem si omnem malam cogitationem expuleris, si feceris vt ad mentis prædiũ diabolicis actionibus nullus pateat aditus, si tanquã in sanctis adytis perpetuò tuum animum exornes. Si enim in templo Iudaico non licet omnibus quemuis locum ingredi: sed erant multa & varia discrimina, & erat hic quidem locus præstitutus proselytis, ille verò Iudæis qui fuerant ab initio, alius autem sacerdotibus, alius verò pontifici soli, idque non semper, sed semel in anno: cogita apud te quanta tibi sanctitate opus sit, qui signa multò maiora acceperis quàm quę sancta sanctorum tunc acceperint. Neque enim Cherubim, sed ipsorum Cherubim dominum habens inhabitantem, neque vrnam, & manna, & tabulas lapideas, & virgam Aaron,

1.Cor.3.6. 2.Cor.6. 2.Par.23. Hebr.9. Hebr.9. 2.Cor.11. 2.Cor.3. Ieb.1.

Aaron, sed corpus & sanguinem dominicum, & spiritum pro litera, & gratiam quæ superat humanam cogitationem, & donum inenarrabile. Quo autem maioribus signis ac symbolis & magis venerandis sacramẽtis dignatus es, eò maior est à te præstanda sanctitas, & eò eris maiori obnoxius supplicio, si quæ iussa sunt transilieris. *In noctibus extollite manus vestras in sancta.* Alius, sanctè. Alius, sacrosanctè, *Et benedicite domino.* Cur dicit, In noctibus extollite manus vestras? Docens nos nõ eam totam in somno consumere, & ostendens puriores tũc esse preces, quando & mens est leuior, & nobis est plus otij. Quòd si in nocte oportet ad sancta accedere, considera quámnam consequetur veniã, qui ne domi quidem illo tempore preces fundit. Propheta quidem te è lecto excitat, & deducit in tẽplum, iubẽs totam illic noctem agere: at tu ne domi quidem manens hoc facis. Pulchrè autem dixit, sanctè, docens esse orandum absque malis cogitationibus, absque odio & maleuolẽtia, absque auaricia, absq; vllo alio eiusmodi peccato, quod affert animę exitium. Et benedicite domino. Hoc est enim maximè perfecta benedictio, quãdo verborum & vitæ fuerit numerosus concentus, & per opera deũ gloria & honore affeceris, vt vult Euangelium. Quidnam dicens? Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. *Benedicat te dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.* Hoc est, Si hæc feceris, cõsequẽris quoque dei benedictionẽ, si pernoctes, si sanctè ores, si is dignus stare in domo domini, si teipsum templũ aptum præbueris. Postquam ergo ea qua oportuit exhortatione vsus est, precatione concludit orationem. Hoc est enim optimi doctoris, & consilio auditorem dirigere, & precibus cõfirmare, robustumq; reddere. Quid sibi vult per hoc quod dicit, Ex Sion? Erat eis nomen desiderabile, sacriq; omnes ritus & sacrosanctæ ceremonię illic peragebantur, & ideo precatur vt recuperent priorem statum reipublicæ, illõsque sacros ritus & sacra illa peragant, & consequantur benedictionem. Deinde eos sustollens ad altiora dogmata, & deum vbique esse docens, iussisse autem templum ædificari propter illorum imbecillitatem, & oportere eum vndiq; inuocare, subiũxit, Qui fecit cœlum & terram. Sed illi quidem eum tunc illic inuocabant, nos autem in omni loco, in omni agro, in domo, in foro, in solitudine, in naui, & in diuerforio, & vbicunque fuerimus. A loco enim nõ prohibentur preces, modò sint mores qui precibus conueniant. Postquam ergo in hac re nos rectè gesserimus, deum vbique inuocemus, & aderit, nosq; contrectabit, & quæcunque sunt nobis difficilia, facilia reddet & expedita, & nos bonis futuris dignabitur. Quæ detur nobis omnibus consequi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Accipiede Eucharistia.

Psal.76. 133. Act.16.

Nox nõ tota somno cõsumenda.

Benedictio. Esa.11. Exech.3. Matth.5.

Psal.64. Deut.11.16.

Malac.1. 1.Tim.2.

Preces à loco non prohibentur.

IN PSALMVM CXXXIIII.

Laudate nomen domini, laudate servi dominum. Qui statis in domo domini, in atriis domi nostri. Laudate dominũ, quoniam bonus est. Ad hoc rursus hortatur sacrificium, quod fit per laudes. Hoc est enim deo sacrificium & oblatio. Et ideo alibi quoque dicit: Laudabo nomen dei mei cum cantico, magnificabo eum in laudatione, & placebit deo super vitulum nouum cornua producentem & vngulas. Loci autem & atriorum assiduè meminit, eos loco affigens, & non sinens resilire, quandoquidem in principio quoq; ipsum ideo iussit extruere, vt omnis impietatis & simulachrorum interitus causa esset, quòd omnes in vnum locum cogerentur, & nõ liberè & effusè vagarẽtur, nec nemora, fontes, montes & colles vsurparent & conuerterent in occasionem impietatis, illic sacrificantes, & libantes in excelsis. Quocirca eum quoq; morte damnat qui extra templum sacrificat, dicens: Qui non obtulerit in tabernaculo, & sacrificauerit, sanguis ei imputabitur. Ea de causa eos vndiquaq; illuc in vnum locum cogit, vt audientes, se modestè & temperatè gerãt, à falsaq; & erronea cogitatione abstineant. Iubet autem eos canere, psallere, & laudare, quòd quæ deo fiebant laudes, erant eis occasio pietatis, dum continerent veteres narrationes, eas nẽpe quæ in Aegypto, quæ in solitudine, quę in terra promissionis facta sunt, quo modo lex lata sit, quę gesta sunt in monte Sina, & quænam bella cõfecerunt, simulq; vno & eodem tempore & deus laude afficiebatur, & qui canebant, argumentum doctrinę capiebant, quæ & vitam eorum cõponebat, & ad perfecta dogmata deducebat. Laudate dominũ, quoniam bonus. Alius, Quoniam benignus est. Quod est iis qui audiunt maximè expetendũ, hoc ponit assiduè, humanitatem, misericordiam, benignitatem. *Psallite nomini eius, quoniam suave est.* Hoc dicit ostendens rem ipsam habere quandã vel per se voluptatem vnà cum vtilitate. Principale enim eius lucrum est, ad deum hymnos dicere, animã expurgare, cogitationem in altum extollere, vera & accurata dogmata discere, de præsentibus & futuris philosophari. Habet autẽ cum his per melodiam & multam voluptatem, & cõsolationem aliquam & recreationem, & facit eum qui canit, grauem & venerandũ. Quòd autẽ tales efficit, clarum est ex eo quòd alter quidem interpres dicit, Decorum. Alter verò, Suaue. Ambo autẽ vera dicũt. Nam licet sit millies petulans is qui canit, dum psalmũ reuereatur, sopit tyrannidem suæ petulãtiæ: licet sit oppressus malis innumerabilibus, & ab ęgritudine animi occupetur, dum demulcetur à voluptate, leuat animum, extollit cogitationem, & mentem sublimè euehit. *Quoniam Iacob elegit sibi dominus: Israel in possessionem sibi.*

χαὶ ὄμ.

1.Reg.19.

Psalmodiæ vtil.

Nõ dicit beneficia quæ sunt eis cũ aliis cõmunia, sed quod est eorũ proprium & eximium. Quódnam autem erat hoc? Quòd dominus populũ eum elegit, & sibi dedicauit, & præter alios peculiarẽ quandam in eos ostendit beneuolentiam. Id autem faciũt vbiq; prophetæ, ex beneficiis in se collatis permulta quæ ab eis dicũtur cõponentes. Quid est autem, In possessionẽ sibi? In opes, in facultates. Etsi enim sit populus exiguus, eum tamẽ tanquam diuitias elegit, non paucitatem, sed virtutem attendens, ad quã eos volens deducere elegit, eò scilicet quòd alij homines nõ tantas ei opes parent quantas hic populus, quum hoc etiã fuit & ex eius qui illum elegit beneuolentia, & ex eorũ institutione. Scit enim Paulus quoq; appellare diuitias salutem hominum, vt quando dicit: Idem enim dominus, qui est diues in omnes, & super omnes qui inuocant ipsum. Vides quo modo ostẽdit dei in eos beneuolentiam, prouidentiam, curam, affectionem, cum eos vocauerit possessionem. Per hęc vtraque ergo ostendit eximiã in eos prouidentiam, & q̃ elegerit, & quòd in suam possessionem. Vidisti quo modo ostenderit eius humanitatẽ, & ideo incipiens dixit, Laudate dominũ, quia bonus est dominus. *Quia ego cognoui, quòd magnus est dominus.* Ecce aliã affert laudãdi causam. Dic mihi autẽ rogo. Tu nosti, alij verò nõ norunt? Norunt quidem, sed nõ ita vt egò. Est enim valde sanctorum, & eorum qui plurimũ ascenderunt, accuratius

Iudaici populi electio.

Exod.19. Deut.7.26.

Salus hominum, diuitiæ dei.

Rom.10.

Iob.11. Rom.11. 1.Tim.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius cognoscere maiestatẽ,nõ quidem quænam sit vniuersa(hoc enim fieri nõ potest)sed aliis apertius. *Et deus noster præ omnibus diis.* Ecce, inquit, qui dicit magnum esse dominũ,& se id nouisse, procedens, ei quod dixerat,detrahit,& eum confert cum aliis,& per cõparationem ei excellentiã tribuit.Nequaquam.Sed tũc loquebatur habens rationem eorum qui audiebant,paulatim eos ad id deducens.Neq; enim hoc admodum magnũ eum ostendit,quòd dicatur esse maior, & magnus præ illis:sed, sicut dixi, moderatur orationẽ humilitate auditorum,eos paulatim sustollens. Bene enim tunc cum eis agebatur,quòd hæc audiuissent,& persuasa haberẽt. Quòd enim omnes citra vllam comparationem superat,ostendit per ea quæ sequuntur, afferens maximum argumentũ eius potentiæ, & ostendens se priora dixisse propter imbecillitatem auditorum: & ideo quando tantum enunciat, parua dicit. Quando autem confirmat & demonstrat,& eius maiestatis affert probationẽ, magna dicit.Quid ergo postea adducit,quod sit eo dignum,& quod sit dei tantum? Vide:subiungit enim,

Omnia quæcunque voluit dominus fecit in cœlo & in terra,in mari & in omnibus abyssis. Vidisti potentiam cui nihil omnino deest. Vidisti fontem vitæ. Vidisti vires inexpugnabiles.Vidisti excellentiam omnino incõparabilem.Vidisti potestatem quę nullo modo prohibetur.Vidisti ei omnia expedita & facilia.Omnia quęcunque voluit fecit.Die,vbinam?In cœlo & in terra. Hoc est,Nõ hîc solùm,sed etiam in cœlo. Non in cœlo solùm,sed etiã in terra. Non solùm in terra, sed etiam in mari & in omnib⁹ abyssis. Per abyssum enim dicit quæ sunt infra terram,quemadmodum dicendo,In cœlo,ea quę sunt su-
Esa.46.50 per cœlos. Vnde cum tot & tanta sint, volũtas eius ne-
Dan.4. quaquã impeditur,sed omnia peruadit, & quod est ad-
Rom.9. mirabile,is qui ea fecit, nõ negocio vllo nec labore,nõ
Ephes.1. iussu,sed voluntate fecit. Solũ enim voluit,& opus sta-
Iaco.1. tim cõsecutum est.Vidisti quo modo ostenderit quàm facilia, explicata, ac copiosa fuerint eius opera, & quo modo eius potestas prohiberi nõ poterat.Deinde mittens dicere de cœlo,& terra,& mari, affert ea quæ sunt in eis, sed nec omnia quidem quæ sunt in eis, sed cum prætermisisset ea quæ sunt in cœlo, & si sint admirabiliora, dicit ea quæ sunt circa cœlum. Qua de re? Quoniam illa quidẽ etsi magna essent, erant tamen multis ignota.Hæc autẽ licet minora, cernebantur, & omnes habebant spectatores.Quoniam ergo verba faciebat apud homines,qui nõ adeò fide ducuntur ad ea cogitãda quæ non apparent, sicut ex iis quæ apparent, veluti manu deducũtur:ab iis incipit texere orationem,& doctrinam,quod aliis faciendũ suadet hoc ipsum faciens. Quòdnam hoc:Deum ex eius operibus laudare, & bonis eum verbis prosequi,vnumquodq; eorum quæ fiũt discendo, & pro vnoquoque gloria & honore deũ afciendo. Quoniam enim ad deum laudandum adhortans,assidue dicebat: Laudate serui dominum, laudate nomen domini:ostendit etiã quo modo laudare oportet,persequendo vniuersum corpus creaturæ, & admirando sapientiam,prouidentiã,potentiam, curationẽ. Hinc discimus nõ esse hoc solũ nostrũ mare, sed multa
Maria infinita. & diuersa,& infinita maria. Dixit enim, In maribus,& omnibus abyssis.Caspium enim,& Indicum, & Rubrũ, sunt ab hoc vtiq; diiũcta,& Oceanus qui ambit extrinsecus. *Educens nubes ab extremo terræ.* Alius,Sustollens.Alius,Attrahẽs ab extremis finibus. Alius,A finibus. Hoc
Iob.26. etiam in Iob dictum est:Alligans aquã in nubibus eius.
Eccle.43. Et Salomon:Continens aquam in vestimento.Hic autem non hoc,sed aliud mirabile. Quidnam? Quòd aër cum crassior fuerit,sursum fertur & trãsmittitur, & ascendit id quod graue est,via cõtraria ingrediens. Porrò autem est admirabile quòd aqua in eo contineatur. *Graue surſum ascendens.* Sed multò admirabilius,quòd in eo quod leue est contenta feratur: & adhuc admirabilius, quòd quæ ab illo aëre cõtinetur, postquam è nube effluxerit, ab aëre qui sequitur,non amplius continetur,sed vndiq; diffluit,& in terram defertur. Atqui si ea contineretur natura,oporteret eam etiam cõtineri in aëre. Quemadmodum enim si quis permisisset vtrem in aëre aqua pleno, deinde ferretur ab aëre,ferretur etiã aqua quæ intus continetur,nisi effluxisset ab vtre:ita consentaneũ esset hic quoque fieri. Sed quoniam sunt admirabilia,& superãt opinionem quæ fiunt,supra consequentiam & supra rationem omnem fiunt hæc omnia.Quod enim in nubis aëre continetur, non cõtinetur in aëre qui cõsequitur. Vidisti rem admirabilẽ & nescio quo modo, quòd cæteris videtur esse minus,id cũ posuit,fecit vt sit admirabile.Deinde ostendit etiã aliud admirabile, dicens,Ab extremo terræ.Non solùm enim ascendunt,sed etiã vadunt,nec vbi apparuerunt, illic emittunt pluuiam, sed cum multa sæpe loca prætercurrerint, alibi imbres pariunt,ciuitatibus & gentibus pręteritis.Nõ est ergo hoc solùm mirabile,quòd sustolluntur,sed etiã quòd incedũt tanquam in tabulatis,ferentes tãtam molem aquarum. *Fulgura in pluuiam fecit.* Vide rursus aliud mirabile,& diuersas naturas cõuenientes. Neque enim fulgure est quicquam magis igneũ: neq; aquis est aliquid frigidius:eę tamen miscentur, nec cõfunduntur,neq; contemperantur, sed vnaquæque cõseruat suos fines. Manẽs enim ignis in aqua,& aqua in igne, neq; hic illã exiccauit,nec illa eum extinxit. Atque fulgur est igne solari acutius,& splendidius,& eo magis secat,ac diuidit. Id testatur visus, qui cũ radiis solis assiduè cõgreditur: illius autem impetũ ne tantillum quidem ferre potest. Et sol quidem per totũ diem cœlum percurrit,illud autem minimo momento tẽporis vniuersum orbem terræ:quemadmodũ Christus quoq; testatur dicens:Quẽ- *Matt.24.* admodum fulgur proficiscitur ab oriẽte, & apparet vsque ad occidentẽ. *Qui producit ventos de thesauris suis.* Hæc est rursus alia naturæ species,quæ nobis nõ paruũ vsum exhibet,sed tantum vt vitæ nostrę plurimum conferat, & exhausta & labore confecta corpora recreet ac refrigeret, & aërem efficiat leniorem. Hoc est enim munus ventorum,aërem suscitare ac ventilare, vt nõ,si sit immobilis, corrũpatur & intereat, fructus maturare, corpora nutrire.Quid verò,dixerit quispiam, vsus eorũ in nauigatione:tempora quibus certo & constituto ordine oriuntur,& sibi inter se vicissim cedũt, in mari choreas ducentes,& nautas transportantes? Hic enim trãsmisit:ille verò excepit:& contrarias vias ingrediuntur, & ministrant, & pugna eorũ est rursus vitæ nostræ vtilis.Alia innumerabilia dici possent ventorum munera. Hæc tamen omnia propheta prętermittens,& auditori colligẽda relinquens, eorum fabricationis facilitatem ostendit.Nam quod dixit,Ex thesauris suis,non hoc significat,aliquos esse ventorũ thesauros,sed eius qui imperat facilitatem indicat,& quàm sit creatura prõpta & expedita. Quẽadmodũ enim qui habet in thesauro,securè omnia,& quando vult,profert:ita etiã vniuersi opifex fecit facilè,& naturę tradidit.Vide quanta sit etiã in aëre differẽtia,quemadmodum sunt in aqua & igne multę mutationes.Aquarũ enim alię sunt fontanæ,aliæ verò marinæ,aliæ autẽ aëriæ, aliæ quæ sunt in nubibus, aliæ

συμπάθεια fulguris & aquæ

Ventorum commoda.

Venti vt in thesauris. Simile.

Aquarum differentiæ.

aliæ verò cœlestes, aliæ quæ sunt supra cœlos, aliæ quæ sunt subterraneę. Et in igne, hic quidem est in Sole, ille verò in luna, alius in fulgure, alius in aëre, alius qui fit ex lignis, qui est apud nos, & is qui est in lucernis. Alius qui ex terra. est enim sępe ciusmodi ignis, qui é terra editur, sicut fontes aquarũ, alius qui fit ex collisis lapidibus, alius qui est in comis arborũ quæ ipsæ quoq; colliduntur. Alius autem in fulminibus. Ita etiã in aëre, hic quidem est crassior, qui est circa nos: ille verò subtilior, qui est superior, magis igneus. Porrò autem ventorum quoq; sunt multæ differentię, hic quidẽ subtilior, ille verò crassior: alius quidem frigidior: alius verò siccior, alius quidem humidior: alius verò calidior. Aër autẽ & nubes, hæc quidem tardior: illa verò progreditur celerius, perinde ac si esset eques. Illa etiã in nubibus & ventis, hæ quidẽ sunt similes vrnis & vasis aquariis, vt quæ aliquando quidẽ sint plenę aquis, aliquando verò ferãtur inanes. Aliæ verò sunt flabello similes. Tu autẽ hæc eorumq; diuersitatem & varietatẽ considerãs, admirare opificem. *Qui percussit primogenita Aegypti ab homine vsque ad pecus.* Postquã dixit generalia, & ostendit dei prouidentiã in vniuersum orbem terræ, per fulgura, per ventos, per aërem, per nubes, per pluuias, & eorũ nugas arguit, qui dicunt prouidentiã vsque ad nubes pertinere: accedit ad singularia, nẽpe ad ea quæ sigillatim priuatimq; Iudæis facta sunt. Quòd enim terra, & cœlum, & vniuersa quæ videntur, dei benignitatem sentiant, ex iis quæ dicta sunt ostendit. Vt autem memori & grato animo Iudæos efficeret, narrat etiam singularia, ostendens quòd qui est vniuersorũ deus, & qui omnium curã gerit, eis quædã propria beneficia largitus est. Quãquam quæ in illos quoq; fiebant, erãt rursus generalia. Quòd ipsi enim electi essent ex aliis, id faciebat vt illos æmularentur: quod Paulus quoq; significans, dicit: Eodem delicto salus gentibus, vt eos æmularẽtur. Quemadmodũ enim pater, cum filij ab eo abscedũt, vnum ex eis sumit, & cõsidere facit supra sua genua: non hoc autem facit propter illũ, sed multò magis propter alios, vt eo honore morsi, ad patrẽ accurrant, eandem indulgentiã sensuri. Ita etiam deus fecit Iudæis. Eis enim non super genua, sed super brachia, vt dicit propheta, & super dorsum adsumptis & receptis, quæ sunt eis expetenda largitur, templũ, sacrificia, & quæ maximè & cũ maiore cura quęrebãt, in bello auxilia, victorias, trophæa, rerum terrenarũ copiam, & fructuum fertilitatem, eis illos instruens & adornans, & alios ad æmulationẽ adducens. Sed quoniam euasuri erãt improbi si eis perpetuò blandiretur, eos quoq; per supplicia moderatur & componit. Magna est enim dei sapiẽtia, & in rebus difficillimis & impeditissimis viam exitumq; inuenit. Vide autem prophetæ prudentiam, qui à generalibus ad hæc deduxit orationem. ne quis enim stultus existimaret dei prouidentiã non versari in singularibus: quando venit ad generalia, tunc hæc quoque attingit, dicẽs: Qui percussit primogenita Aegypti. An non vobis videtur hæc magis facta esse propter Iudæos. Si igitur ostendero hæc quoque facta esse propter alios, quid dicent qui dicũt dei prouidentiam ad vniuersa minimè pertinere? Quo modo ergo potest hoc ostẽdi? Maximè quidẽ sufficit à deo enunciata sententia quæ hoc significat, & dicit, Vt ostendam in te potentiam meam, & vt annuncies nomen meũ in vniuersa terra. Vidisti mortem illam fuisse euangelium, & plagam illam diuinitus immissam fuisse prædicationem, vt quæ vbique peruaderet, & dei potẽtiam prædicaret. Vniuersi ergo orbis

Ignium differentiæ.

Aeris differentiæ.

Ventorum differentiæ.

Rom. 11. Simile elegans.

Osee 11. Iudæorum priuilegia.

Prouidẽtia dei ad omnia pertinet

Exod. 9. Rom. 9.

A terrarum curam gerit, etiam quãdo res Iudæorum administrat. Atqui potentiam suam olim quoque manifestam reddidit, vt in Ioseph, vt in Abraham, sed nunc tamen apertius. Quo modo? Tunc quidem per beneficiũ: nũc autem per plagam: nec intermittit, vt iam sæpe dixi, assiduè & in vnaquaq; generatione seipsum ostẽdere, & manifestum reddere. Non id autem semper facit eodem modo, sed variè & diuersis modis. Tũc quidem per vxorem Abrahæ, cum naturalem parturitionem mancam fecisset & mutilam. Postea autem per famem, & copiosum rerum omnium prouentum, post hæc verò per plagas frequentissimas. Quoniam ergo cõdemnabant deum imbecillitatis, ipsi & primogenitos extulerunt, & fluuium cruentarunt. Porrò autem eo ipso tempore vires quoque suas ei ostẽdit per quædam paulò obscuriora. Obstetrices enim Aegyptiorum, cũ crudelia illa iussa contempsissent, & sæuum Regis decretum circunscripsissent, magnus fuit earum prouentus. Vtraque autẽ hæc erant dei prouidentiæ, scilicet quòd & mulieres maiorem virtutẽ ostenderint, quàm ij quorum erat caput redimitum diademate: & quòd eas remunerata sit, & in magnam multitudinem eas propagauerit. Illud enim, Benefecit obstetricibus, hoc est, Extensa est earum cognatio, etenim per ea ipsa beneficia quæ in Iudæos contulerũt, remunerationem à deo acceperunt. Quoniam ergo nõ occidebant infantes, numerosam prolem eis deus largitus est. Sed quoniã pergebant esse stupidi, & omni sensu priuati, acriorem eis plagam inflixit, & didicit quidem vniuersus orbis terræ, didicerũt autem etiam Aegyptij: sed illi quidem ex auditu, hi autem in iis malis quæ sibiipsis euenerunt, & visu & rei experientia dei potestatem viderũt. Etenim ideo eis prædixit, ne videretur esse plaga mortis quæ fortuito aliquo casu euenisset. Quod itaque alicubi dictum est de Seruatore, hoc hic quoque dicere possumus. Quídnã? Dominare in medio inimicorũ tuorum. Non enim eis in solitudinem eductis, nec in aliquo alio loco, sed in ipsa ciuitate plagam intulit. Vide autem in ipsa etiam plaga clementiam. Cœpit prius à pecoribus, & tũc ad homines processit. Quis ergo non admiretur potentiam, & quo modo omnia in vno temporis momẽto simul attulit, lenitatem ac moderationem, & sapientiam ineffabilem: Neq; enim hanc primam plagam inflixit, eos volens per alias corrigere, nec quando inflixit, non prędictã inflixit. Quamobrem? Vt eos verbis castigaret, & ne deuenirent ad rerum experiẽtiam: nec rursus quoniã non correcti fuerunt, permisit vt esset plaga dubia. Ne quis enim existimaret fortuitu aut morbũ aut pestem incidisse, vide quot fiũt. Primũ omnes in vna nocte. Secũdò omnia primogenita. Si enim fuisset pestis, non sola tetigisset primogenita, secundis verò pepercisset: sed omnes citra vllum discrimẽ peruasisset. Tertiò si fuisset pestis, non abstinuisset omnino à Iudæis, & solos tetigisset Aegyptios, sed ea multo magis corpora confecisset, quæ labore & miseria & tot & tantis malis cõfecta fuerãt, quę paupertate & fame iampridem adeò exhausta erant: nõ Regum, & eorum qui erãt authoritate & dignitate pręditi, qui liberè & securè viuebant, quibus omnia quæ ad cultum & ad vitę adminiculum pertinent, abundè suppetebãt. Si fuisset pestis, non repente & aceruatim venisset, sed antequã ingruisset, aliqua indicasset principia. Nunc autem hęc simul fiunt, vt Aegyptiorum arguatur vecordia: etenim post hanc plagã, & postquam aperte didicissent esse plagã diuinitus immissam, persecuti sunt Iudęos qui recesserant,

Exod. 12. *Exod. 7.* *Exod. 1.* *Gen. 18.* *Gen. 41.* *Psal. 106.* *Exod. 9.* *Exod. 5.* *Exod. 11. 12.* *Exod. 14.*

Attẽde dei clementiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

serant,quod est signũ maximæ eorum vecordiæ, & dei A maxima defensio. Quoniã enim erant signa cessatura, ea eiusmodi signi exitu concluſit,quo ea quę ante facta sunt,defendit apud eos qui volunt attẽdere. Ne quis enim diceret,Cur puniuntur omnes,cũ Rex Iudæos detineret,& peccaret:per hoc vltimum soluit hanc dubitationẽ,Quo modo per vltimũ? Quoniam quãdo percussa sunt eorum primogenita,vel inuito Rege,Iudęos expulerunt. Quare etiam si voluissent ab initio, potuissent esse eo superiores. Non igitur Regem ideo non vicerunt,quòd non possent,sed quòd nollẽt. Quinetiam ea quæ postea consecuta est persecutio, crimen eorum
1.Reg.14. amplificat. Hoc etiã euenit in Saũl. Quando enim eius
1.Reg.22. filium eripere oportebat, omnes communiter assentãtes,Regem,licet se iniquè gessisset,eripuerunt. quando autem volebat occidere tot sacerdotes, ne vocem quidem emiserunt,nec eos defenderunt. Quòd si tunc habebant naturam quæ pro eis faceret:hic etiam habebãt B iusti naturã. Erant enim sacerdotes, & erat cædes nefaria,quæ ex ira nõ ex recto iudicio oriebatur. Sed huius rei causa erat socordia, & quòd sacerdotum vicem nõ valde dolebant. Vide ergo in quæ mala postea inciderint. Illius enim negligentię non leues pœnas dederũt.
In malis factis non commiserandum. Quando ergo factum fuerit aliquid nefarium,nemo sit iners & ignauus,sed igne ardentior: nec minus doleat quàm ij quibus fit iniuria, & ita plurima mala sistentur. Ab homine vsque ad pecus. Cur autem etiam pecora? Quoniam propter hominem facta sunt,ea quoque punit propter hominem,vt augeat timorem, vt intensiorem reddat calamitatem,vt ostendat plagam esse diuinitus immissam,& bellũ procedere de cœlis. *Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte,in Pharaonem & in omnes seruos eius.* Quid est,In medio tui? Vel locum dicit, vel idem
In medio quid. est quod apertè & manifestè. Illud enim,In medio,vbi- C
Psal.73. que idẽ significat quod apertè, vt quando dicit alicubi,Fecit salutem in medio terræ. Est enim medium manifestũ omnibus. Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte. Iure autem optimo:ea enim fiebant ad correctionem, & ad eos ostendendos qui erant lucrifacturi. Non temere enim eueniebant, sed cum maxima admirabilitate. Quare & eò quòd feriebãt,& eò quòd admirabiliter,duplicem afferebant vtilitatem. In Pharaonem & in omnes seruos eius. Vidisti potentiam ineffabilem, quo modo cũ omnes simul essent, de eis sumptum est supplicium: & illi quidem patiebantur,alij verò lucrabantur. Quo modo autẽ dicit,In omnibus seruis eius? Atqui nõ habebãt omnes primogenita. Sed dicit de aliis signis: & dum in Aegypto quidem hi ferirẽtur,lucrum faciebant Iudæi:dũ autem in solitudine beneficio Iudæi afficerẽtur,alij iuuabantur: & plagas quidẽ inflixit hostibus,hos verò affecit beneficiis,per vtraque omnes iuuans. Et cur non hos quoq; beneficio affi-
Iudith 34. cit? Quoniã soliti sunt plures homines percussi potiùs
Dan.4. quàm beneficio affecti deum agnoscere. Quod enim
Act.2. nollet eos punire,vide eum assiduè differentem, & plagas sustinentem,& per vtraque ostendentem potẽtiam suam & clementiam. Atq; sufficisset post vnam,secundam,& tertiã, tanquam qui morbo immedicabili laborarent,eos omnino perdere:sed noluit,sed & quanquã
Attẽde de potentiam, curam, sapientiam. futura præsciret, & quòd nec quinta, nec sexta,nec decima meliores fierent, non destitit facere quæ sua sunt. Vnde maximè eius potestatẽ,curam, sapientiã & bonitatem admirari æquum est. Potentiam, quòd percussit.
Exod.7. Curam, quòd sustinuit. Sapiẽtiam,quòd cũ sciret futu-
Exod.11. ra,quę sua erant fecit: quod ipsum quoque est maximæ clementiæ, quòd incipit à minoribus, quòd ab iis quæ nõ sunt prædita ratione. Progrediens autẽ ipsum quoq; *Collatio à contrariis.* Regem attigit: quod etiã maximè fecit vt prædicarentur quę eueniebãt. Quæ enim priuato alicui acciduũt,latere etiam consentaneum est. Quando autẽ vir est insignis qui plagã accipit, nihil vetat quo minus res vbiq; audiatur. Postquã autem dixit causam cur pulsauit, dicit etiã plagas. Sed neque eas sæpe recensẽt,neq; sigillatim persequitur:sed cũ eas vno verbo significasset,prætercurrit dicẽdo emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte. Deinde educit rursus populũ ex Aegypto in desertum,ostendens se non esse deum tantum alicuius partis,nec in vnam solã regionem dominatũ obtinere, sed in vniuersum orbẽ terręe. Quocirca subiũxit dicens:
Qui percussit reges multos,& occidit reges fortes. Per totã viã *Psal.71.* pignora dans suæ potentiæ,& in ipsis docendis per res 103. ipsas deducens. Per bella enim priora quoque docuit, *Rom.10.* quòd non natura aëris,non potentia elemẽtorum, nec *1.Tim.6.* aliquid aliud eiusmodi,sed imperatoria manus quę eos ducebat,pro eis bellum gerebat,& vtrunq; per vtrũque ostendit:per ea quæ facta sunt in Aegypto,ea quæ in solitudine facta sunt:& per ea quæ facta sunt in solitudine,ea quæ in Aegypto facta sunt. Quando enim ipsi absque armis, acie & prælio inimicos profligabant, eis apertè ostendebat quòd non opus habens elementis ea aduersus illos mouit, sed variis & diuersis modis volẽs suam ostendere potentiam,iis quæ sunt,ad ea vsus est.
Seon regem Amorrhæorum,& Og regem Basan. Nõ persequitur vrbes, neque in singulis insistendo paulatim narrat prælia:sed rursus magno animo prætercurrit innumerabiles cateruas miraculorum. Cum enim posset immorari,& tragœdiam illam amplificare,non hoc facit: sed cum maxima se offerret multitudo & abundantia eorũ quæ insigniter & præclarè à deo gesta sunt, ea omnia prætercurrendo prosequitur. Atqui illi quidẽ erant armati,& vrbes munitas habitabant,& rei militaris & instruendæ aciei erant periti: hi verò exules, & bellandi ignari, à longa seruitute & diuturna tyrãnide liberati, fame & egestate cõsumpti, omnibus ad accipiendã iniuriam expositi. Sed erant omniũ potentissimi propter manũ quæ eos ducebat ac regebat. Erat etiam bellum iustũ. Neq; enim eos inuasissent, nisi illi eis causam dedissent,& viã eis intercluissent,quod est extremę inhumanitatis: & Idumæos non siuit ad bellũ accedere. Ne *Deut.23.* enim silentio cõfidentes, post hæc rursus inuaderẽt,sed scirent cũ quibusnã quidem bellare, à quibus verò abstinere oporteret,hoc facit in solitudine,per res ipsas legem eis constituens,quo modo oporteret vti eis qui illis occurrerẽt. *Et omnia regna Chanaan.* Vidisti ex his doceri vniuersum orbẽ terræ. Quemadmodũ enim ignis *Collatio.* D spinas,ita ij omnes inuaserũt,nec poterat quisquam eos sustinere. Audi ergo quid dicat Balaã,qui nõ à prophetis,non à Mose didicerat,sed à rebus ipsis: Hæc est gens quæ elingit omnẽ terram. Vidisti propriè dictã meta- *Num.23.* phorã. Non dixit,Quæ bellũ gerit:quæ fundit & euer- *Elegans* tit,sed quę elingit,volẽs ostendere quã facilè ab eis pa- *metaphora.* riatur victoria,& quo modo circa sanguinẽ ab eis trophæa erigãtur,& sola eorũ incursione inimici profligẽtur. Nõ opus,inquit, habẽt instructa acie, nec vt prælio cõmittatur,sed tantùm inuadere satis est, & omnia eis cedunt. Non solùm enim vt lege belli & instructa acie vincerent effecit,ne quis ea quæ fiebant,eis attribueret, sed elemẽta orbis terræ in eos commouebat, & ideo animos eorum primùm deiiciebat & perturbabat, & ca- *Ios.10.* dens grando multos perdidit, & sol stetit,& bellũ longuis

Iosue. gius praxit, & multa eiusmodi admirabilia facta sunt, & tubarum sonitus vel igne vehementius in turres irruens muros diruit. Hoc autem vtrisque fuit vtile. Nam & illi discebant bellum non geri ab hominibus, & hi docebantur vt ad deum respicerent, nec vnquã de rebus gestis se iactarent, magnósve spiritus sumerent, sed se honestè & moderatè gererent. Hoc enim modo vicisse maius eis ornamentum afferebat quàm vicisse, vt quòd eos magnificos ac splendidos redderet, & modestiam doceret. Magnificos quidem ac splendidos, quòd talem haberent Imperatorem. Modestiam autem rursus docebat, quòd præclaris suis factis minimè intumesceret. *Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israël populo suo.* Hoc quoque est maximum miraculum, quòd nó solùm expellerent, sed terram etiam occupare possent, & vrbes distribuere: quod eis quoque magnam præbebat voluptatem, magnum ornamentũ, magnam lætitiam. Id autem dei quoque est potentiæ. Non enim Daniel.2. parua res est occupasse regionem hostium, sed ad hoc quoque magno dei auxilio opus est. *Domine nomen tuum in æternum, & memoriale tuum in generationem & generationem.*

Διάστημα. Alius, Recordatio tui. Hic interrumpit orationis cõtinentiam glorificatione, quod solent sancti facere. Postquam enim de dei miraculis aliquid dicere incipientes, inflammati fuerint, non prius ad finem perueniunt, quam pro iis quæ dicta sunt deum gloria affecerint, & laudibus prosecuti fuerint, & ita suum desiderium impleuerint. Quod etiam Paulus vbique quidem facit: maximè autẽ in proœmiis epistolarum, vt quando dicit ecclesiis Galatiæ, Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo, qui dedit seipsum pro peccatis nostris secundum voluntatem dei & patris nostri: cui gloria in secula seculorum, Amen. Et in epi- Galat.1. stola ad Romanos: Quorum adoptio, & gloria & cultus, & legislatio. Quorum patres, & ex quibus cultus, & promissio. Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem: qui est in omnibus benedictus deus Roma.10. in seculum. Et rursus alibi: Regi seculorum immortali, 1.Timo.1. inuisibili, soli sapienti deo honor & gloria in secula seculorum, Amen. Ita etiam hic propheta, cum mente agitasset vniuersam dei prouidentiã, plagam in Aegypto, varia & diuersa beneficia quæ in solitudine ab illo in ludæos collata sunt, quæ pro illis aduersus hostes facta sunt: ab eius ineffabili benignitate inflammatus, emisit glorificationem, dicens: Domine nomen tuum in æternum, domine memoriale tuum à generatione in generationẽ. Hoc est, Gloria tua est perpetua. Nihil Iob 12. enim ei affert vllum detrimentum, nihil eam interrum- Eccl. 18. pit, sed est semper, & manet immutabilis, & à conuer- Psal.109. sione omnino aliena, florens ac vigens. Quid est autẽ, Memoriale tuum in generationem & generationem? Tui, inquit, memoria non desinit, & finem non habet. Deprecabitur. *Quia iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur.* Vel vtraq; hæc dici possunt de populo, quòd de eo pœnas sumet, & postea cessabit, & ipsos recreabit: vel diuisim, Consolationem quidem accipiet, de populo: iudicabit autem, de hostibus. Hoc est, Illos quidẽ recreabit (hoc enim sibi vult illud, Consolationem accipiet) iudicabit autẽ hostes, hoc est, de ipsis pœnas sumet. Deinde quoniam non poterat dicere vitæ eorum rectè facta, ad eorum causam tuendam nomine seruorum vtitur. Cum autem dixit, Consolationẽ accipiet, ostendit reconciliationem esse illius elementiæ, non autem eorum meritis. Vbi enim cõsolatio, venia opus est. Vbi autem opus est venia, non sunt rectè factorum merita, Rom.3.

A sed est occasio & tempus clementiæ. Quoniã ergo dixit superius: Memoriale tuum in generationem & generationem, soli autem ex aliis gentibus ipsi tunc deum sibi adscribebant, per hoc, tale quid significat, & dicit, Salus populi ostendit tuam apud multos gloriam. Quæ enim natura ei inest gloria, etsi nullus eum colat & obseruet, perpetuò manet, & nec minui, nec dissolui, nec immutari potest. Quæ est autem eius apud multos laudatio, à nostra etiam salute ostenderur, cum nos ciuitatem, sacra, & templũ receperimus, & pristinæ reipublicæ restituti fuerimus. *Simulachra gentium argentũ & aurum, opera manuum hominum.* Quoniã in principio dixerat, Dominus autem noster præ omnibus diis, & visus est per comparationem introducere quandam excellentiam, propter imbecillitatem eorum qui audiebant: vide quo modo hoc verbis amplificat. Postquã enim à dei potentia initium duxit, & dixisset quæ in cœlo sunt, quæ in terra, B quæ in abyssis, quę ludęis, quæ in propria, quæ in aliena, quæ in hostibus, quę in gentibus facta sunt, deinde cum eius benignitatẽ reuocasset in memoriam, bonitatem, clementiam, curationem, sapientiam, & potentiam, & deum esse vniuersorum, & vniuersi orbis terræ curam gerere ostendisset, irridet deinceps & ludificatur idolicorum deorum imbecillitatem, & statim ab ipsa natura cõtemptim sermone vsus est: immò verò ipsum nomen ad eorum reprehensionem adducit. Idolum enim aut εἴδωλον. simulachrum nihil est aliud quàm quid imbecillum & Esa.41. abiectum, & nomẽ summæ infirmitatis. Quocirca hinc 1.Cor.8. incipit, dicens, Simulachra gentium argentũ & aurum. *Simulachrũ vanitas.* Primùm, quòd simulachrũ. Secundùm, quòd inanima & surda materia. Tertiùm, quòd hoc ipso quòd sunt simulachra, non solùm ex seipsis habent paruitatem, & imbecillitatem, suntq; vilia & abiecta, sed etiam ex hominibus. Quocirca subiunxit etiam, Opera manuũ hominum, quod quidem est maxima reprehensio eorum C qui illa colunt, nempe quòd cum ipsi sint in causa vt ea sint, in eis tamen suæ spem salutis collocent. *Os habent & non loquentur. Oculos habent, & non videbunt. Aures habent & non audient. Neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & qui confidunt in eis.* Os, inquit, habent, & nõ loquentur. Vidisti quo modo auget irrisionem, & fraudem coarguit? Quoniam enim ea sæpe mouent dæmo- Sapien.14. nes, fictionem & simulatũ actum eorum detegit, ostendens non esse spiritum in ore ipsorum. Et quænam est 3.Reg.15. causa quòd malus dęmon absque illis nihil facit, nec lo- 2.Para.25. quitur? Quoniam stupri, adulterij, & innumerabilium *Dæmon cur* viciorum columnæ, sunt horum simulachrorũ figuræ: *idolis assi-* docens eos qui seducuntur, per ipsum statuarum aspe- *deat.* D ctum eas res imitari, quarum figuræ sunt statuæ: eis assideret ea mouens, & decipiens. Deinde rursus alio ludificationis genere ea aggreditur. Similes illis fiant qui faciunt ea. Considera apud te quales dij sint quibus fieri similes dira est imprecatio: Nostra autem non ita habent. Extremus enim virtutis finis est, & quod facit, vel ad summum bonorum fastigiũ pertingere: Dei esse similes, quantum nobis cõceditur. Apud illos autem, inquit, & cultus est, & dij tales, vt eis esse similes locum teneat pessimæ imprecationis. His ergo, nempe quòd sint Esa.44. materia inanima, & quòd fiant ab eis qui illa colunt, & Baruch 6. quòd sint simulachra informia, & quòd iaceant nullo sensu prędita, adiecit pro dira esse imprecatione, vt quis eis euadat similis. Per hæc enim omnia, ostenditur summus error. Postquam ergo ostendit eorum imbecillitatem, errorem, dæmonum improbitatem, eorum qui illa faciunt inscientiam, ab his citò liberatus, cõcludit orationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem glorificatione,nõ amplius narrans ea quę deus fecit,vt qui ea iam satis demonstrarit, sed pro omnibus quæ sunt in confesso, laudem exigens ab iis qui fruuntur eius beneficio: & ideo vocat omnes ad glorificationem, sic dicens, *Domus Israël benedicite domino. Domus Aaron benedicite domino. Domus Leui benedicite domino. Qui timetis dominum, benedicite domino. Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.* Cur ergo non omnes simul vocat, sed in ordines diuidens: vt scias esse magnam differentiam benedictionis. Aliter enim sacerdos, aliter leuita, aliter laïcus, aliter frequens populus benedicit. Dicere autem, Benedicite, est eius qui ostendit beatam illam naturam, & ab interitu alienam. Benedicite enim, inquit, quòd liberati estis ab aduersariis, quòd digni habiti estis qui talem deum adoraretis, quòd veritatem agnouistis. Est enim ipse quoque benedictus,in natura habens benedictionẽ, nec laude aliorum indigens, veruntamen vos quoque benedicite,non quòd ei aliquid ex eo accedat, sed quòd ipsi magnum fructum ex ea re percipiatis.Etsi enim est natura benedictus,vt certè est, vult tamen etiam à nobis benedici. Porrò autem Sion rursus meminit, & Hierusalem. Quoniam enim illic erat constituta eorum respublica, & illic fundatus erat eorum cultus, & ex eo loco docebantur & instituebantur: vult ea loca veneranda ac magnifica reddere ipso dei cognomine, vt cum essent veneranda, maius illorum esset in ea studium: & cum esset maius studium,ad ea magis attraherentur: attracti autem, in dei cultum magis defigerentur: defixi autem, ad maiorem virtutem deducerentur,propter quam omnia facta sunt.Sed tunc quidem erant Hierusalem & Sion: hodie autem cœli, & quæ sunt in cœlis. In eo ergo nos simus quæso defixi,vt futura etiam bona consequamur,gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Benedictionum differentia.

Iob 12. Eccle.18.

Benedicendus à nobis est deus. Esaiæ 1.

IN PSALMVM CXXXV.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Postquã dixit superius de dei in homines beneficiis, de eius quoque misericordiæ quantitate differit, non eam metiens (nec enim id fieri potest) sed per infinitum volens ostendere eius magnitudinem,& inuitat omnes ad glorificationẽ, dicens: Confitemini domino. Hoc est,Gratias agite,laudate ipsum. Quoniã in seculũ misericordia eius. Quid est, In seculum? Non aliquando quidem,inquit, beneficio afficit, aliquando verò recedit: neque aliquando quidem miseretur, aliquando verò desinit, quod euenit in hominibus, quos & prohibet animi perturbatio, distrahit fractus & abiectus animus, impedit fauor & obsequium, nec permittunt varij casus, rerúmque circunstantiæ. At deus non est eiusmodi, sed perpetuò miseretur, nec vnquam desinit hoc facere, etiamsi hoc faciat variis & diuersis modis. Semper ergo miseretur, nec vnquam cessat beneficio homines afficere. Deinde postquam dixit eum misereri perpetuò, ostendit etiam argumenta misericordiæ, & quòd eius misericordia semper maneat, ex iis quæ videntur,ea afferens:& quoniam eos deducebat ad pietatem veramq; religionem, vide quo modo eum rursus cõfert cum diis gentilium, ad captum auditorũ eodem modo se dimittens. Quid enim dicit? *Confitemini deo deorum:* Singulis subiungens, *Quoniam in seculum misericordia eius. Confitemini domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius.* In præcedenti quidem psalmo dicebat eum esse præ omnibus diis: hic autem adhuc amplius, eum esse illorum herum & dominum, siue idolorum dicas,siue dæmonum.Etsi enim offenderint dæmones, sintq; probro & ignominia notati, serui tamen sunt, & se ei submittunt. Propterea ergo, inquit, confitemini, quòd habetis deum omniũ supremum, cui nullus est similis,qui herus est omnium,& dominus. Atqui dicitur etiam deus eorum qui illi placent, vtquando dicit: Ego sum deus Abraham, deus Isaac,& deus Iacob: Quo modo ergo hic dicit, dæmonum? Sed illud aliter, & hoc aliter. Illic enim vt ostendat familiaritatem & coniunctionem, & magnũ suum in eos amorem: hic autem,vt suam significet excellentiam. *Qui facit mirabilia magna solus. Quoniam in seculum misericordia eius.* Postquam ostendit eum esse deorũ herum & dominum, id deinceps probat enũciatione, & quod dictum est confirmat, ex potentia eum rursus prædicans. Non dixit autem, Qui fecit, sed,Qui facit, ostendens eum assiduè beneficio afficere, resq; admirabiles, & quæ opinione sunt maiores,facere.Hæc autẽ duo ponit quæ sunt in eo eximia, & quòd facit, & quòd solus facit: atque adeò tria & quatuor, nempe quòd facit, & quòd miracula, & quòd magna miracula, & quòd solus facit. Hæc autem dicta sunt non vt vilipenderetur filius,sed vt inter eum & dæmones ostenderetur discrimen & distinctio. Et quænam sunt hæc miracula? Videamus magna illa quæ solus facit. Atqui in principio non loquebatur de potentia, sed de benignitate & clementia. Confitemini enim, inquit, domino, quoniam bonus. Quo modo ergo accidit vt nunc loquatur de potentia? Quoniam hæc miracula non solum sunt potentiæ, sed etiam benignitatis & clementiæ. Quænam autem sunt miracula ostendens,subiungit dicens. *Qui fecit cœlos in intellectu. Qui firmauit terram super aquas.* Alius, Qui constipauit terrã in aquis. *Qui fecit luminaria magna solus. Solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis.*

Deus perpetuò miseretur.

Psal.32. 118 144. Esa.54.

Miracula dei, nõ potentiæ solum sunt, sed etiam benignitatis.

Hæc etsi eius potentiam & sapientiam indicant, attamen eius quoque benignitatem ostendunt.Quòd enim sunt adeò magna, pulchra, & sufficientia, vires eius, & sapientiam prædicant. Quòd ea autem propter nos & vsum nostrum facta sunt, benignitatem & perpetuam bonitatem. Vides quo modo sit in æternum eius misericordia? Non enim ad decem & viginti tantum annos hæc fecit, neque ad centum, ducenta, & milia, sed ea per omnem vitam nostram produxit. Et ideo hoc significans, in vnoquoque versu subiungit, *Quoniam in seculum misericordia eius.* Et quod est admirandum, ea fecit quidem:& cũ facta essent, dedit ab initio: sed postquam homo transgressus est, ne sic quidem eum expulit, sed ea quæ eis dederat cùm non peccassent, reliquit ea etiam fruenda post peccatum, nec prohibuit quo minus post illud peccatum eis vti & frui possent. Neq; verò vnum cœlum solum fecit, sed etiam alterum: vel ab exordio ostendens nos ab eo non relinquendos in terra,sed fore vt nos hinc transferemur. Si enim non esset nos illuc translaturus, cur productum esset cœlum? neque enim est hoc illi elementum vtile, nulla re enim indiget, sed cum velit nos illuc à terra traducere, præparauit habitacula: Quamobrem cum hæc sciret propheta, vnicuique versui subiungit: In seculum misericordia eius,admirans eius benignitatem.Qui firmauit terram super aquas. Vide hic quoque rursus benignitatem. Postquã enim facti sumus mortales, & eò redacti sumus, vt multis egeremus: ne sic quidem nos reliquit, sed hic quoque interim nobis congruum dedit habitaculum, & tot tantisque suæ benignitatis clarissimis

Cœlũ propter hominẽ factum. Actor.17.

rissimis indiciis terram refersit, vt ne verbis quidem ea possint explicari. Propheta ergo cum incidisset in abyssum horum beneficiorū, & vidisset quoddā vastum & immensum pelagus, exiliit alta voce clamās, & dicens, Quàm magnificata sunt opera tua domine. Omnia in sapientia fecisti. Porrò autē siquis viderit Solem & Lunam & temporum ordinem, rursus videbit vniuersam eius benignitatem. neque enim parum ad vitæ decus & ornamentū, immò verò ad ipsam vitam hęc nobis elementa cōferunt, vt quæ nutriant fructusq; maturent, sine quibus viui nō potest, tempora nobis ostendant, horas exprimant, diei & noctis cursus distinguāt, per terram & mare viatores deducant, innumerabiles alios vsus præbeant. Vidisti quo modo sit in æternum misericordia eius, & quo modo in vnoquoq; versu iure hoc subiungit propheta. Alius autē interpres illud, In potestatem diei, dixit, Vt dominetur diei. Alius, in potestatē noctis, dixit, in potestatem in nocte. *Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum. Qui eduxit Israël de medio eorū.* Assiduè versat miraculū quod in Aegypto factū est, propter immemorem & ingratum eorum animum, & quòd cum ea semper audierant, eorum obliuiscerentur. Non est autem hoc quoq; paruum signum misericordiæ, hoc enim liberauit illos à seruitute, & posteris fuit occasio dei cognitionis. Aliud autem hic quoque significat. Quidnam? Quòd etiam post fugam illam eius fuit potentiæ liberare eos à seruitute, cum eos terrore concussisset, & mari obruisset. Hæc autem dicit, ne quis paulo inconsideratior putaret quod dum iubet eis accipere aurum & vasa argentea, hæc propter imbecillitatem iusserit. Nam hoc fecit volens omni ratione esse terribilis hostibus, & ostēdere q; & vi & authoritate potest omnia facere, eosq; fallere & decipere. Nam quæ apertè fecit, non ideo fecit tanquam non posset decipere, neque cùm decepit, id ideo fecit, quòd non posset apertè capere, sed in vtraque parte suam ostendens potentiam. Nam quòd hoc quoq; magnū metum attulerit alienigenis, audi quid postea dicant vates Azotiorum, Hic est deus fortis qui percussit Aegyptum, & quando illusit eis, tunc ipsos eduxit. Vides eos propter hoc ipsum contremiscere, propter furtum, propter fraudem, quòd eos circunscripserit. *Qui diuisit mare rubrum in diuisiones.*

Alius, In sectiones. Alius, in segmenta. Nonnulli dicūt non fuisse vnam viam, sed pro numero tribuum fuisse aquam scissam, vt multæ essent traiectiones. Hæc autem omnia etsi magnam ostendebant potentiam, terribilemq; & magnum eum esse indicabant, multam tamen quoque in se habebant benignitatem, non solùm in eos quorum gratia ea fiebāt, sed si velimus attendere, etiam in aduersarios, non enim eos temerè & nequicquā mari obruit, sed quòd post tot facta miracula in aquis adhuc suam ostenderent audaciam. Oportebat autem eos etiam si essent supra omnes homines nullo sensu præditi, cum & præcedentia, & præsentia, & quæ erant præ oculis, considerassent, eius potentiam mirari & adorare, & ab importuna contentione cessare. Illi autem cum viderent vniuersam creaturam pro eius arbitrio mutari ac transformari, & cum eis belligerari, ne sic quidem à furore destiterunt, sed etiam cum viderent illud miraculum quod omnem superabat opinionem, aliena illa & noua via ingredi ausi sunt. Quocirca mare illis sepulchrum efficitur. Non erat enim opus naturæ quod fiebat, sed plagæ diuinitus immissæ: & ideo brœui momento temporis fiebant contraria: & non scindebatur tantum in vnam partem, sed pro numero tribuum. In vnoquoque autem signo meminit misericordiæ, hoc enim deo maximæ curæ erat, quando quidē per elementa fiebant miracula, ne quæ fiebant, existimarentur esse alicuius naturalis cōsequentiæ, sed superni auxilij quod omnem opinionem superantia efficit miracula. Quod etiam in mari accidit: idque apertè ostensum est ex eo, quòd post illud non amplius factum sit: quæ autem naturaliter fiunt, sunt frequentia, & certo ac cōstituto tempore solent fieri. *Et eduxit Israël per medium eius. Quoniam in seculum misericordia eius.* Vides quo modo in vnoquoque versu iure subiungit illud, In seculū misericordia eius. Hęc enim omnia ostendunt eius curationem. Etsi enim quæ facta sunt, finem ceperunt, eorum tamen memoriæ præbuerunt posteris magnam ansam dei cognitionis. Memoriæ enim mādata, & transmissa ad posteros, deducebant ad magnam philosophiam. Quanquam alioqui non illud solum factum est, & dei cessaut curatio: neque in rebus solum Aegyptiacis substitit eius benignitas, sed vnumquodque tempus habet ampla & latè diffusa eius inenarrabilis benignitatis indicia. Quæ quidem ille admirans, assiduè subiūgit illud, Quoniam in seculum misericordia eius. Rectè autem adiecit illud, Et eduxit Israël per medium eius. Nam hoc quoq; est dei potentiæ. Non sufficiebat enim efficere vt mare retrocederet, & facilem eis transitū præberet (nam hoc ipsum eos magis stupefecit, & terruit, & audere prohibuit, quod omnium superaret opinionem, timorem incutiens) sed dei fuit potentiæ, postquā mare retrocessisset, eis animum addere, & persuadere vt nouam illam viam & alienam ingrederentur. Nam cum in vtraque sectione in sublimem verticem erectæ essent aquæ, generoso & excelso animo opus erat, vt nō timerent traicere, nec suspicarentur maria ad summum verticem vtrinque sublata non esse eos inuasura, & vniuersum exercitum obruitura. *Et excussit Pharaonem & virtutem eius in mari rubro.* Volens significare facilitatem eius demersionis, hac dictione vsus est. Tu autem considera quo modo cum potentia & ira, patientiam quoq; ostenderit, vt qui eos non priùs de medio sustulerit, licet adeò impudentes essent & contentiosi, quam ipsi lubentes & volentes seipsos præcipitarunt. Non abs re autem exercitus quoque punitur, sed quoniam fuerūt peccatorum participes & persecutionis, sunt etiam pœnæ & supplicij participes. *Qui traduxit populum suum per desertum, quoniam in seculum misericordia eius.* Hoc non est minus quam per mare perducere. Etsi enim suberat terra sicca, quæ castra sustinere poterat, erant tamen multa alia quæ eis afferebant molestiam, sufficiebant enim omnia ad ea consumenda, & morti crudilissimæ tradenda. nam & fames, & squallor, & sitis, & radius quàm par esset calidior imminens, & ferarū multitudo, & necessariorum omnium penuria: scis autem quot rebus homo indiget. Illis tamen omnibus nudati, & non tectum habentes, non alimenta, non indumenta sufficientia, non calceamenta, non aliquid aliud eiusmodi, tanquam in mediis vrbibus choreas agentes, ita per omnem illam solitudinem incedebant. Tu autem mihi considera, quot miracula prēteriit quę in solitudine facta sunt, & quot annorum administrationem: duorum autem tantum miraculorū meminit, quæ in illis regibus facta sunt. Mittens enim de illa noua mensa dicere, de tecto admirabili, de lampade quæ nunquā non apparuit, de vestium perpetuitate, de calceis qui non cōterebantur, de fontibus qui manarunt è rupibus, & de aliis nouis & admirabilibus, per quæ iter suum fecit eis facile, duorum solùm meminit,

Elementorū vsus.

Chald. vt præsset.

Exod. 12.

1. Reg. 5.

Aegyptiorum obstinatio.

Maria rubri diuisiones.

meminit, quo modo reges barbarorum sustulit, & quo modo trophæum erexit, vt victoriam eis largitus est, auditori reliqua accuratè colligẽda relinquens: & ideo
Num.21. dicit, *Qui percussit reges magnos, & occidit reges fortes. Seon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan.* Et vnicuique eorum subiungit, *Quoniam in seculum misericordia eius.* Ostendens quòd etiam si ab hostibus vt hostes exciperentur, nullus tamen eos vincebat. Qua de re? Quoniã eius benignitate fruebantur assiduè. Hoc enim significat perpetuò dicens: *Quoniam in seculum misericordia eius. Et dedit terram, eorum hæreditatem, hæreditatem Israël seruo suo.* Duplex est beneficium, & hostes vincere, & rerum illarum esse dominos. Hoc enim erat magnæ potentiæ, non solùm eiicere eos qui habitabant, sed etiam posse occupare & retinere alienã regionem. Deinde hoc rursus apertius ostendens, quòd non ex meritis fuere horum domini, sed ex dei bonitate, subiunxit, *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri.* Significans nõ in rectè factis, non in pro-
Humilitatis gloriatio. speritate, sed in humilitate nostra esse gloriandũ. Quod autem dicit, est eiusmodi, Suffecit calamitas ad ipsum flectendum, & quòd nos affligeremur. Nam & ab ini-
Exod.3. tio quando eos liberauit ab Aegypto, non dixit, Videns vidi mutationem eorum in melius: sed, videns vidi afflictionem populi mei in Aegypto. *Et redemit nos ab inimicis nostris.* Ne paulatim enumeret bella, irruptiones, victorias, trophæa, cum rursus vno verbo rectè factorũ seriem esset persecutus, & quæ in Iudæos sigillatim facta sunt prætermisisset, ad generalem eius venit prouי dentiam, dicens. *Qui dat escam omni carni.* Alius, Qui dat
& omnis esca. panem. Non ergo terræ, nec aquæ, nec aëris, nec radij, nec alicuius alius sunt procurationes fructuum, sed eius est vniuersum. Vide autem hic quoque non solum potentiam, sed benignitatem etiam ineffabilem. Quod e-
Matth.5. nim dicit Christus, Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, hoc ipse quoque hic significauit, dicens: Qui dat escam omni carni. Hoc est, non iustis solùm, nec iis qui se rectè gerunt, sed peccatoribus, & impiis, & omni humanæ naturæ: quod etiam maximè prædicat eius dominium. Vidisti psalmũ ideo maximè esse compositum, vt nos deducat ad dei cognitionem, & ideo in principio incepit à generalibus, & in eis desiit: superius quidem dicens solem & lunam, fulgura & pluuias, quæ nõ fiunt in parte orbis: in fine autem desinens in communi omnium nutrimento. Deinde postquam ex eis cõfirmauit generalem prouidentiam, subiunxit, *Confitemini deo cœli, quoniam in seculum misericordia eius.* Ex his enim illud quoq; clarum est,
Sapi.6.11. quòd ipse est infernorum omnium & supernorum do-
Matth.6. minus, eiusq; cura & prouidentia vbique diffusa est. Pro omnibus ergo illi offeramus gratiarum actionem, pro communibus, pro priuatis, pro bonitate, pro benignitate, pro potẽtia, pro curatione, & hoc assiduè faciamus, sicut etiam iubet hoc Psalmographus, dicens: *Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.*

Hoc est enim sacrificium, hoc oblatio, hoc ipsum nobis reddit maximè propicium, & facit vt fruamur illius beneuolentia. Quam detur nobis omnibus assequi gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CXXXVI.

SVper flumina babylonis illic sedimus & fleuimus dum recordaremur tui Sion. Magnũ est his viris suæ ciuitatis desiderium, magna reditus cupiditas. Quandiu enim bona habebant in manibus, erant sem-

per insolentes, probraq; & iniurias inferre non desistebant: sed postquam ab illis sunt exturbati, tunc maximo eorũ desiderio affecti sunt, propterea enim eos ex-
Eccl.5. pulit, vt excitaret in iis maius desiderium. Id autem so-
Esa.45. let sæpe deus facere. Quando enim dum in summis su-
Dan.4. mus deliciis, & maxima bonorum affluentia, non sentimus:
Luc.16. facit vt eis careamus, vt priuatione eorum castigati, eis rursus vti frui quæramus. Sed quánam de causa sedebant ad flumina? Vt qui essent captiui, & regionis hostium finibus circunscripti, extra muros & vrbes habitabant. *In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.* Alius, citharas nostras. Alius, lyras. Et quánam de causa tulerunt organa sua cum in captiuitatem recederent, qui eis minimè erant vsuri? Hoc quoque fuerat à deo prouisum, vt vel in aliena regione haberent monimenta prioris reipublicæ, magisq; morderentur & ægriùs ferrent, dum religionis & dei cultus illa signa viderent. *Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum: & qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion.* Non parum hinc lucrifaciebant quòd eis barbari instarent, & cantica eorum audire cuperẽt. Vide autem quantam hinc correctionem ceperũt ex captiuitate. Qui enim à chorea se seiunxerant, & à religione sua ac dei cultu resilierant, & legem omni ratione conculcauerant, se in aliena tam gnauiter gesserunt, vt vel vrgentibus & minantibus barbaris, & vndique circunsistentibus & audire cupientibus, ne eorum quidem desidero sic gratificarẽtur, sed legem præferrent, eamq; diligenter conseruarent. Illud autem, Qui abduxerunt, alius dixit, Qui nobis insultabant, propemodũ hoc dicens: Qui antea in nos inuehebantur, & in nos insurgebant, tempore adeo lenes, mites & mãsueti facti sunt, vt vellent etiam nostra audire cantica. his tamen non
1.Cor.13. concesserunt. Vidisti quònam modo reddit fortes af-
Hebr.11. flictio, quo modo facit compunctos, quo modo mentem conterit. Flebant enim, & legem obseruabãt. & qui
Psal.15. cum prophetæ lachrymarentur, ridebant, ludificaban-
Esa.38. tur, & subsannabant: hi nunc nemine eos admonente
Eccle.31. ad lachrymas conuertebantur, & flebant. Ex eo etiã plurimum commodi percipiebant hostes. Videbant enim eos non premi captiuitate, nec seruitutem deflere, nec quòd in aliena regione habitarent, sed quòd à suo dei cultu excidissent. Et ideo adiecit, Dum recordaremur tui Sion. Neque enim leuiter tantùm lugent, sed veluti quoddam perpetuum lugendi munus obeunt. Quocirca dixit in principio, sedimus & fleuimus, significans se ideo consedisse vt cierent fletus & eiulatus. Sed cur eis
Arcana dei non permittebatur canere in aliena terra? Quoniã non
pphanis nõ oportebat aures prophanas audire illa arcana. *Quo-*
detegenda. *modo cantabimus canticum domini in terra aliena?* Hoc est, Non licet nobis canere. Etsi enim à patria excidimus, legem tamen perpetuò seruamus, idque diligentissime. Quare etsi in corpora dominiũ obtineatis, animum tamen non superabitis. Vidisti animam ab afflictione esse deductam ad studium sapientiæ, ærumnisq; & calamitatibus esse superiorem. *Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea. Adhærat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.* Vide hîc quoque magnam mutationem. Qui enim singulis diebus audiebãt fore vt ex ciuitate exterminarentur, & nõ curabant, nunc dira sibi imprecantur si eius sunt obliti. Quid est autẽ, Obliuiscatur mei dextera? Vires, inquit, meę mei obliuiscantur, & mutus euadam propter malorũ magnitudinem, si non meminero tui. *Si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ.* Quid est, Si non proposuero Hierusalem? Non solùm, inquit,

tui

tui meminero in aliis, sed etiam in hymnis & in canticis. Illud autē, Proposuero, hoc est, In cantici proœmio ac præludio posuero, loquentes verbū eorum qui valde desiderant, immò verò eorum qui eius magno amore tenentur & inflammantur. Audiamus hęc omnes, & discamus. Etenim quemadmodū ij cum ab ea exciderant, tunc quærunt: ita etiam multis ex nobis eueniet, cum in illo die à Hierusalem cœlesti exciderimus. Sed hi quidem cum excidissent, spem habebant reditus, nobis autem excidētibus nulla reliqua spes est reuersionis. Vermis enim eorum non morietur, inquit, & ignis eorum non extinguetur. Et ideo oportet nos nostra diligentius attendere, & in præsenti vita sic nos gerere, vt non simus captiui, nec alieni ac remoti ab illa metropoli.

Ieher.12. Edan.4. Esa.66.

Memor esto domine filiorum Edom in die Hierusalem: qui dicunt, Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Alius, Filiis Edom. Hoc quoque verbum est eorum qui inflammantur desiderio ciuitatis. Hoc est autem quod dicunt, Pœnas de eis sume, quibus non sufficiebat quòd capta esset ciuitas, nec satiati erant eius euersione, sed instabant, & dicebant, effodite donec fuerit in ea fundamentū. Cupiebant enim ne bases quidem manere ciuitatis, sed vel ipsa eius fundamenta conuelli. Hi autem erant Arabes, qui vnà cum Babyloniis Iudæos inuaserant. Quorum frequenter meminit propheta, & eos valde reprehēdit, quòd cùm intercederet inter eos cognatio, hostibꝰ fuêre acerbiores. *Filia Babylonis misera.* Alius, Depopulāda. Alius, Diripienda. Hic ostendens dei vires nō in liberatione à malis, sed in parandis iis insidiis qui illos oppugnarunt, prædicit propheta mala quæ erant eventura Babyloni, & vocat eam miseram propter mala quę illam erant circunsessura: in hoc quoq; docens Iudęos, & ostendens dei potentiā esse per totum orbem terræ porrectam. *Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.* Alius, Quam antè feciſti nobis. *Beatus qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram.* Hæc etsi ira plena sunt, vehementię; pœna, & supplicio: sunt tamen verba perturbationis animi captiuorū, qui magnam aliquam pœnam, alienumq; & admirabile supplicium postulant. Prophetæ enim multa sæpe loquuntur non tanquā sua ipsorum, sed aliorū affectiones narrantes, & in medium afferentes. Si eius enim quæris sententiā, audies dicentem, Si reddidi retribuentibus mihi mala. & vel modū, qui à lege erat ei datus, superantem. Quando autē narrat perturbationes animi aliorum, describit iram & dolorem: quod etiam nunc fecit, Iudæorum cupiditatem in medium adducens, quorū ira vel ad infantiæ vsque ætatem procedebat. Nouum autem non ita se habet, sed inimicos nostros & pascere, & eis cibum dare iubemur, & orare pro eis qui nos maledictis impetunt. Hoc autem facimus propter legem quæ est nobis constituta. Quænam autem ea est? Nisi abundauerit, inquit, iusticia vestra plus quàm scribarum & phariſęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Magnum ergo studium adhibeamus: & totam eam abundē obseruemus, vt qui deinceps in terra tanquam in cœlo habitemus, & cum angelis choros ducamus. Ita enim futura quoq; bona consequemur: quæ detur nobis omnibus assequi gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

4.Reg.25. Isa.13.21.

Esa.13.

Psal.7.

Matth.5. Roma.12.

Matth.5.

IN PSALMVM CXXXVII.

Confitebor tibi domine in toto corde meo. De hoc sæpe vobiscum disseruimus. Quocirca eo prætermisso, veniamus ad id quod est proximum. Quid hoc sibi vult, *In cōspectu angelorū psallam tibi?* Quod quidē alius dixit interpres, Liberè, deus canam te. Alius, Coram diis modulabor tibi. Si ergo dicat angelos qui sunt in cœlis, est id quod dicitur, eiusmodi, Conabor canere cum angelis, & cum eis contendere, & choreas ducere, cum supernis potestatibus. Etsi enim natura differam, animi tamen promptitudine, vt cum eis stare possim, decertabo. Sin autem accipiamus quod dictum est ex aliorum interpretatione, videtur mihi dicere de sacerdotibus, id quod de diis dicitur. Solet enim scriptura sacerdotem vocare & angelum & deum: nūc quidem dicens, Diis non maledices: & principi populi tui non maledices. Nunc autem, Labia sacerdotum custodient iudicium, & ex ore eius exquirent iusticiam, quoniam est angelus domini omnipotentis. Si liceat ergo hoc ita accipere, illud oportet intelligere: Cum sacerdotibus, ipsis præsentibus, cum eo quo par est ordine, consequar, & canam tibi: *Quoniam audisti verba oris mei.*

אֱלֹהִים

Sacerdos. Exod.22. Malach.2.

Vidisti magnam gratiarū actionem, vidisti summam attentionem, non quemadmodum nonnulli molles & dissoluti, qui antequam quidem accipiant, sunt vehementes: postquam autem acceperint, elanguescunt. Sed hic quidem & antequam acceperit, vrget, & postquam acceperit, perstat agens assiduè gratias. Hinc ostenditur eum puras & optimas preces fudisse, ex eo quòd à deo sit auditus. Hoc enim maximè vt audiamur efficit, quando preces ei gratæ fuerint. Vnde etiam est in nostra potestate vt audiamur. Quando enim ea petimus quæ à deo dari par est, quando prompto & alacri animo, quando nos præbemus dignos qui accipiamus, audit vocatus, & implet quod petitur. *Adorabo ad templum sanctum tuum.* Non est hoc quoque parua virtus, posse templum ascendere, & ascendentem cum pura adorare conscientia. Non enim flectere genua, nec ingredi, est id quod quæritur, sed cum acri mēte & intento animo, non corpore solum, sed mente etiam intus esse: quemadmodum nec parua est dignitas, vniuersorum deum vt decet adorare. Si enim in regibus hoc pro honore ducitur, multò magis in deo vniuersorum. *Et confitebor nomini tuo super misericordia tua & veritate tua.* Quid hoc est? Agam, inquit, tibi gratias, quòd magnam tuam mei curam senserim. Non enim ex propriis rectè factis consecuti sunt, vt patriam reciperent, & templum aspicerent, sed ex misericordia & clementia tua. Propter hæc te adorabo, propter hæc tibi confitebor, quòd cùm pœna & supplicio dignus essem, & vt in aliena regione perpetuò degerem, me citò reduxisti. *Quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.* Quod dicit, est eiusmodi, Non agam enim solūmodo gratias propter beneficia, sed etiam propter ipsam gloriam ineffabilem, & infinitam magnificentiam, & naturā inenarrabilem. Magnificasti enim, inquit, super omne nomen sanctum tuum. Hoc est, per beneficia, per elementa, per ea quæ sunt in cœlis, per ea quæ sunt in terra, per pœnas, per ea quæ fiunt in hostes, per ea quæ fiunt in familiares. Nulla est enim pars creaturæ, & supernæ & infernæ, quæ non emittat vocem quauis tuba clariorem, prædicantem nominis tui magnificentiam. Siue ergo angelos dixeris, siue archangelos, siue dæmones, siue elementa insensilia, siue lapides, siue semina, siue solem, siue lunam, siue terram, siue maria, siue pisces, siue volucres, siue lacus, siue fontes, siue fluuios: per omnia nomen tuum magnum ostenditur. Alius autem, pro eo ꝙ est, Magnificasti super omne nomen sanctum tuum, dixit: Magnificasti enim super omnia nomina tua verbū tuum. Alius, Eloquium

Vt à deo exaudiamur in nostris est. Ioa.15. Psal.101. Prou.15. Luc.18.

propter misericordiā.

Roma.12. 1.Cor.15.

2.Para.16. Daniel.3. Apoc.19.

quium tuum. *In quacũque die inuocauero te, velociter exaudi me.* A

Alius, In quacunq; die inuocaui te, exaudisti me. Hoc etiam deus pollicitus est, dicens: In quacũque die inuocaueris me, exaudiam te, & dicam, Ecce loquente te adsum. Ipse itaq; hoc petit. Tales enim sunt animę quę dolore aliquo afficiuntur, volunt videre se quamprimum liberari à malis. *Multiplicabis in anima mea virtutem.* Alius, Cõstituisti in anima mea virtutes. Nam quòd est prius, Exaudi me: alius dixit, Exaudisti me. Quid est ergo quod dictũ est: Quæ sunt alta & sublimia, dicũtur Græcè meteora, à verbo μετεωρίζω, & eleuationes maris & exaltationes dicuntur fluctus, ab eo q; est eleuari, & exaltari. Illud ergo πλυωρίσεις, idem est ac si dicas, exaltabis me, extolles me. Hoc ipsum autem verbum posuit alibi, dicens: Secundum altitudinẽ tuam multiplicasti filios hominum, vbi est Græcè ὑπερύψωσας, hoc est, eleuasti, extulisti. Ita etiam dixit illud πλυωρίσεις με, vt significaret, Implebis me multo gaudio, sublimemq; & erectum mihi reddes animum, & quod est omnium maximum, non sines hanc meam lætitiam & eleuationem esse languidam, & imbecillam, sed potentẽ & validam, firmam & immobilẽ. Hoc enim sibi vult illud, Extolles me in anima mea potentia tua. Hoc est autẽ quod dicit: Extolles me potẽtia, viribus eriges, & mihi opem feres. Quocirca alius quoq; interpres hoc ipsum ostendens, dixit, Cõstituisti animæ meæ virtutem. Rectè autẽ præterea dixit, Animæ meæ, quod est maximè dei propriũ, recreare animos in afflictionibus, quemadmodũ etiam euenit in apostolis. Flagris enim cæsi, reuertebãtur gaudentes, ita eorum erigebatur animus. Hoc est vel maximæ potentiæ dei munus, hoc in primis ostendit eius vires, quòd in mediis malis & periculis nõ sinit deiici animum. *Confiteantur tibi domine omnes reges terræ, quia audierunt omnia verba oris tui.* Vide quàm sit pij & grati animi. Nõ satis habet si solus agat gratias, sed etiam omnes qui dominatum obtinent, vocat ad societatẽ gratiarũ actionis, & ipsos etiam qui gestant diademata. Etsi enim magna sit, inquit, eorum potentia, omnes tibi tamen debẽt gratias agere pro iis etiam quæ aliis facta sunt. Quocirca hoc quoque significans, subiunxit, Audierunt omnia verba oris tui. Si ergo gratias agant, plurimũ hinc fructum capient, & magnum lucrum facient. Omnia enim tua dona sunt omnibus in medio proposita, vt qui volunt, possint esse eorum participes, & ea percipere. Nullam ergo tantam vtilitatem poterit ei regnum afferre, quantam tua verba audire. Hoc est ei securitas, hoc vires, hoc ornamentum, hoc decus, hoc est imperij lætitia & potentia. *Et cantent in viis domini, quòd magna est gloria domini.* Alius, Et cantẽt vias domini. Si ergo dicat in viis tuis, hoc est quod dicit, In legibus tuis, in iussis tuis. Si autem vias tuas, præclara, inquit, hæc tua facta dicant, laudent, celebrent ac prædicent. Hoc enim sibi vult illud, Cantent, quoniam magna est gloria domini. Hoc est, Omnibus aperta, omnibus manifesta, omnibus euidens, parata ad omnium beneficia, omnes habens sibi gratiæ nomine obnoxios. *Quoniam excelsus dominus, & humilia respicit.* Altus, inquit, natura, altus substantia. Sed hoc quidem paulò magis tropicè & figuratè nunc dictum est, vt se ad Iudaicum captum accommodaret. Quod autem sequitur, id corrigit, & vel humilem auditorem ad magnam intelligentiam erigit. Quid hoc autem est? *Et alta à longè cognoscit?* Hic enim de præscientia agitur, quod est potentiæ dei maximè propriũ, & ideo in prophetis sæpe loquens, hinc in eos incidit qui tenentur errore simulachrorum. Alius, Et quod elatũ est, à longè discernit. Quoniam enim dixit, Excelsus dominus, & humilia respicit, subiunxit, Et alta à longe cognoscit, significans eum alta non solũmodo cognoscere, sed etiam ex magno interuallo, hoc est, priusquã eueniant, priusquam perficiantur, priusquã in opus exeant.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. Non dixit, tribulationem expelles, sed in ipsis malis manentem viuificabis me. Hoc est, Etiamsi in maxima pericula incidero, poteris me conseruare: quod est admirabile, & maius omnium opinione, vt cum vndique hostes & mala circunstent, in tuto collocetur qui ab eis circuncidetur. *Et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam.*

Alius, Aduersus spiritus inimicorum meorum extendes. Vidisti maximam esse potentiam in vtrisque partibus. Nam & me, inquit, qui in maximis versor malis, cõseruare poteris, & illos furore rabieq; percitos, & ignem spirantes, deiicere & comprimere. *Et saluum me fecit dextera tua,* hoc est, *nabi, Cha.* potentia tua, virtus tua. Deo enim sunt expeditæ viæ omnes & rationes, & potest vel ex rebus desperatis ad salutem adducere. *Dominus retribuet pro me.* Alius, Efficiet, Alius, Perficiet. Hoc est, Vlciscetur inimicos. Non dixit autem, Vlciscetur, sed, Retribuet, ostendens quòd etiam si sim reus debendi, ipse exoluet & satisfaciet, est enim benignus & clemens. Potest autem hoc etiam dici de iis quæ à Christo pro nobis facta sunt. Ipse enim pro nobis retribuit. *Domine misericordia tua in seculum. Opera manuum tuarum ne despicias.* Duas affert rationes cur debeat assequi eius clementiam. Vnam quidem quòd ipse sit bonus & misericors, & assiduè misericors, vt nunquam interrũpatur nec desinat nec cedat eius clementia. Alteram autem, quòd ipse sit effector & opifex. Sed quemadmodũ ex eis conseruari volumus: ita etiam misericordia dignum quid ostendamus, Miserebor enim, inquit, cuius miserebor. Nõ enim indiscriminatim eum subit misericordia, sed ipse etiam aliquam diiudicationem & distinctionem adhibet. Si id enim faceret indiscriminatim, nemo vnquam puniretur. Quocirca non solum faciamus ea quæ oportet, vt misericordiam consequamur, sed etiã propterea q; à deo facti sumus. Eum autem qui à deo creatus est, & tantum habuit effectorẽ & Regẽ, oportet se ita gerere vt illius cura & prouidẽtia se nõ esse indignũ ostendat. Si hęc faciamus, bona futura cõsequemur, gratia & clemẽtia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorũ, Amen.

IN PSALMVM CXXXVIII.

in finem victoriæ effectori.

Domine probasti me, & cognouisti me. Quid dicis? Nouit deus postquam probauit: antequã probauit autem nõ nouit? Absit. Quo modo enim, qui omnia nouit antequam fierent? Sed illud probasti me, significat, Me perfectè nouisti. Quemadmodum enim Apostolus quando dicit eum corda scrutari, non ignorationem sed perfectam cognitionem significans hoc dicit: ita etiam hic cum dicit, Probasti, euidentissimam significat cognitionem, hoc est, Tu me perfectè nosti.

Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Per sessionem & resurrectionem, omnem vitam significat: in his enim tota vita nostra consistit, actiones, operationes, ingressus & exitus. Deinde quoniam dixit in principio, Probasti me: ne quis paulò inconsideratior putaret eum nosse ex probatione, vel ex rerum experientia, propterea quòd dixit, Tu cognouisti sessionem & resurrectionem meam: vide quo modo id corrigit per id quod

Universidad de Deusto Biblioteca

Esaiæ 58.

πλυωρήσεις με ἐν τῇ ψυχῇ μου δυνάμει σου. Psal. 11.

Actor. 5.

Afflictis deus adest.

Matth. 7. Mar. 11. Luc. 11.

Deute. 32. Ioa. 11. 12.

Misericordia dei non datur indiscriminatim.

Probatio dei.

Sessio & resurrectio quid.

quod subiungit, dicens. *Tu intellexisti cogitationes meas à longe.* Per hoc enim significat eum non nosse per probationem, neque opus habere vt probet, sed sua præsciendi facultate scire omnia. Qui enim nouit cogitationes quæ in mente sunt positæ, nō opus habet vt probet per opera. Quanquam alioqui non solùm eas nouit dum in mēte versantur, sed etiam priusquā versari incipiant: nec solùm antequā versari incipiant, sed etiam longo antè tempore. Et ideo hæc volēs significare, subiunxit illud, Intellexisti cogitationes meas de longè. Si autem nouit, inducit eam quę per opera fit probationē, non vt ipse hoc discat, sed vt qui ea sustinent, eos probatos efficiat. Cognouerat enim Iob ante experiētiam, & ideo id testabatur dicens: Homo iustus, verus, pius. Sed induxit experientiā, vt & illum redderet fortiorē, & diaboli redargueret improbitatem, & alios eius exēplo meliores redderet. Et quid miraris si hoc fecerit in Iob, cum ipsum faciat etiam in peccatoribus? Apertè enim sciebat Niniuitas non esse dignos qui perirent, sed per pœnitentiam eos meliores futuros, inducit tamen etiam per res experientiam, & vbiq; multa prębet argumenta euidentissima suæ curæ & prouidentiæ, non cōtentus sua cognitione. Quamobrē dicebat quoq; vnigenitus: Si nō facio opera patris mei, ne mihi credite. Si autem facio, etsi mihi non credatis, operibus credite. Quia enim permulti qui sunt crassioris ingenij, & nullo ferè sensu prædíti, multa dicūt huiusmodi, nempe q; hunc elegit, & hunc dilexit, & illū odio habuit, & propterea hic quidem malus, ille verò bonus euasit: ex rebus ipsis persuadet, vniuscuiusq; horum sententiā corrigēs, & in mediū adducens probationē per opera, & pronūciat quidem etiam antequā res eueniant, hunc virtute præditum, vt eius præsciendi facultatē intelligant: adiungit autem etiam probationem quæ fit per opera, ne quis dicat paulo incōsideratior eum talem esse propter præscientiam. Porrò autem vide quo modo Paulus hoc significat, dicens: Cum enim nondum nati fuissent, nec aliquid boni aut mali fecissent, vt dei secundū electionem, propositum maneret, non ex operibus, sed ex vocante, dictum est ei, quòd maior seruiet minori. Neque enim factorum exitus est expectādus, sed etiam ante ea nouit ipse eum qui malus, & qui non talis est futurus.

Semitam meam & funiculū meum inuestigasti, & omnes vias meas prævidisti. Quemadmodum sessionem & resurrectionē facta dicit ex consuetudine: etenim nos quoque sæpe dicimus: Hic nouit quo modo sedet, & quo modo surgit, testantes eius perfectam noticiam: ita hic etiam semitam & funiculū dicit vniuersam eius vitam. Et ideo subiungit: Et omnes vias meas prævidisti. Porrò autem illud, Inuestigasti, non est eius qui quærit, nec eius qui scrutatur, sed eius qui nouit perfectè. Hoc autem ostendens, subiunxit, Prævidisti: hoc est, Antequam fierent, nosti omnia facta bona, & mala. *Quòd non est sermo in lingua mea.* Alius, Contradictio. Hoc est maximum virtutis indicium, hoc est summa bonorum, hoc est quod Christus maximè requirit, dicens: Nisi conuertamini & efficiamini sicut puelli, non ingrediemini in regnum cœlorum, simplicitatē, & innocentiam, & ab omni dolo & simulatione remotionē significans. Quocirca priuatos atque adeò idiotas elegit, & dixit: Confitebor tibi pater quòd occultasti hæc à sapientibus & intelligentibus, & reuelasti ea paruulis. Vide autem. Non dixit, Quòd suscepi, & eieci dolum, sed, quòd non fuit vnquam, neque linguam meam suscepit hic morbus, nec ei vicio vllus vnquam fuit ad me aditus. *Ecce domine tu cognouisti omnia, nouissima & antiqua.* Non cogitationes solum, inquit, nosti, nec actiones, nec vias meas, sed omnia quæ fuerunt & futura sunt. *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.* A præsciendi facultate transiit ad creandi potestatē, & rursus à creandi potestate ad præsciendi facultatem. Non solùm enim nos fecit, cùm nō essemus, sed etiam in iam factos obtinet imperium. Hęc vtraq; de Christo Paulus testatur, dicens: Multifariam multisq; modis deus olim locutus cum patribus in prophetis, in extremis diebus locutus est nobiscum in filio, quem posuit hæredem omnium. Deinde subiungens dicit etiam opificium: Per quem fecit etiam secula. Et cùm de eius substantia disseruisset, & dixisset, Qui cum sit splendor gloriæ & character substantiæ eius, ostendit etiam eius præsciendi facultatem, dicens, Et ferens omnia verbo potestatis suæ. Et ad Colossenses scribens hæc eadem rursus dixit, Quoniā in eo creata sunt omnia quæ sunt in cœlis & quæ in terra, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia. Hæc sunt creandi potestatis. Deinde facultatē pręsciendi significans, subiungit, Et omnia in ipso consistunt. Vtraque hæc rursus Ioannes quoque ostendens, dicebat: Omnia per ipsum facta, & sine ipso factum est nihil. Hoc dixit significans creationē. Deinde prouidentiam. Vita erat, & vita erat lux hominum. Hoc etiam propheta hic significans, dicit, Tu formasti me. Hoc est opificij. Dixit etiam id quod est prouidentiæ. Posuisti super me manum tuam. Quid est, Posuisti? Regis, contines, componis, & portas. Quod ipsum quoque Paulus significans, dixit: In ipso & viuimus, & mouemur, & sumus. Non solùm enim in eo quòd geniti sumus, sed etiam in eo quòd sumus & manemus, potentia eius opus habemus. *Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.* Alius, Superat me. Pro eo autem quod est, Confortata est, alius, Super elata est. Quod autem dicit, est eiusmodi. Et tua fruor prouidentia, & quanuis sciam te omnia præscire, & me ex iis quæ non erant fecisse: perfectam tamen & manifestam non possum habere tui cognitionem, sed admirabilis facta est, hoc est, superauit, exaltata est super me, validior facta est quam vt mea possit ratione comprehendi: adeò est admirabilis, adeò magna. Quid igitur si est quidem admirabilis & magna, potest autem cōprehendi? Nequaquam. Propterea enim subiunxit, Non potero ad eam ne hoc dicas. Quando autem dicit, cognitionē non habeo, non hoc dicit, Ignoro deum, sed perfectā & vndique absolutam & manifestam eius nō habeo noticiam, quod quidem dicit etiam Paulus: Nam eum quidē esse scimus: quid sit autē substantia, nescimus. Credere enim oportet accedentem ad deum quod est. Non dixit, quid sit substantia, hoc enim nulli est cognitum. Quòd sit benignus & clemens, nouimus, quòd sit humanus, quòd bonus: quantitatem verò ignoramus. Sed hic his omnibus prætermissis, proponit aliud quod videtur esse facilius, & hoc quoq; se dicit ignorare. Non solùm, inquit, non dico quidnam sit substantia, neque quantùm sit bonus (hæc enim non posse cōprehendi est in confesso) sed etiam quo modo sit vbique, nō possum dicere: sed hoc quoque superat nostram comprehensionem. Quocirca cum dixisset, Mirabilis facta est scientia tua ex me, subiunxit, *Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es. Si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.* Alius, Mansero. *Etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera*

Iob 2.

Ion. 3.

Ioan. 10.

Præscientia dei hominē bonum aut malum non facit.

Roma. 9.

A similitudine probatio.

Pro δόλος Hebr. מִרְמָה sermo, verbum cōtinuum Chaldæus.

Matth. 18. & Matth. 11.

Ioan. 1.

Act. 17.

1. Cor. 13.

2. Cor. 5.

Heb. 11.

1. Cor. 2.

1. Tim. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tera tua. Spiritum & faciem dicit deum ipsum. Hoc est, Quò à te proficiscar? Omnia imples, omnibus ades, non per partes, sed omnibus simul totus. Et postquam dixit quæ sunt supernè, & quæ infernè, longitudinem, latitudinem, profunditatem: eum vbiq; adesse significat. Non dixit autem: Quocunque abiero, sequeris me, & me retinebis: sed, Quocunque abiero, tu illic es, hoc est, Illic te inuenio me præuenientem, & ideo dicit, Mirabilis facta est scientia tua ex me. Si eam non perfectè nosti, dicit quispiam: quo modo nosti eam esse admirabilem? Propter hoc ipsum noui eam esse admirabilem, quod

Confirmat simili. meam superat rationem. Nã radium quòq; solarem nó possumus apertè cognoscere: & tamen propter hoc ipsum cum maximè admiramur. Ita etiam de dei cognitione: neq; eam omnino ignoramus, eum enim esse scimus, & q̃ est benignus, clemens, bonus, & misericors, & quòd est vbique: quid sit autem substantia, vel quanta sint quæ dicta sunt, vel quo modo sit vbique, hoc ignoramus. Postquam itaque dixit quibusnam ex rebus admirabilis facta est scientia tua ex me, & prædicauit eius præsciendi, creandi, & prouidendi facultatem, substantiámque, quæ nec cõprehẽdi nec explicari potest: aliam rursus refert potestatem, quæ ipsa quoque magna dubitatione plena est, si ratione quæratur. Nam ipsa quoque

Gen.19.20. 1.Re.19.22. comprehendi non potest. Quænam ergo ea est? Etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Hoc est, Potes efficere vt homines qui in magna & gra uia mala inciderint, grauib⁹ illis malis minimè illaqueẽtur & implicentur. Hoc itaque interpretans, subiunxit,

Esaiæ 38. Actor.12. *Et dixi forsitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis. Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Postquam dixit superiùs ea quæ enumeraui, & vnà cum illis quòd non solùm adest vbique, sed etiam quòd deducit, defendit, & munit: subiungit deinceps, in eo quoq; ostendens quid admirabile, non solùm quod munit & protegit, sed etiam quòd supra rerum naturam. Cùm enim dixisset, Deducet me manus tua, & tenebit dextera tua, subiunxit: Et dixi, forsitan tenebræ conculcabunt me. Alius, Si dixero forsitan tegent me. Alius, Operient

Tenebræ, afflictio. me. Tenebræ hic significant afflictionem. Quod autem dicit, est eiusmodi, Circunsessus sum à malis, & dixi mihi ipsi, Superabunt me mala. Hoc enim sibi vult illud, Tenebræ me conculcabunt. Alius dicit, Et nox illuminatio in deliciis meis. Alius, Nox lucida circa me.

Circa me אור *lux.* Quid hoc est? Ego hæc quidem dixi, inquit, ex rerum natura reputans: sæpe autem mala mutata sunt in bona, immò verò, quòd est maius, mala non mutata sunt in bona, sed malis manentibus magnam sensi benignitatem. Non dixit enim, Nox deleta est, sed, Nox fuit lu-

Nox, calamitates. cida. Hoc est, Nox manens nox, mala scilicet & calamitates (sæpe enim noctis nomine significat) non potuerunt me conculcare, sed fuit lux in nocte, hoc est, mei extitit defensio. Contraria enim in contrariis & fiunt & apparent quando vult deus. An non vidisti & fornacem ar-

Daniel.3. Exod.9. dentem, & rorem sibilantem, & neque illum extingui, nec hunc exiccari, & grandinẽ simul & flammam? Vndenam ergo, dic mihi, hoc factum est? Quo modo autem factum est, volo scire. Immò verò nec volo quidẽ scire modum, neque enim potest fieri, sed factũ credo: eum autẽ qui fecit, adoro. Plurima enim eius facta sunt

Exod.10. occulta & arcana. Nõ vidisti quòd cum dies esset, perinde ac in tenebris palpabant Aegyptij: & cùm omnia occuparent tenebræ, videbant Israëlitæ: & cum essent

Exod.13. rursus in principio tenebrarum, lux eis illuxit in medio. Naturæ enim rerum semper est dominus qui fecit naturam, non vt producat quæ non sunt, sed vt mutet: nõ vt mutet solùm sed vt manẽtia in natura aliter apparere efficiat. Quia tenebræ non obscurabuntur à te. Alius, Apud te. Et nox sicut dies illuminabitur. Alius, Sed & nox vt dies apparebit. Sicut tenebræ eius, ita & lux eius. Alius, Similes sunt tenebræ, & lux eius. Rectè dixit, Apud te, significans, si volueris tenebræ non erunt tenebræ, sed lucem ostendent. Et ideo subiunxit, Nox sicut dies illuminabitur, reddens quod præcedit apertius: & ostendit quòd quæ sunt diei, nox ostendet non secus ac ea quæ sunt eius propria. Quando enim deus volue-

Elementorum operatio in contrarium à deo cũ vult traducitur. rit, operatio elementorum traducitur in cõtraria, adeò inquam perfectè contraria, quàm sunt propria quæ ab initio attributa fuerãt. Si tu enim volueris, ita erit nox, & ita habebit lucem sibi attributam, quemadmodũ tenebras. Quocirca hoc quoque significans, subiunxit, Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Hæc de elementis quidem propriè dicta sunt, metaphoricè autem etiam de rebus. Ex quibus ostenditur posse deum tantam afferre requiem ac recreationẽ iis qui in afflictiones incidunt, quantam habent ij qui vtuntur rebus secundis, vtpote qui curam gerat afflictionis. Hoc est enim incredibile, & maius opinione, quod etiam in Ioseph accidit. Neque enim tam fœlix fuisset eius successus, nec

Gen.38.43. tantum esset honorem consecutus in paterna domo habitans, quantũ venundatus, & in domo barbarica educatus. Per ipsos enim insidiatores ei contexebatur dia-

Ioseph exaltatio. dema, & comparabatur purpura: & ab infamiæ occasione, honoris & regni ei causa processit. Vidisti quo modo interpretati sumus illud, Nox sicut dies illuminabitur: ad hoc autem, Sicut tenebræ eius, ita lumen eius idipsum dicere necesse est. Sicut illæ, ita etiam hic erit, nõ visione, sed domino tuo mutante rerum naturas. *Quia tu possedisti renes meos domine: suscepisti me de vtero matris meæ.* Et quænam est hæc consequentia cum eis quæ dicta sunt? Magna quidẽ certè, & quæ valde cohæret. Quoniam enim dixit de tanta eius potentia, ostendit deinceps eum vti hac potestate ad vtilitatẽ & beneficium hominum. Ne quis enim insipiens diceret, Et quid hæc ad me, si est magnus, & potens, & præsciendi facultate præditus? Ostende siquid ex eo lucri faciamus: subiunxit, Tu pos-

συνεκδοχικῶς. Possessor, rei possessæ curã gerit. sedisti renes meos, à parte dicens totum hominẽ. Non est autem hoc parum quid ad partem laudis prouidentiæ, esse dei possessionem. Qui enim possidet, curam gerit & prouidet. Quocirca hoc quoque significans, adiicit deinceps quod sequitur, dicens: Suscepisti me de vtero matris meæ. Hoc est, Perpetuò me muniisti: mihi prouidisti: mei curam gessisti, ac tutum reddidisti ab ineunte ætate, ab ipsis fasciis: & quæ dixi, docuisti rebus ipsis. *Confitebor tibi quòd terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis.* Quid hoc est? Finxisti me, inquit, sed nescio quo modo finxeris. Prouides, sed non possum simul omnem comprehendere ratione prouidentiam. Vbique es, sed ne hoc quidem scio quo pacto. Nosti futura, & præterita, & arcana mentis hominum: sed nec hoc possum ratione cõprehendere. Mutas enim rerum naturas, & facis vt manen-

1.Reg.16. 2.Para.6. Hiere.17. tes ostendant contraria: & ita rursus contraria educis, perinde ac si essent propria, & eius naturæ attributa. Cũ itaq; hæc omnia collegisset, & diuino esset spiritu afflatus, magna voce clamauit, dicens: Confitebor tibi quòd terribiliter magnificat⁹ es, hoc est, admirabilis apparuisti, & es admirabilis. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. Et quid de te, inquit, dico, cũ quæ à te fiant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiant, magnum habeant miraculum? Deinde mittens omnia perſequi, ei propria ſui noticia ſufficit, dicens: Et anima mea cognoſcet nimis. Non cognoſcit ſolùmodo, ſed valde & intenſè cognoſcit. Si autē cognoſcit, quo modo dixit antea, Mirabilis facta eſt ſcientia tua à me, confortata eſt, non potero ad eam? Maximè: nam illud quidem certè de eo dictum eſt, hoc verò de operibus. Quòd ſi hoc quoq; de ipſo dictum eſt, illud dixerimus. Nouit eum eſſe admirabilem, magnum, excelſum. Quid ſit autem ſubſtantia (eadem enim rurſus dicam) & quònam modo ſit eius maieſtas & magnificentia, & quiſnam ſit modus eorum quæ dicta ſunt, ignorat: ſed ea ipſa ignoratio eſt argumentum cognitionis, etiamſi ſit mirabile quod dictum eſt. Nam mare quoque quantum ſit, ignoramus: & tamen propter hoc ipſum mare maximè nouimus, quòd eius modum neſciamus. Si quis autē dicat ſe noſſe eius quantitatē, is eſt qui id ignorat maximè. Profeſsio itaque cognitionis arguit inſcientiam: & eſt ignoratio, quæ fert teſtimonium de noſtra ſcientia. *Non eſt occultatum os meum quod feciſti in occulto: & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.* Loquitur rurſus de eius cognitione, & oſtendit eum hæc ſcire omnia. Vel ergo dicit eum omnia noſſe arcana, vel aliquid aliud ſignificat, nempe formationem & creationē, nempe ne cum fingerer quidē me ignoraſti, ſed omnia ſciebas cum hæc paulatim natura contexeret, & in arcano operaretur, & tanquam in infimis terræ partibus. Sunt tamen tibi inquit, omnia nuda & aperta. Alius autem interpres ſic dixit: Non velata ſunt oſſa mea, quibus factus ſum in occulto. Alius, Non latuit fortitudo mea qua factus ſum in occulto: variegatus ſum vt in infimis terræ. Alius, Non latuit te potentia mea ſeu oſſa mea, quod factus ſum in occulto, effictus ſum in infimis terræ. Omnes ergo dicunt eadem, nempe, Dum fingerer, me perfectè ſigillatum nouiſti, & vnumquodque membrum & eius incremētum ſciuiſti. Quod dicit Chriſtus: Veſtri autem capilli capitis numerati ſunt. Simul autem & prouidentiam & ſcientiam oſtendit quod dicitur, *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* Vel idem rurſus dicit, nempe me ſcilicet informē noſti. Alius enim ſic dixit, Informatū me viderunt oculi tui. Vel de ipſis actionibus, nēpe: Quod nōdum factum erat, viderunt oculi tui. *Et in libro tuo omnes ſcribentur. Dies formabuntur, & nemo in eis.* Eſt obſcurum quod dictum eſt, ſed oportet id venari ex conſequentia & ex alio interprete. Quod enim dicit, tale eſt, ei quod præceſſit conueniens. Quid autem præceſſit? Informem me viderunt oculi tui: hoc eſt, cum nondum vllam figuram ſuſcepiſſem, cum adhuc fingerer, cum adhuc contexerer, me æquè apertè viderunt ac eū qui eſt figura prēditus & abſolutus, & nullo die indiget ad ſuam perfectionem. Et vt ſcias hoc ita eſſe, audi interpretationem alterius. Informem me prēuiderunt oculi tui, cum omnibus quæ in libro tuo ſcripta ſunt, quæ ſunt effingenda nullo die deficiente. Cum illis, inquit, me vidiſti qui finguntur in diebus eorum quibus nullus dies defuit. Hęc autem dicit non tanquam ſit liber ſuperiùs, nec tanquam vlla ſcripta ſint, ſed perfectam cognitionem per librum ſignificans, quemadmodum quando dicit, Audiuit dominus, & ſcripſit in libro. Et rurſus, Libri aperti ſunt. *Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui deus.* Alius, Precioſi fuerunt familiares tui. Non eſt hoc parua virtus, Dei amicos honore afficere. Curam, inquit, mei geſsiſti, me cū non eſſem produxiſti, me regis & contines: ego autem hāc reddo re-

Ignorātia cognitionis argumentū.

Aquictus Hebræ.

Luc. 12.

Ἡμερωσε τὰς διαστάσεις. Die implentur.

Heb. informē, Chald. imperfectum.

Liber vitæ ſcrip. quid. Apoc. 20. Danie. 7.

A muneratione amicos tuos honorans. *Nimis confortatus eſt principatus eorum.* Hoc eſt, Ipſi validi & potentes facti ſunt. Alius dicit, Multiplicia ſunt capita eorum. quod quidem eſt clarius, ſubiungit enim, *Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur.* Ego quidem ipſos honoro: tu autem multos facis, atque adeò plures arena. Non ſolum autem multos, ſed etiam fortes ac validos. Hoc enim ſibi vult illud, Validi facti ſunt. Duplicē autem dicit proſperitatem, multitudinis ſcilicet, & roboris. *Exurrexi, & adhuc ſum tecum. Excitabor & ero ſemper tecum.* Non eſt hoc paruum ſignum virtutis, in rebus ſecundis virtutem perpetuò cōſeruare. Multi, inquit, cū res eis ſecūdæ euenīſſent, tui obliti ſunt. At nō ego, inquit, ſed etiam cum exurrexi, hoc eſt, cùm ſum liberatus à malis, ſemper ero tecum. *Si occideris deus peccatores.* Non hoc dicit, Si occideris, tunc ero tecum: ſed
B illud quidem etiam abſque hoc promiſit. Petit autem hoc fieri, non vt deleat hominum ſubſtantiam, ſed vt eos mutet à peccato in iuſticiam. Non dixit enim, Si homines occidas, ſed peccatores. Alius autem pro eo quod eſt, Peccatores, dixit, Tranſgreſſorem, dicens de hoſtibus ſimulachra adorantibus. *Viri ſanguinum declinate à me.* Viros ſanguinum dicit ſicarios, homicidas, & qui cæde lætantur. Non eſt autem hic paruus gradus ad incrementum virtutis, fugere & reſilire ab eiuſmodi hominum congreſsionibus. Deinde ſubiungitur etiam cauſa: *Qui dicitis in cogitatione.* Alius, Qui aduerſus te dixerunt cogitationem. Alius, Quoniam exacerbauerunt te in malo conſilio. Vide eū non quærere quod ſuum eſt, ſed propter deo factam iniuriam reſilire, & fugere illorum conſuetudinem. Hoc enim Iudæis fuit cauſa interitus, quòd verſarentur cum
C improbis. Quocirca legem quoque acceperunt, & lege ſeparabantur ab eis, & iubebantur eorum vitare coniugia, & cùm tunc exiiſſent ab Aegypto, quadraginta annis per ſe fuerunt in ſolitudine. Quocirca lex appellabatur ſepes, quod eos vndique circundaret, & eorum conſuetudinem cum malis coërceret: erant enim eorū mores captu ac circunſcriptu faciles, & mutabiles.

Accipiant invanitate ciuitates ſuas. Alius, Vanè elati ſunt aduerſarij tui. Alius, Inimici tui. Propterea fugit & reſilit, quod aduerſus dei gloriam elati ſunt, quòd ſe iniquè geſſerunt, quòd verba blaſphema locuti ſunt.

Nónne qui oderunt te domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos: Inimici facti ſunt mihi. Ita etiam deus pollicitus eſt ſe hoſtibus hoſtem futurum, & aduerſariis futurum aduerſariū. Hæc enim ſunt maximæ ſigna amicitiæ. Ipſe itaque deo per vtrunque vicem reddit. Superius enim dixit: Mihi autē valde honorati ſunt amici tui deus. Hic autem, Eos qui te oderūt, odi: & illic ſupra modum, & hic quoque ſupra modum. Nō ſolum enim dicit, Oderam, ſed etiam, Tabeſcebam. *Proba me deus, & ſcito cor meum. Interroga & cognoſce ſemitas meas, & vide ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in via æterna.* Atqui dixit in principio: Probaſti me, & cognouiſti me. Tu cognouiſti ſeſsionem & reſurrectionem meam. Intellexiſti cogitationes meas de longè. Semitā meam & funiculum meum inueſtigaſti. Et omnes vias meas prævidiſti. Tu cognouiſti omnia nouiſsima & antiqua: Quo modo ergo hic dicit, tanquam nondum probatus, Proba me? Vides quo modo vtitur humanis dictionibus, non vt in ea humilitate maneamus, ſed vt quum deo dignam cogitationem per omnia collegerimus, ad altas conſcendamus intelligentias. Petit enim vt probetur & examinetur, nō vt eius cor cogno-

ἐνδραστωθησαν ἐφ' ἡμᾶς, validi facti ſūt principatus eorum.

Viri ſanguinum fugiendi.

ὅτι εἰρήκασί σε εἰς διαλογισμούς.

Improbi vitandi. Deute. 7. Exod. 16. Lex ſepes. Iudæorum mutabilitas.

Deute. 7. 12.

Iudic. 4.

Quæſtio.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cognitio nostra à veritate exitus pendet. Eccle.2.

scat qui omnia nouit, etiam antequam gignantur: sed vt nos cognoscamus, qui ex rerum exitu discimus. Hoc enim sibi vult hic illud, Proba me, & vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna. Quænam est autem via æterna, nisi spiritualis, & quæ ducit in cœlum, & cuius non est finis? Alia enim sunt caduca & momentanea, & vita præsenti concluduntur. Quocirca omnibus prætermissis illam quærit quæ est immortalis, quæ est interminata, quæ ad finem non peruenit. Quo modo autem deducetur quis ad illam? Si dei auxilio fruatur, & ea quę sua sunt cõferat, virtutẽ persequens, philosophiæ deditus, & rebus quæ ad hãc vitam pertinent, excelsior effectus. Quę enim illius viç sunt, non sunt fluxa & momentanea. Virtus enim habet fructus qui perpetuò florent, & nunquã flaccescũt, & bona immortalia à fine & ab interitu omnino aliena. Quæ detur nobis omnibus consequi gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potẽtia nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

Virtutis fructus æterni

IN PSALMVM CXXXIX.

Eripe me domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.

EVbi nunc sunt qui dicunt, Quare sunt ferę? quare scorpij? quare viperę? Ecce enim inuentum est animal, quod maiorem ostendit improbitatem, non ex natura, sed sponte, & ex libera animi voluntate. Quocirca propheta quoque illis omnibus prætermissis, rogat vt ab eo liberetur. Quid ergo, dic mihi quæso, quoniam is talis est, nõ oportuit gigni homines? Sed extremæ est amentiæ hoc dicere, nihil enim est quòd lędat hominem, nisi solum peccatum: eo autẽ sublato, omnia sunt facilia, explicata, ac tranquilla: quemadmodum si id adsit, sunt omnia scopuli, tempestates & naufragia. Nemo autem nos condemnet, si dicamus vicioſum hominem esse fera improbiorem, ea enim etsi naturalem non habet mansuetudinẽ, potest tamẽ facilè decipi: & id quod est, esse cernitur. Homo autem qui scelus meditatur, & multis se personis induit, lõgè difficilius obseruat & cauetur quàm fera, vt qui ouis pellem sæpe præ se ferat, lupum autẽ intus occultet: & ideo multi, dum non cauent, in eiusmodi hominum laqueos incidunt. Quoniam ergo non facilè obseruari ac deprehendi possunt eiusmodi bestiæ, propheta ad preces conuertitur, & dei implorat auxilium, vt à talibus liberetur insidiis. Eiusmodi enim homines sæpe subit diabolus, & ita ferit. Multa ergo sunt quæ tendunt vndique insidias. Nam & homo sceleratus hoc facit, & sæuus Dæmon bellum gerit, & intoleranda tentatio molestiam exhibet. Quocirca iubemur orantes dicere, Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Variæ sunt pugnæ, & acies multiplices, & oportet esse paratos ad omnia. Quemadmodũ enim qui ad mare est accessurus, & aquarũ violentarũ impetum, & vim immanium ventorum, & nubiũ concursum, rupesq; & scopulos marinos, beluarum irruptionem, & piratarum incursionem, & famem & sitim, & stationem non satis tutam nauibus, nautarum contentionem, viatici inopiam, & quæcunque sunt eiusmodi, debet considerare ac prospicere, & aduersus ea omnia aciem instruere: ita etiam qui venit in euripum vitę presentis, & aduersus coporis affectiones, & aduersus morbos animi, & aduersus hominũ insidias, & aduersus inimicorum insurrectiones, & aduersus fictorum amicorum fraudes, & aduersus paupertatẽ, & aduersus tormenta, & aduersus contumelias, & dæmonũ phalanges, par est vt se præpararet, siquidem sit in vrbẽ regiam peruenturus, & mercibus onustus in portũ appulsurus. Atque hic quidem vocat malum hominem: quando autem loquitur de diabolo, absolutè dicit malum. Quãnã de causa? Quoniã ipse est pater improbitatis: & ideo dicitur malus per excellentiã, & pro proprio suffecit nomẽ adiectiuum propter insigne vicium, quod quidem non est ingeneratũ natura, sed ei accessit. Quòd si etiam scire velis vnde sit deductum nomẽ improbitatis, magnum quoq; hinc fructũ percipies. Improbitas enim græcè dicta est πονηρία, ab eo quòd πόνον, hoc est, laborẽ & ærumnã possessori afferat. Quocirca quidam sapiẽs hoc significans, dicit: Si sis malus, solus exantlabis mala. Sin bonus, tibiipsi atq; tuis proximis. Et quo modo, dicet quispiã, malus solus mala exantlat? Atqui multos probris & contumliis afficit. Sed neminem lædit qui non sit mollis, ignauus, & iners. Et si velis, malo homine dimisso, ipsum malum dæmonẽ in medium adducamus. Dic mihi autem, an non omnem suam effudit improbitatem? Nunquid autem læsit Iob? An non illum quidem reddidit clariorẽ, vt autem esset grauior suus lapsus effecit? Quid verò Cain, an non solus mala exantlauit? Non, inquit, sed etiam Abel. Quo modo, & quãnã ratione, qui celeriter trãsmissus est in portum nullis fluctibus agitatũ? Sed hoc est maximum genus beneficij, quòd cum re à se rectè gesta obiit, quòd in cõmuni naturæ debito suum gessit negocium. Nam quod erat aliis commune, & accidebat ex necessitate, hoc ei cum ampla mercede accidit. Hoc non erat malum sustinere, sed clariorem capiti coronam imponere. Quid verò Ioseph læserunt fratres? non ipsi soli mala exantlarunt? At fuit, inquit, seruus. Quid tum? Ego verò dico eum fuisse dominũ. Sed non est hoc quod quæritur, an fuerit seruus, & in vinculis: sed an ex eo damnum vllum acceperit. Contrarium enim inuenimus, nempe quod plurima lucrifecerit, vt qui sit apud deum plurimam fiduciam consecutus, & per ea quæ esse videbantur contraria, præsentem acceperit prosperitatem. Ne timeamus improbos, sed eorum misereamur. Tunc enim iure quidem erãt timẽdi, cum nondum secta esset alia via quæ ducit ad philosophiam: nunc autem nõ amplius, cum deinceps cœli nobis pateant, & homines angeli effecti sint. Nam & bestia quæ cum magno impetu irruit in hastæ aciẽ, videtur quidem eum vlcisci qui tenet hastam, verùm sibiipsi grauius vulnus infligit: & qui aduersus stimulum calces impingit, itidem pedes sibi cruentat. Talis est virtus, stimulus, & gladius acutus: omnes autem improbi, sunt deteriores, & rationis magis expertes quàm bestiæ. Quando ergo bonos inuadunt, seipsos grauius confodiunt: illis quidem sæpe in pecunia, nonnunquã etiam in corpore damnũ afferentes: seipsos autem in anima, quod quidẽ est verè damnum, lędentes. Si igitur in propria nos virtute læderet damnum pecuniæ, non iussisset Paulus vt iniuria afficeremur, non autem faceremus iniuriam. Si malũ esset iniuria affici, non qui est bonorum legislator, mala iussisset. Verum enimuero quãuis res ita se habeant, non oportet malis insultare, nec in eos impetũ facere, sed eorũ vitare cõsuetudinẽ: sed si inuadant, forti & generoso animo eos excipere. Propterea enĩ iubemur orare ne intremus in tentationem. Quocirca ipse quoq; cũ dixisset, Eripe me domine ab homine malo, subiũxit, A viro iniquo eripe me, ponens rursus generale nomẽ vicij. Non solum enim eum qui in pecunia, sed eum etiam qui est in omnibus aliis

Homini nocium nihil præter peccatum. Iob.15. Esaiæ 57. Homo vitiosus fera improbior. Matth.7.

Ephes.6.

Matth.6. Luc. 11.

Homœosis elegans. Maris periculæ.

Diabolus absolute malus. Gene.3. Iob 3.

Improbitas seu nequitia. Malus sibi ipsi soli nocet. Iob 1. Iob 2.

Gene.2.

Matth.23. Gene.37. & 40.

Improbi nõ timẽdi, sed miserandi.

γνόμεν.

1.Corin.6. Matth.5. Luc.6.

Malis hominibus nõ insultandũ

bus aliis iniustus, hic dicit. Rogat autem vt liberetur, nec fiat vt ille est. Non petit autem absolutè, nisi cum sua prius cõtulerit. Et ideo in fine prioris psalmi, cum eos fugisset, & eorum consuetudinem, petit hic dei auxilium. Hic enim quæ sua erant, cõtulerat, dicens, Viri sanguinum declinate à me, qui dicitis in cogitatione. Hic autem rogat deum vt liberetur ab eorum improbitate. Non enim paruum aut leue quid est ad securitatem, libertatem, & omnem voluptatem, liberari à tali hominum cœtu, & quàm longissimè ab improborum consuetudine versari, immò verò magna est fœlicitas.

Improborũ consuetudo vitanda.

Qui cogitauerunt iniquitatem in corde. Quotidie constituebant prælia. Vidisti quo modo sint feræ, quæ neq; obseruari, neque vitari possunt, vt qui mala in animo machinentur, & celent in arcanis insidias. Cogitauerunt, inquit, in corde. Hoc est, non extra protulerunt, sed intus agitabant & versabant scelus parturiẽtes, &, quod est omnium grauissimum, nõ aliqua temeritate inducti, nec peruersi, sed omnem operam & studium in eam rem conferentes. Hoc enim sibi vult illud. Cogitauerunt, nempe omni studio, & maxima animi alacritate. Tota die constituebant prælia. Per hæc, omnem vitam significat. Bella autem significat, nõ ea quæ structa acie, nec quæ armis geruntur, sed quæ paratis insidiis, quæ & in foro & domi gerunt homines, nõ thorace induti, nec clypeo protecti, sed pro omnibus armis improbitate vtentes, & verba vel telis acerbiora mittentes. *Improbitatis* autem eorum est hoc maximum, quod non solum sunt dolosi, ficti, & simulatores, nec quòd ad bella & prælia parati, sed etiam quod per totam vitam, nec tetri huius belli vllæ sunt *induciæ*. Atqui si volebant belligerari, aliam iustam belli gerendi causam habebant. Aduersus enim peccata decertare, & contra diabolum aciem instruere oportebat, & pugnare contra morbos animæ, & enses in dæmones acuere. Hi autem illam aciem ne aspiciunt quidem, sed tela inter se mutuo iaculantur. *Acuerunt linguas suas sicut serpẽtes. Venenum aspidum sub labiis eorum.* Vidisti quàm sit vile & ignobile vicium: facit ex hominibus bestias, aspides, & serpẽtes, & linguam illam quæ differendi potestate prædita est, ad istam feritatem deducit. Id autem cuius eos superi[o]r insimulauit, id quoque eis nunc obiicit. Venenum aspidum sub labiis eorum, inquit, semper, hoc est, assiduè. Quemadmodum ergo superius dixit, tota die constituebant prælia: ita hic etiam, Acuerũt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum semper. Hoc enim vbique significat Diapsalma. Diapsalma autem Hebraicè dictum est סלה selah, quod est, semper. Atqui vicium vel exiguo tẽpore res est grauis & molesta. Quando autem id assiduè persequuntur, nec eos vlla eius capit satietas: quænam eis venia dari potest, & quænam erit eorum defensio? *Custodi me domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos. Absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis. Iuxta iter scandala posuerunt mihi.* Nihil est iniquius iis qui vicium persequuntur, qui ante alios suis ipsorum animis faciunt iniuriam. Cum enim ipsi sint authores offensionis, cum efficiant, vt dei gloriæ detrahatur ab insipientibus, cum nõ exoluant quæ debẽt, sed qui corpus & animam à benigno & clementi deo acceperint, sint agendæ gratiæ immemores, & qui tantum ornamentum & bonum acceperint, benefactori suo contraria rependant, quid his fuerit iniustius? quid verò ingratius? & quod est maius, & omne scelus superat, alios quoque probris & contume-

Diapsalma סלה

Aduersus enim peccata decertare, & contra diabolum aciem instruere oportebat, & pugnare contra morbos animæ, & enses in dæmones acuere. Colo. 3. Heb. 12. 2 Pet. 5.

τὰς ποσὶ μου, nec Hebr. nec Chald. habent.

liis conantur afficere. Cogitauerunt enim, inquit, supplantare gressus meos. Quòd si quod cogitabant, minimè fuit effectum, id quoque summæ dei clementiæ adscribendum est. Ipse enim scelerata eorum consilia cõfregit. Vide autem quam meditatũ erat scelus, & quanto studio paratæ insidiæ. Occultarunt enim, & extenderunt, idque iuxta iter, vt & propter longitudinem, & quod laterent, & quod propè tenderent, caperent, & in suam potestatem redigerent. Fuerunt enim sceleris artifices, dum laqueos vndique extenderent, hoc vnum sibi faciendum statuentes, vt eum perderent. Vis videre quo modo funes expendat diabolus? Vide rursus id quod Iob accidit. Quid enim illis latius? quid lõgius? quid vero propinquius? eum nõ solum in cognatis & amicis, nec in vxore tantum, sed in ipso eius corpore laqueum tetenderit. *Dixit domino, deus meus es tu. Exaudi domine vocem deprecationis meæ, domine, domine, virtus salutis meæ.* Alius, potentia salutis meæ. Postquam dixit bellum & insidias, & ostendit mala esse intolerabilia: confugit deinceps ad inexpugnabile auxilium è cœlo adiutorem implorans, qui hæc potest frangere & profligare. Hoc est argumentum generosi animi, hoc est signum mentis quæ tenetur studio sapientiæ, cum hæc circunstiterint, nõ cõfugere ad humanum auxilium, nec ad mortales cogitationes, sed in cœlum respicere, & deum qui vbique præsens est, inuocare, non autem conturbari, animóve cõsternari. Vide autem quo modo vt eo dignum fuit, verba contexit. Non dixit enim, in hac & in illa re me rectè gessi, nec hanc feci iusticiã: sed quid? Deus meus es tu, maximam causam afferens cur petat auxilium, quod confugiat ad dominum, opificem, & regem, Exaudi domine vocem deprecationis meæ, domine, domine virtus salutis meæ. Dixit virtus, seu potentia salutis, ostendens esse etiam potentiam pœnæ & supplicij. Sed præbuisti, inquit, mihi virtutem salutis. Potes enim & bene facere, & de medio tollere: sed ad meam salutem tua semper potentia vsus es. Vide autem desiderium dicentis. Per conduplicationem enim, & quòd adiecit, salutis meæ, ostendit magnã affectionem. *Obũbrasti super caput meum in die belli.* Vidisti gratum animum, priora in memoriam reuocat, quòd eum scilicet in tuto collocauerit. Hoc enim sibi vult illud, Obumbrasti. Vide autem quo modo ostendat φ facilè, & nullo negocio. Deus ferat auxiliũ. Non enim dixit, antè, sed, in ipso, inquit, die, quando mala imminebant, quando erat instructa acies, quando versabar in maximis periculis, tunc me in tuto collocasti. Neq; enim aut apparatu aut exhortatione vlla deus indiget, vt qui sciat quæ sunt præsentia, futura, & præterita, & qui omnia potest, & semper adest, & præsto est ad ferẽdum auxilium. Deinde ostendẽs insignem victoriam, & summam securitatem, non dixit, Seruasti me. Sed quid? Obumbrasti. Hoc est, vt ne minimam quidẽ molestiam sustinerem, effecisti, ac ne æstus quidem: sed me in tanta securitate & vna cum securitate in tanta iucũditate & animi quiete collocasti, vt nec vllus quidem calor mihi molestiam exhiberet, sed in vmbra iucũdè & suauiter agerem, liber scilicet ac remotus à malis ac calamitatibus. Quocirca subiunxit illud, Obumbrasti, ea ratione etiam significans quam promptum & expeditum sit dei auxilium, nempe per vmbræ nomen, perinde ac si diceret, Sufficit si tantũ adsis, & omnia fracta & profligata erũt. *Non tradas me domine à desiderio meo peccatori.* Alius, Ne des, domine, desideria iniusti. Quod autẽ dicit, est eiusmodi. Ne cõcedas ei desiderium suũ

Assistus vt ad deũ confugiat.

ἐπιστάσεως.

2. Para. 32. Esa. 25. 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõtra me,id est,Quæ aduersus me desiderat,ne permit A tas vt ipse impleat.Non dixit autẽ,Quæ desiderat: sed, A desiderio meo, volens tale quid significare.Ne tantillum quidem concesseris eorum quę desiderat.Tales enim sunt improbi,cum maxima cupiditate in proximum moliuntur insidias, quemadmodum diabolus
1.Pet.5. quoq;,de quo dicit:Circuit tanquam leo rugiens,quæ-
Iob 1. & 2. rẽs quem deuoret.Ita Iob cupidè aggressus est . Ita etiã
Luc.22. de Petro inuadẽdo consultabat: & ideo dicebat:Quoties expetiuit te satanas cribrare vt triticũ.Vidisti quãtam habuerit cupiditatem.Sunt etiam homines qui inuidia adducti,& quòd malis lætentur, illius viciũ imitantur.Quos quidem miseros appellat scriptura,dicẽs,
Esa.3. Væ qui lætamini malis, qui delectamini conuersatio-
Iob 21. ne improborum.Idque profectò meritò: hoc est enim
Amos 6. praui & corrupti animi.Si enim dolendũ, ingemiscen
Luc.6. dum,deflendum est propter eos qui pereunt: quã con B
2.Par.19. sequentur veniam,aut qua vtẽtur defensione,qui tan-
Esa.31. tum abest vt eorum misereantur, vt etiam gaudeant?
Hiere.9. An non vidisti quòd ipse quoq; Christus cum esset pu-
Roma.9. niturus, deflet pereuntem Hierusalem?Non vides etiã
Luc.19. Paulum propter aliorum interitum gementem & lu-
Roma.9. gentem?Sed sunt nonnulli adeò corrupti & deprauati,vt suorum malorum solatium alienas ærumnas existiment. *Cogitauerunt contra me,ne derelinquas me, ne forte exaltentur semper.* Hoc enim sibi vult, Diapsalma. Alius,Ne
Meditatio in viciis, pessima. eueniat,ne forte exaltẽtur.Hoc est sceleratí & corrupti animi,quando & consilio & ocio & meditatione opus est ad vicium.Non sufficiunt quę repente fiunt:nõ satis sunt ad nos perdendos quæ temere & inconsideratè fiunt : sed & consilio & tempore & consideratione tibi opus est ad vicium? Quanam ergo vteris defen sione : cùm studium & diligentiam adhibes vt vicium C exerceas , cum pro malis faciendis consultas, & socios adsciscis ? Sed vide eius humilitatem:Non dixit enim, Ne derelinquas me,quoniam sum dignus . Ne me derelinquas propter vitæ virtutẽ. Sed quid, Ne fortè exaltentur. Hoc est, Ne fiant arrogantiores,& ne in maiorem erigantur insolẽtiam propter meam derelictionem, *Caput circuitus eorum , labor labiorum ipsorum operiet eos.*

Alius,Exacerbatio eorum qui me circundant.Labor labiorum ipsorum operiet ipsos . Circuitum hic dicit conuentum,consessum, improbam officinam, sceleста consilia.Quod autem dicit,est eiusmodi,Ipsa scelerata cõsilia,& caput ac summa improbi & deprauati animi,
Viciũ sibi ipsi pœna est. ipsa eos obruerit & perdiderit.Labor labiorum ipsorũ. Laborem hic vocat improbitatem . Res est enim eiusmodi improbitas, affert ei qui illam possidet, exitium, D & vt obruatur efficit . Hoc in Dauid accidit. Expectabãt enim fore vt in mala grauissima incideret:Ille verò euasit clarior. Certè, inquit, sed ostende quo modo proprio consilio confossi perierunt,& dic vbi hoc cue
Gene.37. nerit. In fratribus Ioseph . Cum enim vellent eum ser-
2.Re.15. 18. uum facere ac perdere,ipsi extremum periculum adierunt.Atqui & in seruitutem & in mortem (quòd in eis fuit)ille detrusus est.Et Absalon cum inuasisset tyrãnidem,& vellet patrem perdere, ipse per eam captus est.

Cadent super eos carbones ignis.In ignem deicies ipsos. Quod dicit,est eiusmodi, Sufficit quidẽ vel ipsum vicium ad eos perdendos qui ipsum complectuntur.Sed cum eo
Carbones. iram quoq; diuinitus immissam sustinebunt.Carbones autem ignis & ignem hic dicit suppliciũ quod à superis immittitur.Sæpe autem in ipso quoque igne immis
Nume.15. sum est, sicut fuit in Dathan, Core, & Abiron, & in iis
Danie.3. qui circundederũt fornacem Babylonicam. *In miseriis,*

& non subsistent. Alius, Cadent in foueas, ne resurgant. Alius, Properè,& non resurrexerint. Et vnius quidem interpretis sententia , tale est quod dicitur:Ita eos perdiderunt vt non amplius resurgerent . Et alius verò, Cum magna celeritate . Hoc enim sibi vult illud,Properè. *Vir linguosus nõ dirigetur in terra.* Postquam dixit de ira dei,ostendit rursus ipsum per se vicium sufficere vt eos perdat qui id habent . Non est autem hoc quoque paruum genus improbitatis , esse nimis insolentem, & linguam non posse cohibere.Linguosum enim hic di- *Lingua petulantia.* cit hominem petulantem,nugatorem,maledicum,qui latrat assiduè , qui cane nihilo est melius affectus . Dic qualis est eius fructus . Non dirigetur, inquit, in terra. Alius,Non stabilietur . Deiicietur, peribit. Hic est fructus maledici , est omnibus hostis , omnibus molestus, grauis,& acerbus. Quemadmodum ergo qui est mitis, *Maledici fructus.* patiens,& lenis,& scit tacere,tutus est, gratus & iucundus omnibus : ita qui talis est, vitam agit lubricam, & *Prou. 3.* valde periculosam, vndique innumerabiles inimicos *Eccle.3.* ad se accersens & attrahẽs, & ante alios suam animam *Eccle.9.* conturbans,non sinens eam quiescere,sed etiam nullo ei molestiã exhibente, innumerabiles tumultus & bella intus excitans. *Virum iniustum mala capient in interitu.* κακὰ θηρεύσει ἀνὴρ ἄδικος διαφθορὰν. Ita etiam dicit alius sapiens, Iniquitates virum venantur.Vide rursus vicium sufficere ad eum perdendum qui id habet. Sed qua de causa posuit nomen venationis?Vt videas id esse ineuitabile:vt & si cũ iniustè te ge *Peccatũ, venationi cur comparetur.* ras,non statim incidas,non ideo sis bono & fidenti animo.Talis enim est venatio:nõ *semper, nec protinus* assequitur : sed tamen quanuis in venatione nõ capiãtur feræ,ne sic quidem tutæ sunt,licet laqueis nondum sint implicatæ.Ita etiam ne confidat anima quæ iniustè facit,& si nondum capta sit. Quandoq; enim capietur. *Eccle.9.* Si vis enim in tuto esse,cessa hæc agere,& magna fruê- *Prouer.11.* ris securitate.Cur autem dixit,Ad interitum ? Quoniã *Esa.31.* multi capiuntur ad salutem: vt qui ab apostolis, vt qui *Ezech 28.* à sanctis viris.At non mali,quando eos venatur viciũ: *Thre.3.* sed ad perniciem & interitum. Et cur nõ cuestigio vi- *Roma.2.* cium consequitur supplicium?Propter domini clemẽtiam.Si enim vellet de vnoquoque eorum qui peccãt protinus supplicium sumere, maxima ex parte sublatũ esset humanum genus. *Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis,& vindictam pauperum. Veruntamen iusti confitebũtur nomini tuo,& habitabunt recti cum vultu tuo.* Alius, Apud vultum tuum.Pro habitabunt autem,alius dicit,Permane- *Chald. retentur.* bunt.& alius, Sedebunt:& pro cognoui, scio. Quoniã dixit,venabuntur,& peribunt,nec ostendit statim imminere supplicium : ne quis crassior ideo redderetur negligentior, subiunxit illud , Cognoui.ostendens id omnino futurum . Qui enim iniuria affecti sunt, non manebunt inulti . Pauperes autem hîc non intelligit *Matth.5.* absolutè pauperes,sed eos qui sunt valde humiles, qui *Pauperes.* sunt contriti . Hæc autem dicit, & eos qui iniuria afficiuntur consolans, & eos qui faciunt iniuriam, corrigens & admonens:vt nec illi propter morã desperent: nec hi propter dilationẽ reddantur socordiores.Dila- *γνώμη.* tio enim ducit ad pœnitentiam: eum autem qui perseuerat,punit grauius:idq; meritò.Quare:Quòd cùm in *Roma.2.* se tãtam bonitatem senserint,nequaquã meliores euaserint.Cogita quanta sit dei clementia,quando eis qui sunt sibi dedicati,mala pati permittit,nec de eo qui malum facit,pœnas sumit,volens eũ meliorẽ facere pœnitentia.Veruntamẽ iusti cõfitebũtur nomini tuo. Quid est quod dicit?Quodcũq;,inquit,euenerit, illi agẽt gratias : seu viderint humiles probris & iniuriis affectos, seu ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

seu malos elatos, non exigent rationem cur illa fiant. Hoc est enim vel maximè iustorũ, perpetuo & in omnibus gratias agere. Et habitabũt recti cum vultu tuo. Hoc est, Tuum assecuti auxiliũ, & de te cũ suis animis cogitantes, semper tecũ versantes, à te nunquam recedent. Quod si fiat, nihil vnquam eis ægrè fuerit, nec de cis quæ accident, vnquã quærentur. Hoc est enim animi immobilis, hoc firmæ mentis ac stabilis, nõ poscere à domino eorũ quæ fiunt, rationem. Quocirca dicebat Paulus: Veruntamen ô homo, tu quis es qui respõdeas deo? Nunquid dicit figmentũ figulo, Cur me fecisti sic? Hoc modo nos perpetuò quoq; simus grato & memori animo, pro omnibus deo gratias agentes: quoniã ei gloria, & gratiarũ actio, & adoratio, nunc & semper, & in infinita secula seculorum, Amen.

Ratio à deo vñ poscẽda. Rom. 9.

IN PSALMVM CXL.

Domine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ cũ clamauero ad te. Huius quidem psalmi verba omnes, vt semel dicam, sciũt, & per omnẽ ætatem perpetuo canunt: quis sit autem sensus eorum quæ dicta sunt, nesciunt. Quod quidem non est parua reprehensione dignũ, quod qui quotidie canũt, & ore verba proferunt, non quærunt vim sententiarũ quæ in his verbis sitæ sunt. Sed si viderit quidẽ quispiam aquã puram & lympidã, non se tenuerit quin ad eã accedat, tangat, & bibat, & qui in pratũ assiduè ingreditur, nisi collectis prius aliquot floribus, recedere minimè sustinuerit. Vos autem qui ab ineunte ætate ad extremam vsque senectutem hũc psalmũ meditamini, nihil aliud quàm verba perpetuo tenetis, & abscõso thesauro assidetis, & obsignatam crumenã circunfertis, & nec à curiositate quidem incitatus est quispiã vt disceret, quid est quod dicitur: non quæsiit, non scrutatus est. Quanquam nec illud quidẽ dici potest, quod cum esset psalmus apertus, omnes inuitauit ad somnum, nec siuit vt quæreretur quod erat ad manũ. Est enim obscurus, & qui sufficit ad eum excitãdum, qui non nimis profundè dormit, immò verò eum etiam qui dormit. Quid enim est illud, *Ne declines cor meum in verba malitiæ?* Quid verò, *Corripiet me iust⁹ in misericordia, & increpabit me?* Quod autem consequitur, dic quæso, an nõ est quibuslibet tenebris tenebricosius? *Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum?* Quanuis tamen tot sint obscura, veluti quoddam canticum, ea multi leuiter prætercurrunt. Sed ne dum in reprehensione nimium immoramur, molesta euadat oratio, agẽ ad ea quæ dicta sunt perscrutanda veniamus. Sed diligenter attẽdite. Neque enim puto fuisse temerè decretum à patribus, vt hic psalmus diceretur quotidie, nec id quidem propter id quod in eo dicitur, *Eleuatio manuum mearum sacrificiũ vespertinum.* nam idipsum quoq; in aliis psalmis dicitur, quẽadmodũ ille qui dicit, Vesperè & manè & meridie narrabo, & annunciabo. Et rursus, Tuus est dies, & tua est nox. Et rursus, Vesperè demorabitur flet⁹, & in matutino exultatio. & multi possunt inueniri psalmi qui vespertino tẽpori conueniãt. Non ergo propterea hunc psalmũ decreuerũt patres: sed tanquã salutare aliquod pharmacum & peccatorũ piaculũ vt is diceretur constituerũt, vt quæcunq; sordes aut maculæ fuerint à nobis toto die susceptæ, dum vel in foro, vel domi, vel in quocunq; alio loco versamur, eas cum ad vesperum peruenerimus, per spiritale hoc carmẽ abstergamus. Est enim medicamentũ quod delet hæc omnia. Talis est etiã psalmus matutinus. ni-

Psalm⁹ hic quotidian⁹ apud Græcos.
Psal. 54.
Psal. 73.
Psal. 29.
Psalm⁹ vespertinus.

A hil enim vetat illius quoq; breuiter meminisse. Accendit enim in deum desideriũ, & animum excitat, & post quam valde inflammauit, & magna repleuit lætitia & charitate, ita permittit accedere. Videamus autẽ vndẽnam incipiat, & quid nos doceat: Deus deus me⁹ ad te de mane vigilo. Sitiuit te anima mea. Vides quo modo ostendit verbũ inflãmati animi. Vbi est autẽ amor dei, omnia mala recedũt. vbi est dei memoria, illic est peccatorũ obliuio, & malorũ interitus. Sic in sancto apparui tibi, vt videre virtutẽ tuã, & gloriã tuã. Quid est, Sic: Cum hoc, inquit, desiderio, cum hac dilectione, vt videam tuã gloriã, quæ potest vbiq; videri. Sed ne eo qui est præ manibus relicto, aliũ obiter introducamus, transmisso auditore ad ea quæ de illo dicta sunt, ad ea quę sunt nobis proposita accedamus. Quid hic ergo dicit: Domine clamaui ad te, exaudi me. Quid dicis? Quo

B niã clamasti, vis exaudiri, & eã affers iustã causam cur exaudiaris? lis ergo qui magna & vehemẽti voce intẽsaq; prẽditi sunt, opus est? Sed hoc fuerit à ratione alienum. Quid enim peccauit qui est parua & exili voce, tardęq; & impeditioris linguæ? Nõne talis erat Moses, & omnibus magis exaudiebatur? Nõ Iudæi clamabant plusquã omnes, sed deus eorũ precibus nõ annuit? Magna enim & exili voce esse præditum, sunt naturæ cõmoda. Ea autẽ non faciunt vt vel audiamur, vel nõ audiamur, vt quæ nec digna sint quæ vel laudẽtur vel vituperentur. Multa enim naturæ cõmoda adsunt etiam sceleratis. An nõ erat pulcher & formosus Absalon, &

C vsq; ad capillos capitis porrigebatur eius corporis species? Quid autẽ? an non erat caluus Helisæus, vt etiã rideretur à pueris? Sed nec illũ quidquã inuit forma, nec hunc lædit deformitas. Et quid dico cũ qui est tenui & exili voce, tardioris linguę: cũ vel tacens audiretur Moses, & Anna minimè loquẽs? Iudęos alloquens deus dicebat: Si multiplicetis orationẽ, non exaudiã vos. Cur hic ergo dicit, Clamaui ad te, exaudi me? Clamorẽ hîc dicit internũ clamorẽ, quẽ cor inflãmatum peperit, & contritus animus, quo cũ clamaret Moses, exaudiebatur. Quemadmodũ ergo qui clamat, omnes vires suas haurit & exinanit: ita etiã qui corde clamat, totam mentẽ suam cõuertit. Talẽ ergo clamorem deus requirit, qui non sinat oscitare, & cũ qui canit, ad alia diuertere. Non solùm autem quærit talẽ clamorem, sed etiam vt ipse oretur. Sunt enim multi qui stant quidem, ad deũ autẽ non clamant, sed labra quidem ad deum clamant, & nomẽ dei circunferunt: mẽs autẽ nihil sentit eorũ quę dicuntur. Qui ita se gerit, nõ clamat, & si maximè vociferetur. Qui ita se gerit, deũ non orat, & si maximè videatur orare. At non ita Moses, sed clamabat, & exaudiebatur, & ideo ei à deo dicitur, Cur ad me clamas? Non solùm autẽ clamãs, sed etiam tacẽs impetrauit quæ voluit, vt qui se dignũ præbuisset vt à deo exaudiretur. Quòd si vis etiam videre peccatores intensè & vehemẽter orantes, magnaq; voce clamantes, & impetrãtes, vide meretricẽ quę clamat silentiò: vide publicanũ qui à sola oratione fuit iustificatus. Hic quoq; tali clamore vtitur, & ideo dicit, Domine clamaui ad te, exaudi me. & ideo rogat vt audiatur. Cum clamauero ad te. Vide etiam aliam virtutem orationis. Nõ enim rogat ideo exaudiri, quod magno & vehementi studio oret, sed etiam ex eo quòd talem offerat orationem, vt digna sit oculis illis in quos nunquã cadit somnus. Quænam autem ea est? Quãdo quis non male precatur inimicis, quando non orat pro diuitiis & facultatibus, quãdo non pro potẽtia & gloria,

Psalm⁹ primus.
Psal. 62.
γνώμη.
Clamor in sacris qd.
Exod. 4.
Exo. 17. 32.
2. Reg. 14.
4. Reg. 2.
1. Reg. 1.
Esa. 1.
Clamor cor dis.
Esa. 29.
Matth. 15.
Exod. 14.
Luc. 7.
Matth. 18.
Oratio à deo exaudiri digna, quæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neq; pro vlla re fluxa & caduca: ſed pro illis immortalibus,& quæ nunquã intereunt. Quærite enim, inquit, *Matth.6.* regnum dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Cũ clamauero ad te. Vides quo modo vult nos quoq; cũ magno ſtudio & alacritate animi eũ vocare. etenim diabolus tunc maximè inſidiatur. Quoniã enim ſunt ma- *Matth.17.* xima arma preces, & licet ſimus peccatores, infamiaq; *Marc.9.* & ignominia notati, ſi tamen perfectè, & dei legibus diligenter ſeruatis, oremus, magna efficimus: tunc nos conatur impellere in ſocordiam, & dimouere noſtrã cogitationem: vt faciat nos abſq; vllo fructu recedere ab oratione. Quocirca oportet nos, cùm hæc ſciamus, aduerſus eum noſtrum cõmunire ſtudium & diligentiam, & inimicis noſtris nunquam malè precari, ſed a- *Actor. 4.* poſtolos imitati. Illi enim cùm paſsi eſſent mala innu- *Inimicis nõ malè precãdum.* merabilia, & in carcerẽ coniecti eſſent, & in extremũ adducti periculum, ad orationẽ confugiebant, dicentes: Reſpice ſuper minas ipſorũ. Et quid poſtea? Num, Confringe ipſos, vel occide, dicebant, vt multi ſæpe dicunt imprecãtes? Nequaquã, ſed quid? Et da ſeruis tuis cum fiducia loqui verbũ tuũ. Quo modo & quãnã ratione? In occidendis iis qui inſidiantur? In iis delendis & ad internecionẽ vſq; de medio tollendis? Minimè. Sed quo modo? In ſignis & prodigiis faciendis per ſanctum filium tuũ Ieſum. Vidiſti orationẽ plenã philoſophia, & quæ poſt tot & tanta mala non petit vt ſupplicium ſumatur de inimicis. Sed hi quidẽ ſic, viuẽtes & ſpirantes. Stephanus autẽ, cum prælentis vitæ curſus eſſet ei interrumpendus, nõ ſolum nihil mali eis petiit, ſed eos etiã qui lapidabant, & eum intrimebant, ſtudet per ſuam orationẽ eripere ab ira quę erat in eos vẽtura *Actor.7.* propter hoc peccatũ, & dicit, Ne ſtatuas eis hoc peccatum. Quãmnam ergo veniam conſequẽtur, & qua de- *Matth.5.* fenſione vtentur qui ſuis inimicis malè precãtur? Quo *Roma.12.* modo autem exaudiri poterit ea oratio, quando repugnat dei legibus? Nihil ergo tale dicamus. Non ſolùm enim non eſt malè precandum inimicis, ſed ira etiam *1.Time.2.* in eos concepta eſt auferẽda: & ideo dicit: Volo viros orare in omni loco tollentes manus ſanctas ſine ira & diſceptatione. Hoc eſt, Si ſit tibi inimicus, extingue iram, & ita accede ad dominũ: & non ſolum aduerſus eũ ore nihil dixeris, ſed etiã expurges virus tui animi. Si talis ſit tua oratio, & vehemẽti ſtudio deum inuocaueris, etiam priuſquã orationem perfeceris, exaudieris. Hoc ipſe quoq; petit dicens: *Intende voci orationis meæ, cum clamauero ad te.* Etenim ipſius dei promiſsio eſt quæ dicit, Adhuc loquente te dicam, Ego adſum. *Dirigatur ora-* *Eſa.58.* *tio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Alius, Statuatur oratio mea ſicut incenſum corã te. Alius, Præparetur. *Elevatio* D *manuum mearum ſacrificium veſpertinum.* Alius, Donũ veſperæ. Alius, Oblatio veſpertina. Quid nos volens docere propheta loquitur de ſacrificio veſpertino? Erant olim *Altaria duo.* duo altaria, vnum quidẽ æneum: alterum verò aureũ. Et illud quidem erat publicũ, omnibus ferè totius populi hoſtiis expoſitum: Hoc autẽ ſitum erat in adytis, & intra velum. Atque adeò vt quæ à nobis dicantur, ſint clariora, conemur potius ab ipſo initio ducere oratio- *Templũ Iudæorum.* nem. Fuit olim apud Iudæos templum, longũ quidem quadraginta cubitos, latũ verò viginti. Huius longitu- *Sãcta ſanctorum.* dinis decẽ intus ablati intercipiebãtur cubitis: & quod *Sancta.* erat interceptum, vocabatur Sancta ſanctorum: quod erat autem extra, Sancta tantùm. Auro autẽ omnia colucebant. Nonnulli verò dixerunt ſupremam quoque illam trabem fuiſſe aureã. Huc ſolus pontifex ſemel in anno ingrediebatur. Illic & arca ſita erat, & Cherubim.

A Illic etiam ſtabat altare aureũ quo afferebatur thuribu- *Altare aureum.*
lum, ad nihil aliud paratũ quam ad ſolum incẽſum ſeu *reum.*
ſuffitum. Hoc autẽ fiebat ſemel in anno. In externo er- *Altare æ-*
go templo erat altare æneũ, in quo quotidie offereba- *neum.*
tur agnus, & cõburebatur. Hoc appellabatur veſperti- *Sacrificiũ*
num ſacrificium. erat enim etiã matutinũ, & bis in die *veſpertinũ*
oportebat altare accẽdi, præter aliàs hoſtias quæ offere- *& matuti-*
bantur à populo. Hoc enim erat iuſſum & lege ſtatutũ *num.*
ſacerdotibus, vt ex ſe & ex domo ſua, quãdo nullus offerret, vnum matutinum, & vnũ veſpertinum agnum ſacrificarent & comburerent: & illud quidẽ appellatur ſacrificium matutinũ: hoc verò veſpertinum. Hoc autẽ *Sacrificium*
iuſſerat deus fieri, ſignificans per id quod fiebat, cũ aſsi *ſemper ac-*
duè colere oportere, & cũ dies incipit, & cum deſinit. *ceptum, &*
Hoc ergo ſacrificiũ fuit ſemper acceptum, & eiuſmodi *non ſemper*
hoſtia. Quod autẽ fiebat pro peccatis, aliquando quidẽ *acceptum.*
B erat acceptum, aliquando verò non acceptum, vtpote quod hoc vel illud eſſet, prout erãt affecti ad virtutem aut viciũ qui illud offerebant. Quod autem non offere batur pro aliorũ peccatis, ſed erat lex ſacrificij & modꝰ colẽdi, erat omnino acceptũ. Hic ergo rogat, vt ſit eius oratio vt illud ſacrificiũ quod nulla polluebatur offerentis macula, ſicut illud incenſum ſanctum & purum. Propterea autẽ quod rogat, docet nos vt orationes noſtræ ſint puræ & odoriferæ. talis enim eſt iuſticia: quẽ- admodum peccatũ eſt fœtidum. Quocirca tetrũ eius *Peccati fœ-*
odorem ſignificans, dicebat: Quoniã iniquitates meæ *tor.*
ſupergreſſæ ſunt caput meũ, tanquam onus graue gra- *Pſal.37.*
uatæ ſunt ſuper me. Putruerũt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Quemadmodũ ergo ſuffitus per ſe eſt bonus & bene olens, tunc autẽ maximè bonum odorẽ emittit, quando igni acceſſerit: ita etiã oratio vel per ſe quiC dem bona eſt: eſt autẽ melior & fragrantior, quãdo of- *Fragrantia*
fertur cũ ardenti & feruẽti animo, quãdo anima effici- *orationis.*
tur thuribulum & ignem vehementem accendit. Neque enim imponebatur incẽſum aut ſuffitus, niſi eſſet prius accenſa craticula, aut niſi arderẽt carbones. Hoc ipſum fac tu quoque in mente tua, *accẽde* prius ipſam promptitudine & animi alacritate, & tũc *impone* orationem. Precatur ergo vt oratio quidẽ ſua fiat ſicut incenſum, eleuatio autẽ manuum ſicut ſacrificiũ veſpertinum. Sunt enim ambo accepta. Quo modo autẽ hoc fiet? Si vtraq; ſint munda, ſi vtraq; nulli ſint reprehenſioni vicióve obnoxia, & lingua & manus, hę quidẽ ab auaricia & rapina expurgatæ, illa verò à malis verbis libera. Quemadmodũ enim oportet thuribulum nihil *Thuribuli*
habere immundũ, ſed ſolum ignem & ſuffitũ: ita etiam *typus.*
linguam nullũ oportet verbum proferre quod ſit vlla *Linguæ &*
macula aut labe reſperſum, ſed ſanctitatẽ & laudẽ. Ita *manuũ pu-*
etiam oportet manus eſſe thuribulũ. Sit ergo os tuum *ritas.*
thuribulum. Vide autẽ ne id fimo impleas. Tales enim ſunt qui loquũtur verba turpia & immũda. Cur autem non dixit matutinũ, ſed veſpertinum? Mihi quidẽ vide *Veſpertinũ*
tur dictũ eſſe indiſcriminatim. Si enim dixiſſet matuti *ſacrificium*
num, curioſus interrogaſſet, cur non dixit veſpertinũ. *cur dictum*
Si quis autẽ velit audire non nimis curioſè: dicendum eſt matutinũ quidẽ expectare veſpertinũ: cum veſperti num autẽ peractum fuerit, finitũ eſt ſacrificium, & non eſt vtiq; amplius imperfectus diei cultus, ſed eſt completus, & finẽ accepit. Sed quid ſibi vult manuũ in ora- *Manus cur*
tione eleuatio? Quoniam enim multis ſceleribus inſer *eleuandæ*
uiũt, vt percuſsionibus, cædibꝰ, rapinis, auariciæ, & bo- *in oratione.*
norum alterius cupiditati, propter hoc ipſum ergo eas *Eſaiæ 1.*
iubemur tẽdere, vt orationis miniſteriũ ſit eis vicij vin- *Pſal.25.*
culũ, & ab improbitate liberatio: vt quãdo es rapturus,

vel in

vel in bona aliorum inuasurus,aut alium verberaturꝰ, in memoriam reuocans fore vt eas ad deum mittas te defensuras, & illud spiritale sacrificium per eas emittas, ne eas ignominia & pudore afficias, & malæ operationis ministerio eis fiduciam auferas. Purga ergo eas elee mosyna,clementia, subueniẽdo iis qui indigent, & ita eas ea deo expandito ad orationem. Si enim non permittis vt eæ tollantur illotæ ad orationẽ: multò magis nõ æquum est vt eas peccatis inquines. Si quod minus est vereris:multo magis pertimesce quod maius est. Illotis enim orare manibus non est adeo absurdum, sed innumerabilibus peccatorũ sordibus inquinatas offerre,hoc iram affert maximam.Hoc ipsum & in ore & in lingua cogitemus, & ea sceleri inuia conseruantes, ita offeramus orationem. Siquis enim qui habet vas aureum,eo ad vilẽ vsum vti nunquam in animum induxerit propter preciũ materiæ: multo magis cum auro & margaritis habeamus ora longè preciosiora, nõ par est vt ea polluamus verbis turpibꝰ & impudicis, maledictisque,& cõtumeliis. Non in altari æneo nec aureo offers suffitũ,sed in eo quod est preciosius,nempe in tẽplo spiritali.Illi enim est inanima materia: in te autem deus habitat, & es membrũ & corpus Christi. *Pone domine custodiam ori meo.* Cum rogasset dominũ vt eius audiretur oratio,& ad eã daretur aditus, vide quòdnam primum affert postulatũ,& quámnam supplicationem. Non dixit enim, Da mihi pecunias. Da mihi honores qui sunt apud homines.Da mihi victoriã aduersus inimicos.Da mihi liberos. Nihil horum, sed hæc omnia sinens humi iacere,ea petit quæ à deo dari digna sunt. Quid igitur?Non oportet,inquit,petere sensilia?Oportet quidẽ,sed moderatè, quemadmodum Iacob dicẽs: Si dederit mihi dominus panẽ ad vescendum,& vestẽ ad induendum, quemadmodum Christus iussit orare nos,dicentes: Panem nostrũ supersubstãtialem da nobis hodie:ante omnia,spiritalia. Quod ipse quoq; facit dicens:Pone domine custodiã ori meo. Vidisti prudẽtiam,vidisti sapientiam, & vndenã postulationem incipiat?Ab eo quod est eorũ quæ rectè & ex virtute fiũt, maximum, & est omniũ malorum causa si negligatur: quemadmodũ bonorum, si in eo cura ac studium ponatur. Mala enim innumerabilia parit linguæ facilitas ac leuitas:quemadmodũ rursus bona,cautio & securitas. Quemadmodum ergo nihil iuuat domus,nõ vrbs, non mœnia,non portæ,non ostia, nisi sint qui ea custodiant, & sciant quando oportet ea quidem claudere, quando verò aperire: ita etiam oris & linguæ nulla est vtilitas,nisi sit ratio,cui sciẽter, accuratè ac circũspectè ea claudere & aperire permissum sit, & sciat quæ sint efferenda,quæ verò retinenda.Nõ tot, inquit, gladio, quot lingua ceciderunt:& Christus:Nõ quę intrãt per os,coinquinant hominẽ,sed quæ ex ore exeunt. Et rursus alius:Fac ori tuo portam & vectem. Hic autẽ quoniam nouit rem esse valde difficilẽ,addit & preces, & deũ vocat ad ferendũ auxilium. Immò verò ille quoq; hoc ipsum significat,vt quando dicit:Quis dederit labiis meis signaculũ callidũ?Oportet enim nostra quoque conferre,& ideo hoc instar præcepti posuit, dicẽs: Fac portam & vectem.Est etiã dei inuocandũ auxiliũ, vt nostrum quoq; studium in opus exeat. Os ergo nostrum perpetuò custodiamus, ei rationẽ tanquã clauẽ adhibentes.Non vt perpetuò claudatur,sed vt conuenienti tempore reseretur.Nonnũquã enim silentiũ est loquela vtilius,quemadmodũ loquela quoq; silentio. Et ideo dicebat ille sapientissimus: Tempus tacendi,& tempus loquendi.Si enim oporteret ora perpetuò patere,non factæ essent portæ.Si autẽ perpetuò clausa esse,nõ esset opus custodia.Quod enim clausum est, cur quis custodierit?Sed propterea sunt portę & custodia, vt faciamus singula tempore conueniẽti. Alius autem dicit,Lancem & stateram fac linguę tuæ,maiorem exigens diligentiã,vt non solùm verba quæ oportet efferamus:sed etiam cũ ea quę par est cautione & accurata consideratione ipsa veluti ponderantes diligenter expẽdamus.Si enim hoc facimus in auro & materia quæ interit, hoc multo magis faciendũ est in verbis, vt nihil desit,nec redundet. Quocirca dicit etiã quispiam: Verbum ne prohibueris in tẽpore salutis,Vidisti tẽpus exitus.Alius autẽ dicens tẽpus silentij, inquit, Si est tibi sermo,respõde.Sin minus,esto manus tua super os tuũ. Et rursus,Qui abundat in sermone,odio habebitur.Et melior est homo qui celat stulticiam suã, quàm homo qui occultat sapientiã suã. Audiuisti sermonẽ? moriatur in te.Confide,non te rumpet.Et rursus, A facie verbum pariet stultus,vt à facie infãtis puerpera. Deinde etiam de modo.Loquere adolescentule,si opus sit tibi, vix bis: Si interrogatus fueris, in breuẽ summã paucis multa redige.Magna enim animaduersione opus est, vt linguæ potestate cautè & securè vtaris. Et ideo rursus dixit, est reprehensio, & non est tempestiua: & est tacens aliquis,qui inuenitur sapiens.Non solũ enim oportet tacere & loqui opportunè, sed etiã cum magna gratia.Quocirca dicebat Paulus,Sermo vester sit semper in gratia sale condîtus, vt sciatis quo modo oportet vos in vnoquoq; respõdere.Cogita apud te hoc esse membrum per quod cũ deo colloquimur. Hoc est membrum,per quod in primis reuerendũ summa veneratione dignum sacrificiũ suscipimus.Sciunt fideles quod dicitur, & ideo oportet id esse liberum ab omni accusatione,meledicto,verbo obscœno, & calũnia.Et si nos aliqua lasciua & impudica cogitatio vrgeat, ea intus est suffocanda, nec permittendũ vt in verba exeat:& si pusillus & demissus animus facit vt loqui non audeas, sed apud te murmures, ea quoq; radix est execanda.Tuta sit porta oportet, & perfecta custodia,nec permittendũ est vt intus mala consilia pariantur: & si pariuntur,ea sunt intus suffocanda,& est radix eorum execanda.Hanc habuit Iob custodiã,& ideo nullũ verbum inconcinnum aut absurdũ protulit, sed maxima quidem ex parte tacuit:quando autem eum loqui cum vxore oportuit,locutus est verba sapiẽtiæ plena. Tum demum enim solũ loquendum est,quando quę dicuntur,plus prosunt quàm silẽtiũ.Quocirca Christus quoque dicebat:Omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines,dabunt pro eo rationẽ.Et Paulus,Sermo obscœnus ex ore vestro non prodeat.Quo modo autẽ fuerit tuta hæc ianua,& accurata custodia, audi alium dicentẽ,Omnis narratio tua sit in lege altissimi: Si enĩ didiceris nihil loqui supernacaneũ,sed diuinarũ scripturarum narratione, mentẽ & os tuum perpetuò munias: erit custodia quouis adamãte tutior. Per os enim multæ sunt vitæ interitus,vt quãdo quis obscœna verba loquitur,quando verbis scurrilibus vtitur, quando vanam præ se fert gloriã, quãdo se magnificè iactat & gloriatur, vt Pharisæus: qui quoniã ori suo fores non obdidit,paucis verbis quæcunq; erãt intus, effusa sunt: quemadmodum qui in domo cui nullæ essent fores, qui positus erat intus thesaurum conseruare non potuit,repentè pauper factus est.Considera mihi quoque alium, qui propter magnifica sua verba similiter pe-

Dan.4. *Ecclæ.28.* *Argumẽtũ à minori.* *Ephes.4.5. Coloss.3.* *1.Cor.6.* *Gene.28.* *Matth.6.* *Lingua & oris custodia.* *Collatio oris & oris.* *Eccle.28.* *Matth.15.* *Marc.7.* *Eccle.28.* *Eccle.22.* *Tacẽdi & loquẽdi vicissitudo.* *Eccle.3.* *Ecclæ.4.* *Ibidem.* *Ecclæ.20.* *Ibidem.* *Ecclæ.19.* *Ibidem.* *Ecclæ.32.* *Ecclæ.20.* *Gratia sermonis.* *Coloss.4.* *Linguæ encomium.* *Taciturnitatis vitiũ extirpandũ* *Iob 1.2.* *Tempus loquendi.* *Matth.12.* *Ephes.4.* *Eccle.9.* *Matth.12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa.14. riit. Dixit enim: Super astra cœli ponam sedem meam. A
Psal.105. Iudæi autem propterea quòd proximi malis lætantur,
Ezech.36. nunc quidē audiunt: Propterea quòd dixisti, Euge, eu-
Iob 21. ge, factus est vt reliquæ gentes Israël, nunc autem pro-
Psal.143. bris inclinantur, propterea quod murmurant, & dicūt,
Hiere.11. Omnis qui facit malū, bonum corā domino, ipse quo-
Abac.1. que in eis complacuit. Et nos alienos beatos ducimus,
& ædificantur qui faciunt scelera. Non ecce hæc scripta sunt in libro? Alij propter murmurationem, vt dicit
1.Cor.11. Paulus: Neq; murmuremus sicut nonnulli eorum mur
murarunt, & perierunt ab exterminatore. Et quando
Exod.17. murmurarunt? Quando dicebant: Eduxisti nos vt oc-
cideres in deserto, quasi non essent monimenta in Ae-
Exod.32. gypto. Alij propter ludū, quemadmodū dicit, Come-
Mæth.3. derunt & biberunt, & surrexerunt ad ludendum. Alij
Ezech.3. propter maledicta. Omnis enī qui dicit fratri suo, Stul
Silentij intempestiui malum. te, reus erit iudicio, & his longè plures propter alia pe- B
rierunt, cum non custodiissent ora sua. Quòd si vis vi-
dere nōnullos etiā perire ex intempestiuo silentio, ego
tibi ostendā. Si enim, inquit, populo non annunciaue-
Ezech 3. ris, ille quidem morietur peccato suo, sanguinē autem
eius è manu tua requiram. Alius, quòd nullo habito di
scrimine loquitur cū aliquibus, & quę sibi credita sunt,
Matth.7. effundit. Nolite, inquit, dare sancta canibus, nec proii-
Risꝰ malū. cite margaritas vestras ante porcos. Alius propter ri-
Luc. 6. sum, & ideo dicit: Vę vobis qui ridetis, quoniā flebitis.
Matth.18. Vidisti quo modo os perdit. Vide etiā contrà quo mo
1.Reg.17. do os conseruat. Vide Pharisæum per ipsum pereuntē:
vide publicanū per ipsum conseruatū. Vidisti glorio-
sum ac magniloquum barbarum pœnas dantem: vide
Gene.18. iustum moderate loquentē, & dicentē, Ego sum terra
& cinis. Vidisti eū qui lætatur & insultat, reprehēdi &
puniri: vide eū qui miseretur, seruari. Da, inquit, signū C
Ezech.9. super vultus eorum qui lugent, & mœrore afficiuntur.
Roma.12. Quocirca Paulus quoq; dicebat, Gaudere cum gaudē-
Afflictis condolēdū. tibus, & flere cum flētibus. Si nihil, inquit, aliud potes,
non parum, inquit, ei qui dolore afficitur, conferes, si
vnà cū eo eius vicem doleas. Vidisti eū qui ridebat, fle
tui esse traditum: vide eum qui luget, assecutū esse con
solationem. Beati enim qui lugent, inquit, quoniā ipsi
Matth.5. consolationē accipient. Vidisti eos qui murmurāt, pu-
Danie.3. nitos: vide eos qui gratias agunt, seruatos. Benedictus
es domine, & laudabile nomen tuum, quoniā iustus es
Hiere.11. in omnib° quæ fecisti nobis. Et paulopòst, Omnia quę-
Abac.1. cunq; induxisti nobis, iusto iudicio fecisti. Illi dicebāt:
Omnis qui facit malum, bonum corā domino. Hi con
trà, Mundus oculus tuus, vt non videat mala. Illi bea-
tos ducebant alienos quoniam ædificantur facientes D
Psal.32. scelera: Hic eos quibus deus fert opem. Beatus, inquit,
Psal.36. populus, cuius dominus deus eius. Et rursus: Noli æmu
lari in malignātibus: nec eos beatos iudica, qui faciunt
iniquitatem. Vidisti sanctos alios adhortantes, & ipsos
Gene.28. manentes immobiles in tentationibus. Audi itaq; la-
cob dicētem, Si dederit mihi dominus panem ad ve-
Gene.14. scendum, & vestem ad induēdum. Et Abraham, Non
accipiam à te ex filo vsque ad corrigiam calceamenti.
Porrò autem quādo stuprum erat vxori inferendum,
Gene.12. & fame premeretur, nihil graue aut absurdum locutus
Ibib.22. est. Et quando dixit filius, Pater ecce ligna & ignē, Vbi
ouis? vide cum quanta mansuetudine & sapientia re-
spondet, & dicit: Prouidebit sibiipsi, inquit, ouem deus,
ô fili. nec à natura, nec à commiseratione cōuersus ad
verba filij quæ solus soli faciebat, quando consentaneū
erat desiderium vehementius accendi. Ne quis enim
dicat quòd propter alios verecundia motus nō fleuit,

ab eo separatus, & cū esset solus, ostendit summam philosophiā. Vidisti eos qui propter risum puniti fuerunt: vide eos qui per fletus & ieiunia seruantur, Niniuitas *Ionæ 3.*
mente agitans. Vidisti eos qui propter maledicta dant
pœnas: vide eos qui propter laudationem, mercedem
accipiūt. Qui te benedicit, benedictus: & qui te execra- *Nume.24.*
tur, maledictus. Benedicite iis qui vos persequuntur: *Luc. 6.*
orate pro iis qui vobis insultant, vt sitis similes patris
vestri qui est in cœlis. Vides quòd neque oporteat om
nino esse clausum, neque apertum ad omnia, sed scire
vniuscuiusque tempus. Hæc autē cum sciret propheta,
dixit, Pone domine custodiam ori meo: *Et ostium circūstantiæ labiis meis.* Quænam autem fuerit custodia, nisi
cogitatio quæ vrget terribiliter, habens præ manibus
ignem eos vsturū qui ore temere vsi fuerint? Eum ad-
hibe ianitorem & custodem intentantem minas con-
scientiæ, & hanc portam nunquam intempestiuè ape-
ries sed tempestiuè, & propter luerū, & bona innume-
rabilia. Quocirca dixit quispiam: Memēto nouissima, *Eccle.7.*
& in æternū non peccabis. Vidisti quo modo hic quo-
que hanc præficit cogitationem? Ego verò ipsam etiā
feci terribiliorem, non solùm propter finem, sed etiam
post finem, cum dixi eum habere præ manibus. Si hoc
ita sit nihil mali parietur in animo. Cum eo aliū quoq;
ei appone, qui dicat: Omnis verbi ocioſi reddes ratio- *Matth.12.*
nem in die iudicij. Cogita quòd mors quoq; ex eo in- *Gene.3.*
gressa est. Nisi enim mulier locuta esset cum serpente *Ociosi verbi reddenda ratio.*
vt locuta est, nisi verba dixisset quæ ei minimè conue-
niebant, damnum non accepisset, viro nō dedisset, ille
non comedisset. Hæc autem dico, *nō in os & linguam* *Matth 26.*
culpam conferens, absit, sed *in importunum* eorum v- *Oscula immunda & ficta.*
sum, qui ex rationis negligentia oritur. Est etiā alia via
interitus, quæ ex ore proficiscitur, quando sunt turpia
& immunda oscula. quando ficta ac fraudulenta. Eis *Marc.4.*
quoque impone custodiam. Tale erat ludę osculū, do-
lo plenum. Sed nō tale Pauli osculum, quo iussit se in- *2.Corin.13.*
uicem osculari, dicens: Salutate vos inuicem in osculo *Reg.20.*
sancto, quemadmodū nec Dauid quod Ionathæ præ- *Osculū sanctum.*
bet osculum, sed sanctum, & honestum, & syncera di-
lectione plenum: cuiusmodi etiam fuit eorum qui in
Pauli collum ceciderunt, & cum amplexi osculabātur.
Et ideo dicit: Pone domine custodiā ori meo, & ostiū, *Actor.16.*
non absolutè autem ostium, sed ostium circunstantiæ *περιοχὴς*
addidit. Vt vniuersum contineat, & muniat. Iam verò *munitionis.*
est etiam aliud genus exitij per linguā, nempe dicere,
Cur hoc ita est? Quocirca Paulus eos carpens, qui hæc
inconsideratè loquuntur, dicit: Veruntamen, ô homo,
tu quis es qui respondeas deo? Non oportet autē os so- *Roma.9.*
lùm obstruere, sed mentem etiā ante os. Quocirca di-
cebat etiam quispiam. Quis dabit in cogitatione mea *Eccle.23.*
flagella, vt ignorantiis meis nō parcāt? Quocirca Chri
stus quoq; intus tollit ipsas malas cogitationes dicens:
Qui aspexit mulierem ad concupiscendum, iam mœ- *Matth.5.*
chatus est. Vides quo modo nō sinit pullulare nec ini-
tium sumere cupiditatem, nec irā. Qui irascitur enim, *Ibidem.*
inquit, fratri suo, reus erit gehennæ ignis. Non parum
quoq; conducit ad securitatem, non multum loqui: & *Prou.10.*
ideo dicit, In multiloquio non effugies peccatū: parcēs
autem labiis, eris intelligēs. *Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.* Alius, Ne di
uerteris cor meū in sermones malos, ad cogitandū sce
leratas cogitationes. Cur autē vsus est ordine contra-
rio? & cū de ore prius esset locutus, tunc venit ad cor?
Nō temere, nec abs re hoc facit. Quemadmodū enim *Collatio.*
in captiuis qui volunt aufugere, qui eius rei curam ge-
runt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt, primùm hoc agunt, vt portas carceris præoccupent,& ad hoc omne ſtudiũ ſuum conferunt, & ſi hoc factum fuerit, quod reſtat poterit facilè rectè geri: ita etiam hic quoq; id facit in hoc loco, & per ea quæ ſuadet, hoc propè dicit: Sint clauſæ ianuæ,& malę cogitationes citò expugnabuntur. Quocirca nec ab initio quidem permittit vt foras egrediantur:& malam conuellit radicem,dicens:Non declines cor meũ.Hoc eſt, Ne permittas vt declinet, ne ſinas vt diuertat ad malas cogitationes. Illinc enim eſt fons virtutis & vicij, nempe à corde. Hoc autem ſignificans, ſic dixit, non quòd deus declinet. Abſit. Quænam ſunt autem verba improbitatis? Multa & diuerſa. Nam & quæ inſidias conſtruunt,quæ deum criminantur,quæ virtutẽ auerſantur,quæ vicium ſectantur,quæ de prauis dogmatibus & ſcelerata vita lubenter audiuntur, & cætera huiuſmodi,ſunt verba improbitatis, & ex magna improbitate procedunt. Quemadmodum autem ſunt cogitata & verba improbitatis,ita ſunt etiam verba vitę.Et ideo Chriſto dicebãt diſcipuli,Verba vitæ æternæ habes:& ad quem ibimus?Dicuntur autẽ verba vitæ,quæ vitam præbent.Dicũtur etiam verba ſalutis, quæ ſalutem acquirunt.Quocirca dicit quidam ſapiẽs,Ne prohibeas ſermonẽ in tempore ſalutis. Verba improbitatis ea etiã ſunt quæ faciunt dicentes improbos.Quemadmodum enim eſt aër peſtilens, & qui morbos procreat:ita etiam verba. Quod autem facit ille in corpore,id ea faciunt animæ quæ illa ſuſcipit.Orat ergo. hic quoque ſubiunxit, & dicit. Ne ſinas vt cor meũ verba huiuſmodi ſuſcipiat: ne permittas vt illuc inclinetur. Vidiſti quo modo oſtendit liberum animi arbitrium, & naturam in ſe nõ habere vicium, ſed à ſocordia inclinatam id ſuſcipere. *Ad excuſandas excuſationes in peccatis.* Hæc eſt via præcipua interitus,quando vel ipſa quæ peccauit anima, excuſſo timore excogitat excuſationes & prætextus quoſdam ad ignauiam, vel etiam quando, cum quiſpiam adulterauit, volens alius eius compunctionem excutere,dicit:Nunquid tu cauſa es? cauſa eſt cupiditas.Malum eſt quidem peccare:hoc autem facit grauius,negare poſtquã peccaueris.Hęc ſunt arma diaboli potiſsima. Hoc etiã in primis noſtris parentibus vſuuenit.Cum enim oporteret Adam peccata confiteri,ille in Euam confert culpam, & illa rurſus in diabolum. Cum oporteret dicere, peccauimus: illi non ſolùm non cõfitentur,ſed etiam defenſionẽ comparant.Cum enim ſciret diabolus peccati cõfeſsionem eſſe peccati ſolutionẽ, perſuadet animæ vt ſit egregiè impudens.At tu,ô dilecte,quãdo peccaueris,dic: Peccaui, nihil eſt hac defenſione iuſtius. Ita deum reddis propicium : ita etiam facis vt tardius in ea rurſus incidas.Sed quando quęris prætextus qui non ſunt,& animam vis metu liberare, reddes eam promptiorem vt rurſus eiſdẽ implicetur: Deumq; magis irritabis. Nulli enim peccatori deeſt impudens prætextus. Homicida culpam confert in iram,& fur in paupertatem,& adulter in cupiditatẽ,& alius in principem. Sed hi quidem ſunt prętextus qui nihil habent rationis,nec ſe vllo iure poſſunt defendere.Illa enim non faciũt peccata, ſed ipſi eorum qui peccant animi:Ita autem eſſe oſtendam ex iis quæ ſunt proxima,& illis cohærentia.Quando enim videtur homo alius:qui & vitã agit in paupertate, & tenetur cupiditate, & neceſsitati naturæ eſt obnoxius, hæc non peccare: quãnam poterunt vti defenſione?Et ideo pulchrè ſic dixit quidam ſapiens: Quis dederit in mẽte mea flagella, vt ignorantiis meis nõ parcant?Vide Dauid nullam excuſationẽ afferẽtem quando peccauit,ſed dicentem:Peccaui domino.Atqui potuiſſet dicere, Cur nudabatur mulier? Cur lauabatur ante meos oculos? Sed ſciebat has eſſe friuolas excuſationes,& quæ nihil haberẽt rationis:& ideo venit ad apertam ſui accuſationem,nempe vt diceret, Peccaui. At Saül non ita,ſed cum de vętriloqua ſeu Pythoniſſa reprehenderetur,dicebat:Coarctor,& alienigenæ pugnant contra me.Ideo autem graue dedit ſupplicium. Cum enim deberet dicere,Peccaui,& me iniquè geſsi: ille quidem hoc non dixit,ſed abibat à ratione, alienas quærens excuſationes. *Cum hominibus operantibus iniquitatem.* Hoc ſubiunxit oſtendens eſſe illorum maximè afferre excuſationes, & ſe impudenter gerere: & ideo hoc aſsiduè inſtar virtutis proponit, fugere tales cœtus,atque adeò totum librum ab eo incipit: Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum nõ ſtetit,& in cathedra peſtilentię nõ ſedit.Propterea autem ipſum inuenis in peccatis culpam lubẽter agnoſcere.Quãdo ergo numerauit populum, dicebat, Ego peccaui:& ego paſtor malè feci. Non dixit, Quid tum ſi numeraui? ſed ſeipſum condemnat, & ideo veniam aſsequitur.Nihil enim deum æquè reddit propicium,ac ſua peccata confiteri.Hoc autem fiet,ſi fugiantur eorum cœtus,qui metũ peccatorum ſoluunt, & ad ſocordiam impellunt. Et ideo Paulus & Hieremias de eo multa verba faciunt, & iubẽt vtrique fugere malorum, & eorum qui ſunt adeò ignaui, conſuetudinem. Porrò autem Iob quoque hoc refert in numerum virtutis,dicẽs,Si ambulaui cum irriſoribus. Hic autem oſtendit ſe cum iis ne ſediſſe quidem, dicens: Non ſedi cum concilio vanitatis. Quocirca Paulus quoque non ſinit veſci cum improbis,immò nec vllam cum eis habere conſuetudinem, dicẽs: Si quis autem non obedit ſermoni noſtro,eum ſignate: & nõ conuerſemini cum eo. *Et non communicabo cum electis eorum.* Alius,Neq; vnà comedam dulcia eorum. Alius, Non congregabor in deliciis eorum.Hic dicit illud Apoſtolicum,fugiendas eſſe delicias illorum & conuiuia, vbi maximè creſcit peccatũ,vbi maior eſt libertas & ſecuritas. Non eſt autem hoc paruum ſignum virtutis, nõ parua via correctionis,eiuſmodi fugere cõuiuia, & tales cœtus, & neque reuereri amiciciam,neque ventri ſeruientes robur & conſtantiam animi diſſoluere. Ita dum multi reuererẽtur amiciciam, in ebrietatis fluctus deuoluti ſunt, ita capti ſunt à fornicatione, & ignẽ voluptatis accenderunt,dum ſecuti ſunt conuiuia, & theatra habentia multum iniquitatis.Hoc ipſe quoque oſtendit ſe feciſſe,vt ne eiuſmodi quidem menſæ eſſet particeps. *Corripiet me iuſtus in miſericordia,& increpabit me:oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Alius, Miſereatur mei iuſtus miſericordiæ, & increpet. Hoc quoq; eſt nõ paruũ genus virtutis cum priore,non fugere reprehenſiones & increpationes quæ fiunt à iuſtis. Quod autem dicit, eſt eiuſmodi, Eorum quidem qui ad gratiam loquuntur propter damnum, cœtus nunquam fuerim particeps : eos autem elegerim qui ſunt acres & vehemẽtes, & corrigunt, qui redarguunt, qui peccatum aperiunt, qui reprehendũt. Hoc eſt enim maximæ miſericordiæ & clementię,mederi vulneribus.Oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Vidiſti animam virtute inſtructam,& in ea exercitatam, quæ fert quidem lubenter iuſtorum reprehenſiones : quæ autem ab iniquis, vel ad gratiam, repellit & reiicit. Quamobrem? Quoniam illi quidem vel miſerentes ſæpe exitium attulerunt:

Cur,& virtutis & vicij fons.
Verba improbitatis.
Ioan.6. Verba vitæ & ſalutis. Eccl.4. Simile.
Libertũ arbitrium.
Eccl.32. Excuſatio in peccatis, peſsima.
Gene.3.
Confeſsio, peccati ſolutio. 1.Reg.12.24
Luc.18.
Eccl.23.
1.Reg.22.
Pſal.1.
2.Reg.24. Peccatorum confeſsio deũ maximè placat.
Hier.51. Iob.31. Pſal.25. 1.Cor.5.
2.Theſ.4.
Heb. delicias habet Cald. caneſſe delicias illorum & conuiuia, vbi maximè creſcit peccatũ, vbi maior eſt libertas & ſecuritas. Non eſt autem hoc paruum ſignum virtutis, nõ parua via correctionis, eiuſmodi fugere cõuiuia, & tales cœtus, & neque reuereri amiciciam, neque ventri ſeruientes robur & conſtantiam animi diſſoluere. Ita dum multi reuererẽtur amiciciam, in ebrietatis fluctus deuoluti ſunt, ita capti ſunt à fornicatione, & ignẽ voluptatis accenderunt, dum ſecuti ſunt conuiuia, & theatra habentia multum iniquitatis. Hoc ipſe quoque oſtendit ſe feciſſe, vt ne eiuſmodi quidem menſæ eſſet particeps. Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Alius, Miſereatur mei iuſtus miſericordiæ, & increpet. Hoc quoq; eſt nõ paruũ genus virtutis cum priore, non fugere reprehenſiones & increpationes quæ fiunt à iuſtis. Quod autem dicit, eſt eiuſmodi, Eorum quidem qui ad gratiam loquuntur propter damnum, cœtus nunquam fuerim particeps : eos autem elegerim qui ſunt acres & vehemẽtes, & corrigunt, qui redarguunt, qui peccatum aperiunt, qui reprehendũt. Hoc eſt enim maximæ miſericordiæ & clementię, mederi vulneribus. Oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Vidiſti animam virtute inſtructam, & in ea exercitatam, quæ fert quidem lubenter iuſtorum reprehenſiones : quæ autem ab iniquis, vel ad gratiam, repellit & reiicit. Quamobrem? Quoniam illi quidem vel miſerentes ſæpe exitium attulerunt:
Conuiuiorũ & theatrorum pernicies.
Reprehenſores iuſti nõ auerſandi.
γνάμη.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tulerunt:hi autẽ acriter inſectantes & increpantes correxerunt: & cum horum quidem reprehenſione coniuncta eſt miſericordia, cum illorũ autem miſericordia,mors. Et ideo dixit quiſpiam eſſe fideliora amicorum vulnera,quàm volũtaria oſcula inimicorũ. Conſidera autem quo modo hic ſignificat illud apoſtolicũ, Redargue,increpa,exhortare. Talis eſt enim ſanctorũ reprehenſio.Ita etiã faciunt medici:non ſolùm ſecant, ſed etiam alligant. Quocirca Chriſtus quoque efficiẽs vt grata eſſet & accepta reprehenſio, non ſinit reprehenſionem ab initio publicari, dicens: Vade & reprehẽde ipſum inter te & ipſum ſolum. Ita etiam faciebat Paulus oſtendens reprehenſionem cum miſericordia, nunc quidem dicens:O inſenſati Galatæ,nunc autem: Filioli mei,quos iterũ parturio.Oportet enim eum qui reprehendit,multa excogitare,vt accepta ſit & grata eius reprehenſio: & magna ſapientia opus eſt ei qui adhibuerit tale medicamentum:ac maiore quidẽ ſapientia opus eſt ei qui reprehẽdit, quàm ei qui corpus ſcindit.Quo modo?Quoniam illic quidem aliud eſt quod ſcindit,& aliud quod dolorem ſuſcipit: hic autem eadem eſt quę ſcindit,& quę dolore afficitur.Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum,quid hoc eſt?Ille,inquit,non quærit vtilitatẽ auditoris,ſed ſuam, vt videatur ſuauis,iucundus,& amicus: hic autem ante ſuam gratiam,conſiderat illius vtilitatem. Vnde etiam hac ratione inter ſe maximè differunt. Si autem vel miſerantes ſunt auerſandi improbi: quando ſunt admittendi?nunquam. Quamobrem etiam ſi præbeat pecunias,etiã ſi delicias promittat & honores,eum repelle & fuge. Iuſtũ autem etiamſi te verbis ludificetur, etiam ſi te increpet & inſectetur, ſequere. Ille enim eſt qui te diligit. *Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum.* Alius,Adhuc enim & oratio mea intra vicia ipſorum.Alius,In improbitatibus ipſorum.Hæc quidem petiit:Illa verò præbet à ſeipſo,& hinc oſtendit non oportere eos ſolum cõſidere orationi inertes & ſupinè dormientes,ſed oportere etiam ſua cõferre. Quid hic autẽ ex ſe præbet?Nõ oues,boues, & pecunias,ſed morum moderationẽ,& quòd mirandum in modum eorum fugiat improbitatem.Non ſolum,inquit,illorum fugiam gratiam, nec eligam horum reprehenſionem, ſed etiam ſtabo aduerſus eorum cupiditates: tantũ abeſt vt eligam eorum miſericordiã. Hoc enim ſibi vult illud,In beneplacitis eorum,hoc eſt,aduerſus eorũ cupiditates. *Abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.* Alius, auellentur in manu petræ. Oſtẽdit hic quàm ſit peccatum expugnatu facile,& quàm præceps vicium.Ipſi,inquit,principes,qui omnia agebãt & ferebant, perierũt. Non dixit autem, perierunt, ſed abſorpti ſunt, ſignificans eos ita periiſſe vt nullum ſit reliquum eorum veſtigium,quod etiam dicit de impio:Tranſij,& ecce,nõ erat:quæſiui ipſum,& non eſt inuẽtus locus eius. Quid eſt,iuxta?Propè.Quod autem dicit,eſt eiuſmodi,Quẽadmodum petra aliqua quę mari eſt obruta,non apparuerit: ita etiam demerſæ illorum fœlicitates deinceps non amplius apparent, cum funditus interierint. Vel hoc ergo dicit, deletum eſſe funditus eorum nomẽ & gloriam: vel id ſignificat eſſe potens, robuſtum & validum.Illud enim ſignificat, auellẽtur in manu petræ. *Audient verba mea,quoniam potuerunt.* Alius,Quoniam munita ſunt ſatellitibus.Alius, Quoniam ſpecioſa fuerunt.Hoc eſt,ſcient per rerum experientiam, exhortationis & conſilij mei iucunditatem.Et quo modo?Reprehenſio iuſtorum hunc producit fructum,& eorum diſciplina magnam affert voluptatem. Talis eſt enim virtus.Habet quidem breuis temporis laborem,perpetuam autem lætitiam. *Sicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram.Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum.* Alius,quemadmodum agricola quãdo frangit terram: ita diſſipata ſunt oſſa noſtra in ore inferni. Alius, Perinde ac ei qui confringit ac diſſecat terrã,diſſipata ſunt oſſa noſtra in'inferno. Alius, Vt qui colit & fodit terrã, diſſipata ſunt oſſa noſtra iuxta infernum. Poſtquam dixit verba ſua habere plurimum voluptatis, dicit etiã veteres calamitates. Quãuis,inquit,extrema paſſi ſumus, & tanquam proſciſſa,arata,& foſſa terra diſperſi ſumus omnes & periimus, & ad ipſas mortis portas deuenimus:ita tamen affecti maluimus reprehenſionẽ & correctionem iuſtorum,quàm miſericordiã peccatorum: etenim quodcunque acciderit, à tua ſpe pẽdemus:neque quicquam nobis cueniet, quod poſſit efficere quo minus ad te reſpiciamus. Vnde etiam ſubiunxit,dicẽs, *Quia ad te domine, domine oculi mei.In te ſperaui, non auferas animam meam.* Etſi,inquit,innumerabiles irruant calamitates,licet bella,prælia,mortes, & portæ inferi, à ſacra anchora non recedimus,ſed firmã tui auxilij ſpem tenemus,armiſq; & acie dimiſsis,ſperam° fore vt hinc, nempe à tuo auxilio liberemur.In te ſperaui,non auferas animam meam.Alius,Ne* euacues.Hoc eſt,ne ſinas me abire re infecta. *Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi,& à ſcandalis operantium iniquitatem.* Non hic dicit tantum inſidias, ſed quæ clàm fiunt, & occultæ ſunt, quæ ſunt & obſeruatu & deprehẽſu difficiles,& *ad quas cauendas ſuperno maximè auxilio opus eſt*. Precatione autem ideo concluſit orationẽ,à qua exordiũ ſumpſerat in ea deſinens, hæc quidem à ſe conferri oſtendẽs, ſpem in deum,perpetuò ad deum reſpicere, malorum cœtus fugere, odio habere improbas eorũ cupiditates. A deo autem,opem & auxilium,& iis quæ ſunt tolera- tu difficillima,reddere ſuperiorem.Ita enim virtus cõtexitur,dum & noſtrum ſtudiũ adhibetur, & deus nobis opitulatur. *Cadent in retiaculo eius pedes.Singulariter ſum ego donec tranſeam.* In cuiuſnam cadent retiaculũ? Dei. Hoc eſt,vincentur,capientur.Tenentur enim iuſti, vt corrigantur,& excitetur eorum philoſophia: peccatores autem,vt quorum ſit morbus immedicabilis,vſque ad pœnam & ſupplicium detinẽtur. Singulariter ſum ego donec trãſeam.Alius,Simul ego ſum donec tranſeam.Hoc eſt,compactus,coniunctus,nõ diſperſus: vel ex ſeptuaginta ſententia, liberatus à malis, purus ab illorum congreſsione,& tanquam ſolus habitans: quod quidem eſt maximum genus virtutis.Non vno autem aut duobus tribúſve diebus hoc facit, ſed per totã vitam.Hoc eſt murus,hoc propugnaculum,hoc virtutis incrementum,malos fugere,coactum & conſtipatum apud ſe conſiſtere toto vitæ tempore, & ab iis qui corrumpunt, ſeiunctum habitare. Solitudo enim non facit eſſe ſolum, ſed mens quæ tenetur amore & ſtudio ſapientiæ.Ita etiam qui habitant in mediis vrbibus,foris,& ſtrepitibus,poterũt eſſe ſingulares homines,dum corruptos cœtus fugiant, & ſe iuſtorũ conciliis adiungant.Hæc eſt via ſecura.Qui ergo eſt ad alios corrigẽdos idoneus, cum iis verſetur qui ſunt ſuſcepturi medicinam, & eos reddat meliores. Qui eſt autem imbecillior,fugiat improbos, vt ab illis damnũ nõ accipiat. Ita & præſentẽ vitã tutè aget, & ſecurè, & bona futura cõſequetur. Quæ detur nobis omnibus cõſequi gratia & clemẽtia domini noſtri Ieſu Chriſti,cui gloria& potentia nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum,Amen.

IN PSAL-

A

B

C

D

Sapien.3.
2.Cor.4.
Prouer.27.
2.Tim.4.
Collatio.
Matth.18.
Galat.3.4.
Reprehenſionis cautio.
Num.16.
Hebr. inter mala.
Orationi ſoli nõ confidendũ, ſed & operandum.
Heb. Præcipitentur in manibus petræ.
Pſal.36.
Pro בְּעַמִּי *70 ἠδύνθησαν ſua via incũda pulchra fuerunt.*
Sacra anchora ſpes in deum.
Hebr.6.
**Priuſquam eris*
Virtutis cõtextus.
Editio græca hoc non habet.
Monachiſmus verus.
Singulares homines.

Universidad de Deusto

IN PSALMVM CXLI.

Conduplicatio.

VOce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus sum. Vides quo modo vbique hoc facit,& hinc ducit exordium. Bis autē hic dicit,voce & voce.Hoc autem non absre facit, sed vt hæc duo nos doceat per conduplicationem, & summam animi alacritatem,& intēsam mentem. Præterea autem suam oportere esse vocem. Nō enim omnes voce clamant,nec ad deum: nec propria. Oportet autē hæc omnia concurrere. Qui clamat aduersus inimicos,non edit vocem hominis, sed feræ & serpentis. Qui est negligens, & non audit quæ dicit,non clamat ad deum,sed nequicquā ac temere loquitur.Qui mentem non excitat,& si valde vociferetur,hic rursus non clamat.Vox enim,vt iam sæpe dixi, non significat spiritus tonum, sed mentem intensam.At hic non sic,sed hæc tria simul colligit, & ostendit se & voce clamare, & ad deū & voce propria, & ideo bis dicit, voce mea, & voce mea. *Effundo in conspectu eius orationem meam & tribulationem meam ante ipsum pronuncio.* Vidisti animum liberum ab omnibus quæ ad hanc vitam pertinent.neq; enim confugit ad homines, nec ab eis petiit auxilium, sed opem quæ expugnari nō potest, rogauit à superis. Deinde intensam & vehemētem animi promptitudinem, quam intus habuit absconsam ostendit per hæc verba,Effundo,inquit,abundè ac copiosè. Hinc etiam discimus afflictiones non parum conferre ad philosophiā.Hic est fructus afflictionis. Nemo ergo ipsam fugiat. Duo enim habet hæc commoda. Vnum quidem quòd facit studiosiores,& attentiores.Alterum autem, quòd ea quoque iusta est causa vt audiamur. Et ideo non dixit ipse, iusticiā meam, nec mea rectè facta, sed meam afflictionem,nempe quòd ea non paruum afferat patrocinium.Quocirca Esaias, Adhortamini,inquit, populum meum sacerdotes, loquimini ad cor Hierusalem, quoniam suscepit de manu domini duplicia peccata eius.Et Paulus: Tradidi hunc hominem Satanæ ad interitum carnis: vt spiritus sit saluus.Et ad Corinthios scribēs, dicebat: Propterea multi in vobis infirmi sunt & imbecilli,& dormiunt multi.Si enim nos ipsos iudicaremus,non iudicaremur. Iudicati autem à domino castigamur, ne cum mundo condemnemur. Porrò autem diuiti dicebat Abraham: Recepisti bona tua in vita tua, & Lazarus mala sua:& nūc hic quidem cōsolationem accipit, tu verò cruciaris. Iam verò Dauid quoq; cū ei malediceret Semei, dicebat: Sine eum mihi maledicere, quoniam deus ei mandauit, vt videret meam humilitatem.Et in scripturis vbique inuenimus,quòd qui afflictiones ferunt grato & patienti animo,nō solùm multa peccata delent, sed etiā non paruam apud deum fiduciam & loquendi libertatem obtinent. *In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas.* Quando qui sunt in primis pusilli & abiecti animi,concidunt,& multi etiā mala verba loquuntur:is tunc maximè philosophatur, vt qui studij magistram habeat afflictionē. Quando ergo videris quempiam ex afflictione desperantem, aut verbum aliquod acerbum proloquentem: ne in causa esse existimes afflictionem,sed pusillum & abiectum eius qui loquitur, animum.Afflictionis enim natura solet efficere cōtraria,attentionem,animi contritionem,intensam mentem,pietatis incrementum. Quocirca dicebat Paulus: Afflictio patientiam operatur,patientia probationem. Si autem Iudæi afflicti murmurabant,non afflictionis, sed illorum amētiæ erāt verba murmurationis. Sancti cum affliguntur,euadunt clariores,& sapientiæ studio magis dediti. Quocirca ipse quoque dicebat, Bonum mihi domine quòd humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.Et Paulus:Et propter ingētem magnitudinem reuelationum,ne nimis extollerer,datus est mihi stimulus carnis,angelus satanæ qui me colaphizet.Pro eo ter dominum rogaui,& dixit mihi:Sufficit tibi gratia mea: virtus enim in infirmitate perficitur. Et ideo mihi placeo in afflictionibus,in infirmitatibus, in persecutionibus.Quando enim infirmor:tūc potens sum. Vides eum magis excitari in afflictione, & ad deū cōfugere, & ei vehementer adhærere in ipso profundo malorū.(Hoc enim sibi vult illud,In deficiendo ex me spiritum meum)& tunc diligentiorē & meliorem effici.Illud autē, Et tu cognouisti semitas meas, Alius interpres dixit,Tu enim scis. *In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Considerabam ad dexteram, & videbam:& non erat qui cognosceret me.* Hic ostendit ingentem calamitatem,& mala amplificata, & hostium insidias, quo modo prius accesserunt, volentes eum prosternere,& quod est omnium difficillimum, non modò nulli erant socij aut adiutores, sed ne eum quidem agnoscebant.Hoc est maxima solitudo,summa alienatio,est enim paucorū,adesse in calamitatibus, & opem ferre, & maximè quando calamitates minātur pericula.Sed hoc non modò eum non læsit, sed etiam valde iuuit,vtpote quòd eum deo familiarē fecerit. Et tu ergo ô dilecte,quando videris mala crescere, ne concidas,nec animum abiicias,sed sis gnauior & vigilātior. Deus enim ideo permittit ea oriri, vt tuam excutiat socordiam,vt te dormitantem excitet. Tūc enim excinduntur omnia superuacanea:tunc omnia quę ad hanc nostram vitam pertinēt,expirant: tunc in oratione euadit quis diligentior,tunc ad eleemosynā & ad ventris despicientiam fit alacrior, & vnumquodque animi vicium facilè superatur,fugatum ab afflictione.Neque enim ab initio vt nos puniret, implicauit nos laboribus & ægritudinibus,etiā si ita pronunciarit vt supplicij loco haberet:sed vt nos castigaret, & meliores redderet.Si enim cum & dolor immineat,& vita sit laboriosa,adeò inualescit vicium: si nihil esset horum, quo tandem non processisset?Et quid miraris si ita est in animo cum etiam in corporibus sit bonum afflictio: & supra modum luxuriare, & deliciis perfundi carnem, sit valde noxium? & alioqui dum vndique ponuntur insidiæ,id homines reddit cautos & circunspectos:& si attēderimus,nihil damni accipimus.Et ideo dicit quispiam,Agnosce quòd trāsis in medio laqueorum,& supra ciuitatū pinnas ambulas,& hic: In via hac qua ambulabam,absconderunt laqueū mihi.Quòd si quis hæc etiam sumpserit anagogicè, videbit hoc ipsum facientem diabolum, & non procul sed propè occultantem insidias. Quocirca magna nobis cautione & vigilātia opus est.Occultat enim laqueum in eleemosyna,nempe vanam gloriam, in ieiunio arrogantiam, & in aliis alia,in ipsis viis in quibus ambulamus: quod est longè difficillimum. *Periit fuga à me.* Vide rursus aliam malorum accessionem.Ostendit enim non solum esse in viis laqueos,nec vllum fuisse qui opem ferret & agnosceret, sed nec quod reliquum quidem est ad euasionem, vt fuga saluti suæ cōsulat, id sibi esse promptum & expeditū. Ita in mediis malis interceptus fuerat, nec effugi poterat calamitas: & tamē ne sic quidem desperabat. *Et non est qui requirat animam meam.* Hoc est, Qui defendat,qui opem ferat.Quid hic ergo? Nūquid cum in tanta

Vox hominis.
Vox serpentis.
Vox in sacro quæ intelligatur.
Pronuncio ἀναγγελῶ annuntiabo,vt & Hebr. & Chal.Hier.
Afflictionis commoda duo.
Afflictionis effect⁹.
Esa.40.
Ioan.4.7o
1.Cor.5.
1.Cor.1.
Luc.16.
2.Reg.16.
Deut.4.
Psal.17.33
Esa.9.
Osee.6.
Roma.5.
Exod.15.16 17.&
Num.16.
Psal.118. 2.Cor.12.
Hebr.& Chald. Quū anxiꝰ esset vel defecisset in me.s.m.
Eccl.9.
1.Pet.5.
Laqueos etiam in viis tendit diabolus.
Psal.114.
Eccl.2.
Iob.5.
Osee.4.
Calamitosis panci adsunt.
Esa.63.
Hier.2.
Matth.26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in tanta versaretur inopia, & tanta premeretur rerum difficultate, desperauit salutem? Nequaquam, sed ad deum statim cõfugit,& dicit: *Clamaui ad te domine, dixi, tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.* Vides cautionem animi & vigilantiã. Mala eum minimè obruerunt, sed magis erexerunt & extulerunt: & cùm in summa esset inopia, & rerũ omnium difficultate, agnouit manum inuictam,& vires omnipotentes,& in rebus impeditis facilem euadendi rationẽ. Dixi, tu es spes mea. Reprobata sunt, inquit, humana omnia,& tempestas adeò est omni auxilio superior, vt nulla arte possit vitari naufragium, & tamen etiamsi hæc omnia desperata sunt apud homines, omnesq; defessi & malis exhausti simus: tibi tamen omnia sunt facilia: vnde etiam in te sperantes minimè elanguescimus. Portio mea es in terra viuentium. Hoc est, Totus thesaurus meus, diuitiæ meæ, omnia ipse es. In terra viuentium. Terram viuentium hîc vocat suam patriam. Captiuitatẽ enim Babylonicam, inferos & mortem sæpe vocat. Deinde quoniam cum in aliena quidẽ esset regione, solitus non peragebatur cultus, illic autem omnia sacra & omnes implebantur ceremoniæ: propterea dicit, Portio mea es in terra viuentium. Semper mei curam gessisti, inquit, & me tibi familiarẽ fecisti in terra, & magna mihi tecum interces sit coniunctio. *Intende ad deprecationẽ meam, quia humiliatus sum nimis.* Vides quo modo id quod superius dixit, hoc etiam ponit hîc pro sui defensione, quòd humiliatus sit, inquam, quòd peccatorum supra modum pœnas dederit. Hoc autem, Nimis, non est eorum quæ facta sunt, reprehensionis: sed eius qui patitur, doloris & imbecillitatis. Si enim quid peccata mereantur, respexeris: nõ est nimia deiectio ac humiliatio. Sin autem eius qui fert, imbecillitatẽ: nimia est, & supra modum. Deus enim nunquam pœnas sumit quas merẽtur peccata. Quòd si iis qui patiuntur, videtur esse intolerabilis, id non ex eorum quæ fiunt, natura proficiscitur: sed ex imbecillitate eorum qui illa sustinent. *Libera me à persequentibus me, quia confortati sunt super me.* Ecce rursus alia causa, nempe iniustę eorum qui illum incessunt, insidiæ, & quòd ipse sit valde imbecillus. *Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo.* Confiteri hîc ponitur pro eo quod est gratias agere. Hoc est autẽ quod dicit, Libera me à malis. Per custodiam enim, seu carcerem, significat summas calamitates. Ad confitẽdum nomini tuo. Hoc quoque est non paruum, vt qui rebus vtuntur secundis, acceptorum beneficiorum minimè obliuiscantur. Multi enim homines in afflictionibus quidem sunt diligẽtiores, in rebus autem prosperis & ocio socordiores: alij rursus in quiete & rebus secũdis sunt negligentes: & in rebus aduersis, de se desperant, & fiũt supiniores. Sed hic in vtraque horũ temporum differentia manet semper eandem cautionẽ adhibens ac cõseruans. neque enim afflictio vt is animo concideret, effecit: sed ad orationẽ potius & supplicationem eum adduxit: nec rerũ prosperarũ successus & ocium eum supinum reddidit, sed tunc etiam paratus est ad gratiarum actionem. *Me expectabunt iusti, donec retribuas mihi.* Coronabunt iusti, quando me beneficio affeceris. Quid hoc est? Hoc quoque iustis proderit. Illi enim gaudebunt, lætitia afficientur, exultabunt, cùm me viderint liberatum à malis. Tales enim sunt sanctorum animæ: & eorum cum quibus malè agitur, miserentur: nec iis inuident quibus res secundæ euenerint, sed gaudent & lætantur, & iis qui beneficio affecti sunt, gratulantur. Quod etiam iussit Paulus, Gaudete, inquiens, cum gaudentibus: & flete cum flentibus. Nõ est autem hæc parua virtus. Multi enim iacentibus lætabundi insultant, & se erigẽtibus inuidẽt, ex crudelitate & summa inhumanitate vtrasque has perturbationes animi patientes. At non sic iusti, sed ab vtroque hoc vicio liberati, cùm sint misericordes & clemẽtes, has virtutes possidẽt. Quemadmodum ergo illis ex crudelitate vtraque eueniũt, ita his propter humanitatẽ & clementiam, quòd & eorum qui dolent, commisereãtur: & iis cum quibus bene agitur, collætentur. Cur autem dixit, Donec retribuas mihi? Alius quidẽ dicit, Quando mihi benefeceris. Alij verò, Quãdo retribues & remuneraberis me. Atqui superius dixit afflictionem & humiliationem, non præclara facinora, nec ex rectè factis fiduciam. Quánam autem de causa petit remunerationem? Pro diebus humiliationis. Nõ est enim pusillum hoc rectè factum, ferre afflictionem cum gratiarum actione, & ideo vocat retributionẽ, eam quæ illa sequitur, remunerationẽ. Nec nos ergo animi angamur in afflictionibus, sed oremus ne intremus in tẽtationem: quæ autem euenerint excipiamus. Ita enim & quæ habemus peccata, deponimus: & siqua est in nobis iustitia, eam clariorem reddimus. Id autẽ Iob ostendit, qui tunc magis claruit. Hoc bonum est etiam in corporibus. Hoc nõ solùm est in hominibus, sed etiam in brutis: non in brutis solùm, sed etiam in plantis. Et ideo ne in vitibus quidem permittunt agricolæ comas nimis luxuriare, nec in aliis arboribus, sed ne nimiũ crescãt, falce prohibent, omnes earum vires in radices cõuertentes, ne eæ in foliis consumptæ, fructus inanes & inutiles producant. Quod quidẽ euenit etiam in hominibus. Studio enim in ea quæ sunt superflua consumpto, imbecillior fit animus ad ferendum fructum pietatis maturum & perfectum. Hoc etiam videri potest in aquis. Quæ enim consistit, & non meat, est noxia: sed quæ mouetur, exhauritur, & per tubos & aquæductus transmittitur, non solùm ea est salubris, sed & visu, & tactu, & potu est iucundior. Sæpe etiam vicit naturam afflictio. Quod enim vietum ac flaccidum est, & deorsum fertur, si prematur, sursum erigitur. Quod etiã accidit in hominibus. Qui enim facilè ferũt afflictiones, redduntur excelsiores, etiamsi sint valde abiecti, terreni, & humiles: & ex iis magna cõmoda accipiunt. Hæc ergo cum sciamus, cum gratiarũ actione feramus mala quæ in nos immittuntur, vt & illa nobis fiant faciliora, & bona futura consequamur. Quæ detur nobis omnibus consequi gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

Iob.42. Sapien.12. Eccl.8. 2.Cor.1.

Nimis, particulæ vsus. Peccata nũ quã dignè deus punit. Psal.144. Abac.3. Isa.2.

Cõfessio gratiarũ actio. γνώμη.

Prouer.1. Ezech.16. 1.Reg.vlt. Hiere.2.18.

Heb. circũdabunt.

Roma.12.

Hebr. & Chald.

Afflictionis tolerantia æquanimis, meritoria. Matth.6.16

Afflictionis commoditas, à simili.

A simili rursus.

IN PSALMVM CXLII.

Domine exaudi orationem meam. Est quidem προσευχὴ & precatio quæ fit per verba, & est etiã promissum seu votũ. Quocirca suadet etiam quidam sapiens, dicens, Ne iteraueris verbum in oratione tua. Non autem hortatur & suadet vt nõ eadem bis dicamus cùm deũ rogamus & precamur: absit: (iubemur enim perseuerare in orationibus) sed ne differamus quando deo aliquid fuerimus polliciti, & id soluere properem⁹. Et ideo dicit alibi, Ne differas reddere votum. Futurũ enim est incertũ. Vel enim morbus, vel quæ præter opinionem accidũt negocia, prohibuerint. Quòd si etiam mors aduenies te interruperit, non dabitur tibi venia. Orationẽ autem hîc dicit precationem & supplicationem: & ideo subiunxit, hoc ipsum

Eccl.7. Luc.11.b Eccl.7.a

ipsum significans, *Auribus percipe obsecrationē meā in veritate tua.* Alius,In fide tua.Alius,In stabilitate tua.Hoc est, Annue petitioni, & fac vt ea effectū cōsequatur,tua veritate cōfirmans: vtere tua potētia ad ea implēda quæ peto.Sed videamus cuiusmodi sit postulatio.Apud homines quādo quis offert supplicationē,hoc cōsiderant qui eam suscipiunt: & si sit iustum & legitimum,auditur.Sed apud homines quidem,pro honoribus,dignitatibus,& pecuniis fit supplicatio,sæpe etiam vt prohibeatur iniuria:alij autē ea petūt quę sunt maiora quàm vt fieri possint à iudicibus:nos autem supplicamus pro peccatorum condonatione:& tūc venimus ad supplicationem, quando iudex qui est intus, non remiserit, cōscientia inquam nostra,quæ nos vrget ac vexat. neque enim in eius potestate situ est remittere: & quemadmodum ad imperatorē nemo pro veste discissa,nec pro decem obolis ereptis audet accedere: ita etiam tu, atque adeò longè amplius, caue ne ad deum accedas pro rebus vilibus,contemptis,& nihili:vt verbi gratia, si quis in pecunia tibi fecerit iniuriam, aut si quis affecerit te contumelia:sed in iis in quibus diabolus te iniuria afficit, cum supernō maximè auxilio opus est. At nō habes qui tui curam gerat, & tuam supplicationem offerat?Cùm rex procedit,eum alloquere, & quære tēpus opportunum.Quando ergo procedit rex?Semper & perpetuò. Quando est autem tempus opportunum? Quādo tu volueris,quādo vt dignus sis teipsum pręparaueris. Iubebātur quidē Iudæi in valle subsistere cum deo apparerent, & albas vestes induere, & cum vxorem non habere. Tu autem animam emunda pro vestibus,& cum moderatione, mansuetudine,& summa quiete accede, & ad regem proficiscere, & si vis verē quod petis,impetrare: nō eget multis sumptibus peregrinatio: accipe virtutem viaticum. Et vbinā agit hic rex?Prope eos qui corde sunt cōtrito.Illa via ingredere.Prope est dominus omnibus qui ipsum inuocant in veritate,illic eū inuenies.Illic eum alloquēris. Est prope eos qui panē frangunt esurientibus, & faciunt eleemosynam. Si hac veneris, inuenies eum paratum, annuentem tuæ petitioni. Te enim adhuc loquente, dicam,Ecce adsum,nec opus erit intercessore: sed per te ipsum quòd petis assequēris. *Exaudi me in tua iustitia.* Quid facis ô homo?Procedēs dicturus es,Ne intres in iudicium cum seruo tuo,quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens: & hic rogas vt sicut iustū est exaudiaris? Quid est ergo quod dicitur? Iusticiam hic dicit clemētiam,& in multis scripturę locis videri potest accipi iusticia pro clementia, idq; iure perfecto. Apud homines enim iusticia, priuata est misericordia: apud deum autem nō itidem, sed iusticiæ quoque admixta est misericordia,& tanta,vt ipsa etiā iusticia vocetur clementia. Atqui considera quidē in inundatione quāta fuerit misericordia,quāta rursus iusticia. Etsi enim pœnas dederūt qui tunc peccabāt:nō tamen dederunt quas meruerant.Ne mihi enim molē aquarum respexeris, neque dierū multitudinem quibus fuit diluuij naufragium,neque orbē terræ qui tunc erat abyssus. Quid hoc enim refert eorum qui perierunt? Hæc enim possunt quidē timorem incutere: iis autem qui mortui sunt,nullum supplicium afferunt. Quo modo enim punirentur qui quæ fiunt,non sentiunt?quorum etiam breui tēporis momēto fuit interitus,breuemq;& leuissimā mortem passi sunt, & igne & ense & laqueo & tormentis faciliorē,& longè minus molestam.Quare speciem potius supplicij, quàm experientiam habebant quæ fiebant.Qui itaque toto vitæ tempore ad extremam vsque senectutem talia commiserāt, breuissimo temporis momento pœnas dederunt, siquidē naturæ debitum vocandum sit supplicium.Vidisti quanta sit clemētia.Vis etiā eam aliunde videre? Non enim statim intulit, sed & semel & bis & sæpe eam prædixit. Per arcam enim eos allocutus est: illi verò ne sic quidem cessarunt, etsi non opus erat vt vlla denunciatio fieret improbitati.Sed neq; eos natūra docuit,sed tanquā porci, immò verò quibúsuis porcis obscœniores, cum & se inter se corrumperēt, & naturæ leges funditus conuellissent, & nec vlli suasioni, nec consilio pariuissent, nec ex iusti vicinitate aliquid cōmodi cepissent, breui solùm temporis momento pœnas dederūt, vel potiùs ab interitu erepti & à pœna liberati sunt.Ea enim facere, multo est grauius, quam aquis breui momento intercipi.Hoccine est ergo,dic mihi,suppliciū, eos qui viciis erant corrupti,& scelerātè ac nefariè inter se coniungebantur, & alter alterum dedecore afficiebāt & afficiebātur,ab eiusmodi exitio liberare? Deinde, medicum quidem qui membra putrida resecat, non dicemus punire corpus,sed tāquam benignum & humanum admittemus:Dei autem benignitatē & clementiam non multo magis admirabimur, qui suos ea ratione castigat:Eum quidem perpetuò oportet admirari,& gloria afficere: sed hoc nomine nunquam desistamus eius stupere curam ac prouidentiam: nec eum cessemus ea de causa laudare,quòd & breuem sectionē adhibuerit,& serpens malum resciderit & medicinam quæ nullum dolorem afferat, admouerit. Ne te ergo hoc conturbet, quod omnes repente & vno tempore obruti sunt.Quid enim refert an sic,an paulatim?Quid cum qui excesit, iuuat quod per se & solus, aut lædit quòd cum omnibus excesserit? Exaudi me in tua iusticia.Hoc est,In benignitate & clemētia. Quod enim id significet, subiunxit: *Et non intres in iudicium cum seruo tuo.*

Hoc etiam, petit Iob, qui erat vir iustus, & verax,& abstinens ab omni re mala,dicēs: Vtinam esset qui discerneret & argueret inter vtrūque. Cum deus autem apparuit:Manum apponam ori meo,licet deus pronocaret & diceret: Non,sed accinge tāquam vir lumbos tuos.Hoc etiam Iudæis exprobrat, dicens:Quod inuenerūt patres vestri in me delictum, quia principes vestri in me se iniquè gesserunt? Hoc autem facit, nō volens grauiorem in eos reddere sententiam, sed volens eos eo adducere,vt sua peccata sentirent,eáque confiterentur,& nunc eis daret veniam,vt sic beneficij nostri magnitudinē.Et ideo dicit: Dic tu prior tuas iniquitates,Non vt condemneris:sed vt iustificeris.Ea de causa nec ipse eas dicit, sed illum ad eas dicendas comparat.Si enim vellet punire,ipse eum accusasset. Nunc autem quoniam vult misereri, cedit ei qui peccauit,vt ipse grati & memoris animi coronam accipiat, & per confessionem misericordiam attrahat.Quid potest cū hac conferri clementia?Nihil.Dic,inquit,& nihil quęro amplius:cōfitere,& mihi sufficit. Dic,& totum fero acceptum.Ne intres in iudicium cum seruo tuo.Multi sunt qui in hoc se rectè gerunt, ex eo quòd sit deus iudicaturus.Qui enim pio sunt & grato animo,hoc antè norunt:qui secùs,ex eo quòd prophetę dicunt assiduè: Iudicium domino ad populum suum, & cū Israël disseret.Et rursus,Audite voragines, & fundamēta terræ. Et,Audi cœlum, & auribus percipe terra. Ex eo ergo quòd ipse assiduè dicatur iudicare, etiā qui paulò minùs sensus habebant,se in eo rectè gerebāt.Etenim dicebant

Conscientia iudex interior.

Auxilium dei in quibus quærendū.

Exod.19.

Psal.50. Deus quibus præsto sit.

Esa.58.

Ibidem.

Iustitia dei clementia.

Gene.7.8

Diluuij pœnis quàm leuis.

Gene.6.

1.Tim.1.

Cōfessionis peccatorum, fructus.

Mich.6.

Esa.1.

Esa.58.

Iob.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hier.12. cebant nonnulli Iudæi, Quare ieiunauimus,& nō aſpe-
Ezech.18. xiſti?&, Quicūque facit malum, bonum coram domi-
no:& ædificātur qui faciunt ſcelera,& beatos ducimus
alienos,&, Nō eſt recta via domini. Porrò autem bea-
tus quoque Iob poſtquam in illam tētationem incidit,
non eo animo, nec ea dixit quæ Iudæi. Abūt. Dixit ta-
Iob.23.32. men: Vtinam eſſet interceſſor,& qui diſcerneret & ar-
gueret inter vtrunq;,& timor eius ne me conturbaret.
Et ideo dicit ei, Interrogabo ego te, tu verò mihi re-
ſpōde. Deinde quoniam obſtupefactus fuerat,& dixe-
Iob.42. rat, Cur ego adhuc iudicor dū corrigor, & arguo do-
minum? Et rurſus: Auditione quidem auris te priùs au-
diui, nunc autē etiam oculi te viderunt: quocirca me-
ipſum vilipendi,& liquefactus ſum: exiſtimaui autem
meipſum terram & cinerem: ponam manum ſuper os
Iob.36.40 meum: dixit ei, Ne, ſed accingere tanquam vir lumbos
tuos, propemodum eius verba in memoriam redigens
& dicens, Quoniam mecum voluiſti iudicio cōtende-
re, ecce adſum diſceptaturus. Vidiſti dei elementiam
Daniel.3. ineffabilem, vidiſti bonitatem infinitam. Et ideo tres
quoque pueri dicebāt, Peccauimus, iniquè egimus, nos
iniuſtè geſſimus. Quoniā enim multi homines ſenſus
planè expertes peccata ſua in deum conferūt, hoc pro-
curante & machinante diabolo, hanc conſuetudinem
deus euellens radicitus, dicit ſe cum eis iudicio cōten-
Hier.2. dere. Tale quid etiā peccauit Protoplaſtus qui primus
Gene.3. inquā creatus eſt Adam,& ideo dicebat: Mulier quam
dediſti mecū, ea mihi dedit, & comedi. Iudæi quoque
multa eiuſmodi peccabant. *Quia nō iuſtificabitur in cōſpe-*
ctu tuo omnis viuens. Quid de me dico, & hoc & illo?
inquit. Nō eſt homo ſuper terrā, qui ſi de iis in iudicio
contendat quæ illi à te præcepta ſunt, poſsit iuſtificari:
Ita eſt apud te pleniſsima & redūdantiſsima victoria.
1.Reg.18. *Quia perſecutus eſt inimicus animā meam.* Poteſt quidem
23.24. hoc intelligi & de Saūle, qui erat tūc inimicus, & eum
perſequebatur. Poteſt etiam dici per anagogen inimi-
1.Pet.5. cus diabolus. Ille enim non ceſſat eos qui dei ſunt, per-
ſequi. Quo modo ergo liberabimur ab eius perſecu-
tione? Si locū inuenerimus, in quem non poteſt ingre-
di. Et quiſnam eſt hic locus? Quis alius quàm cœlum?
Quo modo autem poteſt in cœlum aſcēdi? Audi Pau-
lum dicentem, & oſtendentem quòd etiam carne im-
Coloſ.3. plicati poſſumus illic verſari, Quę ſurſum ſunt cogita-
Philip.3. re, vbi eſt Chriſtus in dextera dei ſedēs. Et rurſus: No-
ſtra autem conuerſatio eſt in cœlis. *Humiliauit in terra*
vitam meam. Multa ſignificat nomen humilitatis. Eſt e-
nim & virtutis humilitas, vt quando dicit: Cor cōtri-
Humilitas multiplex. tum & humiliatum deus nō deſpiciet. Eſt & humilitas
Pſal.50. quæ procedit ex calamitatibus. Eſt & quæ proficiſcitur
2.Reg.8. ex peccatis. Hic autē eam ſignificat, quæ oritur ex ten-
tationibus. Quocirca ſubiunxit hoc oſtendens, Humi-
Iudit.6. liauit in terra vitam meam. Eſt etiā humilitas, quę pro-
Pſal.105. cedit ex ſuperbia, vt quādo dicit: Qui ſe exaltat, humi-
Luc.14.18 liabitur. Eſt etiā alia humilitas, quæ proficiſcitur ab in-
Eccl.13.19 ſatiabili cupiditate. Quid eſt enim abiectius & humi-
ἀτιμία. lius iis, qui ſeipſos infodiunt diuitiis, potētiæ & glorię?
Ij enim ſunt duabus rationibus humiles, & quòd humi
ſerpant ac trahātur, & quòd ea magna exiſtiment, quē-
admodū parui pueri pilas, talos, & huiuſmodi ludicra
magnificiunt. At hoc non eſt ſignum quòd ea magna
ſint, ſed quòd qui ea admirantur, mētem habeant im-
perfectam & humilem. Sed hoc quidē eſt ætatis & na-
turę defectus: illud verò eſt culpa volūtatis. Cùm enim
ſit vir, & perfectæ ac maturæ ætatis, menſas, luxū, & de-
licias res putat eſſe magnas: quo quid eſſe poteſt ab-

iectius & humilius? Atqui multi eos eſſe magni & ex-
celſi animi exiſtimant: ſed hi ſunt illis longè humilio-
res. Rurſus ergo diſcamus quę ſit vera altitudo: & quid
vilitatem & humilitatem efficiat. Nihil enim æquè fa- *Matth.19.*
cit excelſum, ac ea deſpicere. Nūc ergo propheta dicit *Mar.10.*
humilitatem quæ oritur ex calamitatibus, *Collocauit me*
in obſcuris ſicut mortuos ſeculi. Duplicē dicit calamitatem,
& quòd in obſcuris, & quòd tanquam mortuos ſeculi:
per vtraque ſignificās eam quæ tunc erat captiuitatem.
Quoniam enim etiā qui eſt in obſcuro, poteſt aliquid
agere accenſa candela: volens oſtēdere inſignem ma-
lorum magnitudinē, addito mortuorū nomine auxit
tragœdiam. Tales ſunt qui in peccatis viuunt. Ita enim
ſunt tanquam mortui in tenebris. licèt ergo lampades
circunferāt innumerabiles, licèt ad Solem reſpiciant,
licèt ex veſtibus & alio vitæ cultu alacres & lęti videā-
tur, nihilo meliori: immò vero deteriori ſunt cōditio-
ne, quam qui ſunt mortui, & agūt in tenebris, quatenus
illa quidē res eſt naturalis, hoc verò eſt culpa volun-
tatis. Tenebræ quoque ſunt eę quæ futuræ ſunt, de qui-
bus dicit, Tollite eū, & mittite in tenebras exteriores.
Sunt etiam vicij tenebræ. Sedentes, inquit, in tenebris, *Tenebræ*
& vmbra mortis. Et Paulus, Non ſumus filij tenebrarū. *mortis.*
Et rurſus, Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcu- *Matth.22.*
ratum eſt inſipiēs cor eorum. Et ideo quemadmodum *Eſa.9.*
qui verſantur in tenebris, neſciunt rerum naturam: ita *1.Theſ.5.*
etiam qui ſunt in peccatis, ſunt obcæcati, & ea quæ ap- *Roma.1.*
parent, non diſcernunt, ſed ad vmbras tāquam ad res *Sapien.1.*
veras currunt: diuitias, & delicias, & potentiam perſe- *Peccatorū te-*
quentes: nec amicos, nec inimicos nouerunt, inimicis *nebræ.*
quidem tanquam amicis fidētes, cum amicis verò tan-
quam cum hoſtibus, confligentes. Non vides pauperes *Pauper cur*
quotidie clamantes, & eiulantes, à nemine tamē audi- *nō audiā-*
ri? Quare non audiunt? Quoniā collocauit eos diabo- *tur à mun-*
lus in obſcuris, ſicut mortuos ſeculi. Quod enim ſunt *danis.*
aliis tenebræ & mortis affectio, hoc eſt eis inhumani- *Pſal.142.*
tas. Eſt eorum qui ſedent in tenebris, non videre mala
quæ illos inuadunt. Hoc etiam eis accidit, qui non vi-
dent quæ iuxta eos ſitæ ſunt calamitates, & in voragi-
nes foſſaſq; & præcipitia deturbantur. Eſt eorū qui ſe-
dent in tenebris, turpia ſecurè audere admittere. Hoc *Iob.24.*
etiam faciūt qui nequiter viuunt, tanquam qui ſedent
in tenebris, & perinde ac ſi nemo homo ſit qui quæ fiūt
reſpiciat, omnia tam ſecurè perpetrant, in mediis vrbi-
bus tanquam in ſolitudine ſcelera committentes. Qui
ſedēt in tenebris, ſunt in perpetuo metu: ita hic etiam.
Nullus enim raptor & auarus eſt à metu alienus quā- *Animi ſibi*
tuncunque ſe inſolēter iactitet, & extrinſecus lætantis *male cōſcij*
ſpeciē præ ſe ferat. Talis eſt enim natura animi ſibi ma- *metus.*
lè conſcij. Et erant hi quidem antea omni venia priua-
ti, ſed nunc magis, quòd cum ſol iuſticiæ illuxerit, ad-
huc ſedēt in tenebris. Et quo modo cum illuxit ſol, ſe-
dent in tenebris? Propter ſuorum oculorū imbecillita-
tem. Cum enim ſe antris, cloacis, & voraginibus vicij *χηραμοῖς*
infoderint, non poſſunt intueri radium. *Et anxiatus eſt* *Murene cō-*
ſuper me ſpiritus meus. In me turbatum eſt cor meum. Alius, Et *fectus Heb.*
circūagebatur in me anima mea. Oſtendit rurſus ſum-
mam afflictionē per animi perturbationem. Quid eſt
autem, In me? Ne aliis quidē poteram enūciare, & cō- *Eſa.57.*
ſolationem ab eis accipere. Tales ſunt animi improbo- *Improborū*
rum. Nunquā non conturbantur, nō ſolùm dum ſunt *inquietudo.*
præſentia, ſed etiam dum expectantur mala. Nūquam *Collatio.*
eſt eis vlla tranquillitas, nulla animi ſecuritas, ſed per-
turbantur magis quàm vllū pelagus: nō nox, non dies
eis cōcedit vt ſedetur tēpeſtas: ſed vndiquàque vexan-
tur,

Virtutes exercitati.

tur,& si nullus sit qui eis molestiã exhibeat, bellum intestinum,& quod secum cohabitat,habẽtes:nec iis quę iam acceperunt,fruuntur:eorum quæ nondũ aduenerũt,solicitudine lacerati,laniati: de omnium negociis solicite,de bonis omnium curiosè scrutantes:animo agitantes quo modo hunc quidem persuadebũt, illum verò terrebunt,alium blandis verbis allicient, aliũ verò cogent,alium autẽ obseruabunt:calumnias,emptiones,venditiones,testamenta,fideiusiones,vsuras,sortes, & horum malorũ quisquilias & fæces apud se versantes:& quando eis omnia affluunt, tũc maximè perturbantur. Vide diuitem illum qui tũc maximè turbatur,quando eius ager fuit fertilissimus, dubitatq;,& est animi perplexus,& dicit:Quid faciam:Diruam horrea mea,& ædificabo maiora.Pauperi autem nihil tale accidit. *Memor fui dierũ antiquorum*: meditatus sum in omnibus operibus tuis.Nõ est hæc parua consolatio,priora nosse & præsentia.Quoniam enim,vt semel dicam, iisdem legibus deus & ea quæ nunc sunt, & quæ priùs fuerunt,administrat: maxima est ad præsentia cõsolatio memoria præteritorum.Et ideo in alio quoq; psalmo dicit: Nũ in secula repellet dominus, aut in finem misericordiã suam rescindet:Et alius,Respicite ad antiquas generationes, & videte quis sperauerit in domino,& derelictus est.Et Paulus,Hæc autem omnia in figura eueniebant illis: scripta sunt autem ad admonitionem nostram, ad quos fines seculorum deuenerũt. Nõ aliena autẽ solùm, sed etiam nostra sępe in memoriam reuocãtes,lucrifacimus. Hoc autẽ ostendit Apostolus,dicens: Recordamini priorum dierũ, in quibus illuminati magnũ certamen sustinuistis passionũ. Et à contrario. Quèmnã fructũ tunc habuistis in iis,in quibus nunc erubescitis:Et alius sapiẽs, Recordare nouissima tua,& in æternum nõ peccabis. Hoc enim etsi est futurum,à pręterito tamẽ ducit initium, nempe mors cõmunis.Hoc etiã facit Paulus ex præteritis & futuris, & quando cõsolari,& quãdo corrigere oportet. Nolo, inquit,vos ignorare fratres, quòd patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierũt, & omnes eandem escam spiritalẽ comederunt: sed nõ in pluribus eorum cõplacuit deo. Aliquando autem à futuris. Qui pœnas dabũt,æternum exitium à facie domini.Et rursus:Peruenit autẽ in eos ira in finem.Dies enim indicabit quod in fine reuelatur. Et rursus:Propterea enim venit ira in filios inobediẽtiæ.Sed hęc quidẽ,quãdo oportet corrigere.Quando autẽ cõsolari,ab vtrisq; cõsolatur. A præteritis quidem sic, dicens,Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi. Et rursus: Deus misericordiarum,& pater omnis cõsolationis.Et rursus:Qui cõsolatur nos in omni afflictione,per consolationẽ quam à deo accipimus. A futuris autẽ, Non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad gloriã quæ est reuelanda in nobis.Quocirca hic quoq; dicit, *Memor fui dierum antiquorum,meditatus sum in omnibus operibus tuis.*

Præteritorũ memoria quã vtilis.

Psal.76.

Psal.117.

1.Cor.10.

Hebr.10.

Roma.6.

Eccl.7.

A præteritis & futuris.

1.Cor.10.

1.Thes.2.

1.Thes.2.

Colos.1.

2.Cor.2.

Ibidem.

Roma.18.

Non dixit tantum, Memor fui,sed, meditatus sum. Hoc est, Magnam operam & diligẽtiam adhibui in iis apud me reuoluẽdis quæ antiquis euenerunt.Ex scripturarum enim cognitione adest nobis magna cõsolatio & philosophia.Et ideo dixit Paulus:Per patientiam & cõsolationem scripturarũ spem habemus. Et rursus: Omnis scriptura diuinitus inspirata, est vtilis ad doctrinam, ad reprehẽsionem, ad correctionem.Hic ergo hinc accepit cõsolationem, cum esset in tanta afflictione & perturbatione,quòd vetera apud se reuolueret, & quæ à deo variè sunt gesta & administrata, in

Scripturarũ consolatio.

Roma.15.

1.Tim.3.

memoriã reuocaret.Dicit itaq; alius,Et meditatus sum omnes actiones tuas. *In factis manuum tuarum meditabar.*

Alij lequebar, contemplor.

Alius,opera manuum tuarum meditabar.Per hæc ostẽdit,quòd dum hæc faceret, magnã accipiebat cõsolationẽ,vt deo cuaderet familiarior. Et ideo hoc ostẽdẽs,subiunxit, *Expandi manus meas ad te.* Non dixit,Extendi, sed Expandi, ostendens magnã cordis affectionem, quòd propemodũ è corpore properat exilire, & ad ipsum excurrere.A memoria rerũ præclarissimè gestarũ veluti diuino quodã furore afflatus, cum & omnem benignitatẽ reputassem, & ex calamitatibus perfectam disciplinam,& quę à malis ereptionẽ secuta est libertatẽ,ad te rursus confugi. *Anima mea sicut terra sine aqua.* Alius, Tanquam terra sitiẽs ad te semper.Hoc est enim Diapsalma. In rebus,inquit,aduersis & secundis, & in omni tẽporum varietate ostendi semper æquale studium.Quid est autẽ,Sicut terra sine aqua tibi?Sicut terra sitiens, aquam desiderat: ita ego esse tibi assiduè propinquus. Hoc autẽ desideriũ magis auxit moles afflictionũ, & ideo deus eas permisit crescere, magnam suam ostendens prouidentiam.Non solum enim fecit creaturas,sed etiã factarum curam gerit,& hominũ,& aliorũ omnium.Hoc itaq; scies Paulus,dicebat: In ipso enim viuimus,& mouemur,& sumus.Et rursus:In ipso cõstant omnia.Et rursus:Omnia ad te respectãt vt des illis cibum in tẽpore opportuno.Cum dederis tu ipsis, colligent.Cum tu autẽ manum tuam aperueris,omnia implebuntur bonitate.Cùm tu verò manũ tuam auerteris,turbabuntur.Et rursus:Qui respicit super terram, & facit eam tremere.Et Esaias:Qui cõtinet gyrum terræ.Et de virtute,Nisi dominus,inquit,ędificauerit domum,in vanum laborauerunt qui ædificant.Et rursus: Qui habitare facis sterilẽ in domo, matrem filiorũ lætantem.Et ideo terram quatit, & mõtes tangẽs facit vt fument,suum ostendẽs dominium.Solem autẽ obscurat,& facit deficere, per hoc indicans se esse opificem. Porro autẽ in scripturis quoq; vides solem retrocedẽtem,& lunam rursus cum eo stantem,& multa alia miracula. Quando enim eius cognitio nondum extensa fuerat,hæc fiebant: nũc autem nõ est ampliùs opus hac doctrina,cum res ipsę clament & ostẽdant dominum. Vidisti in Aegypto tenebras,& mutationem elemẽtorum. Si qui autem dicant defectum euenisse naturaliter,nõ autem dei iussu:dicant quo modo factus sit eo tẽpore quo cruci est affixus.Nõ enim tempore tũc pręstituto,sed quando minimè erat cõsentaneũ, & cursui naturali nequaquã cõueniens tunc occidit, cum esset scilicet quartadecima luna,& pleniluniũ.Defectus autem nõ sic fiunt.Quare manifestum est quod sicut alia, ita etiam defectus omnes fiunt iussu opificis. *Velociter exaudi me,defecit spiritus meus.* Quid dicis? Vrges medicũ ad curationem?Nequaquam:Sed hic quoq; mos est animarum quę affliguntur,quẽadmodum & hominum laborantium accersere medicos,etiamsi tẽpus non postulet:& liberationẽ celeriter prouidere.Quocirca ipse quoq; causam adiiciens,dicebat,Defecit spiritus meus. Atqui deus qui potest excitare à mortuis,multo magis ante mortem.Sed quẽadmodum dixi,hinc deprehenditur naturæ imbecillitas. Sciebat enim omnia ei esse facilia:sed ferre nõ potest mala quæ intenduntur. *Ne auertas faciẽ tuam à me,& similis ero descẽdẽtibus in lacũ.* Alius, Ne abscõderis faciẽ tuam.Et vndènam fit auersio? Ipse deus dicit per Esaiam,An nõ potẽs est manus mea:Sed peccata vestra diuidũt inter me & vos. Quando ergo mali quid fecerimus,auertitur.Mũdus est enim,inquit, oculus

Iosue.10.

Miraculis nunc opus non est.

Exod.10. 11

Diõ. Arcop. ad Polycarpum.

Matth.27.

Esa.59.

Esa.33.

Actor.17.

Colos.1.

Psal.32.

Psal.103.

Esa.40.

Psal.126.

Psal.112.

Psal.103.

Esa.38.

Collatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

oculus tuus, vt non videat mala: & respicere super malos nō poteris. Et ideo auersatur etiā arrogantes. Dicit itaq; Super quē respiciam, nisi super mansuetū & quietum, & trementem verba mea? Persequamur ergo hāc virtutem, vt eius faciē attrahamus: ne in vicij barathrū incidamus densis occupātibus tenebris. Possunt etiam qui ceciderunt, iterum ascēdere. Oportet ergo eos qui cadunt, nō manere intus iacentes. Lacus autem, in quo sunt sæuæ bestiæ, & qui est plenus tenebris, est natura peccati. Scripturarū ergo rudentes demittamus, & voluntatem alligemus: & si ceciderimus, velociter resurgemus. Quo modo autem incipiemus iter ingredi? Si cum ceciderimus, nō cōtēnamus, nec desperemus, sed hæc prophetica carmina nobis canamus: Nunquid cadens nō resurgit? Et rursus. Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra sicut in tētatione, & his cogitationibus vinctos nos attrahamus. *Auditā fac mihi mane misericordiā tuam, quoniam in te speraui.* Alius, Auditam fac mihi à matutino misericordiā tuam. Id est, celeriter. Vidisti afflictam & perturbatam animam. Vult audiri ante experiētiam, vt spe erigatur & expectatione. Hoc est autē quod dicit, Fac me surgere à peccato. Deinde adiicit etiam rationem, dicens: Quia in te speraui. Deus enim nihil æquè requirit quā vt eū semper intueamur, & ab eo perpetuò pendeamus. *Notā fac mihi viā in qua ambulē: quia ad te leuaui animā meam.* Quid dicis? Cū & natura habeat legē ab initio à deo impositā, & Mosaicę leges eam renouent, quid tibi vis, rursus dicens: Notam fac mihi domine viā in qua ambulē? Vel hoc ergo dici potest. Quoniam cōscientia mea obruta est à vicio: rogo vt ea renouetur. Vel hic dicit viam, multa eorū quæ ignorantur ab hominibus, quēadmodum Paulus quoq; ostēdit, dicens: Quid enim oremus sicut oportet, nescimꝰ. Si autē Paulus hoc ignorat post tantam cognitionē, quid miraris si hic quoq; ignoret? Vide autē quòd nihil sensile hic quærit, sed viā quę ad deū deducit, & quæ è domo prębet initium. Non dixit enim absolutè, Notam fac mihi viam quæ ad te ducit. Sed quid? Quia ad te leuaui animam meam. Hoc est, A te pendeo, te intueor, te vnum respicio. Iis enim deus maximam sui præbet noticiam. Quamobrem dicebat de Iudæis, rogatꝰ cur eis loqueretur in parabolis, Quoniam videntes nō vident, & audientes nō audiūt. Illud autē leuaui, significat, Ad te traduxi & transtuli animā meā. *Eripe me de inimicis meis domine, ad te cōfugi.* Vide vbiq; afferri causas ab eo qui rogat. Ne auertas, inquit, faciēm tuam à me: quoniam in te speraui. Notā fac mihi viam tuam: quoniam ad te leuaui animā meam. Eripe me de inimicis meis, quoniam ad te cōfugi. *Doce me facere voluntatē tuā, quia deus meus es tu.* Nō dixit absolutè, Doce me voluntatē tuam, sed, Doce me facere voluntatē tuam. Hoc est, Ad ipsa facta me deduc. Superna enim ope & cœlesti doctrina opus est, vt ingrediamur via quæ ducit ad virtutē, nō nobis in ocio degētibus, sed quæ sunt nostra, cōferentibus. Quia deus meus es tu. Vides spiritales eius petitiones. Nō enim de pecuniis, potentia, & gloria, sed vt dei faciat volūtatē, in eius petitione agitur: quod quidē est omnium bonorū thesaurus, & opes quæ nunquam deficiunt, principiumq; & radix fœlicitatis, & mediū, & finis. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Vides quo modo discimus quo modo doceamur viam perficere, nempe per spiritum sanctū. Et ideo dicebat Paulus, Nobis autē deus reuelauit per spiritū suum. In terram rectam. Si dictionē quidem spectes, dicit suam patriam: Si accipiatur autē anagogicè, viam quæ ducit ad virtutē. Alius autem dicit, Per terram planā. Nihil est enim virtute lęuius ac planius, quę est à turba & tumultu libera. *Propter nomē tuum viuificabis me domine.* Vides eum rursus ad deum cōfugere, nō autem in vita sua collocare fiduciam. *In æquitate tua educes è tribulatione animā meā.* Alius, In misericordia tua. Vides quo modo verum sit, quod superius dicebam, quòd iusticiam sæpe vocat clemētiam. Educes de tribulatione animam meam. Orate enim, inquit, ne intretis in tētationem. *Et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.*

Non quoniam ego sum dignus, inquit, sed propter tuam clemētiam libera me ab iis qui in me bellum gerunt, libera me ab iis qui mihi insidiātur, da vt ab afflictione aliquantum respirem. *Et perdes omnes qui tribulant animā meam, quoniā ego seruus tuus sum.* Vide hic rursus adiectam causam. Neq; enim possumus purè & absolutè nostra postulata cōsequi, sed oportet nos ita præparare, vt simus digni qui postulata cōsequamur, & quę nostra sunt cōferre, & ita accedere. Nō sufficit enim sola natura orationis. Nā Iudęi quoq; orabant, & audiebāt: Si multiplicaueritis preces, non exaudiam vos. Et quid miraris si Iudæi nō exaudiebantur, cū etiam Hieremias pro eis orās, reprehēditur, & semel & bis audit. Ne ora pro hoc populo, quoniam nō exaudiam te. Et quid miraris si Hieremias nō exauditur? Etiāsi Noë, inquit, etiā si Iob steterint, filios & filias suas nō eripient. Hæc ergo cum sciamus, nō solùm oremus, sed cū precibus quoq; nos ita cōparemus, vt simus digni qui accipiamꝰ, vt & præsētia & bona futura cōsequamur. *Quæ detur nobis omnibus cōsequi gratia & clemētia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potētia in secula seculorū, Amen.*

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN eodem psalmo, Non intres in iusticiam cum seruo tuo domine, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, Homilia incerto interprete.

IVdicia domini sicut abyssus multa. Altitudinem & profunditatē & latitudinē in dei cogitatione quicunque attingere voluerit, antè deficit quam proficit. Nam quis illi cōsiliarius fuit? aut quis illi primò dedit, & retribuetur ei? aut quis nouit mentē domini? Ergo quia abscondita sunt à nobis pro nobis, quia ideo abscōduntur, vt desiderētur: dicamus deo, sicuti modo cātauimus, Ne intres in iudiciū cum seruo tuo domine, quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs. Quis castum se gloriatur habere cor, aut mundum esse à peccatis? Hic modo eriguntur peccatores, & dicunt, Ecce Apostolus dixit, quia nemo hominum potest castum se dicere habere cor. Audi: & quòd audis, intellige. Noli ad tuum sensum vel ad tua facta deducere testimonia recta. Quod dixit, Quis castum se gloriatur? nō dixit nō esse castum cor, sed non gloriari de casto corde: & mūdum à peccatis omnino hominem esse non posse, hoc possum acquiescere: quia sunt lenia peccata, perquàm leuia, vt oratione quotidiana purgentur. Et si fortè etiam ipsa purgentur, ne in illis veterascamus saltē de præteritis illis primæ ætatis, puerilitatis, pubertatis, adolescētiæ peccatis quis se dicit esse mundū. Ergo quia de prēteritis seu per ignorātiam, seu per ætatē infœlicē, calidam, inordinatam, cæcam, offendit deum: nemo ergo glorietur mundum se esse à peccatis, etsi proficiens elōgauerit à peccatis. Ergo mēs Christiana cùm proficit in id quod proposuit, maximè secundum deum, nō debet gloriari, & tamen gloriari debet non in se, sed in domino. Nam sic dixit Apostolus:

Esa.56. παρρησιαστικός.

Lacus peccati natura.

Psal.40. Hebr.3.

Deum semper intueri debemꝰ, & ab eo pendere.

Roma.8.

Matth.13. Psal.87. Psal.85.

αἰτιολογία. διόγμα.

Operum necessitas.

1.Cor.2.

Aequitas & iusticia pro clementia & misericordia.

Mar.14. Luc.22.

Oratio sine opere inutilis.

Esa. Hiere.7. Ezech.14.

Psal.35.

Esa.40.

Prouer.20.

1.Cor.1.

Apostolus: Qui gloriatur,in domino glorietur. Ergo de meritis suis nihil assignare sibi decet, nisi peccata, quæ sunt propria nostra:cęterum virtutes & actio purgata,cœlitus datur hominib⁹,donatur à deo:quia omne donum optimum, & lumẽ perfectum desursum est descendẽs à patre luminum. Ergo dicamus, Ne intres in iudicium cum seruo tuo domine,quoniã nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. In vita ista tentationis videmus quod nolumus: audimus quod nolumus:loquimur quo modo nolumus:ambulamus vbi nolumus:totũ ad quod nolumus,venimus. Sed tamen in id quod nolumus,cũ victoria peruenimus ad quod nolumus.Pugnandum est ergo in omnibus malis suggestionibus,luctandũ est cum desideriis:negandę sunt carni voluptates suæ, vt seipsa subdat homini interiori,id est animæ,vt sit pax in domicilio cordis.Et iã fratres excutite pigritiam,feruete in spiritu sancto. Inflãmamini vt in luce ambuletis,ne tenebræ vos cõprehẽdant. Nolite gloriari in vobismetipsis, reddite debita. Quæ sunt ista debita?Nemini quicquã debeatis,nisi vt inuicem diligatis.Hoc ergo debetis debitum reddere: Estote quòd nõ fuistis,habete charitatem, inserite mãsuetudinẽ: cæteræ virtutes subsequantur,vt sit mẽs vestra librata & mensurata.Qui carni viuunt,deo placere nõ possunt.Qui plus diligunt carnẽ suã,quàm creatorem carnis suæ,malè viuunt.Viuite cum deo,ambulate cũ deo, obtẽperate deo. Seruite domino in timore,& exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam,nequãdo irascatur dominus & pereatis de via iusta.Quãta est vita nostra infœlix,misera,quæ quotidie ad nõ esse tẽdit,maximè quia dies exitus nostri occultatus est à nobis. Nõ est omniũ nasci, crescere,& senescere.Sed ideo occultãtur dies nostri,vt viuamus cautè soliciti, Ne subitò occurrat mors incerta,& præoccupant peccata, & perueniatur ad pœnã, tẽpus est curationis,tempus est correptionis,& recipiendę salutis. Nullus sedeat nõ curatus, null⁹ remaneat vulneratus. Si dolent facinora,currite ad medicũ:si agnoscitis quę feciſtis,celebrate confessionẽ.Erubescite de pręteritis, vt dicatur vobis ab Apostolo, Quem enim fructũ tũc habuistis,in quibus nunc erubescitis:Finis peccatorum mors. Nos verò in nomine Christi liberati à peccato, serui autẽ facti deo, habem⁹ fructũ nostrum in sanctificatione,finẽ verò vitam æternam. Beata vita,quæ sic viuit,vt talẽ limitem inueniat:talem portum acquirat, talẽ ciuitatis ingrediatur portã, vt ibi iam nõ peregrinus, sed ciuis gaudeat. Ibi iam non pugnæ procedunt & prælia, & bella, sed tantũmodo victoria cum palma recipitur. Hæc ciuitas tũc dabitur, quando dicetur bonis,sanctis,piis,immaculatis,castis:Intrate in gaudium domini vestri.Vox ista,promissio ista, cum prædicatur,nõ vilescat,nõ tepescat in fidelibus. Quo modo panis quotidie in oculis nouus efficitur esurientibus, sic promissiones dei nouæ sint audientibus. Dicite ergo, Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens, Magna humilitas, magna sapientia, magna prudentia, vt sciat viuens sic se posse viuere, vt sibi sit accusatus, & deo excusatus.Quia iustus in primordio sermonis, sui accusator existit:cum venerit aduersarius,cõfundetur. Accusate vos de pręteritis facinoribus vestris,legitimè confitemini deo: & iam nolite peccare, ne quid vobis aliud contingat deterius.Cum vobis prædico,me cõpungo:cùm vos cõpungo, & meipsum agnosco, quia homines sumus exigui & nulli. Non possumus gloriari in isto quod quęrimus adhuc esse:nec possumus exaltari,ne perdamus quod videmur esse: quia superbis deus resistit,humilibus autem dat gratiam.

Iac.4.

IN PSALMVM CXLIII.

Benedictus dominus deus meus,qui docet manus meas ad prælium, & manus meas ad bellum. Quid dicis? Deusne docet bellare, pugnare, & acie cõfligere? Maximè quidem: nõ peccauerit quispiã,qui quæ in his paratur victoriã,ei adscribit.Hoc enim sibi vult illud, Qui docet manus meas,Hoc est,qui facit vt vincam hostes,vt trophæum erigam. Quando enim prostrauit Goliath,ille fuit causa victoriç,& quãdo multa bella rectè gessit,& trophęa erexit,& aliquot vrbes hostium vi cepit,is fuit in causa vt vinceret.Et ideo canẽs dicebat:Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Mosis quoque tempore multa fecit eiusmodi. Verùm enimuero aliud quoque bellũ hoc grauius,vbi nobis maximè superno auxilio opus est, quod geritur contra potestates aduersarias. Quòd autem nos cõtra eas bellum geramus,audi Paulum dicẽtem:Nõ est nobis lucta aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus,aduersus potestates,aduersus principes tenebrarum mundi huius,& eo grauius,quòd ex alia natura est earum exercitus, & quæ sub aspectum non cadit,& quòd nõ de rebus paruis agitur, sed de salute & interitu. Nõ possunt hic videri homines qui occiduntur, non potest præsciri nec locus,nec tempus, non aliquid aliud eiusmodi. Nam & domi,& in foro, & ludentes & in ocio nos inuadunt hæ phalanges, Quare oportet nos esse perpetuò munitos. Bellum enim hoc nullam nouit dilationem,nec vllas inducias: non habet nec legatos,nec feciales,nec aliquid eiusmodi,bellum enim nõ indicitur,& ideo oportet se maximè vndiquaq; munire,& conuenienti alimento validum firmumq; reddere. Huius autẽ belli cõmeatus, & horum militũ arma sunt diuinarũ scripturarũ auditio. Ea qui nõ fruitur,fame perit:Dabo enim eis,inquit,nõ famem panis,nec sitim aquæ, sed famẽ audiẽdi verbi domini. Hic igitur,sicut & in bellis ciuilibus,superno auxilio opus est.Nõ seruatur enim,inquit,rex per multã potentiam, & gigas nõ seruabitur in multitudine viriũ suarum. Fallax equus ad salutẽ, in multitudine viriũ suarum nõ seruabitur.Multi itaq; hostes sæpe fuderũt ac fugarunt,cum priùs preces præcessissent,quàm aduersariorũ phalanges perrupissent. *Misericordia mea, & refugium meũ, susceptor meus & liberator meus.* Vides eum rursus rogare vt seruetur à clemẽtia. Immõ verò hic etiã aliquid aliud significat. Per hoc enim id ostẽdit, & dicit: Ne essem quidẽ ipsa dignus misericordia, nisi ipse annuisset. Ipse est ergo,inquit,mea misericordia. Eam enim ex factis meis non sum consecutus. Nam & si est misericordia,nõ omnibus tamen indiscriminatim accidit. Miserebor enim,inquit, cuius misertus fuero, & miserabor quẽ fuero miseratus. Oportet ergo,si misericordiã sumus cõsecuturi,eius clemẽtiç occasionem è domo nostra pferre. Hic autẽ dicit se etiã hoc ipsum, quòd sit misericordiã consecutus,ei accepto ferre. Vidisti contritum animũ,vidisti mentẽ memorẽ & gratam,& quo modo benigno & clemẽti deo vniuersum adscribit. *Susceptor meus,& liberator meus:protector meus,& in ipso sperani.* Spem in ipsum assiduè versat & circũagit, docens omnes nullis malis obrui,sed vel in mediis ærũnis eum semper intueri,& ab eo pendere,nec vnquã desperare,animóve concidere.Ipse est enim susceptor & libe-

Παντὸς λαοῦ μου consentiũt Hebr. & Chald.

Psal.23.

Ephe.6.

Bellũ diaboli aduersus homines.

2.Cor.10.

Amos.8.

Psal.32.

γνώμη.

Roma.9.

Misericordiã dei vt cõsequamur

Iac.1.

Iean.12.

Roma.13.

Ibidem.8.

Psal.2.

Vita humana miseria.

τὰ παλαιὰ etc.

Roma.6.

Matth.25.

Simile pulchrum.

Prouer.18.

Iean.5.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

& liberator meus. Vnde & si nõ in ipsis malorũ principiis me susciṗiat, defendat, & liberet, oportet bono esse animo. Si ipse enim est susceptor ac defensor, omnino liberabit à malis. Tunc enim maximè spes est, quando iis quæ vidẽtur nos deturbantibus in desperationem: ea efficit vt de futuro bene speremus. *Qui subdit populum meum sub me.* Sic rectè dixit. Nam hic quoque superno auxilio opꝰ est, vt qui ditioni subiecti sunt, acquiescãt, & nec seditionem agitẽt, nec insurgant. Nõ solùm ergo in subiugandis inimicis, sed etiam in suis subiiciendis & in officio cõtinẽdis superno nobis auxilio opus est. Nam hoc quoq; magnum est suos bene regere, nec minus est quàm suos inimicos vincere. Multi quidem certè sæpenumero trophæa in bellis erexerunt: in pace autẽ cẽsi sunt, cùm eorũ quibus præerant, habenas non rectè posset moderari. Nõ ergo in regni potestate situ est vt castra subiiciantur, sed in dei auxilio. Quemadmodum autẽ ab eo procedũt victoriæ de hostibus: ita etiã suorũ obedientia. *Domine quid est homo quòd innotuisti ei? aut filius hominis, quòd reputas eum?* Alius, quid homo, & cognosces ipsum? Alius, Quòd agnoscis ipsum? Magnũ ergo quempiã esse oportet, qui est deũ cogniturus, vel potius qui est ab ipso cognoscendus, nõ autem solùm, sed etiam illum cui deus voluerit innotescere. Et ideo optimè dixerũt septuaginta illud, *Innotuisti ei:* Ostendentes nos nõ eum inuenisse, sed ipsum nobis fuisse inuentum. Nõ dixit enim: Quid est homo quòd eum cognouisti, sed, quid est homo, quòd cognitus es ab ipso? Et ideo Paulus hoc susq; deq; assiduè versat dicẽs: Tũc autem agnoscam sicut & agnitus sum. Porrò autẽ ipse quoq; Christus: Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos. Iam verò alibi quoq; Paulus. Si quis autem diligit deũ, is cognitus est ab eo. Et ideo assiduè seipsum susq; deq; dicit vocatum, ostendens se nõ accessisse, sed prius vocatum fuisse. Ita etiam dicit alibi, Persequor autem, si etiam cõprehendam, propter quod & cõprehẽsus sum. Nõ dixit, cõprehendi, sed, cõprehensus sum. Quo modo autem dicit hic, Quid est homo? Atqui alius dicit, Magna res homo, & preciosa res vir misericors. Et aliꝰ, Ad imaginem dei fecit ipsum, Sortitus est enim totius creaturæ præfecturam. Sunt autem nõnulli, quibus ne dignus quidem erat mundus. Sed illa quidẽ de virtute, & quando homines sunt eam ostẽsuri. Hoc autem, quid est homo, dictum est de natura. Magnâne est hominis natura? Magna quidẽ, sed si videris cognitionẽ qua digna fuit habita, longè est hac inferior. Audiant hæretici se hoc furore esse percitos, dum sui modũ excedunt. Extrema enim laborant insciẽtia, dum dicũt se ea scire quę sunt eis superiora. Potest enim esse ignoratio in cognitione, & in ignoratione cognitio. Etsi vis, hoc ipsum agitemus in rebus sensilibus. Die mihi enim, si quis dicat se posse mare metiri, & scire quot habeat cyathos: an non est hic maximè qui ignorat quid sit mare? Qui autẽ dicit se nescire, sed asserit numerum eius esse infinitum: is est qui maximè cognouit quid sit mare. Quid si quis de deo dixerit, Deum vidi, & meis oculis apprehendi, an nõ est is qui maximè deum non nouit, qui eũ qui sub aspectum nõ cadit, dicit esse aspectabilẽ, & in additamento cognitionis eam quoq; quę haberi potest, eripit? Si quis autem dixerit eum sub visum non cadere, & neminem eum videre posse, is est qui scit maximè. Quid autem si quis dixerit eum comprehendi non posse, alius verò cõprehendi: an non est hic quidem qui ignorat, ille verò qui nouit? An nõ vides Paulum quoq; hac via ingredi, & dicere, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cõsidera quot & quanta facta sunt vt disceremus, nõ quæ sit dei substantia, sed quòd sit deus. Hoc ergo Paulus quoque dicit. Credere enim oportet, inquit, accedentẽ ad deum, quod est. Eum vniuersa prædicat creatura. Ex magnitudine enim, inquit, & pulchritudine creaturarũ conuenienter cõsideratur opifex. Ipsa hominis cõstitutio, honores qui à deo dati sunt, supplicia, beneficia, varia in eo regẽdo cõsilia, quæ prædicta sunt per prophetas diuersa miracula. Post hęc venit ipse vnigenitus, & admirabilẽ illam & stupendam peregit œconomiã, & tamen sunt nõnulli, qui quod manifestum est, nondũ didicerunt: & tu dicis te posse propria ratione cõprehẽdere quânam is sit substãtia? Deum ergo, inquit, ignoras? Absit, sed eum quidẽ esse scio, scio esse clementem, bonum, & misericordẽ, prouidẽtem, & omniũ curam gerentem, & quæcunq; alia dixerunt scripturæ: Quidnam sit autẽ substantia dei, non noui. Adam quoq; putauit se posse plus inuenire, persuasus à diabolo, & id etiam quod habuit, perdidit. Quòd his quoq; euenit, dũ ducuntur humanis rationibus, & nõ audiunt dominũ dare sapiẽtiam, & à facie eius scientiam, & intelligentiam. Nõ audiunt Paulum dicentẽ, Per spiritum reuelauit nobis & rationes expellentẽ. Rationes, inquit, deponentes & omnẽ altitudinem quæ erigitur aduersus scientiam dei. Et alius sapiens, Rationes hominũ timidæ, & labiles inuẽtiones eorum. Quid est homo quòd innotuisti ei? Mente agita infinitam illam magnitudinem. Immò verò ne cùm eam quidẽ *dico, loquor* pro dei dignitate: sed nescio quo *modo loquar*. Neq; enim si magnitudinem in deo *dicamus*, propriè loquimur. Sed quoniã nõ possumus aliter loqui: iis verbis quibus licuit, vsus sum. Nam cũ eum quoq; voco altissimum, nõ eum loco circũscribo: sed eius naturæ altitudinem & maiestatẽ, quæ vbiq; diffusa est, & omnia peruadit, ostẽdo. Et ideo dicit, Quid est homo, quòd innotuisti ei? Propterea enim eum quoq; fecit humilẽ, & magna ei largitus est, ne extolleretur, cũ vt se moderatè geret, magnam necessitatẽ afferat naturæ vilitas. *Aut filius hominis quòd reputas eum?* Vidisti quanta sit dei naturę maiestas. *Homo vanitati similis factus est.* Alius autẽ interpres, Vanitati dixit vapori. Nihil autẽ significat aliud vanitati quàm eum esse caducũ, momẽtaneum, & interitui obnoxium. In hoc loco tractatur de corpore. Et ideo dicebat Abraham, Ego autẽ terra & cinis. Esaias autẽ, Omnis caro fœnũ, & gloria eius quasi flos fœni. Quid est autẽ, Vanitati similis factus est? Nihilo, inquit: Rerũ enim humanarũ nihil est firmum, nec stabile, sed omnia transeunt & prætercurrunt. *Dies eius sicut vmbra prætereunt.* Hoc est, Ne quando quidẽ adsunt, vllam vim habent, sed celeriter auolant. Id autẽ cõsidera in rebus ipsis, eos apud te cogitans qui sunt authoritate prędĩti, qui magistratus gerunt, qui in carcerem coniiciunt, & flagris cædũt. Quid ij enim ab vmbra differunt, nõ solum tempore mortis, sed etiã ante mortem? Quãdo enim magistratus deposuerint, illa omnia omnino pereunt, & procul recedũt. Res autem veræ sunt postquã hinc excesserimus: vera tunc reddetur ratio, vera erũt supplicia: & bona similiter, & iudex est qui minime falli potest. Quæ autẽ hic fiũt, sunt similia pueris ludentibus. Qui enim hodie iudicat, die crastino iudicatur: densęq; & frequentes sunt rerum mutationes, & inæquales transitus. *Domine inclina cœlos tuos, & descẽde. Tange mõtes, & fumigabunt.* Alius, cum inclinasti cœlos tuos, & descendisti, & tetigisti mõtes, fumigauerũt. Et quęnam est hæc

Subditos vt in officio cõtineas, dei auxilio opꝰ est.

Collatio.

γνῶθι σαυτόν.

1.Cor.13.

Ioan.15.

1.Cor.8.

Philip.3.

Hebr.7.

Prouer.7.

14.21.

Gene.9.

Eccl.17.

Hebr.11.

Hæreticorũ præsumptio.

Ignoratio in cognitione, contrà.

Exod.33.

Ioan.1.

Hebr.11.

Subsantia dei nobis ignota.

Gene.3.

Eccl.1.

1.Cor.2.

2.Cor.10.

Sapien.9.

Vanitas.

Gene.18.

Esa.40.

γνώμη.

Eccl.3.

Magistratuum vanitas.

est hæc verborũ cõsequentia: Magna certè, & quæ valde cohæret prioribus. Quoniam enim de vilitate humana locutus est, & ostẽdit quàm sit natura nihili: hic rursus refrenat ac reprimit tumidorũ arrogãtiam per ea quæ subiunxit, hoc propemodũ dicens: Oportebat quidẽ ipsos ex seipsis perspicere naturę vilitatem, & nõ sibi placere, magnosq; spiritus sumere: sed quoniã nolunt, ex tuis factis ostẽde ad quantam humilitatem res eorũ redierint. Domine inclina cœlos tuos, & descende. Hoc dicit, nõ quòd deus descendat. Quo modo enim descẽderet, qui vbiq; præsens est? sed vt per huiusmodi humanas dictiones, crassiores auditores terreat: de his humano more loquitur. Nã cõtrectatio etsi magnum quid esse videtur, multò certè est dei dignitate inferi°. Nõ opus enim habet deus cõtrectatione, vt mõtes suffumiget, immò verò ne nutu quidem, sed cõsilio tantum & voluntate. Postquã ergo dixit de vilitate hominis, dicit etiam de dei potẽtia, quoad eius potest fieri ab homine. Nam hęc quoq; longè absunt ab illa maiestate. *Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & cõturbabis eos.* Fulgur hic & sagittas, nõ dicit hoc fulgur, nec has sagittas, sed ita vocat supplicia, ex iis quę iam nota sunt, persuadens cõtemptori, & ei qui est piger ac negligens, tremere, reuereri, & se inclinare ac submittere. Si enim fulgur ferri non potest, licet minimè mittatur ad supplicium: si suam puniendi potestatẽ voluerit mouere, quis eam sustinebit? Dei autẽ sagittæ sunt pestes, & fames, & fulgura, & multiplicia supplicium genera. *Emitte manum tuã de alto. eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorũ alienorum.* Nõ solùm enim ad puniendum, sed etiã ad cõseruandũ parata est dei potẽtia. Manũ autẽ hîc vocat opem, auxiliũ: & ideo nõ dixit, Extẽde, sed emitte, hoc significans. Quòd si etiam alicubi dicit, extende, idẽ rursus significat. Aquas autẽ, insolentẽ hostium irruptionẽ, & cõfusam, & quę magno impetu fertur. Quòd enim de aquis nõ loquatur, ostẽdit quod subiungitur: De manu enim, inquit, filiorum alienorum. Alienos autem filios mihi videtur hîc dicere, eos qui à veritate sunt alieni. Quẽadmodũ enim fideles & necessitudine cõiunctos existimamus vt fratres: ita etiam alienos, infideles: & hac maximè ratione, alienum à nobis necessitudine cõiuncto discernimus. Is enim mihi est propinquus & necessitudine coniunctus, qui eundẽ sibi quem ego patrẽ ascribit, & est eiusdẽ mensæ particeps, potius quàm is qui est mihi genere proximus. est enim hæc perfectior lex cognationis, quẽadmodum etiam quæ ex cõtrariis fit alienatio, est apertior & euidentior ea quæ fit ex genere. Ne hoc ergo respexeris, quòd sub eodem cœlo sumus, & in eodem orbe terrarum habitamus. Aliam enim cõmunionem quęro, quæ cœlos superat. Illic nostra est cõuersatio & vita. Vita enim nostra, inquit, absconsa est cum Christo in deo. Neq; enim terrã habitamus, sed cõmigrauim° in supernã metropolim. Aliam veram lucem habemus, aliam patriam, & ciues alios & cognatos. Et ideo dicebat Paulus, Nõ estis vtiq; hospites & inquilini, sed cõciues sanctorum. Quo modo ergo dixit Christus Samaritanum esse proximum, etsi multũ inter eos esset interiectũ interuallum? At nõ est, si spectetur naturæ ratio. Quando ergo beneficio afficere oportuerit, sit omnis homo tibi propinquus: quãdo autem de veritate agetur: agnosce quisnã sit propinquus, & quisnã alienus. Etiam si habeas fratrẽ eodem patre & eadem matre natum, & in lege veritatis tecum nõ cõmunicauerit, sit tibi quòuis Scytha barbarior. Siue autẽ sit Scytha, siue Sauromata, dogmata autem plenè & perfectè sciuerit, & id quod tu, crediderit, eò qui eodẽ vtero est editus, sit tibi propinquior & magis necessari°: & ea ratione barbarũ ab eo qui nõ est eiusmodi discernamus, nõ ex lingua nec ex genere, sed ex anima & mẽtis sententia. Ita enim maximè homo est, quãdo plenè & perfectè tenet dogmata, & vitã agit quæ sapientiæ studio cõueniat. Sed videamus deinceps quo modo hos descripsit alienos propheta quoq; dicens: *Quorũ os locutum est vanitatem, & dextera eorũ dextera iniquitatis.* Vidisti quosnam dicat alienos, eos qui viuunt in scelere, eos qui amant iniquitatẽ, eos qui stulta loquuntur, eos qui nihil dicũt vtile. Agnosce ergo alienos, ab ore, à factis: quẽadmodum Christus quoq; dicit, A fructibus eorũ cognoscetis eos. Sicut enim in castris multa dantur signa & symbola, vt siquando noctu præliari contigerit, vel sublat° puluis, vt nox videatur effecerit, vel aliqua alia cõfusio & perturbatio euenerit, ne sociũ suum aspiciat tanquam hostem, & hostem tãquam socium: ita etiam signa dat nobis hic propheta: per quę poteris discernere propinquum & alienum, vtpote ex iis quæ loquitur: Quorum os loquutum est vanitatẽ, & dextera eorum dextera iniquitatis. Nũc est enim bellum, & pugna, & prælium nocturnum crudelissimũ, dęmonibus ferientibus, desideriis insidiantibus, & rationibus insurgentibus. Sunt etiam inter eos qui sunt mysteriis initiati, sua signa & symbola: & si dubitãtes scire volumus an quis sit prophanus, an mysteriis initiatus, ea rogantes, discamus: Dextera eorum dextera iniquitatis. Quid igitur possit hoc esse grauius, quando quæ data est nobis ad auxilium, eam ad insidias cõuertimus? Ideo enim habemus dexteras, vt & nobis ipsis & aliis iniuria affectis opem feramus, vt scelera de medio tollamus, vt iis quibus vis & damnum affertur, simus portus & refugium. Quo modo ergo eis venia dabitur, qui his armis vtũtur nõ ad salutẽ, sed ad aliorum perniciem? *Deus canticum nouum cantabo tibi.* Quænã est hæc cõsequentia? Maxima quoq; hic est. Quoniã enim dixit, Emitte manum tuã, & eripe me, & dispergе ipsos: profitetur se quoque ei daturũ remunerationẽ auxilij, ex qua nihil quidem cõmodi accipiat cui datur, sed quæ ei qui illam offert, plurimũ affert emolumẽti. Quænam autẽ ea est? Deus, cãticum nouum cantabo tibi. Si autẽ hoc est paruum, collatum cum magnitudine beneficij: atqui dedit id quod habuit. Nã nos quoque à pauperibus, & qui nihil possidẽt, nihil aliud requirimus, quàm laudem, & gratum animum, & accepti memorem beneficij. Sed nos quidem vt euadamus clariores: deus autem, non quòd opus habeat, sed vt eos qui canunt, efficiat clariores, & ea ratione eos rursus beneficio afficiat. *In psalterio decachordo psallam tibi.* Hoc est, Agam tibi gratias. Sed tunc quidem erant instrumenta per quę cantica emitebant, nunc autem pro instrumentis possumus vti corpore. Possumus enim per oculos canere, non autem per linguam tantùm: & per manus & per pedes, & per aures. Quãdo enim vnumquodque eorum ea facit quæ deo gloriam & honorem afferunt, vtpote quando oculus non impudicè respexerit: quando manus non ad rapinam sed ad eleemosynã se extẽderint: quando ad psalmos & auditiones spiritales suscipiendas aures paratæ fuerint: quando pedes ad ecclesiam cucurrerint: quando cor non dolos struit, sed charitate scatet, fiunt psalterium & cithara membra corporis, & canunt nouum cãticum, nõ verbis solis, sed etiam rebus ipsis. *Qui das salutem regibus.* Neque enim castra, & mũltitudo militũ,

Defectus & tactus dei.

Fulgur dei.

Sagittę dei.

Manus.

Aquæ.

Alieni filij qui sint.

Propinquitas spiritualis.

Coloss. 3.

Ephes. 2.

Luc. 10.

Alieni qui.

Matth. 7.

Cõfirmat simili.

Ephe. 6. 1. Pet. 5. Roma. 7. Galat. 6.

Proximis nostris auxilio esse debemus.

Deus cur à nobis laudari velit. Iob. 22. Actio. 17.

Mẽbra nostra vt dei laudes canant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec ſatellites,cuſtodeſq; corporis,ſed dei auxilium cō-
τῷ λυ̃σαντι μενῳ *Qui redimit.* ſueuit ſeruare. *Qui redimis Dauid ſeruum tuum.* Nō dixit autem,Qui redemiſti: ſed, Qui redimis: oſtendēs perpetuam eius prouidentiam.Deinde rurſus petit ea quę prius petierat,aſsiduè rogans & ſupplicans vt liberetur ab improbis hominibus,ſic dicēs: *De gladio māligno eripe me.Et erue me de manu filiorū alienorum:Quorū os locutū eſt vanitatem:& dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuẽtute ſua.* Deſcribit hīc proſperitates mū-
Proſperitates mūdanę danas & diuitias:& ponit id quod eſt primum, habere
Filios habere, proſperū apud mundanos. filios florentes,& iuueniliter exultantes, eoſq; vtriuſq; ſexus.ſubiunxit ergo: *Filiæ eorū cōpoſitæ,circumornatæ vt ſimilitudo templi.* Vnà cum iuuentute multū luxum oſtēdit,& vittas earum,& mundum muliebrē deſcribit, & quæ quidem oriuntur ex magna proſperitate. Deinde quod videtur eſſe ſecundum, fortaſſe autē nūc eſt primum,diuitias rurſus deſcribit dicens, *Promptuaria eorum plena,eructantia ex hoc in illud.* Quid eſt,Eructātia ex hoc in illud?Anguſta. Promptuaria,inquit, nō poſſunt capere diuitias. *Oues eorum fœtoſæ,abundantes in egreſſibus ſuis, boues eorum craſſæ.* Hæc quoq; nō videbatur parua fœli-
Gene.3. citas.Apud antiquos enim in his cōſiſtebant diuitiæ,in
Iob.1. armentis,gregibus,& ſeminibus,prius quàm inuēta eſſet quę nunc eſt inertia & mollicies. *Non eſt ruina maceriæ,neq; tranſitus.* Hoc eſt,In agris colendis magna adhibebatur cura,diligentia,& ſtudium,cum fructus luxuriarent,ſepes ſtarent, vinea vndiq; eſſet conſita & munita. *Neque clamor in plateis eorum.* Alius,In atriis eorum. Aliud genus proſperitatis, quod non accidit omnibus diuitiis,nempe pax,trāquillitas, & ſecuritas,nullus qui paret inſidias, nullus qui bellum gerat, ſed nec tumultus vllus,nec perturbatio. *Beatum dixerant populum,cui hæc ſunt.Beatus populus,cuius dominus deus eius.* Vidiſti viri virtutem.Poſtquam omnē virtutem adduxit,& eam verbis perſecutus eſt, & deinde vulgi de ea re ſententiam attulit,ex his nihil ei humani accidit, nec eos eſſe beatos exiſtimat qui hæc poſsident, ſed his omnibus prætermiſsis,ad verum theſaurum ſuam extendit beatitudinem.Alij,inquit,eos qui hæc habēt, beatos eſſe dixe-
Eſa.40. runt: Ego autem beatum exiſtimo populum, cuius eſt
1.Pet.1. dominus deus eius:hoc vno oſtendens omnē fœlicita-
Eccl.31. tem,omnes bonorū copias,omnes opes.Illa enim præ-
Luc.1. terfluunt & prætereūt,hæc verò beatitudo manet perpetuò,cū pro ouibus,& filiis,& bobus,& ſepe, & vinea, dei ſit beatitudo futura & diuitię,& ſecuritas,& murus
παραλυσις. inexpugnabilis. Cum ea ergo auditis, nullo eorū perturbemini:ſed vmbras prætercurrentes, veritatem apprehendite. Prius enim dixit hominem aſsimilatū eſſe vanitati, & dies eius tanquam vmbrā præterire. Si videris ergo aliquos his omnibus affluentes, in ſcelere vitam agere:etiā ſi vniuerſus terrarū orbis eos beatos iudicet, tu eos eſſe infœlices & miſeros exiſtima. Eos autem qui ſe deo dedicarunt, fœlices & beatos reputa. Nos autē omnes eas ſemper diuitias quæramus,& hāc beatitudinem: vt & præſentia bona & futura cōſequamur gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti:cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum,Amen.

IN PSALMVM CXLIIII.

EXaltabo te deus meus rex,& benedicam nomini tuo in ſeculū,& in ſeculū ſeculi. Hic pſalmus eſt diligentiſsimè attendendus. Hic eſt enim qui habet hæc verba,quæ qui ſunt myſteriis initiati,aſsiduè concinunt:Oculi omnium in te ſperant,& tu das cibū eorum in tempore opportuno.Qui enim filius factus eſt, & menſa ſpiritali fruitur,meritò patrē gloria & honore affecerit.Filiꝰ enim,inquit,glorificat patrē,& ſeruus dominū ſuū timebit. Factus es filius,& menſa ſpirituali frueris,comedens carnē & ſanguinem eius qui te regenerauit: refer gratiam pro tanto beneficio,& eū qui hæc præbuit,gloria & honore affice:& verba legēs,cōpone mentē ad ea quę dicuntur,& cum dicis,Exaltabo te deus meus,rex meus,oſtende magnam familiaritatē & cōiunctionem, vt de te etiam dicat deus, ſicut & de Abraham,Iſaac,& Iacob,Ego ſum deus Abraham,deus Iſaac,& deꝰ Iacob.Si dicas enim deus meꝰ & rex meus, ne voce dicas tantùm, ſed hanc etiam oſtendas charitatem,ipſe quoq; hęc de te dicet,Seruus meus & famulus meus.quod etiam de Moſe dictū eſt,Et benedicam nomini tuo in ſeculum,& in ſeculū ſeculi. Vidiſti quo modo oſtendit vitæ futuræ proœmia.Benedictionem autem hic oſtēdit,nō quę fit per verba,ſed quæ per res ipſas.Ita ergo exaltatur deus,ita benedicitur. Ita etiam iubemur dicere in precatione: Sāctificetur nomē tuū, hoc eſt,glorificetur. *Per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.* Alius,In æuū,perpetuò.Hoc eſt in primis pij animi, à rebus quæ ſecula ſecum ad victum pertinent, liberatum ſe,hymnis & laudibus dedicare.Turpe enim fuerit,vt homo qui eſt cōpos rationis,& omnibus quæ videntur præſtātior,ſit creatura in dei laudibꝰ inferior: nō ſolùm autē turpe, verum etiam abſurdū.Quo modo autem nō abſurdum?ſiquidem ipſa quotidie atq; adeò ſingulis horis emittit domino glorificationem.Cœli enim,inquit,enarrāt gloriam dei,& opera manuum eius annunciat firmamentum.Dies diei eructat verbū,& nox nocti indicat ſciētiam.Sol,& luna,& varius aſtrorū chorus, & pulcherrimus ordo cæterorum omniū,ſuum prædicat opificē. Qui eſt ergo his omnibus præſtantior,ſi hoc nō faciat, ſed etiam ſua vita deū qui eum creauit,maledictis impetat,quo modo erit is dignus vlla venia, aut quāmnā poterit afferre ſui defenſionē, cum qui ideò factus eſt, vt deo placeat,& regnū futurum cōſequatur, eius quidem nullam ducat rationē,ſed curis eorū quę ad hanc vitam pertinent,rebuſq; mundanis ſe implicet? At hic nō talis, ſed per totam vitam offert deo laudes, nō ſolum verbis, ſed rebus ipſis. Deo enim multa debemus, quòd & cū nō eſſemus fecerit, & quòd tales creauerit, & factos regit & cōtinet, & quòd quotidie tam priuatim quàm cōmuniter prouidet,noſtriq; curā gerit,idq; clàm & apertè,nobiſq; & ſciētibus & neſciētibus. Quid enim dixerit quiſpiam,ea quæ ſub aſpectū cadunt, quæ propter nos fecit,quòd ipſa præbent miniſterium,corporis cōpoſitionem,animæ nobilitatem,quotidianam eius œconomiā & adminiſtrationē, per miracula, per leges,per ſupplicia,variā,& quæ cōprehendi nō poteſt eius prouidentiam,bonorum omniū ſummā,quòd ne filio quidē ſuo pepercit ꝓpter nos,quę iā data ſunt per baptiſmū,per ſacramenta, quæ dāda ſunt bona illa ineffabilia,regnū,reſurrectionē, hæreditatē plenam omni beatitudine.Si quis enim vnumquodq; eorum enumeret,& incidet in ineffabile pelagus beneficiorum,& videbit quot nominibus ſit deo obnoxius. Nō ſolū autem propter hęc,ſed etiam propter maieſtatē eius gloriæ,propter ſubſtantiam ab omni interitu alienā.Nam etiā propter eam debetur ei à nobis gloria & benedictio,& perpetua gratiarū actio, cultus & miniſterium. Hoc ipſum ergo propheta quoque ſignificans,dicebat: *Magnus dominus,& laudabilis nimis:& magnitudinis eius non eſt finis.* Quoniam enim dixit,Benedicam,& laudabo, oſtendit

Mala.1. *Attende Zuīgliane.*
Rex meus iuxta.70. *Exod.3.*
Ioſ.1.
Benedictio per res ipſas Matth.6.
Chald. in *ſuorum.*
Pſal.18.
Homo cur factus. *Coloſ.1.* *1.Theſ.2.*
Gene.1. *Sapien.6.11* *Matth.6.*
Dei in nos beneficia.
Roma.8.
1.Tim.6.

ostendit eum non egere nostris laudibus nec benedictionibus, nec eius gloriæ aliquid accedere à laudibus eorum qui ministrant. Eius enim substantia, quæ est ab interitu aliena, & nullo indiga, nullo eget alio. Qui autem ipsum laudant, ipsi euadũt clariores. Nõ solùm autem propter hoc, sed etiam propter excellentẽ eius gloriã debetur ei à nobis laudatio, & ideo hoc significans, dixit, Magnus dominus, & laudabilis nimis. Hoc est, Nullius indigẽs. Quid est, Laudabilis? Dignus qui laudibus, encomiis, & hymnis celebretur. Non est autẽ solũ laudabilis, sed valde laudabilis: & ideo hoc adiecit: Cùm autẽ quàm sit laudabilis, verbis non posset exprimere, subiũxit, Et magnitudinis eius nõ est finis. Quod quidã alius interpres dixit, Inuẽtio. Quod autẽ dicit, est eiusmodi: Quoniã magnũ habes dominũ, sis quoq; tu excelsus, & te explica à rebus quæ ad hãc vitã pertinẽt. Sume spiritus qui superẽt præsentium rerũ humilitatẽ, nõ vt sis elato animo & insolens, sed magno & excelso animo. Aliud enim arrogantia aut insolentia, & aliud magnitudo animi. Est enim arrogans, qui propter res paruas se iactat & gloriatur, & cõseruos despicit. Alto verò est animo, qui mẽte est humilis, & præsentis vitæ vmbras nihil esse existimat. Vbi nunc sunt qui dicunt se deũ ita nosse, sicut ipse seipsum nouit? Audiant prophetam dicentẽ, Magnitudinis eius nõ est finis, & erubescant. *Generatio & generatio laudabit opera tua.* Quod facere consueuit, hic quoq; facit. Quando enim laudauit eius magnitudinẽ, & gloriam: venit etiã ad eius ostendenda opera. Hoc ipsum hic quoq; facit, & dicit: Generatio & generatio laudabit opera tua, ostẽdens magnitudinẽ eius ex operibus. Hoc est, Nõ vno solùm tẽpore facta sunt & præterierũt, neq; in duobus aut tribus annis, sed per vniuersum præsens seculũ extenduntur, ita vt vnaquęq; generatio eius opera contẽpletur. Hoc est enim, generatio & generatio. Et quæ est, inquit, & quæ sequitur, & quæ post illam futura est, & quę rursus post eam, & vnaquæq; carum quę sequuntur, & rursus creatura quę hoc omni tẽpore similiter extenditur, nempe cœlum, terra, mare, aër, lacus, fontes, fluuij, semina, plantæ, herbæ, & quæ ex eis capiuntur beneficia, naturę cursus qui nunquam interrumpitur, imbres, & temporum vicissitudines cõstanti & certo ordine assiduè procedentes, nox, dies, sol, luna, astra, alia omnia, & quæ prẽter hæc quotidie fiũt & priuatim & cõmuniter ad corrigendum & beneficio afficiendum vniuersum genus hominum, quæ assiduè ludæis eueniebant miracula, signa, prouidentia in frugũ prouentibus, prouidentia in victoria aduersus hostes, prouidẽtia quę est in aliis omnibus, qualia fuerunt in aduentu Christi, qualia tẽpore apostolorum, qualia tẽpore persecutionum, quæ quidẽ fuerunt antiquis lõgè plura & maiora, qualia etiã nostra hac generatione. Nullũ est enim tẽpus, quod etiam præter hæc cõmunia nõ ferat signum eius prouidẽtiæ.

Et potentiã tuam pronunciabunt. Et per beneficia, inquit, & supplicia. Nõ cessat enim omni ratione deus omni tẽpore nostræ naturæ prospicere. *Magnificentiã gloriæ sanctitatis tuæ loquẽtur, & mirabilia tua narrabũt.* Alius, Pulchritudinẽ laudis tuæ, & verba mirabilium tuorum narrabo. Postquam dixit potentiã, ostendit etiã eam potentiam esse insignẽ & eximiã. Neq; enim leuiter & temere, neq; qualiacunq; fecit, sed omnia tã admirabilia & tam incredibilia perpetuò fecit plusquã capere posset humana natura operãs, vt quę fiant, sint plena miraculo & gloria. Cõsidera ergo quæ in Aegypto, quę in Palæstina facta sunt, tẽpore Abrahæ, Isaac & Ioseph. Rursus quæ in Aegypto tempore Mosis, quæ in solitudine, quæ post exitũ. Rursus quæ in captiuitate, quæ sub Nabuchodonosor, quæ in fornacæ, quæ in leonib⁹, quæ in reditu, quæ in prophetis. Hæc enim omnia prædicabãt eius qui fecit, virtutẽ, gloriam, maiestatẽ, afferentia magnum stuporẽ & admirationem. *Et virtutẽ terribiliũ tuorum dicent, & magnitudinẽ tuam narrabunt.* Per hęc ostendit esse perfectam eius potentiam & ad benefaciẽdum, & ad puniendum, & omnia quæ enumerata sunt, vtrunq; cõplecti. Hoc autem potest videri nõ solùm in iis quæ tunc euenerũt, sed etiam in creaturis, & vtriusq; beneficij multa esse instrumenta, vtpote rerũ quidẽm terribiliũ fulgura, tonitrua, fulmina, turbines, pestes, niues, grandinem, rubiginem, gelu, incendia, inundationes: porro autem in reptilibus dracones, scorpios, serpẽtes. In volucrib⁹ autẽ, locustã, cyniphem, & in iis quæ sunt abiecta & vilia, vt cynomyiam, erucã: quę ipsa quoq; sunt prouidentiæ, & quæ homines cõuertant, à socordia liberent, à profundo somno excitent, à veterno ad vigilantiã traducãt. Nõ solùm autem in his, sed etiam in contrariis est virtus eius perfecta. Et ideo cùm nos hæc vellet docere, postquam dixit, Virtutẽ terribilium tuorum dicent, subiunxit, *Memoriam abundãtiæ suauitatis tuæ eructabunt.* Alius, Bonitatis. *Et iustitia tua exultabunt.*

Quod alius dixit interpres, Et misericordias tuas laudabunt. Nos autẽ quemadmodũ terribilia enumerauimus: ita etiam necesse est dicamus eorum contraria, vtpote in iis quæ videtur, & quæ circa nos sunt annuas temporum vicissitudines, dies, hortos, prata, flores varios, aquam dulcẽ & potabilem, cõmoda quæ capiuntur ex imbribus, terræ partus, varios flores, diuersas arbores, suaues ventos, solarem radium, lunarem lampadem, varium astrorũ chorum, quietam & tranquillam noctem. Et in brutis, oues & boues, & capras: & in feris, capreas, ceruos, lepores, & alia plurima: & in volucribus, aues canoras. Quin etiam in ipsis operibus videri potest nõ solùm puniens, sed longè etiam amplius beneficio afficiẽs quàm puniens. Et illa quidẽ facit terroris gratia: & si ea aliquando reuera intentauerit, id facit propter eos qui sunt adeò sensus expertes, vt metu nõ corrigantur. In his autem est munificus & splendidus, hisq; reipsa afficit non solùm dignos, sed etiam indignos. Varians ergo nostram salutem, aliquãdo quidem hæc, aliquando verò illa facit, & hæc quidẽ sępius quàm illa, quoniam hæc sola vult. Propterea enim gehennam minatus est, nõ vt eam infligeret, sed ne infligeret: & illam quidẽ parauit diabolo. Ite enim, inquit, in ignẽ, qui paratus est diabolo. Regnũ autem hominibus, ostendens se nolle hominẽ intrudere in gehennã.

Misericors & miserator dominus, patiens & multum misericors. Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Vides prophetã immorari his melioribus, & prolixiori vti oratione. Nouit enim dei opes in his maximè cõsistere. Neq; enim licuisset cõseruari, nisi magna fuisset eius clementia: nõ licuisset manere, nisi eius magnam essemus experti bonitatem. Et ideo dicebat: Ego sum qui deleo iniquitates tuas, & in tuis peccatis te defendi. Miserator & misericors dominus. Vide quo modo ostendit ineffabilem eius clementiam. Non solùm enim miseretur eorum qui peccant, sed etiam aliud ostendit non paruum genus clementiæ, nẽpe lenitatem & patientiam, vt veniant ad pœnitentiam, & cum eius clementia à suo quoq; conseruentur studio & diligentia, & ex suis factis fiduciam habeant. Nõ est autem solummodo misericors, sed etiã multũ misericors, ostendens

Hebr. inquisitio inuẽtio Chal. finis.

Arrogans. Alto animo qui sit.

Opera dei, eius prouidentiã laudantia.

Hebr. decorem gloriæ laudis tuæ.

Pestifera ac noxia, etiã dei sũt prouidentiæ.

Hebr. multæ bonitatis tuæ: idẽ & Chald.

Beneficia magis deus nobis affert quàm supplicia.

Gehẽnę terror. Matth. 10. Matth. 25.

Esa. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dens hãc multitudinem nõ posse mensura cõprehendi, sed omnem superare rationẽ. Sed tamen per ea quę deinceps cõsequuntur, quoad eius fieri potuit, ostẽdit, cùm subiũxit & dixit: Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Quid est, Vniuersis? Etiam peccatoribus, inquit, & iis qui viuunt scelerate. Nõ solùm enim iusti, & ij qui se rectè & ex virtute gerunt, aut qui ducuntur pœnitentia: sed etiã omnes, per ea quæ patiuntur, eius misericordiã prædicant & bonitatẽ. Et si quis me roget, cuínam fuit bonus, dicam: Nõ Abel soli, sed etiam Cain. Nõ soli Noë & eius liberis, sed iis etiam quos illa inundatio obruit. Quæcunq; enim facit, procedũt à misericordia & clementia. Et vt scias quo modo sit in omnes bon⁹ & clemẽs, illud hinc considera. Quantæ fuit quæso benignitatis, illũ fratricidam, & qui cædem eiusmodi fecerat, & qui dei leges cõculcauerat, tradere supplicio, quod admonitio est potius q̃ pœna? vt & per lõgitudinẽ temporis illum expiaret à peccato quod cõmiserat, & alios doceret & castigaret per ea quæ ille patiebatur. Quantæ erat, quæso, benignitatis, eos qui grauissima & nefanda quæq; perpetrabant tempore diluuij, & nec minis, nec rationibus, nec vllo alio correcti fuerant, à scelere cohibere, & cõmuni naturæ debito vti pro medicamẽto, & leuissimũ mortis genus, nẽpe per aquam, infligere? Illud autem, Vniuersis, nõ in his solùm cernitur, sed etiam in omnibus quæ videntur, in animalibus, in brutis. Quinetiam si quis ad ipsos angelos ascẽderit & archangelos, videbit plurimum benignitatis, & multam misericordiam: quod ipse quoq; animaduertens, subiunxit, *Confitẽtur tibi domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi.* Hoc est, Gratias tibi agant, laudes emittant, & quibus sermonis decus datũ est, & quæ vocem non habent. Etenim vnumquodq; eorũ quæ voce carent, ita factum est, vt per suam naturam benedictionem emittant, quanuis muta sint, per homines qui ea videt, & iis fruuntur. Et illa quidem per suam substantiam, homines autem per vitę suę institutionem, & per actionem. Et ideo id significat per hoc quod subiũgit, dicens: Sancti tui benedicant tibi. Sanctos autem hîc vocat, qui dei iussa implent, ad quos peccatis & sceleribus nullus datur aditus. *Gloriam regni tui dicent.* Quid est, Gloriam dicent? Quòd nulla re indigeas, quòd sis benignus & clemens, quòd cum iis quibus præes, nulla ex parte egeas, tantam ostendas in eos prouidentiam, quòd ad tuam lucẽ accedi nequeat, quòd sit substantia tua ineffabilis, & quæ cõprehendi nequeat. *Et potentiam tuam loquentur.* Hoc est, vires canẽt insuperabiles. Non quòd tibi opus sit his hymnis & laudibus: Sed & propter ipsos qui dicunt, & vt alios doceant, & laudum faciant participes. *Vt notam faciant filiis hominũ potentiã tuã, & gloriam magnificentiæ regni tui.* Per hoc ostendit eum laudes admittere, vt alij eius cognoscãt potentiã. Magna est ergo potentia, magna gloria, magnum decus atque adeò ineffabile, quod nõ tolùm omnem superat rationem, sed etiam vincit omnem mentem. Sed cum tantum sit & tam ineffabile, opus habet iis qui id doceant, propter multorum ignorãtiam. Nam sol quoq; est sydus longè clarissimum, & tamen qui oculis laborant, eius lucem non vident: Ita etiam dei prouidentia est quidem quouis sole clarior, sed quibus peruersa est ratio, & quibus obstructæ sunt aures, magna diligentia opus habent, vt mẽs eorum aperiatur. De his ergo doctrina est eorum auribus perpetuò infundenda. Deinde quoniam dixit regni gloriam & magnificẽtiam, & cum non satis eam explicasset, præteriit: rursus repetit, & quantum ei conceditur, dicit quid sit gloria, subiungens, *Regnum tuum, regnum omnium seculorum.* Non præsentium, inquit, solùm, sed eorum etiam qui veniũt, est enim interminatũ, & infinitum, & quod solùm habet æternitatem. *Et dominatio tua in omnem generationẽ & generationem.* Ex hoc vide eam nullum habere finem. Per vniuersum orbem terræ, per omnia secula, per omnia tempora est extensa. *Fidelis dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.* Postquam dixit regnũ esse infinitum, stabile, firmũ, & immobile, dicit etiam quam sint eius verba firma & illabefactabilia. Illud enim, Fidelis, est firmus & verus. Si est autẽ fidelis, erunt omnino, quę ab eo dicta sunt. Quemadmodũ autẽ eius regnũ est immobile, & fine caret: ita etiam eius verba sunt firma & stabilia. Neque ergo illud vnquam interrumpitur: nec hæc vnquam excidunt. Si autem nõ excidunt, oportet ipsas res omnino consequi. Quòd si etiam alicubi dixit aliquid quod non factum est, id ipsum quoque eius veritatem indicat. Finẽ enim loquar super gentes & regna, vt diruã & eradicem: & si pœnitentiam egerint de vicio, ego quoq; agam pœnitẽtiam de iis quæ locutus sum vt facerẽ eis. Et de bonis similiter. Bona dicerã, inquit. & si mutati fuerint, ego quoq; mutabo ea quæ dicta sunt. Et sanctus in omnibus operibus suis. Quid est sanctus? Rectus, purus, mundus, ab omni reprehensione alienus, qui nullam vlli omnino ὑποσκελίζειν præbet ansam. *Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit firmat, suos omnes elisos.* Postquã de regno dixit id esse infinitum, *stentat.* de verbis ea esse vera, de factis eo nõ posse reprehendi: & de gloria & de magnificentia: dicit rursus de clemẽtia id quoque, esse maximã regni sui gloriam, quòd nõ stantes solum cõtineat, sed etiã qui sunt casuri, nõ permittat vt id accidat, & qui iacẽt erigat, & quod est magis admirabile, non huic aut illi, sed omnibus id faciat, seu sint serui, seu pauperes, seu obscuri, seu insignes. Est enim omnium dominus, & nec eos qui iacent prætercurrit: nec eos qui labant despicit. Hoc facit cõmuniter in vniuersa natura, hoc etiam facit in vnoquoq;. Quòd si qui ex iis qui iacent non surgunt, nõ in causa est qui vult erigere: sed qui nolunt surgere. Nam Iudam quoque, cùm cecidisset, voluit erigere: & vt surgeret, nihil non fecit, sed ille noluit. Dauid certè cum cecidisset, erexit, & firmũ validumq; reddidit. Petrum, cum esset casurus, retinuit. Audi autẽ quo modo, Simon, Simon inquit, ecce expetiuit vos satanas cribrare tanquã triticum, & ego rogaui pro te, ne deficeret fides tua. Deinde dicit aliud quoque genus beneficij. Est enim varia & multiplex eius cura & prouidentia. *Oculi omnium in te sperant domine: & tu das escam illorum in tempore opportuno.*

Vidisti quo modo ostenderit eum esse bonum omnib⁹, & miserationes eius esse super omnia opera eius, quemadmodum dictum est in Euangeliis: Qui solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Hoc hic etiam significat, cũ dicit, *Et tu das escam illorum in tempore opportuno.* Neq; enim imbres terra, & aër: sed eius iussus solet fructũ producere. Illud autem, In tẽpore opportuno, hoc significat. Omnia sunt certis definita tẽporibus, & diuersis vicissitudinibus omnia producuntur. Hoc enim maximè ostẽdit eius sapientiã, quòd nõ omnia simul & eodẽ tẽpore, sed per totũ annum alimenta diuidat, vt & quiescat agricola, & quæ gignuntur, nõ intereant. Illud ergo, In tempore opportuno, vel id significat quod antè diximus, fuisse singula suis dispertita tẽporibus: vel eũ dare cibum

Bonitas dei in omnes. *Gene.4.8*

Cain punitio, ex benignitate dei.

Mortis genus leuissimum, per aquam.

Daniel.8.

Mutæxes vt deum benedicant. Sancti.

Iob.11. *1.Tim.1.* *Colos.3.*

Esa.64. *1.Cor.2.*

Daniel.5. *Luc.1.*

Fidelis.

Hier.8.

Sanctus.

Alleuat omnes. *Matth.26.* *Luc.22.* *Ioan.13.* *2.Reg.12.* *Luc.22.*

Matth.5.

Vicissitudines tẽporũ ad quid.

Act.10. *Galat.3.* *Roma.11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cibum iis qui indigent,& laborant inopia. Et quo modo dixit, inquies, Oculi omniũ in te ſperãt? Atqui multi ſunt qui dicunt ea quæ ſunt, eſſe caſu, vt ij qui ſunt impij. Dicit hic ipſius rei naturã, quemadmodũ etiam alibi, quando dicit, Pullis coruorum inuocantibus ipſum, etiam ſi ſint animãtia rationis expertia. Et rurſus. Catuli leonum rugientes vt rapiant & quærant à deo eſcam ſibi. Atqui hi quoq; ſunt à ratione alieni, nec ipſi quærunt. Sed hic quoq; dicit rei naturã, nec ex illorum animi inſtituto, ſed ex eorum quæ fiunt natura hoc dicendum eſt. *Aperis tu manũ tuam, & imples omne animal benedictione.* Manum dicit operationem, & ſuppeditatricem facultatem: per omnia te docẽs, vt ſcias nõ in elementis, ſed in dei prouidẽtia eſſe ſitas fructuum generationes. Vel etiam oſtendens facilitatem, dicit illud, Aperis tu manum tuam. Quoniã enim qui tunc erant, principali cauſa relicta adorabãt aërẽ & ſolẽ, & exiſtimabant ea eſſe illa quæ fructus præbebant: extollẽs eos ad ſupernum principiũ, & eorũ authorem & dominũ, hæc frequenter adducit, oſtendẽs ex illius manu id eſt ex illius cura & prouidentia omnia bona fluere. Bona autẽ voluntate implere hic dicit, quoniã implet vnũquodq; animal voluntate ei placente. Nõ enim dat abſolutè alimẽtũ, ſed prout eſt vnicuiq; vtile, pro vniuſcuiuſq; deſiderio, quantũ ad eum explendum ſatis eſt. Hoc eſt autẽ quod dicit: Et brutis, & hominibus, atque adeò omnibus das, vt eſt vnicuiq; gratum, vt eſt cordi vnicuiq; nec das ſolũ, ſed etiã imples, ita vt nihil deſit.

Iuſtus dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Vias hic dicit eius œconomiam, prouidentiam, curationem, per quam omnia finxit ac cõſtituit. Omnia, inquit, opera eius ſunt encomia plena miraculis, quæ nemini præbent vllã anſam reprehendendi, & ſi nõnulli furiant, & rabie agitẽtur. Opera ergo eius talia ſunt natura, vt fulgeant, vt reſplẽdeant, vt eius qui fecit, curam, prouidentiã, clemẽtiam, iuſticiam, ſanctitatem annuncient. *Propè eſt dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate.* Ecce etiam aliam prouidentiæ partem, quæ eſt caput bonorũ. Poſtquam enim dixit quæ ſunt cõmunia, & quę data ſunt etiã infidelibus, vtpote alimenta & imbres: dicit etiã quæ priuatim fidelibus data ſunt. Quænam autẽ ea ſunt? Propè eos eſſe, hoc eſt, defendere, curã gerere, ampliùs eis prouidere, eſſe eis beneuolũ, benignum, & propicium, & bona eis magis reuelare. *Voluntatẽ timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos.* Atqui dicit quiſpiam, Volebat Paulus angelũ ſatanæ ab eo recedere, hoc eſt, tentationes, afflictiones, inſidias, & nõ fecit. Immò verò fecit. Poſtquã enim cognouit ſe petere minimè cõducibilia, vt rurſus vellet & vehemẽter vellet, à dei procedebat officio. Et ideo dicebat: Mihi placeo in infirmitatibus, in afflictionibus, in perſecutionibus. Si autẽ priùs volebat cõtraria, volebat propter inſciẽtiam. Poſtquam autẽ deum hoc velle didicit, ipſe deinceps lubenter acquieſcit: Neq; enim alia eſt dei voluntas, & alia eorum qui ipſum timẽt: & ſi ipſi quoq; aliqua volunt vt homines, poſtea corriguntur. *Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe: & omnes peccatores diſperdet.* Hæc quoque eſt nõ parua pars prouidentię, conſeruare, munire ac protegere, ſuam præbere prouidentiam. Peccatores autem dicit eos qui laborãt morbo immedicabili, eos qui nolunt corrigi. Quòd ſi etiam aliquos eorũ qui ipſum diligunt, ſinit in mortem incidere, hæ quoq; ſunt partes cuſtodientis. Quod in Abel quoque accidit. Etſi enim eorum corpora interierint, animo tamen clarioA res euaſerunt: recipient autem etiam corpora interitui 1.Cor.15. nõ obnoxia. Poſtquã ergo dixit ſpecies eius prouidentiæ, quantum ab eo dici poterant, cõmunes, priuatas, & quæ ſunt ſanctorum, præcipue eorũ qui labant, curam eorum qui iacent, prouidentiam, patientiam, peccatorum correctionem, ſanctorũ cuſtodiam: laude rurſus cõcludit orationem, & vniuerſum orbem terræ vocat ad laudis communionem: *Laudationem domini loquetur os meum. Et benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſeculũ & in ſeculum ſeculi.* Vides quo modo ex bona affectione non eos ſolos vocat qui beneficio afficiuntur: ſed eos etiam qui puniuntur. nam hoc quoque eſt eius prouidentiæ. Non homines ſolùm, ſed etiam bruta, & elementa, & omnia inſenſilia, omnia enim ei° bonitate plena ſunt. Nec nos ergo intermittamus eum & verbis & factis aſſiduè laudare, qui eſt adeò bonus, adeò benignus, & B clemens, & vbique ſuam extendit beneficentiam: vt & bona præſentia & futura conſequamur, gratia & clementia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum, Amen.

IN PSALMVM CXLV.

LAuda anima mea dominum. Laudabo dominũ in vita mea. Pſallam deo meo quandiu fuero. Vnde deſiit, illic rurſus incipit, nempe à laudatione. Hoc enim nõ parum expurgat animum. Laudẽ autem dicit, vt dico aſſiduè, quæ fit factis: quod etiã dicit Matth.5. Chriſtus: Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt bona veſtra opera, & glorificent patrẽ veſtrum qui eſt in cœlis. Et rurſus Paulus: Glorificate deum in corpore 1.Cor.6. veſtro, & in ſpiritu veſtro. & quemadmodum dixit in præcedẽti pſalmo, Quotidie laudabo te: ita hîc etiam, C Pſallam deo meo quãdiu fuero. Deinde cũ vellet rurſus habere homines eius laudis ſocios, incidit in narrationem eius benignitatis & clementiæ, deſiderio incenſus & inflãmatus, vniuerſum orbem terræ percurrens, omnes homines in ſuum chorum cogẽs. Hoc eſt enim maxima laus, maxima dei gloria, quando multos requirit futuros eius ſalutis participes. *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum in quibus non eſt ſalus.* Alius, Qui non poteſt ſeruare. Audiant hoc conſilium & hãc admonitionem, qui fixis oculis & ore hianti intuẽtur admirãtes præfecturas humanas, & magiſtratus, qui ſunt corrupti, & in quos mox cadit interitus. Quid eſt autẽ: Pſal.36. In quibus nõ eſt ſalus? Ne propria quidẽ ſalus eſt in eo- Eccl.10. rum poteſtate, nec ſe poſſunt defendere. Si enim mors Pſal.36. aduenerit, iacebunt magis inuti quàm lapides. Hoc e- Eccl.20. nim eſt quod infert dicẽs, *Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terrã ſuã. In illa die peribũt omnes cogitationes eius.* Alius, Propoſita eius. Quod autẽ dicit, eſt eiuſmodi, Qui ſeipſum nõ poteſt defendere, quo modo eripiet alios? Nihil eſt enim æquè infirmũ & imbecillum, vt ea ſpes. Id autem Roma.5. oſtendit ipſa rerũ natura. Et ideo Paulus de ſpe in deũ diſſerens, dicebat, Spes autem pudore non afficit. At non ita ſe habẽt res humanæ: ſed ſunt vmbra imbecilliores. Ne mihi enim dixeris, Eſt princeps. Princeps e- Magiſtratuũ elevatio nim nõ eſt quolibet homine plebeio ſuperior, eſt enim Principatuũ eidẽ incertitudini obnoxius, atque adeò ſi quid dicen- lubricitas. dum eſt admirabile, propter hoc ipſum maximè nõ eſt fidẽdum, quod ſit princeps: ſunt enim ſummopere lubrici & periculoſi hi principatus & ſi nullus ei caſus accidat, eſt ad iram procliuis, & poteſtate in ingrati animi crimine & beneficiorum obliuione abutitur, vt rationem nõ redditurus eorũ quæ accepit ab initio: & ſi grat° fuerit, & memor beneficij, eo facilior eſſe poterit

Cæſu mutas nõ ſtat. Pſal.146. Pſal.103.

Benedictione, iuſto-rum, bona voluntate.

Manus dei.

Via dei.

Quòd commoda aſſiduæ afflictiones.

Peccatores qui.

Gene.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius casus quàm priuatorum, quo est pluribus & maioribus insidiis obnoxius: & eo facilius capi & expugnari poterit, quò plures habet insidiatores. Quid enim sibi volunt satellites, & corporis custodes? Quid verò multa præsidia? Quo modo ergo, qui in ciuitate quæ bonis legibus & institutis regitur, nõ est de corpore securus, sed in ea versatur tanquam in mediis hostibus, cui tot ostenduntur certamina & pericula, alios seruare poterit? Qui cum sit pax, timet iis acerbius qui in bello versantur: quo modo poterit aliũ in tuto collocare, & liberare à periculis? Multis certe qui poterãt per se securè viuere, hoc exitij causa fuit, quòd talibus cõfiderint: & cũ illi cecidissent, hi quoq; vnà sunt deturbati. Multis autem custodes fuere proditores. His tamen omnibus prætermissis, quoniã multi euaserũt, id ponit propheta de quo dubitari non potest, nempe mortem. Etsi enim omnia tibi rectè successerint, & si sit, inquit, beneuolus, gratoq; & memori animo, & sit gratiam relaturus, in mediis promissis vita finita, te in vana spe dimisit, propterea quòd vita ad exequẽdum promissum non suffecerit. Quando ergo ne vita quidem ei sufficit ad implendum promissum, sed ante euẽtum vita eius interrumpitur, ad imbecillum & inualidum confugis auxiliũ. An nescitis hoc multis accidisse, & cum cecidisset adiutor, defensore nudatos, ex eo fuisse magis deiectos & afflictos? Quãquam quid dico eorum promissa euanescere & interire, cum ne ipse quidẽ eorum dominus & author maneat? Reuertetur enim, inquit, in terram suam. Si ille autem periit, multo magis hæc quoq;. Et ideo subiunxit: Peribũt in die illa omnes cogitationes eius, ostẽdens nõ solum promissa nõ esse effectũ sortitura, sed eum etiã qui promittit, periturum.

Suadendi formula optima.

Quid ergo deinceps facit? postquam à spe humana abduxit, ostẽdit deinceps tutum portum, & arcem inexpugnabilẽ, & cõsulit, Hic est enim optimus modus suasionis, abducere ab imbecillis, & ad valida deducere: quæ vana sunt destruere, & quę vera stabilire: refellere quæ decipiunt, & quæ iuuant probare. *Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino deo ipsius.* Vidisti copiã cõsilij & adhortationis. Quãdo autem dicit beatitudinem, dicit omnia bona, & ostẽdit spei securitatẽ. Postquam ergo beatũ dixit eum qui sperat in ipsum, dicit deinceps potentiam adiutoris, ostendẽs illum quidem esse hominem, hunc verò deum: illum quidẽ interire, hunc verò permanere: non eum autẽ solum, sed etiam eius opera. Et ideo sic subiunxit: *Qui fecit cœlũ & terram, mare & omnia quæ in eis sunt.* Quòd si eius sunt opera perennia, multo magis ipse est & perennis & potẽs. Quòd autem talis sit, ostendunt ea quæ ab eo facta sunt, eius vires. Quid tum autem si est & perennis, & potẽs: non vult autem? Multi enim stulti hæc dicũt. Sed vide quo modo hanc quoq; aufert suspicionẽ. Cum enim dixisset: Qui fecit cœlũ & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, subiunxit, *Qui custodit veritatem in seculũ, facit iudicium iniuriam patientibus.* Quod autẽ dicit, est eiusmodi, Hoc est eius munus, hoc est ei familiare, hoc est maximè dei proprium, non despicere eos quibus fit iniuria, nõ eos contemptim præterire qui aut probri aut dãni aliquid accipiunt: manũ præbere iis quibus tenduntur insidiæ: idq; in perpetuum. Et ideo dixit, In seculum, hoc significans, Non hoc autem solum, sed id etiam quod deinceps sequitur. *Qui dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cæcos.* Alius, Sapiẽtes reddit. *Dominus erigit elisos. Dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet: Et viam peccatorum disperdet.*

Vidisti quo modo ostẽderit eius prouidentiam esse per omnia extensam, & eius esse partes, expedire à calamitatibus, fami afferre remedium, liberare & vinculis: Sed hæc quidẽ possunt etiam aliqua ex parte homines: quæ autem deinceps sequuntur, non itidem. Quod enim in natura est mutilũ & mancum, corrigit: eos qui ceciderunt erigit, inquit: eos qui virtute clari sunt, laudat: eos qui non habent defensores, conseruat: eos qui orbitatem ac viduitatem ægrè ferunt, cõsolatur & recreat. Deinde quoniam dixit, Diligit iustos, ostendit eum multis opem tulisse propter solam calamitatem. Quos enim nutrit, nutrit eò quòd esuriant, quod quidem non est virtutis: & eos qui vincti sunt, absoluit propter vincula. Sed neq; hoc est virtutis, sed calamitatis. Quin etiam illuminat cæcos propter cæcitatem. Neque hoc autem est rectè factorum, verùm calamitatis. Ita etiam esse aduenam pupillum, & viduam. Quòd si eos adiuuat qui sunt in calamitatibus: multo magis eos qui student virtuti. Cum ergo & possit, & velit, & sint apud eum omnia perẽnia & perpetua, & virtutem suscipiat & misereatur propter calamitates: cur nõ dimittis eum qui perit, eum qui est imbecillus, qui est interitui & morti obnoxius, & confugis ad eũ qui est fortis & inexpugnabilis, qui nõ exprobrat calamitates, sed eis affert remedium, qui omnia quę vult potest? Considera autem extremũ quàm accuratè dixerit. Non dixit enim, Disperdet peccatores, sed viã ipsorum, hoc est, eorum actionem. Non enim auersatur naturam, sed odio habet vicium. *Regnabit dominus in seculũ, Deus tuus Sion in generationem & generationem.* Quòd autem regnat perpetuò, & in æternũ permanet, minimè est dubitandum: sed & si hic non dederit remunerationem, eam seruat ad maiora. Nec ergo conturbemur in tentationibus si nõ eueſtigio sequatur solutio: sed domino permittamus tempus solutionis: nec si quid boni fecerimus, statim petamus remunerationem, sed eius voluntatem rursus itidem expectemus. Quãdo enim differt, remuneratur vberius & plenius, & in omnibus gratias agamus, & eum laudare pergamus. Ita enim & præsentem vitam agemus securissimè, & consequemur bona ineffabilia, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia cum principij experte eius patre & viuifico spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Esa.61.

Matth.11. *Sapien.12.* *Luc.1.* *Sapien.14.* *Roma.1.*

γνώμη.

IN PSALMVM CXLVI.

Laudate dominũ quoniã bonus est psalmus. Superius quidem in centesimo quadragesimo quarto psalmo dixit. Magnus dominus & laudabilis valde, & multa illic de gloria disseruit. Hic autẽ ostendit quòd ipsum etiam laudare, bonũ sit, & psalmus sit causa bonorum innumerabiliũ. Mentem enim à terra abducit, animumq; erigit & in altum euehit, leueſq; & sublimes efficit. Et ideo dicit Paulus, Canentes & psallẽtes in cordibus vestris. *Domino deo nostro iucũda decoraq; sit laudatio.* Alius, Alleluia, quoniam bonũ est canticum deo. Quid est, Deo nostro iucunda sit laudatio? Sit, inquit, accepta. Nõ satis est enim tãtummodo canere, vt sit deo iucunda laudatio, sed opus est & vita, & precatione & accurata attẽtione canẽtis. Mihi aútẽ videtur hic psalmus esse reuersionis. Ostẽdit autem id per hoc quod subiungit, dicens, *Aedificans Hierusalem dominus, dispersiones Israel congregabit.* Etsi enim eos dimisit Cyrus, non ex illius sententia, sed ex dei ope totum hoc profectum est. Alius autẽ interpres, pro eo quod est, Aedificans,

Psal.vic. *Ephes.5.* *Psalmodia vt deo placeat.* *Eccl.35.* *1.Cor.14.* *Matth.15.*

Dispersi-onis expulsi. fitās,dixit ędificabit.Dispersiones verò,expulsos.Quânam de causa? Quoniam non omnes simul reducti sunt,sed post reuersionem paulatim coacti sunt. *Qui sanat contritos corde,& alligat contritiones eorum.* Alius, Confracta ipsorum. Cum non haberet in vita sua fiduciā, adducit rursus calamitatem, & dei consuetudinē. Est enim eius munus, & hoc est eius propriū, eos qui sunt deiecti & afflicti,consolari:quemadmodū quando dicit Paulus:Qui viuificat mortuos.Et rursus:Qui vocat quæ non sunt, tanquam quæ sunt : dicens propriū eius munus,ita hic etiam:Qui sanat contritos corde, dicit, ostendens quòd etiam si indigni simus, quoniam opus eius sumus,actionem suā & partes suas non relinquet, à sua cōsuetudine nō recedet.Ita etiam Paulus,Sed qui consolatur humiles,nos consolatus est.Et rursus : Qui dat iis qui sunt pusillo & abiecto animo, patientiam. Quinetiam hic ipse quoq; Propheta alibi,Cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Quando ergo volueris consolationem assequi,redde teipsum humilem,animum tuum cōtere. Hoc ergo dixit de eius voluntate,benignitate,& clementia,eius scilicet esse munus,illos consolari qui sunt in calamitatibus.Quod autem sequitur,de potentia. *Qui numerat multitudinem stellarum.* Hoc est,qui nouit:Quoniam enim agebatur de dispersa multitudine,& quę tunc nusquam apparebat, iure hoc exemplum in medium adduxit, per hoc ostēdens eū posse vel dispersos cogere.Contritos enim solet erigere & consolari,& innumerabilem astrorū multitudinem nouit apprimè:ergo nos quoq;, quos pollicitus est eis futuros æquales,plenissimè reducet. *Et omnibus eis nomina vocans.* Alius, Omnibus nomina vocās. Ali°,Omnes eos nominatim vocabit. Existimo hoc dictum esse de Israëlitis,& idem dicere prophetā, quod Esaias quoq; postea, Ne timeas Israël, ex speculis terræ vocaui te, & dixi, Filius meus es. Quid est, omnes eos nominatim vocabit:Nullus,inquit, eorum peribit,sed quemadmodum qui nominatim vocat : ita etiam ipse omnes perfectè reducet. *Magnus dominus noster, & magna virtus eius.* Quoniam rem dixit maximā, quòd tot hominum milia per vniuersum orbem terræ dispersa sit congregaturus,deinceps disserit de eius potentia,Iudæos qui valde conturbabātur, vt crederent inducēs. *Et sapientiæ eius non est numerus.* Ne quære ergo quo modo & quānam ratione, est enim eius magnitudo infinita.Quocirca dixit etiam, magnitudinis eius non est numerus.Sed quemadmodū infinita est magnitudo, ita etiam sapientia.Et ideo cum dixisset, Magnus Dominus noster,subiunxit:Et sapientiæ eius nō est numerus.Quinetiam admirabilis est eius scientia, & ideo dicebat:Mirabilis facta est scientia tua à me.Potens facta est, non potero ad eam . Et sunt eius iudicia rursus inscrutabilia: & ideo dicebat : Iudicia tua abyssus multa. Cùm sit ergo magnus,potens, & sapiens, ne nimis curiosè inquiras quo modo hæc erunt. *Suscipiens mansuetos dominus,humilians autem peccatores vsque ad terram.* Ne dicerent aliqui insipientes, quid ad nos si perfectè nouit astra omnia?dicit etiam curam quā gerit hominū: Nō dixit autem,opē ferens mansuetis dominus: sed quod est multo maius,suscipiens, tanquā de amanti patre loquens.Quid est autē,suscipiens?Recreans,ferens, baiulans.Vidisti rursus perfectā in vtroq; eorum potentiā, nempe in extollendis humilibus, & in deiiciendis deprimendisq; arrogantibus. Non solùm autē humiliat, sed etiā summopere humiliat. Hoc enī sibi vult illud, Vsq; ad terrā. *Præcinite domino in confessione.* Alius,Enumerate.Postquā dixit præclara eius facta, rursus eos ad hymnum vocat,dicens: Præcinite domino in confessione.Hoc est, in gratiarū actione, cum magno studio ac diligentia. *Psallite deo nostro in cithara.* Alius,per lyrā. *Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam.* Ne quis autem planè sensus expers dicat, Et quid ad me cœlestia?subiunxit statim id quod opus est hominibus,ostēdens per id quod subiungit,cur cœlū operiat nubibus. Propter te,inquit,vt tibi paret pluuiā.Pluuia autē propter te,vt tibi fœnum producat.Vide autē sapientiā. Dicit bona generalia quæ dedit omnibus, ex redundanti copia ora eorū obstruēs. Si enim infidelibus fuit adeò munificus,vt vel nubes cogeret, & pluuiā moueret, & terram excitaret,multo magis vobis,qui appellati estis populus eius peculiaris. *Qui producit in montibus fœnum & herbam seruituti hominum.* Vide prouidentiæ amplitudinem,quando non solū in agris & cultis prædiis, sed etiā in montibus lautā dat mensam , nempe alimentū iumentorū quæ ad hominibus seruiendum facta sunt. Et ideo subiungit, *Qui dat iumentis escam ipsorum,& pullis coruorum inuocantibus eum.* Aliā rursus dicit munificentiā, vt qui non solū iumentis,quæ seruiunt hominibus,dat escam ipsorū,sed etiā aliis brutis.Et pullis enim,inquit, coruorū inuocantibus eū.Si autē brutis,& brutis agrestibus,& quæ hominibus minimè inseruiunt, tanta adhibetur prouidentia: quanto magis hominibus, & hominibus qui eū hymnis & laudibus celebrāt, quos etiā propterea vocauit populū peculiarē,& sui portionem? Deinde quoniam erant imbecilli,& inermes,& nudati omnibus,ne ex eo conturbarentur : vide quo modo hanc quoq; eorum corrigit imbecillitatē,dicens, *Non in fortitudine equi voluntatē habebit, neque in tibiis viri beneplacitum erit ei.Beneplacitum est domino super timentes eum,& in eis qui sperant super misericordia eius.* Alius,Qui expectant misericordiam eius.Si hęc,inquit,habeatis,metum scilicet,& perfectam in eum spem, attrahetis eius beneuolētiam: & cum attraxeritis, iis qui equos & arma habent,eritis potentiores. Vnum est ergo quod quæritur,vt non ægrè feratis,neque perturbemini,sed expectetis eius misericordiam : In hoc enim spes maximè consistit,vt etsi non statim acceperimus,minimè desperemus, nec animum abiiciamus. Rectè autem dixit, In misericordia eius.Neque enim habebant in factis suis fiduciam. Sed tamē,inquit, & si vos facta destituerit,speretis autem in eius misericordia , assequemini prouidentiam & eius auxilium : quæ detur nobis omnibus consequi gratia & elementia domini nostri Iesu Christi:cui gloria & potentia in secula seculorum,Amen.

Affictos consolari, dei propriū Roma.4. Ibidem. 2.Cor.7. 2.Cor.1. Philip.1. Psal.50. παρέδλεγμα. Philip.3. 1.Ioan.3. Esa.43. Psal.144. Psal.138. Psal.35. ἐξάρχεται. Argumēntum à minore. Dan.7.14. Populꝰ dei peculiaris q dictus. ἐμφοβουμένοις, In timentibus, ἐπὶ τῷ ἐλεος. misericordia.

IN PSALMVM CXLVII.

Laudа Hierusalem dominum,lauda deum tuum Sion, Non ad ciuitatē,sed ad eos qui in illa habitant,dirigit orationē:quod per totum librū facit,hoc quoq; hic faciēs. Assiduè autē hortatur & consulit vt gratiarum actionē deo pro beneficiis offerant, & neq; in ædificiis, nec in validis propugnaculis,sed in dei prouidentia fiduciā habeant . Hoc veluti priùs iacto & confirmato fundamento,subiunxit,& dicit, *Quoniam confortauit seras portarum tuarum,benedixit filiis tuis in te.* Quid hoc est?In tuto collocauit,fecit inexpugnabilē.Benedixit filiis tuis.Hoc est,fecit crescere in magnam multitudinem. Hoc vnum est genus beneficij.Alterum verò est illud,In te. Hoc est autē quod dicit,Non diuisos, nec dispersos, sed in te cōgregatos fecit crescere.Deinde aliud quoq; ostendens prouidētiæ ge-

ὁ τιθεὶς, qui ponit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ genus, dicit, *Qui posuit fines tuos pacem.* Fieri enim potest vt & in tuto sint,& muti sint,& tamen bello vexentur.Sed ab his quoque insidiis ostēdit eos esse liberos,quòd sic dixit,& indicauit non solùm ciuitatē esse liberam ab insidiatoribus,sed ipsos etiam fines. Vidisti quot beneficia recensēt.Primum quidem, & quod est omnium maximū,quòd dixerit,Deum tuū. Per hoc enim verbū dicit hæc omnia, quòd te effecit familiarē, quòd te suū fecit hæredē, quòd cū sit cōmunis omniū dominus,est præcipuè tuus: quod quidē est primū caput bonorum.Secundū autem,quòd ciuitatem in tuto collocauit.Tertium,quòd eos multiplicauit. Quartū, quòd à bellis & tumultibus liberauit nō solum ciuitatem,sed etiam vniuersam gentē:quòd non vno tantū, aut altero,aut tertio tēpore hoc fecit, sed id fecit perpetuò.Non dixit enim qui posuit,sed qui ponit.Quòd si bella quandoq; euenerunt, non eò quòd ipse eos relinqueret,sed eò quòd ipsi resilirent,factum est.Hoc enim fuit perpetuum eius munus,munire, in tuto collocare:vt ab omni bello & tumultu liberi essent, præstare.Deinde aliud quoque vnà cum hoc dicit beneficiū, nempe magnam anni fertilitatem, & bonum fructuū prouentum,rursus hic ipsos docens,non terræ,nec aëris naturę,sed eiꝰ prouidētiæ omnia asscribere.Quòdnam autem id est?Quod subiunxit,dicens, *Et adipe frumenti satiat te.* Vide non dixit absolutè frumētum, sed, adipe frumenti, magnam ostendens prosperitatem. Adeps enim frumēti,fructus florem & id quod est optimū significat.Talia sunt enim dei dona,proba & florentia.Optimo ergo frumento eos hic dicit liberalissimè expleri.Hoc enim significans, non dixit qui dat, sed qui satiat. *Qui emittit eloquium suum terræ.* Quod facere consueuit,vt à priuatis ad communia, & à cōmunibus rursus ad priuata transferat orationem, hoc hic quoq; facit.Postquam enim dixit,Lauda deum tuū, ne quis insipiens existimaret eum esse deum tantū illorū, ostendit quo modo sit vniuersæ terræ cōmunis, & per vniuersum orbē terræ extensa sit eius prouidētia,à priuatis ad id quod est cōmune deducens orationē,& ad generalem prouidentiā.Et ideo cū dixisset,qui emittit eloquium suū terræ,subiunxit. *Velociter currit sermo eius.*

Hoc autem dixit ostendens eum non solū nostræ regionis,sed vniuersi orbis terrarum curam gerere. Eloquium autē hic dicit iussum, operationē qua prouidet & prospicit.Deinde q̄ sit facilis,& q̄ in prōptu,ostēdēs, non nomine solū sermonis,sed etiā appellatione cursus id significauit:& ne hoc quidē satis esse duxit,sed etiam adiecit,velociter.Quod autē dicit, est eiusmodi, quodcūq; iusserit,fit cū maxima celeritate.Per vniuersum enim orbem terrę imperat.Quid autē imperat?Ea quæ nostrā vitam continent,quæ spectant ad aëris administrationem, temporumq; mutationē & vicissitudinem.Et ideo subiungit dicens, *Qui dat niuem sicut lanam:nebulam sicut cinerem spargit.* Hoc alius quidem interpres dicit,Rorem concretum. Hebræus autem כאפר Caepher. *Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?* Alius,In faciē frigoris quis stabit? *Emittet verbum suum,& liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquæ.* Hic mihi exponit inexpugnabilem & infinitam eius potentiā,quòd quæ nō sunt,producit substantias,& eas quæ factę sunt,traducit & transmutat,& ad id quod vult transformat.Quod quidē alius quoq; propheta significās,dicebat:Qui omnia facit,& ea trāsformat.Etsi enim immobilibus naturę terminis alligata sint:quando tamen ei visum fuerit, soluuntur hi termini.Ei enim omnia locum dāt & concedunt, & aliquando quidem eas mutat substātias, aliquando verò manētes mutat in aliam operationem, & eam quidem quæ est ei propria & attributa facit quiescere, aliam verò inducit contrariam. Quod quidem fecit in fornace.Ignis enim erat,& non vrebat,sed qui in eum iecti fuerant, sentiebant rorem longè iucundissimum. Mare erat cum Iudæi traiicerent, & aquæ non obruebant, sed eos petra firmius & solidius transmittebant: sub Dathan & Abiron terra erat,eorum tamen corpora non sustinuit,sed mari facilius obruit. Virga Aaron erat lignum aridum,& iis quæ in terra plantata erant, fructum pulchriorem protulit. Balaæ erat asinus animal omnium hebetissimum,nec minus bene se defendit apud eum qui ipsum pulsabat,quàm homo ratione præditus.Cum in lacū coniectus est Daniēl,erant leones,& ostenderunt ouium mansuetudinem:non ipsorum quidem deleta natura, sed mutata eorum operatione.Multa alia possunt videri miracula,etiā in creatione.Ne ergo quoniam fit singulis annis, & sub aspectum nostrū cadit,id paruum esse miraculū existimes. Considera enim quantum sit, nunc quidem videri niuem, nunc vero aquam, & breui momento temporis tantas fieri mutationes. Ne quis autem minus sapiens, naturali elementorum operatione hæc fieri, & ea absolutè illorum causas esse putaret: sed sciret quisnā sit qui imperat,ad iussum eius totam de his rebus deducit orationem,& dicit:Emittet verbum suū,& liquefaciet ea.Hoc est,iussus,non enim vis ventorū hoc facit principaliter,sed deus qui fecit vētos. Orationem autē deduxit ad elemēta,& ad mutationes quæ sunt in elemētis,persuadens crasso & vix vllo sensu prædito Iudæo, ex iis quæ fiunt singulis annis,nosse dei potentiā,& facilè ei esse res corū vt vult administrare, & à cōtrariis in contrarias mutare. Quemadmodum enim si fuerit tempestas & glacies intolerabilis, facilè est illi inuecta tranquillitate omnia dissoluere:ita etiā eos qui in captiuitatem abducti fuerant, & bellis vexati erant, facilè ei ad pacem & ad suam patriam reducere,& restituere priori prosperitati. Non hoc solùm autē significat, sed etiam aliud latenter innuit.Quidnam?Quòd quemadmodum hæc,licet molestiam afferant, sæpe fiunt vtiliter:ita etiam quæ eis euenerunt, eis fuerunt conducibilia,& multum commodi attulerunt. Ne esset autem eis amplius molestus, ad placidiorem rursus traduxit mutationem.Quid hæc autem sibi volūt exempla? Nō dixit enim solummodo, qui dat niuem, sed adiunxit, tanquam lanam:Neque,qui nebulam spargit, sed subiunxit,sicut cinerem:neq;,qui mittit crystallū,sed adiecit,sicut buccellas.Mihi videtur voluisse ex his significare quàm sint ei omnia facilia & explicata. *Qui annunciat verbum suum Iacob.* Alius,perfectiones.Alius,iussa. *Iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi.* Alius,similia. *Et iudicia sua non manifestauit eis.* Vide quo modo rursus à generalibus transit ad singularia,& quę erant Iudæorum præcipua,volens eos ad maius studiū excitare.Atq; in principio quidem psalmi disseruit de sensilibus,& quę prosunt corpori,vtpote de securitate, anni fertilitate,& pace.Hic autem orationem ad altiora erigit, de lege quæ eis data est tractans, quod quidē est maximum genus beneficij,à vicio abducere, deducere ad virtutē,animum illustrare. Et ideo Moses hoc susq; deq; versans,dicebat:Quis est is populus, gens magna,cui deus est eis appropinquans, vt deus noster, in omnibus in quibus eum inuocauerimus?Et dauid rursus:Fa-

Deute.7. Roma.8. Roma.10.

Terræ fertilitas dei prouidentiæ ascribenda.

Adeps frumenti.

Sapiē.6.21. Eloquium dei.

Eccle.3.

Sanilla,cinis אפר

Esa.45. Hiere.10.

Natura ope ratione in contrariū mutata.

Daniē.3. Exod.14. Nume.16.

Nume.17.

Nume.22.

Daniē.16.

Miracula quotidiana

Iudæorum crassities.

בו *sic, similiter, οὕτως.*

Exo.20.

Deute.4. Roma.3. Psal.102.

sus:Faciens misericordiam dominus,& iudicium omnibus patientibus iniuriam.Notas fecit vias suas.Mosi, filiis Israël voluntates suas.Et Hieremias. Hic est deus noster,non reputabitur alius prꝛeter ipsum.Inuenit omnem viam scientiæ,& dedit eam Iacob filio suo, & Israël dilecto suo.Sed dixerit fortasse quispiam, Cum reliquis hominibus non significauerit, quo modo eos punit?Quòd enim eos puniat qui fuerunt ante legem, & eos qui peccant per vniuersum orbem terræ, clarũ est ex iis quæ dicit Christus: Regina austri surget, & condemnabit hanc generationem.Et rursus: Viri Niniuitæ surgent, & condemnabunt hanc generationem. Omnino enim ideo ita dictum est, quòd illi quoq; rationem redderent:& illi quidem laudarentur,hi verò punirentur. Si autem non fuerat eis ostẽsum quid sibi esset agendum, quo modo hos condemnabunt? Quo modo autem rursus dixit,Requiretur sanguis à tẽpore Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ?Quo modo autem rursus?Tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorrhæ.Cum enim dixit, Tolerabilius, nõ perfectam liberationem,sed eos pro suis peccatis dare leuius supplicium significat.Quòd si qui puniti sunt,tam graues rursus dant pœnas: quis ex aliis effugiet? Videmus autem eos quoq; qui pœnas dederunt in inundatione,& multos alios,& ipsum Cain. Porrò autem Paulus quoque dicit, hoc ipsum significans, Reuelatur ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniusticiam hominum qui virtutem in iniusticia detinent, propterea ꝙd quod de deo cognosci potest,manifestum est in ipsis.Inuisibilia enim eius à creatione mũdi operibus intellecta conspiciuntur,& æterna eius potentia & diuinitas,vt sint ipsi inexcusabiles. Deinde de vita quoque verba faciens,ne hic quidem eos relinquit rationi reddendæ non obnoxios,ita dicens, Qui cum iusticiã dei cognouissent,quòd qui talia agunt, digni morte sunt: non solum ea faciunt,sed etiam facientibus consentiũt. Existimas autem hoc, ô homo,qui iudicas eos qui talia faciunt,quòd tu dei iudicium effugies? An diuitias benignitatis eius, patientiæ & longanimitatis cõtemnis, nescies quòd benignitas dei te ad pœnitẽtiam adducit?Secundum duriciam autem tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis & iusti iudicij dei,qui reddet vnicuiq; secundum opera sua,his quidem secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem: iis verò qui ex contentione veritati quidẽ nõ parẽt,parent autẽ iniusticiæ,ira & indignatio, afflictio & angustia super omnem animã hominis operantis malum,Iudęi primũ,& Græci.Vides per hæc omnia,quo modo omnes, quotquot fuerunt homines, etiam ante legem, dant peccatorum pœnas:& quicunq; virtutis curã gesserunt,& ab impietate recesserunt,fruuntur bonis. Quo modo ergo erit aut hoc aut illud,si quid esset agendum,nesciebant?Sin autẽ sciebant,inquit,quid sit agendũ:quo modo dicit,Non fecit sic omni nationi: & iudicia sua nõ manifestauit eis?Quid ergo sit quod scriptũ est,& quid sibi velit significare,audi.Scriptam legem nulli alij dedit.Naturalem enim intus habebant omnes, personãtem quid sit bonum,quid secus. Cum hominem enim deus fingeret, simul etiam hoc illi indidit incorruptũ iudicium,nempe vniuscuiusq; suum conscientiæ calculum.Iudæis autẽ hoc procurauit eximium,quòd quę erant iusta ac legitima, procurauit vt per scripta cognoscerent.Et ideo non dixit ipse,Non fecit in omni gente sed,Non sic fecit.Hoc est,Non misit eis tabulas,non scripta,non Mosen legislatorẽ, non alia quæ fuerũt in monte Sina,sed Iudæi soli peculiari quodã priuilegio hæc omnia cõsecuti sunt. Verũ enimuero vniuersa humana natura habuit sufficientem legem conscientiæ. Quæ quidem Paulus quoq; significans, dicebat. Quãdo enim gentes legem non habentes natura quæ legis sunt,faciunt:ij legem non habentes sibiipsis sunt lex.Et ideo Iudæi digni sunt maiori condẽnatione, quòd cũ vnà cum lege naturali, scriptam quoq; legem acceperint,tam sceleratè & tam nefariè se gesserunt. Quãobrem magnum dei beneficiũ eis negligentibus, euadit occasio maioris condẽnationis.Quod ad verba quidẽ scripta attinet,sufficiunt quę scriptà sunt.Si quis autem desiderat psalmũ quoq; sumere anagogicè, non recusabimus hac quoq; via ingredi, non historiã perimentes,absit,sed cum illa hæc quoque studiosis adiicientes, quoad eius fieri poterit.Lauda Hierusalẽ dominũ,lauda deum tuũ Sion.Nouit Paulus cœlestem Hierusalẽ, de qua dicit:Quæ sursum est autẽ Hierusalẽ, libera est, quæ est mater nostra,quemadmodũ Sion quoq; nouit ecclesiam,quando dicit, Non enim accessistis ad montem qui palpatur,ad incensum ignẽ,& turbinẽ,& caliginem,& procellã,sed accessistis ad Sion ciuitatem,& ecclesiam primogenitorũ descriptorũ in cœlis. Potest ergo de ea quoq; dici anagogicè illud,Lauda Hierusalem dominũ,lauda deum tuũ Sion: quoniã confortauit seras portarũ tuarum:benedixit filiis tuis in te.Eam enim muniit validius quàm Hierusalẽ, nõ vectibus & portis,sed cruce circunseptam, & renunciatione propriæ voluntatis,per quam vbiq; eius excitauit ambitũ, cùm dixit: Portæ inferorum non prævalebunt aduersus eam.In principio itaq; imperatores & reges omnes & populi & ciuitates, & dæmonum phalanges, & ipsa diaboli tyrãnis, & alia innumerabilia inuaserũt ecclesiam:illa tamen omnia fracta & dissoluta sunt & interierunt:ipsa autem creuit,& in tantam prouecta est altitudinem,vt ipsos etiam cœlos superauerit.Benedixit filiis tuis in te.Quemadmodũ cũ dixisset in principio, Crescite,& multiplicamini,& replete terram, vniuersam terram sermo peruasit:ita cũ postea dixisset, Ite & docete omnes gẽtes:&, Prædicabitur euangelium hoc in toto mundo:ipsos etiam fines orbis terrę breui momento temporis iussus eius occupauit. Quocirca ipse quoq; dicebat,Si granum frumẽti in terrã cadẽs mortuum non fuerit,ipsum solum manet: sin autem mortuum fuerit,multum fructum affert.Et rursus, Quãdo exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum. Atque in principio quidem ex vno multi nati sunt,cum lege naturæ crescеret multitudo,& ideo res tardius processit: tempore autem apostolorum,nõ lege naturæ,sed gratia crescebat multitudo: & ideo vno statim die tria milia,deinde quinq; milia,deinde innumerabiles. Deinde vniuersus orbis terræ per pulchram hanc regenerationem editi,aucti sunt,& multiplicati sunt, & quã acceperant benedictionem,factis ipsis ostenderunt.Non enim ex sanguinibus,neque ex voluntate carnis,sed ex dei gratia nati sunt. Qui posuit fines tuos pacem. Hoc valde propriè dici potest de ecclesia:nam,quod est admirabilius, cũ ea peteretur bello, pace fruebatur: & cũ ei omnes ponerent insidias,in summa securitate maximam capiebat voluptatẽ.Et ideo dixit ipse: Pacẽ meã relinquo vobis,pacem meã do vobis.Et adipe frumẽti satiat te.Potest hoc etiam aliter accipi in ecclesia de alimento spiritali,quòd nobis scilicet panẽ vitæ dederit. Qui emittit eloquiũ suũ terræ: velociter currit sermo eius.

Baruch.3. *Peccatores etiam ante legẽ puniti.* *Matth.12.* *Luc.11.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Matth.10.* *Gene.7.* *Gene.4.* *Rom.1.* *Rom.2.* *Quæstio.* *Psal.147. Solutio. Naturalis lex omnibꝰ insita.* *Iudæorum priuilegia.* *Conscientiæ lex.* *Roma.2.* *Roma.5.* *Hierusalẽ cœlestis.* *Gala.4.* *Heb.12.* *Matth.16.* *Psal.2.* *Actor. 4.* *Ecclesiæ oppugnatio & incremẽtum.* *Gene.2.* *Matth.28.* *Matth.16.* *Roma.10.* *Coloss.1.* *Ioan.12.* *Ibidem.* *Actor.3.5.* *Ioan.1.* *Ioan.14.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. Quisnam sermo, dic quæso? Qui prolatus per apostolos quauis penna leuius omnia peruolabat. Quocirca Dauid quoq; alicubi hoc significans, dicit, Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Siquis autem insipiens dubitet, ex iis quæ fiunt in elemẽtis sumat probationem, & discat quo modo nix simul & aceruatim & repente aduenit, & momento tẽporis totã terram operit, non longo tẽporis curriculo eius faciẽ inuadens, sed repente totam eã complectens. Quoniã ergo erat propheta, & consentancũ erat futura prædicentem, & per anagogen significantẽ hæc dicere, parfuit vt immoraretur in eo quod dicebatur de elemẽtis. Quod autẽ dicit, est eiusmodi, Futurum est vt vniuersa terra dei verbo resonet, idq; cũ maxima celeritate, & breuissimo tẽpore. Deinde ne quis dubitaret, si Iudæi, gens vna, in quã tanto tẽpore tantũ studij & diligentiæ collatũ est, nõ fuit proba: quo modo ij qui vniuersum orbem terræ habitant, poterunt breui tẽpore cõponi, boniq; & moderati effici? ad confirmãdum id quod dicit, sumit exẽpla ex elemẽtis, niuem, nebulam, glaciem, quæ breuiter fiunt vno momento tẽporis. Ne ergo ideo non credas, etiam mens eorũ sit facilè mutãda. At multi sunt qui resistunt. Sed ij quoq; concedent, & locũ dabũt. Si enim parũ frigoris, quod fuerit vehementius, nemo ferre potest: sed omnes ei cedunt, & locum dant: multò magis eius verbo & iussui cedent omnia quæ aduersantur. Potest enim mutare substantias, & quæ non sunt producere, & ad tantas vires prouehere, vt hęc sint omnibus intolerabilia. Qui annunciat verbum suum Iacob, iusticias & iudicia sua Israël. Hic quoq; nõ aberraueris si Iacob spiritalẽ dixeris, & Israëlem, quem Paulus quoq; nouit, dicens: Pax vobis, & super Israël dei. Cui gloria in secula seculorum, Amen.

Psal.67. *Simile Physicum.* *Psal.18. Marc. vlti.* *Esa.47. Danie.4. Luca 21.* *Actu.6. Heb.4.* *Gala.6.*

IM PSALMVM CXLVIII.

Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius. Est hoc sanctis in more positum propter pium & gratum suũ animum: vt cũ deo sunt acturi gratias, accersant multos laudationis socios, & hortẽtur vt hoc pulchrũ munus secum obeant. Hoc etiã fecerunt tres pueri, qui quando erãt in fornace, omnem creaturam ad laudibus celebrandum quod acceperant beneficiũ, & hymnos deo dicendos conuocarunt. Hoc ipsum facit hic quoq;, vtrunq; mundum vocãs, supernum, & infernũ: sensilem, & eum qui percipitur sola intelligentia. Hoc etiam facit propheta Esaias, vt quando dicit: Lætentur cœli, & exultet terra: quoniam misertus est dominus populi sui. Quinetiam hic ipse quoq; quando dicit, In exitu Israël de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro: Mõtes exultauerũt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Et rursus alicubi Esaias: Nubes pluant iusticiã. Vt qui enim soli non sufficiant ad deum laudibus celebrandum, quoquouersus obeunt, vt in dicendis hymnis socios accipiant. Hic autẽ hoc crebro facit, vt quãdo dicit, Et adorent eum omnes angeli eius. Et rursus, Potentes virtute, facientes verbum eius. Porrò autem aliud quoque ex his confirmat. Quòdnam? Ne quis eorum qui minus sunt rationis compotes, existimet esse duos opifices. Quoniam enim diuersæ sunt creaturæ, & inter se substantiis differunt, hæc quidem quæ videtur, illa verò quæ sub aspectum non cadit: hæc quidem plena est corporibus, illa verò est incorporea: ne quis ex operum differentia diuersos induceret opifices, vnũ constituit opificem, vnum ex omnibus ei canticum offerens, & eũdem deum dicens debere laudari à superna creatura & inferna: hinc quoque ostẽdens esse vnũ vtriusque opificem. A supernis autem prius incipit, dicens: Laudate eum omnes angeli eius: *Laudate eum omnes virtutes eius.* Alius, Omnes exercitus eius. Dicens Cherubim, Seraphim, dominationes, principatus, potestates. Hoc est animi valde incensi, hoc ardentis amoris, omnes excitare ad laudandum eum qui desideratur: hoc animi qui magnam assiduè capit voluptatẽ in cogitatione de deo, qui stupet & miratur eius gloriam.

Esa.49. Psal.113. *Esa.45.* *Psal.96.* *Opifex vnus vtriusque creaturæ visibilis & inuisibilis.* *Laudandi modi varij.* *Matth.5.* *1.Reg.2.* *Exod.15.* *Psal.18.* *Deũ vt laudet creatura omnis.* *Creatura omnis miraculosa.* *Gene.1.* *Psal.111.* *Roma.1.*

Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. כוכב אור Alius, Stellæ lucis. *Laudate eum cœli cœlorum. Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini: quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea in seculum, & in seculum seculi.* Alius, Statuit ea manere perpetuo. *Præceptum posuit, & non præteribit.* Quænam causa est, quòd cum de cœlestibus potestatib⁹ pauca dixerit, illinc celeriter resilierit: & cum ad ea quæ videntur, orationem deduxerit, de illis prolixiꝰ disserit, omnia sigillatim persequẽs, quæ inferius sunt, & quæ superius? Quoniam ea erant manifestiora iis qui audiebant, vt quæ videbantur, & posita erant ob oculos. Et ideo Moses quoque de opificio & creatione incipiens, cum de supernis nihil nec magnũ nec paruum dixisset, à cœlo & terra ducit exordium, & per solem & lunam, & herbas, & natantia, & quadrupedes transiens, in homine desinit. Cœlos autẽ cœlorum hîc dicens, non ostendit multitudinem, sed idem etiam dicit cœlum cœli. Hebræorũ enim lingua שמים cœlum cœli dici consueuit, sicut etiam alibi dicit: Cœlum cœli domino: terram autem dedit filiis hominũ. Et aquæ quæ super cœlos sunt. Audiuisti Mosen quoq; dicentem, ex aquis quidẽ eum has reliquisse inferius: illas verò effecisse stare sublimes super terga cœlestia, cùm in medio abysi firmamẽtum stabiliisset, & aquas manere super terga iussisset. Quo modo autẽ poterunt, dixerit quispiam, ea laudare, quæ neque vocem habẽt, nec linguam, nec animam, nec rationẽ? Quoniã duo sunt modi laudandi, gloriaq; & honore afficiẽdi: vnus quidem per verba, alius verò per ipsum. His accedit etiam tertius, qui est per vitam & rectè facta. Nam hominibus non solùm loquentibus, sed etiam tacẽtibus, gloria deo offertur: quemadmodum Christus quoque dicit, Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Et rursus: Glorificantes me glorificabo. Est etiam quæ fit per linguam glorificatio, sicut etiam Moses glorificauit cum Maria, dicens: Cãtemus domino: glorioſe enim glorificatus est. Est etiam quæ fit per ipsam creaturam, vt hic ipse dicit: Cœli enarrant gloriã dei: opera manuum eius annunciat firmamentum. Ita hic etiam laudat eum creatura, pulchritudine, positione, magnitudine, natura, vsu, ministerio, perseuerãtia, vtilitate quę ex ea proficiscitur. Quãdo ergo dicit, Laudate dominum angeli, virtutes cœli, luna, sol, stellæ, aqua quæ est super cœlos, hoc dicit, vnumquodque eorum quæ facta sunt, dignum esse sapientia effectoris, & esse plenum magno miraculo. Quod quidem Moses breuiter dixit in principio, Et vidit deus quæcunq; fecit, & erãt valde bona: adeò bona, vt eum qui fecit, gloria afficerent, & spectatorem ducerẽt ad eum laudandum qui erat fabricatus. Hanc ergo dicit laudem, pulchritudinem eorum quæ facta sunt, quæ ei qui illa fecit, laudes & hymnos comparat. Quod Paulus quoque significat, dicens: Inuisibilia enim eius à creatione mũdi operibus intellecta conspiciuntur, & æterna eius potentia

Stella lucis.

ibi aquæ. Kimbi.

tentia & diuinitas. Quinetiam hic quoq; propheta, cũ dixisset creaturas, & ex eorum quæ videntur aspectu, illorum pulchritudinẽ reliquisset discendã, magnitudinemq; & eorum vtilitatem, ipse aliam adducit causam, dicens: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea in seculum & in seculum seculi. Præceptum posuit, & non præteribit. Quòd itaq; sunt quidem pulchra & admirabilia, vel ipse visus indicat.

Mũdus & opificẽ habet, & creatus est.

Quòd autem habẽt opificem, & nec casu sunt, nec increata, potest quidem vel ex ipsa interpretatione perspici. Siquis autem dubitet, à me discat quòd habẽt opificem, effectorem, & qui illis prouidet, earumq; curã gerit. Duo enim hîc ponit, vel potius tria, atque adeò siquis rectè perpendat, etiam quatuor, quod est fecerit, & ex iis quæ non erant fecerit, & facilè fecerit, & à se facta regat & administret. Dicendo enim, Dixit, ostendit facilitatem: vt etiam Paulus significãs, dicebat: Qui

Roma. 4. Vocare dei

viuificat mortuos, & vocat quæ nõ sunt, tanquam quæ sunt. nomine vocationis nobis facilitatem indicans. Quòd autẽ quæ facta sunt regat & contineat, ipse propheta rursus ostẽdit, subiungẽs: Statuit ea in seculum, & in seculum seculi. Præceptum posuit, & non præteribit. Vide quo modo hîc quoque ostenderit potestatem, authoritatem, non solùm quòd statuerit, sed etiã quòd præceptum dixerit, humanis dictionibus eius operationem indicans. Quemadmodũ enim tibi dicere & præcipere est facilè, ita deo facere quę nõ sunt, regere & continere: immò verò non ita habet, sed est lõgè facilius. Neque enim verbis potest explicari summa facilitas cum qua fecit omnia. Neq; verò est solùm admirabile quòd regit & continet, nec quòd termini naturæ stant fixi & immobiles, sed quòd tẽpore adeò infinito. Considera quantũ est æui spacium, & eorũ nihil est omnino confusum. Non mare terram inundauit, non sol ea quæ videntur exussit, non cœlũ labefactum est, non noctis nec diei termini confusi sunt, non temporum conuersiones, nec aliquid aliud eiusmodi, sed vnũquodq; eorũ quæ sunt & supernè & infernè, stetit, diligentissimè impositos sibi ab initio fines ad vnguẽ seruans. Postquàm ergo dixit de supernis creaturis, & de iis quę sunt in cœlo, descẽdit in terrã. Quod autem fecit in supernis, vt inciperet quidem à supercœlestibus, descenderet autem ad cœlestia, hoc etiã hic facit, à cœlestibus ad terrã transiliens. Quoniã enim sunt nõnulli qui dicunt ea quidẽ quæ sunt in cœlis esse digna dei opificio: quæ sunt autẽ in terris, reprehẽdunt, quoniam ibi sunt scorpij, leones, viperæ, dracones, & reliqua beluarum genera, & arbores infrugiferæ, eis veluti respondẽs, alia rursus ratione orationem aggreditur. Vide autẽ quid facit, bonis quæ sunt in cõfesso prætermissis, ouibus bubus, quorũ vsum ostẽdit ipsa experiẽtia, asinis, camelis, & quęcunq; apta sunt ad ea vehenda quæ ad nos importanda sunt: in iis quæ videntur esse inutilia, versat orationem, dracones in medium adducens, & partem maris innauigabilem, & quæ videntur afferre molestiam, vt ignem, grandinem, niuẽ, glaciẽ, deinde arbores infrugiferas, montes. Deinde rursus latis campis relictis & aptis ad agriculturam, & mitium fructuum prouentu, transiit ad montes, colles, & loca deserta, & omniũ serpentum meminit, vt hæc sciamus apertius. Postquã enim dixit, Præceptum posuit, & nõ præteribit, subiunxit, *Laudate dominũ de terra dracones & omnes abyssi: Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarũ quæ faciũt verbum eius. Montes & omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri, bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes, & omnes volucres pennatæ.*

Simile.

Gene. 18. Hiere. 32. Luc. 1.

Stabilitas mundi, & æquabilitas vicissitudinis temporũ

A Quánam de causa tractat hoc modo orationẽ? Ex redundanti copia ostendens dei prouidentiam. Si enim quæ videntur esse inutilia, & generi hominum infesta, adeò sunt bona, adeò vtilia, vt ipsa quoq; laudem deo offerant, & eũ gloria honoreq; afficiant propter suum opificium: cogita apud te qualia sunt alia: & si videtur, persequamur vnũquodq; eorum quæ dicta sunt: Dracones, inquit, & omnes abyssi. Dracones hic dicit cete, sicut etiam alibi quando dicit, Draco hic quẽ formasti ad illudendum ei. Multis autem in locis videri potest hoc animal ita vocari. Et quo modo, inquiet quispiã, laudat hoc eum qui ipsum fecit? Quo modo autẽ non laudat? Quando enim videris magnitudinẽ, corporis compositionem, quam apertissimè scriptura narrat in Iob: Quo modo nõ admiraberis opificẽ, qui tantũ animal produxit? Neq; verò propter solam magnitudinẽ,

B sed etiã quòd pars maris innauigabilis in quo ageret, ei attributa sit. Est autem iure mirandũ quòd proprios limites non transiliat, cum sit agreste ac æquum animal, & longè maximũ, sed in suis degens locis se contineat: & non solum in terrã non egreditur, neq; in locũ habitabilem: sed in partẽ quidẽ maris quæ apta sit ad nauigationem: non consumit genera piscium, sed intra suã regionem vitam degit. Nec hæc solum miranda sunt, sed abyssi etiam profunditas. Quod autem in animali, hoc etiam cerni potest in mari. Nam cũ ipsum ventorum flatibus sit intolerabile, & tantã habeat aquarum multitudinem: non erumpit ex propriis terminis, non inundat terrã vicinã, sed ipsum quoq; est alligatũ vinculis immobilibus, licèt sit alioqui natura aquarũ insolens. Cum autẽ tanta sit magnitudine, & à tantis spiritibus impellatur: considera quanti sit miraculi, nec per

C insolentiã, nec per molẽ ac magnitudinẽ, nec per vim intolerabilem suo loco excedere, sed in tanta insolentia ordinẽ & modũ pulchrè seruare. Hæc ergo apud te reputans poteris hinc quoq; deo laudẽ & hymnũ texere, & eius admirari potentiã, sapientiã, virtutem, potestatem. Sunt etiã ineffabiles aliq; horũ rationes, quas ipse nouit qui fecit. Et ideo dixit quispiam, Ne dixeris, Quare hoc? Ad quid hoc? Omnia enim ad vsum facta sunt, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarũ, quæ faciunt verbũ eius. Adiicit hic quoq; aliud iis quę dicta sunt. Hoc enĩ in priori psalmo admirabatur, quòd brevi momento temporis totã terrã peruadat nix, glacies, quòd concrescat, quòd mutetur, quòd in cõtraria conuertatur. Hic autẽ, quòd & quę non erant, facta sunt: & quòd quæ facta sunt, manent, & quòd manẽtia fungãtur munere ministrorum, licet sint expertia rationis, &

D iussus eius educat in opus cũ maxima obedientia. Immò verò vnus sæpe iustus ea perfecit quæ sunt suapte natura contraria, quemadmodum in fornace Babylonica ignis & vrens & irrorans simul factus est. Hoc ergo, inquit, meretur gratiarum actionem, eamq; certè maximam. Deus enim æquè est laudandus, & cum punit, & cum à supplicio eximit. Vtraq; enim sunt curationis, vtraq; sunt bonitatis. Homines enim hoc quidẽ faciunt propter bonitatem, illud verò per iram & improbitatẽ: Deus autẽ vtraq; propter clementiã. Oportet ergo eum æquè laudare, & quòd posuerit Adam in paradiso, & quòd eum expulerit, & agere gratias non solùm pro regno, sed etiam pro gehẽna. Eam enim & fecit & minatus est, vt à vicio liberaret. Quemadmodum ergo medicum non solùm nutrientem, sed etiã fame excruciantem, non solùm in forum educentem, sed etiam domini alicubi includentem: nõ solùm vngẽtem,

Pſal. 103. Thaniuim cete & dracones marini.

Iob 40.

Draconis marini mirum.

Maris miracula.

Eccle. 39.

Eccle. 8.

Eccle. 39.

In curiosos

Ignis simul vrens & irrorans.

Dan. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentem,sed etiam vrentem & secantẽ obseruamus & admiramur (etsi enim sunt contraria quæ fiunt,vnum tamen finem respiciunt) ita etiam oportet deum laudare pro omnibus,atq; adeò multò magis, quatenꝰ hic quidem deus,ille verò homo:& quòd res quidem eorum sæpe aliter eueniunt, quæ autem deus facit, fiunt cum summa sapientia & cura. Grando autem & ignis non solùm puniuit,sed etiã liberauit à supplicio,& belis finem imposuit,& inuadentes inimicos repulit. An nescis quænam in Aegypto per hęc elementa miracula facta sunt, & in Iudæis, & in hac nostra generatione? Tanta est autem potentia iubentis,quòd quæ per Angelos illos (qui in solam cadunt intelligentiam) & magnas potestates faciebat,ea sæpe etiam per elementa faciat admirabiliter:vt quando hæc Angelus quoque fecerit,nemo paulo insipiẽtior id illi attribuat,sed ei qui imperauit.Angelus bello finẽ imposuit?Imposuit quoque grãdo.Interemit primogenita angelꝰ? Maris quoque procella populũ interemit.Pro omnibus ergo clementi deo age gratias. Montes & omnes colles, ligna fructifera,& omnes cedri. Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes & volucres pennatæ.Vide quo modo luben tius immoratur in iis quæ sunt inutiliora,mõtibus,saltibus,collibus,animalibus,serpentibus, & lignis infrugiferis.Quæ enim sunt frugifera,ex seipsis apertã ostendunt vtilitatem,sicut & campi aperti,& mansueta animalia.Feræ autem & serpentes, montes & infrugiferæ arbores,quãmnã,inquit,putas vtilitatẽ afferunt? Multam certè,& quæ nostram vitam valde continẽt.Nam & ad ædificia,mõtes & colles & ligna infrugifera sunt nobis valde apta:& nisi ea nobis suppeterent, nihil vetaret quo minus nostrum genus interiret. Quẽadmodum ergo cultis agris opus habemꝰ ad hoc vt alamur: ita etiã lignis infrugiferis & lapidibus egemus ad hoc vt domos ædificemus, & alia innumerabilia ex eis cõponamus.At serpentes,inquit, & scorpij, & dracones, & leones,quid ad vitam vtile afferunt? & quídnam cõmodi ex eis percipitur?Plurimũ, idq; inenarrabile, nec minus certè quàm ex mansuetis & cicuribus.Illa enim sunt apta ad vsum corporis:hæc verò & tibi metũ afferunt,& vt sis modestus & temperatus efficiũt,& ad certamen instruunt,& peccatum primi parẽtis tibi in memoriam redigunt,& ostendunt quantorum malorum causa sit inobedientia.Neq; enim eiusmodi feræ antea homini terribiles,nec ab eo fugiẽdæ,sed cicures & mãsuetæ.Eas itaq; deduxit deus ad Adam,& ipse eis nomina imposuit.Serpens Euam alloquitur, & Eua non refugit.Postquam autem prẽteritũ est mandatum,& deo non est obeditum, plurimum honori detractum est. Quando ergo videris leonem,quando videris serpentem,in mentem reuoca quæ in sacra narrantur historia,& hæc exhibebunt tibi nõ paruum philosophiæ argumentum.Fac quoq; in mentem tibi redeat Daniel, quomodo postquam ad antiquam reuersus est imaginem,contemptui illi erant terribiles bestiæ: quemadmodum & Paulo vipera: nec paruum hinc colliges animi studium, curam & diligentiam. Cum his autem aliunde quoque possumus in his admirari prouidum dei consilium & constitutionẽ. Quódnam? Quòd his assignauit loca remota ab vrbibus,nempe solitudines: & cum sint adeò terribiles, non versantur in ciuitatibus,nec irruunt in eos qui in illis habitant, sed eis placet solitudo,& ea contẽti sunt, cum deus ab initio hoc eis assignauerit,vt locum aptum in quo degerẽt.Quãdo enim tu dormis,illa peruadũt solitudinem. Quod etiam propheta alibi ostendit,sic dicens:Posuisti tenebras,& facta est nox:in ea pertransibunt omnes bestiæ syluæ.Vidisti quo modo nunc quoque tibi manent tui vestigia imperij:quæ etsi sint concisa & mutila, habent tamẽ aliquam speciem veteris honoris. Tanquã enim seruæ relegatæ sunt,& tempore & loco à nobis procul remotæ:& nisi tu eas inuaseris,eæ te non inuadunt,sed versantur in solitudinibꝰ.Quòd si angeris & afflictaris cur feræ factę sunt,valde desipis.Si enim te rectè gesseris,nullum dãnum ex eis accipies.Si autem à feris damnum accipis: cogita te sæpe multo maius accepisse ab hominibus.Est enim homo quauis fera deterior:Ea enim ipsam præ se fert feritatem:hic autem sub persona humanitatis celat improbitatẽ. Vnde etiam fit vt sæpe minimè caueatur. Sed si sapueris, nec fera, nec homo tibi aliquid mali faciet,sed etiã te iuuabit. Quod dico, fera & homo,cum ipse quoq; diabolus non modo non læsit Iob, sed fuit etiam mille coronarũ occasio? Quid dico,fera & homo,cum etiam ab iis quæ in te sunt elementis,si fueris negligens, longè sis grauiora passurus, vtpote à bile vel pituita,si immoderatione aliqua redũdantem eorum copiam despexeris? Adeo sobria & vigilanti mẽte vbique opus est.Sed quemadmodum qui est negligens maximum inde damnum accipit:ita qui est attentus & vigilans, non leue nec contemnendum accipiet cõmodum. Vniuersum enim in libero tui animi arbitrio situm est.Quod est ergo nix in vniuerso,& ignis,& spiritus, hoc est in corpore pituita, spiritus, & bilis:& ea oportet sapientissimè regere & administrare,vt ex eis aliqua capiatur vtilitas, non autẽ detrimentum.Et quid dico de corpore, cum anima quoque habeat nonnulla, quæ si sueris peruenire ad immoderationem,morbi fiunt,sed si ea castiges & modereris,fiũt adminiculæIra enim,si ea,vt oportet vtaris, est salutare pharmacũ.sed si immoderatè,causa est exitij. Et cupiditas,si moderatè eam regas,te patrẽ efficit.est enim ad filios procreãdos vtilis,sed si eam ad stupra & adulteria relaxes,ea te sæpe deprimit ac deperdit. Ne culpã ergo in res conferas, sed semper in tuam mentem. Si eam enim neglexeris,à teipso quoque lęderis,& à proprio corpore perderis. Sed si eius curam gesseris,nec à dæmonibus quidem,nec à diabolo, tantùm abest vt à feris,aliquid graue patieris. *Reges terræ, & omnes populi.* Alius,& omnes gentes. *Principes & omnes iudices terræ. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus.* Alius, Cum iuuenibus. *Laudent nomẽ domini.* Hic rursus loquitur de alio genere prouidentiæ,nẽpe de principibus,quod Paulus quoque in epistola ad Romanos ponit, sapiẽtissimè ostendens hoc fuisse opus dei prouidẽtiæ, in eos qui magistratus gerunt, & in eos qui illis parent, vniuersum diuisisse.Dei enim ministeresttibi in bonũ. Si hoc autem sustuleris, vniuersum interit. Si enim cum nunc sunt principes & magistratꝰ, multiq; sunt in eis corrupti ac deprauati,tantus tamen rei est vsus, vt etiam cum mali sint,magna ex eis capiatur vtilitas:cogita apud te si ij quibus sunt crediti magistratus, eos rectè gererẽt, quàm bene cum genere humano ageretur. Sed magistratus quidem constituere,fuit dei opus: quòd autem improbi ad eos prouehantur,& eis non vt decet vtantur,est hominũ improbitatis.Dicit ergo oportere magnas deo gratias agere, quòd sint & Reges, & Iudices. Certo enim ordine & modo constitutę hominum administrationis curam gerens, & ne plus quàm ferino ritu multi viuerent,prouidẽs: veluti quandam currus regendi artem,& nauis gubernandæ scientiam,magistratus

Ephe.5. *1.Thes.5.* *Exod.9.* *Ios.10.* *4.Reg.19.* *Esa.37.* *Ios.10.* *Exo.11.14.* *Ligna infrugifera, etiã vtilia.* *Collatio.* *Feræ & serpẽtes ad qd vtiles.* *Gene.2.3.* *Danie.6.* *Actor.28.* *Solitudines feris destinatæ.* *Psal.103.* *Homo quauis fera deterior.* *Enantiosis.* *Liberũ arbitrium.* *Ecclę.7.* *Iob 5.* *Roma.6.* *Luce.1.* *Roma.13.d* *Magistratuum necessitas.* *Prou. 8.* *Danie.2.* *Roma.13.*

ſtratus & regna largitus eſt. Si ergo ſis princeps, aut magiſtratum geras, benigno & clementi deo age gratias, quòd tuæ oſtendēdæ curæ & diligentiæ tanta tibi data ſit occaſio. Si priuatus, rurſus age gratias, quòd habes qui tui curam gerat, nec permittat vt te improbi inſidiis circunuentum opprimāt. Seu ad ſenectutem perueneris, ſeu ſis iuuenis, deo age gratias. Hoc enim maximè probat hic pſalmus per omnia, quòd oportet deum laudare pro omnibus, ſeu ſis magiſtratus, ſeu priuatus. Et ideo hoc ſignificans dixit, Et omnes populi. Seu fueris, inquit, ſenex, ſeu iuuenis, ſeu vir, ſeu mulier. *Quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.* Alius, Quia ſupereminens. *Confeſsio eius ſuper terram & cœlum.* Alius, Et hymnus eius. *Et exaltauit cornu populi ſui. Hymnus omnibus ſanctis eius. Filiis Iſrael populo appropinquanti ſibi.* Quod autē dicit, eſt eiuſmodi. Oſtendit quidem ex iis quæ videntur omnibus, eius prouidentiam, gloriam, maieſtatem. Oportet autem ipſum laudare non propter hæc ſolùm, ſed etiam abſque his. etenim & ante hæc, & ſine his ei obtigit altitudo, & gloria, & ab omnibus gratiarum actio. Illud autem, Eius ſolius, dixit vt ab aliis diis diſtingueretur. Deinde euehens rurſus auditorem ad altiorem contemplationem, à terra rūrſus eum in cœlum trāſfert. Quemadmodū autem in principio è cœlo in terram deſcendit: ita ab omnibus quæ videtur, effert rurſus hominem ſupra cœlum, dicens, Confeſsio eius ſuper cœlum & terram. Hoc eſt, Etiamſi ſupernæ poteſtates, quæ ſub aſpectum non cadunt, & intelligentia ſola apprehenduntur, non ceſſant deo gratias agere & laudare: Deus tamen qui talis eſt, & tantus, nos quoque dignatus eſt ſuum populū vocare: nec ſolùm vocare, ſed etiam erigere & extollere. Et ideo ſubiunxit, Et exaltabit cornu populi ſui, hac rurſus ratione ad maiorem eius cultum attrahens, & oſtendens quòd non eorum cultu & veneratione indigens (quo modo enim, cui natura eſt attributa gloria, & tot & tantæ ſubiectæ ſunt creaturæ?) ſed propter ſolam bonitatem eos ſibi peculiares effecit & familiares, clarosq; & inſignes reddidit per vniuerſum orbem terræ. Quod quidem ſignificans dixit, Hymnus omnibus ſanctis eius, filiis Iſraël populo appropinquanti ſibi. Ne eos enim ideo ſocordiores & ſupiniores redderet, quòd eos populum eius diceret: & in hoc ſolo nomine fiduciam collocantes, animæ virtutem negligerent: poſtquam dixit, Hymnus omnibus: non dixit abſoluté hominibus, ſed ſanctis eius: & rurſus poſtquam dixit, filiis Iſraël, adiecit, populo appropinquanti ſibi. Alius autem interpres pro eo quod eſt hymnus, dixit Laus. quod ergo dicit, eſt eiuſmodi. Si ſancti ſitis, ſi ei appropinquetis, magnam gloriam conſequemini. Sunt enim eius omnia perennia & perpetua, vt qui ſit tam diues, & tantam gloriam habeat. Oportet autem noſtra quoq; deinceps cōſequi, & nos etiā inſignem ſplendorē aſſequemur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & dominatio in ſecula ſeculorū, Amen.

Pſal.115. Eſa.1.

ὑμνός.

IN PSALMVM CXLIX.

CAntate domino canticum nouum. Si ſpectetur quidem anagoge, dictum eſt noui teſtamenti nouum canticū. Facta ſunt enim tunc noua omnia. Teſtamentum. Dabo enim, inquit, vobis teſtamentum nouū. Creatura. Si qua enim, inquit, in Chriſto noua creatura. Homo. Exuentes, inquit veterē hominem, & induentes nouum qui renouatur in agnitionē ſecūdum imaginē eius qui creauit ipſum. Propter nouā ergo vitam, & alia omnia, dicitur nouum teſtamentū, & nouum eius canticū adhortatur nunc canere prophetа. Si autem ſpectetur hiſtoria: clarū & inſigne eſt canticum, quod pro victoriis, pro rebus rectè geſtis, pro trophæis, ac triumphis erant decantaturi. *Laus eius in eccleſia ſanctorum.* Vides quo modo ante verba requirit gratiarum actionē, quæ fit per vitam & bona opera: & ea deducit in chorum laudantiū. Nō ſufficit enim verbis ſolùm gratias agere, niſi etiā factorum virtus concurrat. Laus eius in eccleſia ſanctorū. Aliud quoq; hinc docet. Oſtendit enim oportere ſimul & cū omni concentu laudes offerre: Eccleſia enim eſt nomē conuētus & congregationis. *Lætetur Iſrael in eo qui fecit eum.* Ante ſingularia beneficia ponit generale, per ea quę ſubiunxit propemodum adhortans & dicēs: Age deo gratias, quòd cum non eſſes, te produxerit, & animā inſpirauerit. Nō eſt enim hoc quoq; paruum genus beneficij. Hic autē aliquid etiā oſtendit amplius. Non ſolùm enim oſtendit creationē, ſed etiam familiaritatē & coniunctionem demonſtrat ſic dicendo: & iubet gratias agere, non ſolùm quòd ipſum fecerit, ſed etiam quòd ſuum populū. Vides quo modo eū laudans, & deo coniungens, non vult eum ſolū modo gratias agere, ſed cum gaudio, cum lætitia, ardentiq; & incitato animo. Hæc enim omnia ſignificauit, per illud, Lætentur. Eius ergo qui agit gratias, requirit affectionē: vt ardeat deſiderio: vt excitetur amore: vt deo qui laudatur, totus omnino dedicetur: quemadmodū hoc ipſum quoque alibi ſignificans, dicebat, Quemadmodū deſiderat cervus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te deus. Et rurſus, Sitiuit anima mea ad deū fontē viuū. Et rurſus, Sitiuit anima mea, multipliciter tibi caro mea, in terra deſerta inuia & inaquoſa, quod quidē alius interpres dixit, In terra ſitibunda. Volens enim ſui animi affectionē & deſideriū oſtēndere, eam cōparat terræ ſitibundæ, & ceruo ſitienti. Porrò autem rurſus quoq; verbis oſtendit idem deſideriū, dicens: Quando veniam & apparebo ante faciem tuā. Tales enim ſunt ſanctorum animæ, ſicut anima Pauli, quæ quòd differretur ex hac vita exceſſus, ingemiſcebat. *Et filij Sion exultent in rege ſuo.* Vides eū ſignificare (id quod antea dixi,) per familiaritatē & coniunctionē eſſe electum eius populum: & ideo ſubiunxit illud, In rege ſuo. Nō erat enim ſolùm Rex ratione opificij, ſed etiā ratione coniunctionis. *Laudent nomen eius in choro.* Vide rurſus eū reſpondere concentum. Ideo enim inſtituti ſunt chori, vt omnes ſimul concordibus animis laudes offerāt. Hoc enim ſignificat Paulus, dicēs, per hoc quod dicit, Non relinquētes congregationem ſuā. Hoc autem ſignificat etiā precatio quæ ſimul affertur ab omnibus: Pater noſter qui es in cœlis. Et dimitte nobis debita noſtra. Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo, nomine plurali vtentes. Ita etiā docebātur antiquitus cū numeroſo concentu deo canere & pſallere, omni ratione inſtituti ad charitatē & concordiā. *In tympano & pſalterio pſallant ei.* Nōnulli quidē horū inſtrumentorum rationē ſumentes anagogicè, dicunt tympanum quidē requirere carnis noſtræ mortificationē, pſalteriū autē, vt in cœlū aſpiciatur. Hoc enim inſtrumentum à ſuperna parte mouetur, non ab inferna, vt cithara. Ego autem illud dixerim, quòd per hæc inſtrumenta olim ſic ducebātur, propter ingenij eorum hebetudinē, & quòd paulò antè auulſi erāt à ſimulachris. Quemadmodum ergo conceſsit ſacrificia, ita etiā hæc permiſit, ad imbecillitatem eorū ſe accommodans. Ab eis ergo

Hier.31. 2.Cor.5. Coloſ.3.

Pſal.41. 2.Cor.5. Pſal.41. Heb.10. Matth.6. Luc.11. 1.Corin.4. Coloſ.3. 1.Pet.3. Pſal.112. Eſa.51.

Universidad de Deusto

eis ergo hic exigit vt canant cũ gaudio. Hoc enim sibi vult illud, Laudent nomen eius in choro, cum modulato concentu, cũ vita pura. Deinde eos rursus ad maiorem animi alacritatẽ excitans, dicit eius qui canitur, in eos beneuolentiam. subiungit enim, *Quia beneplacitum est domino in populo suo.* Quid cum hac possit prospe ritate conferri, quando deus fuerit clemens & propicius? *Et exaltauit mansuetos in salutem.* Vide quo modo rursus ponat & quæ dei sunt, & quę hominum. Quemadmodum ergo superiùs ab eis gratiarũ actionẽ exigens, quæ dei sunt intulit, dicens: Quia beneplacitum est domino in populo suo: ita etiam hic rursus quæ dei sunt promittens, ea etiam exigit quæ sunt hominũ, dicens: *Et exaltabit mansuetos in salutem.* Exaltare enim est dei: mansuetũ autem esse, hominum. Quæ enim à deo proficiscuntur, non fiunt nisi præcesserint ea quæ sunt hominum. Vide autẽ doni magnitudinem. Non dixit absolutè, exaltabit, sed, exaltabit in salutẽ. Hoc est, Non solùm liberabit à malis: sed faciet etiã claros & conspicuos, cum salute eis quoq; præbens gloriam. Hoc itaq; explanans rursus subiunxit, dicens *Exultabunt sancti in gloria.* Quemadmodũ illic requirit mansuetos: ita hic etiam sanctos. Deus enim vbiq; sua ostendit cum miraculis. Ita eos liberauit ab Aegypto, ita eos reduxit à Babylone, non solùm in liberatione, sed etiam in rerũ gestarum miraculo eos clariores efficiens. *Lætabuntur in cubilibus suis.* Magnam ostendit securitatẽ, quòd ita reducti sunt, magnam quietem, magnã lætitiam, magnam voluptatem. Hæc autem dicit, vt sciant non suis armis, nec suis viribus, sed dei auxilio id totum factum esse, & oportere id attrahere per humilitatem & mansuetudinem. *Exultationes dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.* Ostendit hic bellum cum chorea gerendum, & quod canentes & laudantes sic vincent. Exultationes enim dicit hymnos, psalmos, gratiarum actiones. Et ideo exultationes alius dicit hymnos. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Quid hoc est? Quoniam qui vicerant, assiduè probra in eos ingerebant, pollicetur se rebus ipsis eos redarguturum, & ostensurum quod non dei imbecillitas, sed ipsorum peccata dederunt eis victoriam. Cum itaque satis pœnarum dedissent, solũ annuit benignus & clemens deus, & res eorum in admirabilem venere mutationem. Vide autem insignẽ victoriam. Subiungit enim, & dicit: *Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Vidisti vires ingentes. Non solum enim expulerũt hostes, sed iis etiam captis reuersi sunt, dei potentiam ostendentes. *Vt faciant in eis iudicium conscriptum.* Quid est iudicium conscriptum? Apertum, manifestum, quod est in confesso, quod non potest dari obliuioni. Quæ enim dei sunt, sunt eiusmodi, vt & rerum gestarum magnitudine & miraculorum excellentia in omne tempus extendantur. Talis ergo erit, inquit, victoria, & tale trophæum, vt sit omnibus manifestum, æquè apertum ac si esset in columna scriptum, & nunquam deleretur. *Gloria hæc est omnibus sanctis eius.* Quænam ea est? Vicisse, vel potius nõ absolutè vicisse, sed ita vicisse per dei opem, per supernum auxilium. Vide autẽ quo modo meminit sanctorum, eos ad bene instituendæ vitæ & virtutis studium excitans. Mihi autem videtur non victoriã tantum dicere gloriam, sed laudes, hymnos, & cãtica, docens per omnia, quod qui deum laudãt, magnam gloriæ accessionem suscipient, & se clariores efficient, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

ὑψώσει exaltabit.

Exaltari à deo vt mereamur.

Esa. 45. Hiere. 15. Ezech. 43. Psal. 43. 74. 78. Esa. 40. 41.

ὑψώσεις exaltationes.

Alius. Chaldæus Ionathas.

Iosue. 10. 11. 11.

Iudicium conscriptũ.

IN PSALMVM CL.

Laudate deũ in sanctis eius. Alius, In sancto suo. Alius, In sanctificato suo. Vel hoc hic dicit de populo, vel de vita sancta, & sanctis viris. Vide autem quo modo librum rursus concluserit gratiarum actione, docens nos oportere hoc esse principiũ & finem eorũ quę & facimus & dicimus. Et ideo dicit Paulus: Omne quodcunque facitis in sermone & opere, semper gratias agite deo & patri per ipsum. Ita etiã precationis nostræ proœmium hinc capit initium. Dicere enim: Pater noster, est eorũ qui agũt gratias propter dona quæ acceperunt, & ea omnia per hoc nomen ostendunt. Qui enim dixit patrẽ, confessus est filiorum adoptionem. Qui autẽ confessus est adoptionẽ: iusticiam, sanctificationem, redemptionẽ, peccatorũ remissionem, suppeditationem sancti spiritus prędicauit. Oportet enim hæc omnia prius extitisse, vt nos filiorum adoptione sic fruamur, & qui patrem vocemus, digni habeamur. Mihi autẽ videt aliud quoq; dicere. In sanctis enim suis, id est, per sãctos suos. Gratias ergo agite q talem viuendi formã in vitam introduxerit, vel etiã homines angelos effecerit. Et ideo cùm prius dixisset, In sanctis, subiunxit: *Laudate eum in firmamento virtutis eius.* id quod iam dixi, indicans. Hoc est enim deo magis curæ quàm illud. Cœlũ enim propter hominẽ, nõ propter cœlum homo factus est. Alius autem, pro eo quod est, In firmamento, dixit, In eo quod deleri non potest. Alius, In firmamento potentiæ eius. Porrò autem aliud quoq; mihi videtur significare, sicut in priori psalmo. Quemadmodum enim illic dixit, Laudate eum angeli eius: ita etiam hic dicit, Laudate eum in firmamento eius. Hoc est, Qui estis in firmamento eius. Non cessat enim assiduè supernas quoque potestates assumere socias laudationis. *Laudate eum in virtutibus eius.* Alius, per potentias eius. Hoc est autem quod dicit, Laudate eum propter vires eius, propter potentiam eius, propter miracula eius, propter virtutem quam ostendit per omnia, quæ sunt infra, quæ sunt supra, quæ communiter fiunt, & quæ priuatim, quæ sigillatim & quæ perpetuo. *Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.* Et quo modo fieri potest vt laudẽ emittat, quæ ei magnitudinis multitudini respondeat? Non dicit laudem quæ respõdeat, sed quantã, inquit, potes animo cõprehendere multitudinem eius magnitudinis, tantam & talem offer: quantum tibi conceditur, qualem par est offerre magno deo, & supra modum magno, cum qui homo est. Nemo enim potest dignam offerre. Vidisti desiderium animi, vidisti inflammatam mentem, quæ vrget, inuitat, & contendit vt vel propriam imbecillitatem superet, & ad ipsum deinceps cœlum euolet, quæ deo est colligata, & ei magno desiderio dedicata.

Pro ἁγίοις sanctis.

Hebr. habent, בקדשו in sancto eius.

Colos. 3.

Patris appellatio, gratiarum est actio.

ἐν ῥ ὅτι, id est, ἐν pro per.

Psal. 33. 70. Esa. 24. 42.

Laudate eum in sono tubæ. Alius, Per sonum cornu.

Laudate eum in psalterio & cithara. Alius, Per nablium & lyram. *Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo.* Alius, Per chordas & cytharam. *Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis.* Alius, In cymbalis significationis. *Omnis spiritus laudet dominum.* Alius, Respiratio. Mouet omnia instrumenta, & iubet per omnia offerri deo modulationem, eorum animum accendens & excitans. Quemadmodum ergo Iudæis per omnia instrumenta: ita nobis præcipit laudare deum per omnia

Hebr. & Chald. In clãgere hue cinæ. συμφωνίας

Universidad de Deusto Biblioteca

per omnia membra,per oculos,per linguam,per aures, & per manus. Quod quidem Paulus quoque significat, *Rom.12.* dicens: Exhibete corpora vestra hostiam viuam, sanctam, deo bene placentem, rationalē cultum vestrum. *Membra nostra vt dei laudent.* Laudat enim oculus, quando non intuetur impudicè: & lingua,quando psallit:& auris,quādo improbas cantilenas & accusationem proximi non suscipit: & mens, quando dolos non struit,sed scatet charitate:& pedes, quando non currūt in vicium,sed ad res bonas gerendas: & manus, quando non ad furta & rapinas, nec ad pulsandum & verberandū, sed ad eleemosynam,& eos defendendos quibus fit iniuria, extenduntur. Tunc enim fit homo numerosa cithara,numerosam quandam *Musica instrumenta cur Iudæis permissa.* modulationem deo offerens. Illa autē instrumenta tūc illis permissa fuerant, & propter eorum imbecillitatē, & quòd eos in charitate & cōcordia contemperarent, & mentem eorum excitarent,vt lubenter facerent quæ eis erant vtilia:& quòd per talem animi delectationem vellet eos ad maius studium adducere.Cùm enim deus intelligeret quàm essent illiberales, socordes,& supini, eos hac ratione excitare voluit, eorum in assidendo laborem & assiduitatem iucunda modulatione temperans. Quid est autem, In cymbalis significationis? Psalmos ita dicit.Neque enim temere cymbalum pulsabāt, nec temerè cithara sonabant, sed quantū fieri poterat, & per cymbala & per tubas & per citharam ostendebāt significationem psalmorū:& labor & studium quod in hęc conferebant,afferebat eis magnam vtilitatem.Omnis spiritus laudet dominū. Postquam vocauit eos qui sunt in cœlis, postquam populū excitauit, postquā omnia instrumenta commouit,ad omnem deinceps naturam egreditur,omnem deinceps ætatem vocās ad modulationem,senes,viros,iuuenes, impuberes, mulieres, & omnes qui orbem terræ habitant, ex hoc loco noui testamenti iam semina deiiciens, quod per vniuersum *Laus dei sacrificium ei gratissimū.* orbem terræ propagatū est. Deum ergo perpetuò laudemus, nec pro omnibus gratias agere & verbis & factis intermittamus. Hoc est enim nostrum sacrificium, & oblatio. Hoc est optimum ministerium, quod decet euangelicam vitæ institutionem: & si deum ita laudare perseueremus, & præsentem vitam absque vlla offensione peragemus,& bona futura cōsequemur. Quæ detur nobis omnibus consequi gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi: cum quo patri cum sancto spiritu gloria,honor, & potentia nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

Homilia habita,quo tempore extra ecclesiam deprehensus est Eutropius, deq; paradiso siue horto & scripturis.In illud item: Adstitit regina à dextris tuis, Godefrido Tilmanno Cartusiæ Parisiensis monacho, interprete.

Iucundissima descriptio, perquā elegans.

SVAVE quidem est pratum & hortus: vtroque tamen suauius multò spirat diuinæ scripturæ lectio. Illic siquidē flores inuenire est, sed qui tempore marcescunt: hîc autem occurrunt sententiæ in natiuo vigore perennantes. Illic aspirat Fauonius: hîc afflat aura spiritus sancti. Illic spinæ pro muro obsepiunt hortum, hîc dei prouidentia

A tutum reddit lectorem.Illic cicadæ stridore suo obstreperæ,hîc prophetæ suaui iubilo personantes. Illic ex ipso aspectu quiddam oblectationis concipitur: hîc autem ex ipsa mox lectione,plurimum decerpitur vtilitatis. Hortus vno quopiam circunscribitur loco: diuinæ autem scripturæ nullo non loco terræ habitabilis circunferuntur. Hortus vtique pro temporum qualitate seruit necessitatibus: scripturæ autem perinde hyberno atque æstiuo tempore perennant comantibus vndique foliis, & fructuum pōdere degrauantur. Attenti itaque simus lectioni scripturarum.Ad scripturarū enim atten- *Lectionis scripturarum vtilitas.* tus si fueris, anxietatem à te depellet, cordi tuo inseret incredibilem voluptatē, sublata malicia radices virtutis affiget animæ,interq; turbelas istas negociorum que- ritu vndarum sese agitantium fluctuant,non te sinet vlla conflictari perturbatione. Insanis licet agitetur mare procellis, tu in tranquillo nauigas. Habes enim quæ te B moderetur ac gubernet,scripturarū lectionem. Neque enim funiculum hunc interrumpit vlla tentatio negociationū. Quòd sanè nihil affingam veris, res ipsæ sunt testimonio. Ante dies aliquot, oppugnata est ecclesia, *Ab exem-* venit militaris exercitus, ex ipsa oculorum acie ignem *plo.* eiaculabatur: ne sic quidē vel oliuam vllam marcescere fecit. Nudabantur enses,nemo proinde vulnus accepit Regiis foribus in angore cōstitutis,ecclesia in tuto collocata est. Et quidem defluxit hîc bellum. Qui enim huc confugerat,quærebatur: sed & ipsi adstitimus nihil veriti illorum furorem. Quid ita tandem? Habebamus tutelarem ac firmum arrhabonem, nimirum hunc: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Ecclesiam sanè dico non locum modò,sed & statum siue formulam viuendi: non ecclesiæ parietes, sed leges eccle- C siæ.Quādo sub asylum cōfugeris ecclesiæ, non loco sed mente eò capesse fugam. Ecclesia enim non paries, nec conuexum tecti siue fastigium, sed fides ac vitæ ratio. Ne mihi dicas, quia qui proditus est, proditione ecclesiæ est abreptus.Nisi deseruisset ecclesiam,non esset proditus. Ne dixeris, quia eò confugit & proditus est.Non deseruit eum ecclesia, sed ipse ecclesiam. Non in intimis ecclesiæ est proditus, sed extra ecclesiam. Quamobrem se subduxit ab ecclesia? Volebas seruari incolumis? Debueras vtraque manu cōplecti altare. Non hîc erant muri,sed tutelaris dei prouidentia.Peccator eras? Ne sic quidem te auersatur deus. Non enim venit vocare iustos,sed peccatores ad pœnitentiam. Consequu- *Confirmat exemplo.* ta est salutem etiam meretrix, pedibus Iesu apprehensis. Quid hodie lectum sit, audistis. Hæc eo dixerim,vt nunquam hæreas dubius, dum sub ecclesiæ asylum con D fugis.Mane in ecclesia,& nō proderis ab ecclesia.Quòd si ab ecclesia transfugeris,iam ecclesia nō est tuæ proditionis author. Introrsum enim si es,lupus non ingreditur. Foras es egressus? capi potes à belua. Sed nihil vsquam est,quod isti domicilio conferatur,nihil quod ex æquo respōdeat magnanimitati ecclesiasticæ libertatis. Ne mihi cōmemores muros & arma. Muri quidē temporis prolixitudine veterascunt: ecclesia verò nūquam senescit.Muros barbari demoliuntur: ecclesiam ne dæmones quidem vincunt. Res gestæ hoc suo cōprobant testimonio. Quot quantique oppugnarunt ecclesiam, & inter oppugnandum disperierunt? Quin eadem ipsa cœlos transcendit. Talem obtinet ecclesia amplitudinem. Oppugnatur, euincit. Appetita insidiis, euadit superior: iniuriis contumeliisve lacessita, illustrior cōstituitur. Sauciatus,nec cedit impressioni vulnerum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtcunque fluctuet, non ſubmergitur. Immanes ſuſtinet procellas, ne ſic quidem patitur naufragium. Luctatur, ſed non ſuccumbit. Pugilatu exercetur, ſed nō vincitur. Cur itaq; bellum permiſſum eſt ei? Vt trophæum reportaret ſplendidius. Illa die præſto fuiſtis ac cernebatis, quot quantáve arma mouebantur, ciebaturq; militaris indignatio igne vehementior, nos etiā tum properabamus ad aulam imperialem. Sed quid? Dei gratia, illorum minæ nihil nobis terroris incuſſerunt. Hæc eò dixerim, vt vos quoque hanc imitemini cōſtantiam. Qua autem ex cauſa nullo terrore ſumus perculſi? quòd nihil præſentium malorum timuerimus perpeti. Quid enim graue inuehit mors? Nihil intolerabile adfert mors. Actutum enim per eam ad portum prouehimur prorſus tranquillum. Sed meo me peculio mulctabis? Nudus egreſſus ſum de vētre matris, nudus hinc etiam abibo. Sed in exilium extrudes me? Domini eſt terra, & plenitudo eius. Sed & aduerſum me calumniæ concinnabuntur? Gaudete & exultate, quū dixerint omne *malum verbum aduerſum vos mentientes, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis. Enſes cernebam, & cœlum intenta mente agitabam. Spe bona præſumebam mortem, & tacitus reſurrectionem meditabar. Videbam hic infrà mihi paratas afflictiones, & ſupernæ ciuitatis præmia mecum enumerabā. Adornatas aduerſum me inſidias obſeruabam, & mente tacita ſupernam meditabar coronam. Certamen mihi propoſitum abundè ſufficiebat ad exhortationem ſimul & conſolationem. Atqui abducebar ad carcerem: ſed quod fiebat, nihil mihi inuexit ccontumeliæ. Vnum, idque ſolum quod infert homini dedecus atque cōtumeliam, peccatum. Vt enim vniuerſus orbis te malè tractet contumeliis, modò ne fueris tibi contumelioſus, nulla afficiere iniuria aut dedecore. Proditio tantum eſt à conſcientia pendens. Caue prodas tuam conſcientiam, & nemo te prodit. Rapiebar ad iudicis tribunal, & quę gerebantur, videbam, immò veriùs cernebam mihi eas obtigiſſe moleſtias ex ſermonibus meis, nempe ex homilia mea quæ rebus ipſis in foro verbis pręconis denunciabatur. Quam intelligis homiliam? Eam qua conſueueram dicere ſemper, ventus afflauit & deiecit folia. Exarnit fœnum, & flos decidit. Abiit nox, & dies inclaruit: conuicta argumentis vmbra, eluxit veritas. Aſcenderunt vſque ad cœlos, & deſcenderunt vſque ad imam terræ planiciem. Qui enim in ſublime ſe ſuſtulerant fluctus, pro fragili rerum humanarum conditione ad temperiem reuocati ſunt ac repreſſi. Quo id pacto? Quæ enim fiebant tum, doctrinam ſuggerebant. Apud meipſum dicebam, Iſtine tandem his geſtis ſe recipient ad ſaniorem mentem? Hæccine quæ geſta ſunt diebus non plenè exactis duobus: ſunt tradita obliuioni? Ob omnium oculos expoſita erant de his cōmentaria. Dicam rurſus, iterum loquar. Quid hinc emolumenti? Enimuero vt non omnes audiant, pars ſaltem dimidia audiat. Quòd ſi ne dimidia quidem portio audierit ſermonem hunc, vel tertia pars. Etiam ſi ne tertia, vel quarta, ſin vel decem. Quòd ſi nō decem, ſaltem quinque. Quòd ſi nec quinque, vnus ſaltem. Etiamſi ne continget vel vnum audire: mercedem accepturus ſum ego nihilominus perfectam. Exaruit fœnum, & flos decidit: verbum autem dei manet in æternum. Videte, humanarū rerum quanta ſit abiectio. Agnoſcite, quàm fluxa ſit ac fragilis terrena potentia. Videte diuitias, quas ſemper vocabam ſeruum fugitiuum: nec fugacem modò dixerim, ſed & viricidam. Non enim ſe poſſidentes deſerit ſolùm, ſed & ipſos iugulat. Quum enim eas quis ſolerti ſtudio coluerit, tunc vel maximè proditionē moliuntur in ſuum cultorem. Cur diuitias tot captas obſequuiis, quæ hodie penes te ſunt, emigraturæ craſtino ad alium? Cur tantopere demereri ſtudes diuitias, quæ detineri non queunt? Vis eas obſequentiùs tibi conciliare? vis eas detinere? Ne eas defoderis, quin potius diſperti in manus pauperum. Belua immanis diuitiæ ſunt. Si ipſas quidem detinueris, fuga elabuntur: contrà, ſi diſperſæ fuerint, manent. Dicit enim ſcriptura, Diſperſit, dedit pauperibus: iuſticia eius manet in ſeculum. Diſpergito & tu, vt æternum durent. Ne eas defoderis, vt ne effugiant. Libenter rogauerim eos, qui è vita hac abierunt, in quōnam conditorio congeſtæ ſint diuitię illorum. Non hęc dixerim, opprobrans (auertat deus) neque vlcera concerpens: ſed portum vobis adornans, contemplatione eorum qui naufragio interciderunt. Quū milites cogerentur ac diſtringerentur enſes, quum ciuitas flāma furoris eſſet accenſa, quum imperiale diadema nullis iam viribus polleret, ſimul & vulgi conuiciis pateret purpura, quum plena inſaniæ eſſent omnia: quo in loco conditæ erant diuitiæ? vbi argentea vaſa? vbi lectícæ ex argento affabrè factæ? Quò ſe proripuerunt famuli? in fuga omnes. Quo in loco Eunuchi? fugerūt ad vnum omnes. Quo in ſtatu amici illi erant? Abiecerunt laruas. Quo item domus? Occluſæ ſunt. Quò rurſus opes illæ? Qui eas habet, fuga ſe proripuit. Ecquo tandem in loco ipſæ defoſſæ ſunt pecuniæ? Vbi ipſa omnis congeries opum recōdita eſt? Videórne vobis oneroſus ac moleſtus, qui ſemper inculcem, quia diuitiæ proditionē moliuntur aduerſus eos qui abutuntur *ipſis*? Aduenit tēporis articulus, in quo eluxit *veritas* verborum meorum. Quid eas detines, quæ in tentationis periculo vſui eſſe non poterunt, nec tibi conferent quiduis emolumenti? Si quid habent virium, quin te inuaſerit afflictio quæpiam, adſint tibi. Quòd ſi tunc abs te ſe ſubducunt, in quem vſum ſunt tibi neceſſariæ? Quæ recens facta ſunt, abundè teſtantur, quid adferant vtilitatis, quum enſes exacuerentur, intentaretur mors, militaris exercitus ferociret. Per metum expectationemq; tantæ iſtius comminationis nuſquam ſe oſtentabant diuitiæ. Quò aufugit ille transfuga ſeruus? Ipſe qui tibi hæc omnia adornauit, tèque in neceſſitatis articulo deſeruit, fuga elapſus. Etiam ſi me multi in ius vocent & obiiciant, quòd ſemper dicendo, ſermonem accōmodem diuitibus. Illi nanque ſemper imminent pauperibus: quare etiam ego ſermonem accommodaui diuitibus: non eo quòd diuites ſint, ſed quia diuitiis minùs probè vtuntur. Semper enim profiteor me nullum traducere aut criminari vt diuitem, ſed vt raptorē. Aliud enim eſt eſſe diuitem, & aliud raptorem: aliud abundè eſſe locupletem, & aliud per vim extorquere aliena. Res ipſas diſtingue: & quæ impermixta ſunt, ne cōfundas. Diues es? Nihil veto. Rapax es? hoc do crimini. Quæ tui ſunt iuris poſſides? iis fruere. Occupas aliena? Hoc nolim ſilentio tranſigere. Ob hoc vis me obruere lapidibus? Paratus ſum ſanguinem profundere. Tantùm eſt, peccatū tuum prohibeo. Mihi curæ non eſt odium, non vlla diſſenſio. Vnum alioqui & id ſolum me ſolicitū reddet, nempe auditorū profectus. Et vos ô diuites, mei eſtis filij: & vos ô pauperes, mei eſtis filij. Ambos enim eadem parturiuit aluus: eædem parturigines ambos ſunt enixæ. Ipſe igitur te eo arguo, quòd immineas pauperi. Iniquitas nanque, ſiquam ogeretur pauper, non tantę eſt grauitatis, quantæ fuerit, ſi par irrogetur pauperi à diuite. Etenim pauper

nullam

Inuitat ad conſtantiā, ab exēplo.

Altēde ſortitudinem pluſquam heroicam.

Att. Helvetiū Chryſoſtomo dignam.

Diuitiæ, δεσπότης.

Diuiti cui ἀνδραποδίτης.

Δεσπότης.

A

B

C

D

nullam infert diuiti iniusticiam, quę magni sit momenti. Fraudem enim paritur in facultatibus: tu verò noxam non leuem infers animæ. Qui vult, ceruicem desecet: qui vult, lapidum ictu adobruat me. Qui volet, oderit. Insidiæ istæ materiam mihi suppeditant coronarũ: quæ mihi ingeruntur molestię, numerũ augent prędmiorum. Itaque non mihi sunt timori adornatæ insidiæ. Vnum est & id solum quod metuo, nempe peccatum. Ne me quis coarguat quasi aberrem à veritate, etiam si aduersum me bellũ promoueat orbis vniuersus. Bellum enim hoc me reddit multò splendidiorem. Ita enim vos cupio erudire. Vbinam sunt qui abierunt hinc? die mihi. Nónne oculos dimittebant omnes? Nónne qui in magistratu sunt, timore militum intremiscebant? Nónne furorem eorum demulcebant ac venerabãtur? Sed venit peccatum & argumentis deprehensa est omniũ veritas. Qui eos colebant, erant iudices: popularis multitudo eblandiebatur. Qui manus deosculabantur, ipsos ab ecclesia abripiebant. Hostis est hodie, ei cuius die hesterno deosculabatur manum. Quamobrem? Quia ne heri quidem verè diligebat. Se occasio obtulit, & personatæ laruæ sunt deprehensæ. Nónne heri osculabaris manus istius, cui & acceptam salutem tuam asserebas, nominabas patronum, ac de te quàm optimè meritum? Nónne innumeras ordiebaris illi laudes? Qua de causa eundem insimulas hodie? Heri laudator, & hodie accusator? Heri recitabas laudes, & hodie crimina permisces? Quæ hæc est mutatio? Quæ est hæc status tui variatio? At nõ ego talis. Ego nãque cui insidiæ struebantur, præsidebam. Innumera mala sum perpessus, nec tamen immutatus sum. Etenim meum ipsius dominũ imitor, qui pendens à cruce dicebat, Dimitte eis: nõ enim sciũt quid faciũt. Hæc eò dixerim, ne qua vos malignantium suspicio corrumpat. Quot & quantæ mutationes contigerunt, ex quo ciuitati huic præsui? Et nemo se recipit ad meliorem vitæ frugem. Quum dicam, quia nemo: non condemno omnes. Absit. Neque enim fieri potest, vt aruum hoc opimũ ac fertile, susceptis seminibus non proferat vel spicam. Sed ego non queo exatiari. Cupio non paucos ad salutis portum prouehi, sed omnes. Quòd si vnus aliquis perdit⁹ destituatur salute: ego periclitor. Arbitror etiam imitari me pastorem illum, qui nonagintanouem possidebat oues, & ad requirendam vnam erraticam cursũ cõtendit. Quousq; tandem pecuniæ? Vsquequo argentum, aurum, superflua vini effusio, famulorum blanditiæ, coronati crateres, conuiuia satanica, & quæ diabolica redundant operatione? Non nosti quia vita præsens, peregrinatio est? Num nam tu ciuis? viator es. Intellexisti, quid dixerim? Non es ciuis, sed *viator & itinerarius. Ne dixeris, Ego habeo ciuitatem, ciuitatem inquam hanc possideo. Nemo nostrũm hîc habet ciuitatem. Sursum est nostra ciuitas. Præsentia, via sunt. Quotidie iter facimus, tantisper dum naturæ ratio vitalem cursum permetietur. Est vnus aliquis qui in via recondit pecunias? Est qui in via aurum defodit? Dic mihi, Ingressus diuersorium, illud ne adornas superuacaneo cultu? Non vtique, sed comedis ac bibis, illinc quoque egrederis festiuus. Taberna meritoria est vita præsens. Ingressi sumus vitã hanc, & simul festinamus vitam. Festinemus egredi bona cum spe. Nihil hîc manere sinamus, vt nequid illic nobis depereat. Ingressus cauponã meritoriam, quid dicis puero? Vide quo loco recõdas omnia, ne quiduis hîc relinquas, vt ne quid dispereat, quãlibet fuerit exiguũ id, aut lenis momenti, vt in domum exportemus omnia. Ad eundẽ modum nos

*ὁλίτης καὶ ὁδοιπόρος.

πανδοχεῖον, ὁ πρόσκαιρος βίος.

A quoq; in vita præsenti, ipsi vitam cernimus quasi hospitium meritorium esse. Quare nihil hîc relinquamus in hospitio, sed bona cuncta ad metropolim conuasemus. Viator es & itinerarius: veriùs etiam viatore abiectior. Qua id ratione dico, attende. Viator vtiq; nouit, quando ingreditur hospitium, simul & quando egreditur. In eius enim arbitrio est egressus, quemadmodũ & ingressus. Ego autem tabernam vitæ huius meritoriam semel ingressus quando hinc abeam, ignoro. Interdũ temporis permultũ detero, dum paro viaticũ, & euestigio me euocat dominus iuxta scripturã: Stulte, quæ præparasti, cui erunt? Nocte enim hac accipiunt animam tuam. Incertus est exitus, nec secum constat rerum possessio, innumera occurrunt præcipitia, nulla non parte fluctus oboriuntur. Cur circa vmbras plusquã desipis? Cur omissa veritate, recurris ad vmbras? Hæc dico, nec desinam dicere, parturiginem animi ipso opere iugiter cõtestans ac supprimens vulnera. Idq; non in eorum gratiam qui iam è vita migrarũt, sed qui hîc sunt. Illi enim abierunt è vita, suumq; finem acceperunt. Qui autem astant, animaduersa illorũ calamitate, redditi sunt cautiores. Dixerit quispiam, Quid faciemus? vnum hoc solùm facito, Pecunias *odio prosequitor, vitam tuam dilige, facultates à te excutito, nõ dico omnes, sed eas imminue quæ superfluunt, & accîde, aliena ne cõcupiscas, ne spoliaueris viduam, per rapinã ne interuertas facultates pupilli: *eius domũ ne accipias, non personas dico, sed res. Si quẽ verò remordet conscientia, se nouerit authorem esse, non meum sermonẽ. Quid rapto extorques alienũ, vbi inuidia? Rapito, vbi proponitur corona. Ne rape terram, sed cœlum. Cœlorum regnũ eorum est qui vim sibi faciũt. Nam violenti rapiũt illud. Quid rapinam exerces in pauperem vt te criminetur? Rapito Christum, hoc rapinæ genus approbantem. Vidisti malignitatem & insaniam? Rapis pauperem, exiguũ quid possidentem? Christus dicit, Me rapito, & gratiam tibi habeo rapinæ istius. Adnitere per vim rapere regnum meum. Inferius regnũ hoc si volueris rapere, immò potius si vel mente tacita reputare volueris, vtiq; dabis pœnas. Regnum verò supernũ nisi rapueris, tunc lues pœnam. Vbi mundana, ibi inuidia: vbi spiritualia, ibi charitas. Hæc singulis diebus meditare, vt ne interim post biduum intuitus alium qui vehiculo gestetur, qui amiciatur veste sericia, qui fastu turgeat, ipse animo cõsterneris aut vllam patiare turbelam. Diuitẽ lauda, sed eum & solum qui iustè viuit. Pauperi ne conuicieris aut afflictes. Disce de rebus quibuslibet iudicium habere rectum & incorruptum. Ab ingressu ecclesiæ ne abstineto. Nihil enim fortius ecclesia. Ecclesia spes tua sit. Cœlo est sublimior & latior terra. Nunquam sentit senectutem. Adolescit semper ac viget: quare scriptura ostẽdens eius inconcussam stabilitatẽ, montẽ vocat. Quòdque incorrupta perseueret, appellat virginem. Reginã nuncupat, ob magnificentiam ac splendorem. Ob necessitudinem & cognationem quam ad deum habet, filiam nominat prolis numerosæ. Viduam eandẽ vocat. Innumera illi indita sunt nomina, vt ipsius generositatem scriptura representaret. Vt enim domi domin⁹, eius multa sortitur nomina, vocatur nanque pater, via, vita, lux, brachium, propiciatio, fundamentũ, venatio, & quia ne peccare quidem potest, thesaurus, dominus, deus, filius, vnigenitus, forma dei, imago dei. Num nomen vnum satis esse possit, vniuersum repræsentandis filij dei proprietatibus? Nullo modo. Ob hoc sanè nómẽclaturas vix vlli munerãdas scriptura cõtinet, vt nónihil de

*Quis est hic, & laudabim⁹ eũ?

*οὐδεὶς μὴ λάβῃς defit forsan αὐτ῀ eius.

τόπ῀ κολλήσῃ Lege κολάσῃ.

Ecclesia, mons, virgo, Regina, filia, vidua.

Iesu Christi nomenclaturæ.

ἀναμάρτητος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deo doceamur,quālibet id ſit puſillum.Sic planè etiam A ecclesia multis nuncupatur nominibus. Virgo dicitur. Atqui priùs fornicata fuerat. Admirari enim libeat in ſponſo hoc, quia accepit meretricem & reddidit virginem. O rem nouam & admirabilem. Nuptiæ apud nos miſſam faciunt virginitatem:nuptiæ apud deum perditam exuſcitant virginitatem. Apud nos quæ virgo eſt, nupta nō eſt virgo : apud Chriſtum quæ erat meretrix, nupta mox virgo facta eſt. Hoc ſolum velim mihi interpretetur hęreticus qui curioſiùs inquirit ſupernā generationem, dicítque, Quónam modo pater genuit? Dic tu ei, Quo modo ecclesia,meretrix quum eſſet, facta eſt virgo? Rurſus: Quónam pacto quæ genuit,permanſit virgo? Aemulor enim vos dei æmulatione, ait Paulus. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. O ſapientiam & intelligentiam! Aemulor enim vos dei æmulatione. Quid eſt hoc?Aemulor dicit.Qui ſpiritualis es,æmularis? Reſpōdet,Aemulor quemadmodum deus æmulatur,non perturbatione ſed charitate. Zelotypia ne? Aemulor enim vos dei æmulatione. Dicam tibi quo pacto æmuletur. Vidit terram dæmonū ſuggeſtione corruptam,eoq; filium ſuum tradidit.Verba enim quādo de deo dicuntur,non eandem habent vim.Exempli gratia,quòd æmulatur deus, quòd iraſcitur,pœnitet,quòd odit.Verba hæc ad humanos affectus pertinent:ſed ſententiæ nihil cōtinent deo indignum. Quo modo æmulatur deus? Aemulor vos dei æmulatione. Iraſcitur deus? Domine ne in furore tuo arguas me. Itaque etiam dormit? Exurge,quare obdormis domine? Deum ne pœnitet alicuius? Pœnitet me, quia feci hominem. Odit deus? Feſtiuitates veſtras & neomenias odit anima mea.Cæterùm ne ſpectes vtilitatem dictionū, ſed ſententias interpretare vti deum addecent. Aemulatur deus,diligit enim.Iraſcitur deus, C nō odij affectu,ſed per hoc ꝙ vlciſcitur ac punit.Somnum capere dicitur deus, non quidē dormiens,ſed longanimiter tolerans peccatorem.Delige dictiones,& ad eum modū quando audieris,quia generat deus,nullam putes intercedere ſectionem, ſed eandē prorſus intelligas eſſentiam. Deus enim legitur plerunq; vſus noſtris hiſce verbis:nos quoq; ab ipſo deſumptis vtimur,honoris emerendi gratia.Intellexiſti,quid dixerim?Animum huc cum exacta diligentia aduertito dilectiſſime. Nomina ſunt & diuina & humana. Accepit à me ipſe dominus,& dedit mihi. Dicit perinde,Da mihi tua, & accipe mea: meorū indigētiam habes, nullius ego rei ſum indigus,ſed tu. Subſtantia ſiquidē mea incorrupta, nec vllo æuo labefactāda perſeuerat:tu autē homo es corpori cōſertus,ꝓptereà dictiones inquiris cōſentaneas corpori:vt tu qui cōiunctus es corpori dum eam perceperis per verba tibi cognobilia, intelligere poſſis ſententias ſcripturæ quæ te tranſcendunt. Cuiuſmodi ſunt,quæ à me accepit,quales item aſſimilationes? Ipſe deus quum ſit,me etiam vocauit deum. Illic natura rei, hīc honore nominis. Ego dixi,dij eſtis: & filij excelſi omnes. Verba quidem ſunt hīc: illic verò rerum natura. Vocauit me deum: hoc enim me dignatus honore eſt. Vocatus eſt ipſe homo, vocatus eſt idem filius hominis, Via,Ianua, Petra.Hæc à me accepit:quæ autē verba mihi dedit,illa à ſua ipſius natura eſt mutuatus. Qua ratione vocatus eſt via? Vt diſcas quia per eum nobis vnà hinc emigrādum eſt ad patrem.Cur petra?vt diſcas fidei accommodam ſimul & incōcuſſam proprietatem. Quare fundamentum? vt docearis, quia is portat omnia. Radix cur dicitur?vt noueris, quia in ipſo flores proferimus. Qua de cauſa paſtor? Nos ſiquidem paſcit. Quis quare? quia noſtræ ſalutis cauſa immolatus eſt, & eſt factus ꝓpiciatio.Cur vita?quòd nos qui mortui eramus,excitarit ad vitam.Vt quid lux?quia nos à tenebris ſubduxit.Quare brachium?quòd patri ſit coëſſentialis.Verbum quare dicitur? quia ex patre genitus eſt. Quemadmodum enim verbum meum generatur ab anima, ita & filius à patre genitus eſt.Quamobrē vocatus eſt veſtimentum?quòd eum ſim indutus in ſuſceptione baptiſmatis. Cur mēſa? quia ipſum edo,dum perfruor ſacramentis.Qua de cauſa domus? quòd ipſius efficimur templū. Caput quare? quia membrū eius conſtituuus ſum.Quamobrē ſponſus? quia ſponſam me ſibi adiunxit. Qua ex cauſa dicor caſta?quia virginē me *accepit.Cur vocatus eſt dominus? quòd ſim eius ancilla. Vide enim eccleſiam eſſe, quod dicebam.Siquidē ſponſa eſt aliquando,nonnunquā filia,quandoq; ancilla, interim vidua eſt, interdū mons, ſed & hortus eſt:deniq; omnia eſt.Quocirca quum hęc exaudieris,te hortor,ne exiſtimes corporalia eſſe: mentem tuam potiùs intende ad ſcopū.Neq; enim hęc,corporalia eſſe poſſunt. Exēpli gratia ſit quod dico: mons, virgo nō eſt,virgo, non eſt ſpōſa,regina,ancilla nō eſt. Omnia eccleſia eſt.Cur ita?quia hęc non in corpore,ſed in anima ſunt.Hæc etenim in corpore, loco anguſtiore ſtricta fuerint:in animo autē multā capacitatē obtinēt, inſtar pelagi.Adſtitit regina à dextris tuis.Regina vtiq; violata & pauper, quānam ratione effecta eſt regina? Quō aſcendit? Surſum adſtitit regina hæc.Quo pacto? Quandoquidē rex factus eſt ſeruus.Non erat,ſed factus eſt.Diſce igitur quæ ſunt diuinitatis,& ſapienter intelli ge quæ humanæ ſunt diſpenſationis: nimirum vt ſcias quis erat,& quis factus fuerit tui cauſa, & ne res ipſas cō fuderis, neque aſſumptionē tantæ erga nos benignitatis vertas in occaſionem blaſphemiæ.Eius natura ſublimis erat & eadē facta humilis.Sublimis nō loco,ſed natura,nulla poterat labefactari violentia mortis.Eſſentia erat nulli obnoxia interneciſoni, aut corruptelæ patens natura,incogitabilis, inuiſibilis,incōprehenſibilis,ſemper exiſtens,eodē modo,eius tranſcendens angelos,ſupernis illis virtutibus ſuperior. Cogitationē vincit, intelligentiā tranſgreditur,videri nō poteſt, fide tantum poteſt apprehendi. Cernebant angeli & intremiſcebāt. Cherubim agmina omnia cū timore alas ſuas ſubmittebant,ſuper terrā ipſam aſpiciebat: & eam tremore cōcutiebat,minas intētabat mari, & exiccabat, fluuios ex deſerta terra educebat,mōtes ſtatuit in pōdere& colles in ſtatera.Quónā modo ſingula eloquar:Qua loquēdi formula,omnia repręſentabo:Maieſtas eius,finē nō habet, ſapientia eius nullo cōcluditur numero,iudicia eius imperueſtigabilia, viæ eius inſcrutabiles. Atqui hic tantæ, D immò immēſæ maieſtatis,(ſiquidē hoc citra periculū dici poteſt) tantus taliſq; eſt. Sed quid tandē faciam? Homo ſum & hominū more eloquor. Tantillam poſſideo linguam. Ignoſci mihi efflagito à domini benignitate. Hiſce dicēdi formulis neutiquā vſus ſum per arrogātiā, ſed eò ſum adducta perplexitate infirmitatis & ingenitæ habitudinis linguæ noſtræ. Propicius mihi eſto domine. Nō enim inſolentia animi vſus,has pronūcio ſententias.Atqui alias nō habeo.Veruntamen non acquieſco iſti qualicūque elocutioni,ſed præpete ala intelligentiæ ad ſuperiora cōſcendo.Tantus hic ac tantę maieſtatis. Hæc eo dixerim,vt ne dictionib⁹ immorari videar, neq; inopia eorum quæ dicūtur laborare, ipſe item diſcas hoc facere.Quid miraris,ſi hoc ipſe facio,quod vtiq; ipſe fecit,quādo voluit quę humana ſunt tranſcendere?

Arius & illius complices.

ὑψίστου altiſſimi.

προ ἐλεγ- βεν Lego ἐπίουσι ſe- cit reddi- dit.

Eccleſia, Regina.

Eſaias Seraphim habet.

Vbi cum hominibus fecit ſermonem, ſimilitudinibus etiam vſus eſt humanis, non quidē quæ pares eſſent repræſentandis his quę ab eo dicebantur, aut quæ poſſent omnimodam rerum ipſarum proportionem perducere in medium, ſed quæ abundē ſatisfacerent imbecillo captui auditorum. Huc mentem tuam intende. Vt ſit ſermo meus expectatione tua productior, nolim tamen animo fatiſcas aut delaſſeris. Verbi enim gratia, deus enim ſe cuipiam videndū exhibet, non quidem nuda eſſentia ſe præbet conſpicuum. Nemo enim vidit deum ſecundum id quod eſt. Condeſcenſione quidē Cherubim agmina intremiſcebant. Condeſcenſione ſeu demiſſione montes quoque fumigant. Condeſcenſione etiam mare exiccabatur. Quin etiam cœlum ipſum cōmouetur. Niſi enim ipſo condeſcēdente ſe demiſiſſet, quis ferre poterat? Non itaque conſpicitur numen illud quod eſt: ſed quod poteſt is, cui ſe exhibet conſpicuum. Quare aliquando quidem, vt vetus & qui incanuerit, apparet: aliquando vt iuuenis, nonnunquam in igne, rurſus ſub ſpecie lenis auræ: interdum in aqua, quandoque armis conſpicuus, non quidem mutans eſſentiam, ſed pro varietate ſubiectorum, figuram ſui exhibet viſibilem. Sanè quoties voluit de ſe pronunciare, humanis vſus eſt ſimilitudinibus: cuiuſmodi eſt quod dico, Aſcendit in mōtem & transfiguratus eſt ante eos, & ſplenduit facies eius ſicut lux, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Ac ſi diceret, Inſinuauit eis quadamtenus ſuam diuinitatem ſeq; inhabitantem deum. Et transfiguratus eſt ante eos. Aures attentas huic adhibere ſermoni, & transfiguratus eſt ante eos, & veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix, & ſplenduit facies eius ſicut ſol. Quando dixi, Tantus ac tantæ maieſtatis, etiam adieci, Propicius mihi eſto domine: non enim perſto in hac locutione, ſed hęreo anxius. Non enim ad manum habeo aliam loquendi compoſitam formulam. Eò me ducit animus, vt nouerim, quia hoc ſum edoctus per ſacram ſcripturam. Voluit igitur Euangeliſta qualemcūque ſcintillam claritatis eius declarare. Et dixit, Reſplenduit. Quônam modo reſplenduit? dic mihi. Multa cum vehementia. Quánam ratione adiicis, Sicut ſol? Sicut ſol, dicis? certè, vt quid? Quod inter alia aſtra nullum occurrat ſplendidius. Et albus erat quaſi nix. Cur, quaſi nix? quia inter materias, nulla vincit huius albedinem. Nam quòd non ad eum modum ſplenduerit, ſequentis ſententiæ contextu declaratur, Et ceciderunt in terram diſcipuli. Si quaſi ſol ſplenduit, non ideo ceciderunt. Solem enim nullo nō die cernebant, neque ob id in humum decidebant. Cæterùm quando ſupra ſolis ſplendorem longè præfulſerat, ſupràque alborem niuis albicarat, ob hoc non ferentes diſcipuli tanti ſplendoris radios, corruerunt. Dic igitur tu mihi (ô Euangeliſta) Supra ſolem enituit, & tu dicis, ſicut ſol? Certè, vt qui cupiam tantæ lucis ſplendorem reddere tibi cognobilem. Non enim aliud ſydus occurrit ſole illuſtrius. Non alia ſimilitudo, quippe qui ſol inter aſtra regnum obtinet. Hæc eò dixi, vt ne fixiùs hæreas in tenuitate loquutionis. Oſtendi tibi lapſum diſcipulorū. In terram collapſi ſunt, vehementi ſopore depreſſi & aggrauati. Surgite, ait: & excitauit eos, & erant degrauati. Neque enim ferebant ſplendoris exuperantiam, ſed intercepit grauedo ſoporis eorum oculos. Vſque adeo lux illa eis cōſpicua, multò erat ſole ipſo illuſtrior. Dixit nanque Euangeliſta, Super ſolem, quando ſydus hoc nulli non noſtrum notiſſimum eſt, idque excellenter. Sed quod dicebam, Tantus tantæq; maieſtatis quū

ὡς ὁ φῶς

ὡς ὁ ἥλιος.

λευκότης.

A

B

C

D

eſſet, concupiuit fornicariam. Concupiſcebat deus fornicariam? Certè fornicariam, naturam dico noſtram. Concupiſcebat deus meretricem? Et homo quidem ſi concupierit meretricem, condemnatur: Deus autē fornicariam concupiſcit? Quàm maximè. Homo fornicariam concupiſcit, vt fiat fornicator: Deus verò fornicariam concupiſcit, vt eam reddat virginem. Itaq; concupiſcentia hominis, concupitæ meretricis eſt perditio: concupiſcentia verò dei, concupitæ adfert ſalutem. Tantus ac tantæ maieſtatis concupiuit fornicariam? Ad quid? Vt eam ſibi deſpondeat: ſitq; eius ſponſus, quid facit? Ad eam, neminem mittit ſeruorum, ad fornicariam non angelum mittit, non deſtinat archangelum, non ipſis Chrerubim aut Seraphim munus hoc delegat: ſed ipſe amator aduenit. Rurſus quum audieris eum eſſe amatorem, nolim, tecum reputes quiddam hîc ſubeſſe ſenſibile. Ex ipſis dictionibus collige ſententias, longè optimam imitatus apiculam quæ inuolat atque inſidet floribus, eliciens inde, quo fauum concinnet ac ceram, herbas interim ſinens incolumes. Concupiuit meretricem. Ecquid fecit? Non ſurſum mox eam perducit. Non enim volebat in cœlum eam, quæ eatenus fornicabatur, prouehere: ſed in inferiores partes terræ deſcendit. Nam quando non poterat ipſa ſurſum aſcendere, ipſe deorſum deſedit ad meretricem. Venit ad eam, ne ſic quidem ſuppuduit. Ad eius venit proſtibulum. Videt eam ebriacam. Quônam pacto venit? non nuda eſſentia, ſed fit quod erat fornicaria, non voluntate aut conſilio, ſed natura fit hoc, ne eius aſpectu ipſa conſternaretur, ne reſiliret ab eo, ne ſe fuga proriperet: venit ad meretricem & fit homo. Quónam pacto? geſtatur in vtero, adoleſcit ſenſim & ad plenitudinem ætatis meæ prouehitur diſpenſatio aſſumptæ carnis, non ipſa diuinitas: ſerui forma, non domini: caro mea, non eſſentia illa: paulatim ad iuſtum incremētum perducitur & permiſtim cum hominibus conuerſatur, etiam ſi eam inuenit vlceribus ſcaturientem, belua quauis plus efferatam, dæmonum præſtigiis deprauatam. Ecquid facit? Ad eam propius accedit. Vidit illa, ſeque in fugam dedit. Aduocat ad ſe dominus magos, Quid timetis? Non ſum iudex, ſed medicus. Non veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluem mundum. Magos confeſtim ad ſe acciuit. O rem nouam atque admirabilem. Magi mox primitiæ naſcentis fidei efficiuntur. In præſepi iacet, qui totum baiulat orbem: & pannis inuoluitur, qui complectitur & exornat vniuerſa. Conditum eſt templum & inhabitat deus. Veniunt magi, mōxque procidūt ac venerantur. Venit publicanus, & fit Euangeliſta. Venit meretrix, & fit virgo. Venit chananæa, & clementiā ſentit atque adipiſcitur. Amantis vtique erat, quòd non repoſcebat pœnas peccatis debitas, quòdque condonabat præuaricationes delictorum. Ecquid facit? Accipit eam. Sibi eam accommodat. Quid dat ei? Annulum. Quémnam? Spiritum ſanctum. dicit Paulus, Qui autem cōfirmat nos vobiſcum deus, qui & ſignauit vos ac dedit arrhabonem ſpiritus ſancti. Spiritū ei dat. Deinde addit, Nónne in paradiſo te plantaui? Reſpondet, Certè. Quônam pacto illinc excidiſti? Venit diabolus & à paradiſo me aſſumpſit. Plātata eras in paradiſo, & te à paradiſo extruſit. In meipſo planto te. Porto ego te, Quónam modo? Nō audet is propiùs ad me accedere. Te autē non iam velim ſubuehere in cœlum: ſed tibi confero quiddam ipſo cœlo præſtantius. In meipſo te porto qui ſum dominus cœli. Portat paſtor, nec lupus iam venit: magis verò ab ipſo reſilit:

Collatio.

Pro τῶ ὅλον Lege πρὸς ἀθέτησιν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

resilit: nec audet accedere. Portat nostram naturam, & accedit diabolus, sed vincitur. Conserui te in meipso. Et hac ratione dicit, Ego radix, vos palmites. Et plãtauit eam in seipso. Ecquid reliquum est? Sed peccator sum. Noui vas quod meum est. Noui planè, quibus suadelis deprauatum est. Priùs erat vas luteum, & peruersum est. Refingo vas per lauachrum regenerationis, & trado illud igni. Accepit puluerem à terra & fecit hominem ac formauit eum. Venit diabolus & peruertit eum. Venit ipse & rursus accepit, eumq; fecit renasci, conflauit ipsum in baptismate, neque suit prætereà vt esset luteus corpore, sed corpus ipsum fecit, vt esset testaceum. Tradidit puluerem igni spiritus. Ipse vos bap-
*εἰ δὲ καὶ. tizabit in spiritu sancto & igne *in aqua, vt reformetur in igne, & vt consolidetur. Ob hoc propheta supernis dicebat, Quasi vasa figuli cõteres nos. Non dixit, Quasi testacea quæ singuli quiq; possident. Sed & sunt vasa figuli lutea quę effingit per rotam. Sunt & vasa lutea, nostra autem sunt testacea. Prædicens igitur conflationem nostram per baptisma repetitam, Quasi vasa figuli (ait) conteres nos. Dicit, Reformat & conflat. Descendo in fontem baptismatis, & reformatur mea figura, conflátque eam igni spiritus sancti, & fit testaceum. Verba hæc quòd neutiquam prodeant ex arrogantia & animi elatione, audi Iob, Fecit autem nos lutum. Paulus insuper, Habentes autem thesaurum hunc in testaceis vasis. Atqui aspice quæ sit testæ istius fortitudo. Non enim igni concocta est, sed spiritu. Quónam pacto testaceum? Quinquies quadraginta vna minus accepi, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum: ne sic quidem vas illud testaceum perfractum est. Nocte & die in profundo maris egi. In profundo egit, nec tamen vas illud testaceum dissolutum est. Naufragium est passus, non tamen disperiit thesaurus: nauigium submersum est, & onus nauigij cursum suum tenuit atque euangelizauit. Habentes autem thesaurum. Quémnam thesaurum? Suppeditationem spiritus, iusticiam, sanctificationem, redemptionis precium. Cuiusmodi thesaurum? dic mihi. In nomine Iesu Christi, surge & ambula. Aenea sanat te Iesus Christus. Tibi dico maligne spiritus, Exi ab eo. Vidisti thesaurum istis regalibus thesauris illustriorem? Quid enim tale facere aliquando potuit quãlibet precioſum ac regale margaritum, cuiusmodi ediderunt verba apostoli? Appone innumera licet diademata defunctis corporibus, ne sic quidem excitantur: ab ore autẽ apostoli egressum verbum, idq; vnum & redintegrauit naturam ab integritate dissidentem, ac pristinę integritati restituit. Habentes autem thesaurum hunc. O thesaurus nõ seruatus solùm, sed & domum asseruans in qua reconditur. Intellexistíne quid dixerim? Reges terræ ac principes congestis thesauris, ædes amplas admodum exædificant & apparant videlicet muros, repagula, fores, custodes, ac clathra seu vectes adiicientes, vt tutò thesaurus cõseruetur. Christus quod cum hac consuetudine pugnat, fecit. Non in lapideo, sed in testaceo vase thesaurum posuit. Si tam multę molis est thesaurus, cur imbecille vas? Atqui vas istud ob eam causam fragile est, quòd magn⁹ sit thesaurus. Non enim thesaurus iste à vase conseruatur, quin potius thesaurus cõseruat vas. Expono ego thesaurum, quis deinceps potest eum suppilare? Venit diabolus, venit orbis terræ, innumeri venerunt, nec suffurati sunt thesaurum. Flagris conciſum est vas, ne sic quidem proditus est thesaurus. Præceps vndis inuolutũ est marinis, nec tamen naufragio periit. Mortuus denique est, thesauro incolumi. Dedit igitur arrhabonem. Vbinam sunt, qui spiritus sancti blasphemant maiestatem? Huc mentẽ adhibete. Qui confirmat vos nobiscũ deus, qui etiã dedit pignus spiritus sancti. Scitis omnes vos, quòd arrha pars est totius debitæ summæ perexiguæ. Abit quis coëmpturus domum precij permulti? dicitur, Da mihi arrhabonem, vt certa spe confirmer. Abit quis ducturus vxorem? De dote paciscitur, de rebus ipsis init rationem, ac dicit: Da mihi arrhabonem. Quinetiam in auctione serui, & cæteris ad vnum omnibus cõmerciis intellige dari solere arrhabonem. Quum igitur Christus nobiscum conuenta quædam iniret (me etenim velut sponsam erat assumpturus) dotem mihi vt decerneret, dotis nomine nõ facultates aut pecunias mihi præstituit, sed sui preciũ sanguinis. Dotem verò hanc mihi constituit, nempe largitionem bonorum quæ nõ vidit oculus, non auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Statuit igitur se daturum dotis nomine immortalitatem, gloriam cum angelis, mortis sublationem, immunitatem peccati, hæreditariam possessionem regni (multæ enim sunt eius diuitiæ) iusticiam, sanctificationem, præsentium malorum defunctionem, obtentionem futurorum bonorum. Eximia mihi dos proposita erat. Huc aures adhibe sedulò. Quídnam facit? vide. Venit accepturus scortum, dico autẽ meretricem (sicut erat) obscœnam & cõspurcatam, vt discas quantus fuerit istius sponsi amor. Venit, accepit, mihi quoque decernit dotem. Dicit, Tibi impertior opes meas. Addit, Quónam pacto paradisum perdidisti? Recipe eam. Perdidisti speciem? eam ipsam accipe. Hæc denique omnia accipe. Atqui ea dos non est hîc *mihi exhibita*. Aduerte huc animum. In dotem *hanc prędicit* ob id datum se mihi in resurrectione corporum, incorruptionem. Non enim omnes in resurrectione comitatur ea incorruptio: sed duo erant hæc. Etenim resurrexerunt permulti, & iidem reciderunt in mortem, quemadmodum Lazarus & corpora sanctorum. Atqui hîc non ita, sed resurrectionem hanc largietur & immortalitatem, vnà cum angelis tripudiũ, occursum *filij in nubibus*. Et semper cum domino erimus. Cõferet manumissionem à morte, peccati *libertatem*, *finem imponet* extremæ *consummationi*. Qualem illum? Eorum quæ oculus non vidit, non item auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit deus diligentibus se. Bona mihi das quæ non noui? Certè ait, Hîc ea præparo, hîc me ama. Cur non hîc mihi dilargiris dotem? Quum ad patrem meum veneris, quum prouchéris ad atrium regale. Ego ad te veni. Indignum ne censes, vt ad me venias? Veni, non vt hîc maneas, sed vt te assumam & ascendas. Ne hîc dotem quæsieris, Omnia in spe reposita sunt, omnia in fide. Nihil ne hîc das mihi? Respondet, Accipe arrhabonem, vt certa fide quod futurũ est, speres. Accipe ineundi mecum coniugij pignus. Arrham accipe confirmandis nuptiis accõmodam. Ob hoc Paulus dicit, Despondi enim vos. Deus enim prędentia dona, vice sponsalium munerum nobis contulit. Quæ enim in præsenti gratuitò exhibentur, vicem obtinent sponsalium, arrhabo sunt futurarum nuptiarum. Tota enim dos illic reposita est. Quo id pacto? Dico, Hîc sentio incómoda senectutis, illic non item. Morte hîc mihi finienda est vita, non item illic. Hîc mœrore cõficior, nullus me illic dolor reddet anxium aut solicitum. Mihi hîc occurrunt paupertas, morbus, insidiæ: illic nihil tale. Hîc tenebræ, illic lux, nec aliud diuersum à splendore lucis. Hîc insidiæ, illic mera *libertas*. Hîc morbus,

Pro τῆς Legito ὧν.

morbus, illic sanitas. Hîc vita, sed quæ fine claudatur: illic etiam vita, sed quæ nullum habitura est finem. Hîc peccatum, illic iusticia, peccatum illic nusquam. Hîc inuidia: nihil illic tale. Mihi, ait, das hæc? Aliquantum temporis præstolator: vt conserui tui ad salutem pertingant, sustine. Sanè nos confirmat dato nobis arrhabone. Quêmnã dedit arrhabonem? Spiritum sanctum, spiritus erogationem. Atqui de eo spiritu loquor qui apostolis annulum dedit, dicens, Accipite & date omnibus. Annulus ne in partes scinditur? Vtique in partes scinditur, quæ tamen non distrahuntur: partitionem sentit, nec consumitur. Disce quàm benigna sit sancti spiritus erogatio. Accepit Petrus, accepit & Paulus spiritum sanctum: Terrarum orbem obambulauit: peccatores à suis absoluebat peccatis. Claudos erigebat. Induebat nudos. Mortuos excitabat ad vitam. Mundabat leprosos. Diabolo os obturabat. Præfocabat Dæmonas. Cùm deo verba faciebat. Plantauit Ecclesiam. Templa gentilium demoliebatur & æquabat solo. Altaria euertebat. Aboleuit maliciam: virtutem plantauit. Homines reddidit angelos. Hæc omnia eramus. Vniuersum terrarum orbem compleuit arrha hæc. Cæterùm ipse quum dico, vniuersum: quatenus scilicet sol suo splendore obseruat terram, mare, insulas, montes, nemora, loca item inaccessa & inhospita, obambulauit, perinde atque pernicibus alis peruolans Paulus, vno tantùm ore decertans, qui peritia excelluit texendorũ aulæorum, qui concinnandis coriis scalptrum contrectauit manu, & pelles consuit. At ne sic id artificij impedimento fuit, quominus virtute inclarescceret: quin potiùs iste tentorij artifex dæmonibus extitit fortior, is imperitus sermone quantoslibet euicit philosophos. Vndênam? Accepit arrhabonem, annulum exportabat secum & circunferebat. Perspiciebant omnes Regem sibi connubio copulasse naturam nostram. Obseruauit id Dæmon, seq; ab eo procul submouit. Vidit arrhabonem, denuóque vidit ac secedebat. Indumenta vidit & fuga dilabebatur. O spiritus potentiam. Non animæ, non item corpori eam contulit facultatem, sed vestimento, verius vmbræ. Pertransibat Petrus, & morbos profligabat vmbra eius, propellebat Dæmonas, mortuósque excitabat. Perambulabat Paulus orbem terræ, spinas resecãs ex vniuerso terrarum orbe, secum assumpto semine pietatis, haud secus atque peritia aratoriæ artis longè experientissimus, vt qui aratrum doctrinæ obtineret. Ecquò peruenit? Ad Thraches, ad Scythas, ad Indos, ad Mauros, ad Sardonios, ad Gothos, ad beluas agrestes illas, nihilque nõ conuertebat. Vndenam illi hæc? Ab arrhabone. Cum sua virtute, vnus satis esse potuit? Aderat illi spiritus gratia, ei qui nullo munere publico fungebatur, qui nudipes ac nudus erat. Qui & dedit arrhabonem spiritus. Qua de re his addit, Et ad hæc, quis idoneus? Verùm isthæc nostra idoneitas propendet à deo, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Quid spiritus sanctus fecerit, vel nunc vide. Inuenit terram adopertam dæmonibus, & cœlum ex ea constituit. Nolim quæ præsentia sunt, cogitetis: sed quæ tum erant, ad memoriam reuocetis. Tunc erant lamenta, tunc nullo non loco delubra, omni in loco fumi, nusquam non nidores. Scortationes vbique locorum exercebantur, vbicunque terrarum hostiæ sacrificiáve gentilium. In quibus nõ terris debacchabantur dæmones? Vbique gentium arx summa diabolo cõsecrata erat. Nulla non regio palmam tribuebat impudicitiæ: Et vnus erat Paulus. Quo is pacto non est tot immersus fluctibus? Quo modo non interruptus & membratim distractus? Quare fiducia fretus, os aperuit? Ingressus est Thebaidem, & eos in captiuitatem abduxit. Aulam intrauit regalem, & ex rege fecit discipulum. Forum iudiciale introiuit, & ei iudex dicit, In modico suades me Christianum fieri: iudex nihilominus illius se dedidit disciplinæ. Carcerem ingressus est, & ad se pertraxit carcerarium. Ad insulas barbarorum se contulit, suoq; artificio illos effecit doctores. Illinc cõcessit ad Romanũ populum, illumq; ad se pertraxit senatorium ordinem. Peragrauit flumina, ad deserta secessit loca. Quocũque tandem habitati orbis, non terra, non mare expers fuit eorum quæ ab ipso multa cum laude gesta sunt. Arrham enim annuli dedit, hac data subiicit, Hæc quidẽ priùs tibi do, cætera autem polliceor me daturum. Et hac ratione dicit propheta, Adstitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato. Non vestimentum dicit, sed virtutem. Qua ex causa alio loco dicit scriptura, Quo modo intrasti huc, nõ habens vestem nuptialem? Non itaque vestimentũ indicat, sed vtique scortationem & quãlibet obscœnam impuramq; actionem. Sanè vestimenta sordida vti exprimunt peccatum: ita & deaurata virtutem insinuant. Quare hoc genus vestimẽti quod erat regis, is suæ spõsæ dedit? Nuda enim erat, squalens sordibus ac deformis. Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Non indicat vestimenta ipsa, sed virtutem. Non dixit, Aureo. Aduerte animum, nam ipsa dictio multiplicem continet sententiarũ vim, & eam sanè generosam. Non dixit, Aureo sed deaurato. Solerter audi, vestimentum quod aureum est, filis cõtexitur prorsus aureis: quod verò deauratũ, particulis aliquot sericis intertexitur. Qua igitur ratione non dixit sponsam ferre aureũ vestimentum, sed deauratum? Causam aduerte exactiùs. Cõuersationem subindicat Ecclesiæ, quæ diuersa est & multiformis. Nam quando non vnius eiusdemq; propositi sumus omnes: sed hic quidem virginitatem exercet, iste autem sectatur viduitatem, ille verò religiosam pietatẽ meditatur & excolit: ob id multiplex ac variegata dicitur vestis Ecclesiæ. Quum igitur certissimè nosset dominus noster quòd si vna & eadem via incederent omnes, permulti animi lentore fatiscerent & lassarentur, coq; vias nobis secuit distincti ac diuersi instituti. Non potes per virginalẽ statum regnum introire? Per nuptias ingredere. Non potes vnico cõiugio contentus viuere? Per alteras nuptias ingreditor. Non potes per temperantiam frugalitatẽm vc ingredi? Intra per eleemosynam. Non potes per eleemosynã? Introi per ieiunium. At ne hoc quidẽ potes? Illam age, fac, hoc age, exercето. Ob hoc vestem nõ prodidit esse auream, sed deauratã. Aut enim serica est, aut purpurea, aut certè aurea. Non potes esse aureus? Esto sericeus. Suscipio te, tantùm inueniaris in vestimẽto. Hac ratione dixit Paulus, Si quis ædificat super fundamentũ hoc, aurum, argentum, lapides precioſos. Non potes precioſus esse lapis? esto aurum. Non potes esse aurum? esto argentũ. Solùm persiste in fundamento. Rursus alio loco, Alia claritas solis, & alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Nõ potes esse sol? Esto luna. Non potes esse luna? Esto stella. Non potes esse eximia quædam ac præluſtris stella? Esto vel vna de minoribus, tantùm sis in cœlo. Non potes esse virgo, Ducito vxorem cum continentia coniugali, modò in ecclesia perseueres. Non potes expers viuere prædiorum ac facultatum? Facito eleemosynam: tantùm permane in ecclesia, in vestimento, sub regina.

Adstitit regina.

Vt sordida vestis, peccatum: sic deaurata virtutẽ insinuat.

& χρυσᾶ ἀλλὰ διὰ χρυσοῦ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deaurata vestis, variegata est ac versicolor. Viam nolim tibi occludere. Virtutum enim copia exuberat ea vestis. Nullo negocio administret quis regiæ istius domus dispensationem. Deaurato vestimento circundata. Versicolor est vestis sponsæ: Quòd si malis, interpretare sermonis istius profunditatem iuxta id quod dictum iam est, proinde etiam vide, num vestis sit illa quæ deaurata est. Hîc etenim solitarij quidam degunt: isti autem nuptias exercent, sed temperanter ac pudicè, qui & illis non adeò sunt longè inferiores. Et hi quidem vnico contenti coniugio, hæ autem viduæ etiam dum ætate florentes. Vt quid hortus? vt quid & sic diuersicolor? Quòd flores habeat differentes, arbores insuper, nec paucas margaritas. Stellæ quàm multæ sunt? Vnus tamen sol est. Multiplex viuendi propositum ac formula, sed vna paradisus. Multa templa, sed vna paradisus. Multa templa, sed templorum vnica mater. Et hoc quidem corpus, istud verò oculi, illud verò digitus. Cæterùm sumus omnes vnus: vnum & idem sumus, perinde paruum atque magnum, & quod vtroque inferius est. Indiga enim virgo est eius quæ viro iuncta est. Etenim virgini prouidendum est, ne nuptias aspernetur, quum per nuptias prognata sit. Virgo radix est nuptiarũ. Copulata sunt omnia & conserta parua magnis, magna paruis. Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata versicolore amiculo. Ad eius quod reliquum est, accingor interpretationem. Audi filia. quam pronuba tanquam deductura sit ad sponsum, qui sit essentia superior, qui naturæ conditione præcellat sponsam. Ego pronuba, audi igitur filia. Actutúmne illi facta est vxor? ita sanè. Nihil enim hîc quod sit corporale. Etenim quasi vxorem sibi eam despondit, & vt filiam diligit, ac veluti ancillæ prouidet, seruatq; perinde ac virginem, & sicut hortum cingit muro, ceu etiam membrũ fouet & adornat, ac velut capiti prouidet: instar radicis progignit fructum: sicut pastor oues pascit, & tanquam sponsus se exornat, vtq; propiciatorium, peccata condonat, sicut ouis immolatur, quasi sponsus se cõseruat in decore ac decenti ornatu, & tanquã vir qvæ officij sui sunt, satagit ac prouidet. Multæ sunt intelligentiæ è quibus saltem aliqua ex parte perfruamur earum dispensatione. Audi filia & vide & respice ad connubilia ac spiritualia. Audi filia. Hæc priùs filia erat dæmonum, filia terræ, ipsa tellure indigna: eadem nunc facta est filia regis. Hoc vt esset voluit, qui flagrabat eius amore. Qui enim amat, non magnopere obseruat modum, qui amat, non perspicit deformitatem. Ob hoc plane dicitur ἔρως, quòd plerũque amat rem quãlibet deformem. Sic & Christus fecit. Num dubitẽ dicere eam fuisse deformem? Vidit & amauit, eamq; innouat & instaurat non habentem maculam aut rugam. O spõsum, qui tam bellè exornat, additq; formæ decus suæ sponsæ. Audito ô filia & vide. Duo dicit. Audi & vide. Duo hæc à duobus pendẽt, ab oculis tuis & ab auribus, quoniam dos sponsæ in auditu sita erat, quanuis nonnulli acrioribus oculis præuideant, tolerent interim ac præstolentur infirmiores: vosq; commendo qui præoccupastis, illis etiam ignosco qui posteriùs affectantur, quoniam dos sponsæ in auditu erat. Quid est, in auditu? In fide, non in fruitione, nondum in experientia vsquequaque. Superiùs dixi, quia dotem sponsæ in duas distinxit partes. Et quidem illa iam ei contulit vice arrhabonis: hæc verò daturum se pollicitus est futuro tempore. Quid sponsæ dedit? Gratuitò indulsit peccata, absoluit à debitis pœnis, dedit iusticiam, sanctificationem, dependit precium redemptionis, nempe corpus dominicum, mensam diuinam ac spiritualem, mortuorũ resurrectionem. Hæc omnia habebant Apostoli. Itaque dedit quidem hæc: illa verò est pollicitus. Illa quidem in experientia erant & fruitione: hæc verò in spe & fide. *Audi rursus, Quid dedit? Baptisma, hostiam. Et hęc in experientia. Vide autem. Quid est pollicitus? Resurrectionem mortuorum, incorruptionem, vnionẽ cum angelis, cum archangelis tripudium, familiarem cum ipso sponso cõgressum: deniq; vitam immortalem cum perenni fruitione bonorum quę non oculus vidit, non auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quę præparauit deus his qui diligunt eum. Dictum hoc meum intelligite, ne hoc ipsum per obliuionem sinatis deperire. Ob hoc delassor in præsenti ac laboro, vt intelligatis. Dos igitur spõsæ in duo partita erat, in præsentia & in futura: in ea quæ videntur, & in ea quæ solo auditu percipiuntur: in ea quæ dantur, & in ea quæ creduntur datum iri: in ea quæ doctrice experientia accipimus, & in ea quibus speramus nos perfruituros: in ea quæ in præsenti vita conferuntur, & in ea quæ speramus nos adepturos post resurrectionem. Illa vides, hæc audis. Vide igitur quid dicat sponsæ, vt ne putet quia hæc solùm accepit, etiam si eximia erant dona, licet ineffabilia, quãuis mentem transcendentia. Audi filia & vide. Audi illa, nempe futura: vide hæc præsentia. Vide hæc, vt ne dicas: rursus in spe, rursus in fide, rursus in futuro. Etiamnum vide, hæc quidem do: illa verò me daturum polliceor. Quæ polliceor, in spe reposita sunt: *interim* pignora hęc accipe, hæc accipe vice arrhabonis, hęc cape in specimẽ & argumentum. *Promitto tibi* regnum, certissimam fidem sume ex præsentibus donis, mihi crede. Regnum mihi polliceris? Certè. Tibi quidem quod maius est dedi: nempe regni dominatorem, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit ipsum. Quo modo non etiam cum eo omnia nobis donabit? Resurrectionémne das corporum? Certè. Quod maius est dedi tibi. Cuiusmodi est illud? exemptio à peccato. Id doni qua ratione est maius? quia peccatũ mortem peperit. Iugulaui matrem, *non occidam filium?* Radicem arefeci, *fructum non tollam?* Audito ô filia & vide. *Quid* vísura sum? Mortuos excitatos ad vitam, leprosos mundatos, suffrenatam maris intemperiem, *in* paralyticis astrictam neruorum resolutionem, apertam paradisum, panes velut è fonte effusos, absoluta peccata, claudum, subsilientem, latronem ius municipale ciuitatis illius paradisi obtinentem telônem siue publicanum euangelistam factum, meretricẽ virgine pudiciorem. Audi & vide. Audito illa & vide hæc. A præsentibus tibi sume argumentũ totius. Et quidem de futuris iam pignora cõtuli. Hæc illis potiora sunt. Ecquid tandem dictura es? Mea hæc sunt. Audi filia & vide. Hæc tua dos sunt. Quid infert sponsa? Videamus. Subiecit sponsus, Ecquid tu tandem, vt ne maneas indotata? Ait, Ego quid possim inferre à collibus, à nidore immolaticiæ carnis, à dæmonibus? Quid inquam, inferre possim? Quid? vtique voluntatẽ ac fidem. Audi filia & vide. Ecquiduis faciam? Obliuiscere populũ tuum. Quémnã populum? Dæmonum inquã populum, idolorum, nidoris immolaticij ac vaporis & sanguinis. Et vide & obliuiscere populum tuum & domũ patris tui. Sine valere patrem tuum, & ad me venito. Ego patrem dimisi & veni ad te, tu nõ derelinques patrem? Cæterũ illud ἀφῆκα dimisi de filio dictũ, nolim sic interpretẽre, quasi defeciuerit à patre aut deseruerit. Demisi me siue cõdescendi, &

*Pro ἄκουε hîc lege βλέπε, et dine conuerso.

*Matrẽ, peccatum scilicet: filiũ, mortem.

arcana

arcana dispensatione assumpsi carnem. Dicitur hoc à sponso ad sponsam, vt suos relinquat parentes, & inuicem nexu coniugali copulentur. Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuũ & domum patris tui. Ecquid mihi das, siquidem oblita fuero? Et concupiscet rex decorem tuum. Habes dominum tui amantem. Si illũ tui decoris habeas amatorem, quæ illius sunt vtique possidebis. Quæ illius sunt, accipe: & ea iam possides siquidẽ potueris contueri quod dictũ est. Subtilis enim est sententiæ intelligentia. Atqui volo Iudæis istis oppilare os consuendo linguã. Quare huc aduertite mentem. Siue enim quis audiat, siue nõ: ego defodio terram, ego deduco manu aratrum. Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui, & concupiscet rex speciem tuam. Formæ præstantiã præsenti loco cõtendit Iudæus accipi pro ea quæ percipitur sensu. Non item eam intelligit esse quæ intellectu apprehenditur, sed corporalem istam. Animum aduerte huc, discamus quænã sit corporis pulchritudo, quæ itẽ abstractæ mentis siue intellectilis. Est anima, est & corpus. Duæ sunt essentiæ. Est pulchritudo corporis, est & pulchritudo animæ. Quę est corporis pulchritudo? Supercilium porrectum, oculus suauiter & gratiosè arridẽs, genæ rubore purpureo suffusæ, labia coloris phœnicei, collum erectum, coma vltrò se vibrans ac motitãs, digiti in lõgum producti, statura arrecta, candor efflorescens. Hęc corporis pulchritudo ab ipsa prouenit natura potiùs q̃ à studio aut destinata voluntate: quod ipsum in confesso est, quoniam naturę beneficio obtingere solet. Attentus esto, vt noueris sententias commentationésve philosophorum. Pulchritudo hæc, tam quę aspectus est siue oculorum, quàm quæ frontis & comæ, suapte natura oboritur. Quæ etiam studio & electione voluntatis acquiritur, liquet à natura eam prouenire. Fœda enim ac deformis facies si est: licet innumera pigmenta adhibeat quis parãdæ formæ ac venustati, operam suam luserit, quod ad corpus attinet. Quæ enim naturæ sunt, non violanda manẽt. nam ratis certisque finibus compedita sunt & adstricta, non transcendentia sibi præscriptos fines. Quæ igitur pulchra est, pulchra est semper: etiam si studium non accommodet conciliandę sibi pulchritudinis. Quę autem deformis, nullo se studio potest reddere formosam. At ne formosus difformem. Cur id? Siquidem naturæ sunt hæc. Vidisti tãdem quæ sit pulchritudo corporis? Eã ipsam introrsum reuocemus ad animam, citetur ad dominam ancilla. Eam adducamus ad animam. Vide, quin potius audi illam. Neque enim videre illã potes. Inuisibilis enim est. Audi illam, nempe pulchritudinem. Quæ igitur est animæ pulchritudo? Temperantia, æqualis morum moderatio siue placabilitas, misericordia in indigos, charitas, mutuus amor fratrum, erga filios pietas, morigera & obsequens erga deum obedientia, legis plena obseruatio, iusticia, animæ contritio. Hæc decora sunt, hæ sunt animæ pulchritudines. Atqui nõ sunt hæc naturæ, sed propensioris studij ac liberæ voluntatis. Quem penes hæc non sunt animæ ornamenta, potest is suo iure sibi sumere: qui autẽ ea iam habet, si solutiùs ac supinè se gesserit, ea vtique iam perdidit. Quemadmodum enim dicebam de corpore, quia qui turpitudine laborat corporis ad formam reuocari non potest liberalem ac venustam: ratione ex contrario sumpta de anima sentio. Potest siquidem anima deformis vt sit, ad formam de integro instaurari planè egregiã. Quid enim anima Pauli deformius, quum blasphemus adhuc & contumelio-

Ex hoc pulchritudinis corporis.

A sus esset? Quid è diuerso eiusdẽ anima formosius, quo tempore dicebat, Certamen bonũ certaui, cursum consummaui, fidem seruaui? Quid vsquã occurrit turpius anima latronis? Contrà, quid venustius, quàm quando eadem exaudiuit, Hodie mecum eris in paradiso? Publicano quid deformius? Quid è regione illo pulchrius, quando propria voluntate se dedidit domino? Vides, quia excellentem corporis formam transmouere non potes. Id enim non liberæ est voluntatis, sed naturæ: animæ verò formositas ab electione & animi destinatione nobis cõparatur. Accepisti quid sit pulchritudo? Pulchritudo enim animæ pendet ab obedientia erga deum. Anima enim quamlibet deformis si quidem obtẽperauerit deo, deponit peccatũ, & speciosa redditur. Saule, Saule, quid me persequeris? Ille verò, Quis es Domine? Ego sum Iesus. Obediuit, & obedietia ipsa deformem priùs animam, apprimè formosam reddidit. Rursus, Publicano dicit: Veni, sequere me. Et surrexit Publicanus, & factus est apostolus. Vtique anima deformis priùs venustatem recepit formæ. Vnde? Ab obedientia. Rursum, Piscatoribꝰ dicit: Venite post me, & faciã vos fieri piscatores hominum. Eorum proinde mens nitore formæ irradiauit, virtute obedientiæ. Quam hîc dicat pulchritudinem, perspiciamus: Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Et cõcupiscet rex decorem tuum. Cuiusmodi decorem siue pulchritudinem concupiscet? nimirum animæ. Vndènam? quia oblita est. Audi igitur & obliuiscere. Vtique hæc liberæ sunt voluntatis. Audi. *Dic peccatrici animæ, Audi. Quòd si obaudierit, mox vide quali decore exornanda est. Siquidem sponsæ turpitudo non naturalis erat, sed volũtaria. Non enim morem gesserat dei præceptis, sed præuaricata est: quare eam reuocat, alteram admouendo medelã. At certè deformis effecta es, non conditione naturæ, sed voluntaria electione: nũc apprimè decora facta es, merito obedientiæ. Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum & domũ patris tui: & concupiscet rex decorem tuum. Denique vt discas, quia nihil hîc dicit quod subiaceat sensuum organis, quum hæc audis, ne interpreteris insinuari oculos, non nasum, nõ os, neque collum seu ceruicem: sed pietatem siue religionem, fidem, charitatem, quæ interna sunt. Omnis enim gloria filiæ regis abintus. Porrò nos pro his omnibus debitam deo rependamus gratiarum actionẽ. Ipsum siquidem & solum addecet gloria, honor & imperium, in secula seculorum, Amen.

Ab exẽplo

**Desideratur hîc quædam in exemplari.*

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI IN ILlud propheticum, *Veruntamen frustrà conturbatur omnis homo viuens.* Ioachimo Perionio interprete.

Psal. 38.

PIscatorem sinus altus excitat, cùm iacto rete magnamq; marinorum piscium copiam nactus, laborans onere verriculum trahit: & venatorem sylua ferarum altrix, cùm montes scrutatus, densoq; vertice aperto, cum præclara & opima præda reuertitur. Quòd si iis qui in quæstu & venatione occupati sunt, voluptatẽ affert labor is qui his in rebus suscipitur, quantò maiorem afferre debẽt pericula Ecclesiasticorum sinuũ piscatoribus, quibus præmium nõ diurnum, nec terrenum, sed ipsum cœlorum regnum proponitur? Age ergo Dauidicæ lyræ psalmorum cantum pulsemus, & cùm Dauide generis hominum obscuritatem & abiectionem notemus his verbis, Veruntamen frustra conturbatur omnis homo viuens: perturbatur, & tandẽ interibit ac peribit: perturbatur, & antè quàm confirmatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

confirmatus sit,conculcatur:vt ignis incenditur,& instar arundinis in cinerem occidit: vt procella extollitur,& vt puluis terræ adæquatur: vt flamma excitatur, & instar fumi dissipatur: vt flos forma est præstanti, & vt fœnum in exiccando imitatur: vt nubes conglobatur,& tãquàm gutta imminuitur: vt denique bulla inflatur,& scintillæ instar extinguitur: perturbatur,& insatiabili cupiditate fœdum tetrũmq; odorem sibi parit: perturbatur,& cum ei perturbatio nulli vsui fuit,extinguitur.Eius sunt motus & perturbationes, aliorum delitiæ:eius labores,aliorum thesauri:eius curæ,aliorũ voluptates:eius aduersæ res,aliorum secundę:eius execrationes,aliorum clientelæ:eius rapinę,aliorum voluptates:eius gemitus,aliorum omnium rerum abundantia: eius lachrymæ,apud alios pecuniæ: ipse denique in inferis suppliciis afficitur,alij contrà bonis eius cum cantu perfruuntur. Veruntamen frustra conturbatur omnis homo viuens.Homo,vitæ vsura quę ad tempus durat, mortis non fictum debitum, consultò indomitum animal,improbitas quę per se docetur,insidiæ quę spõte sua docentur,id quod arte instructum est ad maleficium,quod ad iniuriam industria prędituin est,ad auariciam compositum & paratum, ad expletionẽ insatiabile,natum ad perfidiam,infinitus spiritus,gloria ostentatrix:exultatio & ferocia quæ facilè sedatur:elatio quæ paruo negocio deletur:audacia quæ facilè capitur,cœnum arrogantiæ plenum, cinis seditiosus, puluis elato animo,cinis inflatus,scintilla quę facilè extinguitur:flãma quæ facilè marcescit,lucerna instabilis, lignum cuius interitus procliuis est, fœnum quod exaruit, herba quæ facilè ac cito moritur,natura quæ facilè conficitur & consumitur: qui hodie minatur, & cras excedit è vita:qui hodie diuitiis abũdat, cras sepulchro tegitur:qui hodie regia corona ornatur,& cras inhumatur:qui hodie purpura fulget,& cras effertur:qui hodie in thesauris versatur, & cras in bustis: qui hodie cum assentatoribus viuit,cras cum vermib⁹,qui hodie est,& cras nullus est:qui nunc à cohorte custoditur, & paulò pòst lugetur:qui in secundis rebus tolerari nõ potest,& in aduersis nulla consolatione leuari potest:qui se ipse ignorat,& in iis cognoscendis quæ naturã ipsius longè multumq; superant curiosè occupatur:qui id quod adest & præsens est,nescit,& de rebus futuris cogitat:qui natura sua mortalis est, & animi elatione ductus, vt sibi videtur,immortalis est:omnium morborum proposita accessio, facillimũ omnis perturbationis domicilium, quotidianum febriũ sine vllo delectu gymnasium,omnis denique doloris paratum diuersorium homo est. Quanta nostræ abiectionis tragœdia? quantus nostræ abiectionis & obscuritatis triumphus? Quot quantaq; protuli,cũ interea nihil prophetica hac voce aptius inuenerim? Veruntamen frustra conturbatur omnis homo viuens.Sed vt finem faciam dicendi,vide quęso,vt hominum res mare imitantur: vt tempestate illius vita hæc nostra implicatur: vt diutius & sæpius quàm aqua in terra tempestate iactamur:vt vehementiùs inter nos quam venti,collidimus:vt pecuniæ quasi clypei nos inter nos committũt, & quasi in tempestate maris huc atque illuc impellimur. Hic ex illo agro fruticem auellit: alius cuiusdam seruos abduxit.Atque hic de aqua vicinum in iudicium adducit: ille cum ciue de aëre & cœlo contendit. Hi propter terræ mensuram concertant, illi inter se de ædificandi ratione digladiantur: hic in ea quę non dedit,vt accipiat,impetum facit,ille quę accepit,non dedisse in iudicio agit. Hic vsuris non satiatur,ille sorte etiam se spoliari cõfirmat: hic cum est inops,molestia afficitur, ille rerum omnium copia abundans,tumultuatur:cùm nihil habet,probris afficitur,cũ habet,insidiis appetitur:qui magistratus gerit, in suspicionem venit: qui potestate præditus est,in odium omnium incurrit:qui in imperio est,armatur: bella sempiterna quadam serie inter se cõnexa sunt:inuidia alia ex alia incidit, insatiabilis cupiditas dominatur, auaricia regnat, mẽdacium summis laudibus effertur, mutua fides euasit, veritas terram reliquit ac deseruit, amicicia mensa definitur.Alij vim suam perdiderunt, terra iam mala ferre nõ potest, aër vsque ad ipsum æthera inquinatus & contaminatus est.Propter pecunias vita nõ est vitalis.Pecuniarum cupiditate elementa libera vendidimus:viæ vectigalia pendunt:terra sorte diuiditur:aquæ & flumina imperio tenentur: aër venditur: decumarum, tributorum & vectigalium coactores vrbibus imperant:diuites cruris conficiuntur. Fœneratores solicitudine tabescunt: direptores vitam perturbationibus implent,cupidi pecuniarum in iudicio foroq; versãtur:mercatores calamitates & iacturas studiosè quærunt: calumniatores mendacium vendunt: quoniam mentiri inter nos soliti sumus,iurisiurandi religionem sustulimus,iurare,atque per deum vnum,scimus. Cùm ita omnes malis sceleribusq; deditos Propheta cerneret,miseramq; hãc vitam esse duceret, hac oratione vsus est, Veruntamen frustra conturbatur omnis homo viuens.Homo solus ô propheta,conturbatur?Creatura ea sola quæ rationis est particeps,accusatur?Nullũ animans aut elementum quod cõmoueretur *inueni*.Commouentur,inquit,aquæ,& iterũ sedantur:mouetur terra,& rursus confirmatur: *venti impelluntur*, & iterum quiescunt: omnis fera tumultuatur, & satiata desinit: flamma excitatur, & materia subiecta cùm consumpta est,extinguitur. At verò homo cùm semel pecuniæ cupiditate inflammatur,nunquam desinit: cũmq; hoc accepit,ad illud cupiditate rapitur,& cùm illud assecutus est,ad aliud impellitur:centum duplo maiora facere & augere studet,& ad tot tantasq; opes tamen rursus tantundem addere conatur, nec vnquam *congerendi finem facit,quoad ipsius finis coaceruatus sit:sitiq;* auariciæ confectus, auro pallidior volitat, propter diuitias quæ magnopere expetuntur, quarum amicicia infirma & instabilis est,quarum cupiditas insidiarum plena est: quæ derident vt dominæ multorum: quæ irrident, vt quæ vehementer amẽtur,quæ vinctæ sunt & suspectæ, mortuæ sunt,sed hostes:quæ in mundo congestę,venti vim obtinent: propter diuitias inquam, quæ sunt omnis absurditatis parentes,inuentrices malorum omniũ, luxus animi,corruptoris adiutrices, hostes cõtinentiæ, inimicæ tẽperantię,occultæq; omnis virtutis fures.Sed quid diuitias criminor, iis prætermissis, qui possident? Iniuria ipsi etiam diuitiarum deo infertur, cum ab illis vincitur & colligatur pedibusq; compescitur. Videtur enim mihi ad eos hac vti oratione, Quid me ô studiosi pecuniæ,pedibus constringitis?cur me quasi fugitiuum aliquem innumerabilibus vinculis ligatis?quamobrem me vt amicum complectimini,& vt flagitiosum quempiam à metallis in vestras manus mittentem in vincula coniicitis? Si vultis me etiam somniis leuiorem quiescere,me ad pauperum manus venire patimini.Sed dicet aliquis, Liberis diuitias congero & paro, vt ne sint paupertatis hæredes. Præclarè scilicet diues qui *plurimùm* visis vtitur,ea quę adsunt,ignorat,& res curat futuras: ea quæ ad se attinent,ignorat,& de *liberis* cogitat:an

tat: an sepeliẽdus sit nescit, & hæredibus consulit. Stulte, dic mihi finem tuum, & tum de liberis certus ac tutus esto: expone res hodierni diei, & tum tibi res crastini diei credo. Cur te etiam post mortem decipis & fallis? Cur & mortuus esse vis, & irrideri? cur deo littus determinas? cùm diuinæ prouidentię leges dicis, quibus ea quę tibi data sunt, administret? Nihil ad te de iis statuere, quæ tempus vitæ tuæ cõsequuntur. Non & mortuus esse potes, & viuorum administrator: non & mortuorum iudex, & iuris cuiusque æstimator. Cur igitur, ô dines, frustra operam consumis in eo, vt bona inopum cũ tuis reponas, nec scis cui illa pares? cur res pupillorũ tenes? cur acerbè fers cùm rogaris, quasi de tuo impẽdas? sua illi petunt, nõ tua: ea quæ tibi ipsorum causa tradita sunt & credita, non quæ tecum procreata sunt. Eroga quæ accepisti, & vsum accipe, quòd tibi vt dares, nõ vt acciperes, præscriptum est. Præclarè tecum agitur, q tibi deus propter inopem, dextram porrigit. qui ex cœlo pluit, aëris tibi guttam largitur: qui tonitrua & fulgores iacit, vt misericordia vtare tibi præcipit? qui nubibus cœlum obducit, pannum abs te petit. Hoc tibi satis est, quòd te pauperes tanquàm deum rogant. Da, cõ miseratio & misericordia te commoueant ad subueniendum, vt misericordiæ locũ inuenias. Tu verò ne supercilia quidem vis tollere: & cùm illi te supplices rogant, non flecteris ad misericordiam. Da eis sua, antè quàm te rationis referendæ dies opprimat. Eis sua largire, quæ nõ ita multò post recepturus es. Patrẽ regem habent: da eis sua, & ab eorum patre curarum vacuitatem & requiem accipe. Quámnam, inquies? Quod, inquit, vni horum fratrum meorum minimorum fecistis, mihi fecistis. Qui enim intelligit super egenum & pauperem, is non solum chirographum peccati delet, sed etiam confessionem ac promissionem accipit, vocem eam quæ ait, Qui dat egenti, deo fœneratur. Deo fœneremur eleemosynam, vt ab eo parem humanitatis gratiam accipiamus. Sed ô verbum prudentissimum, Cur igitur nõ dixit, Qui miseretur pauperis, dat deo, sed fœneratur? Nouit scriptura auariciam nostram: intellexit appetitum nostrum insatiabilem, qui sibi maiora ad habendum proponit, redundantiam ac plus semper quærere: ob eámque causam nõ dixit omnino, Qui miseretur pauperis, dat deo, vt ne simplicẽ largitionem & vicissitudinẽ mercedis existimes, sed, Qui miseretur pauperis, deo fœneratur, vt auarus & lucri cupidus audito vsuræ nomine, se ipse misericordiæ dederet. Qui misericordia cùm paupere vtitur, deo dat fœnori. Si deus à nobis fœnori accipit, ergo noster est debitor. Vtrum ergo eum habere vis, iudicem, an debitorẽ? Debitor creditorem veretur: iudex eum qui in iudicium adducitur, non veretur. Videndum est, fratres, necessariò alia ratione, cur deus dixerit, Mihi fœneratur, qui miseretur pauperis. Quoniam auariciam nostrã vidit ad maiora & plura propensam, iam vt dixi, nec vnquam eum qui pecunias & diuitias habeat, velle sine fide & quasi securitate credere, petit enim creditor vel hypothecã, vel pignus, vel fideiussorem, hisq; tribus quasi securitatibus fretus, pecunias suas credit, vel fideiussorẽ vt antè dixi, accipiens, vel rerum hypothecam. Quia igitur intelligit deus neminem his non extantibus, solitum credere, nec humanitatis habere rationẽ, sed lucrum vnũ spectare, pauperem autem ab his omnibus desertum & destitutum esse, cùm nec hypothecã habeat, nihil enim possidet, nec pignus ferat, nudus enim est, nec fideiussorẽ exhibeat: scit enim eum propter inopiam nõ posse, & eum qui pecuniis abundet, nolle propter inhumanitatem: medium se & quasi sequestrem præstitit, pauperi quidem sponsorem, pignus autem creditori, Non habes, inquit, huic fidem propter inopiam: mihi crede propter copiam. Vidit pauperem, & misericordia motus est: vidit pauperem, neque contẽpsit, sed se ipse pro eo qui nihil habebat oppignerauit, & pauperi in causa patronum se pro sua benignitate præbuit. Qui miseretur pauperis, fœneratur deo, Ne time, inquit, mihi fœneraris. Quidnam lucrifaciã cùm tibi fœneror? centuplũ do & vitam sempiternam. Vt quãdo mihi hæc reddas, sciam, repeto consona, contractum confirmare velim: da mihi referendæ gratię tempus, constitue mihi diem reddendi beneficij. Audi sapienter quãdo & vbi debitum officium præstaturus sit is, cui inopum causa & nomine alij fœnerantur. Cùm sedebit filius hominis in solio maiestatis suæ, oues quidem ad dextram suam, hædos autem ad sinistrã collocabit, dicetq; iis qui ad dextram suam erunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à mũdi origine. pro quibus? Quia esuriui, & me pauistis: sitiui & mihi potũ dedistis: nudus erã, & me vestiestis: in carcere eram, & ad me venistis. Deinde ij qui in tẽpore rectè administrauerunt, suæ infirmitatis conscij, & eius cui fœnerati sunt, dignitatis, respondebunt, Domine quando te esurientem vidimus, tènè pauimus, & tibi sitienti potum dedimus, in quo omniũ oculi spem collocant, an cùm indigẽtem te vidimus, tũ hæc tibi fecimus? Quod, inquiet, vni ex his minimis feciſtis, mihi feciſtis. An non vera illa est oratio, Qui miseretur pauperis, deo fœneratur? Sed quẽadmodum iis qui ad dextram erunt, regnum datum esse ostendit propter humanitatem, sic iis qui ad sinistram erũt, supplicium minatus est, Discedite à me maledicti in tenebras exteriores, quę paratæ sunt diabolo eiusque angelis. Quid ita? pro qua re? Quia esuriebam, nec mihi cibum dedistis. Nõ dixit, quòd stupratores fuistis, quòd adulteri, quòd furtum feciſtis, quòd falsum testimoniũ dixistis, quòd peieraſtis: quanquàm hęc quoque constabunt, sed inferiora sunt inhumanitate, & vacuitate misericordiæ. Sed cur domine, nihil aliud tibi in memoria versatur? Non cõdemno peccatum, sed inhumanitatem: non condẽno eos qui peccauerunt, sed eos quos inhumanitatis non pœnituit. Vos condemno, quòd cũ tantum ac tale remedium salutis, eleemosynam haberetis, tam magnum beneficium prætermisistis. Obiicio ergo vobis vt probrum inhumanitatem, radicem, stirpemq; malorum omnium, totiusq; impietatis matrem: laudo porro humanitatem bonorum omnium: & minor illis quidem ignem æternum, his autem regnũ cœlorum cõcedo: In Christo Iesu domino nostro, cui gloria & potentia in seculorum secula tribuatur, Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ORATIO de illo Prophetæ loco, Noli timere cum diues factus fuerit homo, aut cùm multiplicata fuerit domus eius gloria: & de amore hospitalitatis. Psal. 48.

AGricola quidem in arua quæ purgata sint, vomerem trahit, & sentes spinasque resecat & euellit, & ita semina iacit, cùm euulsa est spina, quæ semen extingueret. Vos autem nauiganti ex animi sententia, sed hoc multò iucundius est dicenti, cùm in auribus sensa animi & sententiam quasi semen iacit sublato tumultu. Itaque summa cùm voluptate ad dicendum aggredior, quòd hoc aruum purgatum esse videam. Si enim mentem vestram minimè intuemur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

intuemur,at ſenſa animi veſtri aperta cernimus: aurèſque veſtræ arrectæ mihi animorum veſtrorũ tranquillitatem ſignificãt. Vt enim in animorum veſtrorũ conſcientiam venire non poſſim, tamen oculi veſtri in ſublime erecti quaſi vocem mittunt, & loquuntur, nullã in animis veſtris ineſſe perturbationẽ,ſed clamatis ſtudioſe potius,Sparge ſemina: accipiemus ſi iacias, quòd fructum nos percepturos eſſe ſperamus. omnem enim mentis curam excoluimus. Proinde altiorem ego intelligentiam attingo,quòd generoſum ac nobile aruũ videam. Neque enim ſcriptura ſapiẽtem doctorem tantum quærit, ſed etiam intelligentem auditorem. Ob eamq; cauſam beatos vos duco,beatũmque me quoque exiſtimo.Beatus,inquit, is eſt,qui apud audientes & attentos verba facit: &, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam. Ergo in vos qui magno cum ſtudio & vltro hîc adeſtis,intelligentiã iacimus.Omnis enim populus nũc in foro & curis ad mundũ pertinetibus marceſcit: vos autem ſuperiores terra facti, intelligentiam à materia diſtractam & diuulſam excipitis.Et illi quidem quibus curæ eſt caro,ſeruç obſequuntur:vos autem liberũ nobilémque animum ornantes conſeruatis.Vbi nunc homo verſaris?in foro.Quid vt congeras?cœnum & lutũ. Veni,apud me vnguẽtum accipe.Congeris cogiſq; pecunias quæ pereunt:auariciam quæ tyrannorum plena eſt: magiſtratus qui abeunt & cedunt: negociorum ad mundum pertinentium, abundantiam, quæ hodie eſt, & cras non eſt. Cur flores decerpis, & fructum omittis? Cur vmbram ſequeris, nec verũ aſſequeris? Cur ea quæ pereunt perſequeris, & ea quæ ſtabilia certaq; ſunt non quęris?cum omnis caro herba ſit,hominiſq; gloria omnis herbæ florem imitetur, exiccataq; herba flos decidat,verbum autem domini in perpetuũ maneat. Tibi magna vis pecuniæ ſuppetit: quid hoc ad animum? pecuniis locupletior, pauperior animo: foliis coronatus es,& fructu eges.Quid quæſo,vtilitatis capis? pecunias accepiſti,quas hîc relicturus es.Magiſtratum atque imperiũ accepiſti,ex quo tibi inſidiæ parantur.Veni,fructum verborum philoſophorum,ſapientumq; percipe: impende peccata tua,conſume tua delicta:conſcientiã expia,erige cogitationem atque rationẽ: euade homo & angelus,linque carnis naturam,& leuem pennam vitæ ſume: liberum ſolutumq; te redde ab iis quæ videntur,& ad ea quæ ſub aſpectum non cadunt,te excita:aſcende in cœlos, verſare cum angelis, ſiſte te pro tribunali exceſſo:fumum & vmbram,herbam,araneorumq; telam abiice.Neq; enim poſſum ſatis aptum nomẽ huic vilitati imponere.Hæc autem dico, nec dicendi finem faciam.Veni,teq; hominem præſta,ne naturalis tua falſa ſit appellatio.An quod dictum eſt, vobiſcum cõſideraſtis?homo,ſed homo quidem nomine eſt plerunque, verum homo non eſt prudentia. Cùm enim te vitam à ratione alienam agentem videro,quònam modo te hominem innominabo, non bouem? Cùm rapientem te animaduerto,quo modo te hominem,non lupum vocabo?Cùm ſtuprãtem te video,cur te hominem appellabo,non ſuem? Cum ex dolo & inſidiis agere te videro,quò nam pacto hominem te, non anguem ac ſerpẽtem nuncupabo? Cùm venenum tibi videro, quid eſt quamobrem hominem te,non aſpidem nominem? Cũ ſtultum te animaduertam, cur hominem te,non aſinũ vocabo? Cum te cum aliena muliere concumbere cernam, quî te hominem, nõ inſanum equum appellabo? Cum incredulum & ſtupidum te videro, cur te hominem potius,quàm lapidẽ,aut ſaxum nuncupabo?Accepiſti à deo nobilitatem: cur naturæ vim prodis? Quid quæſo,facis? Alij homines arte præditi ſunt: ea quæ rationis ſunt expertia quoad eius fieri poteſt: in hominis nobilitatem tranſferri pſittacos homines diſciplina docet & vocem hominis mittere,arteq; naturam cogunt: & leones cicures reddunt,dum eos per forum trahunt. Leonem qui manſuefieri non poteſt, tamen cicurẽ facis:& te magis ferũ,quàm lupus eſt,præſtas:idq; eò grauius eſt, quòd vnaquæque belua vna conditione prædita eſt,veluti lupus ad rapinã natus eſt, anguis ad dolum,aſpis ad venenum dandum, in homine autem improbo hoc non ineſt: non enim vna varietas naturæ ſæpe ineſt in homine, ſed ſimul & rapax eſt, & dolo agit,& virus ſpargit,viciaq; beſtiarum in animum ſuum concludit. Quo igitur pacto hominem te nominabo, cũ regni conſenſum non habeas,diadema non habeas, nõ purpuram?Faciamus enim hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Cognoſce, cuius ad ſimulachrum effectus ſis homo,nec te ad beſtiarum humilitatem abiice. Si regem videris purpuram abiicientem & coronam,ac cum militibus ridentem,prodentemq; imperium: quo tandem modo illum talem regem vocabis? Tu homo es,noli ergo mihi demonſtrare aut exponere,in te hominis animũ ineſſe, ſed an in te hominis inſit prudentia. Præes tu animãtibus quæ ſunt expertia rationis: & perturbationum quæ in te ſunt auerſæ à ratione,factus es ſeruus.Quo autem modo hominem me præſtabo,inquies?Si cogitationes carnis quæ alienæ ſũt à ratione,vincas: ſi ſtuprum abieceris, ſi pecuniarum alieno tempore cupiditatem expuleris,ſi improbum illũ tyrannum ieceris, ſi purum & mundum agrum tuum reddam.Sed quî hominem te præſtabis?Si huc veneris, vbi homines fiunt. Si te equum accipiam, hominem te reddo:ſi lupum te nactus fuero, hominem reddam, nõ naturæ quidem,ſed volũtatis mutatione. Sed quid ais? Liberos habeo,domui ac familiæ pręſum:vxor mihi curæ eſt:filios habeo,ad neceſſarium victum propero.Excuſationes hæc ſunt,atque prætextus. Si enim te omnino hîc detinerent, nec te exiguum punctum temporis in rebus ac negociis domeſticis ac familiaribus verſari ſinerent,te mihi purgare poſſes,atque hoc afferre.Liberos habeo,familiæq; præſum,idq; præclarè ac rectè face res:aut potiùs hæc tibi commemoranda nõ eſſent.Poteſt enim deus hîc tibi occupato,res omnes tuas maiore abundantia augere. Nunc autem nullius horum tibi impono neceſſitatem: nec moneo, vt quotidie vaces, ſed bis in hebdomada. Quid in eo graue eſt? quid importunum ac difficile? nõ totum diem,ſed exiguum punctum temporis veni ad concionem, & intelligentiam menti atque animo conſentaneam accipe,ne vulnera accipias:non vt alios deiicias, ſed vt ex foro templum facias. Veni, arma ſume, vt armatus noxiam plagam ne accipias.Sta in acie, ſolum armatus ſta in loco expiato,oculis animi præditus. Incurre in fluctus, tantumq; cum diligẽtia nauem commoue. Hæc potes hoc in loco diſcere.Sed nudus etiã in aciẽ progrederis. Intellige,quantũ ſit ex Eccleſia exire omnes humanos caſus deſpicientem,moleſtiaſq; calcantem,& rebus vtilibus ſuperiorem altioremq; factum,ſic vt illarum rerum ſit nulla,quæ eum labefactet,aut deprimat,qualis Iob ille fuit,quem nec paupertas deiiciebat, nec diuitiæ efferebant,ſed in æquabili rerum ſtatu æquabilem conſeruabat mentem & ſententiam. Accede,ſume apud me arma.Quæ autem arma? Quæ tibi ſæpe ſalutem pollicentur.Exis & vides hominem,cui animos tollit equus aureo

reo freno insignis,multosq; stipatores: rursum tenuem aliquem & abiectum:non te inflãmat inuidia? non pauperem contenis? Accedit ad te Dauid,præsto est,& monet, Ne time, cùm diues homo euaserit. egredere cum propheta,nec time:abi quo tibi præscribo cum prophe ta,cum magistro, cum bacillo, cum præcone : Ne time cùm diues factus fuerit homo.Sed hoc monentis est,& dantis consilium, & dicentis sententiam.Expone mihi quid ita hominem timere non debeam, Quia hominũ natura diuitiarum naturam imitatur.Quo tandem modo?Quid est homo?animal abiectum,caducum,exigui temporis. Tales sunt diuitiæ, aut potiùs non sunt eiusmodi,sed multò instabiliores. Neque enim post hominem plerunque desinunt,sed etiam ante hominem,Scitis enim vos innumerabilia in hac vrbe incertarum diuitiarum documenta & exempla : compertúmq; habetis,eum qui opes nactus est,viuere,& illas periisse:quòd si possessio periit,non etiam possessorem interiisse. Itaque non errabit,qui diuitias ingratum seruum dixerit, sanguinis deuoratorem & parricidam, quippe quæ domino pro gratia cædem referant.quódque grauius est, non quando eas linquit,hominem in discrimen deducit,sed antè quàm deserat,eum conturbant. Noli enim cernere eum qui sericis vestibus fulgeat, vnguentumq; spiret & redoleat, atq; extrinsecus obseruetur : sed eius conscientiam aperi , mentemq; ipsius locupletis explica,ac vide in animo eius tumultum & perturbationes. Cùm autem altum eius casum periclitantem videris, tuam calamitatem casumq; considera . Quid enim humanis rebus instabilius? id quod sæpe commemoraui, cursus & fluxionis naturã diuitiæ imitantur,quæ simul & videntur,& labuntur: vno eodémq; puncto temporis & tenentur & effluũt.Ne time,cùm diues factus fuerit homo.Eius rationem sume,& spiritalem viam.Cùm incessit inuidia,accedat atiam versus, perturbationem delet verbum,Ne time,cùm homo locuples fuerit.Hęc sunt remedia mea,quę non pecunias,sed cœlos petunt. Nõ enim corpus curo, sed animum sano: nec vestrum tantùm dico,sed etiam meum.Etsi enim magister sum, tamen communi naturæ obnoxius & parens,communem quoq; doctrinam eruditionemq; præbeo,Noli timere , cùm diues factus est homo. Sume hunc versum thesaurum & argumentum, accipe versum stirpem diuitiarum atque copiæ. Non enim diuitiis abũdare, sed nolle opibus florere, eæ demum diuitiæ sunt . Num illud intellexistis?Qui vult diues esse,possessionibus eget & pecuniis.Qui autem locuples esse non cupit,semper est in abundantia . Noli timere cùm diues factus fuerit homo, aut cùm multiplicata fuerit domus eius gloria. Noli timere: quid ita? quia enim metuẽdi sunt diuites, vitam propheta profert. Cur times hominem, elegãtis cultus studiosum? Cur hominem metuis qui semper in tremore viuit?Seruus enim tuus te metuit:ille autẽ dominum intus circunfert:& quocunque se verterit,eum pecuniæ amor & studium sequitur: diuesq; & seruos,& amicos, & inuidos, & eos qui in eum beneficia contulerunt , hostes habet. magnam enim inuidiam excitat: pauper enim sine vllius metu viuit, quoniã solus diues est.At diues , quoniam in maiore studio plura habendi viuit, in odium omniũ incurrit , & in publicis cœtibus inimicus incedit, ita tamen vt vultu ei homines assententur,animo eum oderint.Hęc autem ita habere hinc intelligi potest, quòd cùm ventis aduersis vtitur locupies,foliaq; deiiciunt,id est,cùm rerum fit mutatio,tum denique assentatorum vultus deprehenditur, tum cœ-

A tus eorum qui amicicias fictas colunt,inuenitur,reique fictio:aperiuntur ora omnium dicentium,iste sceleſtus est,improbus,summàq; improbitate prędítus.Quid ais? an non heri ei assentabaris? nõnne in eius manuum oscula ruebas?simulatio hæc erant omnia : venit tempus, & simulationem deposui, dixíq; quod animo sentiebã. Cur ergo times eum,qui à tot accusatur? Sed quid hoc est,nisi se ipse accuset ? Hac quidem oratione vtor charissimi, non quòd diuites accusare & criminari velim, sed eos qui diuitiis & opibus abutuntur.Pecuniæ enim cum actionib⁹ honestæ sunt, si paupertatis onus subleuent, si inopiæ mala corrigant. Audi, Ego sum cæcorũ oculus,pes claudorum,& pater ęgrorum.En tibi diuitias,sine peccato: sed amor atq; studium inopiæ meum facit,vt domus mea omnibus qui veniũt,pateat.In hoc sunt diuitiæ, ministræ diuitiarum,sed diuitiarum prætextu.Sic enim nomen quidem appellatum est: ille au-
B tem & nominis & rei veritatẽ obtinet.Quis? Is qui virtutum , is qui eleemosynæ re vera nomen habet. Quæ mea oratio est?Diues est,is qui res omnium rapit : & diues est,is qui sua egentibus erogat, quorum ille congerendo,hic consumendo est locuples:atque ille quidem in terra serit, hic cœlum colit . Quo cœlum terræ præstat,eo illius vbertas hac infirmior est. Hic ab innumerabilibus amatur, quodq; mirum est , raptorem & auarum non solùm ij qui iniuriam intulerunt, magno clamore accusant,verùm etiam ij qui ab illis nulla iniuria affecti sunt,illos oderunt,vicem eorũ dolentes,de quibus illi malè meriti sunt.Eum autem qui aliis subuenit, non ij modò, quorum misertus est, sed ij etiam quibus opem non tulit,charum habent : virtus enim vicio est præstantior: quippe cùm vicium eos etiam hostes & inimicos habeat,quos non læsit: eleemosyna autem eos e-
C tiam amicos nacta sit,quorũ calamitates minimè suble uauit.Omnes enim ita loquuntur, Ei deus gratiam referet.Quo enim bono ab eo affectus es? ego nullo , sed frater meus : nõ ego,sed membrum meum.Beneficium enim quod in illum extitit,in me collatum iudico. Vidisti quanta sit virtus?quàm optanda? quàm pulchra & honesta?Vir qui miseriis aliorum subuenit , communis est portus,commune perfugium,omnium parẽs, bacillum senum.Ac si quid ei aduersi acciderit,precãtur omnes,Deus eius miserere: bonis eũ affice. Si verò ad raptorem veneris,omnes his verbis vtuntur, Impurus ille, improbus, sceleste,quam tibi iniuriam intulit?mihi nullam,sed meo fratri. aliæq; sexcentæ voces ac clamores quotidie si incideris , ab omnibus in istum mittuntur. Iam verò diuitiæ huic sunt tortore acerbiores . Tortor
D enim corpus vincit: diuitię verò animum vinciũt. Vides eum vinctum nec illius te miseret . Eum propterea odi,quòd vincit,non necessitate,sed cõsulto, quòd catenam attraxit. Rursum tu ad pauperes, nos rursum in eos qui rapiunt.Vos pauperum deuorationum satietas nulla capit,& ego corrigẽdis vobis nõ defatigor.Semper tu pauperem prohibuisti: discede ab oue mea, abi à meo grege.Si verò labefactas & corrũpis gregem meũ, noli mihi crimini dare,quòd te persequar. Pastor sum, non lapide peto & persequor,sed oratione:atque adeò nõ persequor,sed voco. Sis ouis,veni, esto gregis mei. Cur gregem corrumpis?Cùm augere gregem debeam, non te persequor,sed lupum: si lupus non sis,te nõ persequor.Te accuso,quòd lupus factus es. Non sum locupletum oppugnator, sed eorũ propugnator.Nam præclara honestaq; est mea oratio , etiamsi minimè sentias. Quo modo me defendis?quia culpæ te eximo, à rapina te libe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te libero: amicum te reddo omnibus, facio vt omnes te optent, & desyderio tui teneantur. Semper tibi denuncio & omnibus, Auxisti nimio studio pecuniæ res tuas: veni, te accerso, mutabo inimicicias in amiciciam, periculum in securitatem, huc ades, & regnum tibi cœlorũ do, ne ad æterna supplicia rapiaris, vt bona percipias, quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec hominis in cor mentémque venerunt. Hæccine exagitãtis sunt, an consulentis? amicicia tecum coniuncti, an tecum inimicicias gerentis? At me odisti, inquis. Immò verò te amo. Præceptum enim habeo domini mei, Diligite inimicos vestros. non discedo à te, cũ tibi medeor. Dominus noster in cruce dicebat, Ignosce illis: non enim sciũt quid faciant. Non te exagito, sed animi tui morbum perturbationemq; profligo. Non enim tecum inimicicias exerceo, sed cum viciis tuis. Num me in te beneficia conferre ducis? num mihi te curæ esse ducis? nũ me potiùs patronum propugnatoremq; omnium esse ducis? Quis te alius de omnibus commonefaciet? Princeps? non de re vlla harum verba faciet, sed de accusationibus & criminibus. An mulier? de auro, de ornamentis. An puer & filius? de hæreditate, de testamento, de parte hæreditatis. An minister & famulus? At de ministerio, de seruitute, de libertate agit. An is qui cõuiuia sequitur? At de cœnis loquetur, de prandiis. An is qui ludos spectat? At de indecoro obscœnóq; risu, de libidine intemperãtis & incontinentis. An is qui in foro versatur? At de testamentis, de hæreditate, de libertate verba faciet. Vbi de his audire potes, si à me non audias? Te omnes metuũt: ego te contemno. quandiu eris eiusmodi, te cõtemno, te despicio: cõtemno motum, & perturbationem tuam ego reseco. Tu ais, Non metuo vocem tuam. Ego vero salutem tuam cupio. Sum enim medicus. An non si vlcus haberes, medicum accerseres? ac si ferrum acutũ esse videres, nõnne diceres, Præcide? etsi enim ægroto & ægre fero, tamen salutem quam ferrum procurat, excipio. Me autem non præcidentem fugis, sed sola oratione expiãtem mentem tuam. Atqui medicus quid facit? præcidit sæpe vlcus, ac deterius facit. Ego non deterius facio, sed melius. Illic enim est naturæ caro quę interit, & remediorũ imbecillitas: hîc autem vis orationis. Medicus tibi salutem non pollicetur. audi me, Vnigenitus dei filius eò descendit, vt nos reducat, & rebus humanis excelsiores faciat. Vnũ modò pertimesco, culpam: cętera valeant omnia, etiam diuitiæ, paupertas, & quidquis aliud. Hæc dico, nec finem dicendi faciam. Neque enim quẽquam gregis mei perire volo. Quid ergo? Potéstne fieri vt diues salutẽ assequatur? certè. Iob admodum diues erat, Abraham diues. Eius diuitias vidisti, at eiusdem hospitalitatem cõsidera. Eius mensam vidisti: at vide eiusdem comitatem & benignitatem. Quid? Abrahamus diues erat? non concertaui tecum. diues erat Abrahamus? certè diues fuit. Vidisti eius diuitias? Quid tibi vis? Vides etiã eius vitæ genus. Meridie cùm ad ilicem Mambræ sederet, Dominũ vidit, ac tres viros, surgẽnsq; (neq; enim eum qui aderat, deum esse existimabat) vbi enim? adorauit, & dicit, Num iudicastis me dignum in cuius domũ ingrederemini? Vidisti quid senex meridie faceret: non domi sedebat, sed peregrinos & viatores diues ipse ac præclarus vir inspiciebat. Is sublatis diuitiis, domo, vxore, liberis, seruisque relictis, quos trecẽtos decem & octo habebat, relictis, inquam, omnibus, piscatum hospitalitatis rete explicato exiit, num alicubi esset viator, num peregrinus, & domum præteriit. Vide quid senex faciat: non famulo hoc onus A imponit, quanquam trecentos decem & octo haberet. Intellexit negligens & iners esse seruorũ genus, ne fortè famulus somno opprimeretur, & interim mercator præteriret, & prædam amitteret. En Abrahamum, en diuitem? Grauaris tu etiam videre pauperem, etiam ei respondere, etiam cum eo loqui: quòd si fortè aliquando ei das, hoc tu per famulum facis. Sed quid? non erat ita vir iustus, sed calidum radiũ excipiens sedebat. Vmbræ autem ei vicem præbebat hospitalitatis studiũ, sedẽnsque hospitalitatis fructum percipiebat. Atque hoc quidem diues. Confer mihi huius ętatis diuites. Vbi sedent? In inferis, in morte ebrietatis. Vbi sedẽt? In publico dispersi ac dissipati, ebrij, cæci animo, à ratione alieniores quàm beluæ. Sed iustus hic non ita. Vis tu Abrahamum imitari? Imitare hoc modo, non prohibeo, sed B suadeo. Quanquam maiorem Abrahamo exquirimus. Nisi enim maior sit, inquit, iusticia vestra, quàm iusticia Scribarum & Pharisæorum, vobis in regnum cœlorũ minimè aditus patebit. Interea verò tu etiam Abrahamũ anteuerte. Hospitalis erat, surrexit, & veneratus est, cùm ignoraret quinam essent, qui præterirent: Si enim sciebat, nihil admiratione dignũ faciebat, quòd deum colebat, sed eorũ qui aderant, ignoratio maius eius hospitalitatis studium declarat. Et sedebat, eósque excepit. Quónam modo? largè & comiter: vitulum immolauit & occidit. Sarramq; accersit, hospitalitatis participem vxorem facit, neq; eam in cubiculo abstrusam, sed sub ilice sedẽtem. Illa enim iusta fuit. Aperuit eius vterum, naturæq; imbecillitatem correxit. Occidit vitulum, & Isacum accepit. Conspersit farinam, & semen vt *cœli astra* accepit, atq; vt arenam quę est *in maris littore*. Sed planè dices, Da etiam mihi *fructum verorum liberorũ*. C Infœlix, miser, & *abiectissime*, terrena quæris, tibi do cœlum, angelorum comitatum & societatem: voluptatem quæris seculi, & mortem quæ imminet: tibi vitam do, quæ finem non habet nec terminũ: maior est remuneratio, maior retributio. Audi studiosè, quæ dico, vt rerum conuersionem videas. Cùm enim Abrahamum hospitalitatis studium declarare atque ostendere oportuit, quid Sarræ vxori suæ dixit? *Fac properè tria sata similę commisceas. Cõmune enim nobis spectaculum, & vtrique naturæ ac sexui proponitur.* Audiant mulieres ea quæ cõmemorantur, atque adeò viri, & sibi hęc proponant ad imitãdum. Propera, tria sata similæ fac commisceas. Ac ipse quidem ad armentum boum abiit. ambo inter se laborem partiuntur, vt etiam coronam diuidant. Communia sunt iura & fœdera nuptiarum: sint etiam virtutum officia communia. Adiutorem te accepi: sis etiam mihi præsidio & adiumento in rebus altioribus. Propera, coge vxorem, ne sit negligentior, & ad desidiã peregrinos impellat. Fac properes, & tria similæ sata permisceas. Præceptum laboris plenum est, graue & importunum id quod imperatur. Tria sata similæ. Non quæsiuit, quid hoc sibi vellet: eóne ipsa illi nupsisset, vt eam ad pistrinum & panificium condemnaret, mulierem præsertim tot diuitiis abũdantem: nec ipse qui trecentos decem & octo seruos haberet, eis onus illud imponeret, sed se ad illud ministerium adigeret. Non inquam, tale quicquam dixit, aut in animum induxit dicere: sed quoniam Abrahami vxor erat, non ad corporis solùm coniunctionem, sed ad virtutis officiorúmq; communionem: idcirco dicit, Fac properes, statimque præceptum arripias. Fructum enim hospitalitatis erumpentem sentiebat. Propera, permisce. Nouerat etiã vxoris curam & diligentiam. Vbi sunt huius ætatis vxores? D

Eas

Eas cum Sarra comparemus. porrige mihi illius manū, & extrinsecus eam inauratam vides, sed in intimis partibus obsidionem & oppugnationem ferentem. quot quęso,pauperū lucrum manus tua portat? porrige mihi manū tuam, eam ostende, cur lucro & fraudatione induta est? Profer mihi Sarræ manum : qua re amicta est? hospitalitate,eleemosyna,charitate,paupertatis studio. O præclaram dextram! Illic fontes lachrymarum, hîc coronæ & præmia. Hæc eò commemoro, vt nec vxores talia à viris quærant, nec viri vxores hæc petere sustineāt. En tibi Sarra, en diues tres similæ modios permiscebat. Quantus labor? at laborem, spe fructus & lucri freta non sensit. Propera, permisce tres similæ modios. Quid agis mulier? Te comis & ornas. Quamobrem? an vt viro tuo omni ex parte placeas & grata sis? Si tantam operam in eo ponis, vt viro tuo proberis & placeas: quônam modo continentiæ placebis? quo modo benignitati,sapientiæ,mansuetudini,charitati, concordiæ,cōsensui? Hic enim ornatus & mundus est tuus, mulier: hæ virtutes tuæ concordiam efficiūt. Illa autem ornamenta non probant te viro,sed potius ei te ingratam importunámque reddunt. Cùm enim dixeris,Rape & mihi affer, exiguo quidem tempore places, in posterum autem hostem eum habes. Sed vt intelligas, tene viro quidem placere,domi ea exuis,& in templo eadem profers. Quòd si viro placeres, gratáque esses,domi eadem ferres. Quod dixi,Intras in templa inauratis manibus, si venerit Paulus terribilis ille, atque amabilis: terribilis peccantibus, amabilis autem piis atque religiosis,& clamet & dicat, Non auro neque margaritis fulgentes, nec vestitu eleganti. Deinde venerit etiam Græcus ac Barbarus, & videat in superiore quidē parte illas ista ferentes,infrà autem Paulum hęc dicentem, nónne hęc fabulam & simulationem esse dicet? Non enim nostra ad simulationem spectant, etiam si hæc ita fiant, sed Barbarus læditur & offenditur. Itaque hoc dicit Barbarus, Ingressus sum in templum Christianorū, audiuíque Paulum dicentem,Non in auro,non in margaritis,sed ibi contraria facta vidi. Quis tibi vsus est auri,mulier, vt honesta pulchráque videare? At nihil ad animi pulchritudinem pertinet. Fac sis animo pulchra, & corpore etiam eris amabilis. Sapientiā hominis vultus tuus illustrabit, & animi eius sapientia. nihil adeò desiderium vel amorem parit,vt charitas. Si enim chara sis viro tuo, etiam si deformis sis,tamen amabilis videbere. Sin autem te oderit,quanuis honesta facie sis,te æquo animo videre nō potest. Animi enim tui odium, tui aspectus pulchritudinē videri non sinit. Cùm enim ab eo ornatum & aurum petitura es, tum ipse etiam te osurus est: nec tam eos qui petūt,osurus est, & declinaturus, quàm te quæ petis, fugere non potest: quippe qui domi procacem habeat, repetentem officium, nec ratione ductam ad petendum. Hæc quidem omnia, non solùm aures tuæ mulier,audiant,sed etiā mens tua mutetur: remedia sunt, quæ ad tempus illa quidem mordent, & pungunt,sed perpetuam voluptatem afferunt. Medicus sum, vulneráque moueo, ne si nimiam vetustatem nacta sint,vlcus efficiant. Ego enim medeor,sanitatem concedens ac tribuens eam quæ oratione procuratur. Alij id quod in hac vita ad tempus manet, incertúmque est, & contemnendum est, ostentant & iactāt, sed id quod de Abrahamo commemorabam: (neque enim ꝓmissionis aut propositi mei obliuiscar) propera,& permisce. Hæc vnaquæque mulier in animo insculpat: hæc vnusquisque vir in conscientia habeat eō-

A dita. Nolim mihi sericis vestibus fulgeas: nolim equos frēnis inauratis,& mulos faleratos habeas. Mulus enim infrà ornatur,aurum autem in tecto tenetur. Itaq; cùm pecunias muli rationis expertes portāt, frēnis aureis comuntur: pauper autem fame confectus pro foribus tuis sedet,Christúsque fame enecatur. O summam & singularem amentiam. Quæ tibi reliqua defensio est? quę venia debetur, cùm Christus stet pro foribus tuis mendici figura & habitu,tu verò nullo modo flectaris? Quis te ex iis suppliciis quæ illic te manent, eripiet? Date,inquit, eleemosynam. Sed non solùm da quantum ille vult,sed quantum potes. Quid quæso,tum offeres,cùm supplicia quæ ferri non possunt,manebunt? cum pœnæ illæ,& eximiæ eædēmque terribiles virtutes? cū fluuius ignis feruebit, cum tribunal horribile, cum iudicium, cùm natura quę principio caret,cum requies humano-
B rum negociorum: cùm nec parentes, nec vicinus, neq; rex, neque viator, nec hospes præsidio esse poterit? sed homo solus cum suis factis vel condemnabitur vel corona donabitur? Tum dices, tum in mentem mea veniet oratio: sed quis tibi vsus erit? nullus: quandoquidem diues etiam ille recordatus est,quęrebátque pœnitendi tempus,sed nihil profecit: verum dicebat, Mitte Lazarum,vt summum digitū suum in lingua mea contineat,quòd vehementer excrucior. Quoniā enim tempore studij ac certaminis contemptus fuerat, coronæ tempore nulla cum consolatione dignū iudicauit. Hęc autem commemoro, vt nec pauper grauiter ferat cum lachrymis paupertatis incommoda, nec diues ex diuitiis voluptatem percipiat & gaudeat. Planè enim diuitiæ interibūt,nisi in medium veras debitásque diuitias cōferas. Fac properè tres similæ modios admisceas: de-
C inde vitulum macta,simul cursor fuit senex. neq; enim ei soluta & remissa est carnis contentio,sed magis corroborata est studij sapientiæ ratio: studiumq; naturam longè multúmque superabat. Trecentorum decem & octo seruorum dominus vitulum portabat,nec onere opprimebatur, sed studio rationem mentemque leuabat cursus seni adiunctus, & magnum officium, vxorique labor: non enim liberalitas modò pecuniæ aderat, verum etiam mensæ largitas, & frequens ministerium nō à seruis procuratum,sed eorum manibus atq; membris,quæ administrabant. Deinde præsto erat vxor ancillæ habitu, & accubuerunt ignoti peregrini. (Neque enim ab hoc exemplo discedā.) Eos enim pauperes existimabant: nec verò hoc secuti sunt, sed quia peregrinos receperunt, & vterque illo in tempore præsto fuit, fructum hospitalitatis perceperunt sententia, philosophia,administratione, laborū susceptione, seruitio,cha-
D ritate,procuratione,diligētia, rei nullius prætermissione. Et stabat vxor ad arborem,quæ & arbore pro cubiculo vsa est,& foliorum vmbrā pro tecto habebat, nec indecorum duxit in publico versari. Suum enim ornatum atque splendorem ostentabat, fructúmque declarabat administrationis. Quid ergo is qui aduenerat? Hoc tempore,inquit,veniam,& erit Sarræ filius. Qualem fructum mensa protulit? quàm præclarū, quàm pulchrum? vt vua maturitatem nacta est. Et exoluens promissum,in vterum ingressus est,& infantem effecit. Huiusmodi sunt hospitalitatis fructus. Postea, Attende,audi quod sum dicturus, Postquam creuit,sed à mensa ostēsus, posteaquam vir esse cœpit hospitalitatis fructus. Neque enim eum ita genuit vterus, vt mensa illa procreauit. In primis autem dei verbum considera, Postquam creuit,& vir factus est,& tempus nuptiarum reliquum

quum erat, & deinceps mortuus senex. Beatus erat ille patriarcha, sed tamen cum mulieribus deprauatis improbissimáque gente habitabat. Itaque accersito seruo suo, ita eum allocutus est, Hoc in loco improbæ sunt Chananæorum mulieres. Quid ergo? Abi in terrã vnde abductus sum, atq; illinc vxorem adduc filio meo. Noua res est, & inusitata. Scitis vos, & planè nostis, cũ quispiam filium suum vxorem vult ducere, tum & parentes solitos de eo inter se agere ac videre, & ad alienas domos ac familias se cõferre, eísque assentari, pronubàsque permultas,& multos coniugij ineundi internuncios intercedere, pecuniarúmque promissiones,parentésque omni studio per se colloqui & agere omnia, nec eos pudore affectos seruis suis præcipere, vt cùm hospes vel peregrinus venerit,abeant,eúmque in cubiculum inferius ducant & excipiant. Abrahamus autem contrà facit, cum res grauis magnóque studio & cura digna tractanda est.Ipse per se hospitalitatis ius & munus executus est, nec seruo id oneris imposuit, sed sibi atque vxori. Cùm autem vxor & nuptiæ appetiuerunt, seruo vt abeat,præcipit. Hic mulieres contrà faciũt. Si enim cũ aurificè agere velint, nullo pudore prohibentur,sed per se ipsæ exeũt & assident: ne aurum surripiatur,nec pecuniarum auiditas sinit eas dignitatis & grauitatis rationem ducere. Sed non ita Abrahamus, verum cùm peregrinos & viatores vellet excipere, per se atque vxorem hoc officium præstabat: cùm autem nuptias facturus fuit, seruum adhibuit. Quid ergo? Tibi in mentem veniat Abrahamus qui diues erat, hæc de illo intellige.Sed vnde venit in mentem prophetæ hoc dicere?Ille enim versus, hæc peperit omnia: inuenimúsq; thesaurum auro refertum. Ne timeas,cum diues factus fuerit homo. Sumpto illo etiam scipione, Ne timueris cùm diues factus erit homo: hunc etiam sume,qui tremula corpora erigere & excitare possit. Non enim ita scipio tremula veterum atque senum corpora erigere solet natura sua, vt adolescentum & eorum qui in libidine consenuerũt, & peccatis oppugnantur tremulam mentem atque rationem hic versus excitat: Ne time, cùm locuples homo fuerit. Cur hominem qui diuitiis iniuria quæsitis abũdat,& intus bellum circunfert, metuis? Sed mihi quid sentiret propheta expositurus fuit,his verbis, Ne time,cùm diues homo euadet. Mihi quoq; modum expone, Aut cùm aucta fuerit domus eius gloria. Quid hoc sibi vult, Aut cum aucta fuerit domus eius gloria? Cùm enim domum eius intrabis, & columnas mira magnitudine cernes, adiunctis aut insculptis aureis capitulis, & marmore incrustatos parietes, & muros: fontes manantes & aquæ ductus,ambulationes,arbores quæ vento flectantur, plenáque gemmarum omnia,gregémque spadonum auro fulgentium,magnum comitatum, stragulam vestem solo instratam, splẽdescentem & fulgentem auro mẽsam,ornata cubilia: hæc inquam, domus gloria sunt omnia, non hominis gloria:sed gloria hominis est religio,bonitas,eleemosyna, mansuetudo,animi demissio,pax,iusticia,non simulata cum omnibus charitas.Cur diuitem metuis? Ne igitur eius domum time. Illa enim diues est, non is qui habitat. Sed inquies, Non metuo, quòd aurum materia est animi expers. At hominem metuis.Quamobrem?Non enim eius opes & diuitiæ sunt, splendor domus, marmora sunt annexa muris. Quid hæc ad dominum?Aurea laquearia? Quid ad dominum?aurea columnarum capitula?Quid ad illius caput, quod in peccatorum fæce immersum est? Sed mundum est solum & pauimentum?at immunda est cõscientia. Sed sericæ sunt vestes? at vilibus incultisque vestibus animus refertus est.Domus est diues,sed domus dominus pauper. Cùm aucta fuerit domus eius gloria. Atque vt intelligatis hanc esse domus dignitatem, non hominis,vos vestra oratione refello. Ingredimur in pulchras ædes alicuius, quid ais? Vidi marmora: non ais, Vidi forma præstanti hominem: miri artificij columnæ sunt, venustæ fenestræ: nõ ais, admirationem sui excitat dominus. Aurum est in illa domo. nõ ais,Eleemosyna magna est: multi sunt fontes,magna copia & abundantia. non ais,Magna est domini largitas. Vbique de muris, vbique de marmoribus,de fontibus,& aquæ ductibus,disseris. Vides rursus equum frẽno aureo fulgẽtem, & ais, Præclarum est frẽnum. An non aurificis ista laus est. egregia tunica? An non textoris est laus propria? insignes ac nobiles lecti. nónne laus est eius qui elaborauit? Ac ille quidem sine corona manet, laudes autem eius interierunt. At cùm videris hominem clarum, ais, Vir est clarus & facie honesta,bonus,egregius,ad subueniendum calamitosis & egentibus propẽtius,comis, semper precibus occupatus,semper ieiunium seruat, semper in templo versatur,nunquam à diuina doctrina se remouet: hæ sunt hominis laudes propriæ, hæ coronæ. Disce ergo quæ sint hominis diuitiæ,quæ domus, nec time.Si enim diuitias à diuitiis distinguere probè noris ac planè didiceris,nullus metui relictus est locus.Vides eum qui tibi habetur diues,inopem & egentẽ esse: ne time,cùm homo diues euadet. Atq; vt hæc ita esse intelligas, etsi hic decipit & captat, tamen eum in morte considera: num quid ex his quæ hîc sunt, sumit & abit? deinde excessit è vita, nudus sepelitur, qui serico vestitu amictus erat, & nudus in inferis humatur: seruiq; abeũt,curæ est iam nemini: neque enim eius serui erant: profectus est, & deinceps iacet. Rursus vxor eius laniatur ac discerpitur, crines soluit: omnes consolantur: in tutela sunt liberi. Vxor vidua, demissi abiectique omnes sunt, pincernæ, crateres,parasiti, assentatores,in animum inducunt aliquod illorum vasorum accipere, & abire. Sed quid?solus effertur: omnes laudi tribuũt?Sed quid hæc rursus ad illud? At inanis falsáque gloria eum celebrat. Nõ potest tibi adesse illo die inanis gloria. Tum ad sepulchrũ venit is qui rapiebat omnia: intra cubitos tres sepelitur,nec eò amplius: terra impedit quo minus ille videatur,& thecæ operculum,atque velum.Discedit etiam vxor. Vbi sunt diuitiæ? vbi serui? vbi rerum species & imago? vbi domus magna & nobilis? te omnes deserũt: te etiam vxor deserit inuita: Fontes enim vermium eam exagitant. Abiit enim nihil suum secũ portans. At martyres beati sunt, quia sua accipiunt: ab eorum sepulchris non discedimus. Atque hoc quidem in loco ne vxor quidẽ manere vult. Illic autem rex & imperator regium pileum abiicit, atque in martyris sepulchro permanet, orans & rogans,vt sibi à periculis liberatio concedatur, & contra hostes victoria. Ne time, cùm diues fuerit homo.Hoc sumpto versu,scipioni innitamur.Sed pro his omnibus gratias agamus Patri,Filio,Sanctóque spiritui,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi super illud Sapientiæ, Iustorum animæ in manu dei sunt,&c.

IVstorum animæ in manu dei sunt, & nõ tanget illos tormentum. Visi sunt oculis insipientium mori,& æstimata est malicia exitus illorum, Sap.3.a.

rum,&c. Qui ſanctorum merita religioſa charitate miratur,quiq; iuſtorum glorias frequenti laude colloquitur:eorum mores actus,atque iuſticiam imitetur. Quoniam quem delectat ſancti alicuius meritum,delectare hunc debet pari cura cultus dei & obſequiū. Quare aut imitari debet,ſi laudat: aut laudare non debet,ſi imitari detrectat: vt qui alium laudat,ſe laudabilem præſtet: & qui ſanctorum merita admiratur,mirabilis ipſe vitæ ſanctitate reddatur. Nam ſi propterea iuſtos fideléſque diligimus, quòd in ipſis iuſticiam fidemq; ſuſpicimus: poſſumus nos quoque eſſe, quod ſunt, ſi faciamus ipſi, quod faciunt. Neq; enim difficile nobis eſt,quod ab ipſis geritur,imitari:cùm ſine prędedēti exemplo ab antiquis talia geſta conſpicimus, vt non ipſi aliorum æmuli redderentur,ſed æmulādę virtutis ſeipſos nobis præberēt exemplum,vt dum nos ex ipſis, ex nobis alij proficiunt:ſic Chriſtus in ſuis ſemper in ſecula ſanctus laudetur. Vnde ab origine mundi innocens Abel occîditur,Enoch deo placens tranſfertur, iuſtus Noë inuenitur, Abrahā fidelis probatur, Moyſes māſuetus dignoſcitur,Ieſus †caſtus, Dauid lenis, Helias acceptus, Daniel ſanctus,tres pueri victores reddūtur: apoſtoli diſcipuli Chriſti credentium magiſtri habentur. E quibus eruditi confeſſores fortiſſimè pugnant,martyres perfecti triūphant,& Chriſtiani ſemper exercitus diabolum deo armati debellant. In iſtis ſemper diuerſæ virtutes, diſſimiles pugnæ,glorioſæ victoriæ. Vnde tu Chriſtiane delicatus es miles,ſi putes te poſſe ſine pugna vincere,ſine certamine triumphare. Exere vires, fortitudine dimica,atrociter in prælio concerta. Cōſidera pactum, cōditionem attēde,militiam noſce: pactum,quod ſpopondiſti:conditionem,qua acceſſiſti: militiam,cui nomen dediſti. Hoc enim pacto quos miraris cuncti pugnarunt,hac conditione vniuerſi vicerunt,hac militia triumpharunt. Denique cōſidera te,præſente deo cum hoſte pugnare. Fauet ille, vt vincas: fauet dominus, vt obtineas. Cùm pugnas,adeſt:cùm dimicas,præſens eſt. Tantùm enim virium de eius præſentia cōcipis, quantùm inimico debilitatis accidit. Tu erigeris per virtutem, hoſtis incidit in debilitatem: tibi arma diuinitus monſtrantur,illi maliciæ tela franguntur. Tibi conſpectus dei virium adhibet incrementa:hoſti præſens maieſtas adimit nocendi venena. Tibi angeli plaudūt, illi formidinem adhibent: tibi fortitudo tribuitur,illi malicia infirmatur. Quibus tu foueris,ille opprimitur:quibus tu erigeris,ille proſternitur. In tua pugna,dominus congreditur, dominus dimicat, dominus præliatur,& victoria tibi aſſcribitur. Certamen tuum dei certamen eſt,prælium tuum Chriſti eſt prælium. Quid trepidas, quid formidas, quaſi tua virtute deuincas? Prende arma,procede in bellum,fortiter dimica,vt dimicāti adſit ille, qui vinci non nouit. Non poteſt imperatorem promereri,qui hoſtem à ſe noluerit ſuperari. Non poteſt regi eſſe acceptus,qui hoſti fuerit lenocinatus. Nec enim hoſtem poterit vincere: niſi qui atrociter voluerit dimicare. Victoria militis, peremptio eſt hoſtis: & peremptio hoſtis,gloria eſt imperatoris. Deniq; in certamine Chriſtiano aut ſuperſtes miles proſtrato hoſte beatus de prælio redit,aut hoſtem victor moriēdo deuincit. Fœliciter enim vincunt, qui poſt victoriam vinci non norunt. Fœliciter vincit,qui & diabolū & mundum poſt victoriam derelinquit. Fœliciter vincit, qui proficiſcens è mundo diabolum, quem in præſenti deuicit,in futuro cum domino iudicabit. Alios enim poſt vnum certamē ad alias victorias dominus ſeruat, alios

tiſque ſi-
lius Nam.

consummato martyrio iam coronat, alios victores retinet in exemplū,alios iam perfectos tranſmittit ad cœlum, alios frequenter deſiderat videre certantes, alios paſſione iam meritos imponit regnis cœleſtib⁹ triumphantes: vt imperatoris Chriſti ab omnibus dignatio collaudetur, qui in ſuis & ſemel & frequenter hoſtem deuincit: & quem,quo modo pugnare viderit, munerabit, tantùm cōtra hoſtem excitetur animus, exeratur virtus,deuotio præparetur, vt procedens miles ad bellum,vel primo prælio coronetur:vel frequentibus trophæis, palmarum numero honoretur. Sic dimicarunt Chriſtiani,quos diligere cōſueſti:ſic præliati ſunt,quos ſemper amaſti. Denique tres pueri in Chaldæa,Barbari *Dan.3.c.d.*
regis dum terrores deſpiciunt,formidines calcant,minas contemnunt:ſic eundem regē cum ſuis ignibus deuicerunt. Daniel quoque cultor dei,amator iuſticiæ,veritatis defenſor,dū in adhærendo deo,regis edicta contemnit: ſic & leonum rabiem vicit, & de inimicorū interitu exultauit. Petrus & Ioannes apoſtoli ad adoran- *Act. 3.d.*
dum deum, hora nona templum Salomonis aſcendūt: claudum curāt,virtutem faciunt, quinque milia hominum prædicando acquirunt. Vnius cura, multitudinis *Ibid.4.a.*
ſalus efficitur. Vnus enim curatur, ſed multorum ſalus acquiritur: vexato ſanitas redditur, ſed prauitas in obduratis corrigitur. Aſcendunt apoſtoli dominum deprecari,ſed preces claudi non poterant aſpernari. Præueniuntur precibus preces: rogantem Claudum rogaturi antè audiunt,quàm precarētur:nec permittit claudus orare illos,quos petit:niſi prius acciperet,quod optauit: vt antè ab eis, quod voluit,impetraret, quàm ipſi à domino quod volebant,expeterēt. O glorioſum meritum apoſtolorum,qui antè in templo operātur,quàm ipſi dominū deprecentur:antè virtus oſtenditur,quàm oratio ad dominum præmittatur: effectus preces præueniunt,virtutes deſideria antecedūt. Nec expectatur, vt vota ad dominum præmittantur: quia dominus ipſe antè efficit,quàm oretur. Interea claudus aliud petit, & aliud accipit:aliud poſtulat, & aliud impetrat: aliud cupit accipere,& aliud à domino meruit impetrare. Poſtulat eleemoſynam,& ſanitatis accipit curam:petit aliquid ad victum accipere,& integritatem corporis meruit impetrare. Quod petis,inquit Petrus, non habeo: *Act.3.d.*
ſed aliud dabo, quo ex gratia dei redundo. Argentum quidem & aurum nō eſt mihi: quod autem habeo, hoc do tibi. In nomine Ieſu Chriſti,ſurge,& ambula ſanus. Sanctiſſimus Petrus nihil ſibi de facto, nihil de opere, nihil de virtute aſſcribit, ſed totū illi aſſignat, per quē meruit,quod impleuit. Deniq; cura vt dixi, vnius claudi negocium geritur multitudinis:vnus ſanus efficitur, plurimorum vtilitati conſulitur. Adeò mirantur cuncti virtutem,ſtupent factum,honorāt dominū. Quinque milia hominum credunt in Chriſtum, vt & claudi deſiderium, & apoſtolorum meritum,& benignitas Chriſti ad multorum ſalutem probaretur trahi exemplum.

†Locum illum ſcripturæ,Agnoſce quod in medio laqueorum pertranſis: reperies explanatum in vltimo tomo, ad populum Antiochenum homilia xv.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constantinopolitani in Enarrationem in Esaiam prophetam: abusque principio, ad medium octaui cap. proœmium prius, Godefrido Tilmanno Interprete.

*χθὲς hîc nõ heri, sed plusculum indicat tẽporis.

ETSI à vobis *aliquantum temporis abfuerim, at certè non volens, sed necessitate eò adactus. Corpore quidem abfui, non itẽ voluntate: absentia carnis, non affectione mentis. Etenim vos (quoad potui) in vniuersum cõplectebar, & arcana animi cogitatione circunferebã. Deinceps fratres tẽporarij istius morbi mentione intermissa, magnopere contendimus contueri faciem vestram. Istius enim ægrotationis reliquias quum adhuc penes me asseruem, cursu temen nihilo segniore properaui ad hanc vestram charitatem.

βεβαίωσις. Enimuerò qui aduersa quapiam conflictantur veletudine, lauacra expetunt & balnea, *mox vt se remisit ægrotatio: ego autem desideratam mihi omnium vestrũ

*λοιπὸν ἐκλογεῖα faciem his cẽsui digniorem, simul vt auiditatem istam auditoribus debitam explerem. Pelagus hoc planè im-

*pro ἄλλῳ lege ἄλμῃ. mensum est, nec quicquam habens *salsuginis. Hoc mare nulla fluctuatione agitatur. Deniq; veni vt inuiserẽ vestrũ hoc aruum ruderibus spinisq; expurgatũ. Quod enim vsq; pratũ tale est, cuiusmodi ecclesia? Quis vspiã paradisus talis, vti est vester hic cœtus? Nullus hîc insidiatur serpens, sed Christus ipse sacramẽtorum instaurator & doctor. Nõ supplẽtatrix Heua, sed Ecclesia vos confirmans in rectitudine vitæ. Nõ hîc arborum folia, sed abundè suppetit fructus spiritus sancti. Non hîc sepimentum spinis obserans hortũ, sed vinea præfertilis. Si quam inuenero sentem, in oliuam cõmutabo. Siquidem noxia hæc nequaquàm proueniũt inopia naturæ, quippe quæ est honestata facultate liberi arbitrij. Si hic deprehendero lupum, ex lupo ouem efficiam, non quidem naturam permutans, sed transferens animi destinationẽ. Quarè non aberrarit quis, si profiteatur ecclesiã arca illa esse præstantiorẽ? Etenim arca & excipiebat animalia & cõseruabat: Ecclesia verò semel suscepta animalia immutat. Cuiusmodi est quod dico? Ingressus ne illò est miluus? Idẽ est egressus miluus. Illò introiuit lupus? exiit etiam lupus. Hûcne ingressus est miluus? egreditur colũba. Introiit lupus? exiit ouis. Ingressus est serpens, egressus est agnus: nõ quidem immutata natura, sed exposita malicia. Ob hoc de pœnitentia continẽter

ἐγκώμιον pœnitentiæ. moueo sermonẽ. Est enim pœnitentia permolesta quidem & horroris plena peccatoribus. Est alioqui medela delictorum & cõsumptio, præuaricatorũ legis solutio, loquendi libertas in cõspectu dei, aduersus diabolum armatura simul & gladius caput ipsius præsecans, salutis spes, euersio ignorãtiæ. Ipsa homini cœlũ adaperit. Eadẽ ipsum in paradisum introducit euicto diabolo. Sanè hanc ob causam cõtinenter promoueo sermonem, quòd fiduciam præstet euertendi inimicum. Peccator es? De spe caueto decidas. Nõ desino vos iugiter hisce medicamẽtis superlinere. Planè enim noui quàm sit efficax scutum hoc aduersus veteratoriã artem diaboli, modò ne animũ despõdeatis. Vt premaris põdere peccatorũ, ne sic desperes. Non conquiescã dicere hęc. Quotidie peccas? quotidianã age pœnitẽtiam. Id quod in singulis quibusq; ædibus & ipsi facimus. Mox enim vt verriculo collectę sunt quisquiliæ, *eas efferimus domo. Nouas instauramus & superaddimus, ne sic interquiescimus ab assidua hac diligentia conuerrendi domum. Hodiè ne in peccatis consenuisti? Fac, vt te renoues per pœnitentiã. Dixerit aliquis, licèt ne per pœnitẽtiam cõsequi salutem? Prorsus licet. Quum omnẽ vitam in peccatis detriuerim, si me pœnituerit, fiámne saluus? Prorsus fies. Id vnde liquet? ab ipsa domini tui erga nos benignitate. Nõ ex tua pœnitentia mihi sumo fiduciã. Pœnitentia enim tua nõ præualet tantã abstergere malorum eluuiẽ. Pœnitentia si sola fuerit, meritò tibi metuendũ est. Nam quando dei erga nos clemẽtia attemperat se pœnitẽtiæ, (Dei autem benignitas nullã nouit mẽsuram, sed neq; eius bonitatẽ vllo sermone quis interpretari potest) tua quidẽ malicia modo aliquo circũscribitur, mensurã autem nullã habet medicamentum, malicia verò tua qualiscunq; tandẽ fuerit, humana est malicia: Dei autem benignitas erga homines nullo eloquio enarrabilis est, tu fiduciã bonam sume, quia tuam euincit maliciã. Hic mihi tu considera scintillã quæ casu incidit in pelagus, sisterè ne se aliquò potest, aut apparere? Quantũ scintilla ad pelagus collata: tãtidem est hominis malicia, si eam cõponas cum benignitate dei. immò veriùs nõ tantidem, sed tantò amplius præcellit clementia dei. Pelagus enim etsi eximiæ sit magnitudinis, suũ tamen habet modũ: Dei autem clemẽtia nullo claudit fine. Hæc eò dixerim, nõ vt segniores vos reddam, magis vt constituã ad virtutis studia propẽtiores.

Sæpenumero vos admonui ne ad theatrica spectacula ascenderetis. Audisti quidẽ, non item paruisti admonitus. Ecce ascendisti ad theatrũ? Superfluè sermonẽ meũ audisti: ne te pudeat ingredi rursus & audire. Audiui fateor) & nõ obseruaui. Quinam ingredi possum? Quoad te *nosti nõ obseruasse, eatenus ne te pudet, tãdiu erubescis? Quandiu nemo te coarguit, eousq; toleras frænum? eatenus radicẽ sermonis mei retines? Vsq; dum tibi non videor, purificas te? non obseruasti? cõdemnasti te. Ex parte obseruasti, etiã si minùs obseruaueris. Dixeris rursus, Non obseruaui. Iam qui se coarguit non obseruasse mandatũ: vtiq; eò festinat, vt obseruet. Per hoc quod spectasti theatricã obscœnitatem, iniquitatem ipsam operatus es, captiuus factus es meretriculæ. Descendisti à theatro? quæ spectasti, ad memoriã recurrunt. Erubuisti ob turpitudinem? Huc accede. Mœrore ob id affectus es? Obsecra deum. Huc vsque resurrexisti. Audiui: Væ mihi, quia non obseruaui: qua fronte introiero ecclesiam? Qua rursus ratione sermonẽ audiam? eò tu maiore cum fiducia ingredere, quãdo non obseruasti: vt denuo exauditum obserues. Medicamentũ si adhibeat tibi medicus, nec eo tuam saniẽ expurgarit: nonne vel die altero rursus idem apponet? Sit vnus aliquis cæsor arborũ siue lignator, qui quercum puta, velit incidere, arripit securim, radicem incidit: si ad plagam vnam ea infrugi arbor non deciderit, nonne & alteram infliget plagã? Adde quartam, quintam, decimam. Ad hunc modum & tu facito. Quercus, vtique arbor infrugi est meretrix, glandes tantum proferẽs in alimoniam porcorum irrationalium. Et hæc quidem prolixo tempore radices impressit altius menti tuæ. Septa vndique arborum foliis miserè imposuit conscientiæ tuæ. Sermo meus securis est. Audiuit die vno: altero mox prostrata est,

*χθὲς hîc nõ heri, sed plusculum indicat tẽporis.

βεβαίωσις.

*λοιπὸν ἐκλογεῖα

*pro ἄλλῳ lege ἄλμῃ.

ἐγκώμιον pœnitentiæ.

*pro τὰς primo loco arbitror legendũ τὰς vel τὰ ς.

Confirmat τῇ ὁμοίᾳ.

*ἐφεξῆς.

Collatione affirmit.

A simili cõfirmatio.

*pro τὰς primo loco arbitror legendũ τὰς vel τὰ ς.

est,tãto licet radicata tempore. Si enim bis, si item tertio,si rursus centies,si denique decies milies:nihil mirabile fuerit rem sic improbam excidisse & tempore confirmatam,nempe consuetudine mala.Manna comedebant Iudæi,& cepas quærebant,quas in Aegypto esitasse se meminerant.Bene erat nobis in Aegypto.Acquieuisse sic pessimæ cõsuetudini, res est probro & infamiæ obnoxia. Et si per dies decem quidpiam rectè egeris, si item per viginti,si denique per triginta : ne sic quidem satisfit mihi,nihil habeo gratię,nõ te amplector hoc nomine.Tantum est,ne labores: suppudesce aliquando,& teipsum coargue.Rursus mihi differendum fuit de charitate.Audiisti,abiisti,& rapuisti? His operib⁹ neutiquã declarasti implesse te sermonem meum.Nolim alioqui desinas ecclesiam ingredi nimio suffusus pudore. Dum peccas, pudeat te peccati:ne suppudescas agẽs pœnitentiam.Attende interim dum peccasti,quid tibi diabolus fecerit.Duo sunt hęc peccatũ & pœnitentia.Peccatum, vulnus est:pœnitentia, impacti vulneris medela.Quẽadmodũ in corpore,medicina & vulnus: sic in anima, peccata & pœnitẽtia. Sed peccatũ infamiam sibi annexam habet:Fiduciam autẽ loquendi recuperat pœnitẽtia.Huc tu mihi quæso,animũ aduerte cum exacta diligentia:vt ne ordine dicendi cõfuso, tibi pereat sermonis vtilitas.Attentus esto.Dum dico hęc,vulnus & medela,peccatũ & pœnitentia: vtiq; vulnus peccatum est: medela pœnitentia.In vulnere, sanios̃a est putredo: in medicamine, expurgatio putredinis. In peccato sanies purulẽta,in peccato probrũ ac dedecus.In peccato derisio est,in pœnitentia fiducia loquendi, in pœnitentia libertas,in pœnitentia expurgatio peccati.Seduló attẽde.Peccatũ verecundia sequitur:libertas dicendi comitatur pœnitentiã.Animaduertisti quod dico?Vice conuersa ordinem peruertit.Satanas.Peccato etenim liberiorẽ attribuit fiduciã,verecundiã pœnitentiæ. Ad vesperam vsq; non desino, vsque dũ absoluam quod cœpi.Pollicitationẽ meam vt explcã necesse est. Difficile enim factu est, vt me auocet quis à cœpto argumento. Est vulnus,est & medicamen.Vulnus putrilaginem habet: vim purgatoriã putredinis obtinet medicamentũ. Num in medicamine putredo?Nũquid medela in vulnere?Hæc ne suum ordinem obtinent, aut illa sibi sunt confinia?Num hoc potest ad illud transcendere,aut illud ad hoc?Nullo modo. Denique descendamus & ad animam peccatis oneratam.Peccatum probrũ habet & ignominiam sortitò accepit:pœnitentia fiduciam,ieiunium item & iusticiam possedit. Dic enim tu iniquitates primus,vt iustificeris.Nã iustus in principio sermonis,accusator est suiipsius.Quum igitur nollet Satanas, quia peccatum quidem verecundiam habet sibi annexam,quæ res idoneè possit à se depellere peccantẽ:è diuerso,pœnitẽtia fiduciam, rem planè idoneam quæ ad se inuitet & pertrahat pœnitentem,ordinem reprobus permutauit & inuertit.Pœnitentiæ dedit verecũdiam, loquendi fiduciam peccato.Vnde id probas?ego dico. Capitur quis cõcupiscentia nec leui cuiuspiam publicæ ac vilis meretriculę?Sequitur eã ceu captiuus:vile illud ingreditur prostibulum.Nulla verecundia,nullo suffusus robore complectitur.Admittit peccatum, verecundia hunc nulla intercipit, nullo pacto erubescit. Commisso mox peccato illinc egreditur:& vt pœnitentiam agat commissi facinoris,erubescit tandem?O te miserũ. Quum formicariam illam circũplectereris , nihil te pudebat:sed quum ad agendam de peccatis pœnitentiam accessisti, tum demum totus aspergeris pudore. Pudet

Num. 11.d.

Peccatũ & pœnitentia duo sunt.

Esa.43.d.

Prou.18.c.

dicere,qua ratione id fiat.Fornicatus iam est, eoq; erubescit:rem peragit nihil veritus, & ecce pudore suffunditur,vel verbo cõfessus. Planè diaboli est astutia hæc. Interim dum peccat homo, nõ sinit eum suppudescere diabolus,nè ve peccatum suum in publicum edat * per cõfessionem. Nouit enim quia si pudescat ob peccatũ, vtiq; vitabit illud : dum verò homo in pœnitentia est, suggerit ille quid probri ac dedecoris ob id sit aditurus.Planè enim veterator nouit, quia si infami probro aspergatur,mox resiliet à pœnitentia. Duo itaque mala facit. Et ad peccatum inuitat : & inhibet pœnitentiam. Quid deinceps est,cuius gratia te pudeat? Quum scorto abutereris,nihil te pudebat:admouens autẽ isti morbo medelã,pudore suffunderis? Teipsum eximens pœnæ peccato tuo debitæ erubescis? Tunc te infamiæ notam conueniebat vereri,quando peccabas.Quum effectus es peccator,non erubescebas:quando iustus efficeris,te primùm pudet?Dic tu primus iniquitates tuas, vt iustificeris.O benignitatem erga nos domini. Non dixit,vt ne plectaris supplicio:sed,vt iustificeris.Nõne suf ficiebat peccatori indulgentia & remissio pœnæ?Prorsus. Cæterum sermoni huic animũ adhibe sedulò attẽtum.Iustũ ipsum efficio. Et hoc vbi fecit? In latrone,nimirum,vt id solùm diceret suo sodali : Neque tu times deum.Et nos quidem iustè.His enim quæ gessimus, digna recipimus. Dicit ei saluator, Hodie mecum eris in paradiso.Nõ dixit,liberum te & immunem reddo supplicij,nec de à te commissis expetam vltionem : sed ipsum in paradisum introducit iam iustũ. Vidisti,vt merito confessionis effectus sit iustus? Quã multæ est deus erga nos clementiæ.Filio non pepercit,vt parceret seruo:vnigenitum tradidit,vt redimeret seruos planè ingratos. Sanguinem filij sui luit in precium . O clementiam domini . Nolim mihi rursus dicas , Peccaui multum, quínam potero tot eximi peccatis? Tu non potes, potest dominus tuus: atque adeo interlinet & abolebit tua peccata. Huic sermoni attẽtas aures adhibe, hic inquam , tua peccata inducet & obliterabit sic, vt nę vestigium vnius ipsorum resideat. Et quidem in corporibus nequaquam hoc contingit , sed licet medicus decies milies studium adhibeat , etiamsi medicamẽta apponat vulneri,vulnus quidẽ è medio medicus suppressit, sed plerunque ei qui plagam in facie accepit, emendato vulnere relicta est cicatrix in argumentum vulneris, circunferens vultus deformitatem . Vt innumeris modis adnitatur medicus interlinere cicatricem & eam è medio auferre , non poterit tamen . Repugnat huic facto naturæ infirmitas,artis insuper vis inualida, deniq; tenuitas medicamẽtorum . E diuerso deus quãdo peccata abolet,nullam reliquam facit cicatricẽ,nullum vestigium sinit manere: sed vnà cum sanitate,eximium etiam confert formæ decus. Simul enim atq; exemit pœnæ, donat & iusticiam. Peccatorem enim efficit parem ei qui non peccauit . Ad internecionem enim deducit peccatum , & ipsum dat pessum peræquè iam non sit , neque fuerit . Prorsus ita è medio aufert, vt non iam cicatrix,non vestigium,non argumentum, non item vllũ appareat indiciũ.Id vndènam liquet?Siquidẽ eorum quæ dico,debeo exhibere demonstrationes: vt ne de his videar meo vnius sensu pronunciare, sed inductione scripturarum ferre sententiam.Quò autem rei proditæ certitudo tuta stabilisq; perseueret: induco vobis homines vulneribus peccatorũ miserè sauciatos, populũ suis partibus cõstantem, sed putrilagine vlcerum scatentem ac vermium:quippe qui aliud non

**defit ὁμοῖον vel simile quid dicendum.*

Luc.23.c.

fuerit,quàm totum vulnus,totum vlcus. Sic tamẽ eiusmodi vlcera potuerunt curari, vt ne vlla maneret cicatrix,nullum resideret vestigium,non indiciũ,ne vnum quidem reliquum esset vulnus,non duo,non tria, non quatuor:sed à pedibus ad caput vsq; vulnus toti essent. Multa cum sedulitate attentus esto sermoni. Est enim sermo hic nobis in commune salutifer. Medicamenta enim concinno iis quę medicorum sunt,præstantiora, cuiusmodi ne reges quidẽ adornare possunt. Quid rex potest? Vtique vnum aliquem emittere ergastulis carcerariis: à gehẽna verò ne vnum quidẽ potest liberum reddere & immunem. Facultates in quempiam cõferre potest, non item animam facere saluam. Cæterum vos tradam manumittendos manibus pœnitentię, vt noueritis quàm sit valida & efficax pœnitẽtia,vt discatis peccatum aduersus eam nihil posse obtinere, neque est vlla legis transgressio quæ ipsius virtutem expugnare queat. At interim propono vobis & in medium produco non vnum, non duos, non tres: sed permulta milia eorum qui vlceribus vulneribúsque saucibantur, qui innumeris onerabantur peccatis, & hi nihilominus virtute pœnitentiæ ita sunt salutem consequuti, vt ne vllum quidem peccati vestigium, nullam reseruarint priorum vlcerum cicatricem. Atqui sedulò animum accmomadate sermoni huic, nec solas aures adhibetote attentas,immò quæ à me dicuntur, fideli memoriæ mandate, vt absentes quoque instruatis mutua collatione, atque ita eos qui vtilitate sermonis huius destituti sunt, reddatis alacriores, & studio audiendi propensiores. Prodeat igitur in medium eximius ille spectator Seraphin Esaias, auditor ille mysticæ modulationis, qui de Christo oracula vix vlli numeranda edidit ac prędinuit. Quid hic dicat,percunctemur. *Visio quam vidit Esaias aduersus Iudæam & aduersus Hierusalem.*

Dic visionem quam vidisti,mihi eam edissere. *Audi cœlum & auribus percipe terra, quia dominus loquutus est.* Alia denunciasti & alia dicis. Quęnam enunciaui alia? Exorsus sermonem dixisti, visio aduersus Iudæam & aduersus Hierusalem, & omissis Iudæa ac Hierusalem verbũ conseris cum cœlo, & ad terram deflexo sermone, homines posthabuisti rationis alioqui participes, dissẽres cum elementis nulla prędita ratione. Quandoquidem homines brutis ipsis ratione vacantibus minus vtebantur ductu rationis. Nec ob id solùm, sed quia Moyses eos introducturus in terram promissionis mẽtis aciem intendebat in ea quæ apprehensura eos erãt,mala. Quę enim tum possidebant,erãt externis relicturi. Audi cœlum & attendat terra verba oris mei. Contestor vobis cœlum & terram, Moyses ait, Quia si ingressi terrã promissionis dereliqueritis dominum deũ, in omnes gentes dispergemini. Accessit Esaias,cuius ore in publicum prodi debebat hæc cõminatio. Moysen præmortuum aduocare non poterat:nec qui tũ audierant,debuerant accersiri,quippe defuncti. Elementa igitur in testes aduocat quę eadem contestatus est & Moyses. Ecce à promissionis terra *excidistis: ecce deum deseruistis. Quo te pacto accersam ô Moyses? Diem enim tuum obiisti,defunctus es vita. Quinã Aaron aduocabo? Ille quoque oppetiuit mortem. Nõ iam potes hominem accersere? elementa aduocato. Eam ob rem nõ Aaron solùm & hunc & illũ non contestor(dum in viuis sum)quando & diem suum erant obituri:sed elementa contestor vobis perẽniter duratura,nempe cœlum & terram. Dicit itaque Esaias, Audi cœlum & auribus percipe terra. Vos ô elementa quæ Moyses hodie præcepit accersiri in testimonium. Nõ hac sola ratione, ipsa aduocat elementa: sed quia Iudæis verba hæc fecit, Audi cœlũ. Tu enim manna demisisti. Auribus percipe terra. Ortygometram enim tu dedisti. Audi cœlũ,audi inquã. Tu enim supra naturæ ordinẽ specimẽ edidisti virtutis tuæ. Sursum eras,* & aream affectatus es. Auribus percipe terra. Tu enim deorsum eras & mensam dapsilem effusamq; adornasti. Ab operatione desedit natura, & gratia operata est. Non iam operabatur bos,nõ item apparatus spicarum suppetebat. Nõ inquinabantur coquorum manus,nihil subsidij adferebat ars ipsorũ: sed mãna illud vicem supplebat omnium & fons sanctificatus. Natura propriç imbecillitatis oblita est. Quo pacto ipsorum vestimenta detrita non sunt? Quò nam modo eorum calceamenta vetustate non sunt consumpta? fiebant omnia hæc, vt eis subministrarent. Audi cœlum & auribus percipe terra. Tot signorum exhibitis monimentis,tanta illis collata beneficentia,insultatur domino? Quo cum loquar? vobiscum ne? Hominem nõ habeo qui me audiat. Ecce veni, nec vllus aderat homo: loquutus sum,nec vllus aderat auditor. Cum irrationabili creatura eloquor, quandoquidem creatura rationis dignitate prædita ad brutorum indignitatẽ delapsa est. Eam ob rem propheta alius mox vbi regẽ vidisset plusquàm insanire, in dei cõtumeliam coli idolum, alios insuper ad vnum ómnes deum contempsisse, ait, Audito altare,audito me. Cum lapide verba facis: etiã quando rex minùs erat compos sensuum, quàm lapis. Audi me altare,audito. Porrò hæc dicit dominus: & altare simul dicto in partes perruptum est. Audito,& audiuit lapis. Ipse lapis in fissuras diffractus est,& victimã effudit. Homo ille quo modo non exaudiuit? Manum protendit suam, vt prophetam abriperet. Ecquid deus fecit? Arefecit ipsius manum. Quid fecerit,vide. Intuere domini erga homines benignitatem & erratum serui. Qua ex causa non initiò statim eius arefecit manum? vt resipisceret lapide in frusta discisso. Lapis enim si in fissuras non foret concisus, vtique tibi pepercissem. Nũc quando lapis concisus est frustillatim,ne sic quidẽ tu ad correptionem emendatus es, ob id irà aduersum te incandesco. Manum protẽdit aduersus prophetam, & manus exaruit. Constiterat trophæum: satellites tam multi,ducésque exercitus aderãt, ac subsidiaria vis militum: nemo tamen qui manum posset ei in pristinum gradum retrahere: sed restiterat,vocem vt expromeret quæ impietate profligata trophæum statueret pietatis, dei erga nos benignitatẽ declararet simul & regis vecordem contumaciam quam nec comprimere potuit. Cæterum ne suscepti argumenti obliuiscamur, dũ sermonem teximus ex sermone: agedum, ad eorum quæ polliciti sumus, declarationem accingamur. Quid autem est,quod promisimus? Quoniam si innumeris peccatorum vulneribus quis saucietur,pœniteat autem talem malè commissorum, faciat item quod bonũ est: sic eius peccata abolet deus, vt nulla cicatrix, vestigium nullum, nullum appareat peccatorum specimẽ aut indicium. Hæc est mea pollicitatio,pro virili vt hęc probem,adnitar. Audi cœlum & auribꝰ percipe terra, quia dominus loquutus est. Dic tu mihi, quid sit loquutus.

Filios genui & exaltaui: ipsi autem spreuerũt me. Cognouit bos possessorem suum. O qui brutis minùs vtimini ratione. *Et asinus præsepe domini sui.* O qui asinis estis stupidiores: *Israel autem me non cognouit, & populus me non intellexit. Væ genti peccatrici.* Qua ex causa dicit, Væ? Nullà ne relicta est spes parandæ salutis? Dic mihi. Quia sanitatem nullam

Deut. 32. d.

*vos ô Iudæi

ἐρυγομὴ ξηρὰ matrix coturnicũ, qualeas vel gus vocat. *ἄλωνα ἐριμηλοῦς. forsan αὐλῶνα communem.

χαπτυκότας. 3. Reg. 13. d

Universidad de Deusto Biblioteca

lam deprehẽdo hinc consequutã. Væ,cur id dicis? Quia medicamenta adhibui, nec locum cessit vlcus medelæ Eoq; ab ea gente deflexi & auersatus sum eam. Quid igitur faciendũ mihi est? Nõ iam laborabo, eam vt curem. Væ, mulierem repræsentat lamentantem. Væ, nec indecenter facit hoc. Adhortor vos, aures sedulò attẽtas accommodate mihi. Væ, cur dicit? Ex quo idem etiam fit in luctu corporũ. Medicus enim simulatq; viderit morbo laborantem spem abiecisse recuperandæ salutis, in lachrymas resoluitur ac flet, domestici item & affines eiulant, lamẽtantur ac suspirant, illic tamen frustra nec vllo suo fructu. Moribũdus siquidem vbi mortẽ oppetiuit, ne si etiam totus orbis comploret ac lamentetur, eum excitabit ad vitam. Itaque illa lamẽtatio planctus est, non correctionis. Porrò de anima nihil tale. Quod enim in anima morticinum est, si frequenti luctu prosequẽris, eriges ad sanitatem. Quid ita? Quãdoquidem corpus semel emortuum non viribus humanis excitari potest: anima verò præmortua per resipiscentiam vitæq; correctionem erigitur. Contemplare fornicarium cum fletu: plerumque enim eum excitabis. Ob hoc & Paulus non scribebat modò, non item admonebat solùm: sed & cum profluuio lachrymarum lamentabatur admonens vnumquenque vestrum. Esto, admoneas: cur admonitioni conseris etiam lachrymas? vt si nihil virium obtineat admonitio, lachrymę ipsę auxilio sint. Eadem ratione lamentatur propheta, quin & dominus noster videns ruinam Hierusalẽ proximè affuturam dicit, Hierusalẽ quæ occidis prophetas & lapidas eos qui
Matt.23.d. ad te missi sunt. Ciuitatẽ iterum atq; iterũ appellat proximè casuram, hominem imitatus qui lamentatur. *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis.* Nihil incolume ac sanũ corpus hoc retinet? Eos ne vidisti squalẽtes vlceri-
οἴμοι ἄνομοι. bus? *Væ semini nequam, filiis sceleratis.* Qua ex causa la-
Væ legis prænaricatoribus & iniquis. mentaris? dic tu mihi. *Dereliquistis dominum, & ad iracundiam prouocastis sanctum Israel. Quid vltra percutiamini.* Qua vos plaga feriam? *famẽne, an peste? Vobis institit genus omne vlcericis supplicij: ne sic quidem malicia vestra interlita est & absumpta. *Addentes prænaricationes.* Omne caput tædio afficitur & omne cor mœret. Non est vulnus, non cicatrix.* Res istæ inanes prorsus. Paulò antè dicebas, væ semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquistis dominum & ad iracundiam prouocastis sanctum Israel. Et væ genti peccatrici. Lamentaris, per doloris acrimoniam contundis pectus, dequereris. Enumeras deinde vulnera, & omissa ea contentione dicis, Neque vulμέρος ἀ- nus, neque cicatrix. Huc animum aduerte, vulnus in-
παλλοίωτον. fligitur tunc, quando parte altera corporis sana, vna quæpiam inops manet sensuum. Hic verò dicit corpus omni ex parte vulneribus esse sauciatum. nõ item vulnus habere, non cicatricem, non plagam tumentem: sed à pedibus vsque ad caput nullum superesse locum cui fomenta imponas, oleum aut ligaturas. *Terra vestra deserta: ciuitates igni succensæ. Regionem vestram alieni deuorant.* Feci quidem omnia hæc, & ne sic rediistis ad rectitudinem vitæ. Nihil omisi eorum quæ disciplinæ erant meæ. Qui morbo obnoxius est, manet mortuus.

Huc agite, audite verbum domini, principes Sodomorum & Gomorrhæ. Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? Quid igitur est? cum Sodomitis differit? Non, Iudæos quippe Sodomitas appellat. Quando eorum mores imitati sunt, id nominis ipsis indit. Agite dum, audite verbum domini principes Sodomorũ & Gomorrhę. Quô mihi multitudinem victimarum vestrarum? *Dicit dominus:* *δεῦτε δὴ λοιπὸν. *Plenus sum holocaustis arietum: & adipem agnorum *non volo. Si*

A *obtuleritis mihi similaginem, vanum: incensum abominatio mihi est. Neomenias vestras & Sabbatha odit anima mea. Ieiunium & diem magnum non fero. Quum extenderitis manus vestras ad me, auertam oculos meos à vobis.* Est ne vsquam aliud, quod ex æquo respondeat tantæ huic iræ? Aduocat propheta cœlũ, lamentatur, eiulat, deflet. Ait enim, nõ est vulnus, non est cicatrix. Deus irascitur, non suscipit victimam, nõ neomeniam, non Sabbathum, non similaginem, non orationem, non manuum extẽsionem. Vidisti vlcus, vidisti incurabilem morbum non vnius, non duorum, nõ decem: sed multorum milium. Quid igitur secundum hæc dicit? *Lauamini, mundi estote.* Non est peccatum, cuius causa spem abiicere debeas parandæ salutis. Ipse dicit deus, Non audio vos: idèmque dicit, lauamini. Ad quem sensum illa prædicas? vt ex vtroque vtilitatem reportes. Illa intentat, vt ipse timeam: hæc infert, vt mihi per hoc adsciscam salutem. Hæc si non audis, nul-
B la iam ipsis relinquitur consequendę salutis spes. Si fortè spem salutis à se proiecerunt, qua ratione dicis, lauamini? Atqui pater ipse est amantissimus filiorum, solus bonus, præ quouis patre viscera diffundens suæ exorabilis clementiæ. Vtq; condiscas eum esse patrem, dicit eis, quid faciam tibi Iuda? Non nosti quid facies? No- ἀπαιτεῖ
ui, verum nolo. Natiua habitudo peccatorum pœnam *subeundi* νλω ἴλεως
vltricem reposcit: sed diuinæ clemẽtiæ magnitudo co- ρίαν.
hibet. Quid tibi faciam? Ignoscámne tibi? sed eò efficieris incogitantior ac segnior. Adoriar te? sed mea erga homines benignitas id non fert. Quid tibi faciam? Vt Sodomam ponam te, & vt Gomorrham te subuertam? Conuersum est cor meum. Nulli obnoxius perturba- *Osee 11.c.*
tioni hominem imitatur commotum affectibus, veriùs matrem repræsentat liberos deamantem. Conuersum est, *quasi si dicat mulier de puero: Conuersum est cor *ὁ ὡσεὶ lege
C meum, secundum maternam affectionem. Atqui non ὡσπερ.
acquieuit priori dictioni. Sed turbatus sum in mea pœnitentia. Deus turbatur? Absit, auertat deus. Turbari neutiquam potest numen illud. Sed quod iam dixi, imitatur loquutiones nostras. Cõuersum est cor meum, lauamini, mundi estote. Quid sum vobis pollicitus? Quia peccatores, innumeris licet onerentur vlceribus peccatorum, modò eos malè commissorum pœniteat, deus ad se retractos sic curat ac medetur: vt nullam relinquat cicatricem, nullam recordationem sinat residere. Lauamini, mundi estote. *Auferte malicias vestras ab animabus vestris. Discite quod bonum est, facere, & superaddere * quamlibet exiguum, quod bonum sit. Causam pupilli iudi- *προῦπτε
cate, iustificate viduam.* Mandata hæc grauia non sunt: τάττειν
sed ea sunt ad quæ nouit promouere vel ipse ductus na *lege* ενε-
turæ. Proinde sexui mulierum accommoda est miseri- πόδεια.
D cordia. *Et venite & disceptemus.* Quiddam ipsi facite: & quod reliquum fuerit, ipse adiiciam. Exiguũ aliquid mihi date: & solidam rei totius summam vobis impertiar gratuitò. Venite. Quônam abierimus? Ad me quẽ prouocastis, quem ira exasperastis. Ad me qui dixi, non audio vos: vt interminatione hac perterriti promotam indignationem dirimatis. Venite ad eum qui dixit se non auditurum, vt audiam. Ecquid facit? Nullum peccati vestigium reliquum facit, non vllum sinit residere vel indicium vel cicatricem. Venite, disceptemus: dicit dominus. Et ait, *Si fuerint peccata, vt coccinum, quasi niuem dealbabo.* Necubi appareat cicatrix, necubi ruga etiam cum colore expiationis conspiciatur. Necubi nigricãs color, necubi remaneat vlla labes. Quo pacto vulnus infligitur & aliç promissiones? Os siquidem domini loquutum est. Non amplitudinem modò vidisti

promissorũ, sed & eius maiestatem qui dono hæc elargitus est. Deo enim nihil nõ possibile: vt qui ex immundo reddere potest mundũ. Hunc igitur quum audierimus, ad hoc nouerimus quàm operatoria sit & efficax pœnitentiæ medela, gloriã sursum ei transmittamus. Ipsius enim est gloria & imperium in seculum.

Finis prioris proœmij.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constantinopolitani Proœmium alterum in Esaiam prophetam, Godefrido Tilmanno Cartusiæ Parisiensis monacho interprete.

προέξαίρετον. QVANAM potissimũ virtute propheta hic cæteris præluxerit, nosse quidẽ vel maximè liceat ex opere ipsius. Atqui Paulus eam ipsam absolutiùs prodit in apertam lucẽ, quippe qui ipsius virtutes cæteris expressiùs nosset. Vtpote qui loquutus sit tanta cum spiritus vehemẽtia. Ipsius enim *ingenuã in loquendo libertatẽ, inuictam nec seruilem constantiã, mentem ad ardua erectã, inq; edendis (quæ de Christo erant) propheticis oraculis multã eius perspicuitatẽ repręsentans Paulus, vniuersa hæc, vnica exprimit sentẽtia, dicens: Esaias autem audet & dicit, inuentus sum ab his qui me non quęrebant: palàm apparui iis qui me nõ interrogabant. Multũ insuper & ex animo alienis condolebat malis. Etenim aduersus vecordẽ populi amentiam nõ solùm insurgebat, non item liberiore tantùm lingua ac sententia sublimiore, multa cum fiducia loquendi denunciabat quæ eos apprehensurę essent afflictiones: sed & quum illi variis casibus vrgerẽtur, nihil minus atq; illi, qui inciderant, dolebat & mordicus cruciabatur, immò præ iis qui ab hostibus intercipiebãtur, tantò amariùs lugebat. Etenim apud omnes (vt ita loquar) prophetas ac sanctos ea inualuit consuetudo, vt propensam illã erga liberos patrum indulgentiam pio quodã erga subditos texerint affectu, & naturæ tyrãnidem vehementia amoris *deuicerint. Nemo enim, nemo vnquam tanto beneuolentię studio in liberos suos exarsit, vt hi qui cũ luctuosis lamentis votis expetebant pro subditis mortẽ oppetere, querulo ploratu testantes animi dolorem, deũ implorantes pro malè affectis, quibus accommodabant se communicantes eorum malis. Deniq; nihil non faciebant & patiebantur, quò illos ab ira cœlesti & malorũ impendẽtium incursione eximerent. Etenim deligendo principi nihil tam idoneũ atq; accommodũ, vt est anima amans sapientiæ, & quæ nouerit lugere cum lugentibus. Istius virtutis gratia deus eximium illum Moysem conscendere fecit thronũ publicæ administrationis, quòd is operum magnitudine priùs declarasset suam erga populũ propensissimam dilectionem. Post hæc reuersus est Moyses ad dominũ & dixit: Obsecro domine, peccauit populus hic peccatum magnum. Et nunc si dimittis eis peccatũ, dimitte: sin autem, dele me de libro, quem scripsisti. Quin etiam hic Esaias quũ alioqui cerneret se ab illis perditum iri, dicebat: Dimittite me, amarè flebo. Ne cõtendatis, vt consolemini me, super contritione filiæ gentis meæ. Sed & Hieremias deiecta in humũ ciuitate, lamentationes cõposuit prolixas admodum. Ezechiel etiamnum cum aliis vnà profectus est in captiuitatem & alienã regionem, inhabitaturũ se existimabat tolerabilius propria, cò maximè, vt ad subleuandã calamitatem cõcaptiuorum adesset afflictis, aliorumq; negocia legitimè dispo neret ac moderaretur. Daniel insuper pro impetrando horum ascensu, diebus viginti atq; adeò pluribus iciunus perseuerauit: ad id quoq; exorandum, studiũ omne exhibebat supplicans deo, vt eos expediret à tam amara seruitute. Sed & singulos quosque sanctorũ, merito virtutis istius palàm est illustres euasisse ac celebres. Ad eũdem modum & Dauid quũ videret illam insignem vindictam à deo immissam atrociter grassari in populum, eam plagam inuitabat aduersum se, dicẽs: Ego qui pastor sum, peccaui: & ego qui pastor sum, iniquè egi. Et hi qui grex sunt, quid fecerunt? Fiat manus tua contra me, & in domũ patris mei. Abraham patriarcha longè quum alienus esset & abhorrens à flagitiosa nequitia Sodomorum, nec quicquam haberet cõmune cum illis malis quæ Sodomitas erãt *apprehensura, quasi in mediis illorum calamitatibus consisteret, sic obtestabatur & orabat deum, & neque ab oratione fuerat desiturus, nihil non faciens ac dicens, vt immane illud incendium fuerit repressurus, nisi deus se ab eo illinc propriuisset. In nouo testamẽto vberius specimẽ istius virtutis ediderunt sancti, nimirũ perfruiti pleniore gratia & ad lõgè prolixiora certamina vocati. Ob hoc & Petrus quum à Christo audiisset, quia diuitib⁹ introitus in cœlũ summa cũ difficultate patet, angebatur animo & intremiscebat, & percunctatus est: Quis igitur potest saluus esse? etiam si is pro his quæ se contingerent, confirmarat animum. Neque enim illi quæ sua essent, obseruabant: sed eorum satagebant quæ ad salutẽ spectabant orbis vniuersi. Quin & Paulus per omneis nobis indicat epistolas eandem prorsus solicitudinẽ sibi non defuisse, qui ne Christum quidẽ sustinebat videre, præ salute hominum, sic dicens: Dissolui & esse cum Christo, melius: permanere verò in carne, necessarium magis, propter vos. Talem nobis scribendi formulam conseruat propheta hic, tum multa cum libertate sententias dei pronunciando, tum increpando peccatores, proq; iis iugiter deum deprecãdo, & per sermones multæ admodum prolixitudinis docet deum aduersus eos irritatum, quod videre est potissimũ sub finem totius prophetiæ. Non inutile fuerit hactenus sumpsisse nostræ enarrationis exordium ab hisce proœmiis.*

*ἀρξαὸς τῶν προοιμίων.

Finis posterioris proœmij.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI archiepiscopi Constantinopolitani Enarratio in Esaiam Prophetam, Godefrido Tilmãno Cartusiæ Parisiensis monacho Interprete.

VISIO, quam vidit Esaias. Visionẽ vocat prophetiam, siue quia per ipsam non pauca videret eorum quæ essent euentura: quemadmodum Michæas populũ vidit dispersum. Ezechiel item captiuitatem est intuitus, eorũ quoque præuaricationẽ qui procidentes adorabãt Solem & *Thamuzen. Aut certè vt auditio prophetis à deo exhibita, nihil obtineret momenti minus à visione: sed perinde plenam fidem faceret, id quod nulli contingit eorum qui addicti sunt seculi istius curis. Quòd enim hi audiebant, secus ac reliqui hominum, eò dicit: Addidit mihi aurẽ ad audiendũ. Sermonem proinde efficit dignum, cui fides habeatur, confirmans esse visionem. Et animũ excitat auditoris, transmittẽs ad eum qui res vidẽdas exhibuit. Mos enim fuit in vniuersum iis qui accepta à deo oracula in alios transmittũt & euulgãt, primo loco ea constituere, nequid viderentur suopte ingenio loqui: sed quia, quæ à se dicerentur, diuina essent

Cap. 1.

Ezechiel. 8. plangentes *תחמון *Adonidem siue Solem.*

Esa. 50. b.

Κανὼν dicendæ prophetiæ vis.

quædam

quædã oracula ac literæ è cœlis delatę. Ad hanc scribẽdi formulam dicebat eximius Dauid: Lingua mea, calamus scribæ velociter scribentis. Atqui nolim existimes hasce literas esse, quæ calamo scriptorio exarantur: sed adscribendas ei dexteræ quæ mentẽ prophetæ occupabat, hoc est, nõ linguæ ipsius Dauid assignãdas, sed gratiæ ipsum ad hoc promouenti. Alter rursum hoc indicans dicebat: Quia caprarius erã, sycomoros vellicãs. Hoc eò scripsit, nequis humanæ imputaret sapiẽtiæ quę à se dicerentur. At ne hoc quidẽ dicto sibi satisfecit: adiecit insuper aliud quiddam dicens: Attamen impletus sum fortitudine in spiritu domini, & iudicio, & *potẽtia. Et hos quidẽ gratia non sapientes solum, sed & fortes ac tutos efficiebat: non quidẽ solida corporis cõstitutione, sed animi propensione. Hi etenim quũ essent sermonẽ habituri ad populũ pręfidentem & temerariũ ac nescium pudoris, quique sitienter inhiabat sanguini prophetarum, totaq; animi cogitatione neces spirabat sanctorũ, meritò illis opus fuerat virtute nec mediocri, vt ne ad eorũ indicibilem impetum animis exterreren tur. Planè ob hoc dicit deus Hieremiæ: Posui te, vt columnã ferream, & vt murum æneum. Ezechieli autem, In medio scorpionũ tu habitas. Ne timeas à facie eorũ, neq; expaueſcas. Moyses insuper quo tempore mittebatur, mihi videtur eam detrectasse legationẽ non modò timore Pharaonis: sed quia populũ Iudaicum vel maximè timeret. Cũ deo quippe verba faciens, seq; professus barbaræ esse linguæ multa cũ sedulitate discere cupiebat, quid sibi esset dicendũ apud minimè credituros, qp à deo legatus aduenisset, & eius legationis causa signorum edendorũ accepisset gratiã ad executionem diuini consilij. Neq; id iniuria factũ est. Si enim vnus ipsum tantopere timuisset Pharaonẽ, ad hæc beneficio etiamnum affectus: quo nõ timore percelli conueniebat secũ cogitantẽ, quàm esset populus ille turbulentus & incõditæ vitæ. Ob hoc sapiẽtiæ spiritum nec solum accepit, sed & virtutis. Proinde dicebat: Impletus sum fortitudine in spiritu domini & iudicio & virtute. Porrò alter rursum, verbum dei factũ est ad Hieremiam filium *Chelciæ. Alius item, Assumptio Niniue. Et, Liber visionis Naum, filij *Helkesæi. Quin hic Esaias altero quidem verbo, sed idem cum priùs inductis declarat, nẽpe detẽtionem siue acceptionẽ spiritus λῆμμα assumptionem vocans. Is enim quum à spiritu assumeretur, hoc nomine significabat efficacẽ illam vim gratiæ sibi impartitæ. Eandem ob causam & Paulus per omnes sparsim epistolas interserit nomenclaturam Apostolatus. Quod prophetæ faciebant, dicendo, Visio, sermo, assumptio, verbũ: hoc ipsum & Paulus efficit nomine Apostolatus. Quemadmodũ enim qui pronunciat visionem & verbum dei, is vtique nõ propria effert: itidem qui se vocat apostolũ, non ea docet quæ commẽtus est, & excogitauit, sed quæ iussit is *qui mittit. Apostoli enim dignitas ex proprio nihil inferre debet, eoq; dicebat & Christus: Ne vocaueritis magistrũ super terram. Vnus enim magister est vester, qui in cœlis est, declarãs quia fons omnis atq; origo dogmatum nostrorũ radicem è supernis sortita est, nempe ab ipso cœlorum domino, etiãsi inseruiant homines enunciandis sermonibus. *Quam vidit Esaias.* Prophetæ quæ sanè viderunt, quónam pacto viderint, nõ nostræ est facultatis exprimere. Modũ enim visionis eiusmodi nemini possibile est edisserere, præterquã ei & soli qui doctrice experiẽtia perspicuè didicit. Plerunq; enim ne naturæ quidem operationes atque affectus vnus aliquis repræsentare

Psal. 44.

Amos 7. d.

**δυνα-στείας.*

Cap. 1. d.

Cap. 1. c.

**χελκίου lege Helciæ*

portio domini

*חלקיהו *lege, Elcesæi.*

אלקשי Dei fœnerator.

τῆς ἀποστολῆς.

**ὁ ἀποστέλλων lege ὁ ἀποστέλλων.*

γνώμης.

A queat, multò magis nec modum quo spiritus sanctus suas actiones efficaciter moderatur. Quòd si eum, qui vsus sit similitudinibus per se obscuris & incertis, oportet audacẽ esse non quidem vt rem propositã dilucidè repręsentet: sed vt sub inuolucro sermonis nonnullam præbeat occasionẽ veritatis eliciendæ, crediderim hoc ipsum factum esse à prophetis. Verbi enim gratia, Natura aquarum, quæ illimes sint ac puræ, si Solis radios exceperit, mox illustrabitur & splendescet: sic & animæ prophetarũ qualicunq; sua ipsorum probitate primùm expurgatæ ad susceptionẽ doni spiritus sancti & splendore illo irradiatæ, dignæ sic efficiuntur & idoneæ ad accipiendam futurorũ cognitionem. *filius Amos.* Cuius rei insinuandæ gratia cõmeminit & patris: Aut causa tollẽdæ æquiuocationis, aut certè, vt doceamur quia vilitas paterni generis nulla ex parte obscurat filij virtutem, neque nobilitas censetur eo, quòd è magnatum sanguine sis prognatus: sed si ipse efficiaris magnus. Hic quippe ignobili patre progenitus cęteris omnibus illustrior euasit. *Quam vidit *contra Iudæam & contra Hierusalẽ.* Quamobrẽ seorsim & distinctè vtriusq; regionis commeminit? Quandoquidẽ vtriq; supplicia infligi debuerunt diuisim & discretis temporibus, deo id sapienter dispensante, quò minus totã semel disperderet gẽtem: sed sensim & per partes, vt eorũ contemplatione qui in captiuitatem vindicem peccatorum abrepti erãt, reliqui fierent moderatiores ac resipiscerent. Medicamẽto autem hoc eis exhibito vt nõ fuerint opportunè vsi & præterquàm conueniebat: nõ statim ea culpa in medicum reiicienda est, sed ascribenda imprudentiæ ægrotantium. Nullo non tẽpore facit hoc deus, & per singulas quasq; generationes, non simul omnes qui eodẽ peccati genere deliquerint, simul etiã plectit. Ita enim genus omne nostrum rursus in extremam cladem præriperetur. Sed ab his quidem pœnã exigit hic, illic iisdẽ leuiorem apparans cruciatum. Quinetiam his qui per ętatem simul adoleuerunt, maximã priùs reseruans occasionem, vt in melius permutentur: si quidẽ nihil suomet studio ac sedulitate, non item contẽplatione diuinę dispensationis voluerint quæstum vllum facere, horum pœnam reseruat in illum inexcitabilem ac tremendum iudicij diem. *In regno Oziæ, & Ioathan, & Achaz & Ezechiæ qui regnauerunt in Iudæa.* Vtiliter addit & tẽpus, auditorem studij laborisq; patientem transmittens ad eorum, quę gesta sunt, historiã. Ita enim prophetia facilius multò intelligetur, si didicerimus quo pacto res se habuerint, quo item modo Iudæis calamitatibus oppressis prophetæ remedia concinnarunt. *Audi cœlum & auribus percipe terra, quia dominus loquutus est.* Hoc proœmium multa admodum redundat indignatione. Nisi enim hic indignationis motus vehemens fuisset nec explicabilis sermone: vtique hominibus præter decorum omissis, sermonem non detorsisset ad elementa. Sanè id facit, non vt vehementiam iræ declaret tantùm, sed vt ipsos qui audituri essent, per multam acrimoniam sermonis conuerteret, ostendens, quia homines ratione cohonestati multò peius afficiuntur elemẽtis ipsis nullo sensu suapte naturâ præditis. Porrò mos hic cæteris etiam prophetis familiaris fuit, vt curent faciendum. Eam ob rem, missus ad Hieroboam propheta, omisso rege ad quem mittebatur, scitè admodum sermonem ad altare conuertebat. Et Hieremias terram ipsam advocabat dicens, Terra, terra, terra scribe virum hunc, virum excommunicatum siue electicium. Alius rursum dicebat, Audite conualles, fundamenta terræ,

Confirmatio τῆ ὁμοίᾳ.

**Hiero. tẽpore pro τῷ habẽt 70. πόδε. Aldus consentit. Quæstio. Solutio.*

3. Reg. 13. d. Hiere. 22. g.

ἄσωλος ἐκκήρυτος.

filios genui. Non commune illud in omne hominũ genus collatum beneficiũ opponit ipsis, cuiusmodi erat, quòd essent geniti: sed insigne quoddã ac præcipuum, nẽpe quia in filios adoptati essent. Deus enim nullo nõ loco scripturę à beneficentia in nos collata suum orditur sermonem. Verbi gratia, initio statim orbis conditi hominẽ non eatenus factum, sed formaturus hoc honore dignatus est, dicens: faciamus hominem ad imaginem nostram & ad similitudinem. Ad hæc, in nouo testamento ampliore nos affecit beneficio. Quum enim nihildum essemus operati, immò veriùs mala innumera cõmisissemus, nos honorauit lauacro regeneratio-
γνάμη. nis. Ita & hîc videre liceat. Nec enim eos solũ qui probè vixerũt, honorauit adoptione filiorum: sed & misc-
κατάρ. rè in peccata prolapsos. Nec verò, vbi quempiã honore affecit ante susceptos labores, ab exitu laborum spoliat impertito semel honore, immò tunc cumulatiora rependit præmia exhausti agonis. *Et exaltaui.* Quæ in Aegypto, quę in deserto, quæ in Palæstina gesserit, vno verbo cursim cõplexus est. Mos enim hic deo est propter exuberantem in nos copiam beneficiorũ, non sensim & per partes immorari eorũ enarrationi quæ facta sunt, *Ipsi autem me spreuerunt.* Transgressi sunt, ait, legem meam, mandata dereliquerunt. *Cognouit bos possessorem*
συγκρίσις *suum & asinus præsepe domini sui.* Comparationes accusationem exaggerant, præsertim quum constiterint rerũ aut personarum inæqualitate, quemadmodum & dicit
Matt.12.c. Christus, Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabũt eam. Rursus, Regina austri surget in iudicio & condemnabit generationem hanc, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Sa-
Hiere.2.c. lomonis. Rursus Hieremias, Transite ad insulas Chetim, & videte in Cedar. Mittite & cognoscite, si mutabunt gentes deos suos: populus autẽ meus mutauit gloriam suam, qua de re nihil profuerit eis. Docet legis sanctionem æquo animo tolerari debere nec inuisam videri: ostendit insuper quantũ moderationis repetat ab hominibus, quando id ipsum vel brutis in procliui est rectè exequi. Addo etiam, facile est iis quę minus (quàm bruta) habent cognitionis. Dixerit quispiam, quia naturæ ductu habent cognitionem talium. Quę igitur ab illis perficiuntur doctricæ natura, à nobis fieri possunt cum assensu liberæ voluntatis. Cognouit bos possessorem. Non quod ij vllo excellant dono, in medium adducit, immò potius, propter insignem Iudæorum maliciam exauget reprehensionem. Quemadmodum enim vt discerent suppudescere, citat elementa: sic è diuerso non iam hominibus eos comparat, sed brutis ipsis: immò his, qui inter bruta maximè sunt expertia intelligẽtiæ, proinde illis etiã peiores esse ostendit. Idem facit &
Hiere.8.c. *Prou.6.a.* Hieremias, turturem & hirundinem in medium adducens. Salomon etiam nunc quidem ad formicam, nunc verò ad apiculã remittit transigentem vitam per ociũ.

Israel autem me non cognouit. Vehemens maliciæ accessio, quando domesticè ac familiariter noti, tot insuper cumulati honoribus repente omnes, ceu transfugę ad explendã maliciam secesserint vltronei. Nõ dixit Iacob, sed Israël, vt ostenderet filiorũ ingratitudinẽ esse multò superiorem virtute sui progenitoris. Is enim animi
Iacob cur dictus Israel. virtute benedictionẽ est assecutus, per quã appellationem hãc promeruit: isti verò eã prodiderunt per legis transgressionẽ. *Et populus meus me nõ intellexit.* Me, ait, qui Sole ipso illustrior sum magisq; cõspicuus. *Væ genti peccatrici.* Hic quoq; mos fuit prophetis, vt insanabili maliciæ morbo laborãtes luctu prosequerẽtur. Sic & Hieremias multis in locis legitur fecisse: itidẽ & Christus, vt quum dicit, Væ tibi Corozaim, væ tibi Beth-saïda. Hæc siquidem dicendi ratio, species vna est doctrinæ. Quẽ enim reformare non potuit sermo, hunc plerunq; luctus emendauit. *Populo peccatis pleno.* Alia hæc est obiurgationis additio, quæ omnes tangit etiã cum vehementia acrimoniæ. *Semini nequam.* Vtiq; non natiuam ipsorum originem traducit, sed ostẽdit ab ætate prima eos fuisse malos: sicuti & Ioãnes Baptista dicit: Serpentes, genimina viperarũ. Hæc increpatio nihil probri aut dedecoris infert naturæ. Neque enim subiecisset, facite igitur fructus dignos pœnitẽtiæ, tales si natura fuissent, & ab ipsa mox natiuitate. Ad hanc dicendi formulã etiam hîc, dum dicit: Semini nequam. Nõ notam vllam infamiæ adfert naticiæ illorum origini. *filiis sceleratis.*

Non dixit παροξύνομοι Hoc est, nõ vobis væ qui prętergressi estis legẽ sed ἄνομοι hoc est, qui nihilo melius vos
B geritis, atq; hi qui nullã aliquando legẽ acceperũt. Indicat præterea liberæ voluntatis excellentiam. *Dereliquistis dominum & ad iracundiam prouocastis.* Signatè dixit hoc. Idoneè enim sufficiebat dei nomen ad maiorem acrimoniam reprehẽsionis, qua de re cum iisdem & Hieremias expostulat dicens, quia ab eo defecerũt & dæmonibus adhæserunt. *Sanctum Israel.* Et hoc facit ad vituperationis amplificationem. Nam quum sit vniuersorũ *Notus in Iu-*
communis dominus, ipsis tamen peculiariter innotuerat tunc. *Abalienati sunt retrorsum. Quid vltrà percutiemini ad-* *dæa deus.*
dentes legis præuaricationem? Maxima condemnatio, quòd *Ald. habet* nihilo fiũt meliores per cruciatus & irrogata supplicia. τίτι.

Est igitur species quædam beneficentiæ delinquentem punire. Neque enim dicere possint quia honore solum ac beneficentia multa affecit, peccatores autem dimittebat, immò verò ad se pertrahebat impẽso honore, si-
C mul & incusso timore suppliciorum eos moderatiores reddebat. Porrò illi inter vtraq; incurabili animę morbo perstiterunt insanabiles. Omnem illis adhibuit speciem medicationis, secans, vrens. Atqui morbus ne sic quidem cessit: quod argumento est, illos vicio immedicabili laborasse, quippe quod nullam admittere posset curam. *Omne caput ad dolorem, & omne cor ad trifficiam. A pe-*
dibus vsque ad caput non est in eo sanitas, neque vulnus, neque liuor
siue vibex, neque plaga tumens. Deinde pœnas suppliciáque edisserit. Non enim species hæc munificentiæ inferior est honore in eos collato. Ait enim, Nemo fuit, quem non afflixerim, cui non iniecerim mœrorem. Si caput omne morbo lãguorève laborat: quî fieri potest, vt nullum sit vulnus, nõ item vibex aut cicatrix? Vulnus tunc conspicitur esse vulnus, quum partes reliquæ corporis incolumes sunt. Quòd si totum exulceratum fuerit, nõ iam apparere potest vlcus vllum. Vult igitur palàm fa-
D cere, quia corpus omni ex parte squalleret vlceribus. non item, quòd pars hæc sana esset, illa verò sæuo vlcere intumesceret: sed vniuersum redundaret inflãmatione pituitæ, singulæ partes vnus vibex siue cicatrix.

Solutio. ἐξωλιτὸς, *lege* ἐξαλιτὸς *ab* ἐξαλεῖν

Non est malagma apponere. Hoc priore grauius. Morbo enim quopiã laborare non tanti est periculi, vt est ęgrotum nullis modis curari posse: præsertim quum talis adfuerit medicus. *Neque oleum, neque alligaturas.* Vt dilucidiorem redderet sermonẽ, perstitit in assumpta semel metaphora. Hoc enim propriè translationi competit.

Terra vestra deserta. Hæc non vt iam facta denunciat: sed quasi futura prædicit. Cõsuetudine hac denunciandi vti sunt prophetæ, pariter cõsulentes sibi timore auditoris, & vim sibi cõpertæ veritatis in apertam lucem exerentes. Vt enim quæ præterierunt, fieri non potest,

quin

quin sint facta: sic quæ à prophetis assutura semel dicta fuerint, fieri nō potest quin olim contingant, præterquā si qui fuerant plectendi, hos pœniteat commissorum. *Ciuitates vestræ succensæ igni.* Nō enim eas est prorsum demolitus, sed reliquias quasdam barbarici illius incendij supersesse in hoc permisit, vt vel melius ad aspectū venirent cōtentium. *Regionem vestram coram vobis alieni deuorant: & desolata est, subuersa à populis alienis.* Calamitatem cumulat, quum spectatores ipsi fuerint propriæ aduersitatis, nec solo auditu eam didicerint. *Derelinquetur filia Sion, sicut tentorium in vinea, & sicut tugurium in cucumerario.* Magnum quiddam in se continent istæ similitudines, id maximè in sacra scriptura ad eorum quæ dicuntur, dilatationem. Hierusalem verò filiam vocat Sionis, quòd ei monti subiecta sit. *Quasi tabernaculum in vinea, & quasi tugurium in cucumerario.* Sublato enim fructu, cultoribusq; summotis, superflua deinceps fuerit structura ciuitatis. *Sicut ciuitas quæ obsidetur.* Sanè hoc inuoluero ac sermonis obscuritate innuit eorum & infirmitatem & derelictionem. Quū enim nemo adfuerit qui auxilietur: tunc necesse sit eos concludi. quippe qui solam sui tuitionem expectant à mœnium ambitu ac soliditate. צבאות χυρίου. *Et nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus: & quasi Gomorrha similes essemus.* Mos is semper fuit prophetis non illa solùm prædicere quæ passuri essent grauia delinquentes, sed & quæ digni erant perpeti: vt ipso in tempore supplicij, multam gratiarum actionem nossent rependere deo, quòd non pro demerito delictorum luant pœnas, sed multò minores. Sanè hoc submonet etiam loco præsenti, quia peccata quidem eorum non iam dictas pœnas, sed generis totius internecionem reposcebant, vniuersæq; gentis exterminium, quæ & Sodomitis contigerunt. Dei autem erga homines clementia non hoc permisit fieri, multo præ grauitate peccati minorem pœnam irrogans. Quum enim veteris testamenti multa sit cognatio ad nouum, vtique etiam hoc meritò cōtentus est dicere Paulus, quin & propheta dixit suæ ætati conuenientius. Quemadmodum enim illo in tempore, nisi multa admodum fuisset dei misericordia, omnes abrepti ad pœnam fuissent: itidem & tempore aduentus Christi, nisi quę erant diuinæ erga nos gratiæ inclaruissent, vtique omnes perpessi fuissent illis atrociora. Nisi dereliquisset nobis semen, eos innuit, qui ex captiuitate seruati redierunt. *Audite verbum domini principes Sodomorum, attendite legem dei nostri populus Gomorrhæ.* Quando dixit illos esse dignos qui iisdem ac Sodomitæ, plecterentur cruciatibus ostēdit, quia ausi essent eadem atque illi perpetrare flagitia. Et eò à cōmuni appellatione ipsos nominat. Nisi enim hoc esset, intempestiuè fuisset loquutus propheta. Quòd enim præsenti loco non in Sodomitas illos inuehitur, sed aduersus Iudæos intendit obiurgationem hanc, eos sic appellans cōmunione nominis: quæ post hæc illi dicuntur, declarant. Sacrificiorum enim commeminit, oblationum item, & alterius cultus lege præscripti, cuius ne vestigium quidē erat inuenire apud Sodomitas. Lex dei nostri est argumento. Ait: *Ad quid mihi multitudo victimarum vestrarum? dicit dominus: Plenus sum holocaustis arietum: & adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo.* Psalmus quadragesimus nonus per omnia loco huic est assimilis: Verbis quidem aliis, sententiis verò eisdem contexitur. Itaque quod in psalmo illo legis, Psal.49.a Psal.49.c Aduocabit cœlum desursum, & terram discernere populum suum, ex æquo respondet huic, Audi cœlum & auribus percipe terra: quia dominus loquutus est. Et

A consimilis sententiæ sequentia. Etenim sicut ait Dauid, Non in sacrificiis tuis arguam te, holocaustomata autem tua in conspectu meo sunt semper. Sic & ait Esaias, Ad quid mihi multitudo victimarum vestrarum? Dicit dominus. Et quidem Dauid rursus, Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos: Esaias autem Holocaustomata arietū & adipem agnorum & sanguinem taurorum & hircorum nolo. Nam quum perpetuò coarguerentur quod obambularent in atrio domini destituti virtute, pro sua & maxima purgatione, victimas iugiter proponebant eas consecrantes: Iure optimo vterque propheta, veriùs alij omnes ab hoc colore suæ excusationis eos eiiciunt. Quare omnino ea victimæ non sunt principio institutæ: sed ita vt essent ratio quædam instituendi Iudæos, & illinc auocandi ad aliam conuersationem. Illi verò quum se totos occuparent in istis ceremonialibus, neglectis interim quæ vrgebant necessariò, Dixit deus se deinceps eiusmodi ceremonias legis non admittere. *Neque veneritis (ait) vt appareatis mihi: si accesseritis ad templum meum. Quis enim quæsiuit hæc de manibus vestris?* Et quidem totus ille libellus qui Leuiticus dicitur de iisdem hostiis cōscriptus est, de his sedulò sanciens. Rursus in Deuteronomio, in aliis item plerisque locis de his interspersæ leges sunt. Quo igitur sensu hîc ait, Quis quæsiuit hæc de manibus vestris? Vt discas, quòd illa voluntas dei non fuerit principalis aut prægrediens: sed ab illorum infirmitate sumpsit exordium quæ de his est, legislatio. Quemadmodum enim mulierem semel viro coniunctam nolebat ab eius communione diuelli, cupiens tamen grauiora mala excidere: nimirum, ne dum cauet interdicto viris à se eam excludere, huc necessitatis adigantur, vt inuisas ac domi existentes iugulent: quod minus erat malum, ob hoc fieri permisit: ita sanè & hîc. C Interdicto cauit, ne victimas immolarent dæmonibus: eas tamen passus est sibi offerri, vt quod cupiebat, rectà proueheret ac perficeret. Quod ipsum sanè Michæas propheta indicans ait, Nunquid victimas aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta? dicit dominus. Ait & Hieremias, Non sunt hæc quæ mandaui patribus vestris. Quum enim dæmonibus cultura esset eatenus ritu eodem exhibita, quo & ipse colebatur deus, nequa vel vna occasio perditionis illinc deriuata relinqueretur infirmioribus, citra vllam intermissionem per prophetas omnes denunciat hæc. Siquidem illi propter oblata adeò non indignabantur, vt etiam continuò carnium vsturam ac fumum repeterent, dicentes, quòd præmia hæc nostris vigiliis ac labore digna obtinuimus: Deus autem ne initio quidem petiuit sibi talia offerri: quo etiam tempore iussit, ostendit quia non volens id permitteret, at ne quidem sua sponte solùm, sed & velociter se demoliturū eos sacrificandi ritus innuit. Cumq; sacrificarent, per omnia semel declarabat hoc se non tanti facere, nec accepta habere, quòd hic colendi modus longè esset infra dignitatem suæ maiestatis. *Calcare atrium meum non apponetis.* Aut imminentem captiuitatem prædicit, aut certè interdicit eis aditu templi, ex quo consuessent ingredi non cum animi rectitudine. *Si offeratis mihi similaginem, vanum.* Mandatorum enim hæc quidem propter se fiebant, illa verò alias ob causas iubebantur, vt fierent, sicuti est hoc, deum nouisse, ne homicidium committerent, ne adulterarentur. & quæcunque talia, per legem sanciebantur propter vtilitatem ex eorum obseruatione prodeuntem. Atqui immolatio, incensi oblatio, obseruatio Sabbathi, &

ἄκλυε legε ἀὐλῆς.

Quæstio. *Solutio.*

πεσυγάμενον Ἑλληνικόν.

D

quæcunque

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæcunque eiusmodi è regione sunt, non, vt hæc ipsa simplici quadam ratione fierent: quin potius, vt per horum assiduam commentationem curamq; abducerentur à cultu dæmonum. Isti igitur, quum hæc quidē perficerent, nihil autem lucri è suis laboribus, nihil commodi referrent, sed adhuc dæmonum culturæ acquiescerent, per hæc iure optimo eiiciuntur. Enimuerò arborem meritò quis excidat, quæ quidem folia habeat & surculos, fructum autem nullum. Etenim agricolæ cura omnis est circa plantam, non propter corticem, & truncum siue caudicem: sed vt perfruatur fructu. *Incensum, abominatio mihi est.* Vides, quia minimè se oblectaret naturâ eorum quæ illi offerebantur, sed alacrem ac propensam voluntatē obseruabat offerentium. Hac sanè gratia, fumum quidem illum nidoremq; ex hostia Noë expirantem vocauit odorem suauitatis: hoc verò Iudæorū incensum sibi esse dicit abominationē. Quod enim dicebam, non sacrificium deo oblatum sed affectum explorat offerētium. *Neomenias vestras & Sabbatha.*

A simili βεβαιώσις. *Genes.8.d*

Obseruandum, quia nihil excludit, nihil aufert ex lege, eorum quæ proforent ad salutem: sed quæ Christus etiamnum aduenies ad nihilū redegit. Quapropter & Paulus acriore vsus sermone, dum aduersus Iudæos pugnaret: non hæc solùm, sed & alia non paulò plura his proponens, eos qui ex sese nihil virtutis ostenderent, nihil illinc lucri referre omnino posse professus est, sic dicens: Si autem tu Iudæus cognominaris & acquiescis legi, & gloriaris in deo, & nosti voluntatē eius, & probas vtiliora instructus per legem. Rursus idem, Circuncisio quidem prodest, si legem feceris: si fueris transgressor legis, circuncisio tua facta est præpucium. Immò ne ob id quidem quòd eis cōcredita sit lex, dixit ex ea fide ipsos quicquam vtilitatis referre posse, ex quo increduli fuerunt, id quod variè insinuans dicebat Dauid, Peccatori autē dixit deus, Vt quid tu enarras iustificationes meas? Nam quando isti huc illuc se cōferentes magnopere gloriabantur, sibiq; placebant audito legis nomine, operibus legis vacui, hinc Paulus hanc illis gloriationem ademit dicens: Itaque qui alium doces, teipsum non doces? Et, qui prædicas nō furandum, furaris? Nec secus Dauid dicit, Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. *Et diem magnum nō iam volo.* Pentecosten dicit, Scenopegiā, Pascha, ac reliquas celebritates. Ieiunium & vacationem ab opere. *Et festiuitates vestras odit anima mea.* Hominū more ipsos alloquitur. *Facti estis mihi ad satietatem.* ad saturitatem, ad odium. Plane hoc indicat inexplicabilem dei longanimitatem, quòd sæpenumero peccantes pertulerit, nec priùs peregerit reos, quàm ij qui deliquerant, propter malignitatis exuperantiam euocarentur. *Non amplius remittam peccata vestra.* In posterum non ero erga vos longanimis. Cōcinit huic, quod à Dauide dictū est, Hæc fecisti & tacui. *Cum extenderitis manus vestras ad me, auertam oculos meos à vobis: etsi multiplicaueritis deprecationem, non exaudiam.* Per hoc liquet nullam esse orationis vtilitatem, quālibet in longū extendatur: quando is qui orat, obstinatè acquiescit peccatis. Nihil enim virtuti par est, simul & voci quæ operibus respondeat. *Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Hoc est homicidæ. Atqui non dixit φονικάς, id est, quę homicidia cōmiserunt, sed πλήρεις plenæ, indicans quia meditato & assiduè ad id peccati se exercebant. Vt nusquam non vtitur amplificatione? Proinde est & hoc moderatæ cuiusdam placabilitatis, quando is qui interminatur pœnam, rationē reddit suæ comminationis. Causas enim ponit quę faciunt, vt non iam admittat orationem. *Lauamini, mundi estote.* Quum dixerit, Non amplius dimittam peccata vestra, quinam fit, vt idem det consilium: & cum ostenderit eos immedicabiliter ægrescere, inducit alioqui correctionē: Mos hic deo est, vt comminationes intentans, deneget salutem: quod eò facit, vt exaugeat timorem, neq; ob id, suū sermonem dissoluat: vtq; spem proroget atq; intendat meliorem, hac etiam ratione ad pœnitentiā rursus adducat. Atque nullo non loco scripturæ videat quis hoc fieri. Et quidem in Niniuitis non per verba sed rebus ipsis fecit hoc. In sermonibus enim nihil benignitatis aut clementiæ pollicetur: sed comminando nudam iacere sinit intentatam pœnam. Ex quo barbari omnes illi quæ sua interesse nossent, opere demōstrarunt: quare & ocyus iram dissoluit. Sic & rursus in psalmo Dauid. Anticipaui enim dicere, quia hoc prorsus & in vniuersum simile esset Proœmio. Nam quemadmodum ait hic, Lauamini, mūdi estote, intentatis priùs minis: ita & ille simulatq; dixit, Arguam te & statuam contra faciem tuam iniquitates tuas, intulit: Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam eis salutare dei. Laudationem dicens eam, insinuat glorificationem dei quæ per opera fit atq; scientiam, qua ad ipsum contendimus. Ne autem existimarent præcipi expiationes eatenus illis cōsuetas, audito hoc, Lauamini, mūdi estote, subiecit: *Auferte maliciam ab animabus vestris, à conspectu oculorum meorum: cessate à nequitiis vestris.* Facilitatem ostendit virtutis, veramq; libertatem, & quia in eorum potestate situm erat, vt imitarentur. *Discite bonum facere.* Vsque adeò per immodicam maliciam, virtutis cognitionem à se excusserant, quemadmodum ait propheta Dauid, Venite filij, audite me: Timorem domini docebo vos. *Psal.33.b.* omni enim specie cognitionis hæc vna sciētia superior est, & quæ pleniori eget studio, quantò plura habet quæ eam interpellent, impedimenta, puta naturæ tyrannidem, lentorem ignauiamq; liberi arbitrij, dæmonum insidias, turbam negociorum. Sanè & Baruch ad hunc loquitur modū. Hic deus noster, non reputabitur alius ad eum, Adinuenit omnem viam scientiæ. *Exquirite iudicium.* Hoc est, iniuriis affectos vlciscamini, quod sanè opus habet nō mediocri negocio, animamq; requirit peruigilem ac sobriam. Quamobrē dixit, Exquirite. Occurrunt enim permulta quę obscurent ac veluti obumbrent rectitudinem iudicij: sordidus quæstus corruptelāve per largitiones, ignoratio iuris, potentatus, obseruatio siue reuerentia, timor, obsequium cultūsve personarū. Tum vel maximè peruigilio est opus. *Liberate alienæ iniquitate oppressum.* Hoc priore plus vigilantiæ exigit. Non enim efflagitat oppressor, vt quæ iusta sunt, decernat iudex, sed vt seriùs proroget litem. *Iudicate pupillo & iustificate viduam.* Multam init rationem deus ac prouidet, ne quis malignè patiatur. Maximè verò, si qui miserè affecti altera insuper se implicuerint calamitate. Viduitas enim parentumq; orbitas, ætas pupillaris, vtrūque per se intolerabile malū. Quòd si ab aliis eludūtur aliquādo, iniuriāmve accipiunt: duplex naufragium fit. *Et venite, & disceptemus, dicit dominus.* Observandum, quia per prophetas vbicunque scripturarum, nihil sic requirit deus, vt quòd iniuriis malè affecti vindicētur. Sic sanè & alibi, vt in Michæa aduersus Iudæos dicit, Si dabo primogenita mea pro impietate mea, fructum vteri mei pro peccato animæ meæ intulit. Annūciabo tibi homo, quid sit bonū & quid dominus requirit à te, nisi vt facias iudicium & diligas misericordiam, & paratus sis ad ambulandū post dominū deum tuum.

Quæstio. *Solutio.* *Locus ex adeò* κολλώδης *Psal.33.b.* *Deut.24.a* *Micheæ.6.a*

Rursus

σκηνοπηγίαν. γνώμη. αἰτιᾶς. γνώμη. ἀπαγγέλλει lege ἀπαγγελῶ.

Psal.102 Rursus propheta Dauid dicebat, misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. *Et venite quaeso.* Mox vt iustificationibus ceu armis se præmuniuit, tunc trahit ad tribunal. Et postquam docuit quônam pacto expostulationes culpasq; à se excuterent, tunc reposcit pœnas, ne eos deprehendens defensione destitutos, condemnet. *Et disceptemus.* Iudicio contendamus, ait. *Etsi fuerint peccata vestra, sicut coccinum: quasi niuem dealbabo.* Qui disceptat iudicio, fit patronus causæ ac medetur. Deinde declarans, quia etiamsi opera laude digna conficiamus, etiam dum ipsius erga nos opus est benignitate, vt exoluamur peccatorum vinculis. Ait, Si fuerint peccata vestra, vt coccinũ: quasi niuem dealbabo. Sũptis qualitatibus inter se ex diametro pugnãtibus, pollicetur hoc ipsum in diuersum se esse permutaturũ. Si verò vt coccinum, quasi lanã dealbabo. Viduarũ dignitas ac præfectura multa pollet virtute. Siquidẽ animã adeò peccatorũ eluuie squalentem, vt excepisse videatur tincturã nequitiæ, non solũ ab omni liberat malicia: sed & splendidam reddit & cumprimis illustrem. *Etsi volueritis & exaudieritis me, bona terræ comedetis: si autem nolueritis, neque exaudieritis me, gladius deuorabit vos. Os enim domini loquutum est hæc.* Quum enim absolui à peccatis quiddam videatur istis intelligentiæ crassioris ac rudibus minùs esse desyderabile (quòd nõ sit subiectũ oculis & euidens) quàm est bonorũ vitæ præsentis fruitio: & eò, cum ipsa absolutione, etiam offert vltroneus bona hæc, & promittit. Nanq; hoc pendet ex illo. Deinde declarat, quã sit virtus obuia ac facilis, tantum si ipse velis eam excolere. Atqui ne animum remitterent spe bonorum sibi repositorum: peroratione cõuersa ad terribilium cõmemorationem, sermonẽ facit grauem ac fide dignum, eius virtute qui hæc pronunciauit. *Quo modo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion?* Hæc per dubitationẽ admiratio indicat eius, qui loquitur dolorem, & nimisquã multam in Iudæis sensuum vacuitatem: quòdque factum est, declarat præter spem contigisse. Nec dissimilia Paulus de Galatis admirabũdus ac hæsitans dicit, Admiror, quòd tam citò transferimini. Id quod ad digerendas in ordinem culpas criminâve, speciem etiam præfert exhortandi eos qui ad virtutem reuocantur. Quod hic dicitur, vt sit admiratione dignum & laudum meminerit: quanuis tamen obiectione criminum grauiorem reddit hanc reprehensionem. Non enim tanta cum acrimonia eos obiurgamus qui nullius sunt momenti, vitamq; exercent flagitiosam, vt eos qui priùs quidem visi sunt studio virtutis excoluisse vitam, tandẽ verò edidisse documenta improborum. Meretricem hic vocat, non quidem insinuans obscœnam illam corporis lasciuiam: sed malẽ gratam erga deum perfidiam, quæ tantò est grauior illa corporis prostitutione. Etenim illic homo cõtumelia afficitur: hîc verò deus per cõtemptũ non agnoscitur. facit autẽ hic idem atque alij prophetæ omnes, ex quo etiam deus sua dignatione voluit in ea ciuitate cõuersari sub virili conditione, suam ostendens inenarrabilẽ charitatem, de quo passim verba faciunt quasi de viro ac muliere. Non vt deum verbũ ad humanam crassiciem deprimerent: sed vt per res vernaculas eisq; cõsuetudine familiares, ipsos velut manuducerent ad cognitionem diuinæ erga eos dilectionis. Simul verò quia studebant eos incessere turpitudine hac appellationis, fidelis. hoc est, pietatis cultrix omniq; virtute exuberans. Per hanc igitur dictionem, nimirum palàm fit eum non loqui de scortatione corporũ, quum dixerit: Ciuitas quæ fuerat continens ac pudica. Talis

De Diaconissis intelligit q̃ prætritiduis, vt tum erat S. Olympias

γνάμη.

πόλις ἡ σώφρων.

A enim fuerat, vt se opponeret meretrici: nunc verò volens subindicare nomine meretricis, notari eius impietatem, adiecit quod ex contrario pugnat cum ipsa fide. *Plena iudicij.* hoc est, plena iusticiæ. Acerrima rursus hęc est expostulatio, non ꝙ ad maliciã vsquequaq; absolutam transfugissent: sed quia virtutẽ ipsam prorsus deseruissent, vniuersas insuper diuitias bonorum momento propè excussissent è manibus, & ad extremam malorum paupertatem essent delapsi. *In qua iustitia requieuit in ea.* demorata est, ait, habitauit & tabernaculũ fixit, hoc est; plantata est, radices egit, cum alacritate ab omnibus incolis ciuitatis cum laude directa est & perfecta. In eorum immoratur laudibus qui iusticiam priùs exercuerant, simul quidẽ exaggerans eorum reprehensionẽ: ob immutationem simul verò spem bonam illis obtendẽs atque indicans facilè fore, vt postliminiò in integrũ re-
B stituantur. *Nunc autem homicidæ.* Viricidæ, ait. *Argentum vestrum reprobum.* hoc est, peruersè signatum, illegitimum siue adulterium, insyncerum. *Caupones tui miscent vinum aqua.* Simul atque præmisit proœmium, non iuxta ipsorum speciem aut indolem, tum aperuit eorũ maliciam. nimirum quia cõtempserunt, quia semen essent nequã ac filij exleges. Videntur hæc mihi esse obiurgationis & conuicij veriùs, quàm accusationis. Quinetiam præsenti loco ipsa proponit crimina secundum cuiusque speciem. Ante omnia, quod malorum est & primum & medium & postremum. nempe philargyriam, cõgerendæ pecuniæ inexplebilem auiditatem, & quæ circa commercia contractúsve versatur, artem cauponariam. Cę- *Origen. intel-*
terum intelligentes quidã ineffabilem dei sapientiam, *ligit.*
quod hîc dictũ est, iuxta Anagogen, mysticum videlicet & ad superiora prouehentẽ sensum sunt interpreta-
C ti. Non enim (ait ille) eximius hic intelligentiaq; sublimi ornatus Esaias in redargutionem descendisset astutiæ numulariorũ & cauponum corruptelæ: sed hic (ait) argenti nomine dei eloquia insinuantur, perq; vinum intelligit doctrinam, quam turbulentè permiscebant, superaddentes suopte ingenio excogitatam doctrinam. Contrà, ego ne hanc quidẽ expositionem contempserim: alteram tamen cõfirmo esse veriorem. Non solùm enim iudico indignũ non esse, vt tantus propheta hisce de rebus exquisitè loquatur ac disceptet: sed & apprimè dignum id esse prophetæ coargutione ac benignitate erga homines dei. Ecquid opus tam multis? Vnigenitus siquidem dei filius quo tempore venit adferens secum sublimioris intelligẽtiæ doctrinã, quumq; esset inserturus mentibus nostris plantulas angelicæ conuersationis, ipse etiamnum non pauca edisseruit de mensuris, deq; his quæ esse videntur iam dictis viliora: puta de sa-
D lutationibus, intermediis contractibus, primisq; recubitibus. Hæc enim quæ in speciem videntur leuis esse γνάμη. momenti, interim neglecta, plerunq; magna exhibent incitamenta ad peccandum. Quòd si in nouo testamẽto cõueniebat hæc dirigi, multò magis in vetere. quandoquidem nubilo crassioris sensus auditores tegebantur, omnisq; vitæ eorum ratio huc rectà contendebat, vt plebs tantò magis hisce legibus instituta ab omni lõgius submoueretur iniquitate, nec vllius proximorum quicquam sibi per auariciam vendicaret, neque dolo malo institoriæ artis inopiam inferiorum ad perniciem deduceret aut attereret. His siquidẽ neglectis, plerunq; contigit ciuitates euerti, principes è soliis deiici. Bella ἀκαταστάσος
insuper citra spem vllam ineũdi fœderis promota sunt: πόλεμος
quemadmodum è diuerso, rebus iustè gestis, pax multa obuenit velut manuducens ad exercendam virtutem

per

per optimam cõstitutionem legum, & earum stabilem custodiã. *Principes tui non obediunt.* Vehemẽtissimi morbi signum est & obliquæ peruersitatis, quando ij quorum est ex officio mederi, inferunt morbos. Principum enim est licentiosam & inconditam populi rebellionem comprimere, & in officio cõtinere, vtq; ad legum formulam obsequentes reddat. Iam quando isti deprehendũtur primi in præuaricatione legum, quo nam pacto aliis esse poterunt doctores? Illud enim ἀπειθοῦσι, hoc est, ἀπείθουσι non persuadentur, non inducunt in animum vt pareant legi, non exequũtur mandata. qua de re expostulat cum istis & Paulus, Qui igitur aliũ doces, teipsum non doces? Vtique radix corrupta quum fuerit de ramis quid coniectandum est affore, quod ex vsu sit? *Participes furum.* Exaggeratio accusationis, quia adeò quę intoleranda mala sunt, non solùm non coërcent, vt etiam pro virili contendant in partem oppositam: fures enim non modò non oppugnant, sed ipsis etiam cooperantur flagitiosam maliciam exercentes ex aduerso virtutis eius quę addecet vel maximè principẽ. *Diligentes munera.* Altera hęc species est prẽter modũ grauis cõgerendi auri, quę argumentũ quidem habet plausibile & ipso aspectu pergratum, atqui prætextu istius amabilis beneuolentiæ probat tandẽ extremam delituisse auariciam. *Persequentes retributionem.* Iniuriam contumeliámve ab inimicis illatam ad memoriã reuocantes, eisq; qui se cõtristarunt, studiosè procurantes rependere vicem. Id quod insignis maliciæ est species. quamobrem multa cum sedulitate interdictum legimus non in nouo tantùm, sed & in vetere testamẽto: maliciã enim vnusquisque (ait) proximi sui ne memineritis in cordibus vestris. Maximè enim cõuenit vnũquẽque popularem esse & affabilem, multò tamen magis oportet principem purum esse & immunẽ ab hac nequitia, vt ne per inimiciciã de his qui astant iudicandi, ferat sententiam: vt ne qui portus esse debuit, fiat scopulus. *Pupillis non iudicantes.* Hoc est, minimè defendentes iura orphanorũ, vt legitimis suis facultatibus perfruantur. *Et iudiciũ viduarum non animaduertentes.* Obseruandũ est, quia non additur in hac serie, flagitij quiduis aut maleficij illum admisisse: sed q̃ non sit exequutus bonitatẽ iudicij, in ordine maliciæ reponitur. Sanè & in nouo testamento eundem in modum. Qui enim esurientem non pauisse deprehendentur, in illum emittentur gehennæ ignem, non quòd aliena rapuerint, sed q̃ suas ipsorum facultates non dispertiuerint in vsum egentium, quemadmodum sanè nunc hi etiam coarguuntur, non q̃ alienis facultatibus inhiarent, aut per potentiã opprimerent: sed quia egestosis ac pauperibus manum non porrigerent adiutricem. *Propter hoc, hæc dicit dominator dominus Sabaoth, qui præpotens est Israël.* Hoc est, qui præsidet populo. Non simpliciter apposuit dynastes, hoc est, qui imperio plurimum pollet: sed & memoriam ipsis renouat beneficiorum in eos præter omniũ spem collatorum, pœnarum etiam grauium quas sustinuerant: ex quo sæpius à rectitudine aberrantes, nec tamen minore perfruentes dei patientia, in socordiam reuoluebantur: Vult hoc docere, quia illi possibile esset, reos peragere ac persequi quãdo vult: nec expectanda illi est vlla opportunitas rei gerendæ, aut cõmoditas temporis: sed ad nutum ei propẽdent omnia, suntq; velut in procinctu adornata. *Væ qui fortes estis in Israël: nõ enim cessabit furor meus contra inimicos meos.*

Quid vtiq; istis est miserius, qui deum habent hostem sibiq; infensum? Porrò, non conquiescet, dicebat, non eò vt illos ad desperationem adduceret: sed vt timorem exaugens ad pœnitentiam inuitaret. Hanc enim particulam, Non cõquiescet furor siue indignatio, formidabiliorem reddit, magisq; terrificam, quod sequitur nempe, Contra inimicos meos. Nihil enim sic consueuit exacuere iram dei, vt iniusticia per principũ violentiam aduersus pauperes cõmissa. Væ autem fortibus, dicebat, non potentiã vllam aut principatũ traducens simpliciter: sed eam fortitudinem quę per maliciam inualescit. Hîc nãque fortitudinẽ dicit, non eam quę corporis est: sed principatũ ambitu rerumq; opulẽtia quæsitum. *Et iudiciũ faciam de inimicis meis.* De inimicis meis exigam supplicium. Inimicos suos dicit qui inimiciter abutũtur pauperibus, dum eis insultant q̃ tales sint. Eò hoc dicebat, vt nosse possis iniusticiæ istius magnitudinem. *Et inducam manum meam in te: & excoquam te igne ad purum.* Vt discas, qualis sit ira dei, & quæ ab eo irrogatur pœna. Non postulo solùm, vt mihi luant cõmeritas pœnas: sed vt eruditi supplicijs ad meliorem vitæ frugem se recipiant. Et excoquã te igne, ad purum, ait. Itaque siquando castigemur, non tunc æquum est grauatim ferre eam castigationem: sed mox vbi peccauerimus, dolendum nobis est. Peccatum quidẽ fœdam eluiem operatur, quam expurgat pœnæ inflictio. Quid illud est, Ad purgationẽ siue ad purum? Vt ne vllum sordis vestigiũ resideat peneste. Quod enim auro est ignis, hoc ignauis irrogatio pœnæ. *Inobedientes verò perdam, & auferam omnes iniquos à te, & omnes superbos humiliabo.* Qui enim (ait) insanabiliter ęgrescunt animis, neq; obsequuntur pœnis eruditi, disperibunt. Ex horũ enim vita quid emolumenti sperandum est affore, quando quãdiu viuunt, noxam inferunt & sibi & aliis? Cæterũ qui expensa in illos animaduersione, meliores fieri possunt, perstant. Mihi proinde hîc videtur subobscurè quidẽ captiuitatem insinuare. *Et præficiam iudices tuos, sicut prius: & consiliarios tuos, sicut ab initio.* Hoc loco ascensum eorum siue reditum denũciat, sublatis videlicet è medio iis qui incurabili ægritudine laborarant, & ad rectitudinẽ vitæ se recipientibus qui poterant specimen exhibere suę diligentiæ. Reliquam insuper medelæ speciem addit nec intempestiuè, videlicet administrationẽ seu præfecturam probatorũ principum & cõsiliariorum copiam qui boni sint: vt partes ciuitatis vndecunque ad pristinam redeant sanitatem, dum obsequenter paret medicamẽtis, medicinq; adsunt quàm optimi. Beneficij nec mediocris loco habendum est, si contingat nanciscì principes bonos. *Et post hæc vocaberis ciuitas iusticiæ, metropolis Sion.* Atqui nullo vnquã loco deprehendimus nomen hoc impositum esse Hierosolymorum ciuitati. Sanè hanc appellationem à rebus ipsis ei astruit: nobis verò ex vsu fuerit, siquãdo Iudæi ex nobis reposcent nominis istius Emmanuel, interpretationem. Esaias nãque confirmauit Christum hoc nomine vocatum iri, nusquam verò vocatus legitur. Nobis licuerit istis respondere, quia significatio rerũ quas gessit, erat illi hoc nomẽ impositura, quemadmodũ sanè etiam hoc loco. *Cum iudicio enim saluabitur captiuitas eius, & cum eleemosyna siue misericordia.* Cũ iudicio, hoc est cum iusticia, supplicio & vindicta de hostibus sumendis. Cum eleemosyna, hoc est, per multam erga homines benignitatẽ dei. Duo hîc pollicetur eis dona, & quidem maxima. Prius, quòd qui eos abduxerant in captiuitatem, daturi essent pœnas. Alterum, quia fuerant perfruituri prosperiore clementia temporis: quorum vnũquodque sufficiebat per se illis maximam adferre animi voluptatẽ. Iam verò vtrũque dum concurrit, indicibilis animo oboritur iucunditas, præ-

ἀπειθοῦσι. γράμμ.

γράμμε-morabilis.

ὁμοίωσις.

עִמָּנוּאֵל Nobiscum deus.

sertim quũ cupiat ostẽdere quia post lõgam captiuitatẽ, non luerint pœnam suis flagitiis dignã, & proinde sua eraserint peccata: sed per eius benignitatẽ ad patriam reducũtur, quò fit, vt eorum salus misericordiæ potius quàm retributioni asscribenda sit aut cõpensationi. Adiecit, Et cum eleemosyna. *Et conterentur iniqui & peccatores simul.* Species etiã hæc beneficij in eos collati tertia est, vt nemo supersit qui alios abducat à rectitudine & in fraudem errorémve pelliciat: sed nequitiæ magistros quàm longissimè amoliatur. *Et qui dereliquerunt dominum, *consummabuntur.* Impij ait, disperibunt. *Ideo nunc consumentur per idola sua, ob quæ ipsi voluerunt.* Equidem nonnulli dicta hæc præsenti tempori accõmodare nituntur: sed nec illos incusabimus, magis rerum tenorem cõtinuationemq; sequemur. Sunt enim hæc quæ euentura dixit ipso statim hostium ingressu. Quo siquidem tempore barbarus regionem excursionibus depopulatus est, ciuitatemq; circunsedit, omnes deniq; quasi medios haberet retibus implicitos, nemo adfuit qui suppetias ferret & vlcisceretur, nemo qui nubem illam dispelleret, quòd deseruisset eos deus: iure id quidẽ optimo. Nam ipsa rerum doctrice experientia, multa confusio aspersura eos erat qui idola colebant, ob quæ volebant, ait, circa quorum culturam studia sua collocarant. *Et erubescent in *sculptilibus suis, ob ea quæ fecerunt.* Obiurgationem ponit in ordine narrationis. Abũde enim poterat eos suppudefacere modus talis conficiundi sibi idola, etiam ante rerum exitum. Quid enim vsquam est indecorum magis & pudendum, quàm sibi deum aliquem confingere? *Et confundentur ab hortis, in quibus suam concupiscentiam expleuerunt.* Non enim statuas modò simulachráve proni venerabantur, sed & hortenses colebant arbores. *Erũt enim quasi Terebinthus quæ folia sua deiecit.* Nũ ij signantur qui ciuitatẽ incolebant? Porrò similitudinẽ arboris huius præteriit indictam, quòd planta eiusmodi vernacula illi patriæ sit admodũ & apud eos numerosa, simul quia vbi primum adolescit, floret supra modum, & vernanti coma pullulat. Eadẽ mox vt folia decusserit, extremam ostentat deformitatem. *Et sicut hortus non habens aquam.* Hæc quoq; similitudo secunda priore est dilucidior, fidemq; facit eorum quæ in priore dicta sunt. Horto enim germinante ac florulento vt nihil est iucundius: ita destituto coma virenti nihil inamœnius. Vtraq; hæc in illa metropoli fuerũt. Vt enim fuerat numerata semper inter optimè institutas ac splendore nominis claras, innumerisq; exculta ornamentis: ita demũ omnib* abiectior effecta est, præq; cęteris dedecorosior. Vsq; adeò derepente diuitias à se excussit totius sui decoris. *Et erit fortitudo eorum quasi stipula stupæ.* Priores quidem similitudines assumptæ sunt ad ingerendũ eorum animis mœrorem: hæc autẽ ad declarãdam infirmitatẽ ipsorum inducta est. Omnes verò plurimũ habent euidentię & perspicuitatis, remq; dilucidè & cum emphasi exprimunt. Quasi stipula stupæ. Hoc est, imbelles. *Et opera eorum quasi scintilla ignis.* Ostendit hîc quia in sua quique domo ac familia mala operarentur, eoq; captiuitatem sibi pepererunt. *Et fornacem succenderunt.* Quemadmodum enim scintillæ incidentes in stupam exuscitant ignem: sic horum peccata in vnum aggesta diuinam incenderunt iram. *Igne consumentur iniqui & peccatores simul, & non erit qui extinguat.* Iterum salutem denegat propter iam dictam causam: non, vt spem abiiciant suæ salutis, magis vt hac saltem ratione, crescente in eis timore à se lentorẽ inertiámve animi excutiant. Hîc prętereà aliud quiddã tacitè innuit, nempe inexpugnabilẽ esse dei potentiam, nec vllum esse qui ex aduerso se opponat, eò feriente & de peccatoribus expetente vltionem, quiq; valeat absoluere ab his quæ inuexerit malis.

Verbum, quod factũ est ad Esaiam filium Amos. Liquet hinc non vno & continenti tempore, prophetas sua edidisse oracula omnia: sed pro diuersa qualitate temporis (dum numine aspirarentur) quasdã enunciabant *incisiones, quæ tandem conscriptæ librum vnum sua omni parte absolutum perfecerunt, Eoq; sic capit exordium. Atqui non hinc modò manifestũ nobis euadet id & euidens: sed & ex his per quæ progressus, etiam tempora annotat. nunc quidem dicens annum quo ingressus est Nathan in Azotum: nunc verò, Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex, Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Non enim quemadmodum Pauli epistolæ & Euãgelia in vnũ contracta sunt, itidem & prophetiæ: sed quod priùs dixi, pro diuersa qualitate temporum conscriptæ sunt. quare & aliud hîc sumit exordiũ sui sermonis. Neque ob eam modò causam: sed & propter susceptum semel argumentũ de quo erat sermonem habiturus, maximè vt prophetiæ in suas quæque classes seponerentur, essetq; earum intelligentia sublimior. Etenim de gentium vocatione, de splendore prædicationis, de dei cognitione propaganda per vniuersum orbem, dèque pace quæ terram occupatura erat, nobis edisserit. De eiusmodi dogmatis tractaturus, Iudææ interim commeminit & Hierusalem, nec id absurdum aut nouum. Quod enim dicebatur, prophetia erat propriis nomenclaturis quadamtenus adumbrata: quanquam & Dauid psalmum conscripturus septuagesimum primum, eum inscripsit nomine Salomonis. Aliquantum enim progressus, Salomoni tribuit multo maiora quàm cõueniebat asscribere eius dignitati, veriùs autem quàm agnouerit omnis hominum generatio naturáve. Illud enim, Ante solem permanet nomen eius: Et, Ante lunam thronus eius, & quæcũque talia occurrunt, nemo eorum qui etiam vehementer delirant, fateatur dici de humana natura. Sed & Iacob. Quum nũc dicturus hæc foret Esaias, atque adeò plura his prædicit. Etenim cum gentium vocatione, mortem adiecit, resurrectionem simul & tempus quo affuturus erat. Nec tamen palàm ea euulgauit Iacob: sed sub inuolucro nũcupaturæ filij texit quæ fuerat dicturus, & ad hunc modum ea prædixit quæ euentura contemplabatur, quum Iudæ loqueretur, prout testimonio fuit rerum exitus, quas præcinuerat cum laude gesturũ esse Iudam. Neque enim Iudas expectatio fuit gentium. At ne tũc quidem tribus Iudæ illustris fuit, quando publica administratio ipsorum exoleuit ac defecit: immò isthæc omnia adueniente Christo facta sunt. Quòd si tantillum suppuderet Iudæos qui *particulam hanc prophetiæ dolo malo interpretantur, immò abrogant: maximè quidem nec difficilè reuinci possent per ea quæ dicta iam sunt, modò aliquis solerter prophetica ipsa oracula adimpleta, totamq; sententiam decenti cum attentione examinãs, dicta accommodet factis. Ex abundanti itaq; copia liceat istis oppilare *os, non per ea quæ per Christũ dicta sunt: sed ex iis quæ per ipsorum patriarchas sunt prædicta. Hoc vt manifestum fiat, pro virili connitar, ostendens multa quidẽ à prophetis dicta esse in eos qui *amb itu grassabantur ad occupãdos magistratus. Porrò ea oracula in ipsos reciderunt qui ex illis erant. Exempli gratia, simul atq; dixero historiam vnam & alteram, arbitror assequuturum me propositum scopum. Etenim quando Iacob Simeone & Leui ad se accitis, quæ ipsis

CAP. II.

Gene. 49.

Deus iudicium tuum

προφητεύουσιν legẽ, sanctionẽ, portionem.

ἀναφέρεσθαι cõsuere.

φιλόνεικος, forbitu

ἀρχὰς tribunum principes, tribunos.

προφητεύουσιν legẽ, sanctionẽ, portionem.

ἀναφέρεσθαι cõsuere.

φιλόνεικος, forbitu

ἀρχὰς tribunum principes, tribunos.

*Exemplar habet γλυφεῖς p quo Aldus κόπτοις, & pro ἐπιθυμίαν, Aldus ἐπιθυμῶν.

pro Terebintho Symmachus vertit δρῦς, quercus.

Incidentes, subaudi, τῷ συρικῷ in stupam.

προφητεύουσιν legẽ, sanctionẽ, portionem.

ἀναφέρεσθαι cõsuere.

φιλόνεικος, forbitu

ἀρχὰς tribunum principes, tribunos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

euentura essent, prædicit: sic dicebat, Simeon & Leui A fratres. Dein eorum iniquitate palàm tradu&ta & increpita iniusta cæde quam exercuerant in Sichimitas, progressus aliquantũ ait, Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël. Nemo autẽ videat hoc in Leui ac Simeone esse factum: sed in tribubus quæ ab vtroq; profectæ sunt. Etenim tribus Leuitica dispersa est, quando vnaquęq; partem ipsius tribus obtinebat decimam. Siue etiam tribus Simeonis quæ eandem propemodum dispersionem perpessa est, dum se porrexit, & sortitò extendit per vniuersas alias tribus: nec vt alia quæuis tribus, accepit sortitionẽ suæ coloniæ coünitam & inter
à patre Isaac. sese cõspirantem. Iacob insuper tot à patre acceptis benedictionibus, ne vna quidẽ perfruitus est. Ipsius enim pater illi prędixerat affuturam exuberantẽ copiam prouentus annui: quodq; Esau perpetuo dominaretur. At- B qui vix etiam huic suppetebant necessaria, suamq; familiam alebat conductícia mercede. Tantum insuper abfuit, vt dominiũ obtineret in fratrem, vt sibi etiam malè metueret ab illo & extremè periclitaretur, ac semel duntaxat magno cũ timore factus illi obuius, magnopere optabat posse fuga cõsulere suæ saluti. Ad hæc igitur quid nobis dicendũ? Quòd mendax sit prophetia?
Mos prophetis creberrimus. Absit. Immò quia mos hic est prophetis creberrimus, vt dicant quæ euentura sunt aliis subiectis personis, & interim abutantur aliorum nominibus pro aliis: id quod in Chanaan factum cernitur. Neque enim videmus illum fratribus seruiuisse, nec verò ob id inefficax fuit aut intercidit patris in illum maledictio: sed exitũ sortita est in Gabaonitis qui ex genere Chanaan prognati sunt. Etenim quod in serie execrationis illius dicebatur, erat prophetia. Tot itaq; & istius generis permulta exẽpla quum suppetãt nobis, quæ nos edoceant, quoniam C non pauca eorum quæ dicta sunt, de aliis quidẽ dicens propheta, in alios reciderunt, quódq; nominibus abusi sint prophetæ: quid mirabile videri debeat, si nũc quoque propheta nomen præferens Iudææ & Hierusalem, ad ecclesiam præludit? Ipsi enim quum sermo esset ad eos qui erga dominum ingrati, prophetas etiam neci contraderent, exurerent eorum libros, altaria suffoderent: meritò velamen ipsis imponebatur in lectione veteris testamenti, iuxta beatum Paulum. Quòd si libri intercidissent, nunquid poterant intelligere vim prophetiæ, quæ de Christo erat? Nunc quando ipsum præsentem & miracula edentem, in plenitudine propriæ virtutis consistentem, argumentũ insuper ac specimen exhibentem cõcordiæ consentientis cum patre: nihil veriti sunt, neq; conquieuerũt, donec illum affigerent cruci. Immò ne ab his quidẽ sibi vllo modo temperauerũt D qui de eo loquebãtur, quos propterea continuò opprimebant etiam lapidũ iactu. Eam ob rem propriis & vulgariter notis nominibus acquiescunt prophetæ ac immorantur perlibẽter, tali prætextu personæ suas obscurantes prophetias. Nam φ de Iudæa & Hierusalem sermo hic non sit: producta in medium magnaq; sententia, *quæ iam dicta sunt, exactè nouerimus: *Quia erit in nouissimis diebus manifestus mons domini*. Obserua exactam
dictione. diligentiam prophetæ dicentis, non quæ facta modò sunt, sed & tempus adnotãtis. Etenim secundũ id quod
Ad Galat. 4.a ait Paulus, Quando autem venit plenitudo temporum.
Ad Ephes. 1.b Et alio in loco rursus, In dispensatione plenitudinis temporum: ad eundẽ sensum dicit propheta, In nouissimis diebus. Vocat autem nomine montis Ecclesiam simul & inexpugnabilem dogmatũ eius traditionem. Quemadmodũ enim, montibus licet quis obuallet & obiiciat militum milia decem: & hi quidem intorqueant arcus, isti euibrent hastas & eiaculentur, illi genus omne molitionis admoueant & bellica machinamenta, illa vt adsint omnia, nihil noxæ aut detrimenti inuehent soliditati montiũ. Illinc potius secedere cogentur cõsumpta inaniter sua fortitudine. Sanè idipsum contigit ad vnum omnibus qui oppugnarũt ecclesiam: hæc quidem incõcussa perstitit, illi è diuerso deperdita propria virtute, indecoris infamiæ notam incurrerunt: dum eam feriunt, euanescunt: dum iaculantur in eam, imbelles redduntur: dum cædunt flagris, ab his vincuntur qui malè affecti sunt. Ita enim modus hic victoriæ sanequã admirabilis est: nec hominibus, sed soli deo (qui potest) asscribendus. Nec admodum est mirabile ecclesiam vicisse, sed quia sic vicit. Insectationes persecutionẽsque perpessa est innumeris modis contusa, est & minutim discerpta: nec tamen inferior euasit, immò emersit effusior. & eos qui aduersus eam talia moliebantur, redigebat in nihilum, tantum erat vt illi patienter tolerarent, quod & Adamas ferro admotus facit, ab ipso dũ feritur tantùm, solidam illam vim ferri ipsum percutientis dissoluit. Stimuli insuper aduersus calcitrones. Ipsi quidẽ nihilo fiunt hinc obtusiores: pedes verò calcitrantium eruentant. Sanè hanc ob rem, ecclesiam vocauit montem. Quòd si metaphoram non admittit Iudæus: vel ex domestica, sibiq; familiari scriptura accipiat argumentum. Hic enim idem propheta prædixit lupos & agnos pascua herba in cõmune vsuros, deum quoq; sibilaturum ad muscas & ad apem: & quia fluuium violentum adduceret aduersum Iudęos, eò quod hi habere noluerint aquam Siloë. quæ quidẽ si quis pergat excutere per singulas dictiones & interpretari: intelliget vix vllo a- C cumine ingenij, vllâve cõmentatione apprehendi posse. At certè quisquis approbat quæ per eum loquendi tropum innuuntur, multiuariam* deprehendet sententiarum cõsequentiam. Quid igitur insinuant nobis, quę per iam dicta scripto consignantur? Per lupos quidem & agnos, hominum mores: illi quidem efferati & beluæ in morem agrestes, hi autem cicures ac placidi. Per muscas verò, impudens planè obscœnitas ac turpitudo Aegyptiorum: denique per *fluuium, violenta illa* innuitur fortitudo barbarici exercitus: Itémque per Siloah, insinuabatur mansuetudo & placabilitas eius, qui tum Rex imperabat populo Iudaico. Aduersum hæc occurrit nemo qui cõtrouertat, etiam eorum qui vehementer desipiunt. Quemadmodũ enim illa aliis sunt expressa nominibus: sic & immotam soliditatem, sublimitatem, inexpugnabilem & inuictam potestatem ecclesiæ velut ænigmate indicauit appellatione montis. Etenim propheta alter eos qui totam spem ac fiduciã suam in deũ proiecerunt, cõfert monti, perspicuè volens ostendere talium vim esse inuictam. Res hæc dilucida adeò est, vt nulla deinceps egeat per sermonem, interpretatione. Ipsa enim rerum natiua indoles ad eum modum, vocem edit tuba quauis clariùs resonantem, exhibens omnibus spectandum decus ac splendorem ecclesiæ. Non enim iste sol tanto nitore splendescit, non item lux ex ipso emicãs illustre adeò iubar effundit: vt res gestæ ab ecclesia. Etenim dom° dei super mõtes altissimos collocata est. Quo igitur pacto queat id interpretari Iudæus? Nusquam enim legimus Iudaicum templum in summis montibus esse exædificatum: Ecclesiæ verò potestas ipsos pertingit cœlos, & tanquam domus supra verticem montium posita omnibus se exhibet conspicuam. Vsqueadeò ipsa, multò etiam ampliùs omnibus inclaruit.

Aegyptios vocat Esa. 7.& apem, Assyrios.

**desit hîc verbũ, scripsit.*

שלח fons perennis ad radices mõtis Sion, ex cuius haris fluit. de quo Esai. 8.b. Ezechiam intelligit. Ezechiæ nimirum. Psal. 124. Qui confidunt.

Et

Et exaltabitur super colles. Hoc ipsum rursus interpretatus est, quod nullo vnquã tempore contigit fieri in templo illo: ne tunc quidem, quando videbãtur Rempublicam quàm optimè administrare. Quo modo enim, quando & ab ipsis Iudæis nec semel affectũ est insigni ignominia, barbarorum deniq; manibus ex hominum conspectu sublatum est. Contrà, Ecclesiæ fortitudo oppugnata quidem est, *quàm illud fuit, atrociùs & immanius multò: ne sic tamen cessit vnquam se oppugnantiũ manibus, immô sublimior effecta est & illustrior, quum hostium insidiis appeteretur. Sanè tunc emicuerũt numerosæ turbę martyrum, tunc confessorum frequens multitudo inclaruit, animæ tum ipsa ferri duricie rigidiores se esse declarabant, eóq; expressiùs astris ipsis suum diffundebant splendorem. Corpora quidem minutim concidebantur, at mens inuicta manebat, prævalebat & coronabatur. Quis vidit, quis audiuit cædem gestare coronam? Iugulationem operantem victoriam? Tum etiam exercitus splendidior euasit, quando visi sunt plures iugulari ab hostibus: *Et venient ad eam omnes gentes.*

*deest ñ quàm.

Progressu ipso euadit propheta explanatior, suíq; sermonis retegit velamen, proinde & prophetiam exhibet dilucidiorem, orâque Iudæorũ consuit absolutiùs. Hoc enim oraculum suo templo Iudæi non poterunt accõmodare, etiamsi nimisquam sint impudentes, nec sciant suppudescere, quandoquidẽ legis edicto, gentibus interdictum fuit ingressu templi, etiam atq; etiam prohibitum ne illud subirent: quandoquidem lex etiamnum multa cum interminatione, ipsis interdicebat cõmercio ac permixtione gentium, prôque eiusmodi extremam reposcebat pœnam. Certè propheta Aggeus suam omnem prophetiam in hoc consumpsit, id intentans criminis loco, interminans supplicium, pœnas reposcens, quòd indecorè, nec vt conueniebat sibi asciscerent generos. Atqui nostra, talia non sunt. Ecclesia enim omni cum impunitate, expassis sinibus, quotidie excipit & reclinatis manibus vniuersas vndecũque terrarũ gentes. Etenim primi illi doctores dogmatum nostrorum hoc ipsum vt facerent, mandatum acceperunt ab vnigenito, hac cõfestim exaudita voce: Profecti docete omnes gentes. Animum mihi aduerte, quo modo propheta nõ solam subindicauit gentium vocationem: sed & expromptam & alacrem adiecit earum obedientiã. Non enim dixit, onera grauatim ferent aut ingemiscent: sed venient. id quod alter propheta dilucidius ostendens dicebat: Nequaquã docebit vnusquisq; fratrem suum, dicens: Cognosce dominum, quia omnes cognoscent me à paruo vsq; ad magnum inter eos. Propter Iudæos enim creatura etiam ipsa in primaria elementa resoluta est, assiduæ illis intentatæ sunt cõminationes, continua supplicia, Miracula alternis sibi succedentia, prophetarum varij discursus, legislatoris timor, bellorũ intentatæ comminationes, excursiones impressionésque barbarorum, iræ & vindictæ in eos à deo immissæ, animaduersiones è cœlis in eos inuectæ, & nihilominus persistebant præduræ ceruicis & incircuncisi, quemadmodum dicebat Stephanus, rigidi siue præfracti & nec facilè cõdonantes. Ad gentium verò vocationem satis fuit nudum ac tenue verbum, solaq; auditio. etenim cõfuit nudum ac tenue verbum, solaq; auditio. etenim cõfestim accurrerunt omnes. Quod equidem Dauid ipse subindicans, dicebat: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi. Proinde admirans hic tam celerem obediẽtiæ modum, adiiciebat: In auditu auris obediuit mihi. Hoc ipsum & Iacob obscuriore multo sermone subindicans dicebat, Ligans ad vineam pullum suum & claiuculis hederæ seu capreolis vineæ pullum asinæ suæ. Nam quis aliquando vidit pullum hederæ adstrictum? Et astantem vincam, & pullum nõ eam obligurientem & depascentem? Id quod nemo de brutis cõcesserit: de hominibus id fuerit factũ multa cum sedulitate. Etenim Iudęi innumeris obuincti ceremonialibus ligaturis, cõtriuerunt iugum, disruperũt vinculum, sicuti dicit propheta. Gentes verò quum nulla tali obligatione adstrictæ essent, propensius obedierunt (quasi si pullus alligetur helici hederæ) nec quicquã labefactarũt eorum quæ iussæ sunt facere, sed astiterũ multam ostentantes obedientiam: *Et ibunt populi multi, & dicent: Venite & ascendamus ad montem domini & ad domũ dei Iacob.* Vide, vt hi chorum celebrent, festos agant dies, mutuis se adhortantur verbis. Doctores deniq; fiunt omnes. Non vna gens, non altera, non tertia: sed perquam multæ eò concurrunt. Venient enim (ait) populi multi & ex diuersis regionibus ac prouinciis, quod sanè de Iudæis nunquam cõtigit dici posse. Sed & quidẽ eorum licet accesserint, pauci quondam proselyti & hi multa cum difficultate, neq; hi vnquam dici potuere gentes, sed proselyti. Proselyti enim ad te transibunt, tibíque erunt serui, ait scriptura. Quòd si propheta immoratur metaphoræ, vocans mõtem etiam domum dei Iacob, ne mireris. Vt enim antè uerti dicere, nunc quidem propemodum explanat rem & apertius eloquitur, nũc verò suam tegit & obumbrat prophetiam. Illud quidẽ eò facit, vt iis qui perspicaciore sunt intellectu, occasiones præbeat simul intelligendi quæ dicuntur: hoc verò, vt perfidorũ impetum insolescentem ac tumultuarium cohibeat. Sermonem suum nullo nõ loco exornat varietate mirabili. Quia verò dixit deũ Iacob, nihil est dilectissime ꝙ turberis aut interstrepas. Etenim vnigenitus dei filius, etiam deus Iacob erat. Ipse etenim legem dedit & inter Iudæos stupenda illa miracula edidit ad vnum omnia. Idq; nosse liceat maximè ex lectione veteris testamenti. Iam quando Iudæi nullam rationẽ ineunt noui testamenti, Hieremias siquidem ait: Statuam vobis testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui cum patribus vestris, declarans quia legis vtriusq; idem fuit conditor. Quia verò idem eos eripuit e iugo Aegyptiacæ seruitutis, hinc intulit: In die qua apprehendi manum meam, vt educerem eos de terra Aegypti. Quapropter idem eos eduxit, & omnia illa quæ in Aegypto gesta sunt, & in eremo edita sunt miracula, idem ipse fecit: *Et annunciabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea.* Vides, vt aliam quandam legem efflagitent? Viam enim cõsueuit scriptura accipere pro dei mãdatis. Quòd si de priore testamento intellexissent, vtiq; non dixissent: Annunciabit nobis. Illud enim testamentũ prius nulli non manifestum fuit, perspectũ omnibus & familiariter notum. Quódque hæc dicamus, non animo fallendi: quæ dicta iam sunt, sufficiũt abunde illos aspergere impudenti ignominia. Non enim modò viæ commeminit, sed & qualitatem dicit istius viæ, multáque vt internosci queat, addit insignia, quippe qui adiecit: Ex Sion enim exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Ad hęc ne hiscere quidem poterunt Iudæi, nimisquam licet sint impudentes. Siquidem hæc ꝙ dicta sint de nouo testamento: ex loco, ex tempore, & per eos qui legem exceperũt, per rem quoq; gestam secundũ eam legem, sed &, vt ingenuè dicam, ex omni parte testamenti illius colligere liceat & nosse. In primis quidem à loco, nempe à monte Sion. Lex enim illa per Mosen data est in mõte Sinaï ipsorum progenitoribus. Qua igitur ratione dicit hîc,

Ex

Ἐκ χῆ ἀρ-ρήσ τ ται, ἀλλὰ ἔξε-σπ. *Hierem.31.f*

Act.7.f

Psal.17.d

Gene.49.b *τῇ ἕλικι, quæ species* *3. est hedera. Dioscor. 2. cap. 199.*

πρόσηλυτοι vt aduenæ peregrini. *גרים*

via dei, ꝙ̃ data eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex Sion? Nec illi satis fuit locum modò indicasse: sed & tempus adiecit. Non enim dixit, ἐξῆλθε νόμος, exiuit lex: sed ἐξελεύσεται νόμος, exibit lex. quòd sanè tẽporis est futuri & index rei nondũ gestæ. Lex enim per multos antè annos promulgata erat, quàm hęc diceret propheta: post plures etiã danda fuerat noua, qua de re nõ dixit, Exiuit sed exibit, hoc est, post hæc. Rursus ad eundem cõfugit locum, dicens: *Et verbũ domini de Hierusalem.*

Exacta cum diligentia hîc cõstituit insigne quo internosci posset nouum à vetere testamento. Etenim nunc quidẽ in monte sedens sublimia illa & apice cœlorũ digna prorsus mandata lege sanciebat: nunc verò in Hierusalem moram trahebat. Propheta igitur & locum & tempus indicans, eos quoq; annectit qui eam legẽ erant excepturi, vt omni ex parte ora oppilaret reclamantiũ. Quínam igitur erant eam excepturi? Num populus ille Hebræorum & Iudæi? Nullatenus, sed qui ex gentibus. Eoq; intulit: *Et iudicabit inter gentes.* Peculiare enim munus legis est sententiam ferre inter litigãtes, & litem dirimere. Sanè φ non de vetere hic sit sermo, ex ipsis rebus perspicuum euadit. Neque enim sabbathismũ illum obseruamus, non admisimus circuncisionem, non illorum item dies festos, ne tantillum quidem veterum ceremoniarum. Audiuimus siquidem dicentem Paulum, Quia si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. Et, Dies obseruatis, & menses, & tempora & annos. Timeo ne fortè frustra laborauerim in vobis. Vnde liquet quia sermo hic est de nouo. Est enim sui iudicij sententiam pronunciaturus inter gentes, quemadmodum ait Paulus: In die, quando iudicabit deus occulta hominũ. Quânam iuris formula iudicaturus est? dic mihi. Secundum testamentum vetus? Nullo modo. Sed secundum euangeliũ meũ. Verba quidẽ vidisti differentia, sententiæ tamen cõsentiunt. Esaias ait, Iudicabit in medio gẽtium: Paulus verò, iudicabit secundũ euangeliũ meum.

Et arguet populũ multum. Eos nimirũ qui inter se bella cõcinerint, cum transgressoribus legis. Idq; perspicuè docens, dicebat Christus. Nõ ego iudicabo vos, sed sermo quem locutus sum, ille iudicabit vos. *Et concident gladios suos in aratra, & lanceas suas* (aliâs) *tela ferrea & spathas. Et non accipiet gens contra gentem gladium, & nequaquã vltrà discent præliari.* Non acquieuit prophetæ animus in prioribus signis. Veritas enim opulenta admodũ est & copiosa. ob quam rationem, insignẽ notam ponit, qua à vetere nouum posset internosci testamentum, quod per vniuersum orbem terrarum splendescebat. Quod quæso illud est? Pax, bellorumq; abrogatio. Hæc enim quum fient, ait, tanta legitimè viuendi conditio & æquitas occupabit vniuersum terrarũ orbem, vt & ipsa belli arma per fabrilem excusionem vertentur in instrumenta agricolationis. Id quod nemo videre potuit factũ, per Iudæorum tempora, immò res omnis in diuersum abiit. Quo enim tempore floruit Respublica Iudęorum, nullo vnquam tempore interquieuerunt, quin vel cum hostibus prælio cõgrederentur, vel ipsi oppugnarentur, illis eos aggredientibus diu interdum, nonnunquam remissius. Etenim qui è vicino habitabãt, immò veriùs qui in ipsa Palæstina cõmorabantur, plerunq; eis faceſſebãt negocia perplexa admodum & permolesta. Deniq; illi extremum intentarunt periculum. Veritatẽ horum manifestam quidẽ reddit & perspicuam Regnorum historia, quæ tota in vniuersum cõmemoratione hostium pertexta est. Quin & prophetiæ omnes quæ tum gerebantur, luculenter edocent, exprimentes hæc: & quæ euentura illis essent, præsaga voce denunciantes, & ex ipsa, propè dixerim, die qua ab Aegyptiorũ tyrannide sunt manumissi, per vniuersum tẽpus, suam omnẽ vitam in bellis cõsumpserunt. Atqui nunc non sic, sed perquam multa pace orbis perfruitur. Etiam si bella quædam geruntur, non tamen perinde ac gesta sunt sub priore testamento. Illa enim ætate, ciuitas aduersus ciuitatẽ concurrebat, confligebãt prouinciæ aduersum prouincias, bellis collidebantur populi, populos è vicino adorti: quin gens vna in multiuarias partes per seditionẽ scindebatur. Lecto libro Iosue ac libro Iudicum, facilè quis intelliget, quot quantâve prœlia breui tum tẽpore Palęstina exceperit. Nec id modò fuit illis graue ac molestum: verùm, quòd lex iussisset armaturam penes se recondere Iudæos omnes. à qua seruitute nemo erat immunis. Nec apud solos Iudæos lex ea inualuerat, sed & vbilibet occuparat orbem: quãdoquidẽ & Rhetores & Philosophi aliud nihil possidẽtes, quàm pallium breue & humero-tenus astrictũ, ad bellum accersebãtur, & eò adigebantur, vt scutũ tractarent manibus & in acie cõsisterent. Siquidem Socrates Sophronisci filius qui ob tranquillitatẽ vitæ & indefessum philosophiæ studium apud Athenienses celebritate nominis inclaruit, semel & iterum stetit in acie. Demosthenes Athenienſiũ Rhetorum vertex à declamatorio suggesto subinde prodibat ad bellum. Quòd si lex nulla Rhetoras ac Philosophos ab ineundo bello exemit, vix crediderim aliũ aliquem è vulgo perfruitum esse immunitate ac vacatione belli. Atqui nũc nihil horum fieri videat quis. Ex quo enim emicuit sol iusticiæ: vsque adeò ciuitates, populi, gentes ad vnam omnes obhorruerũt vitam traducere inter istiusmodi pericula, vt nullam nouerint tractare bellicam machinã: sed intra ciuitates murósve sessitantes sua quiq; negocia discunt obire, à bellorũ tumultibus longè seiuncti. Vitam transigit populus omnis in trãquilla libertate, in immunitate istius seruitutis prorsus amarulentę. Sicubi autẽ nunc etiam geruntur bella, longiùs forsan & circiter fines extremos Romani principatus: non per singulas ciuitates, perq; regiones, sicuti contigit sub priori testamento. Quemadmodũ enim dixi superiùs, in vna eadem gente innumeræ eruptiones & rebellionum insultus excitabantur, idque iugiter ac multiuaria bella: nũc verò quatenus terram spectat sol à Tigride fluuio ad insulas vsque Britannicas, terra inquam ipsa omnis, cumq; ipsa Libya, Aegyptus & gens Palæstinorum, vel potiùs ea omnis quæ Romano subiacet principatui. *Ipsi enim nostis, vt tranquilla omni securitate ipsæ ciuitates perfruantur, solo auditu bella sentientes. Sanè Christus reliquias bellorũ è medio auferre potuit: verum eas reliquit, ceu materiã accommodam castigandis his qui se dedunt ignauiæ, & pace abusi relaxantur à studio parandæ virtutis: permisit, inquam, supereſſe barbarorum excursiones. Quin & propheta obscurè quidẽ innuit, hoc ipsum, sed his qui singula exactè intelligere possunt, id quod suprà dixi, non futuras in posterum eruptiones inimicorum, tantùm conciso ac breui tempore. Non enim dixit, Non erit bellum ex toto & absolutè. Sed quid? Nequaquam eleuabit gens contra gentem gladium. Sed & populorum libertatem adiecit, dicens: Nequaquam discent vltrà pręliari, pręter paucos scilicet milites ad obeundum munus militiæ delegatos: *Et nunc tu domus Iacob venite & ambulemus in lumine domini: Dimisit enim populum suum, domum Iacob.* Prophetiam quæ de ecclesia est, suspendens, deflectit rursus ad historiam: nimirum vt tenor cõsequentium verborum cohæreret, sibique esset consentaneus.

Apud

ἀκὰ μέσον. νόμος arbitror legendum κριτής.

ξιφίνας.

Lege duos Macchabęorum libros, tertiũ item de Philopatore tyrãno, Iosephum, Ioan. Zonaran.

Quid hæc turbulenta ætate aliud fit, licet sub lege gratiæ?

ἐξωπλισμένον.

Lege Platonem, Xenophõtẽ, Diog. Laertium.

Et hæc hactenus de locũ gentes habent, licet sub lege gratiæ.

Pẽdet sententia, forsan desit. In pace degũt.

Chrysost. de sua, non nisi ira loquitur ætate.

Universidad de Deusto

Canon prophetiæ scribendæ.

Apud enim prophetas mos talis increbruit, vt non cer A
ta solùm confirmatione dicta sua præmuniant: sed &
figurato quodã velamine suã tegant & inumbrẽt pro-
phetiam. Quô factũ, vt hic sermonem suũ nequaquam
expleat suis omnibus numeris: sed perinde adeò fit, ac
si vnam aliquam ad se pertrahat catenã aut restim, pa-
ri modo ad cõmouendos Iudæos rursus transit, dicẽs:
Et nunc tu domus Iacob, venite & ambulemus in lu-
mine domini. Hoc est, in præceptis eius, in lege ipsius.
Lucerna enim præceptum legis est: lumen, vita, repre-
hensio & disciplina. Iterum dicit Dauid, præceptũ do-
ὄνομος σου mini lucidum, illuminans oculos. Et, Lucerna pedibus
meis, lex tua: & lumen semitis meis. Etenim per omnẽ
Roma. 2. c scripturam perspiciat quis præceptum sic innui legis
nomine. Conformiter & Paulus, Confidis teipsum du-
Collatio à simili. cem esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt,
eruditorem insipientium. Nõ enim sic oculos corpo- B
ris nostri velut manuducunt radij Solis, vt animę ocu
los illustrant legis præcepta. Propheta igitur, vt osten-
deret ante retributionem, ante etiã remunerationem
pro plena executione mandatorũ, ipsa etiamnum esse
pensationẽ exhibiti obsequij, vocauit ea lumen. Quẽ-
admodum enim oculus dum circunfunditur lumine,
non mediocre commodũ capit: sic & anima dum legis
imperio obsequẽter gerit morẽ, vberrimos sibi deme-
tit fructus. Per obedientiam enim legi exhibitã expur-
gatur, omniq; exempta malicie ad virtutẽ prouehitur.
Sanè sicut ex diuerso, præuaricatores legis, interim dũ
transgrediũtur legem, etiã ante supplicium de illis su-
mendum, pœnam dãt illis miserabilius affecti q̃ qui in
mediis confident tenebris, timore, tremore & facino-
rosa conscientia oppleti, media etiã die timore correp-
ti ac tremore eorum qui siue sibi sunt conscij, siue mali C
nullius sunt conscij. Dimisit enim populum suũ, domũ
Iacob. Hoc est: Ira exacerbatus dimisit, contempsit, suá-
que prouidentia spoliauit. Dein correptus timore di-
cit & causam, vt quæ facta priùs fuerant, emendarent.
Quæ quæso ea causa est? *Quia impleta est regio eorũ auguriis, vt terra alienigenarum.* Priùs enim crimẽ institorię ar-
tis siue cauponationis intendebat in eos, auariciã obii-
ciebat, opprobrabat diuinationẽ ex manuũ inspectio-
ne: hîc verò coarguit dogmata improbatę doctrinę &
impietatis reliquias, quæ ipsos ad erroneã dęmonũ cul
turam sensim proliciebant. Mox illos rursus attingẽs,
non dixit, vtcunq;, quia diuinaculos & augures consti-
luunt: sed quia eorũ regio repleta est istis, tandemq; ait,
quia eorum malicia succreuit vehementiùs. Quemad-
modũ enim dicebat superiùs populum non vtcunque
esse peccatorem, sed plenũ peccatis: ita hîc, terra reple- D
ta est auguriis. At interim obiurgationem exaggerans,
adiecit: Sicut ab initio. Initio? olim scilicet, quũ de deo
nullam habuerant cognitionẽ, quũ non acceperãt le-
gem, quũ eatenus nullũ senserant experimentũ diuini
erga se beneficij, quando cũ gentibus promiscuè dege-
bant, quod erat extremæ dãnationis. Nullo enim affe-
ctu meliore q̃ gẽtes, disponebantur erga deũ etiã nũc
post tantam erga se dei prouidentiã & prouidam dili-
gentiam, nihil dũ emolumenti & bonę frugis inde ce-
perũt. Et neq; hîc stetit: sed denuo perterrẽs eos acriùs,
addidit: *Quasi alienigenarum.* Comparatione personę
obiurgationẽ reddit multò acriorẽ, id quod subinde
facit pro more suo etiam Paulus, veluti quando dicit:
Thes. 4. a De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres, vt
non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habẽt.
Rursus, vt sciat vnusquisq; suũ vas possidere in sanctifi-

catione & honore, nõ in passione desiderij. Neq; dicto
hoc abiit contentus, sed adiecit, dicens: Quemadmo-
dum & reliquæ gentes quæ ignorãt deum. Talis enim
structura sermonis acerbiorem morsum imprimit iis
qui vehemẽter in errores sunt prolapsi. Si Iudæi quidẽ
ob hæc in ius vocantur, & cum eis grauiter expostula-
tum est: quam nos veniã speremus esse assequuturos?
Cuiusmodi excusationẽ prætexemus, nostri purgandi
causa, qui tanta gratia cumulati, inexplicabili etiã co-
honestati honore, ad hęc qui spe certa pręcerpimus no
bis promissam immortalitatem: & ecce ad parem illis
deuoluimur paupertatẽ? Pleriq; enim nostrũm in hoc
genus morbi inciderũt: dum suã ipsorum vitam labe-
factantes, absurdissimæ isti captandæ diuinationis de-
mentiæ se dedunt, offenso ac repudiato deo. Quare &
hinc decerpimus plurimum doloris ac tristiciæ. Quô
fit, vt labores pro parãda virtute * auersentur ac vitẽt. **προ ἐκλύ-ονται lege ἐκλίονται*
Ad hoc enim nullo non tẽpore studium omne suum
adhibuit diabolus, vt expertes intelligentiæ ac parum
cordatos in hãc inducat sententiã: quia opera ipsa vir
tutis & maliciæ sita non sunt in eorũ potestate, & quia *Assertio liberi arbitrij.*
minimè sunt ornati honore liberi arbitrij. Planè duo
hæc pudenda admodũ ac plena turpitudinis magno-
pere contendit ex sententia perficere: labores nimirũ
qui adhibẽtur parandæ virtuti, frangere, & donũ libe-
ræ voluntatis aut arbitrij (quod præstantissimum est) è
medio auferre facit hoc per vaticinia & auguria. Hoc
per signa procurat, per obseruationẽ dierum, per im-
probatum dogma quod est de fato siue sortibus, per a-
lia item permulta, morbum hunc in vitam nostrã in-
centor ipse malorũ inuexit, sursum deorsum euertens
omnia ac permiscens. Ob id sanè propheta cũ vehemẽ
ti acrimonia verborum non destitit eos obiurgare, vt
deterrimam hanc affectionẽ amoliretur & ab radice
reuelleret. *Et filij multi alienigenæ nati sunt eis.* Quid sunt
filij alienigenæ siue alienæ trib°? Lex initiò statim posi-
ta interdixerat illis vllius hominis alienigenæ promi-
scua cõmunione, partim ad vitandã lubricitatẽ fami-
liaris cognitionis, partim ne mens eorũ vllis circũue-
niretur dolis: vt ne per eiusmodi cũ gentilibus affini-
tatem contractam, occasio daretur ad impietatẽ decli-
nandi. Quum enim non modò non præualerẽt genti-
les ad rectissimã dei cognitionẽ reuocare ac dirigere,
at neq; noxam aut iniuriã ab aliis inuectã propulsare
possent: deus eos sepsit & prẽmuniuit lege quasi muro,
ipsosq; ab reliquarũ nationũ permistione direptos, ceu
peculiarem populũ sibi refingebat ac disponebat. Abũ-
de enim sufficiebat, sicq; in vnũ coacti poterant formu
lam instituendæ vitæ à deo sibi traditã cõseruare. At-
qui vt & alia præcepta sunt transgressi: ita & hanc le-
gis particulã parui esse ducentes transierunt ad cõtra-
hendam affinitatem cũ finitimis gentibus. Illinc enim
sponsas ducebant à Moabitis, ab Ammonitis, ab aliis
quoq; gentibus impiis. Alias insuper, cõtracta cum eis-
dem affinitate, magistros nequitiæ istius blandè & co-
miter excipiebant, qui & illorum generositatem non-
dum eatenus violatam, corruperunt. Hoc itaque est,
quod cum plerisque aliis insimulat acriter propheta.

Impleta est regio eorum (ait) *argento & auro, & non erat numerus thesaurorum eorũ. Et impleta est terra eorũ equis: & non erat numerus currũ eorum.* Fortè dicat quis, Quænam culpa est *Quæstio.*
hæc facultates habere, possidere equos: ea potissimum
ætate ac generatione, quãdo philosophia nõ admodũ
synceriter & exacta diligentia excolebatur? Ad hoc *Solutio.*
igitur quid respondemus? Nimirum, quia non vsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum traducebat, sed immodicam animi affectionē, qua ipsis indecorè abutebātur. Quemadmodum enim quando dicit, Væ qui potentes estis, non vtiq; potestatem ipsam dat crimini, sed eos incusat qui indulta sibi authoritate abusi sunt in malū: sic sanè etiam hîc, non quod possederint facultates, damnat, sed quia quū immodica opulentia affluerent, præter etiam necessariū vsum opes cumulatim congerebant. Non erat (ait) numerus thesaurorum eorum. Atqui ne ob id quidem solùm, sed quia exuberantia opū, equorumq; viribus freti ac turgentes sensim transuersi abibant, & auocabantur à spe qua in deum tendimus. quod & alio loco de iisdem dicebat propheta: Væ qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Rursus alibi, Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Iterumq; in alio psalmo, Non in fortitudine equi volet, neque in tibiis viri beneplacitum erit. Beneplacebit domino super timentes eum: *Et impleta est terra abominationibus operum manuum eorum, & adorauerunt quæ fecerunt digiti eorum.* Propheta perinde adeò se comparans, ac sapiens quispiam medicus commemorat & causam morbi, & eius illisionem seu plagam. Palàm enim delaturus eorum impietatem, & præuertēs eorum obiurgationem, causas cōmemorat istius aduersæ valetudinis, nimirum inexplicabilem auariciam, supercilioſam arrogantiam, indecentem ac promiscuā cum gētibus communionē. Palàm est per hæc paulatim supplantatos corruisse in barathrum perditionis. *Et idola adorauerunt.* At interim perstringens insolentē & absurdam eorum culturam, intulit: Opera manuū eorum. Quid enim mirū, si sermo fiat solitò magis diridiculus, quū homo fiat opifex dei? Sanè scriptura pro more suo, Idola vocat abominationem: hinc abominatio desolationis dicitur statua viri quæ stat in tēplo. Ait enim scriptura, Cum videritis abominationem desolationis stātem in loco sancto, qui legit, intelligat. Auocatis illis à stupore admirationēve rerum sensilium, interdicto cauit, ne quam depingerēt imaginem aut simulachrum. Nam & hoc vocauit βδέλυγμα, abominationem, execrabile idolum, cupiens eos amoliri & auocare quàm lōgissimè ab idolorum impietate. Βδελύττεσθαι enim est vehementer odisse, vt spurcissimam ac vehemēter obscœnam, vt execrabilem & cum primis detestandā. Abominatio igitur hæc odio prosequenda, & dignam esse quam auersemur, dicitur in scripturis. Atqui idolum omne tale est. *Et adorauerunt quæ fecerunt digiti eorū: & incuruauit se homo, & humiliatus est vir.* Quemadmodū enim adoratio dei hominem prouehit in sublime: ita & cultura idolorum humiliat ac deiicit in imū. Quid minùs generosum, quidve abiectius homine qui à spe salutis vltroneus decidit, deumq; vniuersitatis opificem sibi infensum & hostē habere promeruit? Qui capite prono in terram inanimata ac lapides veneratur? Deus quidem ad tantū nos promouit honorem, vt ipsis etiā cœlis nos reddiderit sublimiores: è diuerso, diabolus toto annisu studuit homines male persuasos in tantam deturbare abiectionem, vt plus insensatis stupidiores ac sensu vacuos effecerit, eòque ait propheta: Humiliatus est vir. Hæc increpatio abunde sufficiebat auocare à morbo tali eū qui mente esset præditus. Cæterum quando tam multi non sic peccata exhorruere, atq; pœnam peccati vltricem, adiecit & supplicium, dicens: *Non dimittam eis.* Nequaquam condonabo, ait: non remittam, peccatū hoc nō perfunctorie & negle-

ἄξεσιν lege ἄξετον.

A ctim transmittā: sed luent mihi pœnas & eorū quæ in me admiserunt, reposcam vltionē. *Et nunc introite in petras & delitescite in terra à facie formidinis domini.* Idoneè obiurgata istorū amētia, qui venerabundi procidūt idolis, & similitudine ex arte fabrili assumpta ostendit vecordem illorum insaniam, quodq; idola nihil possint, docet. Rursus sermone contendit simul & ipsa rerum experientia, permittēs ipsis liberā inquisitionē eorum quæ dicta sunt. Ac si diceret: Mihi vtiq; sufficiebat per hoc ipsum quòd ea gesta sunt ab hominibus, ostēdere eorum imprudentiam qui stulta persuasione sunt circunuenti. Iam quando prolapsi in impietatem, (perinde atq; hi qui per ebrietatem graui sopere degrauātur) excutierūt ad perspicuā adeò claritatē rerū gestarum, tales ideo malorū euentus appprehendēt ciuitatē, qui B etiā supra modū sensus expertes queāt edocere, quāta sit infirmitas idolorū: ediuerso, quāta virtutē deus prępolleat. Ob id sanè priùs quàm bellum cōmemoret, indicat quæ ex ipso euētura essent, cohortās vt ingrediātur petras, subq; ipsa terra delitescāt. Nō quidē vt hæc faciant: sed vt per hæc discāt quàm sit intoleranda dei indignatio, & quæ tū irrogabitur vindicta. *Abscondimini*, inquit, *in terra à facie formidinis domini, & à gloria fortitudinis eius, quum surrexerit percutere terrā.* Non vtcunq; dixit, A fortitudine eius: sed, A gloria fortitudinis eius. Tales enim dei actiones sunt laude omni dignissimæ, talia eius trophęa sunt cum primis spectabilia ac plurimum habentia splendoris. Hîc mihi videtur significare victoriam sub rege Ezechia diuinitus partam, terrā vocās numerosam hominum turbam: *collisionē* insuper siue plagam illatam dicens *ruinam*: surrectionem verò dei, eius egressum vt ferret suppetias ac propugna-
C ret, quando etiam & Dauid ad hunc ait modum: Surge deus, iudica terram: ab humanis actionibus ac describendi figuris exprimēs dei operationes. *Oculi enim domini sublimes, homo autē humilis.* At interim ne quis auditorū dictis tunc fidē abroget, aut suspecta habeat. Nō enim pauci, quod euenturum erat & expectatione omni superius, desperantes, refugiebant ad potentiā opificis, & ad eorū qui patiebātur abiectionem. Ait ergo, Neq; enim deo est quicquam sublimius, neq; homine quiduis deiectius. Nihil itaque hęreas dubius, num eximius hic & præpotens poterit momento vno sic abiectos reddere, humiles: Et ad iudicium eos aduocās ait: Oculi domini sublimes. Non dixit, potentia: sed oculi domini, quòd vel solo aspectu facilè possit vniuersa sibi reluctantia demoliri & euertere, quod & Dauid a-
D lio loco dicebat, Qui respicit super terram: & facit eam trēmere. Alter rursus propheta, Aspiciam ad eam & potero. * *Et humiliabitur altitudo hominum, & exaltabitur dominus solus in illa die.* Confecta enim illa admirabili nec priùs audita victoria, erectisq; splendidis & omni admiratione dignis trophæis, dæmones conuicti & perenni dedecore aspersa sunt idola, oppilatum est & pseudoprophetis os, barbarorum tyrannis iit pessum, & è medio sublata est. Denique os omne quod aduersabatur deo, obturatum est. Eam ob rem ait, Exaltabitur dominus solus. Nemo deinceps qui contradicat, aut qui de dei potentia hæreat dubius, quando rerum gestarum demonstratio euidētissima est. Celsitudo enim hæc perpetua est naturæ diuinæ, vt quę nunquam cepit initiū, sed est semper. Exaltari autē dicit in mēte siue intellectu hominum, quando qui contradicunt & aduersantur, ipsa demonstratione operum persuasi se dedunt & caput inclinant, ita vt competentem demum ac

Ps. 11.4

Καλῶν ἔπεν.

*hîc quiddam desydero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum ac decoram benedictionē reportent. *Dies enim domini Sabaoth aduenit super omnem violentum* oppressorē & superbum, & super omnē sublimem & elatū (Et humiliabuntur) & super omnem cedrū libani sublimē & elatum, & super omnem arborē* libani Basan, & super montē excelsum, & super omnē murum sublimem, & super omnē turrim sublimē, & super omne nauigium maris, & super omnem speculationē pulchritudinis nauium. Et humiliabitur altitudo hominum, & exaltabitur dominus solus in die illa.* Hoc loco murum, cedrū, collem, & * quercum homines dicit, qui pro potestate agunt & funguntur magistratu. Per celsitudinem harum arborū metaphorica similitudine declarat eorū potestatem. Per nauigium & speculationem pulchritudinis nauigiorū, eos insinuat qui in his sunt opulētiores. Quod porrò vult dicere, hoc est: quia omnis qui robore præualet, præfect⁹ omnis & pro potestate agens, omnis qui ductando exercitui præest, quisquis auidius iusto ambit diuitias, omnis (propè dixerim) hominum decor atq; ornamētum simul & fortitudo tūc euanescet ac dissoluetur: nihilq; eorum quæ ipsius fuerāt, tum supererit, cuius patrocinio elabi possit ac vitare iram dei. Non tunc suppetet corporis robur, non ipsa gerendi belli peritia, non exuberās copia facultatum, non ambitus imperij aut potestatis, nō numerosa militum multitudo, prorsus horū nihil aderit. Cedros autē dicit libani, quòd illic ea arbor vberrimo prouentu succrescat, aut quia opulentiores solent proximis negocia facessere. Speculationem verò pulchritudinis nauigiorum, ipsum decus elegātiámve ducum qui gloriam captabāt à profusiore luxu diuitiarum, armorum & hastatorum militum insigniter exornatorū. Mihi proinde videtur (obscurius licet) innuere discessum barbarorum longo post tempore euenturum.

* ὑβριστὴν sine arrogā tum.

* editio 70. habet βαλανον glādis.

* δρῦν.

Et manufacta idola omnia recondituros clàm omnibus, inferentes ea in spelæorum anfractus, in scissuras petrarum, denique in cauernas terræ à facie formidinis domini & à gloria fortitudinis eius, quando surrexerit percutere terram. Ac si diceret, Dij tantùm aberūt à ferēdo præsidio, vt ab hominibus imploraturi sint & opem & locorum tutelare refugiū, ne ad cruciatus captiui abripiātur, à facie formidinis domini & à gloria fortitudinis eius, quum surrexerit percutere terrā. Ne quis enim hæc adscribat excursioni barbarorum, neq; timorem hunc arbitretur aliquis illorum fortitudini tribuendum esse: ob id reuocat sermonem ad vniuersorum deum. Ipse siquidem istius belli dux est, inque tanto periculo exigendæ pœnæ de priùs commissis ab illo pendet imperiū ac fortitudo. *Die enim illa eiiciet homo abominationes suas argenteas & aureas, quas fecerunt sibiipsis, vt procidentes adorarent vana & vespertiliones. Quare ingredimini solidas petras, & scissuras petrarū à facie formidinis domini, & à gloria fortitudinis eius, quū surrexerit percutere terram.* Idonee traduxit ludæorum perfidiam, ostendens illos cū suis diis se coniecisse in latebras, terrámque introgressos: at ne sic quidem vastissimam amplitudinem materiæ terrestris potuisse quiduis emolumēti adferre, aduersus impendentem illis calamitatē. Quin & idola vocauit vespertiliones, siue exprimendæ imbecillitatis ipsorum causa, seu propter tenebricosam caliginem erroris, & quòd à dæmonibus fiūt omnia clàm & obscurè. Quēadmodum enim vespertilionibus infestum quiddam infert Sol quidem, lux quoque, nox autem ac tenebræ sunt illis amabiles: ita & dæmonibus, iis etiam quos illi in errores pellexerunt, improbanda malignitas, omnisque legis diuinæ trāsgressio familiaris & amica est, virtus verò ac lucis opera prorsus inimica sunt. Simul enim atque Sol & lux splendorem suum exerunt, tene-

Pro, solidas petras, Aldus habet: εἰς τὰς ἴσχλας τρώγλας, τὰς στερεὰς πέτρας.

bris circunfunduntur vespertiliones. quòd id genus animalis ad parādam virtutem nullo labore, nulla eget defatigatione. Et quidem deo abunde sufficit semel aspexisse, & cuncta illa in nihilum abeunt. *Quiescite vos ab homine qui respirat in naribus suis: quia in aliquo reputatus est ipsis hic.* Hic sub inuolucro ænigmatis mihi videtur innuere Ezechiam præ timore & angore animi in extremo halitu constitutū. Quum enim Barbari præsumpta spe existimarēt quasi prædam venaticam se habere ipsum medijs retibus interceptum, ciuitatē insuper nullo labore posse expugnari: barbaris illis res ipsa in diuersum abiit, Ob hoc ait, Quiescite vos ab homine, cui est anhelitus in naribus eius, quia in aliquo reputatus est. Hoc est, in nullo reputatus est. Etenim spe præsumpserāt se omnia, vnica excursione demolituros. Atqui res ipsa omnis cessit in diuersum. Nam qui apud barbaros nihili esse ducebatur, quippe expugnatu facilis: hic ope diuina perfruitus cunctis illustrior apparuit.

Aspexit & dissoluit gē tes.

Vide Hieron. in hunc locum.

Ecce dominator dominus Sabaoth auferet de Iudæa & de Hieru Cap. III. salem validum & validā. Quemadmodum medicus qui sit artis peritissimus, nunc quidem vrens, nunc autem secans, nunc verò amara offerēs medicamenta, solerti artificio prospicit instaurandæ sanitati ægrotantiū: sic sanè deus quippe clemens & perquàm humanus, quod in Iudæis diffluxu quotidiano deperibat, & ex parte iā erat prolapsum, diuersis & multiformibus pœnis pressius adstringens, nunc quidem ingratos illos terrore percellebat, per excursionem barbarorum, nūc autem ante illorum inuasionem aliis pleriſq; comminationibus eorum tumorem supprimit, & in officio continet, multiformi hac varietate minitationū, timorē conseruans in eis coalescentem. Nunc vero infirmitatem intentat immissurū se in ipsos, famem simul & siccitatē: non quòd fruges terræ vtiles solùm sint: sed quia conseruandæ vitæ nostræ sunt etiam necessariæ. Equidem fames non modò atrox est & peracre malū: sed & administrationē Reipublicæ suis destituit rectoribus. id quod consueuit ostendere correctionē ipsa fame tātò esse acerbiorē. Quid enim adfert emolumēti, vniuersi cōseruatio per eas plagas, si quādo intestina bella oboriūtur? Quādo mare insanis fluctibus exagitatur, nullo præsente nauclero, nemine prorā moderante, ac ne alius quiuis adest, qui possit eā Reipublicæ fluctuationē compescere & in tranquillitate cōstituere? Recogites, quæso, quanta hinc suboriatur exuperantia malorum, si quando cum his occurrerit & fames. Hæc itaq; omnia interminatur deus. Et est quidem primum cæteris omnibus acerbius multò. Ait enim: Ecce dominator dominus Sabaoth. Dictione hac, Ecce, continēter sunt prophetæ vsi, quoties auditori pleniorem fidem eorū quæ dixerant facere voluerunt, non hìc verò solùm. Quin & superiùs, & ab initio conditi orbis liquet peccata plerunq; fuisse primigenias causas corporeæ infirmitatis: patet hoc in Cain. Is enim quòd non esset vsus robore corporis, vt conueniebat, meritò illius nerui sunt resoluti: hìc & qui imminebat piscinę. Quòd enim peccata fuerint fons istius lāguoris testatur Christ⁹ qui dixit illi: Ecce sanus fact⁹ es, noli ampli⁹ peccare. Paul⁹ itē, Propter hoc, inter vos multi infirmi: quandoquidē peccabant, quòd participes fierent mysteriorū non expurgata ad purū conscientia. Quin idem fornicarium illum infirmitati corporis tradidit, hanc pro peccatis reposcens pœnam. Haud tamen vbiq; scripturarū eiusmodi mulcta & correptio indītur peccatis. Sed est, vbi etiam occasionem præbet cumulādæ coronæ res hæc:

βεβαίωσις à simili petita.

Ecce, apud prophetas.

Legant hæc Oecolamp. Zuinglíani & Muscu lani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt in Lazaro & Iob. Non infirmitates corporis solùm: sed & alia incommoda, ceu sunt sugillationes, mutilationesve inflictæ corpori ex peccatis contingere solent, vt lepra Oziæ ob impudentem inuerecundiam inconsultæ voluntatis, vt manus regis Hieroboam ariditatem perpessa ob ipsius temeritatem & arrogantiam. Porrò lingua Zachariæ nō alia ex causa castigari meruit, quàm ob animæ peccatum. Quum igitur Iudæi supra modum turgerent fastu, sibique placerent per occasionem, quòd temperata pollerent constitutione corporis, & se intelligerent consistere in vegeto ac viuaci ætatis flore, adde his, quia suppetebat illis rerum omnium exuberans copia: radicem istius arrogantiæ subtraxit deus, interim admonēs eos & ad meliorem vitæ frugem reuocans, deniq; impartiens illis maiora quàm fuissent, quę abstulerat. Quid enim iniuriæ aut detrimēti, si per corporis infirmitatē erudiatur & resipiscat anima: Ad hęc, ne quod fiebat, putarent eā esse inuectam infirmitatē à natura: prædixit affuturam propheta. Nec virorum tenus subsistit ea cōminatio: sed & ad muliebre genus eam transmisit vindictam, quòd vtraq; natura ac sexus sese corrupisset: & propter exuperantiā improbitatis tam absurdæ progrediēs ad ipsas vsq; mulieres se extendit, obiiciēs eis crimina, ob quæ ipsa ciuitas excisa est, & à fundamentis euersa. Sanè hac de causa etiā ipsas pestili lue implicuit. Etenim innuere mihi videtur pestē dicens: *Auferam robustū & robustam*, aut aliam quamlibet infirmitatē corporis, quę non cedat arti medicorum. Tales enim sunt plagæ à deo inflictæ: *Robur panis & robur aquæ.* Vindicta hæc atrocissima est, quando nō ipsam quidē substantiā tollit, sed quæ ipsi tuendæ innata est, potentiā, ita vt nunquam exatiati ipso etiā prospectu crucientur, & suopte sensu simul & perspicue intelligant vltionē eiusmodi à deo esse emissam. *Gigantem & potentem.* Gigantē nullo non loco scriptura consueuit exponere per valentē viribus & robore potentē, aut per eū qui proportione membrorū multis antestat. Etenim scriptura quū dicere in articulo creationis: Hi erant gigantes, homines nominati, enumerans hęc, non aliud dicit quàm generationem illā natam tum fuisse: sed nobis quoq; tacitè innuit eos fuisse viribus præstantes, valentes solida mē brorum firmitate, & per ætatē vegetos ac succulentos. *Gene. 6. a*

Et hominem bellatorem & iudicem. Quæ dicta sunt, pœnā indicant intolerabilem, suntq; argumentum extremæ perditionis. Ciuitatē vtiq; vnà cum viris ipsis tradere hostibus potuisset, stabiliter licet manentibus muris ac turribus. Stabilis enim firmaq; protectio ciuitatū neutiquam consistit in lapidibus, lignis & mœniū ambitu: sed in prudentia & sagacitate eas incolentiū, qui tum quidem si adfuerint, licet præsente hostiū exercitu, ipsam tamen cæteris omnibus tutius cōmuniunt ac propugnāt. Tales verò quū abfuerint, vt nullus obturbet, incolæ tamen eā exhibent quauis obsessa miserabiliorem, ita vt & illi, & qui auditu percipiunt ad vnū omnes, non aspernabile reportent dogma sapientiæ. Per hæc propheta eos erudiuit, suadens ne vnquam spem suam confirmarēt in amplitudine ciuitatis, nō in vallis aut aggeribus collocarent fiduciā, neq; audaciā sumerent à bellicis molitionibus & machinis: sed confiderent in virtute virorū degentiū in æquitate ac mansuetudine. Terrorem igitur eis iniiciens ait, quia dominus destituet ciuitatē sua protectione & custodia, non modò sublatis è medio bellādi peritis: sed abreptis etiā eis qui pro potestate nouerāt exercere iudicia. qui quidem iudices nihil minùs sunt vsui moderandis ciuitatibus, atq; eisdem tuendis sunt bellatores. Dum enim pacem æquis legibus attemperant, sæpenumero & in tempore non defuerunt propulsandæ eruptioni hostium. Hostes enim quum continenter suboriantur ab radice peccatorum, nō difficile est legum custodes ac eos qui præsident iuri dicundo omni cum diligentia plura è medio tollere ac supprimere peccata, quæ occasionem præbent excitādis bellis. Qua igitur causa deus eos à terra reuellit? Quòd ij superstites adhuc, min⁹ decorē suo functi sunt officio. Quemadmodum enim salutares doctrinæ plurimū vtilitatis conferebant iis qui se in disciplinam dabāt: in cōcione verò apud Iudæos verba faciens, multa cautione quæ à se dicebantur tegebat, quòd quæ dicebat, minùs attentè aduertebāt: ita sanè & deus dona etiā hæc eximia & multam salutem nobis conferentia, plerunque è medio tollit: si quādo ij qui accipiunt, nihil per ea voluerint fructus vberioris adaugere: *Et prophetam & coniectorem siue interpretem.* Non parua est species hęc indignationis diuinæ, quòd prophetarum oracula defecerint: quādoquidē & deus auersatus est Iudaicum populum propter peccata filiorum Heli, obq; populi nequitiā defecit prophetia. Verbum enim pretiosum erat, ait scriptura: & non erat visio * dinstinguens pretiosum: hoc est, perrarum, infrequens eoq; pretiosum. quod & contigit regnāte Ozia. Quòd si hi voluissent, vtique vel hinc poterant nō parum frugis bonæ decerpere. Doctrina enim eorū quæ prodeunt ex ore dei, præparatio item ad excipiendos futuros graues euentus, dēque incertis sedula percunctatio, vtq; conueniat quidem aliquando cum hostibus cōserere manum & adoriri, nonnunquā bello abstinere & conquiescere, quo etiā pacto cūcta nobis ingerentia mœrorem ac tristiciam sint propulsanda. Horum prænotio multam attulisset eis parādæ saluti dexteritatem. Sed quādo doctrinā quam perceperāt auribus, nequaquam explebant opere: ob hoc horum disciplinam etiam eis ademit, quod non mediocris est diuinæ erga homines clementiæ argumentū, quòd eis prę uidens futura, & quia non essent congruè ac decenter vsuri suis donis. Hæc igitur cuncta, quæ illis præexhibuerat, sustulit. Cum propheta verò dicit se auferre & coniectorem. Hic mea opinione σοχασὴν coniectorem siue interpretem vocat, qui multa vi intelligentiæ prędirus & ab ipsa rerum gestarū experientia, coniecturis futura colligit. Aliud quidem coniectura est, aliud itē prophetia. Qui quidē diuino afflatus spiritu loquitur, ex sese nihil infert: qui autē materiā occasionésve prædicēdi quiduis futurum, à rebus sumit priùs gestis, suāque extimulans intelligentiam multa futurorum euētuum præuidet, & vt par est credere, potest homo peracri intellectu præditus non pauca prænosse. Atqui inter hoc & illud adeò multum interest, tantumq; discriminis intercedit: quanto humanus intellectus inferior est gratia dei, vtq; sententiam hanc reddam dilucidiorem collatione, ad mentē reuocemus Salomonē & Elisæum. Arcanas enim res & quæ in abditis fuerāt gestæ, vterq; in medium produxit ac reuelauit occulta. Ambo tamen non vsquequaq; virtute eadem. Sed ille quidem discursu humanæ prudētiæ & sagacitatis, arreptis ab ipsa natura argumētis circa meretrices illas mulieres: hic verò nulla vsus ratiocinatione. Cuiusmodi enī ratiocinationis discursu potuisset reuelare furtum Giezi? Dei autem gratia prœuentus quæ procul facta erant, præuidit: *Et presbyterum & principem super quinquaginta.*

Proborū iudicū laus.

Quæstio.

Solutio.

Att. quò cōiectura differat à prophetia.

ὑποθήκη.

3. Reg. 3. c

4. Reg. 4.

Cum his

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum his etiam se ablaturum pronunciat & presbyterum & quinquagenariũ principem: Presbyterum, id est seniorem, nõ eum dicit qui vtcunq; consenuit, sed qui vna cum canicie maturam conseruat prudentiam. Pentecontarchum autẽ commemorãs, non vnum aliquem qui præsit quinquaginta, sed hoc nomine principes omnes insinuat. Nihil vsquã est, nihil est intractabilius Republica quæ vacat principatu: quemadmodũ neque periculosius quicquã est naui suo destituta gubernatore. Neque hic sistit oraculum: sed aliam magni momenti tutelã interminatur se ab eis ablaturũ, nempe eos qui cõsiliis edendis præstarent, qui nihilominus beneficium adferebant ciuitatibus atque arma bellica.

Auferam enim, ait, *admirabilem consiliarium & sapiẽtem architectum.* Non ædium substructorem aut cæmentarium intelligit: sed qui multa scit, & qui vsu didicit administrare Rempublicã, qui multa callet, qui negocia omnia ciuitatis nouerit moderari solerti prudẽtia. Cúmq; his etiam prudentem auditorẽ minatur se sublaturum. Hoc si sanè abfuerit, vt omnia alia adsint, nihilo plus vtilitatis accedit ciuitatibus superũt licet prophetæ, quãuis cõsiliarij, vt superstites sint magistratus & optimates, auditurus tamẽ eos si nemo adsit, frustra omnia & incassum abierint. Hic mea opinione per verbum ἀφελῶ, auferã, quasi dicat, patiar ac permittam & relinquam: sicuti est illud Pauli, Tradidit eos in reprobum sensum, non hoc sensu quasi amẽtiam ac stoliditatem eis inseruerit: sed quòd passus sit sic esse parũ cordatos ac sanæ mentis inopes. *Et instituã adolescentulos, principes eorum.* Hoc malum vtiq; est molestius ac toleratu atrocius publica licentia, quæ oriri solet per vacationẽ magistratus. Qui enim non habet principẽ, præduce viã à quo regatur, priuatus est: qui verò malignũ sortitus est ac reprobę vitæ, habet à quo protrudatur in præcipitia viciorũ. Per adolescentulos præsenti loco non est intelligẽdus eam ætatulam subiicere vlli calũnię simpliciter: sed ex redundanti ostendit principũ amentiam. Cõtingit enim iuuenes esse cordatos ac prudẽtes: contra, videre licet qui vna cum stoliditate & deliriis consenuerint. Cæterũ quãdo cõsueuit hoc quidẽ rarius cõtingere, illud autẽ diuersum in vsu est frequenti, quare mente captos principes nominauit adolescentulos. Nã & Timotheus iuuenis erat: is tamẽ ecclesias innumeris qui senio incanuerant, sapientius moderatus est. Salomon quoq; annos natus duodecim diserte cũ deo sermocinabatur, multa fretus dicẽdi fiducia: & præconis voce celebratus regali corona insignitus est * nonnũquam mulieres è longinquis nationibus aduenientes. Nec viri solũ, sed & hoc solo prætextu, vt docerentur, ciusque audirent disertudinẽ. Et is iam senio cõfectus, plurimum detraxit de pristina virtute. Sed huius etiam pater, beatus ille Dauid graue illud cõmisit peccatum, non puer quidẽ & adolescentulus, verum eam supergressus ætatem peccauit: quũ alioqui pusio *adhuc esset, admirabile illud trophæum erexit, barbaro illo in terram deiecto, omnemq; exhibuit philosophiã, nec ætas iuuenilis fuit impedimẽto, quo minus cũ laude præclaras hasce actiones cõficeret. Hieremiæ insuper munus propheticũ deprecanti, obtentu tenerioris ætatulæ, nõ consensit neq; approbauit deus: sed emisit ad Iudæorũ plebem, pronuncians hinc nihil illi esse impedimento teneritudinẽ ætatis, modo mens fuerit sana & confirmatus animus. Hanc agens ætatẽ, quin potius etiã illa inferiorem Daniel in presbyteros illos sententiã ferebat damnationis. Sed & Iosias nondũ decem ad plenũ annos natus ad regale soliũ conscendit. Is iam tũ quam optimè audiebat, omnium ore celeber. Post hæc, in socordiam aliquantum delapsus, corrupit pristinam animæ virtutem. Quid verò Ioseph? Nõnne iuuenis & admodum iuuenis durissimũ illud strenuè depugnauit bellum? Non quidem aduersus homines, sed aduersus ipsam naturæ tyrannidem pugnãs, è medio camini ac flammæ persica illa multo vehementioris exiliuit illæsus & incorruptus, grauẽ alioqui vitæ perpessus iacturam nihilo inferiorem tribus illis pueris. Quemadmodum enim illi corpora vna cũ capillis suis incorrupta ostenderunt tũc educti è fornace, quasi è plagis seu retibus exeuntes verius quàm ex camino: sic sanè & hic medio in certamine è manib° ereptus Aegyptiæ se explicuit, nihil noxæ contrahens ab eius attactu, neque à fornacẽ Babylonicam. verbis, neque ab aspectu, neque à vestium splendore, non denique ab aliis innumeris quæ accendere solent concupiscentiæ flammam tantò molestiorem sarmentis siue malleolis ac pice. Ab ipsa demum iuuenili ætate ne tãtillum quidem passus est eorum, cuiusmodi verimile est pati potuisse eum qui sit homo. Quin & hi tres pueri in ætatis flore consistentes iam euaserãt superiores ventris ingluuiæ, & à se excusserant mortis timorẽ, qui multò est fortior, tanto licet exercitu, Rege, ipsa etiam fornace. Denique regem vicerunt aduersum se erumpentem ad vindictam, nihilq; eos exterruit: sed assiduè perseuerarunt, mentis constantiam minimè seruilem retinentes. Non igitur ætatem ipsam traducit Esaias. Nanque Paulus cum dicat, Non neophytum, vt ne inflatus in iudicium incidat diaboli: non ætate iuuenem intelligit, sed eum qui quasi plantula, sit recens insitus, hoc est, instructus. Etenim φυτεῦσαι plantare seu cõserere, capitur & pro κατηχῆσαι καὶ διδάξαι, hoc est, pro instruere & docere, ad quem sensum est illud, Ego plantaui, Apollo rigauit. Quinetiam tale quiddam vocat hoc nomine φυτείαν plantationẽ, ipse Christus dicens: Omnis plantatio quam non plãtauit pater meus, eradicabitur. Nam si Paulus Neophyti nomine intellexisset ætate iuuenem, Timotheũ vtique apprime iuuenem, & sic iuuenem, vt diceret: Nemo adolescentiam tuam contemnat, nunquã sustulisset ad tantam amplitudinem, tantùm ve fastigium dignitatis ecclesiasticæ, nõ item permisisset tot onera ferre amplissimarum ecclesiarum: *Et illusores dominabuntur eis.* Vides, vt nõ simpliciter traducit ætatẽ, sed mentem corruptelis viciorum contaminatam. Hac enim illatione reddidit sententiam dilucidiorem. Atqui hic illusores dicit malesuados impostores, cauillatores siue dissimulatores, perfidiosos quoq; assentatores qui ad captãdam gratiam, lenociniis verborum vsi quasi obtentu poculi tradunt auditores diabolo. *Et corruet populus, homo ad heminẽ, & homo ad proximum suum.* Quemadmodum enim ligna quæ ædificiorum substructiones suffulciunt & continent, quum senserint putredinẽ, aut certè sublata illinc fuerint, necesse est etiam illidi parietes & perrumpi, quòd nihil supersit quo fulciantur. Sic & iuxta formulã prius dictorum, sublatis è medio principibus, consiliariis, iudicibus, prophetis: nihil iam reliquũ fit quòd prohibeat populum inter se collidi, multamq; suboriri confusionem. *Irruet * puerulus aduersus senem, & ignobilis contra nobilẽ.*

Aduersabitur, ait, iuuenis ei qui senio incanuit, contemptim fastidiet, aspernabitur. Hæc etiam ante hostiũ incursionẽ, bello omni erant atrociora. Si quãdo enim senectus quidem à iuuentute exhonoratur, vilesque & abiecti eos proculcant ac deprimunt qui prius honori

Memorabilis locus.

Probat exẽplis.
Timotheus.
Salomon.

Καλλέκτρου locus corruptissimè.

Dauid.

*παιδίου μειρᾳκ.

Hieremias.

Daniel.
Iosias.

φυτεῦσαι

προπίνουται.

*παιδάριον.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerant & venerabiles: ea ciuitas nihilo habẽda est inferior, nec in meliore constituenda loco atque ea quæ hariolos habet. *Quia apprehendet homo fratrem suum, aut domesticum patris sui dicens: Vestimentum habes, princeps noster esto, & epulæ meæ sub te sint. Et respondens in die illa dicet: Non ero princeps: non enim est in domo mea panis, neque vestimentum. Non ero princeps populi huius.* Hic (vti opinor) aut obsidionem quandam suboscurè innuit multo atrociſsimã, quæ esset Iudæos deductura ad extremã anxietatem, aut certè, quòd citra obsidionem euentura illis esset intolerãda fames, & oppido quàm multa raritas alimentorum transigẽdæ vitæ necessariorũ eosdem oppressura. Vsus autem est cõmuni loquendi consuetudine, ac sicut plerique assolent: Aut cõtigit ciuitatẽ vniuersam distrahi obolo, aut si non occupem eam, redimi. per hoc, extremam indicans paupertatem. Sic & propheta ait, quia principatus proponẽdus esset venalis vestimẽto vno, vnoq; pane, si tamẽ supereſsent. Nemo alioqui erit, qui emat. Tanta illos apprehensura est & tam rara parcitas necessariorum. *Quia dissoluta est Hierusalem.* Hoc significat, Derelicta est & habitatore destituta, Dei prouidẽtia spoliata est. *Et Iudæa concidit.* Turbelis tumultuationẽque impleta est, & confusione: nihilq; in ea quod sui status tenorem conseruet. *Et linguæ eorũ cum iniquitate, nec his quæ domini sunt, obtẽperant.* Dein causa subnectitur malorum, nempe linguæ peruicax incontinentia. Id quod Ozee coarguit dicens: Ephraim in interitum abierunt in diebus coargutionis: in tribubus Israël ostendi fide digna. Malachias eadẽ repetens, Prophetæ maledicẽtes eis qui prouocauerũt deum in sermonibus. Et dixistis, In quo prouocauim⁹ eum? In eo quod dicitis vos, Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu domini, & in eis ipsi bene cõplacuit. Et vbi est deus iusticiæ? Equidem hoc insimulat ipse, duplex prodens crimen: quòd non modo cõtumaces sunt & increduli: sed & legem præuaricantur. Siquidem quum debuissent ob hoc verecundia ac rubore suffundi, prę pudore manũ admouere ori, ac deiectis in terrã oculis incedere: ex aduerso, isti prioribus peccatis adiicere contendũt, vt ne expleant quæ iussi sunt facere, mãdata. Verba insuper intoleranda ac plena cõtumaciæ loquentes, perinde atq; si famulus quispiam vernaculus & idẽ ingratus, sui domini mandata prætermittat, ad hæc etiam aduersus eũ efferatur animo & insolescat: *Idcirco nunc humiliata est gloria eorum, & confusio vultus eorum restitit eis.* Iuxta legem prophetis familiarem & cõsuetam, futura tanquã præterita pronunciat. Humiliationem gloriæ vocat captiuitatem. Non enim fortuitæ aut vulgaris infamię erat, eos cogi in ordinem qui in aliquãta orbis parte, in dignitate constiterant regnantium, & sub iugum mitti à prophanis ac barbaris. Confusionem verò siue infamiã dicit eum ruborem vultus qui oboriri solet consideratione admissi peccati. Talis enim erat vitæ eorũ ratio. Quũ igitur se prius dignos reddidissent omni genere dedecoris, per flagitia quæ admiserant: sanè hanc ob causam deus eos deiecit à splendore prioris glorię, eos addicẽs minori vindictæ quàm ipsi sibi intulerãt. Terram enim incolẽtes alienam nõ vsque adeò flagitioſè degebant & infames, vt quum metropolin suam inhabitarent, præscripta legis trãsgredientes. In captiuitate enim degentibus excisæ erãt radices maliciæ: in patria verò maiorem in modum se efferebant. Vehementer itaque eos propheta coarguebat suam vbique inferens sententiã, qua suadebat, vt vitata omni improbitate & nequitia pœnam imminentẽ euaderent, prius admissa

πτερόωσιν, Malach. 2. d

μητρόπολιν vocat Hierusalẽ.

Simile.

obuelarent, & eorum contemplatione suppudescerent tunc, non quum barbari iam captos abriperent in seruos, nimirũ priusquam violenta peccandi consuetudo eos detineret captiuos: *Peccatum autem suũ perinde ac Sodomitæ, prodiderunt nec abscõderunt.* Quòd à me plerisque in locis dictum est, id ipsum repeto etiam nũc. Propheta nanque dei erga illos clementiam declarans, non quæ passuri erant, prædicit: sed quæ digni fuerant, vt paterentur. Inter eos enim, vt in Sodomitis olim, succreuerãt peccata. Hæc tamẽ minore vltione vindicata sunt. Non enim ab radice eos prorsus abripuit aut sustulit, neque reliquias gẽtis ad nihilum vsq; perduxit. Quod autem dixit: Annunciauerunt & palam fecerunt siue non absconderunt, expressius dictum est hominũ more. Tunc enim quæcunq; fieri contigerit, nõ discit primum deus. Quo enim pacto, is qui nouit omnia priusquam fiant? Sed vt ostenderet futuræ calamitatis magnitudinem, sic est loquutus. Quemadmodum enim alio loco ait, Ascendit clamor nequitiæ eorum ad me. Hæc quidem dicit, non in vnum aliquem locum procul deum, velut in coloniam relegãs, & intra cœli ambitum concludens: sed peccati magnitudinẽ luculẽter edisserens. Ita planè etiã hîc, ἀνήγγειλαν annũciauerũt, prodiderunt, dicit indicans flagitij grauitatẽ, vt hinc edisceret possent inflicta supplicia lõgè esse suis peccatis minora. Nam quòd modum exuperarent, essentque nimisquam grauia, vt pote omnibus explorata & omnium oculis subiecta, etiamsi nemo coargueret, quãuis nemo reprehenderet. Satis enim superq; eorum flagitia seipsa prodebant ac manifestabant. eóque propheta volens hic palam euulgare *malorũ* exuperantiam, ait: ἀνήγγειλαν καὶ ἐνεφάνισαν, annunciauerũt, & publicitus spectanda præbuerũt siue prodiderunt. Hoc est, multa cum redundantia, cũ immodico fastu sua perficiebant flagitia, ne sic quidem illos pudebat, nec abscondebãt: sed præconceptam animo nequitiam perpetrabant.

ἀνήγγειλαν. ἐνεφάνισαν.

Væ animæ eorum, quia inierunt consilium malignum cõtra semetipsos dicentes: Alligemus iustum, quia inutilis est nobis. Exaggeratio fit nequitiæ, quũ non modo peccauerint, neque cum securitate solũ ac licenter peccauerint: sed quãdo eos à se propellunt qui possunt talia flagitia emendando supprimere, & ad rectitudinẽ reuocare. Quemadmodũ enim phrenitide correpti plerunque medicum pulsarunt verberibus: ita planè isti morbo immedicabili laborãtes. Huius dicti argumentũ re ipsa exprimebant vel maximum, quòd iustos à se abigebant. Sic enim comparatũ est natura, vt virtus vel solùm in vno aliquo se visendam exhibens sufficiat ei ingerere tristiciam ac mœrorem, qui vitę est flagitiosæ. Tale quid est malicia, vt ne verbo quidem increpita, sæpenumero etiã certa destinatiõe afflictetur, & grauatim ferat eorũ præsentiam qui in mansuetudine & æquitate suã instituunt vitã. Hic duplex scribitur reprehensio, quòd alligant iustum, & quia vt inutilẽ. Si quando igitur vnus aliquis ingrata habet, nec admittit ea quæ vehementer conferunt, sed quæ sibi vsui esse possent, censet noxia esse & detrimentosa: quæ deinceps relinquitur occasio vel prætextus futuræ correctionis? Quamobrem propheta quum vidisset populum iam ad extremum malorum appulisse, sermonem redordirur à lugubribus lamentis, nõ item ab increpatione & criminum obiectione, dicens: Væ animę eorum, quodq; ordine sequitur, multam requirit intelligentiam: Quia inierunt cõsilium malũ aduersum se. Etiamsi quę facta sunt, in speciẽ videãtur aduersus iustũ temerario ausu aggressi: tamen

γνόμιν.

Ἐξαλλαγὴ à simili ducta.

Ἀρετὴ.

Κακία.

men siquis exitum accuratius excutiat, nimirum intelliget rem totam non in patientem, sed in consultores esse detortam. Hic docemur quidem, quia bonus innumeris licet afficiatur malis, nihil noxæ aut detrimẽti ab ingerentibus accipit: sed contra, qui iusto nectunt insidias, hi aduersum se potius exerunt ensem, quemadmodum & isti. Iustum enim adstringendo vinculis, illum quidem nihil lædebãt, seipsos verò densioribus inuoluebant tenebris, & in vastitatem ac desolationem redigebant, lucernam à cõspectu suo amouentes. *Igitur fructus operum suorum comedent.* Quiddam nõ absimile est malicia. Ipsa in se pœnam continet sui vltricem. Quod autem hic ait, hoc est: Recipient fructus suos, in maiori desolatione & vastitate seipsos constituentes, multaq; præcipitia in quæ corruãt, adornantes. *Væ * iniquo, mala enim contingent ei secundum opera manuum eius.* Vides, vt semper à nobis dimẽsiones prouenient pœnæ vindicis peccatorum, & principes causæ. Hanc ob causam in luctus ac lamenta propheta iterum erumpit, seq; excruciat ac pertundit, quòd Iudæos præuideret aduersum seipsos arcana inituros consilia, & atrocius omni hoste suammet salutem ad perniciem deducturos. Qua vna re quid vsquã fiat calamitosius? *Populæ meus, exactores vestri concerpunt ac demetunt vos.* Longè optimi doctoris argumentum est, quando sermonẽ suum distinguit varietate sententiarum, quibus auditorẽ non exasperat solum, non itẽ iusto placidiorem reddit orationem: sed nunc sermonem tractat secundũ speciem hãc docendi, nunc verò iuxta illam, ita vt permistione vtriusque non mediocris vtilitas accedat auditoribus. Eam obrẽ propheta nõ exprobrat & coarguit solùm, sed & luget ac lamentatur, quòd quidem obiectione criminum est etiam grauius: minorem verò adhibet dolorem, quod quidem admiratione dignum est. Nam in profũdiore sectione cruciat° per hoc infertur placidior. Nec luget modo, sed & medetur. Rursus alterum promouet doctrinæ modum, & eum sanequàm admirabilem. Quẽnam hunc? Quòd non simul collectis omnibus intẽdit crimina: sed seorsim populum dirimit à principum senatu, & in illorum caput deflectit criminũ obiurgationes. Ex ea enim docẽdi formula tantum lucri refulsit, vt & Moses ipsam obseruarit plenius. Hic enim, quũ omnes essent rei criminum, in principes detorquet sermonem. Moses autem quum deprehẽdisset tum maximè populum esse transgressum legem illã, Aaronem verò nequaquam tãta dignum increpatione, omissa populi multitudine, rea alioqui, in ipsum Aaronem nõ vtique adeò reum commissi criminis detorsit reprehensionem: ob quod crimen, maiorem aduersus illum pronunciãdo pœnam, dum eidem tanquã conscio adscribit reatum admissi criminis, quod quidem factum est. Non enim opus fuit deinceps aliis sermonibus ad populum: sed abunde sufficerunt verba illa ad Aaronem dicta, parca quidẽ sed subtilia: per quæ tot milia quasi vnum hominem ad officiũ reuocauit ac repressit, & à tanta rebellione ad pauorem, extremamq; anxietatem delapsi sunt, quæ vtiq; præuidens Moses confestim vt descẽdit, & tabulas perfregit, & Aaroni dicebat: Quid fecit tibi populus hic, quia fecisti eum esse gaudium & insultationem inimicis? Quin & hic propheta quiddã simile facit, sanctum illum imitatus, modo quidem duplici. Neque enim Moses tũc obiurgauit solùm, sed & assumpta persona quæ cum populo lamentaretur, ad eum modum intendit in illos criminationẽ. Ita & hic vtrunque imitatus est, dicens: Populæ meus, exactores

τὰ γενήματα φάγονται.

κρυόμῳ lege ἀνόμῳ.

καλαμῶνται, ἀναστῶνται.

legẽ de colendo solo deo. Exod. 20.

φιλὰ ἐνήματα.

A vestri demetunt vos. Etenim quum illos coarguisset commissæ impietatis, & quasi vnà cum populo colligeret, hęc dicebat. Hîc autem πράκτορες mea opinione dicit ἀναστοῦντας exactores, repetentes: ego alioqui ea dicti õe innui raptores etiã existimo, & eos qui per immodicam cupiditatem aliena extorquent, quod si hoc non est, certè περιλογοῦντας tributorum exactores siue collectores designat. Hîc quoq; eius agnosce prudentiam. Non enim rem ipsam ablegat, sed redundantem mensurã excludit. Non enĩ dixit, ἀναιτοῦσιν repetũt, exigunt: sed καλαμῶνται nudãt, spoliãt ac priuant vos facultatibus vniuersis, obtẽtu exactionis tributorũ. Dictionẽ proinde hãc dixit, ducta metaphora ab his qui remanentes spicas & culmos in agro colligebãt. Καλαμᾶσθαι enim dicitur ἀπολογεῖν collectionẽ facere spicarum, nempe post messorum terga spicas decerpere quæ metentium manus fugerint, ita vt in aruo prorsus nihil supsit residui, quod equidẽ tũ exactores isti faciebant, fortunulas omnes per rapinã extorquebant, sinẽtes nudos abire ipsos. *Et exactores dominantur vestri.* Equidem etiã hoc atrocius, quia ne eo quidem immodicæ cupiditatis prouecti, perstiterunt: sed & suam tyrannidem ampliùs multò promouebant, cuius tuẽdæ gratia eos qui liberi essent, in seruorũ ordinẽ redigebant. *Populæ meus, qui vos dicunt beatos, decipiunt vos.* Meo quidem arbitratu, hîc tacitè innuit pseudoprophetas, aut certè eos qui sermones suos cõponunt & adornãt ad captandã vulgi gratiã, id quod nullo nõ loco causam præstat extremę corruptelę. Quid vtriq; detrimẽti contingat per hanc iniquitatẽ, volens indicare, intulit: *Et semitam pedum vestrorum conturbant.* Hoc est, Auocantes vos de via, dissoluẽtes, & relaxantes animos, nõ sinunt vos rectà ingredi. *Sed nunc constituetur * ad iudicium dominus: & statuet populum suum ad iudicium. Ipse dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi & cum principibus suis.* Perstat adhuc in eadẽ correctionis formula, à populo deflectens increpationẽ ad seniores principesq; ciuitatis, & formidabilius suũ digerens sermonẽ. Ipsũ porro introducit deũ iudicio disceptantẽ simul & condẽnatẽ, eosq; acriter increpantẽ pro peccatis in populũ cõmissis, quibus populum ipsum exacerbarunt, eoq; dicebat: Et nunc considebit siue constituetur ad iudicium dominus. Sermone enim consumpto in expostulatione criminum, illis tamen nihilo melius affectis, sed veluti omni sensu captis, & quidẽ tales criminari & in ius vocare nõ admodũ graue est: in tales autẽ animaduertere, terribilius, idcirco ait, quia & res ipsæ nũ accusatione tenus consistent, sed & pœna sequetur consentaneè respondens peccatis, ipso sententiã damnationis pronunciante, ac deinceps supplicia de eis exigẽte, qui aduersus peccatores est disceptaturus, id quod etiã ostendit quàm se demittat deus lõgè infra suam dignitatẽ, vt qui sustineat cum illis subire iudiciũ, ac disceptare & texere sermonẽ quo eos obiurget & suffundat pudore, id quod consueuit in magnam protrudere anxietatem eos qui intellectu prædíti sunt. Nec solùm ob illã quam priùs dixi, causam, aduersus principes & senio grauatos deflectit sermonem: sed vt vniuersos doceat, quia atrociores pœnæ principibus imminent, quàm subditis. Subditus enim pro se & solo, princeps autem pro se & pro populo suæ fidei cõmisso repositurus est rationem. Atqui à senioribus non immeritò tantundẽ exactæ discussionis exigetur. Quod enĩ illis fuit principatus, hoc & senioribus ætas. Etenĩ iuuenis siqua in re grauiter deliquerit, dignus planè obiurgatione est: se-

*κατασήσεται.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro ἀτεχέλαμ lege ἀτελείχμ. *ἐυκολώτερον ἢ ἐχθρόν.

nem verò per ætatem vicioſum eſſe,tótque & tantis æ- A ſtibus perturbationum obſideri * mirum eſt: quando is poteſt nõ magno negocio ſe recipere ad meliorem vitæ frugem,& alia temporariæ huius vitæ incommoda ferre tolerabilius,quando per rerum doctricem experientiam ſibi comparauit prudentiam longè amplio rem.Is ſenio iam confectus ſi opere exhibeat quæ laſciuientium ſunt iuuenum, meritò iis omnibus debet atrociorem excipere ſententiam. *Vos autem cur incendiſtis vineam meam, & rapina pauperis eſt in domibus veſtris?* Nullo non loco ſcripturæ declaratur eſſe Deo multa prouidentia de iniuria affectis,nec illi eſt minori curę atque eorum quæ in ipſum iniquè admittuntur:immò etiam inuenire liceat,vbi etiã grauius exaſperatur, nimirum pro iniuriis in conſeruos admiſsis. Etenim ei qui habe ret vxorem compertam fornicationis,permiſit à ſe expellere, ei verò qui gentilem coniugem haberet, non B item conceſsit: etiamſi peccatum perfidiæ gentilis in ipſum redũdet, illud verò reſilit in hominem. Et propoſito ſacrificio, iuſsit relinqui mun°, nec prius offerri illud:quàm is qui proximum contriſtauit, cuncta quæ fratrem concernerent, rectè diſpoſuiſſet. Et quando illum qui decies mille talenta debebat, addixit reſtituendæ ſummæ, coarguens eum in ſe commiſſorum, ne tunc quidem ſeruum vocauit improbum aut nequam:ſed & illi exempto pœnis debitum omne dimiſit,pro centum autem denariis à conſeruo debitis eun dem ſeruum nequam vocauit, & tortoribus tradidit cruciandum,nec prius dimiſſurum ſe dixit,quàm debi tum omne reſoluiſſet. Quin & Chriſtus quũ ipſe quidem in faciem colaphis cæderetur, in ſeruum qui colaphum impegerat,nihil (durius) fecit:ſed tantum reſpondit clemẽter: Siquidem malè loquutus ſum,teſti- C monium perhibe de malo: ſi autẽ bene, cur me cædis? Hieroboam inſuper quum extẽta manu conaretur apprehẽdere prophetam, à quo coarguebatur,manus illi exaruit:per hæc te erudiens,vt quæ tibi quidem ipſi inuehuntur,cum manſuetudine feras:quæ verò in domi num ingeruntur, multa cum vehementia vleiſcaris.

ὁμοδόλους lege ὁμοδιέυλους.

Ioan.18.d

1.Reg.13.b

Ob hoc & legiſlator etiamſi ſecundam dixit eſſe ſpeciẽ charitatis ſiue dilectionis quæ eſt erga proximũ, * ſed ſimilem dixit priori. Et quemadmodum priorem obſeruari vult, * ita & hanc.In illa enim ait,Ex toto corde tuo & ex tota anima tua: In hac verò, Sicut teipſum. E diuerſo ſcire quidem aliquis poſsit ex locis ſcripturæ aliquam multis,quantam deus,quàmque exactam dili gentiam exigat, vt ſi iuſti eſſe velimus, nos ipſos complectamur amore mutuo. Obſerua igitur, quàm acriter inſtet hic propheta,vtque verbis acerbiſsimis exaugeat obiectionem criminum: Vos autem, ait, cur igne ſuccendiſtis vineam meam?id quod ſi hoſtes & immanes quidam barbari perpetraſſent * vos autem his calamitatibus propinquos ac familiares affeciſtis. Vineam vocat populum,quòd pro eo tuendo & promouendo plurimum ſtudij ac diligentiæ impẽderit abuſque prima origine gentis.Expoſtulationẽ proinde exaggerat. Non enim dixit,Cur conſeruos,proximos, fratres:ſed ait, quæ erant mei peculij perdidiſtis, corrupiſtis quæ mei iuris fuerãt.Dein oſtendẽs quæ ſpecies fuerit iſtius incendij,ait:Rapina pauperis in domibus veſtris.Neq; enim tãta calamitate euertere vineas cõſueuit grando, vt animã pauperis mẽdici & inopis vrere ſolet iniuſtitia.Ipſa anxietas & ægritudo ſe in ſeceſſu animi effundens morte omni acerbior eſt. Equidem per rapinam extorquere aliena,nullo non tẽpore malũ eſt.maximè verò tum,quando is qui inceſsitur iniuria,ad extremã fuerit deuolutus paupertatem.Nec ſolo ſermone facinus hoc increpat: ſed & corrigit, eos tranſmittens ad contemplationem rapinæ.Pronunciata ſententia hac, abundè ſufficiebat ipſe pauperũ aſpectus ob oculos poſitus eum compungere,cui ſenſus aliquantulum ſupereſſet. *Cur vos iniuria afficitis populũ meum?* In eodem rurſus perſeuerat dicendi genere. Vt enim illic dicebat, Vineam meam,ita & hic,Populum meum. *Et facies humilium confunditis?* Quos conueniebat vt afflictos,erigere: hos impreſsione facta deturbatis. Quos debueratis in integrum reſtituere, hos in fruſta cõſcinditis & diſrũpitis.Præterquã enim,quòd per rapinã eos ſpoliabant, etiam deſpuebant eeu viliſsimos & auerſabantur,ipſiſque abutebantur crudelius quã quibuſlibet mancipiis, ad cumulum ſuæ inexplebilis auariciæ iactãtiam adiiciẽtes,& per diuitias iniquè partas multam inſuper ſibi vendicantes ſuperbiam.Superbiæ enim viciũ inexplebili auariciæ coniunctũ & affine eſt.Quanto enim cumulatius quis diuitias adauxerit,tantò fixius cordi impreſſerit morbum ſuperbiæ. *Hæc dicit dominus,dominus, dominus,inquam,exercituum.* Quidnã indicat vox στατιῶν exercituum?Angelos vtique,Archangelos,ſupernas illas virtutes. Cupiens auditorem à terra ad cœlum vſq; ſuſtollere,menti eius inſerit magni illius regni cogitationem atque intelligentiam. Equidem eo facit,vt auditore admiratione perterrito,rem ipſam cõficiat moderatius, doceatque tantam dei ſuſtinentiam non infirmitatis eſſe,ſed longanimitatis. *Hæc autem dicit dominus: Pro eo quòd exaltatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt elato collo,& nutibus oculorũ,& inceſſu pedum trahentes ſimul tunicas,ſi- Huius clam mulq́, pedibus ludentes:& humiliabit deus dominatrices filias Sion, & dominus denudabit habitum earũ in die illa. Et auferet dominus gloriam veſtimenti earũ,& ornatum earum,& * decentem contexturam crinium ac plexilem earum comam & vmbellas & gemmatum monile,ornatumq́, faciei earum & compoſitionem quę ſpectet ad ornamentum gloriæ, & brachiola & armillas & annulos & dextrocheria & bullas & inaures,veſtes item vndique purpura pertextas, ac mediè purpura temperatas, veſtemq́, diuerſicolorem per domum diſpoſitam,ſoleas lacunum ritu renidentes ac pellucidas,indumenta byſſina,hyacinthina,coccina.byſſum quoque auro & hyacintho contextam,ſubtilia palliola & auro aſtricta. Et erit pro ſuaui odore, * puluis: & pro zona, funiculo cingêris. Et pro ornatu capitis tui * aureo caluicium habebis propter opera tua: & pro tunica mediè purpurea circuncingêris ſacco.Hæc erunt tibi pro ſtudio te adornandi. Et filius tuus pulcherrimus quem diligis, gladio cadet:& fortes veſtri gladio cadent & humiliabuntur.Et lugebunt thecæ ornatus veſtri, & derelinqueris ſola & terræ adæquaberis.* Hebraica habẽt, dicit domin° deus exercituũ.pro quo Aldꝰ habet ὁ κύριος, κύριος σεραφιῶν. Huius clamoris ſuæ enarrationẽ habes poſt initiũ cap.4. * καὶ τὰ ἐμπλόκια καὶ τοὺς κορύμβους &c. vide Phauorinũ. *κονιορτός *τὸ χρυσόν habet Aldus.

D

Et apprehendent ſeptem mulieres hominem vnum in die illa dicentes: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris induemur: tantum inuocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum. In die illa ſplendeſcet deus in conſilio cum gloria ſuper terram: vt exaltet & illuſtret gloria quod relictum eſt in Iſrael,& erit quod relictum eſt in Iſrael in Sion, & quod relictũ eſt in Hieruſalem,Sancti vocabuntur omnes qui ſcripti ſunt ad vitam in Hieruſalem.Quia abluet dominus ſordem filiorum & filiarum Sion: & ſanguinem Hieruſalem purificabit de medio eorum, ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Et veniet dominus, & erit omnis locus montis Sion, & omnia quæ in circuitu eius erunt, obumbrabit nubes per diem: & inſtar fumi & inſtar luminis ignis incenſi per noctem omni gloria protegetur.Et erit in obumbrationem ab æſtu per diem & in protectionem & in abſconſionẽ ab aſperitate & à pluuia. Hæc dicit dominus,pro eo quòd exaltatæ ſunt filiæ Sion. Nouũ planè hoc & præter cõſuetudinẽ fecit ipſe propheta. Aduerſus enĩ mulieres inuect° ſermonẽ reddidit ſolitò prolixiorem, Cap.IIII.

** arbitror hîc deeſſe, nõ æqualẽ: dein legendũ, ſed ſimilem.*

**οὕτω ita, nõ æqualitatem, ſed ſimilitudinẽ dicit.*

**hîc ſupplẽdum quiddam, forte: fuiſſet tolerabilius.*

Incendium dominicæ vineæ, eſt rapina pauperis. Collatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lixiorem, id quod nullo ſcripturarum loco perſpicimus ſic contigiſſe. Quę igitur cauſa eſt nouæ iſtius rei? Exiſtimo id eſſe factum ob immodicam molliciē vxorum ac luxum profuſiorem: per quē virōs maxima ex parte inducebant ad rapinæ nequiciam. Ob hoc ſanè aduerſus eas etiam ſeorſim ab increpatione coniugum inuehitur, grauiſsima impingens eis crimina. Sermonem initio ſtatim promouet ex perſona dei: quem in hunc repetit modum: Hæc autē dicit dominus, Propterea quod exaltatæ ſunt filiæ Sion & ambulauerunt collo in ſublime erecto. Cardinem totius mali ſummámve eis impingit, nempe* vitam flagitioſam ac ſuperbiam. Et quidem hoc in nullo non ſexu graue eſſe deprehenditur: maximè ſi quādo ſe inſerit naturę muliebri. Mulier enim mirè turget redundanti faſtu atq; pertinacia: ſiquidem ſuapte natura & leuior eſt viro, & minùs quàm vir habet rationis, quare leui ex cauſa vacillat & in errorem inducitur, ſubmergitur ac patitur naufragium, inſtigante quòuis maligno ſpiritu, nempe faſtu ſuperbiáve eam demergēte. Videtur verò intendere ſermonem in Hieroſolymitanas, quare eas vocauit filias Sion. Et ambularunt elato collo. Hîc quoque eaſdem perſtringit ac faſtum muliebrē omnibus reddit conſpicuum, quando earum elatio nequit in ſola cogitatione ſe continere, ſed & in publicum erumpit per corporis motus ſe oſtētans. Nec modò propter ſuperbiam ſed & per effrænem laſciuiā eas traducit, hoc dicēs ac manifeſtans per cōſequētia. Adiecit igitur, Et nutibus oculorum. Quod eſt mulierum procaciū, ſcilicet pupillā oculi in obliquum deflectere, & per eam obliquationē oculi exprimere molliciem, & ad laſciuiam, procliuitatem. Nec vllum aliud indiciū eſt, æquè atque iſtud, certius: quo ſe declarent illices eſſe ac propenſas ad voluptatem captandam ac lubricam molliciem. Et inceſſu pedū ſimul trahentes tunicas. Crimen hoc non mediocre, quamlibet videatur leuis eſſe momenti: immò argumētum extremæ eſt perditionis, ad eum modum delicias facere, peruertere decorum naturæ, ac diſſolui, dum cōuerrunt humum circumactu veſtium. Certè vnus aliquis externorum comicorum hoc obiecit actori dicēs: Et tunicam demittens vſque ad talos. Et pedibus ſimul ludentes. Rurſus & hoc ſpecimen exhibet obſcœnæ iſtius turpitudinis. Per hæc enim omnia, puta per oculos, per veſtimenta, per pedes, per inceſſum ipſa vel caſtitas, vel certè impudicicia ſe conſpicuam exhibet. Hæ enim motiones organorum ſenſiliū dum intus aſsident animæ, ſe habēt perinde ac feciales ſiue præcones, ac veluti pictores qui temperata ac permiſta varietate colorum, quas volunt, exprimūt imagines. Ad hunc ſanè modū motiones etiam membrorum corporis formas animæ impreſſas produūt, extrinſecus & palàm exerunt, obq; oculos noſtros exponunt. Ob id alter quidam ſapiens dicebat: Amictus, viri & riſus dentium & inceſſus pedis renunciant quæ de eo ſunt. Et humiliabit deus dominatrices filias Sion: &, Dominus denudabit habitum earum in die illa: & auferet dominus gloriam veſtiarij earum. Cōſtituta obiectione duorum criminum, ſuperbię & luxuriæ, ſuum cuiq; cōgruens adhibet remedium. Priori, quod prius eſt: alteri quod ei curando conſentaneū eſt. Et quidem curandæ ſuperbiæ medelā opponit humiliationis: immodico ſtudio exornandi habitus, ipſius ablationem admouet. Ait enim hęc omnia diſperitura, ſimul atque ingruerit bellum. Quæ enim intumuerant ſuperbia, & quæ in contumaciam rebellem prolapſæ erant, timore

A hoſtium ſuppreſſo tumore ab hoc affectu vicioſo ſunt exemptæ: quæ item iugiter laſciuiebant priùs & profuſiore luxu deliciarum diffluebant, quum in id iugū inciderint captiuitatis, omni illa inerti mollicie à ſe excuſſa liberabuntur. Sermonē itaque vt redderet aſperiorem, auditorumq; mentes perſtringeret peracriùs: ſingula enarrat per ſuas quæq; ſpecies, ſuperuacaneam curam veſtimentorū, puta aureorum, quæ item ab aſpectu eſſent, quę rurſus ad corporis reliqui ornatū pertinerent. Is etiam cultus tranſit ad decorandam familiam. Etenim hę nō modò corpora ſuperfluo cultu exornabant, ſed & extendebant profuſiorem luxum ad parietes vſque expoliendos ſuperuacaneis ſumptibus præter decorū, capillos obtorquebant,* vela quædam conſimilis impoſturæ quaquauerſum porrigebant. Si- B quidem etiam hoc coarguit dicens: Quia auferet gloriam veſtiarij earum & ornatum earum, & cincinnos intortos, plexileſq; mulierum comas. Κεφύμβους autem dicit ornatum quendā circa caput muliebre aut frontale, reticulum, ſiue vittam, habitum inſuper, vmbellas item lunatas, alium quoque cultum in ſpeciē lunæ ſemiplenæ ad cohoneſtādam ceruicem, torquē ſeu monile ad pectus demiſſum, ſubtilem & æſtiuam veſtem, ornatū denique faciei earum. Hîc mihi innuere videtur confricationes & delineationes inſtar artis pictoriæ, compoſitionem totius ornamenti ac ſplendoris, quod & dicit aureis bracteolis circunquaq; detextum, armillas aureas ad decorem brachiorum circumpoſitas, aliud item genus brachialis, alia item ornamenta circa manuum iuncturas, textile illud crinibus implicandis accommodum, cultum aureum ornando capiti circumpoſitum, annulos item & dextrocheria, quæ C & dexiaria vocāt. Inaures inſuper & prætextatas tunicas ac purpura circuntextas ſiue particulis purpuræ intertextas & aſſutas, veſtes quoque extimas ſparſim domo tota diſiectas, tranſparentia denique & pellucida laconica. Tantum ſuperfluæ curæ adhibebāt exercendæ ſuæ vni petulantiſsimæ libidini, vt non indigenis ſolùm vterentur veſtibus: ſed & è longinquo, ex aliena regione aduectas ſibi eas aſciſcerent, proq; eis cōparandis tranſadirent maria. Intermedium enim Paleſtinæ & Lacedæmonis vaſtum eſt. Pelagus ſiquidem immenſum interiacet. Nō temere igitur eam appoſuit patriam, omiſſa nomenclatura veſtimentorum: ſed vt palàm traduceret ipſarum exuberantem laſciuiam, ceu ſunt byſsina, hyacinthina, coccina, quodq; byſſum vnà cum auro & hyacintho aſſutam limbo & fimbriis attextam geſtarent: theriſtra quoque ferrēt velut incruſtata & incluſa bracteolis aureis. Nullā enim ſpeciem in veſtimentis, non in reliquo cultu intentatam reliquerunt: ſed omnem viam rationémue profundēdarum opum ſunt aggreſſæ, velut debacchantes tyrannide libidinis ac petulantiæ. Porrò ſi crimina hæc tanti fiebant tum, ante aduentum gratiæ ac tantæ cognitionis ſapientiæ: quam hæ ſperent ſe conſequuturas veniā, quæ ad cœlos inuitatæ iam ſunt, & ad productiora certamina? Vocatæ inquā & attractæ ad imitationem angelicæ puritatis, &, vt pleniore cum exuberātia animi, victoriam reportent ex deuicta hac petulāti laſciuia, dum eas corporis partes contegunt qualicunque ornatu: lam planè quod grauius eſt, ne ſe quidē exiſtimant peccare: quamobrē neceſſe erat, vt aduerſus iſtas diſtringeret hanc ſentētiam propheta. Neque enim in illas ſolùm cōpetit: immò magis aduerſus has quæ dicetur, hæc quadrat inductio, Quia erit pro odore ſuauitas, pul-

*Αἱ πόνοιαι καὶ ἀλαζονίαι.

*πτέρα, legè περιττὰ σάλα.

τὰς χλιδώνας καὶ τὰ ἑλίκια. τὰ περιδέξια καὶ δεξιάρια.

λακωνικὰ διαφανῆ.

pro ἀτιδῶσι matè lege ἐδύσαντο

τοσαύτης φιλοσοφίας.

Ariſtophanes, in fullor.

Eccl. 19. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

ui, pului. Vides, vt ab illis excludat delibutionē linitu- A
rámue vnguentorū: proinde & illi statuit non mediocrem pœnam. Κονιορτὸν, hoc est excitatum puluerē hoc loco dicit eū, qui in aërem sublatus est ab effossa & solo adæquata ciuitate per impressionem à barbaris factam. Eam enim tunc & igni & ferro expugnarunt atque euerterunt, partem hāc quidem suffusione demolientes, illam verò tradentes incēdio. futura igitur hęc præcinēs dicebat: Quia pro odore suaui, erit puluis: & pro zona funiculo cingēris. Videlicet sub eorum aspectum ponēs habitum figurámue captiuitatis, atque ipsorum abreptionem in regionem barbarorum. Et pro ornamento capitis tui habebis caluicium. Aut defluentibus capillis per inopiam victus necessarij, siue etiam id in eas admiserint hostes, aut certè sibi ipsæ crines auulserint. Etenim apud veteres, mos hic inoleuerat: vt luctu & calamitate quapiam oppressi tonderentur, B
seq; glabros redderent & recaluastros. Iob enim audita liberorum calamitate, sibi totondit caput. Progrediens propheta ait: Cum sacco & planctu. Rasuram illam & glabriciem capitum quæ facta est, intelligit. Alter item ait, Et rasura & detonsio fiet super filios tuos molliculè ac delicatè viuentes. Et pro tunica purpuræ intertextæ, præcingeris sacco. Hæc ne quæso terribilia esse & intoleranda videtur? Atqui cruciatus vobis infligendus non ad hanc vsque mensuram subsistet: sed virulētus ille vermis & circunfusæ tenebræ vnæ alias excipient. Si enim illis captiuitas, seruitus & extrema pernicies reposita erant, pro immoderato ornatu corporis, (Hoc etenim exigebat pœnam, quare peculiari quadam pœna hanc speciem peccati puniebat.) *Audi, quo pacto enumeratis criminibus illis, subiecit & cau- C
sam. Hæc eadem; te manent pro exquisito ornatu. Quòd si igitur Iudaicæ illæ vxores ob immoderatum cultum tantam pœnam subiere, vt patria à fundamentis excisa, & eædē multis perfruitæ deliciis posteà seruæ, captiuæ & extorres ac patria orbatę in alienam deportatæ sunt regionem, fami insuper ac pesti innumerisq; mortibus traditæ: nunquid non perspicuū est nos multo atrociora passuros, si in eadem peccata reuoluimur? Honores enim vt sunt cumulatiores: ita & pœnæ grauiores accedunt. Quòd si nulla mulierum in hanc vsque horā simile aliquid passa est ob immodicum se adornandi studium, nolim nimium confidat. Cōsuecuit enim deus præstituere pœnas peccatis debitas in vno quopiam & altero item, & per illos legem sancire in vniuersum omnibus de his quæ & illos apprehēsura sunt, suppliciis. Vt autem quod dico, reddam dilucidius: peccatum nimisquam graue commiserunt qui D
tum Sodoma incolebant. Hi delapso è nubibus violēto fulmine, extremam dederunt pœnam, vnà cum ciuitatibus & populis, terra ipsa cœlesti igne deflagrauit cū vniuersis corporibus. Quid igitur est? Nemo ad illorum exemplum, posteà similia quædam ausus est admittere? Equidem multi adeò, & plerisque in locis terræ habitabilis. Qua igitur ratione nihil tale passi sunt? Quia alteri longè atrociori supplicio asseruantur. Ob hoc enim semel inflicta eiusmodi pœna, destitit deus: vt qui eadē flagitia perpetrare ausi fuerint, etiam si hîc nullam luant pœnam, nihil tamē obscurè nouerint se nunquā effugituros. Quo modo enim consentaneum rationi esse possit talia perpessos, qui peccarunt quidē, sed ante aduentū gratiæ, ante legis promulgationem, qui neque prophetas audierāt, neque vllum alium qui prohiberet: illis verò posteriores qui post perfruitio-

nem tantæ dei prouidētiæ, ne sic quidem tali exemplo facti sunt continentiores (id quòd multò maxime intendit grauitatem peccati) quis hos, inquam, speret pœnam huic facinori impositam euasuros? Quid ni igitur adhuc & in hodiernū vsque diem hi pœnas dederunt? vt intelligas eos reseruari supplicio longè atrociori ac multò grauiora passuros Sodomitis illis, audi Christū pronunciantem, Tolerabilius erit terræ Sodomorum *Matth.10.b*
& Gomorrhę in die iudicij, quàm ciuitati huic. Mulieres igitur immodico studio se componendi deditæ si non eadem nunc patiantur quæ & illæ ob immoderatum sui corporis cultum passæ sunt, ne hinc sumāt audaciam. Ipsa enim tolerantia & dei longanimitas for- γνώμη.
nacem illam quotidiano cumulo reddit acerbiorem, efficitq; maiorem flammā. Quin & hoc in Anania cōtigit & Saphira. Illi enim initio ac in proœmio prædi- *Actor.5.ab*
cationis sublata parte pecuniarum, repentina morte *Confirmat*
prærepti sunt. Quàm multi post illos talia ausi, nihil *τῷ παρα-*
perpessi sunt? Qua igitur ratione dixeris iustum iudi- *δείγματι.*
cem & omnibus quæ æqua sunt, distribuētem, qui eos quidem plectit qui minùs deliquerunt, eos autem qui grauiora admiserunt, finit abire impunes? Idne etiam *Solutio quæ*
perspicuum est? Nam quando dominus diem cōstituit *stionis.*
in qua iudicaturus est orbē terræ, ob hoc pœnam cuiq; decernendam in illū reiecit diem, vt vel per eius longanimitatem meliores efficiātur, aut certè si in iisdem facinoribus permaneant, atrociora sustineāt tormenta. Nos igitur siquando eadē illis admittimus qui *prius* deliquerunt, & pœnas luerunt commissorum, *nec* tamen eadem atque illi, patiamur: *ne hinc vllam* præsumamus fiduciam: immò *tantò magis* nobis malè metuamus. Pœna enim *illis* inflicta, Deus quasi legem cæteris obseruandam promulgauit, omnes in commune admonens ac dicens, quia eum, qui initio peccauit, ob hoc scelus puniui, vt tu quoq; qui illis posterior deliquis, eadem expectes, aut certè muteris fiasque melior. Istiusmodi enim peccatis tales constituuntur pœnæ, etiamsi non mox à commisso peccato *contingant*. Nec frustrà hisce rebus sum *immoratus*: sed quia vicium istud *plane noxium domos hominum* penetrauit per eneruem *mollicie* vxorum, ipse nimius amor corporis ornādi (*qui iusto* vehementius dispergebat opes in intēpestiuos hosce sumptus) viros impellens, occasionem suggerebat belli, seditionis & controuersiarum quæ quotidie exoriebantur, & vētres pauperum atterebat. Si quando enim vxor substantiam omnem, aut certè plus facultatum (quàm suppetebat) cogebat virū insumere ad proprij corporis contumeliam, (planè contumelia fit corpori, dum auro vndique conuestitur) necesse tum fuit manum contrahere à benignitate eleemosynæ in pauperes erogandæ. Quàm multæ hinc oriantur species peccatorum, cuiuis nosse liceat. Cæterum omissis his quæ norunt hi qui doctrice experientia perspicuè norūt quid hac causa patiantur, ea attingamus, quæ sequuntur proximé. futuræ enim captiuitatis repræsentato habitu, dixit, quia eam illis inferret pro nimio cultu, simul & acriter intendit imminētem calamitatem dicens, *Et filius tuus pulcherrimus, quem diligis, gladio cadet. Et fortes vestri gladio cōcidēt.* Est & hoc captiuitate atrocius. Etenim vita ipsa est morte amarulentior. Nanque cum iugo seruitutis, etiā lamētari quum adigantur indecenti luctu, tecum reputa quanta istius afflictionis sit magnitudo, quum videant aduersum se tot calamitates plenas amaritudinis, continuata serie vnam alteri succedere. Etenim, vt sola adsit captiuitas,

moleſtum

Hîc in exemplari pars sententiæ trū ca est vt locis aliis ali quā multis.

λιμῷ & λοιμῷ.

Canon iustitiæ diuinæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

molestum tamẽ fuerit & vix tolerabile malum. Quòd si in libertate viuentibus luctus eiusmodi contingant: ipsa morte fuerit vita acerbior. Nunc verò pronunciat vtraque hæc coniunctim affore. Hãc proinde calamitatem meliùs conuenit dicere duplam, immò triplam, adde & quadruplam: quando & filius & is præstantia formæ insigniter conspicuus, eoq; desiderabilis & hic à barbaris cæsus, neque iuxta cõmunem naturæ legem, finem accepit vitæ. Cum hoc, reliqui ad vnum omnes in ætatis flore erant constituti: ita vt nihil supersit bonæ & vtilis spei, quod ad humanam opem atque præsidium attinet: *Et humiliabuntur & lugebunt thecæ ornatus vestri: & relinqueris sola, & ad terram prosterneris.* Per hęc omnia amplificat luctum, timorem vehementiùs intẽdit, efficit vt animorum inualescat solicitudo, sub oculos exponit quæ illas manerent grauia, enarrationem vẽturæ calamitatis* amplificat, quoquouersum recurrẽs, vndequáque cogens quę auditoribus mœrorem ingererent, ob eorum stoliditatem. Abunde enim sufficiebat, vt hæ tantis concussæ comminationibus resipiscerent, sensuq; perciperent in quas venturæ essent anxietates. Ob hoc sanè subtexuit, quod illis commiseratione dignum videri queat, nempe videre se thecam auro exhaustam, in monimentum superioris fortunæ, ipso aspectu consistentem, vbique eas retinens, in mœrore. Etenim tunc vel maximè perstringere nos consueuerunt, & acrius extimulare afflictiones, quãdo eas cõferimus cum priore fœlicitate. Collatio enim eiusmodi vlcus ipsum efficit molestius. Siquidem & Iob eximius dicebat hoc, lugens: Quis me ponat iuxta mẽsem pristinorum dierũ quibus me deus custodiuit? Et suas opes vniuersas enarrat ac bona quasi è fontibus vbertim affluentia, honores, annuos prouẽtus, omnem denique generis splendorem, ita vt collatione eorũ doceret prẽsentem afflictionem multò esse molestiorem, & his quę acceperat, bonis grauiorem. Quod equidem nunc etiam fecit propheta cõmemoratione thecarum. Nec his ait contentus, sed & eas introduxit lamentantes. Hæc enim docẽdi formula euidentior redditur & significãtior, siquãdo fiat per eiusmodi prosopopœias, hoc est, confictis personis. Et quidem prius vineas induxit lugẽtes, vinũ item, vt auditorum animos acrius percelleret, eorumq; stupidam crassitiem attingeret pressiùs. Quid autẽ est, Derelinqueris sola? Nullos habitura es qui tibi auxiliẽtur, prouidentia dei destituta, & alio omni splendore gratiæ spoliata, & parte omni cincta hostiũ exercitu, insultantibus tibi vndique barbaris. Sub hæc volens cõspicuam reddere magnitudinem humiliationis earum, ait: Et ad terram prosterneris. Neque enim ait, cades, non item defereris: sed alia vsus dictione est quæ omnem eius imbecillitatem lucidius exprimat: *Et apprehendent septem mulieres in die illa, virum vnum, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimẽtis nostris operiemur. Tantùm, nomen tuum inuocetur super nos. Aufer opprobrium nostrum.* Eam hominum raritatẽ innuere vult quæ cõtigit atrocitate belli, quóve pacto ad minimum numerũ redactus Iudaicus populus superstes fuit. Neque enim dixerũt opus esse, vt à viris exhiberetur mulieribus ea decens præfectura: sed vt permissa ei tenuitate administrationis ipsæ eum obseruarent ac diligerent, si quidem eas simpliciter, & vt contigit, liberaret nomine sterilitatis siue viduitatis. Sensum enim hunc indicat illud: Aufer opprobrium nostrum, quãdoquidem in vetere testamẽto opprobrium esse videbatur.

Deu. 7. c *In die illa splendescet dens in consilio cum gloria super terram, vt exaltet & glorificet quod reliquum est Israelis.* Mente istarum concussa peracri cõminatione impendentium eis anxietatum, simul etiam atque satis instantem calamitatem tragico boatu deplorauit, enarransq; plena terroris, sermonem etiam fusius extẽdit, quod reliquum est, assumẽs cõuertit ad humaniora. Medicinæ enim multò optimæ ea est ratio ac modus. Non sola sectione, non item vstione tantùm vtitur: sed dolores illinc inuectos solatur ac leuat lenioribus pharmacis, quod etiam hic obseruat propheta. Neque enim sermonẽ integrum cõsumere voluit in his quæ inamœna sunt, & ingerunt mœrorem: sed & sublatis è medio malis tradit benigniora. Neque enim prædicit eximendos solùm perplexis istiusmodi molestiis: sed & multa perfruituros celebritate nominis & eximię dignitatis splẽdore, id quod vocat illustrationem siue splendorẽ dei, tenebras dispellentem totius anxietatis, lucemq; diurnam exhilarantem, eos etiam per hæc illustriores reddentem. Proinde additur & illud: In consilio, ac si diceret, circũspectè & intelligenter cũcta peraget, cumq; decenti sapiẽtia eorum: *Et erit quod residuum fuerit Israelis, in Sion: & quod relictum fuerit in Hierusalem, sancti vocabuntur omnes qui scripti sunt ad vitam in Hierusalem.* Vt discas non fuisse vllius fortuiti casus, quòd reliqui istius belli discrimen effugerint conseruati, sed cœlestis sententiæ decreto quasi muro cõmuniti: quòd quum alioqui in mediis consisterent malis, capti non sunt. eoq; ait, Sancti vocabũtur omnes qui scripti sunt ad vitam in Hierusalem. Designati (ait) siue definiti, certa morũ exploratione commendati, vt nihil aduersi paterentur. Nec ab re eos vocat sanctos. Per hoc enim ostendit nõ fortuita sepositione distinctos fuisse atque exemptos cõmuni aliorũ internecioni, nec simplici ex causa deum eis præsentem atque propicium: sed per spectatam morum probitatem illos nonnihil contulisse, siue ea præcesserit, siue posteriùs subsecuta fuerit. Vt enim fuerint vtiles quidam & æqui, attamen per eas calamitates quę cõtigerũt, effecti sunt meliores & magis strenui. Quẽadmodum enim aurum igni traditũ scoriam omnem deponit: ita & qui in mediis tentationum procellis cõstituuntur, si solertes admodũ sunt & studiosi, omnem socordiam abstergunt, & à se depellunt. *Quia abluet dominus sordem filiorum & filiarum Sion, & sanguinem expurgabit de medio earum, spiritu iudicij & spiritu ardoris.* Mihi hîc videtur duplicem dicere expurgationem, & quòd pœnam luerent eorum quæ perperam cõmiserant, & quia in futurum illinc euasuri essent strenui magis. Sanguinem verò Hierusalem homicidia dicit, cædesq; iniustas. Deinde intendens atrocitatẽ criminis ait: De medio earum. Neque enim hominum cædes quas sceleratè sunt ausi perpetrare, clàm absconderunt: sed quàm sicarij aut publicorum itinerum obsessores sceleratiùs. Etenim hi in tenebris & solitudinibus consueta facinora aggrediũtur: Iudæi autem mędio in foro, media in ciuitate, in ipsis cõciliis & tribunalibus quæ prædonum sunt, flagitia præter ius fasq; admittebant. Sed & notam hãc illinc exortam (ait) bellum ex inopinato irruens abolebit & cõsumet. Etenim in tempore bonorum respondet ea repensa esse pro molestiis priùs illatis, & quia illi ipsi euentus qui acciderunt, ob hoc contigere eis, vt abluerentur, vt expurgarentur, vt sordiciem à se omnem reiicerent, vt denique probrũ quod ex admissis peccatis cædibusq; inustis cõtraxerant, abstergerent. Quid autem est, quod ait: In spiritu iudicij & spiritu ardoris? Vtique in metaphora persistit ab his deriuata

Ἐυφίνει lege ἐυφύνει.

Iob ca. 29. a

Principiũ. cap. 4. enarratur.

Confirmat collationem.

Similitudo elegans.

Mulier dicta sterilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deriuata qui cõflant metallicas materias. Quemadmodum enim illic aſpiratio venti incidens in conflatoriam fornacem, & flammam ipſo afflatu excitans, carboneſq; redaccẽdens ſcoriam omnẽ abſumit, itidem & hic vindicta à deo emiſſa. Vt enim hoſtium impreſſio ſemel adorta eſt ciuitatem, inſtar ignis in eam graſſatur, ignis inquam non in totum diſperdentis, ſed incendentis, ſed expurgantis, punientis & ad rectitudinem reuocantis. Hunc enim ſenſum habet illud: Spiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Hoc eſt, punitione, vindicta, vltione. *Et veniet dominus.* Aduentum eius vocat ipſius vim operatoriam. *Et erit omnis locus montis Sion, & omnia quæ in circuitu eius ſunt, obumbrabit nubes per diẽ, & quaſi fumo & quaſi luce ignis ardentis in nocte, omni gloria protegetur. Et erit in vmbraculum diei ab æſtu, & in protectione & abſcondito, ab aſperitate & pluuia.* Per nubem præſenti loco eam innuit conſolationẽ quæ ex tolerantia aduerſitatis ſe inſerit patienti animæ: per ſtruem verò lignorum accẽſam, eũ inſinuat ſplendorem qui vnà cũ conſolatione interuenit. Quod enim in æſtu eſt nubes, hoc in tenebris & profundiſsima nocte accenſa ignis ſplendore pyra. Etenim nubes ſitũ terræ æſtumq; retundit & propellit: accenſa autem pyra diſcutit caliginem. Porrò illuſtrem eius aduentum ſplendori accenſæ pyræ: liberationem verò eorum comparauit nebulæ vmbratili. Docens deinde mala hæc diſſoluenda non quidẽ ſenſim, ſed de repente, quia in ipſo infligendæ aduerſitatis articulo, mutatio fieret: vt illinc diſcerent illam ſtatus publici repẽtinam in melius permutationem non eſſe factam ex rerum reuolutione & fortuito cuẽtu ſiue fato, ſed totum id ſuperna virtute eſſe cõfectum, ait inſtar ignis flammantis in nocte, hanc affore mutationem. Et erit in vmbraculũ diei. Quæ hæc erit vmbra? Dei auxilium, ait, & in ſuſtinendo conflictu commilitium. Nam quemadmodũ in æſtu vmbra, & vt hiatus abſorptæ terræ aut certè latibulum ſub exeſa rupe ac ſpelunca, quam diſrupit vis pluuiæ vehemẽtioris, eum illic in tuto conſeruat qui ad ſe confugit: ita ſanè dei auxilium quem tutandum ſemel ſuſceperit, nihil ſinet pati intolerabile, tantoq; erumpẽte bello, initio ſtatim eos tuetur ac ſeruat clementer, quorum miſeretur.

A ſimili petita collatio.

Cap. V. *Cantabo dilecto canticum dilecti mei vineæ meæ.* Propheta ſimulatq; eos exterruit triſtium comminatione, bonorum atque vtilium promiſsione exhilarauit, denique operatus multiformem medelam, rurſus ſermonem reducit ad alterum principium, principiũ inquam cõſentiens proœmio ſuæ huius prophetiæ. Quemadmodum enim initio ſtatim recẽſuit beneficia à deo in eos collata dicens, filios genui & exaltaui, tranſgreſsiones inſuper legis temere & per contumaciam ab eis commiſſas inferens & in mediũ proponens, Quia ipſi ſpreuerunt me. Et, quia Iſraël me non cognouit, & populus meus me nõ intellexit: ſic ſanè etiam hîc, aliis quidem dicendi formulis, at iiſdem ſenſibus eadẽ conſentaneè ante dictis edocet. Cæterum quam ob cauſam eos reprehenſurus, eam reprehenſionem vocat canticum: Et quidẽ Moſes cum Maria hoc fecit iure optimo, vt pote carmen illud victoriale modulaturus. Nec ab re ſic exorſus dicebat: Cãtemus domino, glorioſe enim *glorificatus eſt: equũ & aſcenſorẽ deiecit in mare. Quin & Debbora erecto illo admirabili trophęo partaq; prętер omniũ opinionẽ victoria meritò prætexuit triũphale canticum, laudem totius vni deo aſſcribens. Hic ex diuerſo, crimina eis obiecturus, quũ ad hoc præſtandum foret opus vehementi verborum acrimonia, & animo nequaquàm lenteſcente aut remiſſo, pollicetur nobis modulaturum ſe canticum, idq; vocat criminum obiectionem. Atqui nõ hic ſolus, ſed & eximius ille Moſes tunc quum triumphale carmen, in ſugillationẽ ludæorum prolixum carmen cecinit, commemorãs eorum crimina ac dicẽs: Hęccine domino redditis? Hic populus ſtultus & non ſapiens. Et cõſcripta multorum criminum obiurgatione ſanxit lege, vt iidem in poſterum cum cantu hæc depromerent, quin & eadem nos etiam cãtu proſequimur. Qua igitur cauſa, criminum obiectiones eiuſmodi deſcribunt ſub cantici nomine? Nimirum quia vſu ſpiritualis ſapientiæ didiciſſent & cuperent multum inferre emolumenti animabus auditorum. Nam quãdo aliud nihil eſt tam frugiferum, & adeò vtile: vt eſt eorum iugiter meminiſſe quæ nequiter cõmiſeris, eam autem memoriam nihil ita ſtabilem ac firmam reddit, vt melodia, hinc ne per acrimoniam obiurgationum vehementiorem iſti effecti cunctatiores renuerent audire, vitauit illam cõtinentem memoriam peccatorum, modulatione cantici tegens interim, & ſuffurans à memoria metum infamiæ & intolerandam animi deiectionẽ releuans, eoq; cantica hæc ſcripſit, vt deſiderio concinnæ modulationis inducti continenter eadem proferrent, iugiter eorum meminiſſent, penes ſe perpetuò retinerent doctrinam quãdam ad opera virtutis promouentem, nempe aſsiduam peccatorũ memoriam. Noſtis quippe alios quidem libros ne de nomine ipſo eſſe permultis familiariter notos: Pſalmorũ verò opus ad vnum omnes vel ore circunferunt: & per ea cantica ipſis etiam operibus declaratur hactenus, quantum ex eorum melico concentu reſiliat lucri. Sanè ob hoc hic quoque: Cantabo iam dilecto meo canticũ dilecti mei vineæ *meę. Canticũ dilecto ait, vineæ. De dilecto ipſo canam. Etenim ipſum cantu proſequar ac celebrabo. De ipſo argumẽtum cantici ſe mihi exhibet, deq; ab eo geſtis. Quòd ſi inſimulaturus eũ & crimina obiecturus, amabilem *tamen vocet & dilectum, ne mireris. Siquidem hoc vel maximum eſt compẽdium, viamq; præſtruit ad obiurgationem: quando dilecti & tam munifica benignitate à deo collata perfruiti ne ſic quidem meliores effecti ſunt. Simile quiddam propheta alter ſed obſcuriùs innuens dicebat: Quaſi vitem in deſerto inueni Iſraël, quaſi ſpeculatorem in ficu, præcocem noui patres eorum. Per horum fructus oſtendẽs quid in ipſorum patribus ſibi charum fuerit & cum primis amabile. Charum quidẽ ſeu deſiderabilem & præamabilem vocat, non ob propriam virtutem, ſed propter dei benignitatem. Quod autem dicit, hoc eſt: Quia ego quidẽ ad hunc modũ dilexi, quaſi ſi quis vuam inuenerit in deſerto, aut quaſi ſiquis offenderit ſpeculatorem in ficu. Vt enim hæ ſimilitudines prorſus indignæ ſint quæ deo accommodentur, at certè illorum ingluuiei conſentaneè reſpõdebant. Ipſi verò (ait) tantam conſequuti dilectionem abalienati ſunt, ingreſsiq; ſunt ad Beelphegor. Sanè ad eundem ſenſum etiam hîc ipſum vocat dilectum & amabilem, oſtendẽs quia deus quidem re ipſa exhibuit omnia quę ſuam decebãt erga illos dilectionem, non quòd priores dilexiſſent, ſed quia ipſe dilexit. Illi autem poſt hæc non exhibuerũt ſe eius beneficentia dignos: ſed opere ipſo omnia exhibuere cõtraria: *Vinea facta eſt dilecto, in cornu, in loco vberi.* Nomine vineæ, omnẽ inſinuauit prouidentiam, diligentiam omnem excolendis eis exhibitam repræſentauit. Nec tamen eo vſq; prouectus reſtitit, ſed & alia in eos præ-

Exod. 15. a *Διεδόξασται.*

דברח *apis verbũ. Iudicum. 4.*

ἐγκώμιον pſalterij. Da vidici.

**ἀμπελῶ vinea.*

**ἀγαπητὸν ἀγαπητόν.*

Mich. 7. a

בעל-פעור: *beel phegor idolũ Moabitarum, Mars creditur. Deut. 4. Numer. 25. Oſee. 9.*

Universidad de Deusto

rogata beneficia recenſet. Orditur in primis id à ſitu loci, quod indicat illud: In cornu, in loco vberi ſiue pingui. Et hoc quidem dicit approbans nativam terræ indolem, per illud verò commendat loci ſitum, quod *Pſal.124.* & Dauid pſallens dixit: Non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. Montes in circuitu eius: & dominus in circuitu populi ſui. Ait etenim dominum eam ſe præmuniiſſe mœnium ambitu & loci poſitura. Nec tamen eo dicto abiit contentus: ſed adiecit, quia dominus factus ſit ei murus vel fortiſſimus, quod certè etiam obſcurè quidē innuit, dicens: In cornu. Neque enim hoſtili manu capi tum poterat ea ciuitas, ſimul indicans inexpugnabilem fuiſſe locum. Præ hoc etiam indicat opem à deo illis fuiſſe auxiliarem, à *Cornu bubulum, index fortitudinis.* cornu bubulo ducta metaphora. Etenim talis adagio in vulgus exiit de his qui ad tutum aliquem locum cōfugiunt. Nam quando iumentorum omnium fortiſſimus eſt taurus, id quod fortius eſt eo animali conſueuerunt plerique appellare, nempe cornu. Sed & ſcriptura plerunque eos qui in tuto cōſiſtunt, vocat cornu monocerotis. Itaque in cornu perinde eſt hic, atque in ſecuritate, in faſtigioſo ac ſublimi loco, in quē ſenſum initiò dicebat: filios genui & exaltaui. In loco vberi ſiue pingui, quod ſanè Moſes confirmauit: Terram fluentem lac & mel: *Et ſepem circumpoſui & circumuallaui.* Sepē ſiue maceriam dicit ſeu munitionem mœnium, aut legem, aut certe dei prouidentiā. Lex etenim muro quōuis tutius eos vndique cingebat. Et vallo circundedi. Hoc eſt, fortem illi cuſtodiam impoſui. Quādo enim maceriæ inuaduntur & plerunque deiiciuntur, ait ſe altero forti præſidio cinxiſſe vineam. *Et plantaui vineam Sorek.* In eadē perſiſtit metaphora, quam verbo tenus enarrari nihil eſt neceſſe: tantum quæritur vt noueri- *De שרק vide Hieron.* mus mentē prophetæ. Sorek præſenti loco veram fuiſſe confirmat & generoſam, non item ex illegitimis & inferioris notæ propaginibus prognatam vineam: ſed ex probatis & quæ cum primis commendantur. Siquidem vinearum quam multa ſunt genera. *Et ædificaui turrim* ſiue torcular in medio eius.* Quidā turrim interpretātur templum: torcular verò altare, nimirum quia illic offerebātur fructus pro vniuſcuiuſque virtute, collecti ab vniuerſis item ſacrificiis. Ego vtique quod dicere cœperam, cuiā nunc confirmo, oportere animum adhibere intentioni iſtius metaphoræ. Per hæc enim omnia ſignificare vult, quia quæ meam vnius operam deſiderabant, impleui omnia, omnem exhibui diligentiam. Non attriui eos moleſtis fatigationibus, non laboribus confregi & collidi. Nequaquā iuſſi, vt eam turrim exædificarent, vt eam tegerent & communirent, non vt vineā plantarēt: ſed opus ipſum omni ſua parte abſolutum eorum manibus tradidi. Neque eatenus ſolùm ſtiti metas meæ erga illos benignitatis: ſed & tantiſper expectaui, donec faceret vuā, præſtolatuſq; ſum accommodū tempus & opportunum fructificationi, multa vſus longanimitate. Illud enim ἔμφυα ſuſtinui, hunc exprimit ſenſum. *Fecit autem ſpinas.* Et hoc luculenter oſtendit vitam illorum nullius fuiſſe bonæ frugis, ſed ſpinis aculeatam ac præduram. Qua igitur venia digni eſſe cenſeantur, qui poſt tantam agricolationis diligentiam, hoſce fructus ſuos repēdunt agricolæ?

Et nunc homo Iuda & habitatores Hieruſalem iudicate inter me & inter vineam meam. Vt multiplex ſuperſit copia allegationum tuendo iuri ſuo neceſſe eſt: ſi quis demum aliquando eos iudices cōſtituit de à ſe geſtis, qui obnoxij erant reddendæ rationi de malè commiſsis. Nec iam cōmemoro vetera, ait, quin etiam hodiè paratus ſum iudicium ſubire. Quum adeò nunquam deſiiterim explere quæ meam decebant clemētiam, vos ex diuerſo quæ debuiſtis, nunquam impleſtis. *Quid faciam amplius vineæ meæ?* Sanè reportata de illis victoria ſimul atque illos oſtendit conuictos ingratitudinis & perfidiæ: tūe deinceps in medium producit ſententiā, & quæ facturus ſit ei, pronunciat. Non quidem vt condemnet, ſed vt timore intentatæ comminationis perculſos moderatiores reddat. *Auferam ſepem eius, & erit in direptionem: & deſtruam murum eius & erit in conculcationem.* Dirimam & auocabo ab ea auxilium meum, ope mea omni nudabo eam, efficiam vt tanta hac mea prouidētia deſtituatur, vt doctrice experientia cōtrariæ aduerſitatis agnoſcāt quibus antè bonis ſint perfruiti, quum fuerint ad rapinam expoſiti omnibus. *Et dimittam vineā meam: & non putabitur, neque omnino fodietur.* Rurſus dico eum eſſe vſum metaphora, ſi quis tamen accuratiùs voluerit eam expendere quæ à doctrina pendet, quę item ab executione mandatorum proficiſcitur, ait. Non enim in poſterum iiſdem ſunt perfruituri bonis quæ priùs ſunt conſequuti, non habituri doctores, non principes, nō prophetas, qui itidem vt antè, eos reuocent ad rectitudinem vitæ, qui peræquè ſolertē obeant curam ipſorum. *Collatio.* Quemadmodum enim ij quibus cura eſt excolēdæ vineæ, paſtino eam fodicant, palmites ſuccidūt inutiles: ita & qui collapſas animas erigunt & moderantur, cōminationes intentant, terrore percellunt, docent. Verūm hi in vaſtitate erūt (ait) in alienam ablati regionē.

Et aſcendet per eam, quaſi per inculta terram, ſſ ina: & nubibus mandabo ne pluant in eam imbrem. Aut ciuitatis innuit futuram deſolationē, aut certè ſuorum & vniuſcuiuſque animæ deſertionem. Nubes autē hoc loco quidam interpretantur prophetas, quippe qui excepta è ſupernis pluuia oraculorū, eam quæ ſibi dicitur, doctrinam, in populum trāſmittunt. At neque hi (ait) facturi ſint, quæ conſueuerant. Vt vnus fortaſſe & alter hunc emigraſſent: ſed & reliqua multitudo prophetarū conticeſcebat. *Vinea enim domini Sabaoth, domus Iſrael eſt, & homo Iuda nouella plantatio dilecta. Expectaui, vt faceret iudicium, fecit autem iniquitatem, & non iuſticiam ſed clamorem.* Multa quum ſit vſus tralaticia comparatione nominum, commemorās nunc vineam, turrim, torcular, ſepem ſiue maceriam, vineę paſtinationem & putationem: vt ne quis eorum qui ea ętate erant, intelligentiæ expertium, exiſtimaret ad literam dici, ſub finem ſententiæ totius ſummā cōtinuò interpretatus eſt: Vinea enim domini exercituū, domus Iſraēlis eſt. Nō enim vlla initur mihi ratio plātarum, neq; ſermo eſt de natura inanimata, *non item de lapidibus & muris: ſed de populo veſtro. eoq; intulit, & homo Iuda, nouella plantatio dilecta. Quod videlicet tribus Iudæ quiddam obtineret præ cæteris decem. Erat enim illic è vicino ſitum templum & reliqua ſupellex diuini cultus, præq; aliis florebat, quare regalior, proinde & viribus præſtantior. Dilectum autem dixit, eos rurſus perſtringēs quod ſe tales exhibuiſſent erga eum qui ipſos amaſſet vehementer. Planè lex ea eſt diligentium, vt ne in ipſis quidē obiectionibus criminum, tegāt ſuæ dilectionis vehementiā. Hinc aliud nec mediocre documentum elicimus. Quale, obſecro, eſt hoc? Nimirum oportere nonnunquā aliquot ſcripturæ diuinæ loca allegoricè interpretari, quando earū quidem legum ipſi nequaquam auctores ſumus: quin potiùs conuenit nos more pedario ſubſequi mentem ſcripturæ & ad eum modū vti allegoriæ tropo. Quod autem

*περὶ φύσεως, *lege* φύσιος.

Canon memorabilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem dico, tale est. Commeminit scriptura nunc vineæ, sepis item siue maceriæ & torcularis. Non alioqui permisit, vt penes auditorẽ esset authoritas accommodandi à se dicta, quibus vellet, rebus, aut personis: sed scriptura ipsa præuertens seipsam interpretata est, dicẽs: Vinea enim domini exercituum, domus Israël est. *Ezech.17.a* Ezechiel item aquilam vocat magnam & magnarum alarum quæ ingressa libanum auulsit summum verticem Cedri. Is interpretationem istius allegoriæ neutiquam sinit suspẽsam esse ad libidinem auditorum: sed ipse edisserit, quem per Aquilam intelligat, quem rursus per Cedrum. Idem hic rursus progrediens, fluuium quendam violentum educit in Iudæam. Atqui ne liceret vni cuipiam auditori pro suo captu & voluntate quod dictum est, personæ adaptare, cui luberet, addidit quem fluuium vocarat, esse regem. Proinde hęc lex vbicunque locorum diuinæ scripturæ est, siquando allegorico sensu quiduis tegit, subnectere consueuit & interpretationem allegoriæ: vt ne qui volunt pro sua intemperanti libidine, citra delectum, & vt ferè contigit, trahere omnia ad allegoriã: in errore versentur, & quaquauersum ferantur præcipites. Ecquid miraris, *Origeni id vellũ contigisse Græci penè omnes.* si prophetæ & ipse paræmiastes hoc obseruant? Quum enim dixisset, Cerua amicicię & pullus equi tuarũ gratiarum conuersetur tecum. Et, fons aquę tuæ sit tibi soli, mox interpretatus est, qua gratia hæc dixisset, nimirum de legitima ac libera vxore, te prorsus auocans à contactu fornicariæ & alienæ. Sanè pari modo & hic loco præsenti expressit, quam dixisset esse vineam. Ad hæc prolatis eorum criminibus, attexuit & pœnas. Demum causam sub finẽ reddit hanc: Expectaui, vt faceret iudicium, fecit autem iniquitatem, & nõ iusticiam sed clamorẽ. Quamobrem (ait) iustè reposco de sic ingratis pœnam. Expectaui enim, vt faceret iudiciũ, hoc est, iusticiam. Ipsi è diuerso exhibuerunt contraria, iniquitatem, iniusticiam & clamorem. Clamorem hic innuit auaram & immodicam acquirendi cupiditatem, iniustam indignationẽ, iram sensus rationisue expertem, pugnas, contentiones. *Væ qui coniungunt domum ad domum, & proximè agrum agro copulant, vt à proximo auferant aliquid.* Dicto, quia clamorẽ fecit, hoc est, inexplebilem acquirendi aliena auiditatem, rapinas: subiicit & ipsam speciem iniusticiæ vtique plenã multis facinoribus & maleficiis. Ab his item redorditur quæ ab humanitate abhorrent, magnitudinem ostentans peccatorum, eos interim insinuãs qui immedicabili morbo ægrotabãt. Quæ autem temerario ausu ab istis tentata sunt, nosse quis possit designasse ea esse istorũ qui opes suas prodegerãt in profusiores & improbos vsus. qui animum adiecerant ad inuadendam loci propinquitatem, non quidem ad sui tutelare patrocinium, sed vt per eam insidiosam molitionem à se depellerẽt proximos, *instar ἐμοίωσις ignis semel arreptam viam obambulantis: ita & hi vicinos omnes depascebantur: *Nunquid habitabitis soli super terram? Audita sunt enim nunc in auribus domini exercituum hæc.* Ostendit illos parum fuisse cordatos qui anxiè laborarũt nullo suo fructu & in casSum. Quòd enim cõsuetudo prorsus obtinuisset tales nõ statim rapi ad supplicium luendum, abduci ad exoluendam pœnam: vt exactius nossent se nequaquã perfruituros rapina, hãc in eos infert commination ẽ, dicens, quia succumbent labori, insignẽ aliquam accipiẽt cladem, fructusq; percipient suæ rapinæ debitos, & excident sperata fruitione. Non enim (ait) insomnis ille & peruigil oculus acquieSCit talibus factis. Illud proinde, Audita sunt nũc, non vtique eò dicit, quasi tũc primum ei innotuerint quę fiebãt: sed quòd pœna deinceps sensim & quasi vestigiatim esset subsequutura, instaretq; retributio: *Si enim fuerint domus multæ, in solitudinem erũt, magnæ & pulchræ, & non erunt qui habitent in eis.* Tale quid operatur inexplebilis cupiditas congerendarũ opum. Mox enim vt cumulatiores diuitias comparat iam habẽtibus, etiam ab his quas priùs possederant, eos depellit & exigit, quem sanè sensum etiam hìc innuit, dicens. Siquando enim magnificè ædificaueritis, etiam eæ ędes quas vestro iure construxeratis, stabunt quidem nullos incolas habituræ, vocem edentes tuba omni clariùs intonantẽ aduersus eos qui illas initiò per rapinam extorserãt, idq; desolatione in longum tempus exporrecta, vt vicetrophæi cuiusdam, omnium oculis conspicuæ sint.

Vbi enim operantur decem iuga boum, faciunt lagunculã vnam: & qui seminat artabas sex, faciet mensuras tres. Sermonem è ciuitate educit ad exprimendam impẽdentem regionis vastitatem, vt auditoris animũ prorsus terrore cõpleat. Neque enim domus (ait) habituræ sunt inhabitatores, sed neque terra suam vim operatoriam exeret. Etenim initio conditi orbis propter peccatũ Adæ, spinas & tribulos protulit. Secũdum hunc etiam, propter Caini scelus in fratrem, multò exhibuit prouentum minorem quàm exigebat agricolatio illius aut natiuæ virtutis vbertas. Sed enim aliàs etiam nosse potest quis plerunque cõtigisse, vt propter hominum peccata, sua fœcũditate orbata sit terra. Ecquid miraris vim eius genitalem oblæsam fuisse & fœcũditate fœtus sui imminutam, iniquitate hominum id exigente, quãdo etiam propter nos subiacuit *corruptelæ? Ad incorruptionem* alioqui demum etiam propter nos perducenda. Ex quo enim semel accepit, vt esset nostri causa & ad nostrum in cõmune ministerium: & reuera eadem rursus hinc etiam suæ corruptionis mutuatur & originem & radicem. Sanè nihil diuersum cõtigit per ætatem Noë, quum humana natura ad extremã vsq; maliciam appulisset, nec quicquam supereSSet in rebus non confusaneum & permistum, semina, *plantæ*, bestiarum genera, terra ipsa, mare, aër, montes, saltus syluosi, colles, ciuitates, muri siue parietes, domus, turres: denique vt semel finiam, omnia illa formidabili inundatione adoperta sunt. Humanum tãdem genus ad tantam raritatem redactum quum opus haberet incremẽto, terra tunc sui status ordinisque elegantiam resumpsit, & pristino decori restituta est. Intelligere possit quiuis aliqua ex parte id factum, vt hominum honori cõsuleretur. Etenim pelagus è conspectu se subtraxit, idẽ rursum se palàm spectandũ exhibuit. Sol & luna se repressurũt, & suũ deseruere cursum. Ignis quæ propria aquæ erant, opere ipso præstitit. Terra officio pelagi, & pelagus munere perfunctum est terræ. Vtq; semel dicam, omnia se transformant & imminutantur ad hominum vtilitatem. Quum igitur homo omnẽ creaturam visibilẽ exuperet honore, propter quem vniuersa hæc cõdita sunt, hinc factum, vt nũc quoq; populus Iudaicus quòd grauiter deliquisset, cohibuit deus ac repressit voliginosam illã terræ fertilitatẽ: immò ne post quidem exhaustos labores multos ac sudores permittit, vt eius viscera cõsuetam proferãt annonæ copiam: nimirũ vt vel hinc discerent, quia nõ ars ipsa agricolandi, nõ boues & aratrum, nõ ipsa terræ natura, non denique quicquã tale aliud, sed vniuersorũ dominator ipse est qui cũcta hęc benigna & liberali manu effundit. Idem é diuerso siquãdo voluerit, in angustũ cõtrahit vniuersa.

Væ qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Væ qui surgunt mane & sicerã persequuntur, qui manent vsque ad vesperam? Vinum enim succẽdet eos. Et enim cum cithara & psalterio & tympanis, & tibiis, vinum bibunt: opera autem Domini nõ respiciunt, & opera manuum eius nõ considerant.* Immodicam istorum auariciã qua per vim aliena extorquebant simul atque palàm perstrinxit, eamq; esse cẽset radicẽ totius maliciæ: supererat & ebrietas traducẽda, innumerabilium malorum fons ac fundamentum, præsertim quoniam prẽter omnẽ modum, nullum nõ sustinet aggredi facinus. Obserua igitur, qua ratione, quanq; diligenter eos increpet. Diẽ enim totũ asserit eos cõsumpsisse in hoc. Nec enim quum esset prandendũ, hoc faciebãt, ait: sed omnẽ temporis particulam arripiebant ceu opportunã sectandæ ebrietati, idq; ab initio diurni diluculi. Quo prẽsertim tẽpore suæ saluti attẽti esse debuerant: tũc vino meraciori se dedebant & quidẽ immodico, vltro etiã exigentes reliquum tẽporis aduspq; vesperam, vicio huic pestilenti immanẽtes. Siquãdo enim semel ad id peruenissent, vt in profundã voraginem istius intẽperantiæ ruerent præcipites, proinde & excidẽret de naturali mẽtis intelligẽtia: vtiq; animã suam in captiuitatem abducendã exponebant intolerandæ istius temulẽtiæ tyrannidi: quemadmodum nauis fundum nõ habens, gubernatore item destituta & nautis, quoquouersum circunacta cõfusaneo aquæ impetu temere fertur & fortuitò. Eundẽ in modũ & isti se gerebant, qui se gurgiti ebrietatis immergebant, eoq; dicit. Væ qui cõsurgunt mane, & siceram persequuntur. Nõ enim necessitatẽ ipsam explebant, neq; sustinebant eatenus, vt supplerent inopiam excitati appetitus: sed in vnum hoc opus incumbebant, vnam hãc curam exercebant: vt ad ebrietatem vsque se iugiter vino proluerẽt. Idcirco addit, Qui siceram persequuntur. Nomine Siceræ hîc indicat succum ex palmis expressum quem conficiebant & studiosẽ accurabant, contrito primum fructu & cõfracto minutim, vt in vini naturam transformarẽt, quod genus potionis tentat caput, sopore vehementi deprimẽs, & ad excitandam ebrietatẽ est mirè efficax. Sed enim illi nihil horum obseruabant, voluptatem nullo nõ loco persequentes, manentes vsque sub serum diei. Vinum enim succendet eos. Ebrietatis enim natura eiusmodi est, aliquantùm prægressa exauget sitim, eamq; reddit minùs tolerabilem. His deinde adnectit & aliud crimen nõ minoris notæ quàm erat priùs, dicẽs: Cum cithara & psalterio & tympanis & tibiis vinum bibunt. Hoc & alter propheta dat crimini, dicens: Qui bibunt defecatum vinum, primis vnguentis deliburi: qui plaudunt ad vocem organorum, quasi stantia reputauerunt, & nõ quasi fugientia. Etenim hoc index est extremæ indolẽtiæ, & quia talis nullo tangitur sensu suæ miseriæ, quodq; anima sit languẽti & dissoluta, ædes suas patefaciens & exponens publico spectaculo, seq; addicens talibus cantilenis. Quod enim ebrietas designat offusa caligine: hoc & musica vigorẽ mentis emolliens perfringensq; virile robur animi, & ad maiores abducens lasciuię petulantis species. Opera autem dei nõ respiciebant: & opera manuum eius non considerabant. Aut mirabilia eius designat opera, aut certè contemplationem cõditæ creaturæ. Quo modo enim contemplari talia potuissent qui interdiu noctis opera exequebantur, noctu verò nihilo melius afficiebantur atq; mortui? Quónam pacto potuissent isti solem spectare exorientem, illustre ac splendescẽs decus cœli, chorumq; multiformẽ astrorum, reliquam insuper dispositionẽ cõditæ creaturæ pulcherrimo ordine digestam, ac ministerium eius, qui acie destituebantur oculorũ & exteriorum & interiorum? Non igitur mediocris culpæ fuerat & in deũ iniuriæ, quòd è præsenti vita emigrarint nulla cõsideratione habita admirabilium dei operũ, sed tẽpus omne defodissent & obruissent tenebris temulentiæ. *Propterea ductus est populus meus in captiuitatem, quia ipsi non cognouerunt dominum.* Quod futurum erat rursus exponit, quasi iam sit factum, simulq; pœnam delicto huic impẽdentem infert. Siquidẽ ipsa sibi abunde sufficit pro omni supplicio, per hoc quòd obstreperam ac turbulentam intemperiem inserit animæ, tetra caligine circunfundit mẽtem, eam in captiuitatem redigens, & innumeris viciis internis pariter & externis istos adimplens ebriacos. Nouerat & hoc Paulus, nempe maliciam hanc sibiipsi abũde satisfacere, vice supplicij. Idcirco ait: Et mercedẽ (quam oportebat) erroris sui in semetipsis recipiẽtes. Cæterũ quando hoc etiam erat stolidę cuiusdam & torpentis naturæ eorũ, quòd animaduersione in ipsos facta ne intelligebant quidem se ægrescere, neque nouerant vllo se tentari morbo: quare inducit etiã nõ defore externam vltionem, dicẽs: Propterea captiuus factus est populus meus: quia ipsi nõ cognouerũt dominum, & multitudo facta est mortuorum propter famem & sitim aquæ. Vide, quàm multa correptio inserta sit intentatæ huic vltioni. Nõ enim derepente audẽt illam quæ grauissima instabat, in mediũ adducere pœnam, nõ item confestim futuram captiuitatem intulit: sed famem prẽmisit & terram situ squaloreq; exhauriendã, vt in sua quique domo manentes ad melioris vitæ frugem se reciperent, neque ita immedicabiliter ægrescentes à patria distraherentur per barbarorum exercitum. Denique quum ne sic quidẽ cederẽt admonitioni, nec proinde quidpiam emoluměti caperent ex ea comminatione, demum inducit in eos extremam vltionem. Attamen præ illis hanc effert & degrauat sermone, eam cõmemorans euenturam vehemẽtia famis. *Dilatauit infernus animam suam.* Non quòd infernus animam habeat: sed cupiens sermonem reddere significãtiorem, ad exprimendam cõminationem euidentiùs tali vtitur assimilatione personæ: idq; etiam facit volẽs timorem in auditorum animis inualescẽtem fixiùs imprimere. Idcirco in prosopopœia persistit dicens, *Et aperuit os suum, non desiturus.* Narrationẽ suam texit perinde atque de fera quapiam loquuturus, & è vicino eorum similitudinem rerum quas gesserãt producit. Quodq; his atrocius est, quia os nõ modò aperuit: sed & manet exerto ore, prędæ inhians, nec satietate expletur eorum quos iam penes se detinet conditos. *Et descendẽt ad eum gloriosi & magnates & diuites & pestilentes eius.* Ad hæc, vt noueris quæ fiebant, nõ euenisse consequẽtia & ordine nature, sed quòd ea plaga à deo immissa esset, & decreto cœlitus delato: eos qui splẽdore nominis inclaruerant, qui prope potestate agebant, qui permiscebant omnia, rempublicam ludæorum sursum deorsum subuertentes, hos cõfirmauit illò esse descẽsuros. λοιμὸς pestem siue contagiũ ciuitatis meritò eos vocat, quippe qui nõ ad suam solùm perniciem tuentur malicios am nequitiam, sed ad alios quoque eum transmittunt pestilentem morbum. Talis vtique est pestilẽtiæ natura. Ab vno corpore vt cœpit primum, recta pergens, reliquam depascitur multitudinem: *Et exultans in ea.* Qui deliciis vacat, lasciuit, suaq; bona, immobilia deputat: is in laqueum cadet & capietur: *Et humiliabitur homo, & contemptui habebitur vir, & oculi sublimes deprimentur. Et exaltabitur dominus solus Sabaoth*

**pro κυρίου exemplar habet θεῦ. mirè vetus.*

Amos. 6. b

Sicera hîc, succus ex palmis expressus.

Ad Rom. 1. d

προσωποποιεῖ τὴν ἀπειλήν.

Aristid. λοιμὸν καὶ φθορὰν πόλεως, in eundẽ sensum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ius Sabaoth in Iudicio. Vide rursus dei prouidam curam. Non enim perducit ad extremam internecionẽ ita vt nihil supersit: neq; populum vniuersum è medio abripiẽdum permittit, sed quosdã, vt emigrantium timore perculsi resipiscerent, sinit supersesse. Hoc equidẽ insinuat illud: Quia humiliabuntur. Hoc est, manẽtes, derelicti. *Et exaltabitur dominus Sabaoth in iudicio: & deus sanctus glorificabitur in iustitia.* Duo bona proponit, quia illi essent à tumore superbię releuandi & proinde futuri meliores: quodq; deus omnibus foret habendus admirationi ac prædicandus. Hunc enim sensum illa indicant: Exaltabitur & glorificabitur, animaduersione in eos facta & sumpta de peccatorib⁹ vltione. Quid porrò est, in iudicio? Per iustam malorum retributionem. *Et pascentur dispersi, quasi tauri: & deserta eorũ qui capti sunt, agni comedent.* Paucitatem eorum qui derelicti sunt, hîc obscurè quidẽ innuit, simul & effusam atq; exporrectam solitudinem regionis. *Væ qui attrahunt peccata sua, quasi funiculo longo: & quasi iugi corrigia vitulæ iniquitates suas. Qui dicunt, citò appropinquent, quæ faciet deus, vt videamus: & veniat consilium sancti Israel, vt sciamus.* Quo tempore continuò intentabant cõminationes prophetæ & afflictiones plenas horroris prędicebant venturas, ex contrario pseudoprophetæ ad captandam vulgi gratiam cõcionantes, diuini timoris robur quod supererat populo, dissoluebant, cõminationes prophetarum quidẽ asserentes meras esse mẽdacia, suas verò ipsorum cõciones assseuerãtes veritate niti. Multi proinde seducti suspecta habebant quæ à prophetis prædicebãtur, oracula. Dein quia prophetiæ nõ vno tempore edebantur, & eueniebant. Ea enim natura prophetiæ est, multo antè tẽpore prædicere quæ certò euẽtura sunt. Prophetæ igitur cõtinenter quidẽ dicebant fames, pestes, bella euentura, nec tamẽ ea demõstrabant operibus ipsis: quare ex sera cunctatione temporis, arrepta quadantenus occasione deflectẽdi ad perfidiam isti aliquam multi & dolo circunuenti dicebant: Veniant quæ dicuntur, si quidem vera dicitis: Propiùs adsint res ipsæ. Exhibetote nobis ipsis operibus consilium dei. Posteaquam igitur isti dei longanimitatem, materiam efficiebant perfidiæ, atque hinc adiiciebãt suis prioribus peccatis, vt increduli essent, & per eam incredulitatem ad virtutẽ obeundam fierent segniores, meritò eos deplorat propheta dicẽs: Quia quasi funiculo lõgo, sic aduersum vosmet attrahitis iram dei, cumulum nequitiæ vobis exaggerantes. Quum enim his quæ dicuntur, minimè fidem cõmodetis: deinceps supereſt, vt subsequens experiẽtia operum vos erudiat. Itaq; vobis mala hæc accersitis & cõciliatis malè creduli responsis prophetarum. quare ait: Væ, qui attrahunt peccata sua. Hoc est, retributionem peccatorum. Quasi funiculo longo. à longiore initio pertrahitis, ait, definitã peccatis vestris pœnã. Et quasi iugi corrigia vitulæ seu vaccæ subiugalis: vt exprimeret eorum pertinaciam, & quia studio atque industria peccarẽt, quasi siquis ad se quiduis pertrahat tenaci loro ac forti: ita & vos vestra ipsorũ incredulitate iram dei cõcitatis & attrahitis aduersum vos. Deinde addit etiam rationem, qua indignationẽ sibi asciscunt, dicẽtes: Citò appropinquẽt quæ facturus est deus, vt videamus. Idipsum & propheta alter eis vicio vertit & insimulat: Væ (ait) desiderantibus diẽ domini: Vt quid vobis etiam ipsa dies? Ipsa est tenebræ & nõ lux, & caligo non habens splendorẽ. Etenim illi quoq; peruersè creduli dicebãt: Quãdo veniet dies ille animaduersionis & vltionis? *Væ qui dicunt quod malũ est, bonũ: & quod bonum est, malum: qui ponunt lucem ipsam, tenebras: & tenebras ipsas, lucem. qui ponunt quod dulce est, amarũ: & quod amarũ est, dulce.* Rursus de iisdem edisserit. Quum enim prophetas quidem incessèrent cõtumeliis, eosq; vocarent perfidiosos impostores, è diuerso pseudoprophetas honore pſequerentur: vtique tenorem rerũ ordinemq; peruertebant, quare miseros eos prædicat ob iudicium corruptũ dicens: Væ iis qui dicunt quod malũ est, bonum, hoc est, cõmenticiam & falsò excogitatam prophetiã. Et quod bonum est, malum, prophtiam scilicet. Qui ponunt lucem ipsam, tenebras: & tenebras ipsas, lucem. Qui ponunt quod dulce est, amarum: & quod amarũ est, dulce. Etiã si verba prophetarum, ait, toleratu sint difficilia & auditores onerent, sed & his nihil vspiam inuenitur suauius. Per hoc enim quod intẽtãt pœnas, ipsam propellunt & auertunt rerũ experientiam. E diuerso conciones pseudoprophetarum, quanlibet sint in speciem dulces, nihil tamen illis amarulentius, quòd ij ad fauorem gratiamq; popularem sermocinãtes, ipsis operibus vobis conciliant & inferant intentata supplicia. *En prophetæ sapientiam, vt eorum conuertit ac permutat mentes. Quum enim prophetis attẽderent minimum, quòd pronunciarent acerbiora & plena amaritudinis, pseudoprophetis essent attẽtiores, vt qui verba depromerent multò iucundiora, multumq; habentia dulcoris, ait: quia totum id in diuersum abiret. nimirũ à prophetarum sermonibus multũ dependere mellitæ dulcedinis, cõtrà ab assentationibus pseudoprophetarum multũ scaturire fellitæ amaritudinis. De luce ac tenebris ad cũdem sensum nobis tractandus venit sermo. Siquidem pseudoprophetæ ad errorem eos inuitabãt, at prophetæ ad cõplexum veritatis quasi manu deducebãt. Et illi quidẽ eos tantum nõ manibus obuinctos tradiderunt tenebricosæ captiuitati: hi autem nihil nõ moliebantur ac tẽtabant quo isti acquiescerẽt degere in luce suæ libertatis. Quum igitur de his cõtrarias sectarentur opiniones nec sibi consentientes, meritò ad rectitudinem reuocat dicens: Qui ponũt lucem, tenebras: & tenebras, lucem. *Væ qui intelligẽtes sunt apud semetipsos, & coram se scientes.* Et hoc vtique vicium nõ est exigui momẽti, quo vnus aliquis se existimat esse sapientem, & suismet cogitationibus nihil non indulget ac permittit. Etenim hinc cõtingit quod ait Paulus cum externis à fide philosophis expostulãs, illisq; vicio vertens, Quia dicentes se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Sed & sermo ille prouerbialis rursus huic sententię conuenit: Vidi hominem qui apud se videbatur esse sapiens: spem tamen habet stultus præ eo. Hoc ipsum coarguit & Paulus dicens, Nolite esse sapientes apud vosmetipsos. Rursus, Siquis sapiẽs videtur esse inter vos, in hoc seculo stultus fiat, vt sit sapiens. nõ se permittens arbitrio propriæ sapientiæ, neque acquiscens suis cogitationibus: sed consopitis illis ac repressis, vni alicui spirituali doctrinæ addicat animam. Quum igitur tales apud Iudæos essent quidam, prophetas ceu ouium pastores & caprarios illi quidẽ fastidienter & contemptim eos transmittentes: cupientes alioqui videri sua ipsorum industria sapientes, quod planè superbiæ indicium eis fiebat occasio aspernãdi prophetica oracula, quare meritò eos deplorat dicens: *Væ, qui prudentes sunt apud semetipsos, & coram semetipsis sciẽtes. Væ qui potentes sunt inter vos, qui vinum bibunt, qui dominantur & bi miscent siceram.*

Ne mireris, si quũ paulò antè tanta de ebrietate dixerit, rursus inculcet sermonẽ eadẽ de re. Nam quando vlcus id perplexũ est, nec facilè vlli medelæ cedit,

ob hoc

Vide Hieron.

λιμὼς, λοιμὸς.

Amos.5.c.

σὺν ἑαυτοῖς.

Roma.12.c. Prouer.26.b

Roma.11.c. 1.Cor.3.d

Collatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob hoc cõueniebat ipsum iugi aspergine sermonis infundere. Equidem ea propter est permolestum nec facilè cedens, quòd plerisque videatur minimè esse peccatum, quum sit cæteris omnibus difficilius toleratu, & ex se innumerabilium viciorũ germina propaget. Ob id ait, Væ qui vinũ bibunt, & qui dominantur miscentes siceram. Malum enim quod violentia ebrietatis & potentatus magnitudine exprimitur, duplex est præcipitium. Quum enim nulli non mortalium, circunspecta rerum ratiocinatione sit opus, iis vel maximè necessaria est, qui amplitudine dignitatis præcellũt & agunt cuncta pro potestate. Ne igitur tumore sui principatus, ceu impetu quodam inundãtium aquarũ elati in præcipitium irent, qui iustificabãt impium pro muneribus, & quod erat ius iusti, auferebant ab eo: duplex rursus illis intẽdit crimen, quod obnoxium culpæ absoluerent, & insontem condemnarent. Vtriusque peccati radix, corruptela erat & acceptio munerũ: *Propter hoc, quemadmodum succenditur stipula à carbone ignis, & succẽditur à flamma remissa.* Hac similitudine celeritatẽ exigendæ vltionis, & facilitatem sumendi de eis supplicij demonstrat, perspicuè docens eos ad extremã perniciem esse deducẽdos. vniuersa enim hæc flamma, carbones, stipula & quæ sequuntur, nobis subindicarunt. *Radix eorum quasi puluis erit: & flos eorum quasi puluis ascendet.* Quæ fixa sunt & firma, disperibunt & resoluẽtur: quæ splendidè & magnificè substructa, ibunt pessum ac defluẽt.

Non enim voluerunt legem domini Sabaoth facere, sed eloquium sancti exasperauerunt. Eloquium siue respõsum diuinum dicit legem. *Et iratus est furore dominus Sabaoth aduersus populum suum: & iniecit manum suam in eos, & percussit eos, & exacerbatus est aduersus montes.* Et facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio viæ. Et in omnibus his non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius excelsa.** Loco præsenti innuit affuturam grauem adeò vindictam peccatorum, vt ne eorũ quidem corpora permissurus sit tradi sepulturæ: vt futuri superstites nonnihil saltim ex sua malicia præciderẽt, contemplatione alienæ calamitatis. Mihi nunc vide, vt atrociorem reddiderit sermonem. Non enim dixit, quia non sunt mandati sepulturæ: sed quia vilissimo quolibet stercore ignominiosius erant dissecti qui prẽmortui erant, quod & præ cæteris omnibus horrorem viuis incutere posse videbatur, immò morte ipsa atrocius apparebat. Adde etiã his, quod suapte malicia omnia vincit. Ne his quidem gestis resipuerunt aut facti sunt moderatiores: sed in iisdem pertinaciter hæserũt peccatis. Quòd igitur nihilo essent meliores effecti, rursus eis intentat grauissimam illam plagam, nempe impressionem barbarorum, eoq; infert dicens: *Quapropter leuabit signum in nationibus procul.* Vt ne interim tepescerent, seq; dederent ignauiæ propter viæ prolixitudinem, addit quia deo tã esset facile adducere eos, quàm est leuare signum, & ad ineundum conflictum milites procinctos & instructos iam educere, quod vtique fit equitibus ad decertandum instructis. Simul enim atq; signum emissionis in sublime erigitur, è repagulis confestim & carceribus exiliunt. Propheta igitur duo hîc insinuat, quia deo eos inuitante, nullius illis labor superfit vt veniant, iamq; veniissent pridem, nisi eorum animos repressisset multa dei longanimitas. Deinde inter enarrandum pleniorem ostendit facilitatem, dicens: *Et fibilabit ad eos ab extremitate terræ.* Ne mireris autem, si de deo ediserens sic sit vsus istis crassissimis dictionibus. Verba enim ipsa figuratè attemperat stolidę ruditati auditorum, per hæc omnia vnum volens in-

*ὧδε τὰ ὄρη. *ἡ ὑψηλή.

*εἰς σημεῖον συμβολὴ τῶν σῶν ἀναστάσεως δοθήσεται.

A dicare, nimirum id perquàm facile esse deo, & quia ad id persequendum essent, se accinctos oblaturi & obuios. Idcirco subiecit dicens: *Et ecce citò velociter veniunt. Non esurient, neque laborabunt, neque dormitabunt.* Hæc hyperbolicè sunt dicta. Quî enim fieri poterat, vt qui homines erant, non sentirent famem, non item dormirent, communem cæteris sortiti naturæ conditionem: Cæterum hisce omnibus verbis exprimit venturi exercitus velocitatem, alacrem & expromptam facilitatem, quod & anteuerti vt dicerem: *Neque soluent zonas* suas à lumbis suis, neque disrumpentur corrigiæ calceamentorum eorum, quorum sagittæ acutæ sunt, & arcus eorum extenti. Pedes equorum eorum, vt solida petra reputati sunt: rotæ curruum eorum, quasi procellosa tempestas: impetum concitant, vt leones: & adstiterunt, vt catuli Leonum. Et apprehendet & clamabit quasi fera, & eiicit, & non erit qui liberet eos. Et vociferabitur propter eos die illo,* B *sicut vox maris fluctibus exæstuantis. Et aspicient in cœlum sursum, & in terram deorsum, & ecce tenebræ duræ, tenebræ in desperatione eorum.* Hisce omnibus sermonem suum exaggerauit, & sensim vnicuique eorum incussit timorem, ea enarrans quæ decreta erant, quæ de fortitudine, de armis, de curribus, adeò vt eorum multitudo quæ intulit, abunde sufficeret multam illis inferre anxietatem: vtque perspicuitate inductarum similitudinum res ipsas è propinquo affuturas eis repræsentaret. Quare hostes etiam ipsos confert leonibus. Neque in hoc conquieuit *exemplo, sed vocem quoque affingit, & peracrem impetum feræ, inq; metaphora perstat, multam & argutam sermonis *reuolutionem connectit. Hinc denique sermonem educit ad mare, dicẽsiquia tumultus tantus erit, tamq; turbulenta infestatio, quanta fieri consueuit vesaniẽte & exasperato mari, fluctusq; cien-

*pro λύγεσι lege λύσεσι.

*siue baleorum eorum. teos.

*παραδείγματος

*ῥ τροφὴν lege σεσφὴν.

C te. Modis omnibus adnititur, vt timorẽ adaugeat, ad hoc vt ne intẽtatas pœnas rebus ipsis cogantur experiri. Quodq; his grauius, quia nemo (ait) affuturus est auxilio, non à terra, non item à cœlis: sed destituti superno pręsidio simul & inferiorum ope spoliati dedentur hostibus. Tenebras autem præsenti loco dicit quæ illis essent euenturæ per magnitudinẽ futuræ calamitatis, non item quòd ex eorum conspectu tollẽdus esset radiosus splendor Solis: sed quia pro affectu miserè patientium, medio etiam die tenebras pro luce se videre arbitraturi essent, id quod contingere cõsueuit his qui miserè anguntur doloribus & afflictantur. Vtq; nosses istiusmodi tenebras non ab aëris natura esse obortas, sed ab illorũ miserabili affectu, subiecit: σκληρὸν σκότος, Tenebras duras, rudes, asperas, strigosas siue callosas, per inopiam consilij ac desperationem ipsorum.

Factum est anno, quo mortuus est Ozias rex. Ecquа tandem D ratione propheta quum dimensiones aliorum temporum describat à vita cuiusque regis, hoc verò à mortẽ nunc designat? Non enim ait: factum est in diebus Oziæ, non item regnante Ozia: sed, factum est quo tempore mortuus est Ozias. Id cur tandem in hoc vno faciat, non simplex est & qualiscunque ratio: sed nobis innuit quiddam arcanæ & latentis energiæ. Quid tandem est hoc? Ozias hic prosperiore rerum quas gesserat, successu ebrius ac tumidus commodiore tranquillitate temporis, quiddam affectauit sua dignitate augustius. Quódque rex esset, arbitratus est sui iuris esse fungi etiam sacerdotio, proinde irruit in adytum templi, & sancta sanctorum ingressus est, sacerdote licet prohibente, & ne eò ingrederetur, interdicente. Is non cessit sacerdotis imperio: sed præconceptæ insaniæ acquieuit pertinaciter,

Cap. VI. Ozias qui Azarias. Quæstio. Solutio.

4. Reg. 15. & 2. Paralip. 26

Universidad de Deusto
Biblioteca

citer,parui ducens sermonem sacerdotis. Istius temeritatis causa immisit ei deus lepram in frõte. Quum enim voluisset honorem sua dignitate ampliorem arripere, ea etiam ipsa regia administratione quã obtinebat,excidit. Etenim non modò non est adeptus sacerdotium:sed & cõpertus immunditiæ lepræ exactus est administratione regni, inq; domo seorsim habitauit, delitescens toto vitæ tẽpore, dedecus & infamiam nõ ferens.Populus insuper vniuersus vnà cum eo non leuem iacturam sensit, indignante deo, quod leges eius parui pendisset,nec vltionem expetiuisset de cõtumelia sacerdotio irrogata.Quo igitur pacto incõmodum cepit ex ea indignatione? Donũ prophetiæ retractum est & repressum. Iratus enim eis deus nulla de re omnino respõdit. Hoc verò nõ vsquequaq; fecit,sed tantisper dum vixit rex,modũ isti vindictæ imposuit.Igitur ille simul vt transegit vitã rex, & deus conceptam in eos indignationẽ præcidit,& rursus fores adaperuit prophetiæ.Itaq; propheta hoc innuens,memoriam renouauit temporis quo suum diẽ obiit rex. eoq; sic orditur prophetiam dicens:Factũ est anno quo mortuus est Ozias rex, *vidi dominum sedentem.* Atqui Christus ait, Deum nemo vidit vnquã. Vnigenitus filius qui est in sinu Patris,ille enarrauit. Rursus,Non quia Patrẽ quis vidit,nisi qui est à deo, hic vidit Patrem.Idemq; dixit Moysi,Nemo videbit faciem meam & viuet. Quo igitur sensu hic asseuerat se vidisse dominum? Ait enim, Vidi dominum. Vtique hoc dicẽs nihil ait quod cum dictis Christi ex contrario pugnet,sed quæ magnopere eis cõsentiant. Etenim Christus de absoluta dei cognitione loquitur,quã nemo nouit aut vidit. Nudam enim illam dei maiestatem, essentiamq; modis omnibus synceram nemo exactè perspexit, præter vnigenitum:propheta verò profitetur se vidisse,quatenus eam videre poterat.Quod enim est deus,is nequaquam videre potuit:sed velamine quopiã & inuolucro decenti opertum contẽplatus est,& eatenus se demittentem, quatenus infirmitas contẽplantis poterat eousq; assurgere spirituali ascensu. Nam quod dei maiestatem nudam nõ viderit,ex iis perspicuè elicitur quæ etiam hoc exprimũt. Vidi enim(ait)dominum sedentem. Neque enim sedet deus. Habitus enim talis corporũ est. Nec vtcunque sedentem describit, sed super solium. Deus verò nullis circunscribitur locis. Qui enim posset,qui nusquam nõ præsens est,adimplẽs quæ sunt,omnia? In cuius etiam manu fines terræ cõsistunt? Prorsus quod videbatur,erat dei eousq; se demittẽtis.Hanc eandem loquendi formulam obscurius insinuans propheta alter,ex dei persona dicebat: Ego visiones multiplicaui. Hoc est,multifariam multisq; modis me exhibui cõspicuum. Ipsa siquidem dei nuda essentia secreta est, & è conspectu sublata: neque aliquãdo sub diuersis formis cuipiam se spectandam præbuit.Cæterum,siquando se demittit,nunc quidem hoc modo, nũc autem illo seipsum ostẽdebat prophetis,cõsentaneè assimilans subiectæ qualitati temporum figuram & imaginem. Et in hunc sensum dixit:Visiones multiplicaui: & in manibus prophetarũ assimilatus sum.Non ait,quẽadmodũ se nobis exhibuit spectandum:sed assimilatus ei formę quam cõtemplantes ipso visu agnoscere poterant. Vides igitur ipsum quidẽ nunc sedentem, armis nũc accinctum,nunc autẽ cano admodũ capillitio aspersum, nunc item in aura se exhibentem,nunc rursus in igne, nũc verò ab auersa & posteriori parte cõspicuum, deniq; ipsis Cherubinis spiritibus insidentẽ, & ad spẽdo-

Ioan.1.c
Quæstio.

Solutio.

rem metallicarum materiarum(quæ omnium maximè tralucidæ sunt & trãsparẽtes) radiosam oculorũ aciem cõformantem. Quam sanè ob causam nunc quidẽ apparet armis cõmunitus,& cruore conspersus,nunc autem in igne,nunc partẽ tantum exhibẽs visendam posteriorem,nunc rursus in cœlo, nũc in throno, deniq; nunc ipsis insidens Cherubinis: causas reddere harum assimilationum intempestiuum est, vt ne corallarium fiat opere ipso maius. Quadantenus tamen profuerit, hac de re sermonẽ texuisse pro intelligentia præsentis visionis.Qua igitur ex causa, sic se nunc exhibet cõspicuum,in solio sedẽs & cum Seraphim? Quãdoquidem illi sermo erat ad homines, morẽ imitatur humanum. Quia enim sentẽtiam prolaturus erat aliis de rebus,de vniuerso terrarum orbe,deq; etiam Hierosolymis:duplex ponit decretum dei.Vnum quidẽ quo pœnam irrogat ciuitati & genti vniuersæ: altero autẽ pollicetur nõ mediocre beneficium, cuius aduẽtu orbis erigatur in spem amplissimam,& honorẽ immortalẽ.mos proinde obtinuit apud iudices, vt de quauis controuersia pronunciaturi nõ hæc faciant clàm:sed pro sublimi & eleuato tribunali cõsidentes,astãtibus vniuersis,& cortinis vndiq; contractis,iudicia exercent. Hos imitatus scribit adstitisse deo Seraphinos spiritus: & quia in sublimi solio cõsidet,& ita ex eminenti loco hanc profert sententiam. Et vt discas rem gestam omni carere suspicione,sed quia hæc cõsuetudo fuerit ei familiaris, adnitar & hoc reddere perspicuum ex alio propheta. Etenim apud Danielem,quo etiam tẽpore ibi erat sententiam magni certè momẽti pronunciaturus de pœnis & cruciatibus populo Iudæorum irrogandis, deq; bonis vniuerso orbi impertiẽdis, etiam illic cõspicitur thronus splẽdidus sanè & circũquaq; spectabilis, multitudo item adsistẽtium angelorum, socia agmina archangelorũ,simul & vnigenitus cõsidens. Adaperiuntur libri, tractu vario decurrunt igniti fluuij, habitus formaq; tribunalis constituitur.Et quę illic describuntur,in vniuersum affinia sunt & cognata *iis quę hîc dicuntur*:aut etiam apertiùs *ille ea denũciat, quippe qui* vicinior tẽpori erat *quo hęc gesta sunt,iamq;* deinceps *prophetia ipsas pulsabat fores*.Cæterum hęc solerti industriæ studiosorum relinquimus, vt in vnum colligant,& ex collatione ediscant quàm sit vtriusque prophetiæ cõsentanea cõmunio. Vti cœperam dicere,exactè iam propositum nobis argumentum attingamus, ac si fieri potest, vnamquanq; dictionem edisseramus. Ita enim & nobis & vobis quæ dicuntur, fient diluciora.Quid igitur est,quod ait,Vidi dominum sedentem? Sedere super thronum, symbolũ est vbique Iudicij,quemadmodũ & Dauid ait: Sedisti super thronum qui iudicas iusticiam.Et Daniel, Throni positi sunt, & iudiciũ sedit.Illa autem sessio absolutè accepta alterius iudicij symbolum est, iuxta prophetam. Cuiusnã eius? stabiliter fixi,permanentis, cõfirmati,inuertibilis, nullum fortituri finẽ,vitæ interminæ & perenniter duraturæ.Ob hoc ait,Simul considens in æternum.Et, Nos qui perimus in seculũ.Ait enim,Tu autẽ manens viuis, semper eodem modò existens. Nam quòd nõ dixisset de cathedra, ipsa distinctio perspicuè docet.Nõ enim dixit, nos erecti & stabiles,sed qui perimus.Illa proinde sessio super thronum, iudicium insinuat.Ob id videt deum ita considentem super soliũ excelsum & eleuatum. Aut hoc innuit aliud quiddam,aut certè illud. Etenim thronus erat excelsus,hoc est,eximię magnitudinis,& ὑπερμήκης,hoc est in amplissimam longitudi-

Confirmat prę dicta, anadiplosi.

Quæstio. Solutio.

Psal.9.a

Daniel.7.d

nem ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem exporrectus: & ὑψηλός, eleuatus, hoc est ineffabili altitudine conspicuus ac eminens, & sublimis. *Et plena erat domus gloria eius.* Quænam domus? Dic mihi. Templum. Nam ex quo illinc exoriebātur inimiciciæ, meritò etiam in hac admirabili visione ibi cōspicitur sessitans. Sed enim gloriā hīc vocat splendorem ac lucem nulli explicabilem: quam quum non posset verbis enarrare, hanc gloriam appellauit, nec vtcunque dixit gloriam, sed gloriā dei. *Et Seraphim stabant in circuitu eius.*

Quosnam hos insinuat esse Seraphinos spiritus? Virtutes vtique incorporeas supernę illius ac numerosissimę multitudinis, quarum virtutem, & beatitudinē per earum nomēclaturā nosse quis possit. Seraphim enim iuxta interpretationē Hebraicæ linguæ dicuntur Ora ignita siue ardētia. Quid igitur doctrinæ ex hac interpretatione colligimus? nimirū purissimam esse eorum spirituum substātiam, peruigilem, mirè excitatam, pernicissimam & agilē maximè. Vim habet operatoriam, omnis maculæ immunis est. Cōsimili ratione propheta etiā Dauid cupiens nobis ob oculos exhibere earum superiorum virtutum administrationem impedimēti omnis esse liberrimā, quantáve agilitate polleat in obeunda sui officij functione, quàm item efficax sit, dicebat: Qui facit angelos suos, spiritus: & ministros suos, ignis flammam. Hisce verbis indicat nobis eorū velocitatem, leuitatem, industriam efficacem ex elementorum moderatione. Talibus virtutes hę vacantes, labiis purissimis hymnos concinunt dominatori, opus hoc vnum iugiter prosequētes, faustas acclamationes gloriæ ad deū transcribentes, ministerium sibi impositum citra interruptionem explentes. Eorū proinde dignitatem per hoc declarat, quia proximè adsistūt throno. Quemadmodum enim apud reges terræ, qui dignitate præpollent, proximè adsistūt regali throno: ad eundem sanè modum seraphicæ virtutes propter præeminentiā virtutis, sublime illud solium vndequāque cingunt, assiduè perfruētes ineffabili illa beatitudine, inq; beata illa sorte delegatæ sibi functionis acquiescentes.

ἔμπυρα σώματα.

Psal.103.a.

Confirmat τῇ ὁμοίωσει.

Sex alæ vni, & sex alæ vni. Et quidem duabus velabant pedes suos, duabus autem velabant facies suas, & duabus volabāt. Et clamabant alter ad alterum, & dicebāt, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Sabaoth. Plena est omnis terra gloria eius. Quid alæ istæ nobis innuere volunt, quid item alararum cōplosio ac volatus? Sanè enim nō putem alas attribuēdas esse incorporeis illis virtutibus. Verū enimuero per eiusmodi rudes & crassas descriptiones propheta rursus nobis subindicat arcana quædam & recōditæ intelligentiæ, se quidem demittens & attemperans eorum infirmitati qui ipsum tunc temporis audiebant. Vtcunque tamen se demittit, omnē alioqui sensum transcendēs, sententias exhibet, attentiore studio nobis excutiēdas. Quid tandem istæ alarum cōplosiones ac volatus innuunt? Nimirū præcelsam ac sublimem earum virtutum naturam. Ad hunc modum & Gabriel volans cōspicitur, & è cœlo labens: vt discas eius velocitatem atque alacrem agilitatem. Ecquid miraris, si in explicandis hisce administratoriis virtutibus, verbis eiusmodi sit vsus, quandoquidē & de ipso vniuersorum deo, nō refugit tractare cōsimili dicendi formula hanc demissionem erga nos, dei? Volēs enim exprimere eius siue incorpoream naturam, siue citam eius quocunque in loco prę sentiam Dauid ait: Qui obambulat super pennas ventorum, quamuis venti pennas nō habent, neq; ambulat super pennas. Quo modo enim is, qui nusquā nō adest? Sed quod præuerti dicere, ad imbecillitatem

Quæstio. Solutio.

auditorum se demittens, ad ea erigebat mētes auditorum, quorum capaces eosdē videbat esse. Rursus idem volens ostendere auxiliū à domino pendēre, & per id tutelam ac securitatem, iisdem dictionibus vsus sic ait: In tegmine alarum tuarū proteges me. Hoc sanè loco propheta per hasce alas siue collisionem alarum nō solùm nobis insinuat sublimitatem ac velocitatē: sed & aliud quiddā terroris plenum. Declarat enim, quia id quod videbatur etiam si esset dei ad nos se demittētis, sicuti certè erat, neque tamen supernæ illæ virtutes ad eam vsque mensuram pertingere poterant quātalibet sua capacitate. Nam quòd velabant pedes, quodq; operiebāt terga, vtrunque indicat eos admiratione fuisse perculsos, & ad fulgorem tantę maiestatis intremuisse, nō ferentes eiaculationē tanti splēdoris è throno prosilientis. Quamobrem facies suas obtētu alarum, quasi pariete quodā siue tegumento obumbrabant, id quod pro more sustinemus facere, cum aut tonitru cum vehementi fragore decidit, aut fulgetris crūpentibus, terrā versus prono vultu inclinati. Tale quid sustinebant & illę virtutes. Quòd si Seraphim, eximiæ & admirabiles illæ potestates deum sedentem & super thronū sedentem intrepidè & citra tremorem contueri nō poterant, sed & facies & pedes obuelabant: quis tandem sermo satis superq; repræsentet illorū insaniam qui se profitētur manifestè vidisse deum, quiq; illam dei immortalem essentiam casso labore explorāt & perscrutantur curiosius? *Duabus volabant & clamabāt.* Quid tandem insinuat per hoc, volabāt? Quid item designat ille volatus? Quia nimirum iugiter adstant deo, nec quoquam ab eo secedunt: sed hæc eis est viuendi ratio & institutum, nempe ad dei laudē assiduè hymnos emodulari, suumq; creatorem lætis acclamationibus iugiter benedicere. Non enim dixit, clamauerunt, sed clamabāt. Ac si diceret, functio hæc, hoc opus est perenne illis. *Alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus.*

Quæstio. Solutio.

Hoc planè indicat concinnam numerisq; omnibus moderatam ipsorum symphoniam, laudemq; multa cum concordia attributā conditori. Hymnus hic non solam cōplectitur laudem, sed est & prophetia eorum quæ apprehensura erant orbem terræ, bonorum, simul & exacta dogmatum traditio. Rursus quamobrē non dixerint semel duntaxat, & tacuerūt, nō item secundò & steterunt: non denique tertiò, & adiecerunt, non satis liquet, eos id fecisse vt ad trinitatem hymnū referrent. Ob hoc Ioannes quidem asserit dictum esse de filio: Lucas autē de spiritu sancto, propheta verò de Patre. Equidem hanc nobis insinuant intelligentiam quę sequūtur. Ab hymno enim mox subiecit, Plena est omnis terra gloria eius. id quod proprium erat prophetiæ diligenter conscriptæ, nimirū vt prædicerent futuram de deo cognitionem per quam impleta est terra habitabilis gloria dei. Nā tunc etiā olim & quo tēpore hęc dicebantur, nō solùm reliqua pars orbis terræ, sed ipsa quoq; Iudęæ regio multa flagrabat plenitudine impietatis, & nemo vsquā erat qui deum glorificaret. Testis hic idē propheta dicēs, Quia propter vos nomen meū blasphematur in gentibus. Quando igitur impleta est terra gloria eius? Quo scilicet tempore hymnus hic in terram est delatus, & homines infimæ regionis incolæ cum illis virtutibus supernis vnum & eundem constituere chorum, vnam melodiam retulerūt in sublime, & in cōmune deum celebrarūt. Quòd si Iudæus aduersum hæc impudēti ore oblatret, doceat quo olim tempore terra omnis impleta fuerit domini gloria, gloria

Esaiæ.52.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquam,quæ ab ipsius cognitione proficiscitur. Cæterum ne id quidem docere potuerit, etiam si milies respondeat impudentissimè. *Et eleuatum est superliminare à voce, qua clamabant.* Vidisti expromptam prophetiæ facilitatem,nimirum res ipsas sibi inuicem consentaneè respõdentes. Dicto enim hoc hymno & quia impleta est terra omnis gloria eius,ceremonię Iudæorum omnes & victimæ desierunt, quod luculèter expressit per eleuatũ superliminare. Erat enim hoc desolationis & euersionis templi signum. Templo autem à fundamẽtis euerso, alia insuper pessum ierunt omnia. Vtq; intelligas nouum testamentũ obliterasse vetus,ait:A voce clamantium, eleuatum est superliminare. Hoc est, Mox vt hymni istius glorificatio aduenit & affulsit orbi gratia, Deique gloria toto terrarum orbe effusa est, vmbræ Iudaicæ procul submotæ sunt. *Et domus impleta est fumo.* Hoc insuper videtur mihi etiam signum præferre captiuitatis quæ eos apprehensura erat, & ignis barbarici atque omniũ atrocissimi incendij: *Et dixi, O me miserum,quia sum cõpunctus,quia homo quum sim & immunda labia habeam, & in medio populi immunda labia habentis ego habitem,etiam dominũ Sabaoth vidi oculis meis.* Visio hæc immodica admiratione perculit prophetã, eius animum expergefecit,perterrefecit, ad cõfessionẽ suæ indignitatis perpulit,vtq; vilitatem propriæ materię agnosceret, effecit. Etenim tales sunt sancti omnes. Si quando quopiã cumulatiore potiuntur honore, tũc demissiùs se deiiciunt.Ad hunc modũ se gessit Abraham,sermonem enim faciens cum deo,se vocabat terram & cinerem.Hoc pacto & Paulus, quo tẽpore dignus est habitus insigni illa visione,tunc se nominauit abortum.Sic sanè etiam hic miserũ se profitetur priùs à naturæ conditione,dicẽs: O miserum me, quia compunctus sum, quia homo quũ sim. Deinde à propria destinatione & voluntate:Et immunda labia habeam.Sua autem labia polluta siue immunda vocauit(vt ego sanè arbitror)ad comparationem labiorũ Seraphim,hoc est,ignitorum siue ardẽtium, eximiæ puritatis virtutum & absolutissimi illius apud deum famulatus atque obsequij. Sed enim non hîc perstitit, verum & pro populo vniuerso confitetur hac vsus inductione,ac dicẽs: In medio populi immunda labia habẽtis, ego habito. Qua tandem causa hîc expostulat cũ Iudæis eaq; vocat in ius?Nimirũ, vt insinuaret se destitutũ fiducia loquẽdi.Nanq; tres illi etiamdum pueri quũ in medio fornacis cõsisterent, idem propemodum dicebant: Nõ est nobis aperire os. Et nunc quando instabat articulus depromẽdæ hymnodiæ ac laudis,videbatq; supernas virtutes hoc faciẽtes,meritò ad labia deflectit sermonẽ, quando ad eam obeundam functionẽ inuitantur vel maximè. Sed sua quidẽ labia eam ob rem vocauit immunda,populi autem labia non eadem ratione,quandoquidem immodica onerabatur trãsgressione legis & iniquitate multiplici:Et regem dominũ vidi oculis meis. Ob hoc(ait) ingemisco & lamentor,quia tanto sum honore cohonestatus,alioqui eo indignus, honore inquam, meum meritum transcendente,naturæ meæ conditionẽ prætergrediente.Quando autem dicit,Vidi:nolim existimes insinuare voluisse absolutam illam dei cognitionem siue contemplationem, sed quatenus fuit eius capax. Tecum reputa quantum lucri resiliat ex cõfessione.Seipsum accusauit, & confestim expurgatus est. Simul enim atque verba hæc protulit,subiecit: *Missus est ad me vnus ex Seraphim,& in manu sua habebat carbonẽ quẽ forcipe tulerat de altari,& tetigit os meum,& dixit:Ecce tetigit hoc labia tua & auferet iniquitates tuas,& peccata tua perpurgabit.* Nonnulli quidem hæc etiam asserunt symbola esse futurorum sacramentorum, puta, Altare, Ignem altari adiacentem,virtutẽ administratoriam, quodq; admotum est ori ad expiationem peccatorum. Nos porrò historiæ interea acquiescimus, dicentes cuius gratia sit hoc factum.Mittendus enim erat ad populũ Iudæorum,vt quædã renunciaret plena terroris & permolesta. Itaq; è Seraphim vnus mittitur, vt ipsum timore,* ac prælenti loquendi fiducia cõpleret. Et ne Mosen imitatus excusaret esse se exilis & gracilentæ vocis, & exemplo Hieremiæ causaretur se esse iuniorem, quanquam hîc *forsan*, æpariter obtendit se habere labia immũda, quare minimè etiam se posse his inseruire quæ dicebantur: venit vnus è Seraphim vt expurget eius peccata,nec id propria virtute: (Hoc enim soli deo, Patri, filio & spiritui sancto competit.) Sed imperio & admotione carbonum.Non enim dixit,Ecce auferam ego: sed,ecce hoc auferentur iniquitates tuæ,& peccata tua perpurgabit, eius nimirum imperio qui misit. Cæterũ quamobrem vnus ille è Seraphim carbonem accepit forcipe?Siquidem incorporea virtus nullam à carbonibus sensura erat exustionem. Quam igitur ob causam hoc tenore res gestę sunt?Vt doceret,quàm se demitteret deus.Ob hoc etiam & ab altari accipit, super quo hostiæ offerebantur, & expiationes fiebãt peccatorũ. Quòd si obiicias, Quî factum est vt os prophetæ non conflagrarit incendio?Maximè quidem. Quod *ignis ille qui Esaiæ* fuerat conspicuus,nõ subiacebat sensui corporis. Alias autem,si quando deus quid piam operis confecerit, de ratione ne curiosius inquiras, aut superfluam sumas operam.Actiuus enim iste ignis & sensibus subiacẽs, qui circa corpora versatur, ea non efficit quæ competunt igni spirituali. Licet enim* ibi sarmenta & pix iniecta sint igni,flãma tamẽ oblita est propriæ naturæ.Ecquid miraris, si nunc quoque rebus tantis præter hominum opinionẽ gestis,os expurgauit,nec tamen exusit ignis ille? *Et audiui vocem domini dicentis hoc,Quem mittam, & quis ibit ad populum hunc?* Vides quantum visio hæc attulerit commodi,& perfecerit,quatenus cum laude direxerit timor,quanquam circa Mosen tale aliquid gestum sit. Nisi enim ipsi Seraphim deus quoque insidens throno visi essent. * Attamen aliud spectaculum etiam tunc demonstratũ est prophetæ sanequàm admiratione dignum. Tale erat,vt nemo posset aciem fixiùs intendere in id quod apparebat.Ardebat enim rubus(ait)& nõ cõburebatur. Attamen tãtus ille Moses post signa illa, multamq; dei admonitionem cunctatur ac subterfugit,causificatur, & perquàm multos colores excogitat reiiciendæ legationi idoneos,puta dum dicit: Gracilioris sum linguæ & tardiloquus. Et, Delige tu alium quem cum mendatis emittas. Quin & Hieremias excusat teneritudinem ætatis. Ezechiel quoque post acceptum mandatum,dies septem deterit circa fluuium, deprecans legationem & ob id extrahens tempus,quo factum,vt deus adiecerit illam parabolam:Speculatorem dedi te domui Israël.Et,Quia animam eorum de manu tua requiram. Ionas insuper non modò excusauit legationem, sed & se constituit refugam dominici mandati.Quid igitur?His ne omnibus cõfidentia maiore pollebat Esaias? Num eximio etiã Moyse? Ecquis hoc dicat? Qua igitur ratione contigit, vt Moses quidem recusarit delegatam sibi prouinciam: hic autem non apertè iussus profiliuit?Neque enim dixit,Abi:sed deo dicente, Quem mittam? iste verbum rapuit vice man-

Locus sanè intelligẽdus.

Quæstio.

Solutio. Daniel.3.c. iuxta 70.

Vis quanta sit cõfessionis.

A

B

C

D

** apud Basilem. hylenem.*

** Desit hic quiddã in exemplari.*

** Desydero hîc quiddã in exẽplari.*

Hoc scilicet carbone.

Quæstio.

Responsio.

Quæstio.

Solutio.

Quia putr ego sum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ce mãdati. Porrò quidam asserũt ipsum peccasse, quòd Oziam temerè ausum irrumpere in adyta templi non coarguerit: cupiés verò idem pro illo peccato satisfacere, post hæc multa cũ alacritate prosiliuit vltroneus ad obedientiam, vt deum sibi hac animi propensione redderet placabilem. Propter enim hoc dicebat labia sua esse immunda, quod nõ libertate loquendi vsus esset. Atqui talia effutientes nequeam tolerare. Est enim Paulus tantò illis fide dignior, qui hunc ipsum vocans audacem dicit: Esaias autẽ audet & dicit. Sanè eam ob rem, vti aiunt, neq; iuxta cõmunem naturæ legem, vitę finem accepit, sed cruciatum sustinuit multò acerbissimum, ludæis nõ ferentibus ipsius in increpando libertatem. Exceptis hisce nugacibus, nusquam scriptura cõmeminit, quia vel præsens tum fuisset, quo tẽpore hæc præter dignitatem Oziæ tentata sunt, & quòd præsens siluerit. Sed talia proferentes, ex propriis & suamet cõmentatione collegerunt cõiecturam. Quid igitur ad hæc liceat respondere? Quia Moysi & huius dispar erat cõditio. Moses enim in barbaram regionem mittebatur, & ad tyrãnũ vecordi insania ac rabie percitũ: hic ad domesticè notos, & qui eum audierãt subinde docentem, quiq; ab ipso fuerant nõ exiguo tempore eruditi. Quibus de causis, vtriusque obedientia hîc & illic nõ requirebat virilem cõstantiam & ex æquo parem. Quidam autem dicunt aliud quidpiam interceſsisse, quod ipsius animo hanc inseuerit alacritatem. Quum enim pro suis, proq; populi peccatis esset cõfessus, ac vidisset Seraphim ad se mitti & ex eis vnum, qui sua expurgaret labia, spe etiam præsumpsisset eadem euẽtura esse populo, & hęc abiret renunciaturus, exprompto & alacri animo dictum verbum rapuit ex ore dei loquẽtis. Etenim sancti illi quàm erant præ cæteris hominibus amãtes dei, tam erant bene cupiẽtes populo, quasi filiis. Is igitur quum speraſſet se renũciaturum populo aliqua ex parte abolitionem malorum, incunctãter in medium prosiliuit & ait: Ecce ego sum. Mitte me. Aliâs verò animam profectò habebat mirè propẽsam & expositam subeundis periculis. Morem hũc fuisse Esaiæ, vel lectione totius eius prophetiæ colliquescit. Quum igitur spopõdisset se abiturũ, nec iam deinceps auderet pactum abnuere, tunc audit quæ essent allatura populo peracrem molestiam & anxietatẽ. Siquidẽ deus ipsum moderatus sapienter direxit. Nõ enim initiò statim dixit: Abi & dic populo, sed priùs suspendit mandatum, & incertum reliquit modum suæ missionis. Ex quo iussis tam facilè paruit, ea prænunciat populo ludæorum quæ eos apprehẽsura essent mala. Quæ porrò hæc erant? *Vade* (inquit) *& dic populo huic: *Auditu audietis & nõ intelligetis: & videntes videbitis, & nõ perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus suis grauiter audierũt, & oculos suos cõpressérunt, ne fortè videant oculis & auribus audiant, & corde intelligant, & cõuertantur, & sanem eos.* Quod ad eos attinet qui exactè callẽt scripturas, arbitror hæc enarratione nulla egere, quando prẽsertim eadem & Ioannes tonitrui filius, Paulus item nouæ iuxta ac veteris scripturæ exquisitè cõscius præuerterũt edisserere. Hic enim Romæ quidem quum esset inter cõcionandum apud eos qui conuenerant, & illi resilirent, nec sustinerent quæ dicebantur, dicebat: Bene dixit spiritus sanctus, Aure audietis & nõ intelligetis. Tonitrui item filius, quum illi ne visis quidem miraculis persuadebantur, vt crederent, dogmata itẽ audiebant nec eis aures adhibebãt attentas. Lazarũ excitauit ad vitã Christus, & ecce eundem moliebantur è medio auferre. Dęmones abigebat, & dæmoniacum appellabant. Eos conciliabat Patri, & seductorem nominabãt. Ioannes enim, quum illi cõtrarias de Christo opiniones cõcepissent, huius cõmeminit prophetiæ dicens: Bene dixit Esaias, Aure audietis, & nõ intelligetis: videntes videbitis, & non perspicietis. Nam quum interiores oculos mentis haberẽt oblæsos ac deprauatos, nulla iam eis supererat vtilitas ex sensorio organo exteriorũ oculorum, corrupta mẽte. Ob hoc videntes nõ videbant, & audientes non audiebant. Simul adiungit & causam, Non enim ipsa sensuum organa erant corrupta, non natura oblæsa erat aut vlla sui parte mutila: sed cor excæcatũ. Incrassatum est enim cor populi huius, ait. Ista mentis crassities cõcrescit multitudine peccatorum, à concupiscentia gignitur rerum tẽporalium. Hanc crassitiem enarrans Paulus dicebat: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus. Nõdum enim poteratis: sed neque adhuc potestis. Causam annectit dicens, Cum enim sint inter vos zelus & contentio, nõnne carnales estis: Itaque illi quum inuidia non modica, perturbationibusq; liuoris & odij intabescerent: oculum vtique mẽtis impinguabant crassitudine ignorationis & insciti æ, nec iam deinceps valebant quæ syncera sunt rectà contueri: eoq; de his quæ in omnium cõspectu à Christo edebantur, miraculis, diuersas & secum pugnantes sententias cõcipiebant. Hæc igitur propheta acie mentis nõ inscite contẽplatus prædixit & causam tanti istius morbi. Mihi iam animum adhibe, quum duæ hîc assignẽtur prophetiæ, vnam quidẽ quæ de ecclesia est, deq; bonis orbi terrarum affuturis ipsi spiritus Seraphini in se receperunt, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Sabaoth. Plena est omnis terra gloria eius: alteram verò quæ de captiuitate est, & pœnis ludæorũ populo irrogandis, reliquerũt prophetæ promulgandã, vt hinc etiã discas quanta amplitudine, quamq; excellenti prẽrogatiua ecclesia polleat. *Et dixi, Vsquequo domine?* Vides nos nõ frustra, sed certis cõiecturis collegisse, quãta cum alacritate propheta paruerit diuinæ voci. Ipse enim quum audiisset cõtraria his quæ se auditurũ sperauerat, nempe desolationem regionis, extremam hominum cladem, rogat saltem se edoceri modũ mensurámve pœnæ populo irrogandæ, non ausus precari vt ab omni prorsus seueritate vindictæ eruerentur, quòd priùs eum docuisset deus populũ admisisse flagitia quę nullã promererentur veniam. Quæ enim sustinuerant committere facinora non à direptione solùm, neque à voluntate nequiter insultãdi proximis: sed opus animę peruersè obedientis, & ingenij ad cõtentiones nati & quasi præmeditatò ac studio oblu&tantis his quę à deo fiebant. Et quidẽ hoc tacitè innuens, dicebat: Ne fortè videant oculis, & corde intelligant, & cõuertantur, & sanẽ eos. Perinde enim atq; ij qui magno timore corripiũtur, ita profert hoc: Ne fortè quiduis discant eorũ quæ decẽtia sunt ac suę saluti opportuna. Sic enim mẽtem suam excæcarãt studio peruersitatis. Quum igitur supereſset acerbissima increpatio simul & vltrix facinorum pœna planè inexorabilis, etiam affectat doceri, sed ordine discendi infert supplicationem. Ex quo autem neque palam audebat pro hoc offerre supplicationem: ob hoc sub colore disciplinæ, excogitat interrogationem, dicens: *Vsquequo domine? Et dixit, Donec desolentur ciuitates, vt non habitentur: & domus, vt non sint homines. Et terra relinquetur deserta: & post hæc lõgè faciet deus homines. Et multiplicabuntur qui derelicti fuerint super terrã. Et adhuc in ea est decimatio. Et rursus erit in depræd ationem, sicut terebinthus: & sicut*

* ἀκοῇ vel aure.

Roma.10.d

Acto.28.

Acto.28. & Ioãnẽ Euãgelistã intelligit.

Ioan.12.f

Hæc nõ vsquequáque respondent textui Ioannis.

1.Cor.3.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

glans, quando excidérit ex theca sua. Semen sanctum erit, erectio columnæ eius. Suspẽsa superiore prophetia, sermonẽ rursus educit ad historiam & captiuitatem decẽ tribuum prædicens cõmemorat lõganimitatem dei exhibitam esse duabus tribubus per illam decẽ tribuum captiuitatem. Tandem hos etiam ipsos in captiuitatem præcinit abducendos, quod minime essent vsi dei longanimitate ad id quod ex officio conueniebat, prosperitatem insuper temporis successurã eis qui relicti fuerint. Nam quando dicit: Donec desolẽtur ciuitates vt non habitentur, verbis his innuit captiuitatem decem tribuum. Etenim ad vnum omnes penitus exterminati sunt, ac multa cum immanitate abrepti omnes in alienam sunt abacti regionem, sic vt ciuitates etiã vniuersæ starent quidem, sed vacuæ hominum, terra quoque ipsa destitueretur cultoribus ad eorum vtilitatem qui relinquendi erant. Et quidẽ quando dicit: Donec desolentur ciuitates, vt non habitẽtur: & domus, vt non sint homines, vtiq; insinuat captiuitatem: quum verò addit, quia post hæc lõgè faciet deus homines, aut omnimodam omnium fœlicitatem, inq; agendis dexteritatem innuit, aut certè prosperrimũ temporis cursum qui successit duabus tribubus, aliis decem in captiuitatem abactis. Liberati enim à Sẽnacherib & eius barbarico exercitu, proinde & illã consequuti admirabilem victoriam, rursus succreuerunt in numerosam multitudinem, & ad vitæ longitudinem progressi sunt, nullo eos interturbante bello. Quando autem dicit, quia longè faciet, aut copiosam indicat hominum multitudinem, aut certè prolixitudinẽ innuit annorũ. Vtque intelligas, quia de duabus tribubus dicit hæc, subintulit: Quia in ea est decimatio. Decimationem dicens id quod supra decem tribus excresceret, quod præter decem esset reliquũ & amplius, quod vtique duæ illę tribus erant. Dictione hac vsus est & Paulus dicens: Plusquam quingentis fratribus. hoc est, Pluribus quàm sint quingenti. Et rursus erit in deprædationem, sicut Terebinthus. Hoc est, Duæ istæ tribus. Et sicut glãs, quum exciderit é theca sua. Nam quemadmodum fructus ille dum è sua theca siue loculo excidit, inamœnus cõspicitur, tristis ac tetricus: Ita & hi erũt deridiculi probriq; passim exponentur, mox vt exciderint ciuitate, & priore gloria nudati fuerint. *Semen* sanctũ, erectio columnæ eius. At non insanabiles erũt, quæ in illos deuoluentur, calamitates, ait, neq; æternùm duraturæ: sed semen eius sanctum erit. Et erit erectio columnæ, hoc est, stabile, quid cõpactum, immobile & aduq; rerum permutationẽ perseuerans. Siquidẽ ea etiam rerũ fœlicitate demum excident. Ipsi tamen nõ omnimodã rerum pernicie sustinebunt: sed manebũt, & cõstabilientur, quouq; ad pristinã redintegrẽtur sanctimoniam.

Cap. VII. Canon pro intelligẽtia prophetarũ.

Et factum est in diebus Achaz, filij Ioathã, filij Ozię regis Iuda.

Quod mihi crebrò dictũ est, id ipsum repetam: estq; hoc pro more veteri. Prophetica oracula non in hoc edebãtur, vt Iudæi futura vtcunque prænossent: sed vt per ea quæ didicissent, lucrum luculentũ reportarent, ac proinde redderentur modestiores timore perculsi propheticæ cõminationis, & pollicitatione bonorum ad obeundam virtutem efficerentur alacriores, & vt vtraque ex parte edocerentur, & potẽtiam dei & erga eos ipsius prouidẽtiam. Quæ enim superiùs dicta sunt, hac vtraque ratione dicuntur. Et ne existimarent quæ ad futura prædicebantur, ea temere aut fortuito casu euentura iuxta naturæ cursum, aut communem rerum permutationem. sed vt certissimè scirẽt, quia supernè, dei scilicet decreto vtraque hæc fierent, quod quidem vtrunq; maximopere erat eis cõducibile ac plurimum adferebat emolumẽti ad dei cognitionem. Sed enim quia vti superiùs anteuerteram dicere, prophetia quo tempore proferebatur, nullum exhibebat specimen rei futuræ, sed verba quidẽ tunc edebãtur, res autem ipsæ in longũ postea tempus extrahebantur: hinc nonnulli auditorum, eorum etiam qui è vita migrarant, nec hi poterant iam iudicio de talibus cõtendere. Vide quid faciat deus, quámve adhibeat curam. Prophetiam cõnectit prophetiis in longius tempus euẽturis vicinioribus, quę & in generatione auditorũ facta sit, vt hoc argumento arroget fidem vel maximam his quæ euẽtura sunt. In euangeliis verò, speciem hanc vtilitatis tradendæ auditori aliter quidem prosequitur, sed solertiori artificio. Etenim cõnectit miracula prophetiis & hac copula alterutrum confirmat probatione alterius. Tale est, quod dico: Adiit Iesum leprosus aliquando, is purgatus est. Secundum hunc, rursus filius Cẽturionis liberatus est à graui illa infirmitate. Et quidẽ signa vtique magna erant, attamen nõ his vsque institit signis, sed & propheticum adiecit oraculum. Postquam enim Cẽturio fidem illam singulari magnitudine & admiratione dignam exhiduit (cuius merito puer ab ægrotatione ereptus est) intulit Christus: Multi ab oriẽte & occidente venient, & recũbent cum Abraham & Isaac & Iacob: filij autem regni eiicientur foras. His dictis futuram insinuabat ecclesiam ex gentibus colligendam, simul etiam præcinebat Iudæos regno cœlorũ excludendos, quod sanè reipsa euenisse videmus nunc, vniuersisq; nobis Sole ipso illustriùs declaratur. Et quidem tunc id erat quadantenus obscurum, nec multis compertum quid diceret, neque infideles illi facilè admisissent. Sanè signo isto (quod tunc accidit) assumpsit, vnde nobis ipsi de re aliquando futura cumulatiorem fidem ascisceremus: quemadmodũ ipsa etiam prophetia quæ ipsis nunc operibus vera conspicitur, signo illo quod tũc gestum est, in fide magnopere nos cõstabilit ac firmat. Quid enim opponat iam infidelis? Nõ emũdatũ esse leprosum? Vel ipsis oculis cernat Christi prophetiam de futura ecclesia fuisse veram, & ea intellecta fidem cõmodet signis. Quid porrò dicere poterant illius ætatis Iudæi? Quòd quæ futura prædicebat, nõ sint vera? Cernant expurgatum leprosum, & ab his quæ gesta in illo sunt, fidem mutuẽtur qua credant & his quæ prædixit futura, tam insigni accepto pignore. Illi quidem credant verum fore prophetiæ signum: qui verò nunc, prophetiã signi. Vidisti quo pacto alterutrũ cõfirmatur probatione alterutri⁹. Hoc & in vetere testamento videat quis obseruatum esse. Quo enim tẽpore Hieroboã perditissimã illã insaniuit insaniã, vitulosq; aureos erexit, propheta eò profectus prænũciauit futura, simul & cõfestim dedit signũ. Ne quis enim diffideret his quæ post trecentos annos euẽtura erant, altare mediũ perfregit, opimamq; sacrificij pinguitudinẽ effudit, arefecit insuper regis manũ: per ea quæ tũ fiebãt, ob oculos omnium exhibens specimen nulli nõ cõspicuum eorũ quæ tanto post tẽpore euentura erãt. Per multa ei⁹ generis & in nouo & in vetere testamẽto facta esse quis videre possit, Deo singula diuersis modis dispensante ad nostram omnium salutem: quod sanè etiam hîc factũ est, idq; pleniore cum redundãtia. *Signum* nanque non solùm cõsignatum fuit, sed & vnà cum signo coniunxit & prophetiam. Cæterum vt quæ dicuntur, perspectiora fiant, exacta cum diligentia ipsam per-

Canon pro intelligẽtia euangelicæ doctrinæ.

Matth. 8. b

3. Reg. 13. a

ἐπ ἀνω.

Universidad de Deusto
Biblioteka

sam percurramus historiam. *Et factũ est in diebus Achaz,* A Hoc & in admirabili Dauide fecit. Quum enim ipsum
**siue Syriç. filij Ioathan, filij Oziæ regis Iuda, ascendit Razin Rex Aram* & Phacee filius Romeliæ rex Israel, in Hierusalem, vt oppugnarent eam, nec potuerunt expugnare. Et nunciatum est in domo Dauid à dicentibus: Consensit Aram ad Ephraim.* Quæ proximè dicta sunt, planè historia est & rei gestæ narratio. Cæterum qui dexteritate intellectus præditus est, & acriter eam introspicit, haud mediocre emolumentũ est etiam illinc decerpturus, hinc ediscens multam dei esse sapiẽtiam, quantaq; fuerit eius prouidẽtia pro salute Iudæorum. Neque enim statim initio repressit bellum, neq; cominus ingruens siuit prævalere aduersus ciuitatem: sed verbo-tenus permittẽs fieri comminationem, eius experimentum vetuit, simul quidem expergefaciẽs illos, & iisdem adimẽs socordiam, simul etiam suam declarans potẽtiam, nimirũ quia posit eos eripere qui iam proiecti sunt ad extremum finem malorum, perinde B atque eos qui nihil dum sensere quiduis mali, sic & eos qui iam in periculũ prolapsi sunt, integros conseruare potest & incolumes: quod & eum subinde fecisse videre liceat, cuiusmodi fecit in fornace Babylonica, in lacu leonũ, inq; aliis rebus gestis innumeris. Et enim venerũt reges isti, ciuitatem obsidione cinxerunt, attigerunt mœnia, proinde cõcussis timore incolentium ciuitatem animis, nihil præterea eualuerunt. Vel hinc etiam liceat perpendere, quanta fuerit illarũ decem tribuum iniquitas. Neq; enim intestinum modò delegerant bellum, neq; quia aduersus fratres conciuerant seditiones: sed quòd viris alienæ tribus & gentis se cõiunxissent, nec vtcunq; quia his adiecissent, vt in eorũ communionem venirent, se vocantes illorum cõmi-
**pro συνε-φράτουτο lege συνε βουλεύοντο.* litones. De obeunda pugna* simul consultabant & ad- C uersus ciuitatem iam cõsistebant. Et hi Razin solicitarant aduersus metropolin suam, quũ esset externæ gẽtis: eratq; pugnæ inæqualitas. Apud illos enim multitudo erat infinita, & ciuitates & gentes & populi: Hierosolymis verò nihil horum tale suppetabat, sed ciuitas vna, Metropolis quidẽ, ita vt dei fortitudo exuberantius enitesceret. Nullo enim arma mouente, neque aduersus illos exeunte aut accincto ad conflictũ, victoria ex hostiũ manibus elapsa est, eorumq; maligni conatus in nihilũ abierunt. Ait enim: Non potuerunt expugnare cã. Iam verò quid intercedebat impedimenti? Aliud nihil, præterquam manus dei quæ inuisibili fortitudine propulsabat illos. Attamen quod cœperam dicere, bellum quidem profligatum est, incussum verò illis timorem nõ confestim ademit. Ait enim, Annunciatum est in domo Dauid, quòd conspirasset Aram cum Ephraim, & emota est anima eius & anima populi eius. D
καινὸν memorabile. Deus enim quidpiam operis cõfecturus quod stupendum sit & admiratione dignum, non statim initio inducit admirationẽ, sed eos qui ex eo opere decerpturi sunt emolumentum, sinet tangi priùs sensu malorum: vt exempti impendẽtibus malis, omnem erga assertorem suæ liberationis declarent animi gratitudinem. Quum enim plerique hominum mox vt sunt defuncti ingruentibus malis, non iam meminerunt quibus fuissent obnoxij periculis, partim quidem per superbiam, partim verò incogitãtia quadã huc proiecti. Aut certè nõ obliti quidem, siqua præclarè gesserũt, sibi ea volũt asscribi. Priùs igitur sinit eos cõcuti eorũ sensu quę infesta sunt & ingerunt mœrorem, tum demum ab his vindicat & asserit quæ obturbabãt, quod sanè etiã hîc effecit. Siuit eorum cor emoueri, permisit in agoniam prolabi nec modicã, tum demq; infert absolutionem.

* Goliath intelligit, de quo. 1. Reg. 17. A

Hoc & in admirabili Dauide fecit. Quum enim ipsum esset eductus in aciem ad prælium accinctã, & splendidũ illud & cum primis illustre trophæum excitaturus per manus illius, nõ in ipso belli præludio hoc fecit, sed quadragenario excursu dierum siuit eos confici timore, donec de spe proprię salutis decidẽrẽt. Et quum innumera opprobraret* barbarus ille & ne sic quidem vllus ausus fuit cooriri in aduersariũ, & excipere collu-ctatorem: tunc sanc, tunc quum exercitus cõfessus esset se inferiorem, suamq; infirmitatem palàm euulgarent, 17. A produxit deus in medium hunc adolescentulũ ad cõfligẽdum cum hoste, & eo vsus illã perfecit senequàm admirabilem victoriam. Rex ipse etiamsi huius operã cõsequutus salutem, victus tamẽ fascino inuidiæ ac liuoris post hæc & tam apertã suam suiq; exercitus vniuersi infirmitatẽ, subseruiebat ipsi Dauid, totus in mentis perturbatione constitutus, & planè ingratus erga tam bene de se meritum. Quòd si non exhibuisset tam insigne argumentũ & suæ & totius sui exercitus infirmitatis, quid nõ fecisset? Videre quis posit deũ secundũ superiùs dicta hoc ipsum facere, quod sanè in præsenti historia factum legitur. Soluturus enim bellum, eosq; exemplurus istis mœrorem ingerentibus, siuit priùs tangi sensu grauium & imminentium periculorum. Ait enim: *Emota est anima eius & anima populi ipsius, quemadmodum in syluis condensis lignum à vento moueri solet.* Et hoc prophetiæ proprium erat, vt eorũ regum arcana cõsilia in mediũ produceret. Nobis enim enarrat quo cuiusq; animus tãgeretur affectu. Et quò res ipsa fieret omnibus dilucidior, addit similitudinem: vtq; doceret quanta fuerit anxietas, ait: Emota est enim anima eorum. Illa prior eorum superbia deiecta erat, plane animum desponderant abiecta spe salutis, in extremo vitæ periculo teneri se arbitrabantur, nihil iam clementiæ opperiebantur, sua quisq; cogitatione censebat se esse hosti proditum. Quid tandem deus? Liberationẽ prædicit, camq; conficit momẽto, vt ne cuipiam alij posthac adscriberent ciuitatis liberationem. Delegat prophetam, qui prænunciet futura. Ait enim, *Dixit dominus ad Esaiam: Egredere in occursum Achaz tu & qui derelictus est Iasub filius tuus ad natatoriũ ascẽsus agri fullonis, & dices ad eum. Obserua, vt fileas, & ne timeas, neque anima tua elanguescat aut cãsternatur, neque formidet à duobus lignis titionũ fumigãtium horum. Cùm enim ira furoris mei facta fuerit, medebor.* Quid est, Egredere in occursum? Nõ vtique rex quietem agebat, nec sustinebat domi vt maneret: sed iuxta morem obsessis familiarẽ, sustinebat. Egrediebatur iugiter, muros circunspectans, iuxta item portas deerrans, singula quæq; curiosius disquirens, animumq; macerans anxiis & superuacaneis quæstionibus, quo in statu sint res hostiũ. Quare ait: Egredere in occursum. Quid porrò est, Tu ושוב & relictus Iasub filius tuus? Iasub hebræa lingua est ἐπανάστροφὴ ἢ διαγωγή, hoc est, cõuersio & formula instituendæ vitæ. Eam ob rem & Iesse mittẽs Dauidem, dicebat: Et, *Iasub eorum accipies. Hoc est, Eorum cõuer- * corruptus sationem renunciabis mihi, ecquid agentes degãt. Mi- est hic loc*. hi itaq; hîc videtur propheta mandatum accepisse, vt 1. Reg. 17. C. secum assumeret multitudinẽ adsistentium, ne qua regi relinqueretur occasio excusandæ immemoriæ aut ingratitudinis, quasi nihil horũ quæ euenissent, audisset à propheta. Quod igitur ait, hoc est: Egredere in occursum tu & qui tecũ familiariter versantur, qui relicti sunt ex populo. Quòd autem scriptura filiũ ipsius vocat populũ, nõ est quod mireris. In progressu enim operis ait: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit deus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Etenim ſancti illi charitate & ſolerti prouidentia, officium ordinémve patrũ ſuſtinebant, immò ſuperiores erant his omnibus qui natura vocãtur patres. Relictos verò dicit, quòd nõ pauci ab hoſtibus fuiſſent abducti.

Quæſtio. In via agri fullonis. Et hæc particula nõ paruum ſcrupulũ iniecciſſe mihi videtur. Siquidẽ cõcluſi quum eſſent vallati & obſidione cincti, ita vt ne auderẽt quidem terrã verſus reſpicere, quonam pacto cõſpici poterant extra portas? Etenim via eadẽ extra muros eſſe etiam nũc cõſpicitur. Quæ igitur eſt iſtius ambiguitatis ſolutio?

Solutio. Nimirum hæc, ea ciuitas altero vetuſtiore muro ambiebatur. Duplici ſiquidẽ muro muniebatur, id quod ex alio propheta facilẽ quis perſpiciat, modò attentus eſſe velit. Egreſſus igitur propheta vires animorum populi collapſas & deiectas erigit, iubetq; bono vt eſſent animo de futuris. Quietem, ait, age & noli timere. Reges illos vocat torres ſiue titiones lignorũ, per hoc oſtendẽs ſimul quidẽ peracrem eorum vehemẽtiam & intentionẽ, ſimul verò declarans quàm facilẽ poſſent opprimi. Ob hoc enim adiecit, fumigantium: hoc eſt, qui in proximo erant deinceps extinguẽdi. Ad hæc, manifeſtans, quia nõ illorũ virtute: ſed indulgente dei prouidẽtia, excurſio hæc cõtigit, ait: Quũ enim ira furoris mei facta fuerit, rurſus medebor. *Et filius Arã & filius Romeliæ, quia inierunt cõſilium malũ Ephraim, & filius Romeliæ cõtra te, dicentes: Aſcendamus ad Iudæam, & *affligamus eam, & colloquuti reuocemus eos ad nos, & præficiamus ei regem filium Tabeel. Hæc autem dicit dominus Sabaoth. Nõ manebit conſiliũ hoc, neque erit: ſed caput Aram, Damaſcus: & caput Damaſci, Raſin. Et adhuc ſexaginta & quinque anni, & deficiet regnũ Ephraim à populo, & caput Ephraim Samaria: & caput Samariæ, filius Romeliæ. Si non credideritis, neque intelligetis.* Validiſſimum ſuæ prophetiæ argumentum rurſus exhibet propheta. Timore enim cõcuſſis eorum animis, ac periculis impẽdẽtibus ob oculos poſitis, quæ tandẽ bona ſperari debuerant? Atqui omnem tranſcẽdebant ea expectationẽ, nec ſatis erant creduli auditores. Vide nunc, quid faciat. Maximum cõſignat ſignum eorum quæ euentura erant. Cõſultationes hoſtium in medium profert. Eorũ enim molitionem & cõmune decretum aperit, quibus aduerſum ciuitatẽ acies inſtruxerãt, quid item inter ſe cõſeruiſſent ſermonum, cur rurſus cõſpiratione ex pacto inita redierint, quòdq; fiebat oſtendit aliud non eſſe quàm proditionẽ. Colloquuti enim dixerunt: Auocemus eos ad nos. Aut certè multa amẽtia fuiſſe ebrios, quippe qui cenſerent ad parandã victoriã nullis ſibi eſſe opus armis, nõ item vllo apparatu exercitus aut cõſultatione ad occupandam ciuitatẽ. Abunde enim fuerit nobis, aiunt, ſi modò nos in illorũ proſpectum venerimus, noſq; viderint colloquẽtes. Eis enim in captiuitatẽ omnibus abductis illinc abibimus. Prẽterea quid arrogantes iſti & hac ſpe tumidi, paterẽtur, deq; cõſtituendo rege cõſultarent, quaſi iam capta eſſet ciuitas, & quem oporteret in regem prẽficere metropoli, explicat. Et illorũ quidem molitiones ſic ſe habebant, quas omnes ad perniciem dei prouidẽtia erat perductura, eoq; ſubiunxit: Hæc autem dicit dominus. Nec in dicto hoc ſubſtitit, ſed adiecit, Sabaoth. Denũciaturus enim propheta inſigne quiddã & eximiæ virtutis, meminiſſe ſolet dei, regni cœleſtis, illius item admirandi principatus quiq; omnem omnium tranſcendit exiſtimationem. Quid igitur ait deus? Nõ manebit conſilium hoc, neque erit: ſed caput Aram, Damaſcus. Principatus eius (ait) & poteſtas in Damaſco conſtituetur, nec vltrà progredietur. Et caput Damaſci, Raſin. Et princeps (ait) atque dominator Damaſci, Raſin erit: hoc eſt, in his quæ iuris ſui ſunt, manebit, nec ampliorẽ ſibi adſciſcet poteſtatem. Et adhuc ſexaginta & quinq; anni, & deficiet regnum Ephraim à populo. Maximè euidens eſt veritatis demonſtratio, quando prophetæ etiam articulum tẽporis prædicunt, per hoc declarantes quãta ſit vis prophetiæ, his qui eam ſeduló exquirere velint. Et nunc quidem ait, quia à ciuitate retrocedent: poſt verò annos quinq; & ſexaginta, de integro ea gens diſperibit, peſſumq; ibit regnum Iſraël, hoſteſq; ad vnũ eos omnes intercipient. Et quidẽ nunc Iſraëlitæ ad illam vſque ſuam captiuitatẽ, nihil præter ea quę iuris ſunt ſui, acquirent. Id attexuit, ne rex audito quia poſt ſexaginta quinq; annos diſperituri eſſent, ſecũ reputaret. Quid igitur, ſi nobis nunc abreptis in captiuitatem, illi tunc ſunt diſperdendi? Quid hinc in nos emolumenti reſiliet? Spem bonã ſume (ait) & de præſentibus. Omnino enim tunc emigrabũt in captiuitatem. Et nunc quidem nihil interim habituri ſunt, præter ea quæ ſuo iure poſsidẽt: ſed erit caput Ephraim (hoc eſt, decem tribuum) Samaria. Regia enim illic eis poſita erat, nec iam vlteriùs regnũ exporrigetur. Et caput Samariæ rex Iſraël. Quod de Damaſceno dicebat, idẽ & hîc indicat, nimirum ampliùs nihil ſibi vendicaturos, quàm quæ nũc obtinent. Ad hæc, quando res eas dixit quæ ſermonem humanũ tranſcendebant, & quauis ſerie ratiocinationum erãt ſuperiores (quod enim dicebatur, prophetia erat) haud ab re intulit: Niſi crediderítis, neq; intelligetis. Ne queras, (ait) Quo pacto quòve modo fient hæc? Deus enim eſt, qui operatur. Tu, quæſo, tantùm fidem præſta dictis: & quæ ſit opificis virtus intelliges. Enarrationem eorũ quæ dicta ſunt, omnem accepiſti. Eòque Dauid propheta ait: Credidi, propter quod locutus ſum. Et Paulus aſſumptam hanc ſententiam ad maiora nõ ab re pertraxit, dicẽs: Habentes autem eũdem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt: Credidi, propter quod & loquutus ſum. Et nos credimus, propter quod & loquimur. Quanuis enim teſtimonia aſtruendæ fidei ſit mutuatus è vetere teſtamẽto, ipſa tamen tantum ab his quæ in nouo, diſtant, quantò inferior cœlo eſt terra. Præcellit enim multò magis cognitio dogmatum ſic ſublimium, vt nulli vnquam contigerit ea intellectu aſſequi. quod equidẽ id manifeſtãs, dicebat. Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis nõ aſcẽderũt, quæ præparauit deus diligẽtibus ſe. *Et adiecit dominus loqui Achaz: Pete tibi ſignum à domino deo tuo in profundum ſiue in excelſum. Et dixit Achaz. Non petam, & non tẽtabo dominum. Et dixit Eſaias. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum eſt vobis agonem exhibere hominibus? Quapropter etiã domino exhibetis agonẽ? Propterea dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filium: & vocabunt *nomen eius Emmanuel.* Multa hîc oſtenditur dei ad nos demiſsio, ſimul & ingrata atq; contumax perfidia regis. Cõueniebat enim audito propheta, nihil addubitare de his quæ ab eo dicta eſſet. Quòd ſi dubitabat, ſaltẽ credere debuerat ſigno accepto, quod & plerisq; Iudæorum fecerunt. Deus enim erga homines benignus quum ſit, ne hoc quidem plerunq; renuit exhibere iſtis craſsiori ſenſu & humi repẽtibus, affixiſq; materiæ terreſtri, cuiuſmodi fecit in Gedeone. Is enim minor quũ erat omnibus, & per omnẽ modũ rudis. Rurſum mihi vide quo ſe deus demiſerit. Ipſe ad ſe pollicitatione Achaz allicit. Hortatur, ſignũ vt petat. Etiãſi id qualiſcũque foret mométi, abunde ſuffeciſſet prodere deliteſcẽtem eius ſuperbiam, inq; mediũ producere omnem

ipſius

Pſal.115.a

2.Cor.4.

Pro molestia. 70. habẽt ἀχγῶνα certanẽ lucta, contentionem, difficultatem.

**καλέσουσι.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsius voluntatẽ,simul & detegere fucatã illius hypocrisin. Quum enim dixisset propheta: Pete tibi signum, illẽ autẽ ementitus se ac simulans vehementer fidelẽ, dicebat, Non petam, neque tentabo dominum. Vide, quo nunc pacto propheta, quamq; acriter plagam infligit isti hypocritæ, idq; meritò: præostensa eius hypocrisi, acriorem imprimit obiurgationem. Sanè ob hoc, ne vllo quidem dignatur eũ respõso. Ad populũ enim cõuersus ait: Audite domus Dauid, num parum vobis est molestiam laboremq; perplexum exhibere hominibus? Et quo modo domino molestũ etiam laborẽ exhibetis? Quod dictũ est, liquet admodũ: quare ipsa perpetua oratio diligenter explicanda venit. Quod autẽ dicit, hoc est. Nanq; verba hęc, non sunt mea: sententia hæc, non est mea. Porrò si graue est omnino nolle cõmodare fidem hominibus, & obiurgatione dignum: quãto magis nolle credere deo? Illud igitur ἀγῶνα παρέχειν, contentionẽ & molestiã prębere aliud nihil est, quàm nolle credere & suspectũ habere. Itaq; hunc habet sensum: Non paruum est crimen, non qualiscunq; reprehensio ei debetur qui fidem nolit præbere hominibus. Quod si hoc molestũ & graue est: multò magis deo. Atqui secundũ hoc, dicebat: Vt nouerint omnes prophetam falli non posse, nec vllis verborũ impostu-
ris circũueniri: quin potius suffragium veritatis reportabat per ea quæ in animo reuoluebat Achaz. Hoc & Christus fecisse identidem legitur in Euangeliis. Priùs enim quàm exhiberet vllam demonstrationẽ signorũ, in medium proferebat maliciam in Iudæorum mente obambulantem. Vtique hoc facto signum nec mediocre edebat, cuiusmodi fecit in cura paralytici. Huic enĩ quum dixisset: Confide fili, remittũtur peccata tua, Illi apud semetipsos dicebant, Blasphemat. Qui & priusquàm resolutos neruos astringeret, ait illis: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quòd enim arcana animorum nosset, vel hoc argumento maximo diuinæ suę maiestatis docebat. Ait enim scriptura, Tu scis corda vel maximè solus. * Rursum Paulus, Qui scrutatur corda & renes deus. Plerunq; etiam deus id gratiæ suis impertiebatur prophetis, vt & ea nossent in hoc, vt auditores ediscerent eorũ quæ dicebantur, nihil esse humanum: sed supernè & è cœlis delatũ esse hoc omne decretum. Eã ob rem hic Esaias maximè omniũ canorus simul atq; regẽ est multa cũ moderatione alloquutus, eundẽ exemit metu impendentiũ malorũ, ac iussit animo esse præsenti & confirmato pro prẹsentibus periculis, ad hæc argumenta istius liberationis non vulgaria eidẽ præbuit. nimirum denunciando eorũ consultationem qui aduersus ciuitatẽ copias eduxerãt, argumentis docẽdo proditionẽ, prædicẽdo futurã captiuitatem Israẽlitici populi, omni vtique ex parte & ad consummationẽ vsq; perducendã, quo item euentura esset tẽpore, adiiciendo: non his tamen abiit contẽtus, sed vlterius progreditur. Nõ iam in hoc cunctatur, vt is signum postulet, quin etiã illum nolentẽ per exuperantem perfidiã, adhortatur, nec vtcunq;: sed illi permittit liberã eligẽdi signi potestatẽ. Neq; enim ait: hoc signum pete, aut illud: sed vndecunq; vis fieri. Diues enim est dominus. Nihil nõ prẹualet eius potentia. Eius potestas inexplicabilis. Id è cœlis postules, licet, dari, nihil eum prohibet: è terra si flagites, quo minꝰ id faciat, nihil intercedere potest impedimenti. Hunc enim indicat sensum. Siue in profundũ, siue in excelsum. Quũ autem ne sic quidem adduceretur ad petendum, non hîc iam siluit propheta: sed acriter reprehendit eũ ad auditoris emendationẽ, vtq; ostenderet se nequaquã in fraudem impelli potuisse. Neq; enim secum reputauit, quia esset rex eam arcanam prophetiã detorturus in prauum sensum, quæ pro totius orbis salute euentura erat, proq; moderandis rebus vniuersis. Negat deinceps signum vllum reddi ipsi Achaz, sed in commune populo Iudæorum. Excepto enim principio, sermonẽ non intendit in eum. Nam quando propheta secũ statuit indignum esse eum quo cũ loqueretur: ad populũ conuersus in cõmune texit sermonẽ. Quamobrẽ ait: Dabit, non tibi: sed vobis signum. Vobis. Quibus? Vobis qui estis ex domo Dauid. Etenim illinc exortum est signi istius prænobile germẽ. Ecquod tandem istud est signum? Ecce hæc virgo in vtero accipiet & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Obseruandum quod & superiùs dixi, nullũ deinceps reddi signũ ipsi Achaz. Neq; ad id coniectura ducor, quãdo & ipse propheta id illi criminis loco intendit & palàm obiecit, dicens: Non parum vobis est molestiam exhibere hominibus? Adiecit insuper, Propter hoc dabit dominus vobis signum. Ecce hæc virgo in vtero habebit. Quod si virgo non fuisset, vtiq; non fuisset signum. Signum enim vt sit quiduis, conuenit, vt communẽ rerũ seriem prætergrediatur, simul & consuetudinẽ transcendat naturæ, nouumq; sit nec priùs auditum, ita vt illud singuli quique & spectatores & auditores approbent suo applausu ac fauore. Hac enim ratione dicitur Signum, quod à cęteris insigni nota distinctum sit. Insigne autem id non fuerit, si delituerit intra communitatem aliarum rerũ. Itaq; si de muliere iuxta communem naturæ legem pariente, fuisset sermo hic, qua gratia id propheta vocasset signũ, quod quotidie videmus fieri? Sanè ob hoc sermonẽ exorsus non simpliciter dixit, Ecce virgo: sed ecce hæc virgo, cũ adiũcto articulo ἡ hæc, nobis insinuans rem eiusmodi esse factã quæ insignis sit & eadẽ sola. Nam quòd eadẽ accesio articuli hoc indicet nec obscure, potest quis lectione Euangeliorum edoceri. Ad Ioannem enim Iudęi quum misissent, vt eum interrogarent, Quis es? non dicebant: Tu es Christus? sed, si tu es ὁ χριστός, ille Christus? Neq; dicebant, Tu es propheta? Sed, si tu es ὁ προφήτης, ille propheta? Quorum vnũquodque eximium per se erat & prærogatiuæ singularis. Ad id consignandum etiam Ioannes exorsus Euangelium non dicebat, In principio erat λόγος, verbum: sed ὁ λόγος, illud vel singulare Verbum, & hoc Verbũ erat apud deum. Planè etiã hîc eadem loquendi formula seruata est. Non dixit, Ecce virgo, sed ecce hæc virgo, idq; cum adiuncto, quod nihil dedecebat prophetam, nimirũ, Ecce, quod vtiq; erat propemodũ perspicientis ea quæ fierent, & cogitatione informantis, plenamq; fidem retinẽtis eorum quæ à se dicerentur. Illi etenim quæ non videbantur, nostris hisce oculis perspicacius cernebãt. Sensili enim isti organo visus nõnũquã imponi, probabile est: Sãcti autẽ Spiritꝰ gratia illis suggerebat vim nullis impostu
ris fallibilẽ, qua de rebus pronunciarẽt. Quæsierit aliquis, Qua tandẽ causa non apposuit partum virginis, opificio Spiritus Sancti affuturum? Quod dicebatur, propheticum erat oraculum, quare conueniebat illud enunciari adumbratẽ, & id (quod à me non semel dictum est) propter perfidiam & ingratitudinẽ audientium: vt ne quum cuncta lucidiùs didicissent, Biblia etiam omnia igni exuręda contraderẽt. Si enim ne ipsis quidem prophetis pepercerunt, multò magis non sibi tẽperassent ab eorũ scripturis. Quod ab his dicebatur,

non vtiq;

ἀγῶνα παρέχειν.

Matth. 9. a

*μονάτος. Roma. 8. e

Signi ratio ac finitio.

ἡ παρθένος.

Ioan. 1. c

Quæstio.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non vtiq; erat coniectura. Aetate Hieremiæ alius qui-
Sedechias Hiere. 36.e dam* rex arreptos in manum libros diſcidit,& minu-
tim conciſos igni contradidit. Vidiſti intolerabilẽ in-
ſaniam? Vidiſti irã totius rationis expertẽ? Illius vecor-
di iræ non ſatis fuit obliteraſſe ſcripturã, niſi etiam in-
cendio diſperderet, cupiẽs exatiare præconceptã per-
turbationẽ omni prorſus ratione vacantẽ. Atqui pro-
** σαφῶς.* pheta hic ſane quàm admirandus per hæc* perſpicuè
dicta,rei totius in futurũ gerẽdæ ſpecimen edidit. Per-
manſit enim vſq; dum virgo. Vndènã poterat aliunde
concipere,niſi obũbrante Spiritu Sãcto? Soluere enim
naturæ legem, nullius vtiq; eſt alterius, quàm eius qui
condidit naturã. Dicto igitur quia virgo foret paritu-
ra,oraculi totiꝰ ſummã indicauit. Proinde dicto par-
tu,adiicit & eius nomẽ quem erat virgo editura, non
quod poſteà natus accepit,ſed quod à rebus ipſis ſorti-
Chriſtus à rebus ipſis prænominatus eſt Emmanuel. Confirmat ſimili. tus eſt. Quemadmodũ enim Hieruſalem vocat ciuita- B
tem iuſticiæ,tametſi nuſquã legatur hanc ſortitam eſſe
nomẽclaturã, ſed à rebus hanc ſibi aſciuit appellatio-
nem,quod in futurũ foret in melius permutanda, idq;
propter iuſti iſtius prælationẽ. Etenim quando eandẽ
vocat fornicariã,ſiue meretricẽ,non vtiq; quòd fuerit
aliquando hoc nomine vocata, ſed à malicia acceptã
nomenclaturam ei imponit. Sanè ad eandẽ dicendi
formulã poſt hæc à virtute vocata eſt. Et de Chriſto
igitur idipſum dicendũ,quòd à rebus nomẽ ipſum illi
impoſuerit. Tũc enim maximè nobiſcũ fuit deus,quã-
do ſuper terram viſus & cum hominibus conuerſatus,
multam noſtræ ſalutis prouidentiã delarauit. Non e-
nim iam angelus, non item archangelus nobiſcũ, ſed
ipſe ſuo deſcenſu dominus omnẽ in ſe recepit mede-
lam & correctionẽ. Cum meretricibus loquitur fami-
liariter,cum publicanis recũbit,domos ingreditur pec C
catorum,latronibus ſe conueniendi liberam concedit
fiduciam: ad ſe magos aduocat & pertrahit perluſtrat
omnia,nihil non in melius reformans. Deniq; noſtrã
hãc naturã ſibiipſi coũniuit. Planè cuncta hęc prophe-
ta præcinit: vnà enim cũ partu, vtilitatẽ etiã aperit ex*
** τὸ κέρ-δος τῶν ἀν-θρώπων.* eo partu prouenturã, inenarrabilẽ & immenſam. Deo
enim hominibus adſiſtente, nihil iam relinquitur ho-
minĩ formidandũ,& quod illi incutiat tremorẽ: magis
verò,vt de vniuerſis fiduciã ſumat,quod & reipſa con
tigit. Illa enim mala à progenitoribus inuecta, & quæ
immota videbantur,diſſoluta ſunt. Sententia aduer-
ſus cõmune hominũ genus prolata,ſubmota eſt. Quin
& nerui illorũ peccati reſecti ſunt, & diaboli tyrannis
deperiit. Paradiſus omni humano generi eatenus in-
acceſſus,homicidæ & latroni primùm nunc patuit. Illi
cœlorum conuexi orbes reſerati ſunt,& angelorũ cho D
ris permiſtim homo interſeritur. Ad illũ vſq; regalem
thronũ natura noſtra ſubuecta eſt. Inferni carcer nulli
**de piè in Chriſto vitãtibus intelligẽdum eſt.* iam vſui eſt* futurus. Mors, nomen quidẽ retinet de-
inceps,ipſa re ſpoliata. Martyrũ chori & fœminæ etiã
ſpicula inferni perfregerunt. Ideirco propheta omnia
hæc præuidens,præ gaudio exultabat agens chorũ ac
tripudians. Quæ omnia nobis vnico verbo repræſen-
tauit,dũ ipſum nobis prædicit affore Emmanuelẽ. *Bu-*
tyrum & mel comedet. Antequã ſciat ipſe vel præligere mala, eliget
bonum. Propter quod antequàm ſciat puer bonũ aut malum: reprobat
malum, vt eligat bonũ. Puerulus iſte recẽs natus quando-
προελέ-σθαι πονη-ρὰ. ἀκουσίως diſſuadet renuit vel nõ obtemperat malitiæ. quidẽ neq; ſimplex aut nudus homo erat, neq; itẽ deus
ſolùm,ſed deus in homine deliteſcens: meritò etiam
propheta artifici varietate ob id exornat ſermonem,
nunc quidẽ hoc,nunc verò illud cõmemorans,dumq;
proponit quæ hominum opinionem exuperant, non

ſinit interim diſpenſationẽ carnis à verbo aſſumendæ A
vlla aſpergi perfidia,propter exuperantiã miraculi. Di
cto enim,quia virgo eſſet paritura, id quod naturæ te-
norẽ tranſcẽdebat,& quia eſſet vocandus Emmanuel, *Lege Epi-*
quod & ipſum erat hominũ expectatione maius: vt ne *phanium.*
quis audito Emmanuelis nomine,cũ Marcione malè
afficeretur,perq; Valẽtini delira dogmata morbũ per-
fidiæ cõtraheret, propter carnis diſpenſationẽ, palàm
induxit manifeſtiſsimũ aſſumptæ diſpenſationis argu-
mentũ,id ipſum confirmans à menſa. Quid enim ait?
Butyrũ & mel comedet. Neq; enim hoc eſt opus diui-
nitatis,ſed naturæ noſtræ. Ob hoc neq; ſimpliciter ho-
minem formatũ inhabitauit, ſed & tolerauit concep-
tionem, eamq; excurſu menſiũ nouẽ voluit parturiri,
pannis inuolui ſuſtinuit,eamq; ſumpſit alimoniã quæ
illi tenellæ ætati congruebat: vt per hæc omnia, oppi-
laret ora his qui conantur abnegare diſpenſationẽ aſ-
ſumptæ carnis. Propheta igitur gratia cœleſti inſpirã-
te præuidens hanc multiplicem perfidiam, non ipſam
modò dicit parturitionẽ, nõ illum admirabilem par-
tum ſolùm commemorat: ſed & alimoniã ediſſerit illi
primæ ætati conuenientem, quæ & ipſis faſciis inuolu-
ta eſt,nihil enarrans à reliquis hominibus,neq; quiduis
admittens peregrinum aut nouum* quatenus attine- ** ἐξ οὐσίας.*
bat ad humanæ naturæ veritatem. Neque enim in eo
ſingula quæque euariabant, & neque in eodem omnia
nobiſcum communia. Nam quod ex muliere natus ſit,
commune eſt omnibus: quòd autem ex virgine,id no-
ſtra omnium conditione eſt auguſtius. Rurſus quòd
adoleuerit,educatusq; ſit iuxta communem naturæ le-
gem,& hoc permultis cõmune eſt: *templum autẽ illud*
quod nulli maliciæ peruium *fuerit,nec* vllius nequitię
ceperit experimentum, hoc planè nouum eſt & admi- C
rabile,& ei ſoli competit. Sanè ea de cauſa & illam ad-
iecit & hãc particulam. Non enim ait, quia ſumpto ſe-
mel experimẽto malitię,à malicia deſciuerit,ſed quòd
ab initio & primigenia præluſione conceptionis ſuæ
omnem exhibuerit virtutẽ,quod & ipſe dicebat, *Quis* *Ioan.8.f*
ex vobis arguet me de peccato? Et, *Venit princeps mũ-* *Ioan.14.d*
di huius, & in me non habet quidquam. Quin & hic
ipſe propheta *in progreſſu operis ait*: quia peccatum *Iſa.53.c*
non fecit, *neque dolus inuentus eſt in ore eius*. Planè
& hoc confirmat præſenti loco dicẽs, Quia priuſquàm
ſciat puer aſſumere aut præeligere mala, quòd nimi-
rum *nullius* vnquam maliciæ experimentum ceperit,
ab illa ætate prima, & quia ab ipſis incuntis vitæ pri-
mordiis aduerſus peccatũ eſſet præualiturus,nec quid-
quam habiturus cõmune cum malicia. Quamobrem
priuſquàm ſciat puer bonũ aut malum,auerſatus mali- D
ciam,eliget quod bonum eſt. Rurſus iiſdem verbis eã-
dem innuit ſententiã, & in eodem verſatur ſermone.
Quod enim dicebatur,quum arduã requireret & ve-
hementer ſublimem intelligentiã, fidem ei arrogat &
aſtruit continuatione narrationis. Quod etenim ſupe-
riùs manifeſtauit dicens, Antequã ſciat ipſe præligere
mala,id ipſum in progreſſu innuit his verbis: Antequã
ſciat* puer ille. Et rurſus enarratione vſus eſt, dicens: ** τὸ πο-νηρὸν.*
bonum aut malũ, vitata malicia eliget bonum. Hęc ip-
ſi & ſoli congruebat peculiaris prærogatiua. Quare &
Paulus idipſum continenti ſermone obuerſat. Ioannes
rurſus eo mox viſo pronunciauit & hoc: Ecce agnus *Ioan.1.d*
dei,qui tollit peccatum mundi. Nam qui aliorum tol-
lit peccata, vtiq; immunis eſt peccati omnis,nec poteſt
peccare. Et Paulus quod & præuerti, vt dicerem, idip- *Ἀναμάρ-τητος.*
ſum continẽter inclamat. Morti enim quum propin-

quaret,vt

Universidad de Deusto

quaret, vt ne quis infidelium censeret per eã mortem ipsum luere pœnam proprio peccato debitam, iugiter cõmemorat Christi τὸ ἀναμάρτητον, hoc est, liberrimã immunitatem peccati omnis, & (siquidẽ dicere liceat) impeccabilitatem, vt ostenderet eius mortẽ nostri esse peccati purgatoriã. Quare & dicebat: Christus resurgens ex mortuis non iam moritur. Etenim quod mortuus est, peccato mortuus est. Neque ait, quòd sit mortuus quasi obnoxius esset morti quia peccasset, sed in cõmune pro delicto vniuersorũ. Si igitur per hoc nostrum delictum neutiquam erat priori quã sustinuit, morti obnoxius, ex abundanti demonstratum est, quia amplius non morietur: *Et derelinquetur terra quam tu times à facie duorum regum.* Quod perpetuò facit propheta, hîc quoq; fecit. Enarrata prophetia, ad historiam educit sermonem. Hoc etiam eum instituisse in explicandis Seraphim perspicuè ostendimus, quod & hîc fecit. Enarratis enim bonis quæ superuentura erant vniuerso orbi, sermonem deinceps ad personam regis reflectit, coq; inductione hac vsus est, dicẽs: Et derelinquetur terra. Quid est, derelinquetur: libertate donabitur, & intacta erit, nihil iam patietur inamœnum sibi ve molestum, nullã sustinebit belli impressionem. Et derelinquetur terra quam tu times. nimirũ à qua malè tibi metuis, pro qua intremiscis. A facie duorum regum. Damascени & Israëlitæ. Ad hæc, ne Achaz intellectus spe bonorum quæ prophetia pollicebatur, torpesceret à bono opere, intumesceretq; superbia expectatione pacis certò promisse, rursum animũ eius perstringit, dicens: *Sed & adducet deus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies qui nondum venerũt, ex quo die abstulit Ephraim à Iuda, regem Assyriorum.* Hisce verbis indicat affuturam barbarorũ impressionẽ, per quam à fundamentis ciuitatẽ ac radicitus sunt demoliti, eisq; in captiuitatem abreptis, illinc abierunt. Et hæc quidem non eo animo prædicit futura, vt fiãt: sed vt eorum timore moderatiores facti ac resipiscentes, à cerui cibus suis eã propulsarent comminationẽ. Ex quo autẽ gratuita collatione bonorum quæ præter suum meritum acceperant, nõ essent meliores effecti. (Nam quòd præter suũ meritum indultis sibi bonis perfruiti sint, luculenter docuit ferox animus regis & eiusdem redundans perfidia, & neq; exterritus terribilium cõminatione à sua prauitate immutatus est populus, sed aduersus vtranq; salutarem medelam pertinaci rebellione restiterunt.) denique inducit incisionem prioribus atrociorẽ, exscindens purulentum vlcus ac prorsus intersecãs immedicabili morbo laborantes. Quídnam istud est? A die qua abstulit Ephraim à Iuda, regem Assyriorũ. Adorti sunt Ephraitas barbari, omnes in captiuitatem abducturi: sed & hi omisso Iuda, duabus nimirum tribus cõuersi sunt aduersus regnum Israël. Quod igitur dicit, hoc est. Ex qua die decẽ tribus aduersum se pertraxerunt barbarorum exercitum (vobis relictis) propter excelsum suæ iniquitatis. Quumq; eos conciuissent contra se, è medio sublati sunt. Ab illa ergo die & deinceps oportuit vos timore concuti vobisq; malè metuere. Eadem enim via progressi aduersum vos coorientur, nisi transmutemini ab inolita prauitate. Et ait, A die illa adducet eos. Nõ enim vnà cũ Israëlitis è terra sua abductis, etiã illi capti sunt: sed aliquantũ intermedij temporis intercessit. Quod igitur dicit hoc est, quòd ex eo tũ tẽpore, suo decreto dies superadduxerit sustinens eorũ emendationẽ, & proinde lõganimiter agens, tametsi ex eo iam tum vindictã reposceret peccatorum magnitudo, id quod subinde facere consueuit, cunctando & retractando aduenientẽ proprium diem, id quod vel maximum erat suæ erga eos clementię argumentum, simul & euidentissima declaratio illorum ingratitudinis ac perfidiæ qui noluerãt vti dei longanimitate ad id quod decuerat. Idem etiã hîc ait, quia ab eo tum tempore, cõminatio, à quo & sentẽtia data est, ex eo tũc tempore etiã cœlitus excitata est indignatio, vt vltione peccatorum proximè & in ianuis proposita eos ad pœnitentiã excitaret, redderetq; meliores, & post Israëlitarum captiuitatem eos constitueret in solicitudine vitæ melioris. Neq; ex quo illi quidem ablati è medio erant, hi vero effugerant eatenus vitæ discrimen, hac ratione fierent segniores. *Et erit in die illa, sibilabit dominus muscis quæ dominabuntur parti fluminis Aegypti.* Vides non ab re à me esse dictũ, quia is cupiens cumulatius intendere timorẽ, ab illa die addet comminationem. Quæ enim deinceps sequuntur, hoc manifestãt, per quæ exacuit & concitat timorem acrimonia sermonis, simul & castra exterorum eis reddẽs manifesta, quæ vel maximopere formidabant, indicãs insuper quàm illis esset in promptu excurrere aduersum eos, quod vtique eis timorem & vehementem incutere poterat, gladiumq; exercitus insinuans id quod eis mentem sufficiebat eripere. Hæc autẽ vniuersa per ea quæ sequũtur, innuit. Quæ autẽ dicit, animaduerte. Et erit in die illa, sibilabit dominus muscis. Hisce verbis vocauit Aegyptios, quippe qui pudorẽ omnem & verecundiã à se depulerint, quodq; continenter summoti, continenter etiam redierant, ita vt ne vel tantillum respirare permitterent, sed molestias nulli numerandas crebrò inferrent eis, peeinde ac muscæ vulneribus imminentes, ita & illi assiduè Iudæorũ calamitatibus insidentes. Hos igitur habiturus est deus, ait. Non dixit, augebit: sed sibilabit, insinuans facilitatem ascensus eorum, simul & innuens inexpugnabilem esse dei potentiã, quodq; satis superq; sit ad se accersere vel solo annutu, & omnia succedunt prosperè. Et meritò ab his priùs orditur sermonẽ comminatoriũ, à quibus iã præcerpserant qualecunq; rudimentũ. *Et api, quæ est in regione Assyriorum.* Syrus & Hebræus (vti fama est) non dicunt μελίσσας apes, sed σφήκας vespas siue fucos & crabrones. Nam quia eatenus nõ admodũ multo vsu cepissent eorũ experientiã, collatione illius animalculi multam illis incutiebãt anxietatem. Erant illis Assyrij in vehementem acrimoniam, aculei instar mordicus pungebant, erant eis dati ad vltionẽ perfidiæ, ingerebant peracrem amaritudinẽ eorũ vulneribus, vel momento aderant: quòd festinatò immineret eis, vix sibi cauere poterant. *Et venient & requiescent omnes in vallibus regionis & in cauernis atque foraminibus petrarũ & intra spelũcas, & intra omnem terræ fissuram, & in omni ligno.* Terrore qui à gentibus imminebat, explicato, quodq; ea barbarorum expeditio proximè esset adfutura, deinceps dicit quàm esset numerosæ multitudinis. Non dixit eos statiua habituros aut castra metaturos, neq; vẽturos quasi in regionem hostilem: sed tanquã in propria constitẽtes vacaturos esse deliciis indigenisq; insultaturos, nec quasi vlla opus sit fatigatione aut labore, sed velut ad apertã victoriam prodeant sumpturi rapinã sibi paratam. His de causis ait: venient & requiescent. quod eorũ est, qui parta iam de profligatis hostibus victoria trophæũ sibi statuunt, quiq; exhausto nõ mediocri sudore, cædibus etiam hostium editis se ad ocium & quietem recipiũt. Nec iam in campestri solùm planicie (sed quòd aduẽtura es-

Ἐπιθήσει.

Muscarum conditiones

Roma. 6. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

tura esset immensa multitudo,nec suffectura regio excipiendis tanti numeri corporibus) valles,petrę, montes,saltus ac syluosa loca,deniq; omnia operiēda essent barbarorum corporibus.Quinetiā vt demus illos non futuros fuisse vehemēter atroces, neq; ad pugnā adeò expeditos: ipsa tamē multitudo abunde sufficiebat ad incutiendum eis terrorem. Iam quando suppetebant ambo hæc,tanta nimirū multitudo, tamq; præstās virtus belli,quodq; omnibus his atrocius erat,indignatio dei præuia ac prędux exercitus hostilis,quæ demū poterat Iudæis superesse spes salutis consequendæ? Illud proinde,Intra omnē terrę fissurā & in omni ligno,hyperbolicè dictum est. Neq; enim in arboribus erāt requieturi,sed vtrūq; coniūctim,ceu dixi, per hyperbolen adūbratè dixit,& in metaphorr à vespis ducta perseuerauit. *In die illa radet dominus nouacula inebriata.* Timore aucto à numerosa multitudine hostiū, rursus terrorem intēdit ac vehementioré reddit,ad cœlū vsque sermonem prouehēs.Declarat enim quia non barbari quidam Aegyptij aut Persę: sed deus ipse est aduersum Iudæos pugnās.Nouaculā autē hoc loco intolerandā dicit esse dei iram & quā nemo queat sustinere, omni cum facilitate & adorientē & consumentē. Quemadmodū enim pili corporis nequeunt sustinere nouaculæ aciem,sed cedunt momento atq; abeunt: ad eundē planè modū,res ipsæ Iudęorū nunquā sustinere potuissent iram illā à deo immissam. Itaq; per nouaculā inebriatā nobis indicat inualescentē & inebriatā dei irā, iamq; completā eius sententiā.Quod autē ait,Trās flumen regis Assyriorū.Trans scilicet Euphratem,vt erat Iudæa ipsa & Palęstina omnis à Persidē redeūtibus.Itaque vniuersa hęc(ait)prorsus concident,& ad internecionem deducentur. Capitis autē pilorumq; nomine, barbæ ac pedū,totā illorum regionē dicit, parabolica vsus collatione corporis,hac loquendi formula circūplectēs vniuersam eorū gentē, quemadomdū & initio operis dicebat: Omne caput ad laborē,* & omne cor ad dolorē.* A pedibus vsq; ad caput, non est in eo sanitas.Et hæc quidē non de vno aliquo homine dicit, sed regionē ipsam omni sua parte cōfert vnius hominis corpori.Idipsum profecto ait etiā hīc,quòd nimirū terra omnis subitura esset atrocē vindictā.Et hoc quidē innuit per nouaculā: quod verò per corporis imaginem insinuauit,declarat eā vltionē fore multò acerbiorem acie omni nouaculæ, quodq; sentētia à deo lata consumptura esset homines, pariter & quæ ex terra giguuntur,& quia nudā ipsam atq; habitatoribus destitutā esset derelictura. Ad hæc, eandē terræ vastitatē fore altera similitudine edocet.Eò autē hoc facit,vt ne timor qui in eis vtcūq; inualescebat,inarescceret, & extingueretur ipsa anxietas ac solicitudo, prolixitudine sermonis.Et quidem sermo hic parū attētis lectoribus videtur bona quædam pollicēri: qui autē accuratiùs singula excutiunt,vtique norunt hinc elici argumentum indictæ desolationis. Quid enim ait? *Et erit in die illa,nutriet homo vaccam bouum & duas oues,& erit ex eo quo faciat plurimum lac,* comedet butyrum.Quia butyrum & mel comedet omnis relictus super terram.* Vti anteuerterā dicere,verba hæc multam indicant futuram terrę desolationem. Terra enim hęc,quæ vberem prouentum proferre solebat frumēti & hordei,destituta incolatu hominum, ouibus effusam & abundantem pabulationem suppeditatura est: & adeò copiosam, vt per fœcunditatem mensæ sic apparatæ, vel duæ oues & vacca vna abunde sufficiant suo possessori exhibere copiosum fontem lactis.Itaq; exuberans & præfertilis pabulatio iumētorum propria est vel maximè nota solitudinis hominū. Quinetiā hoc coarguit,nempe mel.Apes enim in desertis locis naturali quadam consuetudine perlibēter commorantur,quòd illic multa perfruuntur pabulatione,illic quoq; interstrepit aut obturbat nemo. Vtq; docearis quia præscriptā vastitatē hęc innuunt,declarāt sequētia: *Et erit in die illa,erit omnis locus vbi fuerint mille vites,mille siclis,in terram incultam erūt & in spinā. Cum sagitta & arcu ingredientur illuc, quia terra inarata & spina erit omnis terra.*

Et hoc futuræ calamitatis nec mediocris erat insigne. Quia non montes,nō saltus siue loca syluosa, sed & ipsa tellus profundior ac fœcunda,priusq; culta diligenter spinas proferet. Neq; enim temere vinearum æstimationem adiecit,sed vt naturā terræ demonstraret, simul & doceret quanta fuerit agricolarum sedulitas. Veruntamen quæ priùs tanta frugū fœcunditate exuberabant (ait) manibusq; agricolarū excolebantur, in tantam desinent vastitatem, vt spinas quidem pro vineis progignant:tantum verò ingrediētibus incutiāt horrorem,vt nemo nudus & inermis ausit eò ingredi. Hoc autem dicit insinuare volēs loci solitudinem, ac numerosam illis in locis futurā cōmorationē ferarū. Itaq; eorum animis horrore concussis, quū subiecisset timori posthac sermonis acrimoniā sensim remittit, intermiscens humaniora, simul inuitans vt in melius permutentur,& vtrinque doceantur quanta sit dei fortitudo.Cæterùm in his potissimum versatur, quæ formidinem ingerunt auditoribus, ab his autē quæ benigniora sunt,sibi tēperat,mox vt enarrauit.Qua *id* tandē ratione:Quòd istis opus fuerit peracri medicamento obiurgationis,vel tunc maximè.Sanè eā ob causam mox vt ampliter & abundè eis admouit acrimoniam istius medicamenti,sensim remittit acerbitatem, ac sinit aliquantū respirare, & hac demum ratione inuitat ad virtutem, permiscetq; humaniora, dicens: *Omnis mons proscissus aratro, arabitur.* Quemadmodū enim irato deo,tellus(ceu dictū est) vliginosa ac profundior in solitudinē redigetur:ita eodē propicio & in pristinā gratiā redeūte, rursus & quæ salebrosa fuerat & aspera, opimam terrę vliginē exhibebit,posciśa aratro simul & accepto semine. Hæc verò simul atque facta fuerint & quæ per hæc,vniuersa obtingent,pax erit,securitas,cōfidentia,nec iam vllus timor,sicut antè. *Non veniet enim illuc terror.Erit autē ab inculta terra & à spina in pascua ouis & conculcationem bouis.* Hisce verbis rursus affore opimam terræ fœcunditatem innuit,quemadmodū & in vlteriore progressu operis* dicit:Beatus qui seminat super omnem aquā,vbi bos & asinus calcant. Quemadmodum enim si quando voluerit solitudinem veluti spectandam ob oculos ponere, sua loquēdi formula in mediū producit Sirenas & Onocētauros:sic pacem & securitatē repræsentaturus,animalia inducit quæ manu contrectari se sināt,cicuria & quæ etiam subleuent operosos labores agricolarum,vbique nobis exhibet conspicua,ab his etiam innuens tacitè ea quæ horū sedulitate conficiuntur,nempe agricolationem,aliam insuper ex eis tralaticiam intelligentiam insinuans.

Et dixit dominus ad me. Sume tibi librum nouum & magnum, & scribe in eo stylo hominis, vt velociter depredationem faciat spoliorum. Adest enim,& testes mihi fac fideles homines, Vriam sacerdotem & Zachariam filium Barachiæ. Et accessi ad prophetissam, & in vtero accepit & peperit filium. Et dixit mihi dominus, Voca nomen eius: Cito spolia, velociter prædare. Quia antequam sciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet fortitudinem Damasci, & spolia Cap.VIII.

* εἰς πόνον * εἰς λύπην *vel* *mœrorem.*

* πλεῖσον γάλα.

* *cap.32.d*

Universidad de Deusto
Biblioteca

& spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Quatenus attinet ad istius sententiæ tenorẽ, duo quæ hic iubẽtur, in speciem, à se videntur distrahi, nec quicquã habere quod commune sit vtriq;. E diuerso, si quis vim sententiarũ expenderit accuratiùs, is vtiq; perspiciet, quàm consentaneè vnum alteri cooperetur, inque vnum conspirẽt scopum. In primis tamẽ operæprecium fuerit disserere, quánam de causa species hæc prophetiæ inuecta sit in hominum vitam. Sanè profuerit enarrare causam, qua sit introducta. Ad reposcendam de peccantibus meritam vltionem consueuit deus esse cũctatior, moras nectere & extrahere tempus, sicuti est expróptus & alacer ad conferenda in eos beneficia, qui quiduis operis conficiunt virtute & laude dignũ. Illud quidẽ eos qui toti desident, plerunq; facit, vt per ignauiã cõcidant animis, quòd pœna vindex delictorum non è vestigio sequatur. Vt igitur deus suam quoq; longanimitatem ostenderet, nihilo tamẽ hinc illi segniores redderentur, hoc confecit medicamentũ prophetię, delinquentes erudiens quadantenus præscientia pœnarum, non item doctrice experientia earũ: vt si quidẽ resipiscerent cõminationibus auditis, experimentũ euitarẽt intentati supplicij. Quòd si velut sensus omnis vacui pertinaciter in consuetis sceleribus perdurarent: tunc demum eis pœnam inferret. Istius medicamenti non nescius diabolus, secumq; reputans quàm ingens lucrũ hinc resiliret, immisit pseudoprophetas, qui prophetis minitarẽtur inuecturos se esse * famem, pestem, bella, barbarorũ excursiones, qui bona populo annunciãtes in faciem contradicerent prophetis. Quemadmodum enim deus cupiebat terrore verborũ propulsare pœnã quæ ipsa experientia sentitur: ita & diabolus operabatur ordine præpostero, vim dissoluens prophetici sermonis blanda quadã illecebra voluptatis, & segniores reddens ad eã redigit necessitatẽ, vt opere ipso pœnã cogantur sustinere. His confectis vbi illi qui fidem cõmodant pseudoprophetarum mendaciis, nullamq; ineunt rationem virtutis obeundę, sed in suis persistẽtes peccatis ad supplicium pertracti fuerint, & per hũc rei exitum veritas prophetarũ inclaruerit, è diuerso pseudoprophetæ palam fuerint conuicti mendacij, aliam rursus ille artifex molitur & adornat machinã ad eorum perniciem qui sinunt intercipi se ab illo & expugnari. Eos enim quibus facilè imponitur, instigat, deniq; & persuadet grauia hæc quæ contigere, illata esse dæmonum ira, quòd ab eis neglectui sint habiti & cõtemptui. Hanc sanè illecebram è medio auferens deus, iampridem ante multa tempora prophetas submonet eorum quæ euẽtura essent, quinetiam quæ populos apprehensura forent mala, prædicit: vt ne locus istis qui eos in errorem pertrahebant, relinqueretur secũ cogitandi hæc accidere per iram dæmonũ. Quod hæc dicam, nullam sequutus coniecturã, audi Esaiam dicentem: Scio, quia durus es: & neruus ferrẽs collum tuum, & frons tua ænea. Et annunciaui tibi olim, antequã venirent super te, auditum feci tibi ne diceres, quia idola mihi hæc fecerunt, & sculptilia & cõflatilia mihi fecerunt, neque nosti neq; exaudibilia facta sunt tibi. Quãdo igitur (quod cœperam dicere, vti etiã videre licet inductione testimonij) dæmonibus ascribebant suas calamitates, per prophetiã præuertit hunc ab eis errorẽ è medio auferre, quæ vetaret multis ante tẽporibus eã dæmonum culturã. Sed quando etiam sic premonitos verisimile erat malè memores pactę fidei, dicturos: Nõ prædixistis, & hac de re nihil prius audiuimus: Nunc quiduis dissimulando post euẽtum rei, Non enim nostis quæ euentura fuerãt. Vnde igitur hoc liquet, quia dictum est? Vide, quo pacto aduersus eos perspicuè adornat ineuitabilẽ reprehensionem, eorundem ora impudentia consuens. Non enim sinit prophetã, tantùm vt dicat: sed & quæ dicuntur, iubet inscribi chartæ, nec vtcunq; scribi, vt ne vllus eis relinqueretur locus obiiciendi, quòd postea secũ confinxisset hæc, sed & testes scripturæ aduocat viros fide dignos, quũ à dignitate, tum ab integritate morũ. Ait enim, fac mihi testes fideles homines, Vriam sacerdotẽ & Zachariã. Vt quando exitus rerum contigerit ac dixerint, Quia multis ante temporibus non sunt præostensa, ori sic impudentium silentium imponant, & liber in mediũ prolatus & qui adsunt, testes. Ob hoc ait, Sume volumẽ chartæ nouũ, vt ne si vetus iam sit, literæ depereãt: sed tẽpore multo duret interim efficax ad reuincẽdos eos per eiusmodi scripturã. Et scribe stylo hominis, hoc est calamo scriptorio, quæ futura sunt. Quænã tandem sunt futura? Bellum, Barbarorũ victoria,* distributio prædarũ è viuis, exuuiarũ è mortuis rapina. Sanè ait, Hæc vniuersa scribe, vt velociter deprædationẽ faciat spoliorum. Adest enim. Quid istud indicat, Adest enim? Sententia hæc duo notat, quod iam tum pœnã reposcebat peccatorũ magnitudo, eratque in ianuis exigẽda de eis vindicta. Cupiẽs alioqui deus sua lõganimitate eos reddere meliores, cũctabatur, vt ab eis modestioribus factis depelleret supplicium. Et quia facile ei esset & expromptum cũcta vel solo annutu ad fælicem exitum prouehere. Quum enim sermo esset exort° de barbaris copiosum exercitũ aduersus eos educturis, ne (ait) existimetis eos affore cunctantius ob longiorẽ viæ tractũ, atq; numerosam multitudinẽ educendi exercitus, quod vtrunq; consueuit nectere moras apud homines. Adstat enim deo etiã is qui disitus & disparatus ab eo longiùs videtur. Peræquè enim facile est deo & ad manũ illi obuium, vno eodemq; minimo tẽporis momento ab extremis terrę limitibus (quantolibet numero plures fuerint) confestim adducere ac sistere, præsto vt sint: Et testes mihi fac fideles homines, Vriã sacerdotẽ, & Zachariã filiũ Barachiæ. Testes inquã, quo tẽpore scriptæ sint literæ, vt si quã patiãtur calumniã, qui viuũt homines, & quũ scriberentur, præsentes aderãt, & tẽpus quo hęc dicebãtur, perspicuè sciãt, possint os obturare istis qui sic impudẽter loqui conantur. Quodq; sequitur, consentaneè huic argumẽto ac proposito obiurgationem infert tantò manifestiorẽ. Quo pacto & sub quánam dicẽdi formula, verba ipsa audire possimus? Accessi enim (ait) ad prophetissam. Hoc forsan nomine suã vxorem vocauit, quòd spiritu prophetico habita esset digna. Nõ enim in viris modò se stiterant eiusmodi gratiarum dona: sed ad genus vsq; mulierũ transierat. Nõ enim quemadmodũ in administrãdis secularibus negociis, sexus distincti sunt, vt alia sint studia quæ viris peculiariter competunt, alia exercitia quę solas decent mulieres, ita vt hæ functiones discretæ nullã inter se permittere possint permutationẽ: itidẽ & in spiritualibus sit, sed æquales agones, cõmunes proponuntur coronæ. idq; nosse possit quis, modò diligenter excutiat & nouum & vetus testamẽtum, quod & contingit per vitã hanc omnẽ. Hac igitur ratione iuxta legẽ cõiugij cõgressus fecit, vt illa conciperet. Puerulo recẽs in lucẽ edito nomen imposuere nouum & admirabile, quod in se historiam complectebatur futurorum euẽtuum. Quid igitur ait dominus? Voca nomen eius, Citò spolia detra-

Prophetiæ cur introducta.

* λιμὸς, λοιμὸς.

* λαφύρωμα, σκύλα, ἁρπαγή.

Cap. 48. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia detrahe, velociter prædare: Vt siquidē literis in volumine positis tanquam suspectis noluerint fidem habere, ipsa tamē pueruli appellatio futurorum euentuū continens historiam, & ante rerū exitum ei imposita ac nullo non tēpore repetita, abundè sufficiet ora consuere quàmlibet impudenter loqui conantium. Nam quòd propheta hæc minimè confinxerit, post rerum euentum, sed cœlesti aspiratione ea præuiderit, hi etiam qui vehementer pergunt esse ingrati & pactę fidei immemores, vtiq; persuaderi potuerunt, quum videant puerum ante rerum exitū sic vocari, suiq; nominis pręconio futuras calamitates docentē. Eam ob rem interpretatur vim ipsam prophetiæ, tempusq; ipsum cū diligentia consignat, sic dicens: Quia antequā sciat puer vocare patrē aut matrē, accipiet fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ corā rege Assyriorum. Quod autem dicit, tale est: In tempore ętatis puerilis, nec adhuc B maturæ & necdum cōpotis loquendi, quæ ad victoriā & trophæorum erectionem spectant, fient. Non quòd puer possit aduersum hostes aciē instruere & bella dirimere: sed quòd ea ætate infantis, hoc est illo tēpore, priusquam scilicet puer disertè loquatur, vniuersa tradētur manibus hostiū: *Et adiecit dominus loqui ad me adhuc, dicens: Pro eo quòd non vult populus hic aquam Siloe quæ vadit cum silentio: sed vult habere Rasin & filium Romeliæ regē super vos. Propter hoc, ecce adducit dominus super vos aquam fluminis fortem & multam, regem Assyriorum.* Deus pro more suo, nō pœnas solùm prędicit, sed & annectit causas, vt hac ratione auditores castiget & erudiat, quod & loco præsenti facit. Simul enim atq; intimauit alienigenas dispertituros inter se spolia eorū, & prædicit non defore barbarorum excursiones, istius belli causam reddit. Quænā hęc est? Nimirum ingratitudo ac perfidia incolentium C ciuitatem. Quum enim regem haberent, ait, placabilē, humanum ac mitem, ab eo resilierunt, præelegerūt tyrannos, & occasionem quæsierunt transfugiēdi ad externum principatum, suam in rebus agendis non ferētes fœlicitatem. Quare ego pleniore cum affluentia, cupiditatem adimplebo eorum, barbaro quopiam & immiti homine ad eos adducto. Porrò metaphoricè vsus est dictionibus quibus exprimeret & mores regis indigenę, simul barbari potentiā. Hoc autem eò facit (quod & semper dicebam) vt sermonē reddat euidentiorem.

ἐφ' ὑμῶν.

* שלח *mittes, missus est ad radices Sionis, & piscina in Hierusalem. Ioan. 9. a*

Huiusce rei gratia ait: Pro eo, quòd ipsi noluerūt aquā Siloe. Non de aqua loquens: sed quia * fons sensim & citra strepitum, submisse progreditur, tranquillitatem moresq; placabiles eius qui tum regnabat, confert requieto decursui aquarū, eoq; Siloā ipsum vocat, quòd citra vllius molestiā tranquillus ac mitis degeret. Hoc D planè maximam inurebat notam subditis & multa reprehensione dignam, qui quum nullo graui premerētur iugo, animum adiecerunt ad tentandas res nouas, seq; vt dederēt vltro externis regibus. Ait igitur, Quādo isti regem repudiant mansuetum & clementē, sed Rasin & filium Romeliæ præponunt: inducam eis Babylonium. Eiusq; violentiam exercitus confert aquæ fluminis multam dicens & fortē. Ad hæc, ipsam interpretans metaphoram, indicat regem esse Assyriorum. Vides, vt formula sermonis incorrupta nec vspiā interciſa appareat, quod & superiùs à nobis indicatū est. Scriptura enim quoties in tralationibus versatur, cōsueuit seipsam dilucidius explanare, quod sanè etiā hīc fecit. Inducto enim in medium fluuio, non perstitit in metaphora, sed adiecit quèmnā subindicaret fluuium, nempe regē Assyriorum & omnem gloriam eius: *Et ascendet super omnem vallem vestram, & deambulabit super omnē murum vestrum, & auferet à Iudea hominem qui posset leuare caput, quíve moliri posset & perficere aliquid. Et erit series tentoriorum eius conserta, sic vt impleat latitudinem regionis tuæ.* Docēs quia quę prænunciantur, euentura essent non vlla humana virtute sed ira dei in eos desæuiente. Non quòd hostē copiis in acie instructis accinctum ad pugnam probaret, sed quòd prodiret ad paratā sibi rapinam. Non enim, ait, certo in loco consistet & aduersum te pugnaturus instruet aciē: sed numerosa multitudine corporū terræ faciem adoperiet. Omni cū alacritate potietur victoria. Ad hæc, etiam si eis indignaretur, locū tamē relinquit nec mediocrē suę erga illos clemētię. Nō enim interminatur iam se eorū ciuitatem à fundamētis demoliturum: sed nonnullā speciem captiuitatis & à patrio solo ablegationē prędicit passuros, vt animaduersa eorum pœna qui obita morte defecerant, hi in vita relicti ad meliorem vitę frugem se reciperent. Auferet enim à Indæa (ait) hominē qui posset leuare caput. Eos indicat in captiuitatē abducēdos qui publica potestate fungebantur, cunctáve Reipublicæ moderabantur negocia, ipsosq; hostiū multitudine oppressos, & in captiuitatē abreptos erat Assyrius redacturus in seruitutem, ad hoc vt tum inferiores possent nonnihil respirare, & timore eorū qui erant abducti, ac securitate tuendæ propriæ libertatis fierēt meliores. Ad hoc innuēdum ait, Et qui moliri quidpiā posset & perficere, Hoc est, validum, potentem aliquid efficere, valentē exequi quiduis operis. Quin & ante illorū abductionem potenat satis superq; barbarus deterrere vos, vel solo aspectu quum terrā omnem vestram compleret tot corporibus barbarorum. Quamobrē intulit: Et erit series castrorum eius conserta: ita vt impleat latitudinē regionis tuæ, *Nobiscum deus. Scitote gentes, & vincimini: exaudite vsque ad extremum terræ, & pollentes viribus vincimini. Si enim iterum præualueritis, iterum vincemini. Et quodcunque consilium inieritis consultando, dissipabit dominus: & verbum quodcunque loquuti fueritis, non manebit in vobis, Quia nobiscū deus.* Pręsenti loco, mea quidem sententia, eam prædicit victoriam quæ contigit regnante Ezechia, simul & splendidū illud ac spectabile trophæū, causam insuper promit habitæ insignis victoriæ. Vt donemus (ait) arma suppetere apud illos, numerosam atq; adeò infinitam militum multitudinem, quamplurimā belli peritiam: his tamen omnibus longè potētius subsidium nobiscum est, hoc est, deus. Venit enim barbarus ille, quasi in prospectum insultaturus, & multis ciuitatibus captis abiit. Secundū hæc, is educto aduersus ciuitatem militari procinctu, contraria præsumptæ spei perpessus est. Itaq; hæc prædicit propheta, idemq; suo præconio authorē celebrat istius victorię, & aduersus hosce barbaros fusius intendit sermonem. Ne enim fiducia freti ob priorem victoriam, & hanc etiam spe præsumatis. In hodierna enim excursione, nobis suppetit validissimū & auxiliare subsidium. Hoc ipso igitur cognito retrocedite qui quasi imbellibus bellū infertis. Ad hæc, auctorē admirabilis illius victoriæ repræsentare cupiens & quia fama euulgās quæ prędarè gesta essent, ad extremas vsq; terræ plagas peruasura erat, ait: Exaudite vsq; ad extremum terræ. Eorū enim quæ tunc euenerunt, nemo nō exaudiuit gesta esse Hierosolymis. Quamobrē ait: Exaudite vsq; ad extremū terrę. Et qui viribus valetis, vincimini. Intignem enim gloriam ob validum robur exercitus barbarus ille tum obtinuit. Validos autē ac fortes hīc confirmat, non eos qui præcellerent solùm bona habi-

ἀκροάσεται, *lege & interpretatur à* πρὸς ἔσχατα.

na habitudine corporis: sed & eos qui insigni pollerẽt opulẽtia facultatũ,& illustri splẽdore glorię essent spectabiles. Si enĩ rursus pręualueritis,ait,rursus vincemini:& quodcunq; consilium captaueritis,dissipabit dominus. Quodcunque verbum loquuti fueritis, nõ manebit in vobis,quia nobiscum deus. Hi enim quum arcana inter se agitassent consilia, speq; præsumpsissent ciuitatem à fundamentis esse demolituros, & ita ad propria redituros:horum clancularias consultationes detegens propheta,in medium adducit,ac dicit: Verbo tenus vniuersa hæc consilia subsistent. Deinde expositis hisce rebus quæ humanam transcenderent naturam,texit sermonem dignum planè cui fides habeatur:& ad magnificentiam eius amplitudinemq; confugit,qui nihil non prouehit ad fœlicem exitum, continenter repetens, Quia nobiscum deus, & quia vniuersas hasce molitiones idem ad nihilum esset redacturus, Quare ipsi gloria.

Hactenus excurrit exẽplar corrogatũ, nobisq; precariò exhibitum è regia Bellofontis bibliotheca.

Esaiæ 1.e

Sermo diui Ioãnis Chrysostomi super illud Esaiæ, Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis &c. Incerto interprete.

Si volueritis & audieritis me,bona terrę comedetis:si autem nolueritis,& nõ audieritis me, gladius vos consumet. Os enim domini locutum est ista. Si velle aut nolle vestrum non esset:hoc est,si viuendi rectè,an secus libertas adempta nobis fuisset:nec bonus vnquàm cœleste munus dignè perciperet, nec malus supplicium competens inueniret: sed totum deo deputaretur authori, qui alios impingeret in contemptum,formaret alios in obsequiũ. Sed cùm diuinæ legis edicta in ecclesia pendeant:quibus quid fieri deus aut velit,aut nolit, eius familia instruatur,vt liberæ quis volũtatis arbitrio præcepta aut impleat,aut contemnat:vnde sibi quisque quod mereretur,instituat:nec posse aliud mereri,quàm velit:quippe cui legis propositus tenor sit:ex quo quod velit, eligat:& quod nolit,contemnat: vt iudicio hominis dei iudicium celebretur, vt qui libertatem concessam in obsequium dederit,muneretur: qui in contemptũ duxerit,condemnetur,dicente domino: Si volueritis, & audieritis me:bona terræ comedetis. Si autem nolueritis,& non audieritis me,gladius vos consumet. Os enim domini locutum est ista. Ostẽdit dominus hominem se liberum condidisse, ostendit viuendi compotem,ostendit propriæ voluntatis authorem. Sed beata voluntas est,quæ seruiendo comparat libertatem. Misera seruitus,quã generat libertatis excessus. Beata inquam libertas,quæ seruit legi:obtemperat iudici,paret authori,quæ humilis deo est,subiecta Christo,quæ imperata tenet,iussa complet,præcepta conseruat,contẽdit vt placeat:vt promereatur,instat: timet offendere, veretur delinquere,amat diuina monita frequentare. Vt enim obsequia legis obtinent libertatem, ita contemptus generat seruitutẽ. Domini vox est: Qui facit peccatum,seruus est peccati. Cessat enim culpæ defensio,vbi legis præcesit contemptio: nec facilè seueritas iudicis flectitur,vbi edicti admonitio annullatur. Inexcusatus est reus,cui per contemptum legis, iudex fuerit inimicus:nec in iudicio merebitur veniam, qui audacter contraxerit culpam. Quare iudex admonet, ne peccetur:dum obseruari iussa persuadet, dum se obser-

Liberum arbitrium.

Esaiæ 1.e

Ioan.8.d

uantibus,patrem:contemnẽtibus, iudicem cõminatur. Ama patrem præstruentem:time iudicem comminantem. Vtrunq; enim salutare & bonum est. Si enim amas,obaudi: si times, deserui. Promissi præmij,& destinati supplicij,ante oculos diuersa constitue. Nullum momentum sit,quo non ista pertractes: nullum tẽpus, quo non,quæ destinata sunt,cogites. Dum enim hæc iugiter meditaris ac loqueris,teipsum instigas. Præsto est lectio, quæ persuadeat. Non potest cogitare peccatum,qui supplicium cogitando veretur: nõ potest delinquere,qui futura præmia meditatur. Sint ista in corde,& nunquam delinquitur: frequententur in ore, & nunquam peccatur. Obliuio mandatorũ, causa est delictorum:formido supplicij,abolitio est peccati. Cæterùm contemptio legis,conditio est seruitutis. Non enim ideirco seruus liber efficitur,vt ab eodem iussa domini contemnantur:aut ideo filius potestate patria liberatur,vt beneficia patris contumeliis ab eodem dispungantur. Vnde sic inter homines mos iste obseruatur, vt libertus ingratus grauiore seruitio addicatur, aut filius contumax potestate patria abdicetur. Libertatis enim indignus, qui dominum liberalẽ offendit, hæreditatẽ capere non potest,qui filij nomen per contemptum patris amittit. Sic & homo liberæ voluntatis effectus,datam libertatem amittit,si dominum contẽnendo despexerit. Sed dicet aliquis:Cur me deus liberæ voluntatis fecit, qui legem mihi, secundum quam viuam,præstitit? Aut cur mihi ordinem viuendi lex ipsa præscribit, si natura mihi viuendi libertatem attribuit? Nulla libertas recipit conditionem, nulla conditio non affert seruitutem. Aut enim liberum mihi est facere ex natura,quod velim,& lex mihi imponere necessitatem nõ debet:aut si necessitas mihi per legẽ imponitur, cur naturæ libertas, quæ data est, imputatur? Sed ita hoc ipsum ô homo verè dixisses, si lex cum natura pugnaret:id est,si aliud lex, aliud natura præciperet. At cùm lex naturam procuret, & natura ipsa legis instituta conseruet: & legis præcepta seruare, sit naturaliter viuere,(Quicquid enim lege præcipitur,hoc naturæ iure seruatur:& quicquid natura geritur,hoc præcipi legibus demonstratur.) Cur itaque putes esse diuersa,quæ cõspicis ex ratione esse similia? Cæterùm ad hoc homo liberę voluntatis à natura formatur,vt quę natura genuit,sibi exercenda cognoscat:& quæ natura non nouit,fugienda esse defendat. Vt enim bona natura formauit: ita mala interpolator hostis inuexit. Et vidit,inquit,dominus omnia quæ fecit esse bona valde. Vnde qui liberę voluntatis institutum se meminit, & ingenuitatẽ suã docente natura cognouerit, quod natus est,seruet:quod factus est, vindicet. Aliud enim velle esse,quàm factus est:non est liberè viuere,sed cõditionem seruitutis excipere. Nam si personam tuam Christiane pertractes,libertatis collatæ duplex à te debetur obsequium. Alterum,potestate seruitutis, qua & peccando addictus es:alterum, libertatis collatæ, qua & filius adoptatus es,vt & quid fueris,seruiendo testeris:& quid à domino consecutus sis, maiore seruitio fatearis. Non enim proprio merito consecutus es libertatem:sed liberalitas domini te liberum fecit. Quare si liber ante meritum factus es, acquire maius per obsequia meritũ, vt ex tuo seruitio, à domino merearis & præmium. Tene obsequendo,datam à domino libertatem, & per te acquire domino promittente, mercedem. Prouocet liberalitas domini in obsequium, quẽ adoptando deus destinauit in regnum:vt dum totum illi di-

Gene.1.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi dicamus obsequium, & liberalitas data seruetur, & præmia promissa reddãtur. Perdet enim quod meruit, qui diuina mandata contempserit. Seruitutis astringe tur iugo, qui non paruerit redemptoris imperio. Ingra tus est libertatis, qui peccando conditionem exceperit seruitutis. Nec cum filiis poterit numerari, qui contem nendo patrem, meruit abdicari.

EIVSDEM HOMILIA IN LAVDEM eorum qui comparuerunt in ecclesia, quæq; moderatio sit seruanda in laudando. Itẽ de hoc quod scripsit Esaias: Vidi dominũ sedentẽ in throno excelso, &c. D. Erasmo Rote. interprete.

CONspicio vos multo studio adnitentes, vt ad effectum perducatis quæ heri à nobis dicta sunt, eoq; nunc haud grauatè semen doctri nę iacimus, quòd hinc bona spes alit animum nostrum. Nam & agricola, quum non sine labore quidem semina deposuit, sed videt terram feracem sege témque prouentu exuberantem, superiorum laborum obliuiscitur, atque ad reliquũ operæ conseruationèm que priorum, lucri expectatione excitatur. Verùm hæc agricolatio quanto feracior quantoque lucrosior est? Nam illa quidem frugum sensibilium copiam adferẽs, corporibus reponit alimoniam: hæc verò dum sermo num deponit doctrinam, spiritualiúmque donorum abundantiam adfert, animi diuitias recondit, alimo niam quæ nec consumi, nec viciari potest, reditus qui neque pereunt, neque corrumpuntur, sed arcana qua dam & ineffabili prouidentia conseruantur, quorum vsus fructus mente percipitur. Hic est meorum laborũ prouentus, hæ sunt opes quas vestræ charitati recondi mus. Has itaq; quum considero in vobis augescere, gau deo semper, vt qui non frustra sementem fecerim, vt qui non incassum labores pertulerim, vt qui in frugife ram pinguèmque terram, & ad fructificãdum idoneã, semen iecerim. Vnde igitur hoc lucrum fore cõiecto? vnde perspicio sermones ad opus proficere? Nimirum ex hoc concursu, ex eo quòd ecclesiam omnium matrẽ studiosè amplectimini, ex hac pernocte perpetuaq; sta tione, ex eo quòd angelicorum ordinum stationem imitãtes, sine cessatione laudes & hymnos offertis con ditori. O mira Christi dona. In supernis exercitus an gelorum canũt gloriam, in terris homines in ecclesiis choros agentes ad illorum exemplum eãdem canunt gloriã. In supernis Seraphim ter sanctum illum hym num resonant, in terris eundem hominũ promit mul titudo, communitèrq; tum cœlestium, tum terrestriũ plaudit celebritas, vna gratiarum actio, vna exultatio, vna beneuolentis, gaudentísque choreæ statio. Hanc enim ineffabilis domini sese ad nos demittentis boni tas cõprobauit, hanc electam spiritus congregauit san ctus: huius vocum concentus paterno beneplacito cõ gruit: è cœlis habet modulorum consonantiam, dum à trinitate velut à plectro quopiam mouetur, delecta bile illud ac fœlix resonat melos. Illam angelicam cã tionem, illum desinere nesciũ concentum, hoc est stu dij præsentis alacritatisque vectigal, hic cõuentus no stri fructus. Eóque gaudeo, talem conspiciens in vobis probabilem affectum: gaudeo dum animorum vestro rum beneuolentiam alacritatèmque considero, dum gaudium spirituale, dum iuxta deum exultationẽ. Neq; enim vlla res tantum adfert gaudij vitæ nostræ, quan tum hoc quod ex animo gaudetis in ecclesia congre gari. In ecclesia gaudentium conseruatur gaudium, in ecclesia animo delectorum, animorum est recreatio.

Simile.

Ἀκροάσεις.

Ecclesiastici conuẽtus laus.

A In ecclesia dolentium est voluptas, in ecclesia defatiga torum respiratio, in ecclesia laborantium requies. Ve- *Matth. 11. d*
nite enim, inquit, post me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Quid hac voce possit esse desidera bilius? quid hac inuitatione iucundius? Ad epulum te vocat qui in ecclesiã te vocat dominus. Ad reuelatio nem pro laboribus adhortatur, ad relaxationem à mo lestiis transfert pondus peccatorum alleuans, deliciis animi molestiam, gaudio mœrorem sanat. O mirã eius curam, ô vocationem cœlestem. Festinemus itaque di lecti, vt eandem alacritatem in longum tempus porre ctam exhibeamus, & cum conueniente modestia, con sideratiònèque decente hanc consummemus. Etenim de hoc vobis hodiernum sermonem mouere volo, in speciem quidem molestum, cæterũ leuem, vtilèmque veritate. Sic enim & amantes liberorum patres faciũt, *Molesta es-* non solum ea quæ ad breue tempus delectant, verum *se nõ debẽt*
B etiam quæ molestiam adferunt filiis adhibent: nec ea *quę prosunt* modo præcipiunt eis quæ statim ostẽdunt vtilitatem, sed quæcunque vidẽtur quidem esse molesta, salutaria tamen sunt, si perficiantur, & hæc multa cura docent, diligentérque flagitant ab eis vt conseruentur. Atque hunc sermonem in longũ producimus, ne præsentem laborem frustra insumamus, ne sustinentes vigiliæ ne cessitatem inutiliter in pugilũ certamine versemur, ne voces in aërẽ dissolutę, ad detrimentum sonent potius quàm ad lucrum. Neq; enim negociator è longinquo *Simile.* merces importans, vehementem ventorũ incursum, vndarumq; exorientium procellas sustinens, frustra & incassum susciperet eiusmodi labores, verum ideo ma ria secat, & audax est aduersus pericula, locáque locis commutat, totásque noctes ducit insomnes, vt nego
C ciatione ditescat. Quod si non contingat, sed cum lu cro etiam sortis iacturã faciat, ne soluere quidem an coram poterit, nec illa varia perferre discrimina. Hoc itaque scientes cum decente circunspectione huc ac cedamus, ne pro peccatorum remissione, etiam acces sionem peccatis adiunctam domum referamus. Quid autem est quod quæritur, quodq; à nobis reposcitur? Vt dum diuinos hymnos resonamus, multo tremore contracti, multáque religione ornati, ita demum eos offeramus. Nam sunt quidam inter hos qui hîc adsunt, *Acclama-* quos ne vestrę quidem charitati arbitror esse ignotos, *tiones ĩde-* qui contemnentes deum, ac spiritus eloquia pro vul- *core.*
garibus ac prophanis ducentes, incompositas voces e mittunt, nihilóque melius se gerunt his quos habet in sania, toto corpore tumultuantes ac circumacti, mo résque præ se ferentes à spirituali statione alienos. Mi
D ser & infœlix oportebat te cum tremore ac reuerentia angelicam glorificationem resonare, cúmque terrore confessionem reddere conditori, ac per hanc delicto rum veniam postulare. Tu verò mimorum & saltato rum mores huc inducis, dum indecẽter manus iactas, pedibus subsultas, totóque circumageris corpore. Et quî fit, vt non metuas, neque horrescas hæc audens ad uersus talia eloquia? Non cogitas ipsum hîc inuisibili ter adesse dominum, qui vniuscuiusque motum meti tur, & conscientiæ rationem habet? Non cogitas quòd angeli huic stupendæ assistunt mensæ, cumq; reueren- *Tetrici mo-* tia hanc circunuallant? Verùm tu ista nõ cogitas, quo- *res in eccle-* niam ea quæ in theatris audiuntur, quęq; spectãtur, mẽ *sia.* tem tuã obscurarunt: & ideo quæ illic geruntur in ec clesiæ ritus inducis, ideo clamoribus nihil certi signifi cantibus animum incompositum euulgas. Quo modo ergo veniam postulabis tuorum delictorũ? Quo mo do in

Universidad de Deusto
Biblioteca

do in domum tuam recipies dominum, qui vsquequaquè contemptim offeras precationem? Miserere mei deus, inquis, ac mores à misericordia alienos declaras. Clamas, serua me, & speciem à salute alienã exprimis. Quur se extendunt manus ad supplicandum, quæ semper ad sublime iactantur & indecorè circumaguntur, quæque vehementi clamore violentiq; impulsu strepitũ habent nihil certi declarantem? An nõ ista quidem partim sunt mulierum in triuiis meretriciam artem exercentium, partim verò eorum qui in theatris vociferantur sunt exempla? Quo modo igitur audes angelorum deum glorificantium hymnis, dæmonum admiscere ludicra? Quo modo autem non vereris hanc vocem, quam illic *Psal.2.c* profers dicens: Seruite domino in timore, exultate ei cum tremore? Hoccine est cum tremore seruire, sic diffundi distendíque, vt nec ipse scias quæ loquaris incomposito vocis boatu? Istud verò contemptus est nõ timoris, arrogantiæ non modestiæ, istud ludentium est potius quàm confitentium. Quid est ergo seruire domino *Seruire domino cũ tremore, quid.* in timore? quum omne præceptum perfecerimus, cum tremore contractionèque hanc confessionem facere, corde contrito mentéque submissa preces offerre. Nec solùm seruire in timore, verùm etiam exultare cum tremore, spiritus sanctus per prophetam iubet. Nam quoniam præcepti impletio gaudium gignere solet in animo virtutem exercentis, & hanc, inquit, confessionem cum tremore facere conuenit, ne si deposito metu confundamur ac dissoluamur, simul & laborum iacturam faciamus, & deum in nos prouocemus. Sed quo modo, inquis, fieri potest, vt quis exultet cum tremore? nam impossibile est simul hæc duo accidere, quum inter hæc plurima sit differentia. Gaudium enim est eorum quæ desiderat animus, expletio, rerúmque iucundarum fruitio, ac molestarum obliuio. Metus autem expectatorum malorum incursus, cooriens aduersus condemnatam conscientiam. Quo modo igitur licet exultare cum timore, nec simpliciter cum timore, sed etiam cum tremore, qui est timoris vehementia, & immodicæ cuiusdam anxietatis signum? Quo modo igitur, inquis, hoc fiet? Ipsa te Seraphim docent, re ipsa tale ministerium implentia. Nam illa ineffabili gloria conditoris fruuntur incomprehensibilem eius pulchritudinem contemplantia. Non dico illam vt est natura, hæc enim incogitabilis est, nec spectari potest, nec figura exprimi, absurdumq; est sic de illa opinari: sed quantùm concessum est, quantùm ex illo splendore possunt comprehendere. Quoniam enim assiduè famulantur in circuitu throni regalis, in iugi gaudio perseuerant, in sempiterna delectatione, in exultatione finem nõ habitura, gaudentia, saltantia, citra vllum silentium gloriam canen- D tia. Nam stare in conspectu maiestatis illius, deq; splen- *Fruitio visionis diuinæ.* dore illinc refulgente illuminari, hoc illis est gaudium, hoc illis exultatio, hoc illis voluptas, hoc denique gloria. Fortassis sensistis aliquid voluptatis, & cupiditas quædam illius gloriæ vos cepit. Agè, vtinam velitis adhortantem auscultare, præsentémque gloriæ diuinæ celebrationem religiosè peragere. Nam non destituet vos huiusmodi gaudium, siquidem ipse est ille dominus, qui & in cœlis & in terris glorificatur, pleniq; sunt cœli & terra gloria eius. Quo modo fit igitur, vt illa Seraphim quum eiusmodi voluptate fruantur, hanc cum timore misceant? Audi quid dicit propheta: Vidi do- *Esaiæ 6.a* minum sedentem in throno excelso & eleuato. Quam ob causam, quum dixisset, excelsum: adiecit, eleuatum? An non satis erat per celsitudinẽ rem totam significare,

A declararèque dignitatis eminentiam? Quapropter ergo addidit, eleuatum? Vt cathedram incomprehensibilem demonstraret: quandoquidem apud nos quod excelsum est, cogitationem quandam prębet comparationis ad ea quæ humilia sunt ac submissiora. Veluti excel- *Valles dicit supinas.* si sunt montes ad campestria loca; terræ supina cõparati, excelsum autẽ cœlum super omnia terrena sublatum est. Cæterum hæc eleuatio sublatióque solius est illius naturæ incomprehensibilis, quam neque cogitatione concipere, neque verbis eloqui quisquam potest, eóque dicit: Vidi dominum sedentem in throno excelso & eleuato. Sed quid præterea vidisti ô propheta? Quid circa illum spectasti? Et Seraphim stabant, inquit, in circuitu eius. Quid faciebant & quid dicebant, qua fiducia fruebantur? Fiducia quidem, inquit, nulla, verùm timoris ac stuporis erant plena, ipsa etiam specie metum ineffabilem declarantia. Duabus enim alis velabant fa- B ciem, simul excludentia radium è throno prodeũtem, eo quòd ferre non possent immensam illius gloriam, simul autem & suam religionem ac reuerentiam significantia quam habent erga dominum. Tali gaudio gaudent illa, tali lætitia exultant, nec solùm facies velant, verùm & pedes. Quamobrem hoc faciunt? Facies qui- *Seraphim* dem meritò velant, propter metuendum spectaculum, *quare faciem & pedes velãt.* quòdque non possint inaccessam gloriam obtueri. Verùm pedes quare simul velant? Ac volebam quidem vobis hoc relinquere, vt ipsi circa huius solutionem laboraretis, circáque spiritualiũ rerum vestigationem vigilaretis: cæterùm ne vestram cogitationem circa huius inquisitionem intentam relinquens, incipiam admonitionem negligere, necesse est vt hoc obiter dissoluam. Quare igitur pedes velant? Inexplebilem erga conditorem reuerentiam exhibere student, multámque anxie- C tatem, tum ipso habitu, tum voce, tum aspectu, denique ipsa statione. Quoniã igitur id quod desiderant, quòdque conueniebat non assequuntur, declarant eo quòd vndique velantur. Nam ita defectum circuntegunt. Vtrum intelligitis quod dictum est, an operæpretium est, vt idem denuò repetam? Agè vt hoc faciam dilucidius, ex rerum nostrarũ exemplis manifestum facere conabor. Assistit aliquis terreno regi, omnibúsque modis *Simile.* molitur, vt quàm plurimam erga illum reuerentiã exhibeat, quò per hoc maiorem illius erga se conciliet beneuolentiam. Cuius gratia nõ solùm specie capitis, ve- *Gestus auditi.* rùm etiam ipsa voce, ipsa manuum compositione, ipsa pedum cõiunctione, totiusq; corporis contractione, talem reuerentiam conatur ostendere. Hoc & ab illis incoporeis virtutibus fit. Quum enim plurimam habeant erga conditorem reuerentiam, & hanc vndiquaq; conantur præstare: deinde quoniã non assequuntur quod expetunt, quod deest affectui, hoc velo obtegunt. Hanc ob causam igitur facies ac pedes tegere dicũtur. Quanquam est & alia quædam magis mystica speculatio quæ circa hoc cõsideratur, non quòd pedes ac facies habẽt: sunt enim incorporea quemadmodum ipsum numen, sed vt hoc humanus sermo declaret, ea vndiquaq; metu ac reuerentia contracta seruire domino. Sic oportet nos assistere, talem deo glorificationem offerentes, metuentes, ac trementes, ac tanquam illum ipsum mentis oculis intuentes. Adest enim hîc omnino, nec tamen vllo modo circumscribitur, vocesq; nostras recenset. Sic igitur contrito corde & submisso, laudem depromentes reddamus eam acceptam, & velut incẽsum boni odoris ad cœlum submittamus. Cor enim, inquit, cõ- *Psal.50.d* tritum & humiliatum deus non despiciet. Verùm pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pheta,inquis,exhortatur vt cum iubilo glorificationem A peragamus: lubilate, inquit, domino omnis terra. Verùm neque nos talem iubilationem prohibemus,sed vocem prohibemus nihil significantem.Neq; prohibemus vocem laudis, sed vocem absurditatis & inconditam, ac mutuas inter vos contentiones, manus incassum temereque sublatas in aërem, pedes supplodentes, indecoros efforminatosque cantus, qui sunt eorum qui in theatris & hippodromiis ociantur, lusus: Illinc nobis pernicioſa inuehuntur exempla, illinc irreligiosæ vulgaresque voces, illinc manuum absurditates, contentiones, concertationes moresque incompositi. Nulla res enim æquè eloquia dei adducit in contemptum,atque spectaculorum quæ illic proponuntur admiratio. Proinde frequenter vos hortatus sum, ne quis eorum qui huc aduenium, diuináque doctrina fruuntur,quiq; horrendæ ac mysticæ victimæ participes sunt, ad illa B iret spectacula,neu diuina cum dæmoniacis commisceret mysteria, Attamen nonnulli vsqueadeo insaniunt, vt etiam quum speciem religionis circunferant, & ad profundam caniciem peruenerint, nihilo secius currãt ad illa, neq; nostris sermonibus auscultantes, neq; propriam reueriti speciem. Verùm quoties eis hunc sermonem ingerimus,& vt caniciem religionémque vereantur adhortamur,quod ibi illorum frigus? quàm ridiculus sermo? Exemplum, inquiunt, victoriæ quæ in futuro seculo erit & coronarum sunt illa, plurimámque illinc vtilitatem referimus. Quid ais homo? Putris iste sermo est ac fallaciæ plenus. Vnde vtilitatem isthinc ferre licet? Ex innumeris contentionibus,ex temerè factis deierationibus,malo loquentium?An ex contumeliis conuiciis scommatibúsque, quibus spectatores se mutuò conspergunt? Verùm ex his nihil, cæterùm omnino ex incompositis vocibus, & nihil significante clamore, èque puluere qui submittitur, tum ex his qui impellunt, qui vim faciunt, qui accissant ac dissimulant exemplo mulierum,*vtilitatem colligis. Atqui hîc quidem ipsum dominũ angelorum, omnes prophetæ doctoresque super thronum excelsum & eleuatum ostendunt, iisq; qui digni sunt brabia & coronas distribuũt, indignis verò gehennam assignant: atque ipse etiam dominus hoc confirmat.Deinde hæc quidem contemnis, in quibus etiam conscientiæ terror est,& factorum redargutio & pœnarum accusationúmque anxietas,& supplicium ineuitabile. Verùm vt absurdam inuenias tuorum spectaculorum quibus suspensus inhias excusationem, dicis te vtilitatem capere ex his, ex quibus iacturam pateris irrecuperabilem.Rogo etiã atque etiam obsecróque, ne excusationes excusemus in peccatis. D Prætextus enim ista sunt ac deceptio, quibus nobis ipsis damnum accersimus. Verùm de his quidem hactenus, tempus autem est vt iam ad priorem recurramus admonitionem, atque vt paucis de ea loquuti debitũ orationi finem imponamus. Neq; enim hoc solùm peccatur, quòd quæ hîc fiunt parum pro dignitate peraguntur, verùm etiam alius quidam grauis obambulat morbus. Quis tandẽ iste:Quòd,qui proposuerunt cum deo colloqui eiq; seruitium exhibent,mox hoc omisso suũ quisque vicinum arripiũt ordinantq; res domesticas,quæq; fiunt in foris, quæq; in populo, quæq; in theatris, quæq; in exercitu,& quo modo alia quidem sunt adminstrata, alia rursus neglecta, & quid in gerendis rebus plus satis fuerit,quid diminutum:in summa,de rebus omnibus vel publicis, vel priuatis hîc colloquuntur. Et qua tandem venia digna sunt ista? Atqui qui cum rege terreno colloquitur, de his tantùm verba facit de quibus ille voluerit audire, & de quibus rex fuerit percõtatus. Quòd si quis ausit inicere secus quàm ille velit, extremo supplicio afficietur. Tu verò cum rege regum colloquens,cui cum horrore seruiunt angeli,omisso cũ illo cœpto sermone,de luto,de puluere,de telis aranearũ loqueris. Nihil enim aliud sunt huius vitæ negocia. Et quo modo sustinebis istius cõremptus pœnam? Quis autem te ab hac vindicta liberabit? Verùm haud rectè se habent,inquiunt,reipublicæ negocia, de his plerunque loquimur.Ingens periculum. Quid autẽ in causa? Eorũ, inquiunt, qui principatũ gerunt incogitantia. Non est principum incogitantia, sed nostra iniusticia, pœna est pro nostris sceleribus exacta. Illa cuncta sursum deorsum miscuerunt, illa quicquid est calamitatum inuexerunt,illa armarunt hostes,illa fecerunt vt victi discederemus, non aliunde nobis malorũ examen inundauit, quàm ex hac causa. Proinde quãuis Abraham quispiam esset qui imperaret,quãuis Moses,quanuis Dauid,quanuis Solomon ille sapientissimus, quanuis omnium hominum flagitiosissimus: si nos malè viuimus, nihil interest qualis ille sit, quantùm ad causam malorum. Quî sic,inquis,aut quo pacto? Quoniã si transgressor legum fuerit, si temerè nulloq; consilio feratur,nostra incogitantia nostraq; temeritas talem genuit principem, nostra cõmissa plagam accersierunt.Nam quòd iuxta corda nostra accipimus principes, nihil aliud est nisi quòd prẽterita peccata nostra talem nobis dedere prẽfectum, siue quis fuerit ex cõsecratis, siue ex eorum numero qui mundanas administrant dignitates. Quãuis autem iustus fuerit, adeoq; iustus, vt vsque ad Mosi virtutẽ pertingat,haud tamen illius vnius iusticia,immensa rebellium C peccata valebit obtegere, idq; poterit quis ex ipso Mose certò cognoscere.Quum enim ille multis modis afflictus fuisset pro Israël, instanterque apud deum supplicasset, vt terram repromissam in sortem illis traderet, tamen quoniam se populus suis peccatis reddiderat ab hac promissione alienum,nõ potuit Mosi deprecatio iustam dei sentẽtiam immutare, quò minus totus ille populus in deserto prosterneretur.Attamẽ quis Mose iustior,aut quis plus valuit apud deum? Dictũ est,valere iusti deprecationẽ,sed efficacem: hoc est,pœnitentia conuersioneq; adiutam eorum pro quibus funditur. His verò quibus mores manent sine pœnitentia citraq; bonam conuersionem, quo modo possit auxiliari iusti deprecatio, quum illi ipsi suis factis obsistant? Et quid commemoramus hoc accidisse toti populo peccanti, quum & paucorum inobedientiũ peccata,immò vnius, iustè imperantium gratiam superent? Atque hoc rursus ex eodem populo Israëlitico perspicias licebit, qui Mose rempublicam administrante, quum in terram alienigenarum irrupissent,pugnamq; cum illis commisissent, quo modo quidam illorum insanientes in illorum mulieres, totius populi cladem exitiumq; inuexerunt. Hoc autem quod dicam in vno accidit, videlicet Achar qui quum variam ex anathemate stolam sustulisset, etiam aduersus populum iram dei succendit. Verùm, vt eõiicio,nonnullis præsentiũ ignota est hæc historia. Quam ob rem necesse est, vt paucis de hac loquutus,& scientes commonefaciam, & nescientes doceam. Achar itaque fuit vnus ex eorum numero, qui cum Iesu Naue trãsire Iordanem,qui Iesus fuerat antè dei iudicio delectus, vt Mosi succederet, quique typum ac figuram gerebat veri seruatoris nostri Iesu Christi. Quemadmodum enim ille é deserto per Iordanẽ in terram repromissam perduxit

Psal.65.a

Spectacula pernicioſa.

χαπίζεσθε *aliàs,coram mulieribꝰ.*

Simile.

Principum negligentia sæpe nascitur ex culpa populi.

Num.20.b & Deu.1.f & 3.a

Iacob.5.d

2. Esdræ 10.b

Iesus Naue figura Iesu Christi.

Iesue 3.d

perduxit populum, Sic & seruator noster, ex ignorantiæ & idololatriæ deserto per sanctum ac salutiferum baptismum in cœlestem Hierosolymam nos traduxit, ad matrem primogenitorum, in qua veræ quietis paratæ sunt mansiones, vbi vita seditionis nescia, pacificáque. Hic itaque quum eius virtute qui ipsum populo præfecerat, Israëlitas transmisisset, iámque admouisset exercitum Hiericho, nouam illam & admirandam obsidionem moliens, mox ruituris mœnibus, quid loquitur apud populum? Erit anathema hæc ciuitas, & quicquid est in ea, domino Sabaoth, excepta Rhaab meretrice, Hanc seruabitis: Cauete igitur ab anathemate ne quando concupiscentes sumatis ex eo, ac perdatis nos. Consecrata sunt, inquit, omnia quæ sunt in ciuitate: Nam id sonat anathema. Ne quis igitur suffuretur ex his quæ consecrata sunt domino deo, nósque disperdat è terra. Periculosum erat præceptum, multa diligentia tum dei præcipientis, tum legem ferentis Iesu. Vix enim fieri potuit, vt in tanta multitudine non violaretur hæc lex, quum multæ res essent quæ huc impellerent. Nam vel instabilitas eius populi lucriq; cupiditas, vel quòd non omnes audissent edici præceptum, vel spoliorum varietas velut esca obiecta, habendique auidos illectans, facilè ad legis transgressionem perpulisset. Et tamen ea lex erat lata: ac transgressoris capiti periculum imminebat. Quid igitur post hæc? Consiederunt mœnia, & quicquid erat in ciuitate venit in manus obsidentium. Itaque quum vniuersus populus seruaret hoc præceptum, vnius prǫuaricatio in vniuersam multitudinem cõcitauit iram dei. Peccauerunt, inquit, filij Israël peccatum magnũ, & suffurati sunt & sumpserunt ex anathemate, & sumpsit Achar filius Charmi ex anathemate, & indignata est ira domini filiis Israël. Atqui vnus erat qui peccauerat. Quo modo igitur peccauerunt filij Israël, ac deus iratus est filiis Israël? Vides quo modo vnius peccatum toti populo vindictam accersit? Quo modo deum aduersus multitudinem hostem reddidit? Quoniam igitur fuerat perpetrata legis transgressio, neque quisquã erat conscius, præter solum deum qui nouit occulta, vltio quidem differebatur: cæterùm qui hoc perpetrarat, tametsi videbatur latere, tamen à conscientia velut ab igni vrebatur. Venit igitur tempus quo fieret quod cõminatus fuerat deus, quòque peccatum veniret in propatulum. Misit, inquit, Iesus viros ab Hiericho in Gæ. Et ascenderunt illuc viri ferè ter mille, fugerúntque à facie virorum Gæ, & occiderunt ex illis viros triginta sex, & persequuti sunt eos, & conciderunt illos, & expauit cor populi, factúmque est velut aqua. Vide vnius peccati pœnam, vide plagam acerbissimam, vnus peccarat, & in populum vniuersum mors ac trepidatio irruit. Quid hoc ô bone domine? Tu solus iustus, & recta iudicia tua. Tu cuiq; iuxta propria facta reddis iudicium. Tu humani generis amator, dixeras in suo quenque peccato moriturum, nec alium pro alio daturum pœnas. Quod igitur hoc est tuum iustum iudicium? Bona sunt tua omnia domine, & valde bona, & ad nostram vtilitatem dispensata. Lues quædam, inquit, est peccatum, per vltionem euulgetur ac traducatur apud omnes, ne corrumpat omnes, vt vbi cognorint quantas minas vnà pepererit transgressio, fugiant vltionem, de multis alioqui sumendam æternam vindictam. Videns igitur, inquit, Iesus fugam sisti non posse, discidit vestimeta sua ac prostratus est in terram, ea lugubriter lamenta proferẽs quę narrat diuina scriptura. Quid igitur illi respondit dominus? Surge, quur ita prostratus iaces? Peccauit populus tuus, transgressus est pactum meum, nec poterunt stare filij Israël contra faciem hostium suorum, donec sustuleritis anathema ex vobis ipsis. Prædicatur igitur hoc in populo, & à deo proditur qui hoc perpetrarat, ille fatetur. Respondit enim, inquit, Achar Iesu dicens: Verè peccaui in conspectu dei Israël, sic & sic feci: Videbam in præda pallium variegatum vnum pulchrum, ducentáque argenti didrachma, & linguam vnam auream quadraginta didrachmorum, & concupiscens cepi, & ecce hæc defossa sunt humo in tabernaculo meo. Omnia iam in apertum profert, posteaquam perspexit illum omnia sine mendacio indicasse, nec diffisus est testi seipsum prodenti. Vide autem probrosam ac pernicioſam illam mortem: Subduxit, inquit, Iesus Achar in conuallem, filios & filias eius, & vitulos eius, & iumenta eius, & omnes oues eius, & tentorium eius, & omnia quæcunque possidebat, & lapidibus obruit ea omnia populus. Hoc transgressionis præmium, talis dei vindicta, quæ per corruptelam euitari non potest. Hæc itaque scientes, cogitemus molestias à nostris peccatis inuehi, singulisq; diebus nostra examinantes crimina, non aliis sed nobisipsis causam asscribamus. Nec enim principum modò negligentia, sed multò magis nostra delicta, mala accersierunt. Proinde si huc aduenies sua quisque examinet delicta, nec alium incusabit, & præsentem glorificationem resonabit. Quod autem exigitur ad decentem modestiam, hoc est primum, corde contrito accedere ad deum: proximum, cordis affectum ipso visibili habitu declarare, statu, manuum decora compositione, placida contractáque voce: Nam id facile est, & potest quisquis voluerit. Quî fiet igitur, vt omnes suo fungantur officio? Ponamus nobis ipsis legem, dicamúsque, In publicam vtilitatẽ lex prodita est, & huius vtilitatis oportet nos omnes esse participes. Quapropter & indecoras voces premamus, manuúmque gesticulationes corripiamus, has coniunctas exhibentes deo, nec incompositis motibus attollantur. Odit enim hoc deus & auersatur, sicut contrà, compositum ac modestum amat, expetitque: Ad quem, inquit, respiciam, nisi ad mansuetum & quietum & trementẽ verba mea? Dicamus aliis alij, non vult deus, vt simul cum ipso loquamur, & inter nos fabulemur, nec patitur vt omisso cum ipso colloquio, præsentium colloquia suscitemus, cœnoq; margaritas contaminemus. Siquidem hoc suam contumeliam esse ducit, non glorificationem. Quòd si quis voluerit hoc præceptum præterire, obturemus illi os, tanquàm nostræ salutis insidiatori expellamus, ex ecclesiæ sanctæ castris eiiciamus. Hoc si fecerimus, nostra quidem peccata superiora facilè diluemus, ipsum autẽ dominum habebimus in medio nostrum vnà cum sanctis angelis choros agentem, & cuiq; modestiæ coronas distribuentem. Quoniam enim est humanus ac munificus, gaudens nostra salute, oblectans sese bonis nostris, propterea & cœlorum regnum promisit, & vitæ incorruptibilis consortium, omniáque bona præparauit, volens nos in his habere tabernacula. Quæ nobis omnibus contingat assequi, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, quem decet, gloria, imperium, honor, & adoratio cum patre & sancto spiritu, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Eiusdem homilia secunda, de eo quod dixit Esaias, Factum est anno quo mortuus est Ozias rex, vidi dominum sedentem in throno excelso & elevato.

Genes.4.b *Ibidem c* *Esa.66.a* *Ioſue 6.c* *Anathema quid.* *Ioſue 7.b* *Ibidem a* *Pſal.118.s* *Roma.2.a* *4.Reg.14.a* *Ioſue 7.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

γνώμη ex simili.

GAudeo conſpiciens vos ad audiendum concurrentes. Quemadmodum enim appetentia cibi corporis bonam valetudinem declarat, ſic & ſermones appetere ſpirituales, animæ ſanitatem arguit. Gaudeo quidem igitur propter hoc, cæterùm vereor ne fortè non poſſim aliquid adferre dignum iſto veſtro deſiderio. Sic & mater amans quoties lactantem habens puerum, non poteſt illi largiter præbere lactis fontem, attamen quanquam lacte caret, mammam tamen dat. Ille verò acceptam trahit ſugítque, ore vexatam papillam calfaciens, plus quàm erat elicit alimenti: mater verò dolet quidem dum ipſius diſtenduntur vbera, nec tamen repellit puerum, mater enim eſt, & omnia prę optat perpeti potius quàm vt partum ſuum contriſtet. Itaque ſi matres erga fœtus ſuos tanta charitate afficiuntur, multò magis oportet nos erga veſtram charitatẽ ſimiliter affectos eſſe. Nam ſpiritus nixus flagrãtiores vehementioresq; ſunt quàm naturæ. Itaque tametſi nobis menſa multam habet penuriam, ne ſic quidem tamen eam occultabimus, ſed omnia in mediũ proferentes apponemus vobis. Quòd ſi paucula hæc ſunt, viliáque, præbebimus tamen. Nam & ille cui talentum erat creditum, non quia quinque talenta non attulit ob id incuſatus eſt, ſed quòd vnum illud detinuerit, dedit pœnas. Siquidem hoc eſt quod quæritur apud deum & apud homines, non, multáne aut pauca deponas, ſed ne oblationem offeras facultatibus inferiorem. Audiſtis heri quum nobis datum eſſet hoc honoris, vt apud charitatem veſtram diſſereremus, pſalmum illum legentibus nobis qui peccatorem è ſacrorum ambitu eiiciens, angelos ſupernáſque virtutes hortabatur ad laudandum omnium deum. Vultis igitur & hodie, idem myſticum melos audiamus, propè illic alicubi aſtantes? Mihi videtur. Nam ſi homines ſcelerati dum choreas agunt in foro, in profunda caligine, noctèque intempeſta meretricias cantilenas, mollèſque canentes cantiones, totam ciuitatem nobis aperiunt, & ad ſeſe conuertunt: nos cœleſtium populorum ſupernis choris regẽ vniuerſi cęlebrantibus non accurremus? non audiemus diuinam illam ac beatam vocem? Et quæ nobis dabitur venia? Sed quo modo inquis licet audire? Si ipſum aſcenderimus cœlum, modò fieri poſſit, etſi non corpore, certè mente licet: etſi minus præſentia, certè cogitatione. Nam corpus quoniam terreſtre eſt ac graue, natura manet in terris. Anima verò ab hac neceſſitate libera eſt, facilliméque ad altiſſima longiſſiméque ſemota loca aduolat, etiam ſi velit ad extremos orbis terminos peruenire, aut in cœlum aſcendere, nihil eſt quod vetet, adeò ipſi leues cogitationum alas dedit deus. Nec tantum alas leues dedit, verùm & oculos largitus eſt, multò quàm corporis perſpicaciores. Nam corporis aſpectus ſi quidem per vacuum aërem apparcat aliquid, ad longum interuallum progreditur: quòd ſi in exiguum corpus impegerit, non aliter quàm fluxus qui ferebatur, obſtaculo repulſus, denuò retrorſum auertitur, verùm animi oculi etiamſi parietes, etiamſi mœnia, etiamſi montium moles, etiamſi cœlorum corpora cõpererint obſtantia, omnia facilè prętercurrunt. Attamen quum tantam habeat celeritatem, & oculorum aciem anima, non eſt ex ſeſe ſufficiens ad intelligentiã rerum ſpiritualium, ſed opus habet qui ipſam manu porrecta deducat. Faciamus igitur quod in regum aulis facere ſolent, qui cupiunt eas videre. Quid autem illi faciunt? Vbi quæſierint eum cui claues commiſſæ ſunt, illum adeunt, alloquuntur & ſupplicant, frequenter & pecuniam numerant, vt ipſis gratificetur. Adeamus ergo & nos vnum eorum quibus cœleſtes portæ cõmiſſæ ſunt, appellemus, ſupplicemus, pro pecunia promptam voluntatem ſyncerimque affectum exhibeamus. Et ſi ille mercedem hanc acceperit, manu noſtra apprehenſa per omnia circunducet, non ad iſtam ſuppellectilem regiam, ſed ipſum regem in throno ſedentem aſtantibus exercitibus exercituúmque ducibus, aſſiſtentibus innumerabilium angelorum & archangelorum milibus, breuiter omnia diligenter nobis oſtendet quatenus nobis videre fas eſt. Quis igitur eſt iſte cui hæc functio commiſſa eſt, ſi quando volumus ingredi? Eſaias prophetarum vocaliſſimus. Ergo neceſſe eſt, vt hunc alloquamur. Agitè, ſequamini compoſito gradu incedentes, multo cum ſilentio: ne quis ingrediatur curis onuſtus mundanis, ne quis elatus, ne quis attonitus: verùm hęc omnia foris ante oſtiũ deponamus omnes, atque ita demum ingrediamur. Ingredimur enim in regnum cœlorum, conſcendimus in regiones ſtellis fulgurantes. Quæ intus ſunt miro ſilentio plena ſunt, myſterijsq; non efferendis referta. Sed animaduertite: nam ſcripturarum lectio, cœlorum eſt reſeratio. Et factum eſt anno quo mortuus eſt Ozias rex, vidi dominum ſedentem in throno excelſo & elato. Vidiſti probi famuli beneuolentiam humanitatẽmq; Illico nos ad thronum induxit regium, nec prius circumegit poſt longos ambitus, ſed ſimul atque portas aperuit è regione ſedentem dominum oſtendit: Et Seraphim, inquit, ſtabant in circuitu eius, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, ac duabus quidem velabant faciem, duabus pedes, & duabus volabant, & clamabant alter ad alterum dicentes: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus ſabaoth. Verè ſanctus qui noſtram naturam tantis ac talibus myſteriis dignatus eſt, qui nos talium ſecretorum conſortes fecit. Atque interim me horror ac tremor corripuit huius cantilenæ gratia. Et quid mirum ſi me corripuit luteum ac terrenum, quum etiam ipſas ſupernas virtutes ſemper maximus obtineat ſtupor, ea propter auertunt facies alasq; vice murorum obiiciunt, non ferentes radios illinc proficiſcentes, & tamen id quod apparebat, ad noſtram imbecillitatem ſeſe demittebat. Quur igitur non tulerunt? Mihi iſta dicis? Die iſtis qui curioſè ſcrutantur ineffabilem ac beatam naturam, his qui audent non audenda. Ipſa Seraphim ne demiſſionem quidem dei ſuſtinuerunt intueri: & homo auſus eſt dicere, immò potius homo auſus eſt animo cõ cipere, quòd naturam ipſam ſummam poſſit ad plenum clarèque videre. Horreſce cœlum, obſtupeſce terra, hoc audere maius eſt iis quæ auſi ſunt illi. Nam quæ tum illi per impietatem audebant, eadem nunc per impietatem audent iſti. Nam creaturam ſimiliter adorant: quod autem nunc iſti commenti ſunt, nullus eius ætatis hominum neque dicere, neque audire ſuſtinuit. Quid ais? Demiſſio erat quod videbatur? Erat, ſed dei. Etenim ſi Daniel cui multum erat familiaritatis ac fiduciæ apud deum, non ſuſtinuit angelum ſeſe ipſi demittentem videre, ſed cecidit iacuitq; pronus, vinculis oculorum illius diſſolutis: quid mirum ſi Seraphim expauefacta ſunt non ſuſtinentia maieſtatem illam intueri? Neque enim tantum diſcriminis eſt inter Danielem & angelum, quantùm inter deum & virtutes illas. Verùm ne nos plus quàm ſat eſt his miraculis immorantes veſtros animos in ſtuporem adigamus, agè ad initium hiſtoriæ conuertamur, humilioribus enarrationibus veſtros animos ad eius intelligentiam adducentes.

Simile nouum.

Matthæi 5.c

Simile.

Scripturæ quo modo audiendæ.

Eſaiæ 6.a

Diuina natura nec an gelis cõprehenſibilis.

Daniel.8.c

Animæ vis.

Simile.

Et factum

Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex. Operæ- A
precium est inquirere primùm, qua gratia propheta no-
bis tempus designarit: Neque enim hoc fortuitu teme-
réve facit. Nam prophetarũ ora, dei sunt os. Tale verò
os nihil dixerit obiter & extra rem. Ne igitur nos obiter
Simile. & aliud agentes audiamus. Etenim si ij qui fodiunt me-
talla ne minima quidẽ frustula prætereunt, verùm vbi
nacti fuerint aliquam venam auri, meatus omnes exa-
ctè circunspiciunt: multò magis hoc facere nos oportet
in scripturis. Et tamen in metallis difficile est inuenire
quod venantur. Etenim quũ & metalla sint terra, & au-
rum nihil aliud sit quàm terra, ipsa quoque naturæ cõ-
munio similitudóque celat aspectum eorum quæ quæ-
runtur. Attamen ne sic quidẽ desistunt illi, sed omnem
adhibent diligentiam, etiamsi posteaquam inspexerint,
Psal.11.b sciant quid verè sit terra, quid verè aurum. In scripturis
autem non est eadem ratio: Neq; enim proponitur au-
rum terræ commixtum, sed purum est aurum: Eloquia, B
inquit, dei pura, argentum igni exploratum, probatum
terræ. Siquidẽ scripturæ nõ sunt metalla quæ indigeant
operariis, sed thesaurum præbent paratum iis qui quæ-
runt opes in ipsis reconditas. Satis est enim introspexis-
se, vt omni expleti fructu discedatis, satis est tantũ ape-
ruisse, vt illicò videas gemmarum splendorem. Hęc au-
tem mihi non temerè dicta sunt, neque fortuito produ
xi sermonem, sed ob id quòd sunt homines quidã opi-
fices, qui posteaquã sacros libros in manus sumpserint,
deinde reppererint vel annorũ numerum positum, vel
nominum recensionem, illicò prætercurrunt, & incu-
santibus respondent, nomina tantùm sunt, neque quic-
Scriptura nihil habet supervacuum. quam habent vtilitatis. Quid ais? Deus loquitur, & tu
audes dicere, nulla est dictorum vtilitas? Etenim si ad
nudam scripturã aspexeris tantùm, dic mihi, nónne re- C
sistes cum studio, repositasq; scrutaberis opes? Sed quid
loquor de temporibus & nominibus titulisque, disce
quantùm valeat vnius tantùm literulæ adiectio, ac de-
Abrã dixymus. ωρος ἐστιν. sine tota cõtemnere nomina. Patriarcha noster Abrahã
(noster enim potius est quàm Iudæorũ) hic prius dictus
est Abram, quod interpretatum sonat, transitorem: post
hæc verò nomine cõmutato dictus, Abraham, pater fa-
ctus omnium gentium, & vnicum elementũ adiectum,
tantum principatũ vindicauit iusto. Quemadmodum
enim reges præfectis suis aureas porrigũt tabellas prin-
cipatus signum, sic & deus iusto illi honoris signum de-
dit literam. Verùm de nominibus alio tempore disse-
ram. Quantus autem sit fructus si cognoscatur, rursum
quantum damnũ si ignoretur, aperiendum est. Ac pri-
Simile. mùm quidem id à rebus temporariis demonstrabo. Te-
stamenta tabulæq; de nuptiis, de debitis, dêque reliquis
contractibus, nisi in frontispicio consulum annos ha- D
beant præscriptos, nullam ex sese vim habent. Hoc est
enim quod illis robur addit, hoc est quod cõtrouersias
dirimit, hoc quod à lite liberat, hoc quod ex inimicis fa
cit amicos. Proinde qui talia describũt, non aliter quàm
lucerna in candelabro poni solet: sic in frontispicio li-
terarum, addunt consulum nomina, vt omnibus quæ
subiiciuntur præluceant. Quæ si sustuleris, lumen sustu-
leris, omniaq; tenebris multaq; turbatione compleue-
ris. Propterea, omne dati acceptiq; negocium siue cum
amicis siue inimicis, siue cum famulis, siue cum procu-
ratoribus & œconomis agatur: hac eget cautione, &
vbiq; menses annos ac dies subscribimus. Quòd si tan-
tùm valet ea res in negociis temporalibus, in spirituali-
bus multò amplius profuerit. Siquidẽ hoc declarat pro-
phetias esse prophetias. Neq; enim aliud quicquam est

prophetia quàm rerum futurarum enarratio. Proinde
qui nescit tempora eorum quę dicta sunt quæúe euene-
runt, quî poterit homini contentioso demõstrare pro-
phetiæ certitudinem? Hinc nobis & aduersus gẽtes cer-
tamina contentionesque, quum nostra demonstramus
antiquiora, quàm quæ apud illos habentur: hinc nobis
aduersus Iudæos infœlices multis opus est demonstra-
tionibus ad euincendam veritatem. Aduersus Iudæos, *Iudæi ob-*
inquam, infœlices ac miseros, qui ob temporũ ignoran *stinati.*
tiam in grauissimũ errorem prolapsi sunt. Nam si audis-
sent patriarchã dicentem, Non deficiet princeps ex Iu- *Gene.49.b*
da, neque dux de fœmoribus eius, donec venerit cui re-
positum est: Sicq; obseruassent exacta diligentia aduen-
tus dominici tempora nõ incidissent in Antichristum
à Christo dilapsi. Quemadmodum & ipse Christus eis *Ioan.5.g*
prædixit, Ego veni in nomine patris mei, & nõ recepi-
stis me: Si venerit alius in nomine suo, illum recipietis.
Vidisti quantus error inciderit ex inscitia temporum. B
Tantam igitur vtilitatem ne negligas. Quemadmodũ *Simile.*
in agris termini columnæq; non sinunt arua confundi,
sic tempora non sinunt confundi res gestas, sed dum di
rimunt alias ab aliis, & in ordinem congruentem dige-
runt, multa nos liberant turbatione. Operępreciũ igitur
est exponere vobis quis fuerit hic Ozias, & quo tẽpore
regnarit, & quibus imperarit, & quanto tempore dura-
rit illius principatus, postremò quo modo vitam finie-
rit. Immò potius iam silendũ est, eo quòd necesse sit in
immensum historiarũ pelagus orationem soluere. Qui
verò per tale mare sunt iter facturi, necesse est non fa-
tigatis sed integris remigibus viam capessant. Nam hãc
ob causam passim per mare portus insulæq; positæ sunt,
vt & gubernator & vector refocillentur, hic quidẽ re-
mo deposito, ille verò exurgens à clauo. His de causis &
diuersoria cauponæq; vbique per vias excogitatæ sunt, C
vt iumenta simul cum viatoribus à labore recreentur.
Eoq; & doctrinæ sermoni, silentij tempus præfinitũ est,
vt neque nos ipsos deteramus verborum multitudine,
neque vos delassemus. Atque hæc tempora nouit Solo- *Eccles 3.a*
mon dicens, Tempus tacendi & tempus loquendi. Sit *Chrysosto-*
igitur nobis tempus tacendi, quo detur & præceptori *mus dixit*
tempus loquendi. Nam quæ nos afferimus, similia sunt *præsente e-*
vino quod recens è lacu haustum est: quæ verò dicũtur *piscopo.*
ab illo, similia sunt vino, quod quoniam vetustatem se-
niumq; collegit, multam adfert tum vtilitatẽ tum vim
iis qui opus habent: Nobisq; accidit hodie illud euan- *Ioan.2.b*
gelij, Post deterius vinum id quod melius est infertur.
Et quemadmodum illud vinum non vitis genuerat, sed
virtus Iesu Christi fecerat: Ita & huius sermonem non
humana profundit cogitatio, sed spiritus sancti gratia.
Quoniam igitur huius liquoris fluxus copiosus est & D
spiritualis, studiosè excipiamus, cautè seruemus, vt assi-
duè irrigati tempestiuum adferamus fructum deo, qui
hęc largitus est, cui gloria, honor & imperium cum do-
mino nostro Iesu Christo sanctóque spiritu, nunc, &
semper, & in secula seculorum, Amen.

Eiusdem in secundum librum Paralipomenon, vbi dicitur.

Elatum est cor Oziæ, decq; modestia, tum quòd hominem virtute præditum non oporteat esse confidentem, denique quantum malum sit arrogantia. *2.Paralip. 26.c. & 4.Reg.15.*

Homilia tertia.

BEnedictus deus, & nostra quoque ætas pro-
germinat martyres, & nobis hoc honoris con
tulit dei dignatio, vt conspiceremus homi-
nes occidi pro Christo, homines qui sacro sanguine

 distillant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

distillant,ecclesiam vniuersam irrigante: Sanguine,inquam,distillantes, dæmonibus quidem terrifico, angelis verò desiderabili, nobis porrò salutari. Largita est nobis hoc dei dignatio,vt spectaremus pro pietate belligerantes, vincentes, coronatos. Neque verò solùm contigit hæc spectare, verumetiam ipsa athletarũ corpora accipere. Ac nunc quidem victores illos,& coro-

Episcopo defert Chrysostomo sibi cum populo,communem vocans doctorem.

na insignes apud nos habemus.Sed in præsentia de martyribus sermonẽ reseruemus martyrum æmulatori,minique vobiscum communi doctori. Ipsi verò nunc de Ozia disseremus, iam pridem debitum æs alienũ dinumerantes, diuturnosq; audiendi nixus soluentes. Nam parturit sat scio, vnusquisq; vestrum, cupiens illam audire historiam,atque parturitionem nixumq; nos interim distulimus, non ob id quòd cuperemus vobis intendere cruciatum,sed quòd studeremus vestrũ accendere desiderium, vt vobis à me cõuiuio acceptis, meus apparatus quàm lautissimus ac suauissimus videretur.

Homœosis.

Nam opulentis conuiuatoribus, si conuiuas acceperint saturos, licet apparatus lauticia, & eduliis opiparis, illorum appetentiam excitare: cæterùm pauperem mensam non alia res æquè facit videri splendidam lautámque,quàm si qui ad illam accubituri sunt,obtingant fa-

Hic Ozias idẽ qui Azarias, idẽ & Zacharias: trinominis nimirũ legitur.

melici. Quis igitur est Ozias,& ex quibus ortus maioribus, & quorum rex, & quanto tẽpore regnauit, & quid cum laude gessit,quid secus,Postremò quo pactovitam absoluit. De his omnibus in præsentia apud vos disseremus,immò potius quãtùm de his dicere licebit, sic vt multitudine nõ confundamus vestram memoriam, id quod in lucernis accensis accidere solet. Nam si paulatim ellychnio instillaris oleum, satis alimoniæ dederis igni. Sin simul totum infuderis oleum, non solùm non alueris ignem, verumetiam flammam quæ erat, extinxeris. Hic igitur Ozias è stirpe Dauid duxit genus. Rex autem erat Iudæorum. Regnauit annis quinquaginta duobus, quúmque initio cum laude gessisset principatum, pòst in scelera prolapsus est. Quum enim altiores spiritus sustulisset quàm pro sua dignitate,principatum inuasit sacerdotij. Tantum malum est arrogantia, quæ persuadet, vt quisque semet ignoret, postq; multos labores virtutis thesaurum exhaurit.Ac cætera quidẽ mala nobis negligẽter agentibus solent exuperare,hęc au-

Altera homœosis non inelegãs,etsi ab humili re ducta.

γνώμη.

tem ipsis rectè factis nostris adnascitur.Nihil enim perinde gignit superbiam, vt bona conscientia, nisi aduigilemus. Vnde & Christus sciens quòd post benefacta

Luc.17.c

nos hic morbus adoritur,dicebat discipulis suis:Quum

Aduersus arrogantiã subnascentẽ

omnia feceritis, dicite, inutiles serui sumus. Quũ enim hæc noxia bestia parat inuadere nos: tunc, inquit, per hæc verba fores illi occludite. Neque dixit:Quum om-

διδασκὰλια salutaris.

nia feceritis, inutiles estis: sed, vos dicite, inutiles sumus. Dic, ne metuas, non ex tuo iudicio fero sententiam. Nam si tu teipsum dixeris inutilem, ego te vt vtilem coronabo. Sic & aliàs loquitur, Dic tu prior peccata tua,vt iustificeris.In mundanis siquidem ac forensibus iudiciis, post accusationem, & criminum confessionem restat mors: cæterum apud diuinum tribunal,

Esa.43.d

Eccli.7.a

post accusationem & cõfessionem criminum datur corona.Vnde & Solomon dicit:Ne iustificaueris teipsum in conspectu domini.Verùm nihil horũ audiuit Ozias, sed irruit in templum, vt thymiama incenderet, ac ne sacerdote quidem prohibente abstinuit. Quid igitur deus? Immisit illi lepram in fronte,hoc modo impudẽtem faciem puniens,docensq; illum, quòd hoc esset dei tribunal, & quòd illi bellum esset, non aduersus homines,sed aduersus deum. Ac de Ozia quidem hactenus.

Agedum iam ab integro historiam hanc percurramus. Nam hac de causa & ipse prœoccupans,compendio vobis exposui, quæ Oziæ acciderunt omnia, vt quum audieritis scripturam, hæc eadem narrantem, rerum seriem summo cum animi studio consectemini. Sed attendite. Et fecit,inquit, Ozias quod rectum est in conspectu domini. Hoc testimonio magnã illius virtutem declarauit. Nõ enim modò fecit quod rectum erat,verumetiam fecit in conspectu domini, non apud homines ostentans, quemadmodum apud Iudæos faciebant illi, qui ante eleemosynam tuba canebant, & in ieiuniis facies suas obscurabant, qui precabantur in cõpitis,quibus rebus quid potest esse miserius,vbi post toleratos labores, omni præmio frustrabantur? Quid facis homo? Alij redditurus es rationem factorũ tuorum, & alium testem citas eorum quæ facis? Alium habes iudicem, &

2.Paralip. 26.a

alium adhibes spectatorem? Non vides aurigas qui prętercurrentes totam illam stadij partem qua vniuersa ciuitas è sublimi spectat sedens in equestri certamine, ibi contendunt concertatorum currus subuertere, vbi Cęsarem viderint sedentem,& vnum oculum digniorem cui fidant, ducũt quàm tot hominũ vultus? At tu quum videas ipsum angelorum regem tuo cursui agonothetam,hoc est certaminis iudicem, & præmiatorem præsidere, eo prætermisso ad conseruorum fugis oculos? Atq; ideo sanè post innumeras luctas incoronatus recedis, post sudores plurimos absque brabiis venis ad agonothetam. At non talis erat Ozias, sed in cõspectu domini faciebat quod rectum est. Quî factum est igitur, vt post vitam tam perfectam supplantatus sit, concideritque? Nam hoc & ipse demirans hæsito. Quin potius nihil hîc esse debet hæsitatione dignum, quandoquidem homo erat, res ad peccandũ lubrica, & ad maliciam propensa. Neque id solùm est difficile, verumetiam illud quod incedere iussi sumus per viam angustam, & vtrinq; præcipitio minacem. Proinde quoties & voluntatis facilitas,& vitę difficultas in vnũ coëunt, ne postea mirare de lapsu. Quemadmodũ enim in spectaculis qui per funem ab imo in altum tensum ascẽdere ac descendere meditãtur,si paululũ,deflexerint oculos, inuerso corpore deferũtur in orchestram, pereúntque: Itidem qui per hanc incedũt viam,si vel paululum cessarint præcipitãtur. Et tamen hæc via tum angustior est, tum magis ardua ac prærupta, multóque excelsior, quàm illa per funem,vt quę sursum ad ipsum vsque cælum protensa est: ac tum nobis maiore cũ periculo ponuntur vestigia, quum ad summum & ad ipsum vsque fastigium accesserimus, eo quòd in sublimi stantes multus occupat tremor. Atque vna tantùm via tuti sunt à lapsu, ne deorsum aspiciant, nêve in terram demittant oculos. Nam illinc spectare deorsum tum difficile est, tum periculosum.Hanc quidẽ ob causam propheta nobis assiduè inclamat dicens: In fine ne corrumpas: animæ nostræ socordiam retrahens,iamq; collapsuram sustulciens ac retinens. In initio quidem non egemus multa exhortatione.Quur ita tandem? eo quòd quilibet homo etiamsi fuerit omnium pigerrimus, aggressurus negocium plurimam in principio adhibet diligentiam, dumq; & animi viget alacritas & vires integræ sunt ac recentes,facilè ad id quod propositum est pertingit:cæterùm vbi maior viæ pars nobis peracta est, iamq; alacritatis vigor emarcuit, viresq; nostræ defecerunt, nec aliud superest, quàm vt decidamus: tunc nobis in tempore adest propheta,veluti pro baculo quopiã alloquiũ suum nobis porrigens ac dicens,In fine ne corrumpas:

Quo animo studiũ boni operis persequare,ex simili docet.

A bono in malum lapsum esse gradum per ἐπίδειγμα.

Tunc

Homines sperbat sinè religioſi operis vxũ animi maiorem deſiderare, quàm ægreſſum.

Tunc enim diabolus ſpirat vehementius. Et quemadmodum piratæ qui mare nauigiis infeſtant, non tum vbi cõſpexerint naues è portu exeuntes, inuadunt: quid enim hinc fructus caperent, ſi ſcapham inanem demergerent? ſed vbi redierint onuſta plenaq; ſarcinis, tum demum omnes expediunt artes: ita ſceleratus ille dæmon, ſimul atque videt aliquos multa collegiſſe, videlicet, ieiunia, preces, eleemoſynam, caſtitatem, reliquáſque virtutes omnes, vbi videt nauigium noſtrũ eſſe plenum precioſis pietatis lapidibus, tũc irrumpit vndique, theſaurum perfodiens, vt in ipſis portus oſtiis, ſcapham demergat: iámque nudos nos ad eum portum eiiciat: eóque propheta cunctos admonet dicens, In fine ne corrumpas: quòd ab eiuſmodi ruina, non facilè ſe quis reflexerit, vt ſurgat, propterea quòd qui in profundum malorum venerit, contemnit. Tum in principio lapſis venia datur ab omnibus ob imperitiam, ſed eum qui poſt multos curſus conciderit, nemo venia dignum iudicauerit, eo quòd tum cadere, non tribuitur imperitiæ, ſed negligentiæ. Nec id ſolùm hîc eſt mali, verumetiam quòd complures talium ruinis offenduntur, & ad lapſum ſolicitantur, vt rurſus hoc quoq; nomine peccatum reddatur irremiſſibile. Hæc quum ſciamus, auſcultemus prophetæ, & in fine ne corrumpamus. Nam hac de cauſa, & Ezechiel clamat dicens: Si quis fuerit iuſtus, deinde lapſus peccauerit, non proderit illi recordatio iuſticiarũ eius, ſed in peccato ſuo morietur. Nam & hîc propheta metuit de fine: Neque hinc modò, verumetiam ex contrariis declarat in fine plurimum eſſe momenti. Si quis, inquit, fuerit peccator, ac poſtea mutatus factus fuerit iuſtus: non nocebit illi memoria iniuſticiarum illius, in iuſticia ſua viuet. Vides & hîc prophetam de fine vehementer ſolicitum. Siquidem vt neque iuſticiæ ſuæ confidens iuſtus ad ſocordiam verſus pereat, per finem incutit illi terrorem: neque peccator ob delicta deſpondens animum, iugiter perſeueret in ruina, erigit illum per finem. Peccaſti, inquit, multa, ne deſperes: eſt enim vnde reſurgas, ſi finem exhibueris non diſcrepantem ab initio. Rurſus ad iuſtum: Multa, inquit, rectè feciſti, verùm ne fidas: ſubindicans illum caſurum, niſi per finem, eandem adhibeat curam. Vides vt alterius quidem ſocordiam, alterius verò deſperationem ſuſtulerit. Nihil horum audiuit Ozias, ideoq; per confidentiam decidit ruina periculoſa & inſanabili. Neque enim quiuis lapſus eandem adfert ruinam: Sed quædam peccata condemnationi tantùm obnoxia ſunt, quædam grauiſſimo ſupplicio puniuntur. Proinde Paulus increpans eos, qui in cõmunibus cœnis non expectabant fratres, ita loquitur: Hoc denuncians non laudo. Vides peccatum intra reprehenſionem conſiſtere, nec aliud habere præmium, quàm probrum obiurgationis. At vbi de inceſto loquitur, non itidem facit. Sed quo pacto? Si quis templum dei violat, perdet hũc deus. Hîc non eſt probrum aut reprehenſio, ſed pœna grauiſſima. Nouit & Solomon peccatorum diſcrimen, qui furtum cum adulterio cõferens ſic alicubi loquitur: Non eſt mirum ſi quis deprehendatur in furto, Furatur enim, vt animam expleat eſurientem: Sed adulter, ob inopiam ſenſus, exitium animæ ſuæ cõciliat. Et illud, inquit, peccatũ eſt, ſed alterum minus, alterũ maius: quòd alteri præbuerit occaſionẽ peccandi, fames, alteri omnis adempta ſit excuſatio. Verùm hic quoque, dixerit aliquis, compellitur naturali concupiſcentia. At non permittit elabi vxor quæ illi ſorte obtigit, ſed inſtat eripiẽs illi veniam. Ob id enim matrimoniũ & huius legitimus vſus permittitur, ne quid horum excuſare poſſit maritus. Hanc ob cauſam data eſt illi mulier adiutrix, vt efferueſcentẽ naturam coërceat, vt cõcupiſcentiæ fluctus ſedet. Itaq; quemadmodũ gubernator in portu faciens naufragium, haudquaquã vllam impetraret veniam: ſic nec is cui quum per cõiugium cõceſſum ſit quò lapſum effugiat: tamen aliena perfodit matrimonia, aut qui quancunque fœminam curioſis aſpicit oculis, habere quicquam poſſet quo ſemet excuſet, nec apud homines nec apud deum, etiamſi decies milies allegarit naturæ voluptatẽ. Immò quæ poſſit illic eſſe voluptas, vbi metus, vbi diſcrimen, vbi periculum, vbi tantorum malorum expectatio, vbi tribunalia, vbi accuſationes, vbi iudicis ira, vbi gladius & carnifex, vbi barathrũ, ac deportatio? Omnia pauet metuitq; qui talis eſt, vmbras, parietes, ipſos lapides, tanquã vocem emittẽtes: omnia obſeruat, omnes habet ſuſpectos, famulos, vicinos, amicos, hoſtes, eos qui norũt omnia, eos qui nihil norunt. Quin potius ſi voles, tollantur hæc omnia ponamus nulli notum eſſe flagitium, præterquã ipſi vni, & mulieri, quam adulterauit: quo modo feret conſcientiam redarguentem, acerbam & amarulentam accuſatricem vbique ſecũm ferens? Quemadmodum enim ſeipſum nemo poteſt effugere, ita nec illam eius curiæ ſententiam. Hoc enim tribunal nõ pecunia corrumpitur, non adulationibus acquieſcit, eo quòd diuinum eſt, & à deo noſtris impoſitum mentibus. Verè adulter, per inopiam ſenſus, exitium ſuæ ipſius animæ conciliat. Tametſi ne fur quidem immunis eſt à ſupplicio, qui dat quidem pœnam, ſed minorem. Nec enim iudicia in diuerſum ordinem extrudunt ea quæ comparantur, ſed permittentia ſuo quæq; manere loco, diminutionem inducunt aut exuperantiam. Fortaſſe non intelligitis quod dictum eſt, itaque neceſſe eſt idem explanatius dicere: Bonum eſt coniugium, ſed melior eſt virginitas: nec quoniã melior eſt virginitas, ideo malum eſt coniugium, ſed illud quidem inferius, alioqui bonum & ipſum. Similiter & hîc: Malum eſt furtum, ſed adulterio minus, quanquam & ipſum eſt malum. Vides peccatorum differentias? Conſideremus itaque quale peccatum hic peccauerit. Elatum eſt, inquit, cor illius. Periculoſum vulnus: eſt enim arrogantia malorum omnium fons. Et vt compendio diſcas morbi maliciam, illud audi: cætera quidẽ peccata circa noſtrã verſantur naturam, at ſuperbia virtutem incorpoream è ſublimi detraxit ac deiecit, eo quòd diabolum quum diabolus non eſſet, vt hoc eſſet effecit, nimirum diabolus. Quòd ſi teſtem adducam Eſaiam ita de illo loquentem, In cœlũ aſcendam, & ero ſimilis altiſſimo: qui nõ libenter recipiunt allegorias, calumniabuntur noſtrum teſtimonium: Sin verò Paulum illi adhibuerimus accuſatorem, nemo iam habiturus eſt quod cõtradicat. Quid igitur ait Paulus? Timotheo ſcribens, quòd qui nuper profeſſus eſt euangelium, cum nõ oportet ad ſummã epiſcopi dignitatem euehi: ita fermè loquitur, Non neophytum, ne inflatus incidat in cõdemnationem, & in laqueum diaboli: ne eadem, inquit, peccans cum illo, eadem cum illo patiatur. Hoc verò non hinc ſolùm eſt perſpicuum, verumetiam ex his quæ ſceleſtus ille dæmon cõſuluit homini, qui primus omnium factus eſt. Quemadmodum bonis hic mos eſt, per quæ ipſi facti ſunt boni, ad eadem exhortari proximos: ita & malis hic eſt mos, per quę ipſi facti ſunt improbi, eadem vicinis inuehere. Nam vna hæc eſt illorum maliciæ ſpecies vt ſolatium exiſtiment ſui ſupplicij, ſi alios in exitium attraxerint. Quid igitur diabolus? Suaſit Adam, vt

A ſimili.

Bonũ quidẽ coniugium, ſed melior eſt virginitas.

Alienã improbitatem ſolatio eſſe improbis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

conciperet cogitationem sua conditione maiorem, si- A
bique cum deo speraret æqualitatem: Si enim, inquit,
hæc res me cœlo expulit, multò magis eadem hunc eii-
1.Petr.5. & Iacob.4.b ciet è paradiso. Quapropter & Sirach dixit, Deus super-
Non dissimile apud Sirach.c.10 bis resistit: non dixit, deus superbos dimittit, & in pec-
catis deserit, suoq; nudat auxilio: sed, aduersatur, inquit:
non quòd instructa acie aut pugna deo sit opus aduer-
sus superbum. Quid enim esse possit superbo infirmius?
Nam vt qui orbatus est oculis, omnium oppositus est
iniuriæ, ita & superbus qui non videt dominum: Nam
superbia, vt inquit scriptura, est non nosse dominum:
etiam ab hominibus facilè superatur, posteaquam exci-
dit ab illius luce. Quòd si etiam validus ac potens esset
superbus, nihil opus esset deo exercitu aduersus illum,
quandoquidem & voluntas illi sufficiebat ad inuerten-
da omnia, multò magis sufficeret ad tollendos illos.
Quur igitur resistit? Quò vehemens odium declaret er
ga superbum. Itaq; superbiam esse vulnus periculosum, B
tum ex his quæ diximus, tum ex aliis perspicuum est.
Quòd si vultis, etiam causam ipsam vnde vulnus hoc
accidit, discamus. Si quidē hic scripturę mos est, si quan-
do parat accusare quempiam, non modò peccatum il-
lius narrare, verumetiam docere nos quæ fuerit peccati
causa. Id autem eò facit, vt qui sani sunt, eos reddat tu-
Modis omnib⁹ fugiēdam esse superbiæ occasionem à simili. tiores cautioresque, ne in eadem incidant mala. Simili-
ter & medici ad ægrotantes ingressi, antequam curent
morbum, inquirunt vestigantq; vnde morbus sit inflic-
ctus, vt ab origine coërceant malum: propterea q⁹ qui
manēte radice, ramos tantùm execat, nihil aliud quàm
inanem sumit operam. Vbi igitur scriptura & peccatum
& peccati causam eloquitur? Reprehendit eos qui præ-
Genes.6.a cesserunt diluuium, ob inconcessas mixturas. Atq; audi
quo modo causam exprimat. Quum vidissent filij dei
filias hominum esse formosas, acceperunt illas sibi in C
vxores. Quid igitur? Num pulchritudo causa est pecca-
ti? Absit. Est enim diuinæ sapientiæ opus, opus autē dei
nunquam possit esse causa peccati. Sed videre fuit cau-
sa peccati? Ne id quidem. Nam & hoc naturæ opus est.
Sed quid tandem? Malè videre, nam hoc est deprauatæ
voluntatis. Eòque sapiens quidam admonet dicens, ne
Prouer.6.d cognoscas pulchritudinem alienam. Non dixit, ne vi-
deas. Id enim nonnunquam fit vltrò, sed ne cognoscas,
inquit, illud tollens ne studio animaduertamus, ne cu-
riosè intueare, ne viciosę cōtemplationi immoreris, quę
ab animo corrupto & concupiscentia proficiscitur. Sed
quid, inquiet aliquis, hinc mali possit oriri? Ex hoc in-
Homœosis à specie mulierū oculos esse auocandos. quit amor velut ignis excitatur. Vt enim ignis, vbi fœ-
num aliquid aut culmum arripuerit, nihil moratur, sed
simul vt attigit materiam, lucidam accendit flammam:
Itidem & ignis concupiscentiæ quæ est in nobis, simul
atque per oculorum intuitum elegantem ac venustam
attigerit formam, protinus exurit animum. Proinde ne
spectes temporariam illam, quæ ex aspectu proficiscitur
voluptatem, sed perpetuum dolorem considera, qui
nascitur ex concupiscentia. Nam illa inflicto vulnere
plerunque celeriter auolat, at vulnus nō auolat, sed ple-
A cerua ia culo cōfixa. runque manet & interficit. Et quemadmodum cerua
confixa iaculo in vitali corporis parte, etiamsi venato-
rum effugiat manus, nihil inde fert lucri: Sic & anima
accepto concupiscentiæ iaculo è lasciuo curioso; aspe-
ctu, etiamsi cum iaculo permittatur abire, tamen ipsa
per se corrumpitur ac perit, vbique videns hostem, &
insequentem habens. Sed ad id quod dicere cœperam.
Neque enim committendum est vt in hoc tam longas
sermonis digressiones faciamus, quòd scriptura cum
peccatis simul & peccatorum causas soleat commemo-
rare. Audi igitur & hîc quid dicat de Ozia. Neque enim
hoc modo nos docuit, quòd fuit elatum cor eius, ve-
rùm addidit vnde fuit elatum. Quum potens esset, in-
quit, elatum est cor eius. Non ferebat principatus ma-
gnitudinem, sed quemadmodum ex edacitate nascitur
ignea inflatio, ex inflatione gignitur febris, deinde ex
febri plerunque mors: itidem & hic, ex actionum emi-
nentia nata est superbia. Nam quod in corporibus est *Quod i corporibus inflatio, hoc in animis est superbia.*
inflatio, hoc in animis est superbia, mox ex superbia na-
ta est appetentia rerum ipsi non congruentium. Hæc
non temerè producimus in longum, sed ne vnquam
existimetis hos esse suspiciendos, neque fœlices ducatis
qui principatum gerunt, quum sciatis quantum habeat
negocij conditionis dignitas, nec vnquam illos iudi-
cetis miseros, qui in egestate & afflictionibus viuunt,
scientes hanc vitam esse multò tutiorem. Vnde & pro-
pheta clamat dicens: Bonum est mihi domine quòd hu *Psal.118.i*
miliasti me. Vide igitur quantum ex eminentia natum
sit malum. Elatum est, inquit, cor eius vsque ad corrup- *2.Par.26.c*
tionem. Quid est, vsque ad corruptionem? Vsque ad
prauas cogitationes, quę prorsus non ascendunt in ani-
mum nostrum, si nos ipsos tutamento circunsepiamus:
sed eadem si negligenter egerimus, nascuntur in nobis
germinántque: sin occupentur, protinus præfocantur
& obruuntur. Aliæ simul & gignuntur & adolescunt,
atque ad prauas actiones euadunt, omnēmque mentis
nostræ sanitatem corrumpunt, si quando vehementer
cessauerimus. Hoc itaque dicit, Elatum est cor eius, ne-
que se intus continuit concupiscentia, neque extincta
est sed prorupit, & ad opus vsque prauum progressa, to-
tam illius virtutem corrupit. Beatitudo est igitur cogi- *Psal.130.a*
tationem improbam prorsus non admittere, quod & à
propheta dictum est, Domine non est elatū cor meum:
non dixit, elatum quidem est, sed illud cohibui, verùm
non est omnino elatum: hoc est, iugiter seruaui ani-
mam meam inaccessam maliciæ. Hoc igitur est fœlici-
tatis, huic proximum illud est, malas cogitationes iam
ingressas celeriter repellere, neque sinere, vt illic diu-
tius immorentur, ne in nobis mala pascua, malámque
sibi gignant alimoniam. Quòd si & huc vsque cessaue-
rimus, est per dei bonitatem & huius socordiæ sola-
tium, multáque ab illa summa bonitate talibus vulne-
ribus parata sunt remedia. Sed agè sermonem hunc
missum faciamus, ne quod in initio verebamur, nunc
accidat nobis, rerúmque turba vestram perdat memo-
riam. Quapropter necessum est vt quæ dicta sunt, sum-
matim paucis repetamus: Sic & matres facere solent *Memoriæ cō firmatio à pueris sumpta similitudine.*
quum poma, aut bellaria, aut aliud simile quippiam in
puerilem immittunt sinum, ne per puerorum negli-
gentiam excidat aliquid eorum quæ data sunt, con- D
tractam vndique tuniculam, cingulo subiiciunt quò
sint in tuto. Idem nos faciamus, orationem in lon-
gum porrectam contrahamus, memoriæ'que custodiæ
deponamus. Audistis quo modo nihil agendum sit ad
ostentationem apud homines, quantúmque sit malum
socordia, vt etiam in perfecta vita versantem facilè
supplantarit. Didicistis quanta nobis opus sit cura, po-
tissimum sub vitæ finem, vtq; nec desperandum sit de
eo qui mutatus inciderit in peccata, neque qui bene
vixit eum oporteat per socordiam in rectè factis con-
fidere. Disseruimus vobis de differentiis peccatorum,
ne simus vehementer intenti ad eximias corporum for-
mas, quantúmque hinc oriatur mali demonstrauimus.
Quæ de superbia vobis diximus meministis, quæq; de

prauis

Vel hinc etiamnũ colligę quantũ sit non ita pridem delatũ episcopis, Lutheri discipule, dicere velui Luciferi imitator.

prauis cogitationibus. Hæc seruantes redeamus domũ, quin potius hæc seruãtes excipiamus perfectiorem doctoris exhortationem. Nam nostra quidem qualiacunque sunt, habent iuuentutis ostẽtationem: huius autem qualiacunque fuerint, maiore prudẽtia sunt ornata. Ac nostra quidẽ similia sunt torrenti, qui cum strepitu fertur, illius autem oratio similis est fonti magna trãquillitate fluuios effundenti, qui olei magis quàm aquarum cursum imitentur. Excipiamus igitur ea fluenta, vt fiãt in nobis fons aquæ salientis in vitã æternam: quam nobis omnibus cõtingat assequi, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri, simul cum sancto spiritu, gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Eiusdem de eo quod scripsit Esaias, Factum est anno quo mortuus est Ozias rex, vidi dominum, déque ciuitate Antiochiæ, & aduersus eos qui prohibent nuptias. Homilia IIII.

PRæclarum nobis theatrum obtigit, magnificus alacrísque concursus. Quid tandem est in causa? Sementis heri factæ fructus, hodierna messis est. Heri plantauimus, hodie colligimus vindemiam. Non enim terrã inanimam colimus, vt tardè fructificet, sed animas ratione præditas. Non est natura, quæ cõtatur, sed gratia, quæ accelerat. Compositus ac tractabilis est nobis populus, audiẽdi studiosa plebs est. Heri vocati sunt, hodie coronantur. Admonitionis hesternæ fructus, hodiernum est obsequium. Vnde nos quoque libẽter semina iacimus, quia purum videmus aruum, haudquaquam spinã quæ suffocat, neque viam quæ calcatur, neque petram sterilẽ, sed profundum ac pinguem agrum, qui simul & semẽ recipit, & mox aristã nobis exhibet. Hæc eò semper loquor, nec loqui desino: quoniam hæc nostræ ciuitatis laus est, nõ quòd senatum habet, non quòd cõsules numerare possumus, neque quòd statuas complures, neq; quòd mercium copiam, neque quod situm habet cõmodum: sed quòd populum habet audiendi studiosum, quòd templa dei differta, quódque cõgregationis deliciæ magis ac magis crescunt indies, quódque sermonẽ habet profluentem, desideriúmque nunquam satiabile. Siquidem ciuitas non ab ædificiis sed ab inhabitantibus admiranda redditur. Ne mihi narres, quòd Romanorũ vrbs magnitudine spaciosa est, sed ostende mihi illic populum æquè cupidum audiendi. Nam Sodomæ turres habebant, quum Abraham in tugurio moraretur. Attamen venientes angeli, Sodomas præteribant, ad tuguriũ diuertebant. Non enim ædificiorum splendorem quærebant, sed animæ virtutem quærentes circumibant. Ita sanè aliâs desertum habebat Ioannem, ciuitas Herodẽ, eóque desertum nobilius erat ciuitate. Quur ita tandẽ? Quoniam non in structuris sita est prophetia. Hæc dico ne quando ciuitatem prędicemus, quæ moribus dissoluta dirutáque est. Quid mihi narras ædificiorũ structuras, quid columnas? Hæc vna cum præsenti vita diruuntur. Ecclesiam ingreditor, vt ciuitatis videas claritudinẽ. Ingreditor, inquam, vide pauperes à medio noctis vsque ad lucem perseuerantes, vide sacra peruigilia, noctem cum die copulantia, vide neque noctu neque interdiu vel somni tyrannidem, ac violẽtiam metuentes, vel inopiæ necessitudinem formidantes. Magna ciuitas ac totius orbis metropolis. Quot episcopi, quot doctores huc venerunt, & à populo docti discedunt, ac legem illam non scriptam sed cordibus insitã, hic discunt? Quòd si mihi narres dignitates & opum

Ciuitatis præcipua laus.

Roma præfert suã ciuitatem.

Gen. 18. a.

Ibid. 19. a.

abundantiam, à foliis non à fructibus arborem laudas. Hæc autem loquor haudquaquam assentans charitati vestræ, sed virtutem vestram prædicans. Beatus ego propter vos, beati vos propter vos ipsos, beatus qui loquitur ad aures audientium, sic ego beatus factus sum. Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam. Videte quo modo vos beati propter vos ipsos estis facti: maximè verò beatus est vir amans sermonum spiritualium. Hoc nos distinguit à brutis. Non enim nos ab illis separat corporis ratio, neque quòd alimur aut bibimus, neq; quòd pascimus aut viuimus: hæc enim omnia nobis cũ brutis communia. Sed quare distinguitur à brutis homo? Sermone, & ob id animal dicitur λογικὸν: hoc est, sermonis particeps. Vt enim aluntur corpora, sic aluntur & animæ, sed corpus pane, anima sermone: proinde si videas hominem vescentem lapide, num illum dixeris esse hominem? Itidem si quem videris qui non alatur sermone, sed sermonis ac rationis inopia, nimirum hic & hominis naturam amisit, siquidem vita declarat hominis nobilitatem. Quoniam igitur theatrum nobis differtum est, itémque mare positis vndis tranquillitatis plenum, ac rursum pelagus sedata tempestate quietum ac placidum: agè iam nauem detrahamus, veli loco expandẽtes linguam, pro Zephyro spiritus gratiam inuocantes, pro temone clauoq; cruce gubernatrice vtentes. Nam mare quidem illud habet aquã salsam, hoc autem aquam viuam. Illic enim sunt animalia rationis expertia, hîc verò animæ rationales. Illic qui nauigant è mari in terram, hîc verò qui nauigant é terra in cœlum appellunt. Illic nauigia, hîc eloquia spiritualia. Illic in naui tabularum strepitus, hîc sermonum applausus. Illic velum, hîc lingua. Illic Zephiri flatus, hîc spiritus præsentia. Illic homo gubernator, hîc verò gubernator Christus. Eóque sanè iactatur quidem nauis, at nõ mergitur. Poterat quidem & in trãquillo nauigare, verùm non passus est gubernator, quò simul & nauigantium perspicias tolerantiam, & gubernatoris prudentiã plenius cognoscas. Audiant gentes, audiant Iudæi benefacta nostra, audiant instans ac feruens ecclesiæ studium. A quàm multis oppugnata est ecclesia, nec vnquam tamen victa. Quot tyranni, quot duces, quot imperatores? Augustus, Tyberius, Caius, Claudius, Nero, homines literis ornati, potentes, tot modis oppugnarunt recentem ac teneram, at non deiecerunt. Quin potius ij qui oppugnarũt silentur obliuioni traditi, illa verò oppugnata cœlum transcendit. Neq; enim illud mihi spectato, quòd in terris sita est ecclesia, sed quòd in cœlo versatur. Vnde hoc dilucidum est? Nimirum ipsæ res demonstrant. Oppugnati sunt vndecim discipuli, totus orbis oppugnabat: verùm qui oppugnabantur vicerunt, qui oppugnabãt sublati sunt. Oues deuicère lupos. Vidisti pastorem oues in medium luporum emittentem, vt ne fuga quidem salutem consequerentur. Quis pastor hoc fecit? Christus hoc fecit, quò tibi demonstraret quæ rectè geruntur non accidere iuxta nostrarum actionum tenorem, sed præter naturam, prætèrque rerum tenorem. Nam ecclesia radices in cœlo fixas habet potius quàm in terra. Verùm fortassis ethnicus meam despicit arrogantiam, sed maneat donec harum rerum probationem attulero, discatq; vim veritatis, quo modo facilius est Solem extingui quàm ecclesiam obscurari. Quis, inquis, ista prædicat? Is qui eã fundauit. Cœlum & terra transibunt, sed verba mea non transibunt. Hæc non modò dixit, sed & compleuit: siquidem latius illam fundauit quàm cœlum. Est enim

Metaphora

Naues eccle sie demergi non possunt.

Christianorum cõuersatio quo modo in cœlis.

Ecclesiæ rãdix in cœlo

Matth. 24. c

cœlo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœlo honoratior ecclesia. Quare conditum est cœlum? propter ecclesiam. Ecclesia non est cõdita propter cœlum: cœlum conditum est propter hominem, non homo propter cœlum. Id perspicuum est ex his quæ fecit Christus. Nõ enim cœli corpus assumpsit, sed hominis. Verùm ne in longum producto sermone, rursus hodie vobis debitores discedamus (scitis enim quàm multa simus heri polliciti nos exhibituros) quod polliciti sumus, repræsentabimus. Nam propter eos qui non aderant, distuleram. Quoniam igitur qui defuerant, suo
Metaphora sunt officio perfuncti, suâque præsentia nobis mensam exhibuerunt sumptuosam, agè sanè, apponamus obsonia, obsonia quidẽ haud putria quanuuis hesterna sint, sed hæc obsonia non putrescunt Quam ob rem tandẽ? Non sunt carnes vt corrũpi queant, sed sententiæ sem-
Dissimile. per florentes. Carnes enim quoniam corpus sunt, corrumpuntur: contrà sententiæ si maneant, reddũtur fragrantiores. Quid igitur erat quod heri diximus? Siquidem & ita nos heri participes mensæ fuimus, vt qui nõ adfuerunt, nihil detrimenti sint passi. Et factum est in anno quo mortuus est Ozias rex, vidi dominum sedẽtem in throno excelso & eleuato. Quis hæc loquitur? Esaias ille spectator cœlestium seraphim, qui cum coniugio cummercium habuit, nec tamẽ extinxit gratiam. Auscultastis propheram, & audistis prophetam hodie,
Esa.7.a Exi tu & Iasub filius tuus. Nec ista oportet prætercurrere, Exi tu & filius tuus. Itáne filium habebat prophe-
Esaias vxorẽ habuit. ta? Si filium habebat, habebat & vxorem, vt intelligas non esse malas nuptias, sed malam esse scortationẽ. Sed quoties cum quibusdam de vulgo disserimus dicentes, Quur non rectè viuis? Quam ob rem non præstas mores absolutos? Quî possum inquiunt, nisi diuertam ab vxore, nisi vale dixero liberis, nisi valere iussero negoci-
Matrimonij Laus. a? Quam ob rem? Num obstat matrimonium? Adiutrix tibi data est vxor non insidiatrix. An non habebat vxorem propheta? Neque tamen spiritus gratiæ obstabat coniugium sed cum vxore conuictum habebat, & erat nihilominus propheta. Moyses nónne vxorem habebat? Et tamen is petram dirupit, aërem immutauit, cũ deo colloquebatur, diuinã iram cohibuit. Abrahã nónne habebat vxorem? Et tamen pater factus est gentium & ecclesiæ. Sustulit enim filium Isaac. Et hic illi fuit egregiorum facinorum materia. Nónne obtulit filium, coniugij fructum? Nónne fuit pater & idem amãs dei? Nónne licuit videre sacrificium è suis visceribus fieri? Sacrificium inquam simul & patrem, vincì naturã, vincere pietatem, viscera conculcari, piáque facta superare, patrem deiici, dei amantem coronari? An non vidisti totum, & filij amantem & dei? Nunquid hîc obfuit
Laus Machabæorũ matris. matrimonium? Quid autem Machabæorum mater, nónne vxor fuerat? nónne septẽ filios addidit sanctorũ choro? Nónne vidit illos martyrio coronatos? Nónne veluti spectatrix astabat, nihil animo labascẽs? Nónne astabat obtestans illorum vnumquenque, & mater martyrum, septies ipsa martyrium præstitit? Dum enim illi torquebantur, illa plagam accipiebat. Neque enim adeò sine affectibus quæ gerebantur, spectabat: mater erat & naturę illata vis, propriam virtutem declarabat, at illa non vincebatur. Mare quidem erat & vndæ: Cęterùm sicut mare quum insanit, sedatur: ita & natura commota, metu dei refrenatur. Quo modo eos aluit? quo modo eos vnxit? quo modo septẽ templa deo exhibuit? statuas aureas, immò potius auro precioſiores? Neque enim tale quippiam est aurũ qualis anima martyrum. Stabat tyrãnus, atque ab vna muliere superatus A discedebat. Ille armis oppugnabat, hæc animi prõptitudine superabat: ille fornacem incẽdebat, hæc virtutem spiritus: ille exercitum mouebat, hæc ad angelos applicabat animum. Videbat infernè tyrannum, & in animo versabat illum in supernis regnantem: videbat infra se tormenta, ac numerabat superna brabia: videbat præsentem cruciatum, & cogitabat futuram immortalitatem. Si nos spectaremus non ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur: num quid obstaculi adferret matrimonium? Quid autem Petrus basis ecclesiæ, ille vehe-
Petrus vxorem habuit mens amator Christi, ille sermone indoctus & rhetorum victor, ille imperitus qui tamen philosophis obturauit os, ille qui Græcanicam sapientiam non aliter quàm aranearum telam dissoluit, qui terrarum orbem peragrauit, qui sagenam misit in mare & piscatus est or
B bem? Quid autem ait euangelium? Ingressus est Iesus ad
Matth.8.b socrum Petri febricitantem: Vbi socrus, ibi & vxor, ibi & coniugium. Quid autem Philippus, nónne quatuor
Philippus vxorem habuit. habebat filias? Vbi verò quatuor filiæ, illic & vxor & matrimonium. Quid igitur Christus? A virgine quidẽ natus est, verùm ad nuptias accessit, ac donum attulit. Non habent, inquit, vinum: & aquam vertit in vinum,
Ioan.2.a. virginitate nuptias honorans, dono id quod fiebat cõmendans: vt ne abomineris nuptias, sed oderis scortationem, meo periculo, nam ego spondeo tibi salutem, etiamsi vxorẽ habueris. Prospice tibi ipsi. Mulier si pro-
Vxor mala corrigẽda, aut ferẽda. ba fuerit, adiutrix tibi est. Quid igitur si non fuerit cõmoda? Fac illam commodam. An non fuerunt vxores bonæ simul ac malæ? Ne haberes excusationem. Qualis erat illa Iob? Sed Sarra erat bona. Ostẽdam tibi mulierem & malam & improbam, neque tamen nocuit viro. Vxor Iob praua erat & improba, suasit illi vt blasphe-
Iob.2.c. C mias proferret. Quid igitur? Labefactauit turrim-Deiecit adamantem? Superauit petram? Depulit militem? Comminuit scapham? Eradicauit arborem? Nihil horum, sed illa impellebat, & arbor reddebatur stabilior: illa fluctus excitabat, at nauis nõ submergebatur, sed secũdo nauigabat vento: fructus eius decerpebatur, & arbor commota non est: folia deciderunt, & radix mansit immota. Hæc loquor, ne quis excusęt vxoris improbitatem. Mala est, corrige eam. Sed ais, è Paradiso me expulit: Verùm eadem te in cœlos induxit. Eadem quidem natura, mens tamen diuersa. Sed illa Iob erat mala, verùm Susanna bona, sed illa Aegyptia erat impudica, verùm Sarra erat modesta. Vidisti illã, vide & hanc, quãdoquidem etiam inter viros, hi quidem mali sunt, illi verò boni. Bonus erat Ioseph, seniores autem impudici. Vidisti omnibus in rebus vicium ac virtutem, nõ natura diiudicari, sed animo distingui. Ne mihi præte-
Esaias cur de morte Oziæ meminit. D xas excusationes. Sed ad eorum quæ debemus, solutionem properemus. Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex. Dicturus sum quam ob causam propheta designet tempus: siquidem his qui quærebant herì, quam tandem ob causam quum omnes prophetæ atque in his aliâs hic quoque tempus regum enarrare soleant quo vixerint, hoc loco ea consuetudo prætermissa sit: Nec enim dicit, in diebus Oziæ: sed, in morte Ozię, hãc quęstionem hodie soluere volo. Quanquam enim ingens est æstus, tamen maior est sermonis refrigeratio: quanquam vis sit corpori fathiscenti, tamen anima vigẽs delectatur. Ne mihi narres æstum ac sudorem. Si sudaue-
Dan.3.c ris corpore, inungis animam tuam. Tres illi pueri qui erant in fornace nihil detrimenti perpessi sunt, sed fornax illis fuit refrigerio. Quum cogitas sudorem, cogita simul & mercedem & præmium. Etenim homo vrina-
Simile. tor

tor nullam aliam ob causam audet seipsum in profun- A dum aquarũ demittere, quàm propter margaritas, bellorum causam. Quanquam non materiam reprehendo, sed mentem intemperantem. Et tu, vt accipias thesaurum deficere nescium, plantèsque vineam in anima tua, non sustines æstũ neque sudorem? Non vides istos *Exemplũ.* qui sedent in theatro, quo modo sudent, nudóque capite Solis radium excipiant, quo fiant captiui mortis, quò scorti mancipia? Ad exitium illi laborant, & tu ad salutem segnis ac remissus es? Athleta es, miles es. Quis igitur est ille Ozias, & quam ob causam mortem hanc *Superbia quantũ malum.* illius expressit propheta? Hic Ozias rex erat, ac vir iustus, multis florens egregiis factis: verùm postea tãdem ad superbiam venit, ad superbiam inquam malorũ matrem, ad arrogãtiam tumultibus plenam, ad elationem, qua diabolus homines in exitium trahit. Nihil enim arrogantia peius, eóque totum sermonẽ in hoc herì con- B sumpsimus, superbiam eximentes ac modestiam docentes. Vis tibi dicam quantum bonũ sit modestia, & quãtum malum arrogantia? Peccator iustum superauit, pu- *Luc.18.c* blicanus Pharisæũ, & verba factis fuere superiora. Quo modo verba? Publicanus dicit: Deus propicius esto mihi peccatori. Pharisæus dicit: Non sum sicut cæteri homines, rapax, auarus: sed quid? Ieiuno bis in sabbato, decimas do de facultatibus meis. Pharisæus opera iustitiæ præstabat, publicanus verba dicebat modestiæ, & verba plus potuerunt quàm facta, tantúsque thesaurus cum contumelia reiicitur, & tanta inopia in diuitias commutata est. Venerunt duæ naues habentes onus, ambæ portum ingressæ sunt, sed publicanus pulchrè in *In portu naufragiũ.* portum appulit. Pharisæus autem naufragium perpessus est, vt disceres, quãtum mali sit animi tumor. Iustus es, ne deiicias fratrem tuum. Flores rectè factis, ne probra iacias in proximũ, tuásque laudes contrahe. Quantò maior es, tãtò magis submitte teipsum. Attẽde quod *Superbia maximè cauẽda iusto.* dicitur charissime, magis iustus metuere debet arrogãtiam quàm peccator: hoc & heri dicebam, & hodie dico, propter eos qui heri aberant, eo quòd peccator habet conscientiam velit nolit humilem ac submissam, iustus autem ob benefacta extollitur. *Simile.* Quemadmodũ igitur fit in nauigiis, qui vacuam habent nauem, non metuunt piratarum insultum. Non enim veniunt vt conterant nauem nihil vehentem: cæterùm ij qui nauem habent onustam, metuũt piratas. Nam pirata illuc properat, vbi aurum, vbi argẽtum, vbi lapides precioſi: Sic & diabolus non facilè persequitur peccatorem, sed iustum potius, vbi multæ sunt opes. Quoniam igitur frequenter per arrogantiam insidiatur diabolus, vigilandum est. Quantò maior es, tantò magis submitte teip- *Luc.17.c* sum. Quum ascenderis in altum, opus est vt tibi prospicias ne cadas. Quam ob rem & dominus noster dicit: Quũ omnia feceritis, dicite: Inutiles serui sumus. Quid efferris animo quum sis homo, cognatus terræ, eiusdem substantiæ cum cinere, tum natura, tum animo, tum actionum delectu? Hodie diues, cras pauper: hodie sanus, cras ægrotus: hodie gaudes, cras doles: hodie in gloria, cras in ignominia: hodie iuuenis, cras senex. *Stabile nihil in rebus humanis. Psal.143.a.* Nunquid in rebus humanis consistit, ac nõ potius amnium præterfluentium cursum imitantur omnia, simul atque apparuerũt, citius nos quàm vmbra relinquunt? Quid igitur cristas erigis homo, fumus & vanitas? Homo enim vanitati similis factus est, veluti fumus dies eius. Exaruit gramen & flos decidit. Hæc dico non vt substantiam deiiciam, sed vt arrogantiam refrẽnem. Alioqui & magna res est homo, & precioſa res vir mi- sericors. Verùm hic Ozias quum esset rex cinctus diademate, quoniam erat iustus, elatus est animo, maiore spiritu concepto quàm pro dignitate, ingressus est templum. Et quid dicit Esaias? ingressus est sancta sanctorum, aitq;, volo adolere incensum. Rex quum esset, sa- *Rex sacerdotis vsurpans dignitatem.* cerdotij principatum vsurpat: Volo, inquit, adolere incẽsum: quia iustus sum. Sed mane intra tuos terminos, alij sunt termini regni, alij termini sacerdotij, hoc regnum illo maius est. Neque enim ex his quæ videntur hic declaratur rex, neque è gemmis illi affixis, neque ex auro quo amictus est debet æstimari rex. Ille quidem ea *Sacerdotiũ cœleſte regnum.* quæ sunt in terris sortitus erat administranda, cætertùm sacerdotij ius è supernis descendit: Quæcũque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Regi ea quæ *Matth.18.c* hîc sunt, commissa sunt, mihi cœlestia: mihi quum dico, *Sacerdotiõ* sacerdotem intelligo. Itaque quum videris sacerdotem *nõ detrahẽdum, ob vicia quorũdam.* indignum, ne traducas sacerdotium. Non enim oportet dãnare res, sed eum qui re bona malè vtitur. Quandoquidem & Iudas proditor fuit, verùm non ob id accusatur ordo apostolicus, sed illius animus: nec crimen est sacerdotij, sed malum animi. Et tu igitur ne sacerdotium vituperes, sed sacerdotem malè re bona vtentem. Etenim si quis tecum disputet dicátque: Vidisti illum Christianum, respondeto: at ego non de personis, *Similia.* sed de rebꝰ tibi loquor. Alioqui quot medici facti sunt carnifices, ac venena pro pharmacis dederunt? Non tamen artem vitupero, sed malè vtentem arte Quot nautæ malè rexerunt nauigia? Verùm non ars nauigandi mala est, sed illorum animus. Si Christianus fuerit improbus, ne incuses professionem ac sacerdotium, sed re bona vtentem malè. Regi corpora commissa sunt, sa- *Officia regis ac sacerdotis.* cerdoti animæ. Rex maculas corporum remittit, sacer- C dos autem maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur. Ille necessitate, hic consilio. Ille habet arma sensibilia, hic arma spiritualia. Ille bellum gerit cum barbaris, mihi bellum est aduersus dæmones. Maior hic prin- *Sacerdotũ maior dignitas quàm regis.* cipatus, propterea rex caput submittit manui sacerdotis, & vbique in veteri scriptura, sacerdotes inungebãt reges. Verùm rex ille sua transiliens septa, modúmque regni trãsgressus, conatus est aliquid addere, atque ingressus est templum, cum authoritate incensum adolere volens. Quid igitur sacerdos? Non licet tibi Ozia a- *Sacerdotis libera vox.* dolere incensum. Vide libertatem, vide mentem seruire nescíam, vide linguam cœlos attingentem, vide libertatem incoërcibilem, vide hominis corpus, & angeli mentem: vide humi ingrediẽtem, & in cœlo versantem. Vidisti regem, nec vidisti diadema. Ne mihi dixe- *Rex absque diademate sacerdos.* ris esse regnum, vbi est legum transgressio. Non licet tibi rex adolere incensum, nõ est fas venire in sancta san- D ctorum, transcendis septa tua, quæris tibi non concessa, eóque quæ accepisti perdes. Nõ licet tibi adolere incensum, sed sacerdotibus isthuc datum est. Non tuum est hoc, sed meum. Num mihi tuam vsurpaui purpuram? Ne vsurpes meũ sacerdotium. Non licet tibi adolere incensum, sed tantùm sacerdotibus filiis Aaron. Post multum temporis iam defuncto Aarone hoc accidit. Et quam ob rem non dixit sacerdotibus tantùm, sed & patris mentionem fecit? Accidit in illo tempore, *Num.16. & Psalm. 105.c.* vt tale quippiam fieret: Dathan enim Abiron & Core insurrexerãt aduersus Aaron, aperta est terra, ac deuorauit illos: venit ignis è cœlo, & exussit eos. Volẽs igitur eum cõmonefacere illius historiæ, quòd olim quoque per vim inuaserint sacerdotium, verùm haudquaquam succubuerit, sed adorta est multitudo, & deus illam vltus est. Non licet tibi adolere incensum, sed so-

lis

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis sacerdotibus filiis Aaron. Nō dixit cogita quid passi sint qui tunc illa patrarunt, sed nominato Aarone cuius vicem vltus est deus, eum ad historiæ recordationem adduxit. Noli audere quę ausus est Dathan, ne patiaris eadem, quæ tempore Aaron acciderunt. Rex autem Ozias non sustinuit admonitorem, sed arrogantia inflatus aperuit templum, ingressus est sancta sanctorū, volens adolere incēsum. Quid autem deus? Vbi igitur sacerdos contemptus est, dignitasq; sacerdotij conculcata, nec quicquam præterea potuit sacerdos (Nam sacerdotis tantum est arguere, liberámq; præstare admonitionē, non mouere arma, non clypeos vsurpare, non vibrare lanceam, nec arcum tendere, nec iacula mittere, sed tantùm arguere ac liberam præstare admonitionem) Posteaquàm igitur arguisset sacerdos, rex autem non cessisset, sed arma moueret, clypeos & hastas, suaq; vteretur potentia, ibi sacerdos deo: Ego, inquit, quod erat mei officij præstiti, nihil amplius possum, succurre sacerdotio quod conculcatur, leges violantur, fas subuertitur. Quid igitur ille hominū amator? Et continuò efflоruit lepra in fronte illius. Vbicunque est impudentia, illic est vltio. Vidisti humanitatem vltionis diuinæ, non fulmen emisit, non terram concussit, non commouit cœlum, sed efflоruit lepra, non in alio loco quàm in fronte, vt facies præ se ferret vindictam, vt tanquam in columna literæ essent impressæ. Non enim propter illum factum est, sed propter eos, qui sequūtur Dathan. Quum enim posset pro meritis pœnam infligere nō inflixit, sed ceu lex posita est, velut in loco sublimi dicēs: Nolite facere talia, ne patiamini similia. Extat lex viua, & frons vocem edidit tuba clariorem: literæ erant inscriptæ fronti, literæ quæ deleri non poterant. Non enim erant atramento inscriptæ, vt aliquis posset delere, sed naturalis erat lepra, eumq; reddidit immundum vt alios faceret mundos. Et quemadmodum iure damnatos posteaquàm funem acceperint, educunt funem ore gestantes: sic & hic abducebatur, pro fune lepram ingestans, eo quòd sacerdotium affecisset contumelia. Hæc loquor non incessens reges, sed eos qui arrogantia iráque sunt ebrij, vt intelligatis sacerdotium regno maius esse. Semper enim deus vbi peccauit anima, punit corpus. Itidem fecit & in Cain. Anima peccauerat admisso parricidio, & corpus illius paralysi tactum est, idque iure optimo. Quam ob rem? Gemens ac tremens eris super terram. Et circūibat Cain, omnibus loquens, silentio vocem edens, silentiòque erudiens. Lingua tacebat, & cætera membra clamabant, cunctisque exponebant, quur gemeret, quur tremeret: Fratrem occidi, parricidium admisi. Quod postea Moyses scripto narrauit, ille rebus ipsis omnibus loquēs obambulabat: Nō occīdes. Vidisti os silens, & rem vociferantem, vidisti legem viuam ferri, vidisti columnam eminentem, vidisti vindictam vindicta tolli, vidisti supplicium versum in eruditionis materiam, vidisti peccantem animam, & carnem dantem pœnas, idque admodum congruēter? Itidem accidit in Zacharia, anima peccarat & lingua vincta est. Hic ille Zacharias qui vocem illā genuit. Sic & iste lepra correptus est. Et egressus est rex, omnibus exemplum factus, purgatúmq; est templum, & iectus est nemine propellente, quúmque sacerdotium sibi vellet sumere, & hoc quod habebat perdidit. Et exiit è templo. Vetus erat mos omnem leprosum è ciuitate eiicere, nunc verò non idem fit. Quur ita? Nam quum deus veluti puerorum curam agebat, tum lepra erat corporis. Nunc autem animæ lepra quæritur. Exiuit igitur rex cum lepra, nec tamen eiecerunt eum è ciuitate, diadema illius regiámque dignitatem reueriti: sed concedit in throno rursus legem transgrediens. Quid ergo? Deus irascens Iudæis interrupit prophetiā. Hęc autem omnia dicta sunt propter verbum prophetæ, vt exoluam quod debeo. Ego quod erat mei muneris feci, vos populares metuitis impurum eiicere, reueremini regiam dignitatem, dei legem violantes. Quid igitur? Deus auersus est ab illis. Nō amplius loquor prophetis vestris, non amplius mitto spiritus gratiā. Et vetū tunc non erat in precio, nec erat sermo vaticinans. Silet spiritus gratia, non ostensus est deus, eo quòd sub impuro illo, non erat gratia. Non adueniebat deus, nō apparebat, non visiones exhibebat, nō prophetæ loquebantur quæ debebant: sed perinde quasi dicas, Posthac non misceo tecum sermonem, posthac non loquor tibi: sic deus videt & irascitur. Non enim vindictam intulit, pœnámq; inflixit in ciuitatem mansuetudine plenam, neque exussit eam, sed quid ait? Non vultis vlcisci vicem meam, non colloquor vobiscum. Neque enim non poteram illum eiicere, verùm quod restabat, vobis relictum esse volui. Non vultis? Neque ego colloquor vobiscum, neque excito prophetarum animum. Non agebat in eis spiritus gratia, silentium erat, simultas inter deum & hominem. Quum igitur ille pòst esset mortuus, simul soluta est & impurorum materia. Ergo vbi propheta multo tempore desiisset prædicere, illoq; silentio soluta fuisset ira dei, rediit propheta. Hinc propheta necessariò designat mortis tempus dicens: Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex, videbam dominum sedentem in throno excelso & eleuato. Quum ille mortuus esset, tum vidi dominum. Nam antea deū non videbam nobis iratum. Venit mors impuri, & soluit iram. Hanc ob causam quum vbique regum vitam commemoret, hìc mortem dixit Oziæ: Factū est in anno quo mortuus est Ozias rex, vidi dominum sedētem in throno excelso & eleuato. Ac rursus hìc contemplare dei bonitatem. Mortuus est impurus, & deus reconciliatus est hominibus. Quam ob rem hoc factum est, quum nihil esset benefactorū, sed tantùm ille mortuus est: Quoniam humanus est dominus, nec in talibus agit seuerius, tantùm quærebat, vt exiret impurus. Hæc itaque quum sciamus, arrogātiam abiiciamus, modestiam amplectamur, solitam gloriam reuocemus patri & filio & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sacerdos nihil aliud quàm monet.

Vltio dei clemens.

Simile.

Cain vltio.

Gen.4.a.b

Luc.2.b Baptistæ pater.

Prophetarū silētium ſignum iræ diuinæ.

Mortuo impuro reconciliatur dominus.

Peroratio.

EIVSDEM DE EISDEM

Esaiæ verbis, & quòd Ozias iure sit affectus lepra, Homilia quinta.

Egoplus iudæi.

AGè expositioni de Ozia cœptæ, hodie finem imponamus, fastigiū sermoni iam addamus, ne quando nos quoque derideamur, quemadmodum euangelicus ille, qui aggressus ædificare turrim, perficere non potuit, ne quis aliquādo prætereuntium de nobis quoque dicat: Hic homo cœpit ædificare, nec potuit perficere. Verùm quò vobis dilucidiora fiant quæ dicentur, ex his quæ dicta sunt pauca prius repetamus. Id enim pariter & iis qui audierunt memoriæ renouatio, & his qui non audierūt eruditio. Heri igitur diximus quàm fuerit impius Ozias, & quàm vir improbus, & vnde orsus, & quo superbiæ prolapsus sit. Hodie verò dicēdum erit, quo modo templum ingressus sit, quo modo tentarit adolere incensum, quo modo prohibuerit illum sacerdos, quo modo ille non cesserit,

Luc.14.f

Repetitio vtilis.

Transitio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cesserit,quo modo in se prouocauerit iram dei,quo modo lepræ obnoxius vitam finierit, & quam ob causam propheta prætermissis vitæ illius diebus, mortis fecerit mentionem ita loquens: Anno quo mortuus est Ozias rex. Hoc est enim, ob quod totā ab exordio mouimus
2.Paralip. 26.c. historiam,sed auscultate diligenter. Quum inualuisset Ozias rex,elatum est cor eius,donec corrumperetur,& iniuriā fecit in domino deo suo. Quis iniuriæ modus? Ingressus est, inquit,in templū domini, vt adoleret incensum super altare thymiamatis.O audaciam, ô impudentiam. Aduersus ipsa sacra adyta sumpsit audaciam, in sancta sanctorū irrupit, qui locus omnibus erat inaccessus,præterquàm primario sacerdoti,hunc prophanare conatus est. Tale monstrum est anima in arrogan
Simile. tiam sublata. Semel enim desperata salute nequaquam desinit furere: verùm habenas laxans, irrationabilibus cupiditatibus quòuis rapitur, nec aliter quàm equus ferociens,vbi frenum ore, sessorem tergo excussit,fertur B quouis vento velocius, omnibus obuiis intolerabilis, diffugientibus cunctis,neque quoquam audente cohibere: Sic & anima quæ dei timorem ipsam refrenātem excussit, vbi rationem habenas moderantem eiecit, ad quæuis maliciæ loca decurrit, donec in exitij barathrū delata,præcipitarit suam ipsius salutem.Quapropter oportet illā refrenare semper,ac pietatis ratione ceu freno quodam irrationabilē illius impetū inhibere: quod non fecit Ozias, sed aduersus ipsum omnium supremū
Sacerdotiū regno sublimius. principatum,legem trāsgressus est. Siquidem sacerdotium,principatus est, ipso etiam regno venerabilius ac maius. Ne mihi narres purpuram,neque diadema, neque vestes aureas,vmbræ sunt isthæc omnia,verni sque flosculis leuiora. Omnis enim, inquit, gloria flos graminis, etiam si ipsam gloriam regalem dixeris. Ne inquam mihi narres ista,sed si vis videre discrimen,quātùm absit rex à sacerdote, expende modum potestatis vtrique traditæ, videbis sacerdotē multò sublimius rege sedentem. Quanquam enim nobis admirandus videtur thronus regius ob gemmas affixas,& aurum quo obcinctus est: tamen rerum terrenarū administrationem sortitus est, nec vltra potestatem hanc præterea quicquam habet authoritatis. Verùm sacerdoti thronus in cœlis collocatus est, & de cœlestibus negociis pronunciandi habet authoritatem.Quis hæc dicit?Ipse
Matth. 18.c cœlorum rex: Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunq; solueritis super terram,erunt soluta & in cœlis. Quid cū hoc honore conferri possit? A terra iudicandi principalem authoritatē sumit cœlū. Nam iudex sedet in terra, dominus sequitur seruū,& quicquid hic in inferioribus iudicarit,hoc D
Sacerdos medius inter deum & hominem. ille in supernis comprobat. Itaq; medius stat sacerdos inter deum & naturam humanam,illinc venientia beneficia ad nos deferens, & nostras petitiones illuc perferens,dominum iratum reconcilians vtrique naturæ, nos qui offendimus eripiens ex illius manibus. Eóque deus ipsum regale caput sacerdotis manibus subiecit, nos erudiens quòd hic princeps est illo maior.Siquidē id quod minus est, benedictionem accipit ab eo quod præstantius est. Verùm de sacerdotio quantáque sit illius dignitas,alio tempore declarabimus.Interim consideremus quanta sit regis vel tyranni potius iniquitas. Ingressus est in templum domini, ingressus est & Azarias sacerdos post eum. Non temerè dicebam sacerdo-
Sacerdotis fiducia. Simile. tem rege maiorem esse. Neque enim vt regem eiecturus,sed vt profugum & ingratum famulum expulsurus cum austeritate ingressus est, non aliter quàm gene-

A sus canis incurrit ad impuram bestiam, vt illam exigat ex ædibus herilibus. Vidisti sacerdotis animum multa fiducia plenum,excelsiq; spiritus. Non aspiciebat principatus fastum,non expendebat quanta res esset animū cupiditate temulentum cohibere. Non audiebat illud Salomonis: Minæ regis sicut ira leonis,sed sublatis ocu
Prou. 19.d. lis ad verum regem cœlorum, ádq; illud tribunal,eásq; pœnas considerans,& his cogitationibus sese muniens, impetum fecit in tyrannum. Nouerat enim, nouerat, inquam, certè quòd cōminatio regis similis sit iræ leonis duntaxat iis,qui terram spectarent. Verùm homini qui cœlum haberet præ oculis, quiq; sic induxerat animum vt vitā citius in ipsis sacrificiis deponeret, quàm sacras leges conspiceret violari,quouis cane vilior erat ille. Nihil enim eo imbecillius qui diuinas cōculcat le-
Timida im pietas. ges, vt contrà nihil potentius eo qui leges diuinas de-
Ioan.8.d. fendit.Nam qui peccatum committit,seruus est peccati,etiamsi decem milia coronarū habeat in capite.Rursus si quis facit iusticiam, ipso rege regalior est, etiamsi fuerit omniū infimus.Hæc ille præclarus apud sese philosophabatur,adortus est regem: Ingrediamur & nos, si videtur,cum illo,vt videamus quid loquatur regi:licēt enim neque mediocrem adferet vtilitatem,spectare regem à sacerdote redargui.Quid igitur dicit sacer-
2.Paralip. 26.c. dos? Non licēt tibi Ozia adolere incensum domino.
Sacerdos quo modo debeat coercere principem. Non appellauit eum regem, neque titulo principatus appellauit, propterea quòd ipse præueniens sese dignitate deiecerat. Vidisti fiduciā sacerdotis, proinde discce & mansuetudinem.Non enim fiducia nobis tantùm opus est in reprehendendo,verū multò magis opus est
Sacerdotis mansuetudo. mansuetudine quàm fiducia. Neminem enim mortalium sic auersantur oderúntque hi qui peccant, atque eum qui parat redarguere, captántque occasionem vt C elabantur, cupientes effugere reprehensionem. Necesse est igitur vt eos mansuetudine humanitatéque retineamus.Obiurgator enim non solùm quū vocem promit, verùm etiam quum videtur grauis est peccātibus:
Sapien. 2.c. Grauis enim,inquit, nobis est etiā aspectu. Quapropter plurimā mansuetudinē præstare oportet, eoq; nobis sermo propheticus ob oculos posuit & eum qui peccarat, & eum qui corrigere parabat.Etenim sapientes medici
Simile. quoties membra putrefacta secturi sunt, aut lapides in meatib° affixos extracturi,aut aliud aliquod naturæ viciū correcturi, nō id faciunt eo qui laborat in angulū abducto, sed eò in mediis foris depositō,conglomeratóque prætereuntium spectaculo ita demum admouēt sectionem. Hoc autem faciūt non quòd velint humanas traducere calamitates,sed vt vnicuique proprię sanitatis commendent curam. Itidem & scriptura facit, D vbi quem arripuit peccantium, proponit eum in sublimi suggesto, non in mediis foris,sed in media terra: & posteaquàm totius orbis circunsteterit theatrum, tum curationem adhibet, erudiens nos, vt circa propriam salutem cautiores simus. Videamus igitur quo pacto sacerdos tunc illum corrigere sit aggressus. Non dixit ô impie,ô sceleratissime, omnia subuertisti cōfudistiq;, ad extremam impietatem prorupisti: neq; sermonem accusationis in longum produxit,sed quemadmodum
Simile. hi qui secant, hoc breuiter facere studēt,celeritate sectionis cruciatus sensum fallentes:Itidem & hic asperitatem obiurgationis paucis verbis constringens, regis iracundiam cohibuit. Quod enim est in his qui laborant sectio, hoc est in his qui peccant redargutio. Denique præter alia etiam ipsa breuiloquētia declarat nobis humanitatem. Quòd si cupis verborum quoque se-

ctionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctionem videre,& vbi ferrum occultarit audi. Non licet,inquit,tibi adolere incensum domino, sed solis sacerdotibus filiis Aaron cõsecratis. Hic inflixit vulnus. Quo modo? Ego dicam: Eo quòd non simpliciter dixit, sacerdotibus:sed addidit,Aaron. Is primus fuit põtifex, similèque facinus illius temporibus quidam ausi
Num.16. sunt. Dathã enim & Chore & Abiron, cõiurati aduersus illum cum aliis aliquot,voluerunt ipsi præripere sacerdotium: sed alios quidem terra dehiscens absorbuit, alios verò cœlitus emissus ignis exussit. Huius ergo historiæ volens illum commonefacere, mentionem fecit Aaron,qui tũc erat iniuria affectus,vt ad calamitatem eorum qui fecerant iniuriam, huius cogitationem transmitteret. Quanquam nihil iis profectum est, non propter sacerdotem, sed ob regis asperitatem.
Impœnitens animus. Quum enim deberet laudare sacerdotem, pròque consilio gratias agerè: ille,inquit,indignatus est,& vulnus reddidit acerbius. Neque enim perinde mala res est peccatum, atque post peccatum impudẽtia. Atqui non eodem modo Dauid, sed quo modo? Postquàm à Na-
2.Reg.12.c than incusatus esset de Betsabee,Peccaui,inquit,domino. Vidisti cor contritum, vidisti submissam animam, vidisti vt etiam lapsus sanctorum sint egregij. Quemadmodum enim præclara corpora etiam in aduersa valetudine, multa nobis formæ vestigia ostendunt:Sic &
Peccata iustorum cedunt in bonum. sanctorum animæ in ipsis etiam erratis suæ virtutis signa præ se ferunt. Et tamen ille in media regia accusabatur à propheta multis præsentibus, hic verò intus in adytis nullo teste redargutus est: verùm ne sic quidem tulit increpationem. Quid igitur? insanabilis permansit? Nequaquam, propter dei humanitatem, quemadmodum de lunatico quum discipuli non valerent eii-
Matth.17.c cere dæmonium, dicit Christus: Adducite mihi eum huc. Sic & hîc,quum sacerdos non posset morbũ quouis dæmonio sæuiorem nempe peccatum eiicere, ipse deus laborantem aggreditur:& quid facit? Lepram immittit fronti ipsius. Factum est,inquit,quum ille minaretur sacerdoti, lepra effloruit in fronte eius, iãmque exibat sicut hi qui ad mortem abducuntur funem ore gestantes damnationis signum sic & ille ignominiæ signum in fronte gestans, non carnificibus ipsum trahẽtibus, sed lepra loco carnificis ipsum præcipitem agente. Ingressus vt sacerdotium vsurparet, etiam regnum perdidit. Ingressus est vt fieret venerabilior, & factus est execrabilior. Nam quouis homine priuato posthac erat execrabilior: adeò res est mala non manere intra fines nobis à deo præscriptos, siue honoris, siue cognitionis res fuerit. Nõnne vides hoc mare quàm est ob violantiam intolerabile, quantis insurgat vndis, attamen posteaquàm vehementer insurrexit,multôq; cum tumore progressum est,vbi venerit ad terminum ipsi à deo præscriptum, fluctibus in spumam solutis, in sese redit. Et tamen quid arena possit esse infirmius, verùm non illa est quæ prohibet,sed dei metus terminum posuit. Quòd si hoc exemplum non te reuocat ad moderationem, quæ Oziæ acciderunt erudiant te,quæ nunc
Vindicta mãsuetudine tẽperata. à nobis dicta sunt. Verùm quoniam iram dei vidimus, dignámque vltionem, agẽ & humanitatem eius multámque æquitatem commonstremus. Neque enim ea tantùm dicenda sunt, quæ pertinent ad iram,verùm etiam quæ ad moderationem, vt neque in desperationẽ cõiiciamus auditores, neque in socordiam. Sic & Paulus facit, ex vtraque temperans admonitionem, hũc in
Rom.11.c. modum loquẽs: Vide igitur bonitatem ac seueritatem dei quò simul & terrore & bona spe excitet eũ qui lapsus est. Vidisti seueritatem dei,vide & bonitatem. Quo modo igitur videbimus bonitatem? Si cognouerimus qua re dignus fuerit Ozias. Quibus igitur erat dignus? vt simul atque intra sacrorum vestibulum tanta cũ impudentia irrupisset, mille fulminis ictibus,extremo supplicio cruciatũque afficeretur. Quando quidem illi qui hæc primùm sunt ausi hanc dedere pœnam, videlicet Dathan,Chore, & Abiron, multò magis hũc ad cũ mo *Nu.16.a.b.* dum puniri oportuit, qui ne illorum quidem calamitatibus fuerit castigatus. Verùm hoc non fecit deus,sed *Monitio christiana.* prius illi sermones admouit per sacerdotem, multa plenos humanitate: quòdque Christus adhortatus est, vt facerent homines quoties inuicem peccauerint, hoc deus fecit erga hominem. Quoties enim, inquit, pec- *Matt.18.c.* cauuerit in te frater tuus, abi argue eum inter te & ipsum solum. Sic & regem hunc redarguit deus. Et Christus quidem dicit: Si te non audierit, sit tibi velut eth- *Ibidem.* nicus & publicanus. At deus humanitate proprias supergrediẽs leges,nec sic quidem illum resecuit,nec audire nolentem, indignantèmque deiecit,sed iterũ aggreditur castigãtque,modo correctionem habente potius quàm vltionem. Neque enim fulmẽ vibrauit è sublimi, neque exussit impudens caput, sed tantùm lepra castigauit. Atque quæ Oziæ quidem acciderunt, sic habent. Ego verò si vnum quiddam adhuc addidero,dicẽdi finem faciam. Quid autem hoc est? Quod pridem ab initio quærebamus, quamobrem in rebus externis inque prophetiis,quum omnes soleant designare tempora, quibus reges vixerint,hic eo prætermisso tempus sumat quo mortuus sit Ozias,ad hunc loquẽs modum: Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex. Et ta- *Esa.6.a.* men poterat regis tempus exprimere, quemadmodum omnibus prophetis mos erat. Verùm id non fecit. Quam ob causam igitur non fecit? Mos erat vetus leprosum è ciuitate expellere, vt & hi qui in ciuitate viuebant melius haberent, & ipse leprosus non obiiceretur promptis ad inferendã contumeliam,scommatum ac derisionis occasio: sed vt extra ciuitatem commorans, solitudinem veli loco haberet obtẽtam aduersus iniuriam calamitatis. Hoc & regem hũc perpeti oportuit post lepram,sed non perpessus est,his qui in ciuitate erant illum ob principatum reuerentibus,verùm manebat domi suæ clanculum. Hoc ad iracũdiam prouocauit deum, hoc prophetiam inhibuit, quòdque tempore Heli factum est, verbum precios um erat, nec erat visio præcipiens. Tu verò mihi hîc quoque considera dei humanitatem. Non enim subuertit ciuitatem, neque perdidit inhabitantes,sed quod amici faciunt erga æquales amicos, quoties habent aliquid quòd meritò expostulent, obiter silentio ferunt, expectantes, hoc & deus erga gentem fecit maiore pœna suppliciòque dignam. Nam ego quidem, inquit, eieci illum è templo, vos autem ne è ciuitate quidem:ego illum vinctum lepra è rege priuatum reddidi, vos autem ne sic quidem superastis, sed à me condemnatum nõ sustinuistis è ciuitate propellere: & tamẽ fortassis factum hoc rex placidè laturus erat. Sed nequaquam funditus ciuitatem subuertit,quum videret eum extra prescriptos fines demigrare iussum,cõmorari in ciuitate. Verùm deus hoc non fecit,deus enim erat,nõ homo. Vbi verò finita est huius vita, simul & iram aduersus illos deposuit,ac rursus ad eos rediit. Tu verò ex recõciliationis modo cõsidera dei humanitatem. Nam si deus expendisset iustitiæ rationem,ne tum quidem reconciliari debuit. Quã ob causam? Quia non illorum erat rectè factum quòd

eiectus

ciectus est Ozias. Neque enim illi arreptum abegerāt, sed mors naturæ lege superueniens, eum tunc è ciuitate eiecit. Verùm non huc vsque deus minutias excutit erga nos, sed tātùm hoc quærit, speciem modumq; reconciliationis erga nos. Proinde super his omnibus gratias agamus illi, glorificemus illius humanitatem, qua nos omnes dignos haberi contingat, gratia & misericordia vnigeniti filij eius domini nostri Iesu Christi, cui cum patre gloria, honor simul cum spiritu sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM est in Esaia propheta cap. ix. Potestatis & pacis eius non erit finis: Homilia. Incerto interprete.

CHristus vnam cum patre habens substantiam & essentiam, connexa sibimetipsi pietas, virtus, & saluatio: via, veritas, & vita: leo, agnus, & petra declarata est à prophetis: quia antea viderunt futura, & quasi præterita demonstrabant, & præsentia pro futuris canebant. Aperiebatur enim eis secretum verbi, vt agnoscerent reuelationem trini temporis, id est præteriti, præsentis, & futuri: vt exinde manifestaretur, quia non ipsi loquebantur, sed deus per ipsos loquebatur. Nam modò cum cantaremus hos versiculos in vna modulatione, quid dicebamus? Potestatis eius non erit finis. Hoc dixit propheta, quod perfecit in aduentu suo dominus prophetarum. Potestates eius audite. Quanta fuit possibilitas, vt miraculis variis ac diuersis repleret totum mundum ore euangelico. Quæ miracula, si ad singula annalibus libris scriberentur, puto ne ipsum mundum capere eos, qui scribendi erant libros: tamen pauca dicamus de potestate eius. Natus est, quia voluit: potestate animam suam posuit, potestate eam assumpsit, potestate passus est, potestate medicus phreneticos tolerauit: potestate cæcos, claudos, mutos, aridos, ab spiritu immundo captiuatos curauit, non accipiens ab aliquo, sed sua potestate perfecit. Potestatis & pacis eius non erit finis. Quantam pacem monstrauit nobis, vt ipsam principalem hæreditatem donaret
Ioan.14 d. nobis, dicens: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Quam pacem potuit meliorem donare, quàm vt carnem spiritui subiicere disceremus? Quam pacem potuit donare, nisi vt ij qui eramus inimici dei, & longè positi, per ipsum reconciliaret nos patri? Quam pacem potuit dare, nisi vt ex populo Iudæorū inimicorum, & crucifixorum eius applicaret fidei suæ, & gentes æquè sociaret sibi, vt faceret vtraque vnum, & populum pacificaret inimicum sibi, & nobis gratiam donaret confirmatis sibi? Potestatis & pacis eius ergo non erit finis, quia hodie cum patre æquè operatur, vsque in
Psal.111.b. finem seculi. Sedet super thronum Dauid, quasi homo perfectus rex Iudæorum. Et verè rex est, hodiéque Iudæorum, id est circuncisorum, qui spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo: in circuncisione cordis, non corporis. Rex est, quia sedet super sedem Dauid patris sui, hoc est secundum carnem, de-
Rom.1.a. monstrante Apostolo, qui dixit, Paulus seruus Christi Iesu, vocatus appstolus, segregatus in euangelium dei, quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Sedet super sedē patris sui. Quid est, Sedet, nisi manet & permanet? Quia quamuis ecclesia confiteatur esse filium dei, dominum nostrum Iesum Christum: tamen quia creditur corde ad iusticiam, ore autem confessio fit in salutem: etiam ex semine Dauid natum secundum carnem confitetur, hoc est, sedet super sedem Dauid patris sui. Semper eum confitetur ecclesia natum ex virgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, sepultum, resurgentem, in cœlis ascendentem. Ergo hoc quòd confitetur ecclesia, quasi sedes Dauid est. Confiteatur ergo ecclesia omnia opera eius, vt omnes sancti eius benedicant eum. Conseruet rex milites suos, præliatores suos, perducat ad victoriam, ad palmam supernæ vocationis suæ. Confirmet quos initiauit, perficiat quos de vetusta vita separauit, coronet quos gubernando perduxit. Non ergo adhuc pigri in tanti sapiētis domo inueniamur, sed quasi exerti & succincti ambulando proficiamus in via vitæ. Et quod accepimus, conseruemus: vt coronet in nobis deus, non merita nostra, sed dona sua, Amen. *Ibid. 10.b.*

DE EO QVOD SCRIPTVM EST in Esaia propheta, cap. xlij. Cantate domino canticum nouum, laus eius in extremis terræ: homilia. Incerto interprete.

VIta innouata, correcta anima spiritu feruens, ab omni torpore & praua cogitatione separata, semper cantat, vt modò cantauimus, cāticum nouum. Nouum canticum non in lingua tantum constat, sed in incorrupta vita. Cum enim immutatus homo in melius fuerit, cantat cāticum nouum: cum verò in vetustate permanserit, canticum nouum in lingua habet, in corde non habet. Et vbi non est vna lingua, & vna conscientia, deprauata dicitur vita. Puritatem deus nunquam despicit, simplicitatem à se non abiicit: de se cogitantem semper munerat, sapientia replet, bonitate dilatat, fama cōseruat, ad se perducit. Hæc vita verè est dicenda vita, quæ mortē nunquàm inueniet, ad pœnam non accedet. Cantemus ergo canticum nouum, non lingua tantum, sed vt dixi, sancta vita. Laus eius (ita sequitur versiculus) ab extremis terræ. Vbi non prædicatur Christus, vbi non clamat veritas, vbi non salus cucurrit, vbi nō populus peculiaris ad eius deum accessit? Deus qui voluit in omnem terram exire sonum suum, & facere præstolatores suos seruos, vtentes præsenti vita & transitoria. Scit e- *2.Tim.2.c.*
nim deus, qui sunt eius: nouit qui in illo cōfidunt, qui toto ardore ad eum accedunt, qui in proposito perseuerant, qui sanctitati student, qui calcāt delectationes & cupiditates mūdi, qui carnis affectus comprimūt, qui in omnibus suggestionibus manu cordis repugnant, qui in visceribus pietatis semper grauidantur: hi tales cultores dei sunt, prædicatores apostolorum, imitatores pediſsequi beatitudinis. Laus ergo eius ab extremis terræ. Quæ sunt extrema terræ? Possunt & in nobis esse extrema terræ. Extrema terræ est in nobis, quando vita nostra finitur, & iam terra carnis nostræ non seminatur verbo, non corrigitur admonitione, sed quo modo peruenit, ita iudicatur: ibi ergo erit laus ab extremis terræ, quia cùm consummauerit homo, tunc incipit. Consummauit vitam temporalem, incipit æternam mereri. Ergo ibi erit laus, vbi extrema terræ, vbi extrema vitæ nostræ. Ibi est ergo laus. Qualis erit illa laus, qualis erit illa lætitia, quanta iucunditas, quanta exultatio? Audite qui nō scitis, gaudete qui scitis, quando dicturus est sanctis, Intrate in gaudium domini ve- *Mat.25.b*
stri. Quando habent repudiari impij, quibus dicturus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem.d. est, Discedite à me,non noui vos:Ite in ignem æternũ. Ista est ergo salus ab extremis terræ, bene viuentibus.

Psal.111.b. Quia in memoria æterna erit iustus,ab auditu malo nõ timebit. Quod est auditum malum? vt modò dixi, Ite in ignem æternum. Malũ auditum auertat ab auribus sanctis,auertat deus à cultoribus suis,illa condonet quę promisit.Illam repræsentet,in quam credidimus,vt dicatur nobis pro beata vita in illa beatitudine,Euge serue bone & fidelis: custodisti cor à cogitatione maligna, quieuisti ab opere nephario,iam post laborem requiesce ab operibus,intra in gaudium domini tui.Præstet deus suis,qui hoc audiunt,vt imitentur,vt delectẽtur,vt tantum ardorem sancti patiantur.Nullus negligat vitam,cum potest viuere in vita. Videte quid cantauimus. Canticum nouum cantauimus, à vetustate iã recessimus. Quem enim fructum habuimus tunc, in quo nunc erubescimus? Nunc autem liberati à peccato, serui autem facti deo habemus fructum nostrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam.Stipẽdium peccati, mors. Timete, compungimini, corrigite, redite prævaricatores ad cor, scitote quoniam ipse est deus. Vacate, & cognoscite. Vacate à malis cogitationibus: cognoscite, quia non vult mortem morientis, tãtùm vt reuertatur, & viuat.Sufficiat diei malicia sua. Peccasti, quiesce,ne adiicias vltrà: & de cætero deprecare dominum, vt auertat iram suam à te. Currat populus vocatus, conuertatur populus in disciplinam, vt sit vnus grex, & vnus pastor. Vos autem genus electũ, regale sacerdotium,gens sancta, populus acquisitionis. Videte quid estis,videte quid eritis.Estis modò filij ecclesiæ, estis modò membra Christi, estis modò in agone seculi pugnantes, cum capite vestro gaudentes: ibi victores,ibi triumphatores,ibi palmam supernæ vocationis accipientes, nullus victus muneretur, nullus victus audet petere retributionem. Nõ habet hic victus dicere in illa vita æterna, vbi vẽtura est omnis pia anima: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui:de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex: non tantùm autem mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationem eius. Videte quantus erat iste, qui hoc dicebat, quantùm præsumebat, quantùm de suis viribus nihil sperabat,nihil sentiebat. Nam qui dixit,Bonum certamen certaui,alibi agnoscens fragilitatem suam quid clamauit? Gratias deo,qui præstitit mihi certamen per dominum nostrum Iesum Christum. Qui dixit,cursum cõsummaui: in alia epistola quid dixit, gratiam dei in se agnoscens? Neque volentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Qui dixit, fidem seruaui:in alio loco epistolæ suæ quid dixit?Misericordiam consecutus sum, vt fidelis essem. Ecce quo modo exhortatur perfectos,& reuocat superbos,ne sua superbia non ambulent in via arcta & angusta, humili & secura,reddens eliquatos ciues,& mittens per fluuiũ dei, id est per generationem religionis. Et iste fluuius quid facit? Fluminis impetus lætificat ciuitatem. Ibi currat omnis, qui non claudicat: ibi perseueret omnis qui de deo bene sentit in bonitate, & cantet cãticum nouum, vt perseuerans vsque in finem saluus,laus eius sit in extremis terræ.Quanta dominus donauit, quanta potuimus, quantum subministratum est, tanta diximus, & non tacuimus. Et nunc currite boni, pij, fideles: nolite negligere quod estis, vt perueniatis ad illam lætitiam sempiternam, quod nondum estis, vt spes vestra repræsentet vobis rem vestram. Quæ est res vestra? chorus angelicus, vbi coronatur omnis qui ibi applicatur. Hîc cantate, hîc proficite, hîc perficimini, vt ibi exultetis cum salute, Amen.

Matt.25.b. *Roma.6.c.* *Ezech.18.g* *Matth.6.d.* *Ioan.10.c.* *1.Pet.2.b.* *2.Tim.4.b.* *Roma.9.c.* *2.Tim.1.c.* *Psal.45.d.*

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Esaia propheta cap.lxij.(de aduẽtu domini.)Gaude Sion, ecce rex tuus venit.homilia. Incerto interprete.

QVoniam tempus venit, vt de aduentu & incarnatione domini loquamur sanctæ charitati vestræ:ideo tacendum nõ est diebus his. Hoc agit ecclesia voce prophetica de aduentu eius futuro, inde lectiones & psalmi proferuntur in aures audientium. Et quia hos versiculos cantauimus, de quibus tractaturi sumus: intenti ergo estote, vt fundamentum fidei maneat in vobis. Agebantur à spiritu sancto prophetæ, præcones saluatoris nostri, vt agnoscceremus dominum præscium esse futurorum, & nihil vetustum apud ipsum, nec aliquid nouitatis:sed totum sempiternum, æternitate plenum, nec initium habens, nec finem: cantabamus ergo, Gaude Sion. Hoc gaudium non est risus oris, vocis,atque buccarum,sed gaudiũ cordis: de quo gaudio clamabat euangelista,dicẽs: Annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo:quia natꝰ est nobis hodie saluator,qui est Christus dominus. Hoc gaudium non est temporale,sed æternum. Quale gaudium? vt sciret mundus quod non nouerat,miracula, signa,& prodigia virtutum:& mortui resurgerent,cæci viderent,claudi ambularent, muti loquerentur, surdi audirent, aridi sanitatem acciperent, paralytici curarentur:& cætera miracula,quæ lõgum est enarrare: hoc quod etiã ipsi optimè nostis, qui legistis, & in lectionibus diuinis agnouistis. Gaudium hoc prædicat omnis ecclesia cum magna lætitia & exultatione. Nec enim & nobis gaudium sempiternum nõ generatur, quoties superamus impugnationes carnis nostræ. Cõuenitur hoc castellũ quod dicitur Sion, vt gaudeat. Sion enim (sicut ij,qui eruditissimi fuerunt ante nos exposuerunt nobis) speculatio dicitur. Quoties oculis cordis speculamur domũ illam,quæ initium non habet,nec finẽ.Ergo gaudeat Sion, id est mens nostra,speculans futura bona,respuẽs à se mala. Subsequitur versiculus,dicens:Ecce veniet habitator in te.Quis est iste habitator,nisi qui nos habere voluit,& sibi congregare, peculiarẽmque populum confirmare? Iste habitator ipse est, de quo alio loco cecinit propheta, dicens:Quoniam deambulabo & inhabitabo in eis,& ero illorum deus, & ipsi mihi erunt populus. Iste habitator cùm possederit omnia interiora nostra,aget omnia sancta in nobis, perfecta,irreprehensibilia. Iste ergo habitator possideat quos redemit,perficiat quos inchoauit, perducat quos dé terra Babylonica eiecit.Ergo iste habitator noster requiescit in nobis, glorificatur in medio nostrũ, cum viderint homines bona nostra opera, & glorificauerint patrem nostrum qui est in cœlis.Cuius facti sumus filij,non pro obsequiis nostris,aut meritis,non pro bona actione, quam non fecimus: sed pro eius misericordia & libertatẽ accepimus,& in adoptionem filiorũ annumerati sumus. Ergo taliter glorificatur deus in medio nostri, quando in affectu charitatis proficimus, & facimus quæ præcepit, & persistimus in eis quæ iussit,glorificatur in medio nostri. Subsequitur & dicit,Quia dominus misit me ad te.Nunc cognoscimus,quia dominus missus est ad nos redemptor,vita & salus,pietas & gratuita gratia. Et quãdo nos videmus è limo terræ erigi ad cœlestia præmia, gaudeat cor credentium

2.Cor.6.d. *Matth.5.b.* *Luc.2.b.*

dentium & lætetur: quærat dominum, vt non mortua, sed sicut viua anima nostra. Pro iis bonis domino quid retribuemus, nisi tantùm deposita ceruice, subiecto collo pectus tundamus, dicentes quod dixit publicanus, Deus propicius esto mihi peccatori? Qui se proficere scit, non superbiat: qui verò agnoscit se non proficere, sed à bonis deficere, tantùm corrigat, & non desperet: quia deus noster & perfectos videt, & imperfectos: Perfectos adducat ad se, & imperfectos corrigat, & faciat perfectos. Quia ita ei vox prophetica clamitat in quodam sacro psalmo, dicens: Imperfectum meum viderunt oculi tui. Et quia pietate sua perficit & imperfecta, subsequitur dicens, Et in libro tuo omnes scribentur. Exultate de tantis muneribus eius, gaudete de tantis bonis eius: nõ vobis assignetis bona, quæ ab eo accepistis, ne perdatis quod habetis: sed scitote quia nihil habetis quod non accepistis: & si accepistis, nolite gloriari quasi non acceperitis, vt ea quæ accepistis conseruentur in vobis, & quæ minus habetis de bonis, perficiantur in vobis, Amen.

Luc.18.c

Psal.138.c

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de Hieremia propheta, Incerto interprete.

MAGNVM Hieremiæ sanctissimi meritum, magnum in eum collatum est diuinitus donum. Magnum, inquam, Hieremiæ est meritum, qui antè promeretur, quàm nascitur: antè sanctificatur, quàm edatur: ante propheta constituitur, quàm mundi exordio potiatur. Dicuntur eius merita, & ab eo necdum exercentur officia: dona narrantur, nec tamen donorũ causæ tractantur: promotio dicitur, & necdum promotionis negociũ aperitur. Noli, inquit dominus, putare Hieremia, quòd hodie te prophetam constituo: aut nunc primùm, ad istam gentem corrigendam præmitto. Olim enim, olim mihi probatus ac notus es, olim consecratus ac dignus, olim propheta gentibus institutus. Te mihi apertũ, te idoneum præscientia ipsa monstrauit: tibi propheta dei præsagiũ & fiduciam prædicandi attribuit. Per te, prophetię officia, & meæ dispositionis nuncia, perferri ad illos instituit. Te tamen nemo deterreat, nemo tibi formidinem vanã immittat. Inter me & ipsos tu eris medius, qui iussa perferas, præcepta ostendas, mandata edicas, nec poteris reticere, quæ loquor: Neque enim silẽtio possis adferre salutẽ. Quid est, inquit, dominator domine? Cur minori mihi tam onerosum pondus imponis? Cur ad corrigendum populum, ætatem paruulam dirigis? Cur prophetandi mihi tantã credis prouinciam? Ego enim, nec ad exequendum idoneus sum, quia ætate premor, sermone impedior, officio terreor. Noli, inquit dominus, dicere, quia iunior ego sum. Hoc enim per te fieri volui, hoc per te impleri præcepi, vt iunior senes, & ineloquens eloquentes obiurges. Te mihi dignum: meritum, non ętas constituit. Te idoneũ sanctitas, non qualitas sermonis asseruit. Apud me enim non ætas iunior impeditur, aut senior collaudatur: sed actus, & vita, & morum dignitas commendatur. In te, quod amo, in alio non inuenio. Eloquentes plurimos video, sed probos inuenire non possum. Senes innumeros cerno, sed degeneres omnes aspicio. Quare te ad gentes & populos mittam, vt corrigantur praui, digressi redeant, contemptores obaudiant. Nec aliud poteris velle, quàm volo: quia propterea dilectus es, dũ efficis, quod exopto. Procedit Hieremias ad populum: iussa domini constanter edicens. Loquitur ad plebẽ, aggreditur omnes, dei verba insinuat. Hæc, inquit, dicit dominus. Quod inuenerunt patres vestri in me delictum, quia recesserunt à me? Proh dolor, dominus cum contemnentibus fabulatur. Vult enim inter ipsos & se, iudicium celebrari, vult offensionis authorem detegi, vult delicti causam & contemptus materiam denudari. Cur me sacrilega mente deseritis? Si vobis nunquam contraria intuli, si prospera denegaui, si vos in aliquo deserẽdo offendi, narrate. Si vero cuncta præstiti, quæ optatis, nec vnquam vobis aut solatia abstuli, aut beneficia denegaui: vos denique ipsi, cur bonis mala rependitis? Quare vos in prosperis læsi? Quare muneribus offendi? Quare beneficiis desertores exhibui? Cur beneficiis contraria irrogatis? Aut nunquid, vt seruiatis, nocendum est: aut vt reuertamini, vindicandum est? Puto enim, melius spontè quàm coacti seruitis. Melius siquidẽ illæsos benignitas corrigit, quàm læsos censura conuertit. Melius vos vtilia reuocant, quàm pœnæ diseruciãt. Propter vos, Aegyptios pressi, Pharaonem deleui, Amorrhęos extinxi, in terrã vos repromissionis induxi. Deos suos gentes nunquam deserunt, nunquam immutant, nunquã in alienos cultus transiliunt. Quod natio quęque colere instituit, hoc formidat, hoc tremit, hoc instanter defendit, hoc veneratur ac suspicit. Perseuerat colere, quod colit: ne mutato ritu errasse dicatur, dum quod coluerat, deserit. Ille suum defendit errorem, & tu tuam Israël non ita vendicas veritatem? Ille perseuerat in falso, & tu non perseueras in vero? Ille figmentum veneratur & colit, tu deum auersaris ac despicis? Ille sua castra defendit, tu tantum imperatorem offendis, dum deseris? Proh nefas, figmentum nihil præstat, & colitur: deus cuncta largitur, & à prophano populo declinatur. Si tibi Israël, ita quispiam ex ipsis diceret, ego semper quod colui, colo: quod defendi, defendo, quod venerari institui, nũquam destruo. Cur tu deseris tua? cur exempla non sequeris mea, vt ita tua retinere contendas, vt me mea cõspicis retinere? Aut cur quẽ colebas dominum, deseris, cum me figmẽtum, nunquã deseruisse conspexeris? Aut quare nõ poteris meo prouocari exemplo, cum tuo ego debuerim prouocari? Quam defensionem salutis poteris obtendere, quam vindicationem poteris inuenire, qui nec aliena opprimis, nec tua defendis, nec reos redarguis, nec te innocentem ostendis? reuertere, quæso: reuertere ad dominum. Reuertere, inquam, ad deum: quia præter illum inuenire non poteris alium. Reuertere ad eum, quem indignè offenderas. Reuertere ad eum, quem crudeliter deserebas. Reuertere ad eum, qui idcirco causam proponit, vt purget: qui idcirco obiurgat, vt saluet: qui idcirco antè præstruit, ne condemnet, dicendo: Quod inuenerunt patres vestri in me delictum, quia recesserunt à me? O veneranda pietas dei, ô detestanda contumacia populi. Dicite, inquit dominus, quid peccauerim, quídve deliquerim. cur à vobis cõtemnar ac deserar: cur post beneficia talia non agnoscar, nec post innumera dona à vobis vniuersis attendar. Aut meam culpam edicite, aut contemptus pœnas exoluite, aut me vobis in aliquo defuisse mõstrate, aut vos mihi paruisse ostendite. Quid agis homo, quid angeris? Quid respõdere poteris, qui incusaris? Prouocaris à deo, qui suæ offensæ à te, causas exposcit: qui tui contemptus rationes exquirit: qui te sua beneficia duxisse in irritum recognoscit. Quia de ipso non habes, quod queraris: de te iam iudica, quod mereris. Confitere ergo, confitere

Hiere.2.b

Hiere.2.b

Hiere.2.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

tere quod verum est: & dominum in suo præstito non cessasse, & te indignè ipsum ac sacrilegè contempsisse. Confessio criminis venia est contemptoris. Citò flectitur, vt ignoscat: quia ad hoc improperat, vt non defendas. Non te deus contemnit, si redeas, etsi tu contempseras, cum abibas. Non te despicit reuertentem, qui aliquando horruit desertorem: tuos non aspernabitur reditus, qui vt redeat, suos demonstrat affe-
Malac. 3.b ctus. Reuertimini, inquit, ad me, & ego reuertar ad
Ezech. 18.g vos. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, tantùm reuertatur, & viuat. Cupit ignoscere, desiderat misereri desertoris: præuenit preces, dum ipse hortatur, vt homo, qui deseruerit, reuertatur. Desertores desertus inuitat, contemnentes reuocat. Offensus se reis ingerit, vt ignoscat. Quare desertor redeat, cõtemptor seruiat, fidem fidelis exhibeat, vt desertori indulgentiam, & contemptori veniam, & fideli gloriam cœlestis tribuat imperator.

DE TRIBVS PVERIS,

Homilia Incerto interprete.

TRIVM puerorum sermo tractabitur, quorum fides, quali laude intonet gloriæ, salutis flammæ testantur. Ecce in tribus pueris non anni faciunt sapientiam, non membra colligunt vires, habentes scilicet talem in sacrario pectoris fortitudinem, quam armatus rex exhorruit, & ignis expauit: quorum infantiam fidei constantia glo-
Dan.3.a riosam decursa libri paginula paucis exponam. *Anno octauodecimo Nabuchodonosor fecit imaginem auream, altam cubitis sexaginta, & latam cubitis sex, & statuit eam in regione Babylonis.* Singula exponenda sunt singulis respondendo: postea ad fortiora veniamus. Fecit, inquit, imaginem auream. Qualis deus nouo honore monstretur, quem abstrusa metalla generarunt? Quid ergo dicemus: Durus fossor sudauit, palluit, laborauit, ne minus fortia cupidus deus membra susciperet. Alta, inquit, cubitis sexaginta. Hæc verò omnia ridiculis transigenda. Et stabat in conspectu imaginis præco fortiter clamans: Qualis deus, qui vt disci possit, publicè præconatur, & tanquam nouæ religionis indicium. Aureus postea ponitur, quem cultum fore Gentibus monstrat insanus vates, quem contremenda species delectet, aut terreat. In fornacem ligna iniiciuntur interea, quasi ad consumenda corpora contemptorum: crescit captiuis constantia, & amplius furit tyrannus, cum de gloria plus miratur. Pueri ergo iactantur in flammam, ibat circa innocuos pedes nouo libramine temperatus artifex ignis, & tot circunuolans pastus, sola consumere vincula laborauit: circa damnatos suos innocens pœna blanditur. Et stans Azarias precatus est, & aperiens os suum in medio ignis, dixit:
Ibidem. d Benedictus es domine deus patrum nostrorum. Et aperuit os suum. Non audet ignis inuocantis dominũ fauces irrumpere, nec nubilo ductu vaporans eloquentis ora conturbat: innocentis oratione prolata, & quasi facto impetu sermonis, tremula flamma subducitur. Et
Ibidem. diffundebatur, inquit, flamma super fornacem cubitis sexaginta & nouem. O dei potentia clarius luce monstrata. Furatur pastus alienos incendium, nam consumpsit quos propè inuenit, quia ieiunat in suis. Custodiam suam vehementer horrescens, ne iam faciat vel ipso fumo sanctis quos tuetur iniuriam, foris tantùm ducit vrere. Bene constanti vindicta innocentia defenditur, liberantur inclusi, & pereunt spectatores. Mira etenim ratione vis horrida commutatur in solo loco: vbi incenditur, illic refrigerat, aut tepescit, vt eodem loco scriptura testatur. Angelus autem domini simul descendit cum illis, qui erant in fornace cum Azaria, & discussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, vt spiritum roris sibilantem. Incedebant ergo pueri per medium fornacis cum angelo, & murmure fugitiuo replicabatur incendium, ac velut amicus ignis sanctis viris præbebat obsequium. Rex autem cum audiret eos benedicentes, & laudantes dominum, miratus est, & surrexit in festinatione, & dixit principibus suis: Nõnne tres viros misimus in medio *Ibidem.f* ignis vinctos? Ecce video viros quatuor solutos, & ambulantes in medio ignis, & corruptio nulla est in eis, & aspectus quarti similis est filio dei. Ecce, inquit, video viros quatuor. Exclude si potes adhuc demens eum, qui crescit ad numerum. Non poteris iam tuos finire damnatos, qui soli esse non possunt: mala tibi ratione creuit quæstio, fortior est quem claudis. O quibus te incorrupta fides triumphis extendis. Adest tibi amica maiestas, vt innocentia liberetur. Patitur se deus cum pueris in supplicio numerari, & potest dominum videre sacrilegus, sed non permittitur nosse, vt crescat gloria puerorum: insana enim mens in suis flammis parum crederet fortasse, si talem non disceret desensorem. Tũc exiit rex ad ostium fornacis ignis ardentis, nec cum propè fuerit positus flamma contingitur. Necessariò enim ab ipso igne cognoscitur, quia dominum cœperit confiteri pro hoc, & dixit: Benedictus deus Sedrach, Misach, Abdenago, qui liberauit pueros suos. O magna misericordia deitatis, quod exultabile dictum est, sanantur rei, & redimitur qui torquebat. Inter hæc qui tale potuit inanis imago mõstrare? Ecce dominus non in auro lucet, sed in flammis ostenditur. Sed quibus flammis? Quæ illuminant, non quæ incendunt. Vnde vos fratres charissimi, omni fide dominum Christum venerari debemus altissimum, vt possimus indubitanter ad regna cœlestia peruenire. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum, qui viuit & regnat cum deo patre, & spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

DE SANCTA SVSANNA,

Homilia Incerto interprete.

DIVINAE lectiones, & sancta oracula dei, quæ insonuerunt auribus vestris, nidum faciant in mentibus nostris. Non volent, & transeant: aut sedeant, & descendant. Nam si passer *Psal.83.a* inuenit sibi domum, aut turtur nidum, vbi ponat pullos suos: quantò magis passer verbum dei? Audiuimus de Susanna lectionem. Aedificetur pudicicia coniugalis, & tam firmo fundamento innitatur, muróque valletur, vt & insidiantes repellat, & falsos testes conuincat. Remanserat casta mulier moritura, nisi adesset, qui videbat, quod iudicantes latebat. Conscripta sunt ver- *Dan.13.c* ba eius: O angustiæ mihi sunt vndique, si enim hoc fecero, mors mihi est: si autem non fecero, non effugiam manus vestras: melius est autem mihi manus vestras non euadere, quàm me peccare in conspectu dei. Contemnebat quod audiebat, quia timebat eum, quem nihil latebat. Ait ergo, Angustiæ mihi vndique. Sed expectabat eum, qui saluam faceret à pusillanimi tempestate falsorum testium, tanquàm ventum malorum.

In

Universidad de Deusto

In illis tamen ventis & fluctibus naufragium caſtitas non fecit, quia dominus gubernauit: affuit precanti, exaudiuit quam nouerat, nec deſeruit, ne moreretur: cui ſubuenit, ne adulteraretur. Excitauit deus ſpiritum ſanctum Danielis, adhuc nouelli ætate, ſed robuſti fide. Et quia erat in eo propheticus ſpiritus, continuò nequiſſimorum ſeniorum vidit fallaciam. Sed quod ille intuebatur, prouidendum erat quo modo cæteris
Ibidem f monſtraretur. Falſi, inquit, teſtes ſunt, redite in iudicium. Quid pluribus? Apparuit falſitas, Suſanna ergo religioſa mulier, & pudica coniunx erat vtique quandoque moritura, et ipſa quandoq; Et ſi tunc eſſet mortua, pudicitiæ quid obeſſet, dum caro conderetur ſepulchro, & caſtitas redderetur deo, Putaſtis enim fratres tanquàm ad magnum meritum pertinere, ſi falſi teſtes non præualeant ſuper innocentem. Non eſt magnum meritum, ſi non præualeat falſum teſtimonium B aduerſus innocentem, ſi aduerſus dominum non præualeret. Ipſe dominus noſter Chriſtus per linguam falſorum teſtium eſt crucifixus. Sed etiam ipſi quidem falſi teſtes ad horam præualuerunt, reſurrecturo quid nocuerunt? Demonſtrauit ergo ſeruis exemplum, ne falſos teſtes perhorreſcant: & cum creduntur, non timeant. Poſſunt enim facere malam famam, nam non poſſunt interficere conſcientiam. Liberati ſunt tres
Daniel.3.c viri de camino ignis ardentis, affuit deus eorum: & in ipſa deambulatione laudes dixerunt deo, affuit deus eorum. Nunquid defuit deus eorum? Illi euaſerunt, illi mox arſerunt, vtrique tentati. Hi carne conſumpti, hi carne illæſi, ſed vtrique coronati. Qui er- C go liberauit Suſannam mulierem caſtam, coniugem fidelem à falſo teſtimonio ſeniorum, ipſe liberauit &
Matth.1.c virginem Mariam à falſa ſuſpicione. Inuenta eſt ergo & virgo illa prægnans, ad quam vir non acceſſerat: vterus quidem fœtu tumuerat, & virginalis integritas manſerat. Seminatorem fidei fide conceperat, dominum in ſuum corpus aſſumpſerat, non eius corpus violari permiſerat. Meritò tamen tanquàm homini venit in ſuſpicionem. Aliũde eſſe credebat, quod de ſe non eſſe ſciebat, & ipſum alium de adulterio ſuſpicabatur. Quare dignus fuit ab angelo corrigi, quia nonnulla erat maleuola ſuſpicio. Maleuolæ ſuſpiciones ſunt calumniantium, beneuolæ ſuſpiciones ſunt gubernantium. Licuit cuiquàm de filio malè ſuſpicari, ſed filio non licet calumniari. Vtique ſuſpicaris malum, ſed optas inuenire bonum. Qui beneuolè ſuſpicatur, vinci cupit. Tunc enim bene lætatur, quando D falſum inuentum fuerit, quod malè ſuſpicabatur. Talis erat Ioſeph circa coniugem ſuam, cui corpore non erat mixtus, ſed tamen fide iam fuerat copulatus. Venit ergo & virgo in falſam ſuſpicionem: ſed ſicut pro Suſanna affuit in Daniele ſpiritus, ſic pro Maria domini fuit angelus. Ad Ioſeph inquit angelus: Noli ti-
Ibidem. mere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim de illa natum fuerit, de ſpiritu ſancto eſt. Gaudebant paulò antè coniugatæ ad Suſannam, gaudent virgines ad Mariam, vtræque teneant charitatem: illæ coniugalem, iſtæ virginalem: vtraque enim caſtitas habet apud dominum meritum. Ergo vnuſquiſq; fratres mei pro dono quod accepit, certet in hoc ſeculo, vt vincat in futuro, per Chriſtum dominum noſtrum, qui viuit & regnat cum patre & ſpiritu ſancto, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Tomus primus.

A *DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, de Iona prophetæ homilia. Incerto interprete.*

FACTVM eſt verbum domini ad Ionam, dicens: Surge & vade in Niniuem ciuitatẽ magnam. Statim prophetam de vocabulo ciuitatis hortatur: & vrbem laudando, prædicit futuram veniam. Nam ipſius prædicationis hoc verba ſignificant. Adhuc triduum †eſt, inquit, & Niniue ſubuertetur. Cur futura prædicit, atque denunciat, niſi vt prædicta non faciat? Ideo & gehennam minatur, vt gehennam non inferat. Terreant & nos, inquam, verba prolata: rerum non contriſtet auſteritas. Sed cur plagæ dilatationem tam breui tempore coarctauit, niſi vt virtutem animi gentium barbararum poſſis addiſcere, Niniuitarum ſcilicet, qui triduani temporis anguſtiis, imminentia valuerunt mitigare ſupplicia? Et vt dei miſericordiam admireris, qui ad pœnitentiam breuis temporis exoratus, multorum laxauit veniam peccatorum: ſed & tibi beneficium benignitatis oſtendit: & licèt ingenti peccatorum mole ſuppreſſo, lenitatem remedio pœnitentiæ pollicetur. Nam ſicut is cui tardus atque tepidus animus eſt, etiam ſi multi temporis curricula ad ſui pœnitentiam mereatur, nihil firmum atque robuſtum poterit promereri, nec deum facilè ad miſericordiam commouebit, propriis deſideriis occupatus: Sic vigilans atque ſollicitus, etiam ſpacij dilatione ſuppoſa, in ipſis temporis anguſtiis conſtitutus, auxilium facilè diuinæ benignitatis agnoſcit, & ingenti ſarcina liberatus exultat. Et vt ad plenius addiſcas, C peruide quòd Petrus eum tertiò denegauit: tertiò & cum iureiurando ad viliſſimæ puellæ verba formidauit, & ad pœnitentiam ſuam non multorum ſpacia poſtulauit annorum, ſed ipſa nocte qua cecidit, ipſa quoque ſurrexit: ipſa nocte, qua meruit plagam, meruit & medelam: ipſa nocte, qua vulnus ſenſit, ſenſit & remedium ſanitatis: & planctus illi ſubſidiũ fuit. Nam flens, inquit, & lachrymans: & non ſolùm lachrymans, ſed cum omni affectione. Et ideo euangeliſta nõ eum ſimpliciter, ſed cum omni dolore fleuiſſe teſtatur. Et illarum lachrymarum quantum meritum fuerit, nullus poterit verbo explicare: ſed rerum demonſtrat euentus. Poſt lapſum enim illius denegationis, cui nullum malum poterit comparari, priori eum reddidit eccleſiæ, & totius orbis eccleſiæ ſollicitudinem curámque commiſit: & quod plus eſt, vltra omnes apoſtolos erga dominum, eum oſtẽdit habere charitatem. Petro nanque ait, Amas me? Quid hoc verbo glorioſius? Sed ne dicas, quòd Niniuitis tanquam Barbaris & à communi ſenſu extraneis veniam dedit: ſeruus, nanque dictum eſt, qui neſcit voluntatem domini ſui, & non facit: plagis vapulabit paucis. Et ne hoc dicas: Ideo tibi & beati Petri teſtimonium protuli ſerui, qui nouerat domini voluntatem. Sed & iſte poſt tam grande peccatum, poſt tanti criminis reatum: vide ad quantam excellentiam culminis eleuetur. Idcirco nec te terreat tuorum conſcentia peccatorum, cum pœnitentia deleantur. Tunc enim grauius crimen peccatum eſt, cum in peccato duratur. Hoc & Paulus deflet, hoc ingemiſcit, hoc luctum meritò nuncupat: ne fortè, ait, veniens ad vos humiliet me deus, & lugeam multos non peccantium ſimpliciter, ſed non pœnitentium in turpitudine & in immunditia, quã geſſerunt. Ad veram igitur pœnitentiam quid aliud, niſi ieiunium neceſſariũ eſt? Sed ad hiſtoriã redeamus. Poſteaquã audiſſet propheta hęc verba, Deſcen-

Iona 1.a

Ibidẽ 3.b

†*Hoc loco lxx. ſequitur Chryſoſtomus, vt fere ſolet.*

qui pro אַרְבָּעִים *& à Iona.3 Chaldæo* אַרְבָּעִין *id eſt, quadraginta, verterunt tres,* τρεῖς.

Matt.26.g

Luc.22.g

Ioan.21.e

Luc.12.f

2.Cor.12.g.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ionæ 1.a. ba, Descendit in Ioppen, vt fugeret in Tharsis à fa- A
cie domini. Quò fugis propheta? Non audisti, quod Da
Psal.138.a uid ait, Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fu-
Ibidē.23.a giam? in terram? Sed domini est terra, & plenitudo e-
Psal.138.b ius. Ad inferos? Et ibi virtus tua non deerit. Ad cœ-
Ibidem. lum? Ibi quoque te esse cognosco. Et in mare? Et eò ten
dit dextera tua. Hoc & circa istum, factum est, qui præ-
A similiargumentum. cepta domini posse se declinare arbitratus est. Nam si-
cut ij, quos nimia ebrietate confusos ad præcipitium
casus aliquis attulerit, cæca quadam caligine deferun-
tur, nec pedis tentatione suo gressui prospiciunt, po-
tus nimietate turbati: sic & ij, qui peccatorum mole op-
primuntur, improuisa cupiditate, propria præcipitan-
tur insania. Nunquid à domino fugis Iona, & eius ius-
sa quadam putas tergiuersatione posse contemni? Ip-
sis fluctibus poteris edoceri. Quum enim nauem fuit
ingressus, turbantur maria, fluctus eleuantur, & pro-
Simile. fundi pelagi arena monstratur. Et sicut fidele manci- B
pium cum seruum fuga lapsum nonnullis etiam com-
muni domino preciosis ablatis, omni animositate con
tra eius retentores insistet, nec antè derelinquit, nisi
cum præsentauerit domino: sic & mare conseruum a-
gnitum non alieno patrocinio, nullius postulato sub-
sidio, sed propria virtute commotum, vt sibi redderetur, exposcit. Sed nautæ nondum agnita causa naufragij, nauem aliquantarum rerum iactatione subleuari arbitrabantur: & nihilominus nauigium turbabatur.
Apud se enim periculi sarcinam retinebant, & magis magisque prophetæ corpore grauabantur: non corporis magnitudine, sed peccati. Nihil enim graue æquè
Zacha.5.c & onerosum inuenies, quàm peccatum. Et ideo Za-
Psal.37.a charias plumbo peccatum figurauit: & Dauid naturam eius describens, ait: Iniquitates meæ superauerunt caput meum, sicut onus graue grauatæ sunt super me. C
Matt.11.d Christus autem ad eos qui in peccatis vixerunt, dicit: Venite ad me, qui laboratis & onerati estis: & ego requiem dabo vobis. Peccatum naufragium præparabat, & Ionas somno premebatur: sed sopor ille tristiciæ fuit, non requies. Nam idonea benignaque mancipia culpam suam non tardè cognoscunt. Hoc & propheta sustinuit. Admisso peccato crimen peccati cognouit: quia huiusmodi natura peccati est, post partum dolores incutit, & natum plus afficit mentem, vnde pro-
Ionæ 1.b latum est. Igitur nauta proximat ad Ionam, & ait: Surge & deprecare dominum tuum. Sciebat iam non naturam suam exercere elementum, sed diuino motu vniuersa turbari, & artem nauticam tantis procellis resistere nulla posse virtute, nec gubernatoris manus vndique circumuallantibus fluctibus reluctari posse credebat. Maior enim gubernator necessarius fuit, scilicet qui cuncta gubernare consueuit: & aliud nihil nisi cœleste flagitabatur auxilium. Ideo & illi contemptis remis velisque depositis, & omne nauticum subsidium abdicantes: manus tendebant ad cœlum, dei misericordiam postulantes. Sed cum se in eadem desperatione nihilominus aduiderent: reum & tempestatis causam sorte voluerunt cognoscere. Quo facto, propheta proditur sorte: & nautæ vt in summa tranquillitate positi, vt serenis flatibus nauigantes non illicò eum præcipitare festinant: sed habita communione colloquij, seruantes, velut iudicij disciplinam cum omni diligentia maturas interrogationes proferebant, & responsa poscebant: tanquam & ipsi prolatæ sententiæ maiori cognitori daturi responsum. Audi nanque eos interrogantes, audi iudiciariam quæstionem.

Vnde tibi profectio? quò festinas? de qua gente? De qua plebe productus es? Accusant maria fluctibus inquieta, sortis attestatur incertum, reus omnibus declaratur: & tamen illi cognitorum ordinem imitantes, qui non ante sententiam proferunt, nisi testium verba ipsius rei fuerint confessione firmata: ita & ij dissimulata inquietudine procellarum, & ignauia suæ naturæ deposita, seruant iudiciariam disciplinam, & sententiam proferunt communi consensu. Et hæc omnia diuina prouidentia gerebantur, vt propheta pius & man suetus existeret: & ita eum deus rerum corrigebat documentis, tanquam si ad ipsum clamitaret, & diceret: Humanitatem imitare nautarum: qui ne vnius quidem animæ salutem despiciunt, nec vnius corporis curam prætereunt. Quantum autem ad tuam solicitudinem pertinet, vniuersa ciuitas infinitis hominibus ampliata morti donata est. Et isti quidem calamitatis suæ reum sorte monstratum, non passim præcipitare voluerunt: tu autem Niniuitas prodidisti, quorum nulla fueras lęsione laceratus. Et tu quidem mea præceptione contempta tantam plebem prædicatione sanare noluisti: isti autem nullo iubente conatibus omnibus elaborāt, à mortis te sententia liberare, Nam accusante mari, attestante sorte, ipso etiam confitente, & suæ fugæ tergiuersationem non denegante, miranda lenitate, prophetæ morti parcere cogitabant, & ad incommodum suum gurgitibus eum non dare tentabant. Sed non patiebantur maria, immò dei prouisione gerebatur: vt & nautæ ei parcere cogitarent, & belua consumere formidaret. Nam eo dicente: Tollite me, & in mare præ- Ionæ 1.c
cipitate, & tempestas à vobis temperabitur. Littus magnopere postulabant, sed fluctibus ire prohibebantur ad terram. Et tu si vidisti prophetam fugientem, audi eum, & de ventre beluæ confitentem. Nam illud, vt homo, pertulit: hoc, vt propheta, monstrauit. Igitur susceptum eum mare, custodiæ ventris beluæ commendauit, fugacem domino seruaturum, & ne fluctibus læsus, nec rapaci morsu consumptus est, sed beluæ atque elementi natura mutata, propheta redditur ciuitati. Ingressus itaque vrbem, vt imperiale præceptum, quo contextum supplicium continetur, ingenti voce dominicam sententiam prædicabat: Adhuc triduum, inquit, & Niniue subuertetur. His audi- Ibid.3.b
tis Niniuitæ auditum nulli contemptui manciparunt, sed verba prolata suis cordibus intimarunt. Et statim viri atque fœminæ, serui & domini, senes & iuuenes, iudices & ministri, graues & pueri, vno concursu, vna mente, vna lamentatione ad auxilium ieiunij conuolarunt: sed & ipsa animalia huius ministerij tenebantur obsequio. Vbique saccus, vbique cinis, vbique D
lachrymæ, vbique gemitus. Nam & ipse, qui tenebat imperij potestatem, excelsa sede derelicta, regali pompa renunciata, indutus cilicio, capiti cinerem imposuit: & sic valuit ciuitas liberari. Et res totius admirationis gerebatur, cilicio purpuræ cedebat ambitio, & cinis diadematis obruebat ornatum. Videtis, quàm non inaniter proclamabat, ebrietatem declinandam, non ieiunium formidandum? Nam ebrietas & luxuria stantem euerterunt ciuitatem: commotam, ieiunium solidauit. Cum ieiunio Daniel in lacum leonum Dan.6.&
ingressus est, & eorum tantam mansuetudinem sensit, 14.c
vt simplicitatem ouium arbitraretur. Nam bestiæ in illa feralis ardoris rabie, furoris sui natura lenita, oblato sibi cibo parcebant: & aliquanto tempore fame defectæ, præparatam satietatis copiam respuerunt. Nam

diebus

diebus ſeptem eis fuerat cibus denegatus, vt in ipſo oblationis aſpectu prophetæ carnibus auida cupiditate inhærentes, conſumpto ſe corpore ſatiarent. Cum ieiunio & tres pueri Babylonium fornacẽ ingreſſi ſunt, *Ibidem 3.c* & ingenti flamma ſpacio aliquanti temporis erogato, intacti egreſſi ſunt, & corũ corpora ignis lumine ſplendidius micuerunt. Quid igitur eſt? Nempe ſi hæc flamma erat, monſtrabat flammæ naturam: & illa, ſi corpora erant, ſubiacebant corporis paſſioni. Sed hanc admirabilem quæſtionem nullus poterit, niſi ipſum ieiunium, explanare. Quæſtio etenim ardua eſt. Humana corpora cum igne pugnabant, & victoria corporum mõſtrabatur. Vidiſti admirabilem pugnam, vidiſti admirabiliorem victoriam. Mirare igitur ieiunium, & illud cum omni auiditate tuis amplexibus feſtina ſuſcipere. Quando enim & in flamma prodeſt, & in lacu *Ieiunij vis quàm efficax.* leonum ſubuenit, & ſpiritus propulſat immũdos, & diuinam ſententiam mitigare nouit, & ad libertatem reuocare conſueuit: quis huius inſaniæ reperitur, qui velit ieiunij tãtorum bonorum materiam declinare? Sed dicis: Corporibus exinde generatur infirmitas. Sed quantum exterior conteritur, tantum interior renouatur de die in diem. Immò ſi diligẽter ſcrutari volueris, inuenies ieiunio corpora validius roborari. Et ſi meũ « ſermonem reſpuis, medicorũ te doceat diſciplina: qui « parcitatem, ſalutis nominant matrem. Nam pedũ dolores, capitis vertiginem, ſubitaneas mortes & cætera, quibus febris atque languores corporis comparantur ex luxuriis atque voluptatibus aiunt generari, & tanquam de fonte noxio riuos ad corporum læſionem, & ad animarum perturbationem commeare teſtantur. Non igitur ieiunium timeamus, & ideo nos frequenter admoneo ad ieiunium, veluti mitigationẽ, ne multo nos vino & luxuria ſaginemus. Et ideo deprecor ne ieiunij meritum delicioſis voluptatibus præoccupatũ, *Simile.* non mereatur effectum. Nam ſicut ij, qui medicinali remedio potari diſponunt, ſi non fuerint diligenti abſtinentia præparati, fructum remedij ſentire non poſſunt: ita & ij qui poſt crapulam ad ieiunium veniunt, remedium non agnoſcunt. Et ideo ſobrio animo ad ieiunium confugiamus, vt miſericordiam conſequamur: gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria & honor, vnà cum ſpiritu ſancto, & nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST

Zacha. 6.d *in Zacharia propheta, cap. vi. (de præparatione adventus domini) Ecce vir Oriens nomen eius, ſub vmbra eius orietur ſol: ipſe veniet ad ſaluandum populum ſuum: Homilia.*

Incerto interprete.

NObilis genere atque ditatus ſpiritu Zacharias inebriatus non vino erroris, ſed verbo veritatis futura dicebat: præſentia non tacebat, præterita non ignorabat: quia locuples ſpiritus totum demonſtrabat, qui propria dona ſingulis impartitur, ſicut modò hos verſiculos ex contexione prophetiæ eius vna modulatione cecinimus, dicentes, Oriens de Oriente. Oriens venit, vt ſibi adoratores in ſpiritu & veritate confirmaret. Iſte ergo Oriens nomen eius. Quanquam non fuit ſine nomine, & nõ quali- *Philip.2.b* cunque nomine, ſed illud nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua

A confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Oriens ergo nomen eius. Magnum beneficium, ſingulare donum, ſequeſtratum munus, vt donaretur nobis vnde beneficium obueniſſet nobis. Quale nomen Oriens? Delectabile, dulce, ſuaue. Hoc ſemper appetamus. vt conuerſi ab Occidente intenti ad Orientem agnoſcamus deum omnipotentem. Subſequitur verſiculus, dicẽs, Sub vmbra eius orietur ſol. Et verè ſub vmbra eius orta eſt claritas diuinitatis eius, qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum. Quia lux venit in mundum, radiauit mentibus noſtris obſcuris, declarata ſunt tetra, manifeſtata ſunt occulta, tenebroſa aperta, vt lux oriretur nobis: Quia qui ſedebamus in tene- *Eſa.9.a* bris & vmbra mortis, lux orta eſt nobis. Sol iſte nõ eſt nubiloſus, nec obtectus, non aſcendens & deſcendens: ſed ille ſol iuſticiæ, qui totum cardinem mundi aduentu ſuo ſplendificauit: quid aliud egit, niſi vt patri & ſi-
B bi faceret populum peculiarem, dato pignore ſpiritus ſancti, qui eſt pignus hereditatis noſtrę, vt ad inſtar hereditatis illius, & odoris, non aromatici, ſed pietatis: non tranſitorij, ſed æterni, perduceret nos ad thuribulum illud, quo Eſaias perductus eſt propheta? Vnde car- *Eſa.6.c* bonem in labiis accepit, vt à vaniloquiis, ab ocioſis ſermonibus ſeparatus, de forcipe tacta labia carbone ignito immutaretur ex carnali intellectu in ſpirituale ſenſum. Et qui loquebatur ex humano ſenſu, inciperet ex dono loqui diuino, vt clamaret & diceret, Ecce virgo *Ibid.7.a* in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum deus. Aequè dicebat, Vidimus eum nõ habentem ſpe- *Ibid.53.a* ciem, neque decorem. Illic natiuitatem demonſtrabat, vbi dicebat, Ecce virgo in vtero concipiet: & hîc paſſionem vbi dicebat, Vidimus eum non habentem ſpe-
C ciem neque decorem. Vnus atq; idem ſpiritus agebat omnes vates, qui vaticinio non tacebant aduentũ eius. Dicit Zacharias, Ecce vir Oriens nomen eius: ſub vm- *Zacha.6.d* bra eius orietur ſol, ipſe veniet ad ſaluãdum populum ſuum. Dicit Eſaias, Ecce virgo in vtero cõcipiet, & pariet filium. Vterque vnum dixerunt, quia de vnico locuti ſunt. Ergo ſubiunxit ſanctus, ſuprà memoratus Zacharias, dicẽs, Ipſe veniet ad ſaluandum populũ ſuum, cùm ſciamus eum iam veniſſe. Tamen cum dicitur, cum in memoria recolitur, quaſi præſens videtur. Infirmus enim cum loquitur de medico, ſanitatem ſperat. Cum dicitur ei, Ecce veniet archiater, renouatur, innouatur, ad ſpem reducitur ſalutis. Ecce venit totum. Ecce aliquando veniet. Et quandiu adhuc negligitis deſidioſè, inordinatèque animas veſtras? Ecce veniet, præparate locum quò veniat. Dicite cum propheta, Si de- *Pſal.131.a*
D dero ſomnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis. Quandiu ſanctè Dauid, quandiu non dormis, quãdiu requiem temporibus tuis nõ das? Si enim non dormieris, ſenſu immutato aliud loqueris. Dic ergo nobis, quandiu non dormis? Donec inueniam locum domino tabernaculum *Ibidem.* deo Iacob. Sed primitus tollam omnia impedimenta mentis meæ. O tabernacula ſancta, ô ſtabulum hoſpitale, ô latiſſimus mente: quali conſcientia præparas ex tanto talis locum domino, tabernaculum deo Iacob: & inuenis ei locum, quem totus non capit mundus? & ſi apud te erit, alibi non erit: ſi totum habebis, alij eum non habebũt? ſi ad te veniet de ſecreto cœli, abſens erit à patre? Quid? Quia & ibi apud te eſt, quia eructas ver- *Pſal.44.a* bum bonum, & dicis opera tua regi. Quia bonus homo *Matt.12.c* de theſauro cordis ſui profert bona. Apud te erit, & à

Universidad de Deusto
Biblioteca

singulis non recedet, & in sede sua permanebit. Parate ergo locum domino, suspendite vela orationis: aperite ianuas cordis, triclinium animæ sit splendidum odoribus: Quia Christi bonus odor estis vos. Sed sit vobis odor vitæ in vitam, orate pro eis, quibus est odor mortis in mortem. Sed ad hæc quis idoneus? Nullus de se præsumat: veniat saluifactor, discumbat in corde ecclesiæ suæ, quia fuit vnus discipulus, in cuius pe-
Ioan.13.c ctus discumbebat Iesus. Nunquid acceptor est personarum, vt in vnius pectus discumberet saluator mundi? An fortè pectus Ioannis agnoscitur virginitas, castitas: quia qui castum habet cor, ibi discumbit Christus. Nec enim sola castitas corporis sufficit ad integri-
Matt.25.a tatem cordis. Considerate insulsas quinque virgines. Virgines enim erant, sed castum cor non habebant. Castitas discordiæ non conuenit, ebrietati, impudicitiæ, iracundiæ, maliciæ, adulationi, subdolæ menti, laudibus humanis inhærenti, voluptatibus insistenti, cupiditati, auariciæ, dissensioni, zelo, liuori, inuidiæ, con-
2.Cor.6.c tentioni, his viciis non coniungitur castitas. Quæ enim societas luci cum tenebris, quę pars fidelis cum infideli? Separate filios ancillæ, remaneant filij liberæ, charitas, pax, gaudium, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, vt sitis hæredes & comparticipes virginibus illis, quæ lampadibus splendidis oleo sapientiæ plenis, flammante spiritu feruentes meruerunt ingredi in aulam regiam, in thalamum sponsi. Eia fratres videte quis venit & saluos fecit, qui aperuit oculos cæci nati, qui claudum fecit ambulare sicut cesuum, qui planam fecit linguam mutorum. Tantum medicum nullus negligat, ne remaneat infirmus. Ideo per circulum anni iste dies agitur, vt mentes Christianorum immutentur. Quando paterfamiliâs habet natale, tunc serui sibi relaxari sentiunt largitatem, sperent patroni sui in honore natalis, mutatis vestibus officio suo præparati sunt, vt nitor vestimentorum impertiatur il-
Coloss.3.b lis præmium. Et nunc cum auditis, Ecce venit, expoliate vos veterem hominem cum actibus suis, & induite nouum: vt veste in nouitate vitæ vestræ induta, ad natale eius occurratis nitidi, splendidi, puri, immaculati, vt relaxentur angustiæ vestræ, & dicatis illam singularem laudem, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος sine cessatione domino deo nostro, Amen.

DE NATIVITATE SEPTEM Machabæorum, homilia. Incerto interprete.

VÀm speciosa, & grata ciuitas nobis enituit, & totius anni diebus splendidior dies hodierna præfulget, non de vsitatis Solis radiis illuminata præclarius, sed de lumine martyrum, supra coruscum fulgoris micantem illustrata sublimius. Multis etenim solibus illustriores sunt martyres, & magnis luminaribus clariores, Propterea hodie si dici potest, cœlo ipso ornatior terra lætatur. Sed in hac comparatione non attendas cinerem sanctorum corporum, nec fauillam reliquiarum carnis, omniàque ossa consumpta temporibus, sed aperi oculos fidei, & vide eos diuina virtute, & gratia spiritus sancti amictos, & diuini luminis claritate radiantes. Hi ergo ipsi de superno Solis circulo in terram radij Christo emittente iaciuntur, & à corporibus eorum prosilientes coruisca luce fulgoris, sicut speciem ecclesiæ gaudentis illustrant, ita faciem diaboli inuidentis obcæcant. Nam vt audaces latronum duces, siue impij sepulchrorum A effossores, si fortè dum prædas agunt, aut spolia capienda conquirunt, in arma, vel ornamenta imperatoris incurrerint, quamlibet cupidi prædarum: tamen ita agnitis regis insignibus deterrentur, vt fugiant, neque cominus accedere, vel attingere audeant. Vnde sibi non compendium procedere, sed periculum prouident imminere, si quid inde audeant vsurpare: Ita profectò & dæmones, qui verè latronum & principes, & magistri sunt, vbi coronatorum martyrum corpora viderint posita, longè illico á conspectu eorum pauidi fugiunt, & absiliunt. Non enim ad naturam eorum intendũt, sed in arcanam dignitatem, & gloriam Christi, qui in agone certantium induta corpora martyrum suorum, sicut arma portauit. Huiusmodi enim armis non angelus, non archangelus, nõ vlla alia creaturæ virtus induta est, sed ipse dominus virtutum, &
B angelorum, sicut Paulus clamat, dicens: Si experimentum quæritis, præliantis in me Christi. Precioſa enim sunt corpora martyrum, quoniam plagas pro domino susceperunt. Et quia stigmata propter Christum membris suis impressa ferunt, & sicut corona regalis vndique decorata fulgores varios emittit: ita & sanctorum martyrum corpora, sicut precioſis lapidibus acceptis pro Christo vulneribus distincta, omni regum diademate precioſiora, & spectabilia redduntur, & illi quidem secularium spectaculorum præsides, siue arbitri, quos Græci agonothetas vocant, proponentes certamina, magnum muneris ambitum esse existimant, quando iuuenes & robustos luctatores in stadium introduxerint, vnde prima ostentatione miraculum spectatoribus præbeant studio. Hoc verò spiritali in agone non ita est, sed omnia è contrario. Ago-
C nem enim proponens Christus, non talem, qualem illi terreni agonothetæ, sed horribilem, & plenum timoris. Non enim hominum contra homines luctamen, sed hominum aduersus dæmones pugna est. Tale ergo certamen nobis proponens Christus, non iuuenes exercitatos ad luctamina athletas, sed primæuos adolescentulos, & cum ipsis senem Eleazarum, simúlque mulierem anum matrem septem adolescentium vult considerare. Quid hoc noui est? quid paras inutilem & adhuc teneram in bellum, in arenam vel prælium ducis ætatem? quis enim ante hanc diem vidit, vel audiuit mulierem in vltima senectute positam dimicasse, & terribilem mortis adisse conflictum? Nemo huiusmodi factum audiuit vnquam. Sed ego, inquit, admirabile hoc, & nouum, quod neque auditu aliquando perceptum est, ipsis operibus demonstrabo.
D Non enim talis agonotheta ego sum, vt certaminis exitium in aliquo certantium virtute constituam, sed ipse assisto luctantibus, & auxilium præbeo, & manum præbeo athletis meis. Et quod ex proprij arbitrij libertate suscipiunt, de bonæ voluntatis affectu, vt pro legibus meis, & nomine meo dimicent, id in victoriam ipsis procedere, mei est auxilij. Ergo cum videris mulierem annis confectam, senio tremulam, baculo indigentem inducí, & congressam prælio passionis dissoluere crudelem tyranni furentis insaniam, & de incorporeis virtutibus triumphantem, & diabolo prævalentem, & facilè vires illius concidentem cum potestate maiore, admirare diuini agonothetæ gratiam, obstupesce ad intuendã Christi virtutem, cuius athletę non corporis robore, sed fidei virtute luctantur. Infirma eorum natura, vel vetus est, sed quæ eos vnxit gratia, potens est. Resoluta sunt corpora senectute, sed so-

2.Cor.13.a

lidatæ

lidatæ sunt mentes desiderio pietatis. Non est sensibilis hæc pugna, neque insensibile certamen. Noli ergo istos athletas extrinsecus considerare, sed ingredere sensu rationabili ad interiorem eorum habitudinem: conspice fidei eorum fortitudinem, vt intelligas, quoniam qui contra dæmones pugnat, non robore corporali, neque valida compage membrorum indiget, nec de ætate iuuenili fiduciam sumit: sed & si tener adhuc adolescentulus in flore primæuo agit, & si senex ad extremas ætatis suæ metas peruenerit, animam verò fortem habeat, & corroboratam fidem, nihil de ætate, vel modica, vel extrema ab effectu certaminis impeditur. Et quid dico senem & iuuenem, quando etiam mulieres expeditæ ad hæc prælia cucurrerunt, & illustres coronas adeptæ sunt? Nam illi extranei nobis, id est, mundani agones, & ætatis, & formæ, & generis dignitatem requirunt. Vnde & seruis, & mulieribus, & senibus, & pueris ad eos aditus denegatur: isthic verò apud nos omni personæ, omnique ætati, & vtrique sexui indiscreta facultate studium patet, & agonis adeundi commune ius, & vna libertas est, vt prompta omnibus sine inuidia bonitate ineffabilem saluatoris nostri virtutem cognoscas, & apostolicum sermonem opere confirmari videas: Quia virtus in infirmitate perficitur. Quando enim pueri, & senes supra naturam valent, & internis viribus modos ætatis extendunt, euidenter operantis in ipsis gratia manifestatur: & vt plenius appareat, quia infirmitas athletarum nostrorum, quæ in exteriori est, clariores faciat esse victores, & senem, & pueros relinquentes, infirmiorem ipsis producamus in medium mulierem, illam anum, & septem puerorum matrem. Nam labores partuum non vel modicè huic certamini impedimento sunt. Quid ergo eius prius aut potius mirabimur? quod ex natura infirmum, aut quod de ætate habuit prælijs inutile, & immaturum, aut necessariæ cõpassionis affectum? Mater enim erat, vnde facilè eam potuisset in tormentis viscerum suorum vincere materna pietas, nisi diuina pietatis altior virtus virili fide anile pectus armaret. Magna etenim hæc impedimenta sunt ad eum cursum, cuius intentio summa indiget patientia. Ego verò, & aliud his maius habeo dicere, quò & virilẽ mulieris fortitudinem, & callidam diaboli versutiam consideretis. Quid autem hoc est, diligenter inspicere debetis. Immundi dæmonis maligna calliditas, non primam eam traxit in agonem, sed post filios eam duxit in prælium. Qua causa hoc? Ob hoc vtique, vt præuenientibus in conspectu eius septem filiorum suppliciis, deiiceret sensum eius, cum virtutem mentis in matre fregisset, varia crudelitate propositis ei spectaculis orbitatis suæ, cum iam eneruatam, & consumptam maternis doloribus facilè vinceret, & in ruinam mentis impelleret. Ne ergo hoc cõsideres, quòd illata sibi tormenta tolerabant: sed illud magis contemplare, quòd mater per singulos eorum duriores sustinebat dolores. Et hoc quod dicitur, bene norunt quæcunque pariendi dolores expertæ sunt mulieres, & matres factæ sunt. Nam sæpe & mater, si videat filium suum febribus æstuare, ita perturbatur, vt ardores illius in sua cupiat membra transferri, & mutata in se si possit ægritudinis vice transfundere in filium sanitatem suam. Ita omnibus domesticis malis eas, quæ de filiis malis acciderint, ærumnas grauiores existimant, & intolerabiles fiunt, quæ matris sunt. Sicut ergo vera in cunctis matribus talis affectio, ita profectò manifestum est, quia mater illa grauius in suppliciis filiorum puniebatur, quàm si ipsa pateretur: & maior erat passio in visceribus matris, quàm in corporibus filiorum. Si ergo vnius filij nũciata est ægritudo, auditu solo viscera materna turbãtur. Hîc autem non vnum tantum filiorum chorum vno tempore pariter interfici videns mater, nec absens per auditum susc ipiens passiones eorum: sed præsens oculis hauriens vulnera omnium, quos pepererat, quid non patiebatur? Quo modo nõ excidit mente, vnumquenque horum spectans horribilius, & diuersis pœnarum ingeniis cruciari, & per incisiones membrorum tam crudeli, quàm lenta morte consumi? quo modo tam ferali spectaculo non dissilierunt viscera eius, & desumpto corpore anima excussa est? Quo modo non & prima filij passione in ipsos ignes, quib' filius cremabatur, insiluit vt simile, vel deterius filiorum spectaculum compendio mortis euaderet? Nam etsi sapiens esset, sed mater erat: etsi amans deum, sed carnem portabat: etsi prompta esset fide, attamen fœmineum sexum gerebat: etsi zelo diuinæ pietatis prompta ferueret, sed & maternæ affectionis vinculo memor partuum tenebatur. Si enim nos qui viri sumus, frequenter cum videmus reum per forum duci refrænato ore in mortis damnationem, & eum trahente carnifice, de solo eius aspectu frangimur, cum tamen sufficientem habemus consolationem ex ipsa conscientiæ securitate, qua ab illius pœna mortis discernimur: facilè metiri possumus quid illa pertulerit, quæ non reum aliquem & extraneum, & damnatione commerita duci videat, sed septem filios simul in vna die non ista morte consumi, sed variè laniatos pœnis videbat interfici. Si enim lapidea quidem fuisset, & si viscera adamante compacta gessisset: ita fortè potuisset inconcussa durare, & nihil eorum sentire, quæ & mulierem, & matrem perpeti, vis ipsa naturæ, pietatisque cogebat. Denique cogita, quo modo admiremur patriarcham Abraham, quòd filium suum offerens deo, ipse vinxit in apparatu hostiæ manus eius, pedésque constringens, & cum paterna manu immolandum altari imposuit, & sapienter conferens: tunc videbis quanta mulieris huius virtus extiterit. O amarissimum illud, simul & dulcissimum matris spectaculum: ô amarissimum quidem propter naturam affectionis humanæ, & propter ipsorum faciem tormentorum: dulcissimum verò propter virtutem fidei, qua delectabatur domesticarum spectaculo passionum: quo impiam sacrilegi regis crudelitatem confessio glorioſa vincebat. Vnde fortissima illa mater non frangebatur spectaculo orbitatum suarum, sed confortabatur: quia non profluentem eorum sanguinem aspiciebat, sed magis ad coronas eorum quæ texebantur in cœlis intenta gaudebat. Non videbat ad receptaculum temporale cauari petram sepeliẽdis, quia prouidebat æterna ędificari tabernacula coronandis. Non considerabat circunstantes populos, quia videbat adstantes angelos. Oblita est dolores partuum suorum, contempsit naturam sexus sui, nec memor & iam senectutis, ipsam quoque naturæ tyrannidem animo superante calcauit: naturæ, inquam, tyrannidem, quæ & bestiarum feritatem subigere consueuit. Sæpe enim difficiles capi beluæ, per amorem tamẽ suæ sobolis capiuntur. Dum enim natorum suorum dilectionem vitæ suę præferunt, ita affectu pietatis incautæ in manus incidũt venatorum: qui prius catulos eorum venantur, vt per affectionis captiuitatem perueniant ad capturam parentum. Nullum est animal, nec ita infirmum, quod

2. Cor. 12. c

Gen. 22. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

non pro filiis suis defensandis robur assumat: neque ita mansuetũ,quod abreptis catulis non irritetur,& aduersus rapientem quanta potest virtute desæuiat. Sed istam totam ipsam,& per homines rationabiles, & per animalia irrationabilia pari iure porrectam, atque diffusam naturæ tyrannidem fidei virtute dissoluit: & nõ solum non insiluit capiti sæuientis tyranni,neque lacerauit faciẽ eius,vt bestia videns catulos suos diripi: sed tantam magnanimitatem fidelis animi omnem philosophiam supergressam mõstrauit, vt immolationem filiorũ suorũ præpararet hortatu suo, & ingereret persecutori.Et cum adhuc priores punirẽtur,residuos ad æmulationẽ eorum exhortantibus verbis in palæstra passionis iungebat.Audiant hæc vniuersę matres,& æmulentur virilem mulieris huius fortitudinem, & veram circa filios dilectionem, & secundum illã septem martyrum matrem nutriant filios suos. Nõ enim educatio filiorum hæc naturæ est, sed educatio matres facit: hæc enim volũtatis est. Et vt discas, quia non pariendo tãtum,sed magis bene nutriendo fit mater, audi beatissimum Paulum, quo modo honorificet, & coronet viduam: non propter partum, sed propter educationem
1.Timo.5.a bonam filiorum,dicens enim: Vidua eligatur non minus annorum sexaginta,testimonium habens in operibus bonis, vt horum bonorũ laudem cõsummaret,adiecit:Si filios enutriuit: non dixit,si peperit. Quid ergo æstimabimus illam mulierẽ pertulisse,si tamen mulierẽ istam dici oporteat,cum videret in filiorum mẽbris viscera sua cruciari, alterius auulsos à suis manibus digitos super prunas igniũ spargi,& vnius caput clauis configi,alterius capiti cutem detrahi, & totũ corpus extracta pelle nudari, & cum qui talia patiebatur stantẽ fortiter,insuper & ipsi tyranno pœnas æternas voce libera comminantem? Quo modo mater hæc expectans eleuauit vultum suum,& os aperuit, & linguam mouit in verba,non in verba materni doloris affectu mollia,sed verba virtutis? Quo modo non recessit à carne anima eius?Quo modo ego dicam?Non enim in terrena prę-
stantia intẽdebat, sed in futura cœlestia præparabatur, in his omnibus filiorũ suorum pręliis & tormentis vnũ timebat,ne cuiquàm tyrannus parceret, & inuidiã diaboli soluto certamine triumphãtium scinderetur chorus filiorum eius, ne quis eorum sine corona maneret. Et quoniam hoc timebat,minimum eorum,qui iam solus agoni supererat,tantũ quòd non manibus apprehẽdens in ignem ipsa incensum impulit: verũtamen pro manibus cum verbis exhortationis impulit,& armauit cum magna trepidatione pietatis,voce patria obsecrãs eum,ne callidi persecutoris sæuioribus crudelitate blãditiis emollitus, euelleretur à fratribus glorioſis, & cõfortantium immarcessibilem coronam victus amitteret. Nos citra dolorem alienas ærumnas audire non possumus, sed illa proprias & domesticas passiones citra dolorem intuebatur. Hæc non negligenter, neque in ambustione audiamus, sed vnusquisque eorum qui audiunt in filiis suis totam hanc rem sibi depingat, in corde suo præponens virtutem eorum quæ dicimus, de suis affectionibus metiatur: quanuis nec ita possit, quia naturales passiones sermo non potest explicare, experimentis autem tantum percipi potest humanæ affectionis expressio. Quàm bene igitur ad eam matrem congruit sermo ille propheticus, vt post septem filio-
Psal.51.b. rum coronas dicamus: Tu autem sicut oliua fructifera in domo dei. Nam Olympiacis spectaculis cum innumerabiles sæpe conueniant luctatores, vnum tantummodo manet corona victorem: isti verò de septem fratribus septem emicuerũt coronæ. Et quam mihi ostendis regionem ita fertilem, quem nidum tam numerosa prole fœtosum?Nunquid similes habuit parturitiones mater filiorum Zebedæi? Glorioſa quidem & ipsa apostolorum mater, sed duorum tantùm. Septem verò martyres nescio vnquam vnum protulisse vterum, & ipsam eis matrem gloriæ sociam in consortio passionis appositam: & quidem nõ vna, neque simplici adiectione meritorum atque virtutum. Nam filij eius septem martyres erant, tantum autem corpus matris appositum est. Corpus quidem erat vnum, septem verò martyrum legio implebatur in matre. In qua dilata est gloria passionis, & corona martyrij, in ea omnium virtus & gloria confluebat: quia per vnumquemque filiorum suorum passa est, & quoniam illos ipsos tales ipsa perfecit: hæc ecclesiam nobis integram martyrum peperit septem filios enixa sublimiter, quorum neminem peperit terræ, sed omnes cœlo, magis autem regi cœlorum, cui omnes eos in vitam peperit æternam. Ergo callidus omnis maliciæ machinator diabolus vltimam eam duxit ad certamen,ea causa, quam suprà exposui, vt virtute eius fracta, & in spectaculo filiorum per tormenta morientium debilitata, facilè posteà debellaret afflictam. Si enim sæpe sanguinis humani fusionem videntes homines consueuerunt pauore percelli, & non modicæ curationis eguerunt, vt & deficientem vitam resumerent, & labãtem animam reuocarent: tantos illa videns sanguinis riuos non ex aliena, sed de filiorum suorum carne manantes,quod non sustinuit, aut quam perturbationem mente susceperit? itaque diabolus, vt suprà dixi, propter quod eam post filios suos, quasi perfractam orbitatibus, & facilè vincendam in vltimum certamen induxerat, id totum in contrarium sibi cecidisse persensit, & mulierem per hæc ipsa quibus vincendam putauerat, vincente confusus est. Maius enim, confirmata mater exemplis filiorum, aggressa est certamen. Quam ob rem per orbitates suas non fracta est, sed fortior facta est. Non enim iam reliquerat sibi pro quibus angeretur, vel quibus timeret, ne fortè infirmitate fraudarentur coronis, sed omnes sicuti vnum reponens promptuarium,ad supernos præmittens triumphos,& ad inconcussa perennis gloriæ regna, gaudebat, confidens de cætero, & secura cum magnanimi voluntate. Et sicut coronæ quædam preciosissimis lapidibus compositæ eminentem gemmam: ita carnem suam choro filiorum coaptans, ad desiderabilem Iesum pullos suos, vt aquila subsequens euolauit: magnum nobis relinquens solatium atque consilium, per id quod in semetipsa opere passionis probauit. Quod filiis valido sermone persuaserat, vt corroborata anima, & sublimi sensu instructa audeat omnes ingredi passiones, & omnia siue tormentorum, siue discriminum visibilium dura contemneret. Quis enim vir, quæ mulier, quis senior, aut quis iuuenis, de cætero veniam possit accipere,aut excusationem habere fragilitatis carnis, & timiditatis humanæ, si propter Christum sibi pericula videat inferri: quando mulier senectute confecta, & tantorum filiorum mater, & ante tempus gratiæ congressa, sustinuit multis virorum per idem tempus metu mortis inclinatis in sacrilegia perfidiæ, nec dum in domini saluatoris aduentu extincto peccato, neque morte deuicta, tantis animis, & tanta virtute, tantas propter deũ pœnas sustinuisse cernitur, & vicisse cognoscitur,

vt

vt euangelicam perfectionem in temporibus legis impleuerit? Vnde hæc ergo omnia cogitantes, & mulieres,& viri,& iuuenes,& senes, exemplum agonis huius, tantorúmque in filiis,in matre luctaminum, sicut in tabula, ita in corde vestro describite, assidua vobiscum exercitatione meditamini. Cõtra omnem spiritualium inimicorum armaturam illius patientiam proponamus ad inuictæ virtutis exemplum, vt isthic æmulantes fortitudinem sanctorum illorum, similiter illic eorum coronam possimus adipisci. Quantam illi patientiam in periculis corporalibus ostenderunt, tantam nos in passionibus irrationalibus continentiam demonstremus: id est contra iram & auariciam, vel inanis gloriæ concupiscentiã diuino timore muniti, sensibus repugnantes,& consilia diaboli destruentes in nobis. Si enim cupiditatum ignes vicerimus, sicut illi tyrannidis ignem vicerunt, poterimus iuxta ipsos & matrem eorum,pari gloria constituti similes haberi. Potens autem est deus, vt præstet vos omnes per eandem fidem ad parem gloriam peruenire: per charitatem & gratiam domini nostri Iesu Christi,per quem, & cum quo est deo patri regnum,gloria, cum spiritu sancto,& nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, de Publicano & Pharisæo, ac de humilitate & oratione, concio, Ioachimo Perionio Benedictino Cormæriaceno interprete.

Principium videtur deesse.

QVemadmodũ enim nubium concursus principio quidem caliginosum aëra facit,postquã autem se inter se contigerunt nubes,deposita omni pluuia, totum cœlum mundumq; tranquillum,& lætum reddit:sic etiã inertia & desidia,quandiu intus in animo versatur, rationi mentique nostræ tenebras offundit: posteà verò quàm orationis verbis & lachrymis,quæ illius sunt comites,expellitur,& foras eiicitur, magnam infundit alacritatem in animum,dei præsidio,quasi radio quodam relicto in mente eius qui precatur. Sed aliquis frigidus dicet, Non audeo multis verbis orare: pudore,cuius plenus sum, prohibeor: neque os aperire possum. Ab hoste proficiscitur hæc religio & metus:desidiæ sunt istæ excusationes.Fores enim aditus ad deum tibi vult diabolus occludere. Non audeo, inquit, loqui. Magna quidem certè est fiducia, teipsum nõ audere loqui existimare: quemadmodũ summus pudor est,& condemnatio,existimare te habere fiduciam. Si enim multa in te rectè facta sint, nec vllius sceleris te angat conscientia, & te fiduciam habere putes, omnem salutem amisisti.Et,si innumerabilibus peccatis te inquinatum esse scias, atque hoc vnum tibi persuadeas, te postremum esse omnium, magna tibi apud deum est fiducia. Atqui non est hoc humilitas, cum qui peccator sit, peccatorem se esse profiteri. Humilitas & modestia est, cùm aliquis sciens in se multa & magna præclarè facta inesse, nihil magnũ de se ipse sentit. Neque enim eos modò qui demisso animo sunt, sed eos etiam qui peccata sua ex animo atque simpliciter enumerant,recipit & probat deus,estq; propicius & clemẽs iis qui hoc sunt animo constituti. Vt autẽ discas quanta virtus sit, nihil magnum de se sentire, duos mihi aurigas constitue,qui ratione ad curriculum venerint, currusq; iugauerint & coniunxerint, alterum iusticiam & superbiam,alterum peccatum,& modestiam:tum vide-

A bis peccati iugum iusticiam vincere, non vi sua, sed vi paris suæ, modestiæ: contraq; illud superatum non iusticiæ imbecillitate, sed pondere ac mole arrogantiæ. Vt enim modestia præstanti sua lenitate peccati grauitatem & pondus superat, & ad deum properat ascendere:sic arrogantia magno suo pondere summam grauitatem vincere potest, secq; facile deorsum trahere. Atque vt hoc iugũ illo crassius intelligas,age verba Euangelij quę modò à nobis recitata sunt,proponamus. Ho- *Lucæ 18.*
B mines duo ascenderunt in templum, vt orarent, vnus Pharisæus,alter Publicanus, Aurigæ duo in stadiũ peruenerunt:Pharisæus iusticiam siue virtutem cum superbia coniunxit,Publicanus peccatũ cum modestia. Orabat Pharisæus hæc dicens, Deus, gratias ago tibi, quòd non sum vt cæteri homines, raptores, iniusti,aut etiam vt hic Publicanus. O amentiam: ô summam arrogantiam: ô exuperantem iactationem. Non satiauit eius insaniam & amentiam omnis natura hominum ad probra obiicienda,sed in publicanum etiam qui in propinquo erat, cùm magna dementia inuasit. Quid igitur ille? propulsauitne probra? non acerbè tulit accusationem, sed maledictum quod iactatum est, æquo animo accepit: ex inimici telo medicinam, ex vituperatione laudem,ex accusatione coronam cõsequutus est. Deus, gratias ago tibi, quòd non sum quales sunt multi homines, vel etiam qualis hic publicanus. Ieiuno bis sabbato: decimam do eorum quæ possideo. Quid miser loqueris? Gloriaris in ieiunio & non sentis tantam morborum contentionem? Arrogantiæ tuæ immodicæ magnitudinem non vides? Culicem excolas, & camelum deuoras: & cùm legis te dicis discipulum, quod scriptum est ignoras,Laudet te proximus,non os tuum:alienus,non labia tua. Publicanus autem à longè stans,nolebat etiam oculos leuare in cœlum,sed percutiebat pe-
C ctus suum, dicens, Deus propicius esto mihi peccatori. Audiuit humanitatis plenus deus humilia abiectáque verba: statimq; corona illum donauit. Dico vobis,Descendit hic iustificatus in domum suam. Tantum est bonum modestiæ: tantum est lucrum, non morderi aliorum conuiciis, nec efferari ad contumelias proximorum. Licet enim tibi etiam magnum generosumq; fructum,qui etiam publicano euẽnit, decerpere. Acceptis enim probris peccata deposuit & eluit. & cùm dixisset, Propicius ego mihi peccatori, descendit iustificatus in domum suam ab illo: sermoq; facta superauit, & actionem verba vicerunt. Ille enim iusticia amictus erat, & ieiuniis atque decimis: hic autem nudum verbum protulit, & peccata deleuit omnia. Neque enim verba tantùm deus audiuit, sed etiam mentem, ex qua hæc promebãtur: inuentaq; mente quæ abiecta contritaq; esset,
D misertus est,humanúmque se præbuit. Hæc autem non eò dico, vt peccemus, sed vt demisso animo simus. Si enim publicanus homo audito summo improbitatis genere, cùm non solùm se summisse gessisset, verũ etiam æquo animo peccata dixisset,atque id quod erat, profes sus esset,tantam à deo beneuolentiam studiumq; impetrauit:quantũ præsidium & auxilium ij qui magna præclaráque facinora perfecerunt,nihilque magnum de se sentiunt ab eodem accipient? Itaque admoneo,vt assiduè confiteare. Neque enim tè ad theatrum duco conseruorum tuorum: nec te cogo peccata tua hominibus enunciare: conscientiam tuam deo expone: ei ostende facta & vulnera,& ab eo medicinã pete.ostende te non exprobranti,sed curanti. Vt enim taceas,tamen scit ille omnia. Dic ergo, vt lucrifacias:dic,vt deposita sarcina, illuc

Hæc de cõfessione puto intelliguntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illuc liber atque ſolutus à peccatis abeas,& ab illa publicatione intolerabili liberere. Pueri tres in fornace viuebant,vitamq; pro domini cõfeſſione profuderant, & tamen poſt tot & talia facinora dicũt,Non eſt noſtrum os aperire:pudor & probrum ſeruos tuos oppreſſerunt. Os igitur noſtrũ aperiamus,vt hoc ipſum dicamus,non eſſe noſtrum aperire os, atque hoc ipſo dominum attrahamus. Vis precum vim ignis reſtinxit: leonum furorem repreſſit: bella ſedauit, pugnas diremit, tempeſtates mitigauit: dæmones expulit, cœli portas aperuit: mortis vincula dirupit: morbos profligauit, calumnias diſſoluit:ciuitates motibus agitatas conſtituit:& plagas atque mala quæ ex ſuperiore loco delabuntur, & hominum inſidias, mala denique omnia ſuſtulit. Orationem rurſus dico, non eam quæ omnino ore profertur, ſed eam quę ex imo pectore mittitur. Vt enim arbores omnes quæ altas radices egerunt, ſi etiam mille ventorum impetus recipiant,non franguntur,nec euellũtur,quòd radices tuto terræ altitudine coërcentur: ſic etiam preces quæ deorſum ex imo pectore emiſſæ ſunt, nixæ fibris,tutò ad ſuperiora contendunt, nec vllo cogitationis incurſu deflectunt. Itaque propheta ait,De profundis clamaui ad te domine. Hæc dico non modo vt laudetis, ſed vt etiam in operibus ſpecimen veſtri edatis. Si enim hominibus ſuarum calamitatum enunciatio,& malorum quæ oppreſſerunt, deploratio, iis qui in dolore ſunt,quandam affert conſolationem,quòd oratione ipſa quaſi quædam reſpiratio pariatur: quantò magis ſi cum domino tuo animi tui morbos cõmunicaueris, oblectationem quandam capies magnamq; alacritatem. Nam homo quidem eum qui ſecum dolet atque lamentatur,offendit dolorémq; eius auget, & pellitur: Deus autem non ita facit,ſed admittit,& allicit:ac ſi totos dies cum eo miſerias maláq; tua communicaueris, tum magis gaudet & annuit precibus tuis. Hoc igitur

Matth.11. Chriſtus ipſe oſtendens,dicebat, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Vocat, ne ſurdos nos præbeamus: Allicit, ne diſcedamus. Vt enim ſexcentis peccatis ſceleribusq; contaminati ſimus, tamen faciliùs atque ocyùs accurramus,præſertim

Matth.9. cum tales vocet, Non enim veni,inquit,vocatũ iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã. Vocat eos,qui toto corde & ex animo dicunt,Deus propicius eſto mihi peccatori:atque hic eos qui onuſti ſunt, eos qui laborant,eos qui ex immenſitate peccatorum laborant. Deus conſolationis dicitur,Deus miſericordiæ.Quoniam hoc ſemper eius officium eſt, eos qui doloribus afficiuntur conſolari, etiam ſi mille peccatis inquinati ſint,tantùm nos promoueamus, tantùm ad eum confugiamus, nec diſcedamus: tum deniq; eorum quæ dicta ſunt re ipſa veritatem intelligemus,neque res vlla nobis dolorem atque triſticiam poterit afferre, ſi contentam, & diligentem accuratámq; orationem habeamus: quod ſi acceſ-

Mà videtur deeſſe. ſerit, facilè ea duce repellemur. Ecquid mirum ſi mala & pericula quæ homines opprimunt, vis orationis ſolet tollere, cùm etiam peccatorum naturam facilè conficiat & deleat? Quapropter vt facilè huius vitæ curſum conficiamus,omniáque ea peccata, quæ contraximus, deponamus & abiiciamus, atque eum fiducia ſtemus pro tribunali Chriſti: hanc quaſi medicinam ſemper & aſſiduè nobis paremus, eámque conficiamus & condiamus lachrymis, ſtudio, continuatione & perſeuerantia.Sic enim ſemper ſalute perfruemur,eáq; bona quæ futura ſunt,aſſequemur,quæ vtinam nos omnes aſſequamur domini noſtri Ieſu Chriſti munere & humanitate,cum quo & patri & ſpiritui ſancto,& nũc & ſemper ad omnem æternitatem gloria tribuatur, Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, *in precioſæ vitaliſque crucis veneratione media hebdomada ieiuniorum, ſermo: Ioachimo Perionio interprete.*

VEnit nobis anniuerſarius dies omni religione colendus,atque illuſtris ſanctorũ ieiuniorum, qui & ter beatam vitalémq; conſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti crucem profert,& ad veneran dum proponit,& eos qui eam ſyncero corde caſtiſq; labris venerantur, atq; ſanctos efficit, ad ſtadij ſanctorũ ieiuniorum curſum paratiores robuſtioréſque declarat. Quia igitur hodiernus dies precioſæ crucis venerationi cõſtitutus eſt, huc adeſte omnes, eam cum metu atque deſiderio amplectamur. Reſurrectionis enim Chriſti ſplendorem emittens, donis muneribúſq; ſuis omnes illuſtrat & ſanctificat: ob eámque cauſam eam cõpleti in animis noſtris gaudio ſalutemus. Hodie cœli atque terræ incolæ ingenti lætitia afficiuntur, propterea quòd illuſtris vitaliſque Chriſti crux proponitur, cuius vi dæmones fugantur, morbi profligantur, caliginoſæ obſcuræq; tenebræ pelluntur:omnéſque orbis terræ fines illuminantur. Hodierno die Chriſti eccleſia, alter paradiſus eſſe monſtratur, quæ & ſanctum precioſæ crucis lignum proponit, & paſſionis Chriſti præſidium crucem facit,& eiuſdem reſurrectionis præmium.Hodie propheticũ verbum completum eſt,Adoramus enim in loco in quo dei noſtri pedes ſteterunt. Lætare ergo & geſti gaudio Chriſti eccleſia,liberóſque tuos fac adducas perturbationum continentia,ieiuniõque expiatos,ſplendidiſque virtutibus fulgentes,atque choream ducas nouo inauditóque genere ſaltationis. Quemadmodum enim in ſolitudine ij qui vulnerati erant, aſpecto ſpectatóque æneo ſerpente à morte liberabantur: ſic etiam nunc ij qui medium ieiunij curſum confecerunt,huius contactu,ſerpentem qui animo cernitur & intelligitur,mortuum præferunt:iidémque immortatitatem aſſequuntur, ſociiq; eorum quæ Chriſtus pertulit, cõtinentia declarati,ſocij atque participes eius reſurrectionis eſſe monſtrantur. Neq; hoc modò, verùm etiam ad id quod ſequitur, fortiter currentes, victrices laudes deo afferunt. Crux enim domini arma ſunt victricia,& trophæum reportantia,quæ regum armis vinci bello non poſſunt: eadem eſt cornu eccleſiæ, hoſtium expugnatrix, ſalus fidelium. Beatiq; verè ſunt, atque admodum beati ij,qui caſtis labris,ſanctóque ore eam vt amplexentur,exeunt.Re enim vera illud domini verbum implent, Si quis me ſequi vult, ſe ipſe abneget,tollátq; crucem ſuam, & me ſequatur. Vide quemadmodum nullam neceſſitatẽ verbis ſuis adiungit. Nõ enim dixit, velitis, nolitis, hoc vobis perferendum eſt. ſed quo modo? Si quis vult me ſequi, non vim affero, non cogo,ſed ſui quẽquam iudicij ac voluntatis dominum facio: ob eámque cauſam dico,Si cui in animo eſt me ſequi. Ob bonum enim,& honeſtatem,non ob malum & moleſtiam, non ob ſupplicium & pœnam. Ipſa enim natura rerum ſatis virium habet ad trahendum. Si quis vult venire poſt me, ſiue vir, ſiue mulier, ſiue is qui præeſt, ſiue is qui alij paret,& ſeruari vult, hanc ingrediatur viam. Tria ſunt quæ commemorat,abnegare ſeipſum, crucem portare, & ſequi: ſed primùm quid ſit ſeipſum negare, videamus. Diſcamus quid ſit alterum negare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

negare, ac tum deniq; negare se quid sit, intelligemus. Quid ergo est negare alterum? Qui alium negat, exempli causa, filium, vel fratrem, vel amicum, vel vicinum, aut quenuis alium, siue flagris eum cædi videat, siue in vincula conijci, aut quiduis aliud perpeti, non præsto est, non fert auxilium, non vicem eius dolere se lachrymis testatur, nullum sensum doloris eius sentit. Omnes enim alieno ab eo sunt animo. Sic ergo vult nos deus corpus nostrum negligere, vt si qui nos ipsius causa vel verberent, vel supplicio afficiant, vel exagitent, aut aliquid aliud faciant, negligamus. Hoc est enim negare, id est, nihil rei secum habeat, sed se ipse periculis obiiciat, & certamini: atque eo modo affectus esto, quo si quis alius pateretur, esset. Nec dixit, Neget seipsum, sed abneget, hac parua adiunctione magnã declarans exuperantiam. Et tollat crucem suam. Vides quemadmodum eum militem, qui ipsum sequitur, rex cœlorum armauit: non scutum dedit, non galeam, non sagittam, non thoracem, non ocreas, nõ quippiam aliud eiusdem generis, sed quod his omnibus est fortius, præsidium quod à cruce proficiscitur, signum victoriæ quæ cõtra dæmonia parta est: hoc gladius est, hoc scutũ, hoc thorax, hoc galea, hoc ocreæ, hoc tutum certúmque præsidium, hoc portus, hoc perfugium, hoc corona, hoc certaminis præmium, hoc bonorum omnium thesaurus, & quæ nunc sunt, & quę sunt, inquam, futura. Vt enim aliquis sumptis armis quibus facilè se tueri possit, ea etiam dat militibus suis: sic etiam Christus, Videte, inquit, omnia quæ crux mea perfecit: facite etiam vos arma eiusmodi, & perficite eiusmodi quæ vultis. Quanquam alicubi his etiam maiora pollicitus est his verbis, Qui in me credit, is etiam opera quæ ego perficio, perficiet, atque his maiora prestabit. Quid autem vult sibi hoc verbum, Tollat crucẽ suam & me sequatur? An vt lignum vnusquisque nostrum ferat? certè non. quæ enim hæc virtus est? sed vt ad pericula instructi simus, & sanguinem in animis nostris circunferentes, ad cædem & mortem quotidie parati, ita omnia faciamus, vt si ad vesperum nos victuros esse non speraremus, quasi planè morientes. Id quod etiam Apostolus Paulus dicebat, Quotidie morior. An non tibi à natura mors constituta est? Et tamen licet tibi, si libet, millies pro domino mortem oppetere. Hoc enim munus est, egestatem quæ apud amicos manet, domini benignitate ad magnas diuitias perducere, qui non rerum modò euentu, verùm etiam certantium proposito & voluntate coronas metitur. Quid autem illud est, Tollat? Ita esto, inquit, paratus ad cædem & crucem, vt is qui eam portat: ita paratus, vt is qui eam in humero sustinet: ita vicinus morti esse existimetur. Omnes talem mortem extimescunt. neque enim adeò mille armis instructos homines, & hac fortitudine fretos ac munitos pertimescimus. In hoc libertas sita est. Nihil enim tantopere mortem fugat, vt mortis contemptio. Sed ne quis existimaret hoc vnum satis esse, paratos esse ad mortem: (sunt enim & latrones, & venefici eiusmodi, & parricidæ omnes) ob eam causam addidit, Et me sequatur. Nõ fortem, inquit, modò quæro, nec eum qui appropinquante morte non horrescit, sed etiam bonũ, continentem, moderatum, omniq; virtute prędituin. Vidisti crucis ministeriũ, nec in domino tantum, verùm etiam in seruis tantùm valere. Hoc Petrum principem fecit, hoc Paulum talem reddidit. Itaq; dicebat, Quis nos à Christi charitate seiunget? oppressio? an angor? an periculum? an gladius? Hoc etiam eos qui ieiuno sunt stomacho, & se abstinent non ab escu-

A lentis modò, verùm etiam à perturbationibus fortes effecit. Armemus nos charissimi, vi crucis, atque muniamus: armatiq; ad id quod reliquum est, ad ieiunium veniamus paratiores, contemnamusq; omnia voluptatum genera, quæ hæc vita suppeditat. Etenim diuitiæ, gloria, potentia, amor, omniaq; eiusdem generis propterea iucunda sunt, nostrósque sensus mouent, quòd nimia vitę cupiditate ducimur, & hac vita deliniti sumus. Hac autem contempta, nullam illorum rationem ducimus. Bona enim hæc vita est, bona & iucunda: (est enim dei donum) sed cùm futura apparuit, tum æquum est eam contemnere. Ne igitur pudore afficiamur magnificis sa
B lutis nostræ signis, nec magnũ caput bonorum, quo & viuimus & sumus, depellamus, nos deliciis, crapulæ, ingluuieiq; dedentes, sed pro corona, Christi crucem feramus, id est, mortem perturbationum. Etenim ea quæ per nos fiunt, & nos attingunt, ea perficiuntur omnia: siue renascendum est, crux præsto est, siue mysticus ille cibus sumendus, siue in clerum aliqui cooptandi sunt, siue quiduis aliud faciendum est, vbique signum nobis crucis adest. Ob eámque causam & in ædibus & in muris, & in foribus, & in frontibus, & in animo atque mente eam studiosè depingim⁹ & insculpimus. Salutis enim nostræ, communisq; libertatis, & bonitatis domini nostri hoc signum est & certissimum & clarissimum. Hinc signaculum siue signum appellata est, quòd testamenta & statuta diuina omnia quæ accepimus, hac, quasi signo quodam regio atque anulo obsignamus. Nec quicquã mali iam audet accedere. Si præfecturam alicui de populo mandemus, eumq; ad sacerdotij dignitatem prouehamus, posteà quàm innumerabilia precati sumus, ac spiritus sancti munus appropinquans euocauimus, hac
C obsignamus, quasi certo firmoq; in loco donum quod donatum est, includamus. Sic etiam in sacrificiis sumitur. Christi enim crux gladius est & lignum, quo interfectus est à dei interfectoribus Christus, & diaboli opera deleuit, ipsumq; diabolum deiecit, nostris in eo fixis criminibus. Ob eámque causam in sacrificiis sumitur, quasi gladius quidam & flagrum regium, quod omnem diaboli aduentum, satanæq; impetum profligat & fundit. Hinc diuini pontifices quasi stipatores quidam regio flagro proposito, eò omnem hostium exercitũ fundunt & fugant, cùm diuina regiáq; munera iis qui initiantur tribuunt, in quo vnà cum eis regem Christũ colunt atque venerantur. Cùm ergo signaris, tibi in mentem veniat omnis vis quam crux continet, ac tum iram omnésque à ratione auersos animi impetus extinxeris. Cum frons consignabitur, cum pectus, cum oculi, cum reliqua membra, fac te ipse vt hostiam deo gratam of-
D feras. Hoc est enim à ratione profectum obsequiũ. Hoc etiam signum fores clausas maiorum nostrorũ memoria aperuit: hoc noxia mortiferáque venena extinxit: hoc cicutæ vim eluit: hoc deniq; beluarum venenatarũ morsus curauit. Si enim inferorũ portas aperuit, & cœlorum orbes laxauit, paradisiq; aditum renouauit, & diaboli neruos fregit: quid mirum videri debet, si noxia venena vincit & superat? Hoc ergo in mente tua insculpe, animorúmque nostrorum salutem amplectere. Hæc enim crux orbem terræ conseruauit, errorẽ expulit, veritatem reuocauit, terram cœlum fecit, homines fecit angelos. Ob eámque causam dæmones non iam horribiles sunt, aut metuendi, sed contemnendi: nec mors est mors, sed somnus & vigilia. Hinc carnis non recti impetus qui eis qui ieiunant, aduersantur & obsistunt, obruuntur. Quòd si quis Iudęus, hoc tibi dicat, Eum qui

cruci

Universidad de Deusto
Biblioteca

cruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAuitatem populus meus abductus est, quòd dominũ minimè norunt. Ex quo enim Christus venit, vis exercitus vestri, Iudæi, dissoluta est,sublatúmq; sacerdotium, & à Romanis dispersi estis. Ait enim Esaias de iis qui Christum in crucem egerunt, Propter peccata nostra auertit faciem suam à nobis, & reliquit nostrûm in peccatis. Si enim ipse Christus non esset,is qui ex Maria natus, qui à deo electus est, verúsque eiusdem filius, qui à lege & prophetis prædictus est, natio vestra Iudaica in honore & nomine esse, seq; erigere atque regnare potuisset,vt quæ dei hostem & inimicum,impostorêmque morte mulctasset. Verùm iam ex eo tempore cùm crux nata est, & à maioribus vestris ei Christus suffixus est, adhuc cum ignominia & dedecore perit: vobisq; deus grauius succenset,quàm in captiuitae Babylonica. Tum enim sexagesimo anno pòst deus misertus est, vósque reuocauit. Hoc verò tempore omnino repulit, patérq; vester: idémque propheta & patriarcha verum prædixit,iura vestra omnia conciderunt: ex Iudæa patria vestra excessistis: in diuersa loca dispersi estis,atque in orbe terrarum ab oriente ad extremum terræ vos omnes & contemnunt & rident. At res nostræ Christianorum in dies magis florent,crescunt,& corroborantur,atque per omnes mundi angulos religiosæ fidei nostræ prædicatio peruasit: nos Christus regit,& in nobis regnat: eiúsque preciosam atque vitalem crucem adoramus, & pro thesauro magni precij tenemus. Etenim crux domini omni regia corona splendidior est & præclarior: quid dico, regia corona? immò verò ipsos solis radios pulchritudine multum superat. Ac quondam quidem improbæ vitæ prauorúmque factorum condemnatio hæc res fuit: nunc autem diuini muneris significatio, nobilitatis spiritalis signum, thesaurus tutus ac certus, donum quod eripi non potest:sanctimoniæ documentum. Hanc & in mensa, & in lecto,& quocunque in loco sumus, præferimus. Vt enim plerique milites sine armis nec prandent, nec dormiunt: sic nunc pro gladio eam in lecto suspendamus, pro repagulo in ostio depingamus, pro muro & pariete omni domui circundemus: partes intimas & extimas hac muniamus. Hæc enim mortem deleuit,cœlos aperuit,terram expiauit: naturam nostram in solium regium reduxit:atque tyrannidem diaboli dissoluit. Huius forma est duplex: vna ex materia, exempli causa, ex auro, vel margaritis, vel gemmis,quæ sæpe à barbaris vel furibus aufertur: altera sine materia. neque enim ex materia est ei subiecta res, sed à fide est eius natura & essentia: à dispositione autem quæ eam facit, materia. Hæc dormientes custodit, hæc vigilantibus est præsidio: hæc in periculis conseruat: hac bellum dirimitur, & pax confirmatur. Quare laudo tuum domine,patientiæ & clementiæ plenum in me prouidentiæ mysterium: veneror preciosam tuam & vitalem crucem: amplector mala quæ pertulisti:amo clauos, membrorúmque foramina saluto: arundinem, lanceam,& spongiam suspicio: pro regia corona,coronam ex spinis ad caput accommodo,& sputis tanquam splendidis gẽmis ornor:pro clarissimo ornatu colaphis glorior:tèq; verum deũ esse profiteor,vnum sanctæ trinitatis, Iesu Christe, qui mea causa mortẽ perpessus es, in linteo inuolutus fuisti, & à Iudæis legis violatoribus irrisus,qui tandem sepultus fuisti,& tertio die pòst excitatus es à mortuis, qui rediturus es iudicandorũ viuorum mortuorúmq; causa. Tibi enim gloria est & potentia vnà cum patre, sanctôq; & vitæ largitore tuo spiritu,& nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

D. IOAN-

dens ei,& alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSSScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTTTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVVVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXXXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYYYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZZZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPPPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSSScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTTTTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVVVVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXXXXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYYYYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZZZZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAAAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBBBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCCCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDDDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEEEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFFFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGGGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHHHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIIIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKKKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLLLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMMMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNNNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOOOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPPPPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQQQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRRRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSSSScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTTTTTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVVVVVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXXXXXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYYYYYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZZZZZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAAAAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBBBBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCCCCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDDDDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEEEEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFFFFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGGGGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHHHHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIIIIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKKKKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLLLLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMMMMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNNNNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOOOOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPPPPPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQQQQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRRRRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSSSSScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTTTTTTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVVVVVVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXXXXXXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYYYYYYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZZZZZZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAAAAAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBBBBBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCCCCCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDDDDDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEEEEEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFFFFFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGGGGGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHHHHHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIIIIIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKKKKKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLLLLLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMMMMMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNNNNNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOOOOOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPPPPPPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQQQQQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRRRRRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSSSSSScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTTTTTTTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVVVVVVVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXXXXXXXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYYYYYYYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZZZZZZZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAAAAAAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBBBBBBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCCCCCCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDDDDDDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEEEEEEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFFFFFFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGGGGGGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHHHHHHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIIIIIIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKKKKKKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLLLLLLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMMMMMMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNNNNNNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOOOOOOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPPPPPPPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQQQQQQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRRRRRRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSSSSSSScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTTTTTTTTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVVVVVVVVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXXXXXXXXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYYYYYYYYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZZZZZZZZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAAAAAAAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBBBBBBBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCCCCCCCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDDDDDDDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEEEEEEEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFFFFFFFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGGGGGGGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHHHHHHHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIIIIIIIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKKKKKKKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLLLLLLLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMMMMMMMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNNNNNNNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOOOOOOOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPPPPPPPPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQQQQQQQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRRRRRRRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSSSSSSSScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTTTTTTTTTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVVVVVVVVVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXXXXXXXXXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYYYYYYYYYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZZZZZZZZZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAAAAAAAAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBBBBBBBBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCCCCCCCCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDDDDDDDDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEEEEEEEEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFFFFFFFFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGGGGGGGGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHHHHHHHHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIIIIIIIIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKKKKKKKKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLLLLLLLLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMMMMMMMMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNNNNNNNNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOOOOOOOOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPPPPPPPPPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQQQQQQQQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRRRRRRRRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSSSSSSSSScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTTTTTTTTTTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVVVVVVVVVVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXXXXXXXXXXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYYYYYYYYYYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZZZZZZZZZZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAAAAAAAAAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBBBBBBBBBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCCCCCCCCCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDDDDDDDDDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEEEEEEEEEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFFFFFFFFFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGGGGGGGGGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHHHHHHHHHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIIIIIIIIIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKKKKKKKKKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLLLLLLLLLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMMMMMMMMMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNNNNNNNNNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOOOOOOOOOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPPPPPPPPPPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQQQQQQQQQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRRRRRRRRRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSSSSSSSSSScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTTTTTTTTTTTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVVVVVVVVVVVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXXXXXXXXXXXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYYYYYYYYYYYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZZZZZZZZZZZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAAAAAAAAAAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBBBBBBBBBBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCCCCCCCCCCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDDDDDDDDDDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEEEEEEEEEEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFFFFFFFFFFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGGGGGGGGGGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHHHHHHHHHHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIIIIIIIIIIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKKKKKKKKKKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLLLLLLLLLLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMMMMMMMMMMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNNNNNNNNNNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOOOOOOOOOOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPPPPPPPPPPPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQQQQQQQQQQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRRRRRRRRRRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSSSSSSSSSSScruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeTTTTTTTTTTTTcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeVVVVVVVVVVVVcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeXXXXXXXXXXXXcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeYYYYYYYYYYYYcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeZZZZZZZZZZZZcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeAAAAAAAAAAAAAcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeBBBBBBBBBBBBBcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeCCCCCCCCCCCCCcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeDDDDDDDDDDDDDcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeEEEEEEEEEEEEEcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeFFFFFFFFFFFFFcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeGGGGGGGGGGGGGcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeHHHHHHHHHHHHHcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeIIIIIIIIIIIIIcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeKKKKKKKKKKKKKcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeLLLLLLLLLLLLLcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeMMMMMMMMMMMMMcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeNNNNNNNNNNNNNcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeOOOOOOOOOOOOOcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondePPPPPPPPPPPPPcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeQQQQQQQQQQQQQcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeRRRRRRRRRRRRRcruci suffixus fuit,adoras & veneraris, ei alacri magnâque voce, ac læto vultu respondeSSSSSS

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI

Constantinopolitani Archiepiscopi oratio, qua docet non esse verendum confiteri sanctam crucem, & per eam nos à Christo esse conseruatos, & in ea esse gloriandum: de virtute etiam agit & de eleemosyna, Perionio interprete.

EST signum hoc illud, fratres, quod dominus daturum se omnibus promisit his verbis, Natio improba & adulterina signum quærit, & ei signum non dabitur, nisi signum Ionæ prophetæ: crucem intelligens, mortem, sepulchrum & resurrectionem. Rursus aliter vim crucis declarans, dicebat, Cùm exaltaueritis filium hominis, hinc cognoscetis quòd ego sum. Cùm me, inquit, cruci suffixeritis, & me victum existimaueritis, tum maximè vim meam intelligetis. Posteà enim quàm Christus in crucem actus est, ludæorum consuetudines finem & terminum habuerunt, prædicatio floruit, ad fines terminósque orbis terrarum verbum peruasit: eiúsque vim terra & mare tam ea quę habitantur, quàm quæ non habitantur, semper prædicant. Neminem igitur glorioſorum salutis nostræ signorum pudeat, summæq; bonorum, qua & viuimus & sumus, sed vt coronam, sic Christi crucem feramus. Etenim nostra omnia, per illam perficiuntur: siue regeneratione & renouatione opus est, crux præsto est, siue mysticus ille cibus sumendus est, siue in ordinẽ ecclesiasticum aliqui cooptandi, siue quiduis aliud faciendum est, vbique victoriæ nostræ signũ adest. Ob eámq; causam illam & in ædibus, & in muris, & in foribus, & in fronte & in mente cum magno studio depingimus, & insculpimus. Nostræ enim salutis cõmunísque libertatis & bonitatis domini nostri hoc signum est. Tanquam enim ouis, ad cædem ductus est. Cùm ergo insigniris, tibi in mentẽ veniat vis omnis quam in se crux continet: ac tum denique iram omnésq; à ratione auersos animi impetus extinxeris. Cùm signaris, magna fiducia frontem imple, animum tuum fac liberum. Scitis autem planè quænam nobis libertatem afferant. Itaque Paulus nos ad hoc ipsum incitans, ad libertatem dico quæ nobis digna est, dominicæ crucis ac sanguinis recordatione inuitat hoc modo, Precio enim, inquit, empti estis, nolite serui hominũ effici. Cogita, inquit, precium quod pro te dissolutũ est, & nullius hominis seruus eris: quibus verbis precium, sanguinem qui in cruce profusus est, appellat. Non enim omnino digito imprimenda & cõsignanda est, sed prius voluntate ac iudicio cum magna fide, qua sic in oculis vultúque impressa, impurorum sceleſtorumq; dæmonum nullus ad te accedere aut in propinquo stare vnquã poterit, cernens gladium quo vulnus plagamq; accepit, vidẽnsque ensem quo mortem accepit. Si enim nos cum loca in quibus damnati secantur videmus, exhorrescimus, cogita quid euenturũ sit diabolo, cùm arma videbit, quibus vim potestatémque eius omnem Christus dissoluit, serpentísque caput amputauit. Noli igitur committere, vt te tanti boni pudeat, ne tui etiam Christum pudeat, quando cum maiestate sua veniet, & signum coràm apparebit, superabitque solis radios lumine. Crux enim tum apparebit, mittétque vocem aspectu suo, atque pro domino apud omnes orbis terrarum homines verba faciet, docebitque nihil ab eo prætermissum esse, quod ad illorum salutem pertineret. Hoc etiam signum ianuas clausas maiorum nostrorum ætate aperuit: hoc noxia mortiferáq; venena profligauit: hoc cicutæ vim diluit: hoc denique venenatarũ bestiarum morsus curauit. Si enim inferorum portas aperuit, & cœlorum orbes laxauit, paradisiq; aditum introitúmque restituit, & diaboli neruos fregit: quid mirum videri debet, si mortifera venena & alia eiusdem generis vincit & superat? Hoc igitur in mente tua insculpe, animorúmq; nostrorum salutem amplectitor. Crux enim hæc orbem terrarum conuertit, errorem expulit, veritatem reuocauit, terram cœlum fecit, homines ângelos reddidit. Hinc dæmones non iam horribiles sunt aut metuendi, sed cõtemnendi: neque mors est mors, sed somnus. Hac abiecta sunt humi, conculcatáque omnia quæ nobis aduersantur. Quòd si quis ludæus hoc tibi obiiciat, Eum tu qui cruci suffixus est, colis atque veneraris: ei alacri magnaq; voce ac lęto vultu respondeto, Certè veneror & colo, nec colere eum desistam: & si rideat, dole eius vicem cum lachrymis, quòd amens sit: Christo domino age gratias, quòd beneficia eiusmodi in nos contulerit, quæ sine cœlesti diuinaq; enunciatione & patefactione discere nemo possit. Iste enim propterea etiam ridet, quòd homo corporis voluptatibus seruiens, ea quæ ad spiritum animumque pertinent, non capit: quandoquidem hoc etiam pueris vsuuenit, cùm aliquid magnum & admiratione dignum intuentur: ac si puerum ad mysteria introduxeris, ridebit. His igitur pueris gentes sunt similes, immò verò pueris, vt ita dicam, imperfectiores sunt, ob eámq; causam miseriores, quòd non in immatura ætate, sed in absoluta & constante in illos eadem quæ in pueros cadunt. Itaque ne venia quidem digni sunt. Nos verò clara magnaq; voce clamemus atq; dicamus, ac si omnes gentes adsint cum magna fiducia profiteamur, crucem esse nostram gloriationem, summamq; bonorum omnium, & fiduciam omnem atque coronam. Vellem autem possem etiam cum Paulo dicere, Mihi mundus cruci suffixus est, & ego mundo, sed non possum variis impeditus constrictúsque perturbationibus. Itaq; cùm vobis, tum mihi ipse suadeo, vt mũdo in crucem agamur, nec quicquã habeamus cum terra commercij, verùm cœlestem illam patriam amemus, & gloriam quam illinc expectamus, bonaq; sempiterna. Sumus enim cœlestis regis milites, armaq; spiritꝰ & animi sumpsimus. Cur ergo cauponũ & mendicorum, atque adeò vermium vitam traducimus? Nam vbi rex est, ibi etiam miles esse debet. Milites enim effecti sumus, non eorum qui procul absunt, sed eorum qui sunt in propinquo. Terrenus enim rex nunquam omnes in regiis esse patiatur, nec latera sua cingere: cœlorũ autem rex omnes propinquos vicinosq; solio regio esse vult. Sed quo modo fieri potest, dicet aliquis, vt nos qui hìc sumus, ad solium illud stemus? Quia etiam Paulus cùm in terra esset, ibi erat, vbi & Seraphim, & Cherubim erant: viciniorq; hic Christo erat, quàm regi sint isti stipatores. Hi enim sæpe oculos in multa loca conuertũt: illum autem nihil obiecta specie distrahebat, sed omnem mentis aciem in rege ac domino defixam habebat. Quocirca si velimus, nos quoque hoc possumus. Si enim loco disiunctus esset, rectè quæreres. Si verò vbiq; adest & pręsens est, ei qui studium adhibet, animiq; contentionem, est propinquior. Itaque propheta etiam dicebat, Non timebo mala, quoniã tu mecum es. Et deus ipse rursum, deus appropinquans & accedens ego sum, non deus remotus. Vt igitur peccata nos ab eo disiungunt, sic nos cum eodẽ coniungunt virtuti cõsentaneæ actiones. Cùm etiam, inquit, loquêre, dicam, En adsum?

Hæc in superiore cõcione sunt vt plerag; alia huius.

Quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quis tandem parens ſic poſteris vnquam obebiat? quæ mater ita parata eſt, ſtátque ſemper, ſi forte ipſam appellent liberi? nemo eſt, nec pater, nec mater. At deus præſto eſt ſemper expectãs, ſi quis fortè ſeruorũ ſe appellet: neque vnquã nos, ſi ipſum vocabamus, vt par erat, neglexit. Ob eamq; cauſam ait, Cùm etiã loquêris, non expectabo, dum cõpleas & abſoluas orationem, ſed ſtatim audiam. Appellemus ergo eum, vt vult vocari. Quo autem modo vult? Solue, inquit, omne vinculũ iniuſtum: diſſolue obligationes contractuũ qui vi facti ſunt: omnem ſyngrapham iniquã diſcindito: frãge eſurienti panem tuum: egentesq; & vagos introduc in domũ tuam. Si nudum aliquem videris, eum cooperi: & propinquos generis tui ne cõtemnito: tum erumpet ante tempus lumen tuum, & ſanitas tua citò orietur: & antecedet te iuſticia tua, & gloria domini te colliget: tunc me inuocabis, & te audiam, etiam loquente te, dicam, Ecce adſum. Ecquis, dicet quiſpiam, facere hæc poteſt omnia? Quæſo te, quis eſt qui ea præſtare non poſſit? Quid enim difficile eſt eorum quę cõmemorata ſunt? quid arduum? aut quid non facile? Sic enim non ſolùm fieri poſſunt, ſed etiam facilia factu ſunt, vt multi etiam vltra modum & finem conſtitutum progreſſi ſint, qui nõ ſolùm tabulas ſyngraphasq; non legitimas diſciderunt, ſed ſua etiam omnia erogarunt: egentesq; non ſolùm domum ſuam receperunt, & menſæ adhibuerunt, verùm etiam hoc facientes ſudore corporis laborem teſtificati ſunt, vt ipſos alerent, non ſolùm propinquos & cognatos, verùm etiam hoſtes afficientes bonis. Quid verò omnino difficilé eſt eorum quæ dicta ſunt? Neque enim dixit, Supera curſu montem: traiice mare: perfode terræ tot atque tot iugera: abſtine à cibo ſemper: cilicium ſume: ſed domum tuam cõmunica, impertire & eroga panem: tabulas & ſyngraphas non legitimas nec iuſtas diſcidito. Quid his, quęſo te, facilius eſt? Quòd ſi etiã difficilia eſſe exiſtimas, intuere præmia, & tum tibi facilia erũt omnia. Quemadmodum enim reges in ludis & certaminibus quibus de equorũ præſtantia decurrendo cõtenditur, coronas, tunicas & præmia iis qui certant, proponunt: ſic Chriſtus in medio curriculo præmia, prophetæ verbis quaſi multis manibus ea explicãs, proponit. Et reges quidẽ cùm homines ſint, abundãtiamq; rerum habeant quæ profunditur, & liberalitatem quæ conſumitur, ea quæ pauca & parua ſunt, multa magnaq; oſtendere ſtudent: ob eámque cauſam ſingula ſingulis miniſtris tradentes, ſic in medium prodeunt. At rex noſter contrà, cùm vniuerſa portauit, quoniam valde eſt locuples & copioſus, nihilq; oſtentationis cauſa facit, ſic in medio proponit ea, quæ explicata, innumerabilia infinitáque erunt, & multas manus quæ contineant deſyderant. Atque vt hoc intelligas, vnũquodque eorum accuratè cõſidera: Tunc erumpet, inquit, quaſi mane lumen tuum.

A An non tibi vnum quoddã eſſe donum videtur? At nõ vnum eſt. Etenim multas intrinſecus & coronas habet, & brabia, & alia præmia: & ſi placet vobis, proferentes diuitias omnes oſtendemus, quantum quidẽ poſſumus oſtendere, modò ne moleſtum ſit vobis. Ac primùm intelligamus quid ſit, erumpet. Celeritatem & largitatem nobis declarat & exprimit, quantopere & ſalutem noſtram cupiat: & bona ipſa, & addat nec quicquam erit, quod præſidium eius quod explicari nulla oratione poteſt, impediat: quibus omnibus eorum copiam infinitámque abundantiam indicat. Quid autem ſit πρόωρον, dicam. Significat autem non poſteà quàm in malis fueris, nec poſt malorũ acceſſum, ſed antè quàm exiſtant. Quemadmodum enim in fructibus præcoces dicimus eos, qui ante tempus exiſtunt: ſic etiam hoc loco celeritatem rurſus ſignificans, ita auxit, vt ſuprà dicebat, Adhuc te loquente dicam, Ecce adſum. B Quod verò lumen dicit, & quid hoc lumen eſt? Non hoc, quod ſub ſenſum cadit, ſed aliud multò melius, quod cœlum nobis oſtendit, nempe Angelos, Archangelos, Cherubim, Seraphim, Thronos, Dominationes, Principatus, Poteſtates, exercitũ omnem, vrbes regias, tabernacula. Si enim dignus habitus fueris, qui lumen illud videas, hæc videbis: & à gehenna, & à verme qui venenum iaculatur, & à ſtridore dentium, & à vinculis quæ dolorem afferunt, & ab angoribus, & à malis, & à tenebris lumine carentibus, & à diuiſione, & ab ignis fluminibus, & ab execratione, & à locis dolorum plenis liberabere, eoque venies, vbi nihil loci relictum eſt dolori & moleſtiæ, vbi magna viget gratia, pax, charitas, voluptas, & lætitia: vbi vita eſt ſempiterna, & gloria pulchritudóque quam nulla oratione conſequi quiſquam poteſt: vbi æ- C terna ſunt tabernacula, regisq; gloria & maieſtas, quæ exprimi non poteſt, eaq; bona, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor animusq; hominis cogitauit: vbi eſt ſponſus qui animo cernitur & intelligitur, thalami cœlorum, & virgines quæ lucernas ardentes tenent, iis qui veſtem habent nuptiarum: vbi palatia ſunt domini, & cubicula regia. Vidiſti quæ & quot præmia vno verbo demonſtrauerit, & quemadmodũ omnia ſimul portauerit. Sic etiam ſi ſingula verba quæ ſequuntur, explanauerimus, magnam abundantiam atque immenſum mare reperiemus. Quare ne differamus, neque pigri ſimus ad præſtanda officia benignitatis egentibus, ne ſimus, hortor: ſed ſi omnia etiam abiicienda nobis ſunt, ſi in ignem cõiiciendi ſumus, ſi in gladiis ſaltandũ D eſt, ſi quiduis perferendum: omnia facilè & æquo animo feramus, vt regni cœlorum amictum gloriamq; illam cõſequamur, quam vt omnes cõſequamur, det pro ſua benignitate & humanitate dominus noſter Ieſus Chriſtus, cui gloria & poteſtas æterna tribuatur.

Tomi primi finis.

Quaternionum index.

ſ a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z

A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes ſunt quaterniones.

PARISIIS,

Excudebat Carola Guillard, via ad diuum Iacobum, ſub Sole aureo.

1556.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Juan C
OP